M

IV

I

IN

CODICIS IVSTINIANEI ET
lium GREGORII IX. ticulos aliquot commentaria complectens,

quorum elenchum proxima exhibet pagina.

del Colegio M.r y R.l Univ.d de S.ta Cata





DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º C.49 N.12.


BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.


2
44
16

M
IV

I

IN
CODICIS IVSTINIANEI ET
lium GREGORII IX. titulos aliquot commentaria complectens,

quorum elenchum proxima exhibet pagina.

del Colegio M.r y R.l Univ.d de G.da




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º C. 49 N. 12.

BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.

3
74
16

...one poſ-
...s. col.415
...partes petenti-
col.440
poſſeſsionibus ſecũdum ta-
... col.460
...onorum poſſeſsione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. colum. 473
14 Vnde liberi. col.509
16 De ſucceſſorio edicto. col.511

LIB. VII.

47 De ſententijs quæ pro eo quod intereſt, proferuntur, ſeu, De eo quod intereſt, liber vnicus. col.521

X.

1 De iure fiſci. col.565
27 Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitocomiæ. col.ead.
31 De decurionibus, & filijs eorum, & qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur. col.566
38 De municipibus & originarijs. colum. 569
39 De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de his qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt. col.ead.
41 De muneribus patrimoniorum. colum. ead.
47 De excuſatione munerum. col.570
50 Qui morbo ſe excuſant. col.571
53 De athletis. col.572
64 De excuſationibus artificum. colum. 573
69 De tabularijs, ſcribis, logographis & cenſualibus. col.576
70 De ſuſceptoribus, præpoſitis & ararijs. col.577
71 De ponderatoribus & auri illatione. col. 578

LIB. XI.

1 De nauicularijs ſeu naucleris publicis ſpeci...

col.5 8
... & procura...
...netarijs & ba...
col.579
... auratis, & de tin...
... col.580
...s, equeſtribus ſellis, &
...itas, ſmaragdos & hya-
...ptate, & de artificibus palati-
col.582
... frumento vrbis Conſtantinopolitanæ. col.ead.
24 De annonis ciuilibus. col.ead.
27 De frumento Alexandrino. col.ead.
40 De ſpectaculis & ſcenicis & lenonibus. col. ...
42 De aquæductibus. col.584
45 De maiuma. col.586
47 De agricolis & cenſitis & colonis. colu. ead.
51 De colonis Thracenſibus. col.588
53 Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum. column. ead.
55 Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. colu. ead.
57 De cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus. col.589
58 De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur. col.ead.
59 De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis, & limitaneis & caſtellorum. col.ead.
60 De paſcuis publicis & priuatis. colum. 590
61 De fundis patrimonialibus, & ſaltuenſib. & emphyteuticis, & eorum conductoribus. col.ead.
65 De fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus. col.591
68 De prædijs tamiacis, & his qui ex colonis tamiacis alijsq́; liberæ conditionis procreantur. col.ead.
69 De diuerſis prædijs vrbanis & ruſticis tẽplorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili. col.592
74 De priuilegijs domus Auguſtorum, vel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent. col.ead.
75 De grege dominico. col.ead.
77 De cupreſsis ex luco Daphnenſi vel Perſeis per Aegyptum non excidẽdis, vel vendendis. col.593

LIB. XII.

2 De prætoribus & honore præturæ, & collatio-


A-18.206

# Titulorum elenchus.


latione, & gleba, & claui, & pholli & ſeptem ſolidorum functione ſublata. col. 595
3 De conſulibus & non ſpargendis ab his pecunijs, & de patricijs. col.596
4 De præfectis prætorio, ſiue vrbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis. col.597
5 De præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnib. cubicularijs & priuilegijs eorum. col. 598
7 De primicerio, & ſecundicerio & notarijs. col.ead.
13 De comitibus & archiatris ſacri palatij. co. 599
16 De ſilentiarijs & decurionibus eorum. co. ead.
18 De præpoſitis laborum. col.ead.
19 De præpoſitis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq́ue qui in ſacris ſcrinijs militant. col. 600
20 De agentibus in rebus. col.601
23 De curioſis & ſtationarijs. col.602
24 De palatinis ſacrarum largitionum & rerum priuatarum. col.ead.
25 De ſtratoribus. col.603
26 De caſtrenſiarijs & miniſterianis. col.604
27 De decanis. col.ead.
28 De menſoribus. col.ead.
29 De priuilegijs eorum qui in ſacro palatio militant. col.ead.
30 De priuilegijs ſcholarum. col.605
33 De perfectiſsimatus dignitate. col.ead.
36 De re militari. col.606
37 De caſtrenſi peculio militum & præfectis annonæ. col.ead.
38 De erogatione militaris annonæ. col.ead.
40 De militari veſte. col.607
41 De metatis & epidemeticis. col.ead.
42 De ſalgamo hoſpitibus non præbendo. col.608
50 De numerarijs, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, ſiue ſcriniarijs, & exceptoribus ſedis excelſæ, cæterorumq́ue iudicum tam militarium quàm ciuilium col.ead.
51 De curſu publico, & angarijs & parangarijs. col.ead.
52 De tractatorijs & ſtatiuis. col.610
56 De apparitoribus proconſulis & legati. col.ead.
58 De cohortalibus, cornicularijs, ac priuilegijs. col.ead.
60 De diuerſis officijs, & apparitoribus iudicum, & probatorijs eorum. col.611
63 De primipilo. col.ead.
64 Publicæ lætitiæ, vel conſulum nuntiatores, vel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum vel iudicialium literarum, ex deſcriptione vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum. col.612

II. *Decretalium.*

LIB. I.

29 De officio & poteſtate iudicis delegati. col.613
31 De officio iudicis ordinarij. col.625

LIB. II.

1 De iudicijs. col.701
12 De cauſa poſſeſsionis & proprietatis. colu. 837
34 De iureiurando. 840
36 De præſcriptionibus. 933

LIB. III.

13 De rebus eccleſiæ alienandis, vel non. col. 955

LIB. V.

38 De pœnitentijs & remiſsionibus. colum. 965

# AMPLISS. REVERENDISSIMOQVE PATRI P. A CÆSIS, SS. ROM. ECCLES. CARD. DIGNISS. ANDREAS ALCIATVS Iuriſconſultus S. D.

*CVM hoc anno, ampliſſ. pater, ordinario profitendi munere Iuſtiniani Codicis primam partem aſſumpſiſſem, continuoq́ ductu quatuor integros ſecundi libri tractatus abſoluiſſem, & quibuſdam ex cauſis maturare editionem compellerer, tu potiſſimum occurriſti, cui noſtras haſce lucubrationes dedicarem. Inſcribunt alij commentarios ſuos ſummis viris, ſolùm vt eorum gratiam fauoremq́ ſibi comparent: ego verò id, ex veterum Iuriſconſultorum more, potius conſilij accipiendi, iudicijq́ ſubeundi cauſa faciendum duxi. Sic enim ex noſtris Sex. Pomponius ad Q. Mutium, itemq́ ad Sabinum ſcripſit: ſic ad Neratium Iulius Paulus, ad Ferocem Iulianus. Quòd ſi qua vnquam in iure edita ſunt, quibus conſilio, patrocinio, iudicio opus eſſet, hæc noſtra præſertim eiuſmodi videntur: recedunt enim non modicum à communi noſtratium orbita, veteremq́ methodum recentiorum incuria amiſſam, perditam, coinquinatam, aliqua ex parte renouant, & in vſum reducunt. Unde meritò ſuſpicari potui, pleroſq́ fore accuſatores, & eos quidem non vulgares viros, à quibus me tueri abſq́ præſtantiſſimi alicuius viri ope non poſſem: quam perſonam vt tu ſuſtineas, etiam atq́ etiam rogo: poteris enim, qua doctrina, eloquentia, prudentiaq́ polles, id facillimè, vt qui legalem hanc ſcientiam domus tuæ alumnam habeas: quam tanta gloria præſtantiſſimus ille pater tuus Angelus olim pertractarit, vt ſui ſeculi eloquentia non contentus, veteres illos fori togatos vel æquaret, vel vinceret: cuius veſtigijs te inſiſtentem eademq́ vadentem via, ad Cardinalis dignitatis culmen euexit virtus. Nam de fratre tuo Federico Tudertium Antiſtite, quantum ſperandum ſit, qua pietate Deum colat, qua humanitate doctiſſimos quoſq́ accipiat, quò iudicio vtriuſq́ Iuris ſtudia pertractet, non ſemel prædicaui. Ego certè ex tot auditoribus neminem hactenus habui, quo de magis gloriarer. Sed de his aliàs. Excipias igitur ſerena fronte, quale cunq́ id opus, & nominis tui autoritate defendas, tandemq́ in Bibliotheca tuæ reponas, qua cultior, copioſior, boniſq́ autoribus inſtructior nulla alia eſt. Mittimus tenues operarij huius anni hoc ad te penſum, modica certè, id eſt, pro opibus noſtris, munera: addidimus paucula, velut auctarij vice, à nobis de ſumma Trinitate & ſacroſanctis eccleſijs priuatim compoſita, quo tempore in vniuerſum Iuris corpus ſimilia gloſſemata meditabamur: à qua ſpe cùm propter publicas temporum noſtrorum, tum propter proprias calamitates iandiu excidimus, ea, vel religionis nomine, gratiſſima amplitudini tuæ arbitror futura. Vale. Ex celeberrima Biturigum Gallorum Academia, Cal. Septemb.*

*M. D. XXX.*



# AD LECTOREM.

Video Lector optime aduerſus M. Catonis præceptum in præſentia mihi agendum, & culpæ excuſationem præpoſterè adducendam, cùm ſi haſce lucubrationes ſuppreſsiſſem; omni eius ſuſpicione vacare potuerim. Nec enim me latet, eum, qui aduerſus receptam aliorum conſuetudinem innouare aliquid velit, ambitionis aut temeritatis nota non carere, vt qui maiorum inſtitutis ſe ſubducere, & longo vſu iam explorata, pro incertis damnare auſit: ſoletcꝫ pleruncꝫ id genus hominibus hoc contingere, quod coruo albo accidiſſe in fabula traditum eſt, vt à congeneribus auibus, tanquam diſsimilis vellicaretur, alijs autem nihil ideò minùs ſuſpectus eſſet. Sic enim & mihi metuendum video, ne latinè, breuiterqúe de iure diſſerendo, aliquorum noſtri ordinis profeſſorum offenſionem incurram: nec idcirco tamen elegantiorum literarum ſtudioſis ſatisfaciam, qui ſermonis puritatem alio in amœniore argumento percipere; quàm in tetrica hac horrenticꝫ legum ſylua conuerſari malint. Sed certè non adeò mihi curæ eſt; quid hi de noſtris ſtudijs ſentiant, qui à iuris diſciplina abhorrent: abundecꝫ mihi ſatisfecero, ſi conſilij mei rationem noſtræ claſsis hominibus probare poſsim. Cùm ſuperiore anno accerſitus in Biturigum academiam veniſſem, tumcꝫ tertius Pandectarum tomus pro lege gymnaſij explicaretur, ego de verborum obligationibus ea reſponſa interpretanda ſuſcepi, quæ à Bart. & recentioribus copioſiùs acutiuſcꝫ, ob materiæ ſubtilitatem, explanata fuerant: qualia ſunt quæ ad purgationem moræ, quæ ad pœnalis ſtipulationis commiſsionem, quæ ad fideicommiſſorum renuntiationem attinet. Eô, vt fit, ſiue ob qualemcunque nominis noſtri celebritatem, ſiue ob rei nouitatem, quæ curioſos omnes ſolet allicere, vndique ex Gallia & Germania nobiliſsimi, itemqúe doctiſsimi auditores conuenerant: qui cùm paucos menſes docenti mihi ſemper præſtò fuiſſent, tritacꝫ noſtratibus doctoribus orbita incedentem ſectari vtcunque viderentur, his ducibus, qui inter eos erant maioris autoritatis, ferè ſeceſsionem facere cœperunt, expoſtulanticꝫ cauſam huiuſmodi reddiderunt: Nos ad nominis tui famam huc Alciate conuolauimus, quòd non vulgaris te doctrinæ ſpecimen dediſſe, iandiu ex editis à te operibus perſpexeramus: nec enim nobis perſuaderi poterat, te qui duodecimo abhinc anno Ius noſtrum eleganter latineqúe tradere inſtitueras, huiuſcꝫ argumenti Paradoxa edideras, non longè meliora, cultioraqúe, iam maturiore conſilio, noua quaque fœtura pariturum: ita enim iudicamus, ea quę tunc edidiſti, ſi ad præſentem tum iudicaturam æſtimentur, non ſanè plurimi facienda fuiſſe: ſi verò ex indole & futuri prouentus ſpe cenſeantur, vtique eſſe precioſiſsima. Hoſce nos vberes fructus in præſentia à te expectabamus, haccꝫ fiducia ducti, tantum iter ſummis difficultatibus maxima rei noſtræ iactura emenſi fueramus, quæ tamen ſpes nos hactenus (vt dicitur) decollauit: quod eò nobis iniquiùs ferendum eſt quò id te ſpontè & dedita opera peccare omnes ſcimus, qui quos in pectoris tui penu theſauros habes, ceu Plautinus ille Euclio, ſupprimas, nec in apertum referre, expromereqúe nobis velis. Legimus apud Platonem, eos qui poetas interpretantur, proximos calori poetarum accedere: cur tu, qui veteres Iuriſconſultos nobis exponis, quàm ſimillimus illis eſſe non affectas? Quid abſurdius, quàm eum, qui optima quæcꝫ in manibus habeat, non ea ad imitandum proponere? Non eſt igitur quòd ſeceſsionem hanc noſtram accuſes, ſed teipſum potius, qui Chium illum negotiatorem imitaris, qui cùm optima, primęcꝫ nobilitatis vina haberet, ſecundaria, vappācꝫ bibebat: à quo ſeruus cùm fugiſſet, ſciſcitareturcꝫ quiſpiam, quid ita dominum dereliquiſſet: quia, inquit, cùm bona ei plurima eſſent, mala tamen cōquirebat. Noſtrum non eſt rationem docendi præſcribere, haccꝫ in re tibi præire: ſcis enim ipſe melius, quid nobis vtiliſsimum futurum ſit. Sed tamē videmus aduerſus legū ſcita, quæ ipſe tractas, nō te ſolum, ſed & cęteros recētiores facere. Iuſsit Iuſtinianus, vt eius verbo vtamur, κατὰ πόδα interpretationes fieri, ijſdēcꝫ nos veſtigijs, quib. veteres inſiſtere:

at quid magis ſemotum antiquorum conſuetudine eſſe potuit, quàm toto anno decem leges explicare, verboſoſꝗ commentarios conficere? Cœperunt quidem Pyleus, Accurſius, Azo, & gloſſematici alij, quod in ſe fuit, leges ad literam declarare, nec infœliciter id eis ſucceſsit negotium: ſubſecutus eſt Bartolus, quoſꝗ didaſcalicos doctores rectè dicemus, quales Caſtrenſis, Alexander, Iaſon, qui certis doctrinarum limitibus cancelliſꝗ Ius noſtrum concluſere, & hi non parua laude digni, & ſuo ſæculo principes literarum habiti ſunt. Quid nobis cum nouiſsima hac opinioſorum ſecta, à non multis annis cœpta, adeoꝗ inpræſentiarum notabiliter aucta, vt ducibus quibuſdam recentioribus modum omnem exceſſerit, iamꝗ in perniciem ſtudiorum prorſus tendat? cuius profeſſores ſe ſubtiles prædicant, cùm futiles potius eſſe appareat, vt qui proximitate virtutis commendata via, ad vitium ducant. Quid facilius, etiam vulgaris ingenij viro, quàm nouas excogitare ſententias? Id enim omnibus naturale, tralatitiumꝗ eſt: vnde & Græci peculiari verbo homines ab inuentione alpheſtas vocant: apparetꝗ qui plurimùm hac in re excedat, inſanæ eſſe mentis. & eo vitio laborare, quam phantaſiam Græci, Plinius ſapientiæ morbum vocat. Eſt enim iudicij ipſius error, qui hoc modo, etiam ab imperitis, confeſtim deprænditur, quod quæ vnus tradit, alius confutat, nec vnquam ſatis concordes ſunt. Videmus ex profeſſo recentiſsimos quoſꝗ fœtus viperarum more parentibus exitioſos, quiꝗ ætate poſteriores ſunt, ſeniorum ſententijs aduerſari, omnemꝗ horam, quam doctrinæ impendere debuerant, contradicendo eximere: at iſtos rurſus ab alijs cõuelli. Quod ergo certius de eis iudicium feremus, quàm quod de græcis hiſtoricis doctiſsimi Latinorum tulere? nempe vt vbi conueniunt, eis aſſentiamur: at vbi ſimul altercantur, omnem abrogemus fidem, poſtquam eos non eadem tradere videmus, nec ſatis conſtat quibus potius accedendum ſit. Quod multipliciter intelligitur, eius, inquit Boetius, veritas ignoratur. Meritò facetiſsimus poeta Ariſtophanes opinioſum id ſtudioſorum genus plerunꝗ inſectatur, vt cùm eos eſſe ait τρῖμμα κρόταλον παιπάλην, crepitaculum ſeu cannam appellans, ab obſtrepera voce, qua ſuas inuentiones extollunt, alienas inſectantur: Trituram verò & pollinem, à ſubtilitate & minutijs, in quibus verſantur. Idem κυμινοπριστοκαρδαμογλύφους vocat, quaſi aliquid ex cumino ſecto, & naſturtio exculpentes: per cuminum tenuitatem ſignificans, per naſturtium acumen. Alibi ματιολοιχοὺς eos dicit, quaſi aginatores: metaphora à circunforaneis venditorib. ducta, qui examinis lingulam trutinamúe non minus obſeruant, quàm hi de iuris apicibus omni ingenij acumine ſunt anxij. Didicimus quandoꝗ à te carmen illud, Campana æra ſonant, quicquid vir ſomniat amens. Atqui nos huiuſmodi commẽtationes, ſeu chimæras potius, non pluris facimus quàm Luciani illius ſubſannatoris ἀληθοῦς ἱστορίας libros, ſententiamꝗ Ariſtonis Chij approbamus, qui id hominum genus ſimile araneis eſſe eleganter cenſebat: ſummo enim artis acumine & hos telam ſuam ordiri, ſed nullo nobis fructu. Cùm igitur eorum methodum omnem à te quoꝗ non ſat probari pro comperto habeamus, id in primis petimus, vt in eo omnis potiſsimum tua cura verſetur, vt hiſce omiſsis opinationibus, quid cõmuniter traditum ſit, nos doceas, eiuſꝗ receptioris ſententię rationẽ ſubijcias: vnde vnico verbo viginti quandoꝗ & hoc plura, eorum antilogia ſubmoueri facilè poſſunt. De Bartoli verbis nõ admodũ ſis ſolicitus: fruatur ipſe gloria ſua apud alios, & ad literã ab his ediſcat̃, qui adeò infantes ſunt, vt diuerſis eũ verbis referre non poſsint: nobis ſatis erit, quid ſentiat, breuiter admoneri, clarioreꝗ ordine, quàm ipſe fecerit, non illius tantùm, ſed & cæterorum ſententias edoceri. Illi in gymnaſium deſcendant, vt phantaſiam ſuam integra lectione declarent: tu nobis ſingulis lectionibus XX. vt minimum, legũ concluſiones explicato. Illi ſolido anno IIII. aut VI. leges interpretent̃, vt centũ: & quot illi cõſtitutiones, tu totidẽ integros cũ ſuis titulis tractatus. Quid enim aliud hiſce Doctoribus, qui ſola in rubrica (qualis de verborum obligationibus) tres menſes inſudant, dicere poſſumus, quàm quod Samiorum legationi à Lacedæmonijs reſponſum eſt? Adeo verboſa, ô Samij, veſtra fuit oratio, vt prioris partis obliti ſimus: atꝗ ideò fa-

ctum,



ctum, vt nec poſteriora quidem ſatis teneamus. Et hæc, quod ad ſenſum legum perſcrutandum attinet, ſatis ſint. Alius eſt articulus, quid à te circa Latini ſermonis candorem deſideremus. Noli arbitrari, quenquam adeò bardum ineptumqúe eſſe, vt non ei magis elegans ſermo, quam ruſticus: latinus, quam barbarus placeat. Itali tui, qui vulgare ſuum idioma latino tam proximum habent, vt pleræque voces in eorũ ſermone occurrant, quas diſcernere non poſsis ad vernaculam, an ad literatam linguam ſpectent, tolerabilius ipſi vulgato more profitentes audire in iure noſtro poterunt: id enim eis facillimum, cùm ita ferè ab ipſis nutricum vberibus loqui didicerint. Nos qui gentilitia dialecto ab eis toto cœlo diſsidemus, & quibus idem in eorum vulgari ediſcenda, qui in latina labor eſſet, in eleganti ornatioreqúe ſtudium impendere malumus. At inquies, non ita ſcripſerunt cæteri, quos hactenus habuimus interpretes. Non dubitamus nos, ſi eorum tempeſtate tanta Latinorum autorum copia, tot egregij præceptores vixiſſent, quot noſtra ætas tulit, quin ipſi quoque didiciſſent: & ſicut primas in iure partes occupant, in ornatu quoque ſermonis contemnendi non cenſerentur: hanc præ ſe ferunt indolem, quæ extant Pylei, Placentini, Rogerijꝗ diſputationes: hoc in Accurſij monumentis facilè deprændimus, hoc in Bartoli tractatibus: quis credat tanto ingenio viros, non plurimum ea quoꝗ in re promoturos fuiſſe? ſed vitium illud ætatis, non hominum fuit. At hodie in tanta librorum, profeſſorumꝗ copia, eum oportet egregiè Bœotium, craſſoꝗ ingenio eſſe, qui hæc ſtudia mediocriter non calleat: latet in leonis pelle perſonatus, qui elegãtiſsima Iuriſconſultorum reſponſa tractare illotis manibus auſit. quomodo illum nos credemus eruditum, qui rudimenta ipſa non tenet? Imponit ille plebeculæ, venditatꝗ neſcio quam ingenij acritudinem, quæ ſi ſermone non expoliatur, haud multò maiore laude digna eſt, quàm quæ in mechanico quocunꝗ naturaliter adſit. Conſtat enim fabros quoꝗ ab Homero ſapientes appellari. Quod ſi videmus ætate noſtra cæteras artes iam non paulò politiores eſſe, græcè latineꝗ diſputare præſtantes Theologos: Ariſtotelem, Platonem, Aphrodiſieum, Plotinum, Porphyrium, Hammonium eleganter loqui: Medicos, & in primis Dioſcoridem, Galenum, & Aeginetam magna cura puriori ſermoni redditos: quæ tandem inuidia eſt, vt non & nobis Iuriſconſultis id concedatur? ſaltemꝗ poſtremi omnium reſipiſcamus? qui aliorum duces, ſi autores noſtros imitaremur, eſſe debueramus. Dixerit aliquis, difficiliora hac ratione futura eſſe dictata, & talibus interpretationibus laborem actum iri, quę publicè intererat ſtudioſis potius diminui. Sed huic malo in te præſentaneum eſt remedium Alciate, qui facili ſtylo, ſed tamen latino, omnia effari poſsis. Ea eſt autorum noſtrorum conditio, vt non niſi inſpectis legum qui aduocantur locis, intelligi poſsint. Quis ſumpto in manus Bartolo, eius viginti verſus confeſtim intelligat, niſi legibus hiſce perſpectis, quas pro ſua ſentẽtia adducit? At tu inductione paucorum verborum adiecta, id incommodum facilè euitabis: in verbis enim vix vlla poterit ſubeſſe difficultas. Quis melius intelliget guerram, treugam, laudum, repræſalias, & ſi qua ſimilia, quòd barbara ſint, quàm bellum, inducias, laudaticum, clarigationem quæ latina ſunt? Non igitur vlla in verbis ideo futura eſt obſcuritas. Adde quòd liberum tibi erit, dum viua voce doces, rhetorumꝗ more tonas & fulminas, quemcũque ſtylum volueris imitari, idꝗ potiſsimum effari, quod facilius intentionem tuam exprimere, etiam apud idiotas poſsit: nobis ſatis erit, ſi dictata ipſa, quę ſcribentibus ſuggeris, paulò ornatiora ſint, maximoꝗ id noſtris rationib. in lucro reputabimus. Debebunt hac cauſa tibi & cæteræ bonæ artes, quòd tua opera ſerijs iſtis & grauioribus ſtudijs coniungantur: ſicꝗ ſuus Grammaticis, ſuus hiſtoricis, ſuus rhetoribus honor ſaluus ſit. Debebunt & Græci, quòd eorum literas ab hac profeſsione non ſubmoueris. Sed nos maximè tibi perpetuò addicti obnoxijꝗ futuri ſumus, quorum precibus id à te ſumma cum noſtra vtilitate conceſſum ſit. Et hæc quidem tum illi: quibus cùm morem gerendum eſſe iudicarem, ne temerè id aggredi viderer, omnium prius explorandam duxi ſententiam: verebar enim ne alij diſſentirẽt, copio-

ſiuſꝗ

# Ad lectorem.

ſiuſcꝙ concluſiones omnes, multis rationibus vtrincꝙ adductis, diſputari vellent: & quod in Oratore damnat Cæcilius, ipſi ad Iureconſultum quocꝙ pertinere arbitrarentur, dum præuaricationem eſſe ait, ea breuiter tranſire, quæ inculcanda, infigenda, repetenda ſunt: quòd ceu corpori ferrum, ſic oratio animo non magis ictu, quàm mora imprimatur. Expertus quandocꝙ fueram, etiam quæ optima ſunt, non omnib. placere, quòd indocti omnes corrupto ſint iudicio, ex doctis verò aliqui æmulatione, aliqui antiſophiſtarum artibus, gratia've ſeducti, malignè quandocꝙ pronuntiēt. Solent enim plericꝙ homines, eas artes, quibus ipſi pares eſſe non poſſunt, libenter inſectari. Verùm exploratis cæterorum quocꝙ deſiderijs, cùm animaduertiſſem omnes vno ore idem ſentire, & didaſcalica phantaſticis, clara dubijs, munda lutulentis, latina barbaris præferre, neceſſariò dedi manus, & ad id docendi genus tranſij, quod vt meis ſtudijs hoc præſertim tempore accommodatum eſt, quo paucis cum libris & abſque bibliotheca mea, foris ago, ita vulgari illo longè mihi laborioſius eſt: quanto enim facilius eſſet, alicuius quæſtionis omnia argumenta apud maiores noſtros diſperſa, colligere, quibuſdamꝙ additis, integram ea recitando ſic horam tranſigere, quàm ſtatim iugulum petere, ſoli ſcopo intendere, vnicam rationem adducere, quæ aduerſantia omnia ſummoueat? Quoties mihi vſu venit, vt magna cum ſomni olei'ꝙ iactura, horum argutijs perlegendis incumberem, nihil'ꝙ dignum quod expromeretur, auditoribusue meis referretur, inuenirem, & idcirco operam me id temporis luſiſſe fruſtrà indoleſcerem? Cæterùm cùm ex lege à gymnaſiarchis mihi dicta non ſolùm libero vocis decurſu horam docendo dicere tenerer, ſed per alteram quocꝙ ſcribentibus dictare, viderem'ꝙ non ſatis emendatas haſce lucubrationes circunferri, quòd plerique malè verba mea ſubſecuti eſſent, inde'ꝙ non modica nomini meo nota inuri poſſet, coactus qualeſcuncꝙ illas edendi conſilium cœpi: ad hæc cęterorum auditorum quotidianis ferè conuicijs vrgebar, qui quamuis ipſi ſcribendo dictata excipere non potuiſſent, ęquum tamen arbitrabantur, harum ſibi traditionū copiam fieri: non potui itacꝙ diutius editionem premere, laxaui'ꝙ vela ventis, & populari aurę expoſui, quæ tutius ſupprimi fortè potuiſſent: niſi quòd ex animo meo lectoris cuiuſcuncꝙ humanitatem metior, qui ſi quid hac in re erratum eſt, vel neceſſitati, vel nimiæ erga amicos meos facilitati imputabit. Ego certè qualiacuncꝙ ſtudia mea ad communem omnium vtilitatem libens refero: & cùm ſciam proximo anno pro Academiarum in Italia more, hanc legalis Codicis partem explanatum iri, facilè adductus ſum vt vix appoſita operi ſuprema manu, ſinerem inuulgari, quò ſtudioſi omnes & hanc docendi rationem agnoſcerent, periculum'ꝙ eius facerent, vt ex diui Pauli ſententia, nihil non experirentur, & quod factu optimum tentando depræhendiſſent, id potiſsimum ſequerentur. Vale.



# D. ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENSIS I. C. IN TITVLOS ET LEGES ALIQVOT PRIORIS PARTIS CODICIS COMMENTARIA.

## De ſumma Trinitate, & fide catholica, &c.

*Rubrica.* †

†*lib. j. tit. j.*

1 *A diuinis incipiendum.*
2 *In epiſcopo eligendo theologus cæteris perferendus.*
3 *Epiſcopi munus eſt, diuina docere.*
4 *An cuiuis Chriſtiano theologia addiſcenda.*
5 *Fides definitur.*
6 *Catholicum pro vniuerſali.*

1 MERITO † à diuinis incipiendum fuit, nimirum dignioribus. Qua ratione & ſe Theologi alijs profeſſoribus pręponunt: † 2 traditurque, ſi de epiſcopo eligendo agatur, cæteris præferendū Theologum. Quod vtique verū eſt, niſi hunc honorem ſibi deferri ipſe ambiret: profeſsio enim ſua repugnaret deſiderio, & euāgelico præcepto teneretur. Idem & niſi magis expediret Canoniſtam eligi, quòd in ea ciuitate plurimæ eſſent iudiciales controuerſiæ extricādæ, vt Hoſtieñ. & Abb. dixerunt[a]: quibus non aſ-
3 ſentio †, cùm principale epiſcopi munus non ſit,
4 vt lites dirimat, ſed vt diuina doceat, quod Paulus ad Titum ſcribit. † Sed nunquid cuilibet Chriſtiano profeſsio hæc theologiæ addiſcenda ſit? Et de epiſcopis dubium non eſt, cùm eorum muneris ſit, alios docere: qua lege & cæteri animarum curatores tenentur. In cæteris verò clericis non ita eſt: quippe ijs ſatis eſt, ſi ſimpliciùs credant, ſicut & laicis, qui pertinaciter aliquid defendere non debent, ſed eccleſiæ iudicio deferre, quod & communi cōſenſu traditur. Ego conuenire non arbitror Chriſtiano, legem in qua verſatur ignorare: debentque hi, quibus ingenij aliquid conceſſum eſt, euangelia cum veterum interpretamentis addiſcere, & vanas recentiorum quæſtiones omittere, quas vbique ſancti illi primitiuæ eccleſię patres dānauerunt.
5 ¶ FIDE.) † Fides eſt eorum quæ ſperantur fundamentum, & quæ non videntur indicium. Hoc enim melius accedit ſententię Pauli ad Hebræos, quàm vulgata habeat tranſlatio: vt mirū non ſit, ſi Paulum non intelligentes recentiores Theologi[b], alijs ipſi modis definiuerint.
6 ¶ † CATHOLICA.) Id eſt, vniuerſali: vel quia hęretici ſingularibus opinionibus innituntur, vel quia fides CHRISTI ab Apoſtolis per vniuerſum orbem fuit diuulgata, iuxta illud: In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Dicet aliquis: Atqui multę ſunt prouincię, ad quas nemo Apoſtolorum profectus eſt: nec enim veriſimile eſt adiuiſſe eos Antipodas, vel regiones ab Hiſpanorum claſſe nuper repertas. Sed vel hyperbolicôs locutus eſt Pſaltes: vel, quod verius arbitror, intelligēdus eſt, ante conſummationē ſęculi fore, vt ibi quoq; inualeſcat Chriſti cultus.

a c. j. de conſan. & affinit.

b Doct. in rub. extra eod.

A *De Summa trinitate, & fide catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat.*

LEX I.

IMPPP. GRATIANVS, *& Valentinian. & Theodoſius A. A. A. ad pop. vrbis Conſtantinopol.*

B CVNCTOS populos[a], quos

1 *Quo tempore hæc conſtitutio lata.*
2 *Gentes fuiſſe, quæ nō paruerūt Romano imperatori.*
3 *Relatiuū, Qui, ſeruat in hac l. ſuā naturam: aliàs tamen interdum perdit.*
4 *Verbum, volo, de ſe indicat ſolā voluntatis declarationem.*
5 *Fallit, ſi mens proferentis aliud ſuadeat.*
6 *In hac l. verbum Volumus, pro Mandamus accipitur.*
7 *In dubijs interpretationibus ad mitiora deflectendum.*
8 *An ciuili iure reprobetur vſurarium fœnus.*
9 *Quomodo hæretici notentur infamia.*
10 *Hæretici an ad teſtimonium ferendum admittantur.*
11 *Notatus infamia facti, an admittendus ad teſtificandum.*
12 *Vindicta ſiue pœna hæreticorum.*
C 13 *Ex eodem delicto & eccleſiaſticam & ſecularem pœnā imponi poſſe.*
14 *Municipales leges an nō ſubditos & peregrinos ligent, per diſtinctionem explicatur.*
15 *Cùm lex ſimpliciter ſe non coarctat ad ciues, exteri non tenentur, niſi expreßè vel tacitè iuriſdictionem prorogent.*
16 *Quando quis dicatur ſe ſubijcere iuriſdictioni.*
17 *Ratione delicti alienæ iuriſdictioni ſubijcimur.*
18 *Si lex municipalis voluntariæ iuriſdictionis aliquid inducat, extero quoq; proderit.*
D 19 *An leges municipales ſuos ſubditos, qui in alieno territorio ſunt, comprehendant. & nu. 21.*
20 *Mulier peregrino nubens dotem repetat ſecundum leges loci, vbi maritus domicilium habuit.*
22 *Quid iuris, quando municipalis lex aliquem cæteris in locis inhabilem, reddit idoneum, & quid è conuerſo. num. 24.*
23 *Imperialis Notarius quocunq; tendat, erit Notarius.*

E CVNCTOS populos.) † Cùm diuerſę in Chriſtiano cultu hęreſes eſſent, præſertimque Macedonij inualeſcerent, Theodoſius Imperator Theſſalonicæ III. Kalen. Martias Gratiano quintùm, ſe & Valentiniano Auguſtis Conſulibus hanc legem promulgauit, qua ſubditis oſtenderet, quam quiſque deberet fidē amplecti: referrque conſtitutionis huius verba.

Soſomenus in Tripartita Caſsiodori, libr. nono, cap. ſeptimo.

a ¶ Quos clementiæ noſtrę regit imperium.)

2 † Relatiuum, quos indicat aliquas fuiſſe gentes, quæ non paruerint Romano Imperatori: & tamen communi calculo aiũt Doctores, vniuerſum orbẽ illi de iure ſubijci a: qua ratione relatiuum non coarctaret pcedentia, ſed declararet. Sed hæc ipſe nõ probo: tum quia multæ ſunt prouinciæ, quæ non paruerunt Romanis, Scythia & Sarmatia, et vltra Euphratem fluuium vniuerſus Oriens: tum etiam, quia in conſtitutionibus legitur, aliqua eſſe loco extra Romanũ imperiũ, vt infrà habeb̃, titulo de Eunuchis, & de cõmercijs: nec veriſimile eſt, vt intelligamus de his, qui non ſubſunt de facto, cùm ad ius, non ad factum, verba in dubio referantur. Et quamuis quandoq; Imperatores orbis dominos ſe appellent b, id vel per hyperbolem accipiendum eſt, vel eorum dictis minimè credendum, quia in cauſa propria teſtes eſſe nõ poſſunt.

a l. deprecatio ad l. Rhod. de iact.

b gl. in c. cõſultationi. in fi. de temp. ord.

3 † Ex hoc igitur conſequens eſt, vt relatiuũ, qui, ſeruet naturã ſuam, & reſtringat ſuperiora, licet quandoque ex præſumpta intentione loquentium vel narrationis argumento aliter ſit: veluti quũ dicimus omnes homines i, qui naturali ratione viuunt: ratio enim naturalis communis eſt omnibus. Itẽ ſi dixero: vendo tibi fundum Sempronianum, qui illis finibus continetur, licet enim demonſtratio ſit falſa: valet venditio. Idem vbi relatiuo præponitur copula, nam tunc non fit reſtrictio: & hæc omnes probant.

b ¶ In tali volumus religione verſari.)

4 † Verbum, volo, de ſe indicat ſolam voluntatis declarationem: quapropter qui ſe dicit velle eligere, non eligit: & qui ſe dicit velle hæreditatem adire, non idcirco adit: ſicut & qui dicit, velle Stichum dare, non idcirco dat c: licet ex illis verbis cenſeatur facta electio: nõ enim quiſquã vult dare, niſi prius elegit. & hęc proprietate verbi defendũtur,

5 † alioqui mens proferẽtis quandoque aliud ſuadet: vt ſi quis cum aliqua deliberationẽ puta à me interrogatus, reſpõderit, ſe adire velle: creditũ eſt ex ea reſpõſione adijſſe. Idẽ ſi cõuocatis amicis quiſquã dixerit, ſe velle Titiũ inſtituere: hęc eñ teſtiũ aduocatio maturũ teſtatoris cõſiliũ oſtẽdit. Qua ratione, & ſi profitear me velle fundũ centũ ſeſtertijs emere, & venditor reſpõdeat ſe velle vẽdere cõtractus perficitur: nõ ſolẽt eñ ſimilia verba temerè pferri.

c l. Clodius. de acq. hær.

6 † In hac ergo cõſtitutione verbũ, volumus, idẽ ſignificat q, mãdamus & præcipimus: quia quũ depẽdeat id à ſola volũtate principis, id verbũ actus perfectionẽ inducit: ſicut ſi dixerim, volo te gerere negotia mea, mandatũ perficiẽ, qa quantũ ad me attinet, aliud vlterius per me faciendũ nõ eſt. Idẽ ſi dicã, volo eſſe hæres: verbũ enim, eſſe, oſtẽdit actum

clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione uerſari b, quam diuinum Petrum apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamq; Pontificem Damaſum ſequi claret c, & Petrũ Alexandriæ epiſcopũ, virũ apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt, vt ſecundũ Apoſtolicã diſciplinã Euãgelicãq; doctrinã, Patris et Filij et Spiritus ſancti vnã deitatẽ, ſub pari maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum catholicorum nomẽ iubemus amplecti: reliquos verò demẽtes veſanosque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam d

A

B

eſſentiam ſuam iam habere, & ideo inducitur aditio, quod non eſt in verbo adire. Et hæc communiter ſeruatur, quæ & ipſe in caſu dubio ſatis admitterem. Cæterùm prudens iudex in primis aduertet, qua intentione huiuſcemodi verba aliquis protulerit: quod & Fulgoſio videtur.

d In l. j. C. de confeſ.

7 † Quapropter in criminali cauſa reus, qui interrogatus etiam cum iuramẽto reſpondit, volo confiteri, nõ habebitur pro confeſſo, vt Bald. ſcripſit d: quia in dubijs interpretationibus ad mitiora potius deflectendum eſt.

c ¶ Quamque pontificem Damaſum ſequi claret.) Et ſic in vniuerſum orthodoxorum fides approbatur.

8 † Qua ratione dicendum eſſet, etiam ciuili e iure vſurarium fœnus reprobari, quùm Chriſtiana pietate reijciatur, ex euangelico præcepto, Mutuum dantes nihil inde ſperantes. Sed quùm ſpecialiter Iuſtinianus vſuras permiſerit e, per hanc generalem cõſtitutionem non videtur ſpecialibus derogaſſe: quo fit, vt melius ſentiant, qui aiunt ciuilibus ſanctionibus vſurarios non reprobari, tametſi huiuſmodi conſtitutiones nullius ſint momẽti, vtpote diuinis iuſsionibus repugnantes: quòd plerique omnes atteſtantur. Sed & quæ hîc de vſuris referunt recentiores, in ſuum tractatum digerentur.

e l. cos. de vſu. j.

C

D

d ¶ Hęretici dogmatis infamiam.)

9 † Videtur ergo hæretici infamia notari, quapropter & à teſtimonio repellerẽtur: q, nõ eſt verũ f. Puto diſtinguendũ, vt hęretici omnes ipſo iure notentur infamia facti, non autẽ infamia iuris, niſi prius fuerint cõdemnati. In qua ſentẽtia ſeruabiẽ q, in ea cõſtitutione traditũ eſt: & hęc iure ueteri. Cæterũ noua Federici Imp. lege ipſo iure hęretici notantur etiã iuris infamia g:

f l. quoniam. C. de hæret.

10 † quapropter nõ admittentẽ ad teſtimoniũ, niſi vtraq; parte laudãte, vel cũ rẽ à ſe geſtã explicant, adhibitis tormẽtis, vel cũ teſtimoniũ perhibent in cauſis quibuſdã grauioribus, puta hæreſeos, ſimoniæ ſacrilegij, læſę maieſtatis, expilatæ annonæ, quibus caſibus eis crediẽ, ſi veriſimilia dicãt, vel ſint plures numero. Qua ratione fit vt ex vnius atteſtatione, non putẽ poſſe quenquã quæſtionibus ſubijci. Et hęc in his qui notantẽ à iure, locũ habent.

g Auth. Gazaros. de hæret.

E

11 † Si quis verò notetur de facto, veluti cùm de eo boni uiri malè opinantur, is regulariter vtcunque admittendus eſt: præterq̃ in cauſis grauiorib. quales ſunt ciuiles magni põderis, puta cauſa matrimonij, vel ſtatus, vel famę, & quales ſunt omnes cauſæ criminales: in his enim etiam plures non pbarent, neq; iudicarent, vt reus torqueretur, niſi ageretur de crimine quòd ſoleat clàm fieri, nam in ſubſidium admitterentur, & pro indice ſufficerent h. Quapropter in conſpirationibus, in ſtupris, inteſtium ſubornatione infamium, de facto atteſtationes hæreticorum ſolent recipi.

F

h c. vlt. de teſt. cog.

a ¶ Diui-



L. j. Cunctos populos,

12 a ¶ Diuina primùm vindicta.) † Quidam interpretantur eccleſiaſticam, quod non quadrat legiſlatorum temporibus: nam in primitiua eccleſia hæretici ſolùm diuinæ vltioni relinquebantur. Imperatorum verò conſtitutionibus arbitraria erat vindicta, vt hinc colligiẽ: licet Manichęi ipſi, & Eutycheris Apollinarisq; dogmata docentes, vltimo ſupplicio, diſcipuli X. librarũ auri pœna afficerentur a. At Pontificum Roman. conſtitutionibus pœnitenti pœna remittitur b: ſi rurſus in eam dementiam prociderit, pronũtiatur hęreticus: quem cõdemnatum, & ſi ſacris initiatus eſt, exautoratum, rerum capitalium quæſtores viuum comburi curant, ex euangelico præcepto Ioan. X V. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittẽt, & ardebit. & ita ſentit Aretinus.

a l. Arriani. l. quicunq; de hæret.

b c. ſuper eo. de hær. in 6.

13 b ¶ Pòſt etiam motus animi noſtri.) † Videẽ hîc eã ſententiã probari, vt ex eodem delicto et eccleſiaſtica pœna, & ſęculari quoque iudicio vindicari in aliquem poſsit. Quòd ita intelligiẽ, vt punitus in foro Can. poſsit plecti in ciuili, quatenus pœna eſt maior. quod ſi vtrinque æqualis vltio imponaẽ, locus erit prœoccupationi: quod Abbas probauit c. Sed nobis videtur vnam cum alia nihil commune habere, nec ſe inuicem reſpicere d, & propterea per alteram pœnam alteram non diminui. quocirca & in vno iudicio abſolutus, in alio poterit condemnari: quod Felinus probat e, cum eiuſdem ſententiæ quamplùrimis. Cęterùm diffuſa hæc eſt quæſtio, quam latiùs alibi attingam.

c in c. tuę. de pœn. cur.

d cap. felicis. de pœn. in 6.

e in c. de his. de accuſ.

Explicitis his quæ paraphraſticôs referre placuit, supereſt longus tractatus, quem in hunc locum interpretes omnes congeſſerunt. Præcipit hîc legiſlator, vt conſtitutio obſeruetur ab omnibus, quos clementiæ ſuæ regit imperium: illud videlicet indicans, eos qui ſibi nõ ſubderentur, haudquaquam huiuſce legis nexu obligari. Quo fit, vt generaliter inquirendum ducamus, an peregrini & aduenæ cæterique non ſubditi municipalibus decretis, parere debeãt.

14 † Sed & num huiuſmodi decreta ſuos ſubditos, qui in alieno ſunt territorio comprætendant. In priore quæſtione aduertendum ante omnia fuerit, quomodo legis verba concipiantur: ſi enim legiſlatores bona ipſa in agro ſuo exiſtentia in aliquam diſpoſitionem ſubijciant, tenebitur ea lege, quiſquis fuerit eorum dominus. Quapropter ſi lex uetet parietes domorũ altiùs tolli, nec extraneus poterit altiùs tollere. Et ſi lege caueatur, vt bona defuncti ad ſolum primogenitum pertineant, ſolus primogenitus alienigenæ ſuccedet in fundis legi ſuppoſitis. Quòd ſi legiſlatores de ciuibus vel ſibi ſubditis ſolùm diſponant, & hic caſus ex verbis legis clarus redditur. Exempli cauſa: lex dictat, vt ciuis Venetus poſsit teſtari quinque tantum teſtibus adhibitis, non comprætendetur alienigena, qui Venetijs teſtamentum condat, nec eius conſtitutionis beneficio vti poterit. Idem eſt, vbi inhabilem perſonam lex alicui actui idoneam redderet, vel è conuerſo: videtur enim id tantummodo ſubiectis indulgere. Quapropter ſi lex

ſuſtinere, a diuina primùm uindicta pòſt b etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectẽdos. Dat. 3. Kalent Marti. Theſſal. Gratiano A. v. & Theodoſ. A. i. Coſs.

A

concedat filijsfamiliâs vt conſentiẽte patre poſſint teſtari, nil pderit alienigenę, ſi eã lege teſtetur f.

15 † Dubia ergò tunc eſt quæſtio, quùm lex ſimpliciter ſe ad ciues vel ſubiectos nõ coarctat: & in huiuſmodi cauſa adhærendum eſt regulæ, vt ea conſtitutione non teneãtur exteri, niſi ipſi expreſsè vel tacitè iuriſdictionẽ prorogent.

f l. j. in fi. de tuto. & cur. datis ab his.

16 † Videntur autem ſe ſubijcere, quando in loco legi ſuppoſito contrahunt, vel quaſi contrahunt, veluti ſi delatam hæreditatem adeant: & hoc tam reſpectu ſolennium, quæ in contractu requiruntur, quàm eorum quæ ex natura contractus deſcendunt g. Quapropter ſi Ferrariæ conſtitutũ ſit, vt quilibet ibi cõtrahens aliquid pendat principi, compellentur duo exteri ibi contrahentes & ipſi ſoluere: hîc enim lex rem ipſam, non contrahentium perſonas reſpicit. Eadem ratione cùm duo Galli ſe ad duellum Mediolani inuitaſſent, proditum eſt debere eos conſuetudinem Mediolani obſeruatam ſequi. Is quoque videtur ſe ſubijcere iuriſdictioni, qui litigat, ratione ſcilicet eorum, quæ iudicij inſtructionem reſpiciunt: vnde lex dans formam inſtruendo iudicio, eum tenebit h. Quamobrem ſi affinem vel vicinum ſuum externus aliquis Mediolani in ius vocet, & is propter eius vrbis conſtitutionem, petat in arbitrum compromitti, ſeruanda erit lex, quia hęc exceptio iudicij primordia reſpicit. Idem eſt ſi externus litigaret, nunquid appellationi deferendum eſſet: nam & hoc procedentem iudicem ſpectat. Et huius caſus ea eſt ratio, quia reſpectu proceſſus lex cauſam ipſam reſpicit, quæ foro ſubijcitur, non perſonam.

g l. ſi fundus. ff. de euict.

B

h c. quod clericis. de fo. cõpet.

C

17 † Cæterùm & ille etiam iuriſdictioni ſeipſum ſupponit, qui intra territorium delinquit: nam delinquens tacito conſenſu obligatur i. Quapropter ſi aliquis alienigena in agro Florẽtino hominem occiderit, eorum lege plectetur k. Quod tamen non procedit, quando veriſimile eſt eum ignoraſſe id, quod per ſe geſtum eſt, in ea ciuitate pro delicto haberi. Quid enim ſi quis ignorans extra territorium contra formam legis triticum deuexerit? is quidem non punietur l. Eadem ratione & ſi externus in contractu ſolennia omiſerit, vel inlitium pręparatorijs formam legis non ſeruauerit, magnumque idcirco damnum patiatur, æquiſsimum eſt illi ex præſumpta ignorantia ſuccurri m. Et hæc locum ſibi vendicant, cùm lex municipalis etiam reluctantes obligat.

D

i l. Imperatores. de iur. fiſc.

k l. ſaccularij. § ſunt quædam. de extraord. crĩ.

l l. ff. de decr. ab ord. fac.

m l. j. ex quib. cauſ. & Canon. in rub. extra de conſuet.

E

18 † Quòd ſi voluntariæ iuriſdictionis aliquid inducat, extero quoque ſine dubio proderit. Quapropter ſi Venetijs ſtatutũ ſit, vt teſtamenta à duobus teſtibus ſubſignata valeant, poterit aliquis aduena ſecundum eam formam teſtari, & vbique gentium diſpoſitio ea efficax erit n. Et ita ſe habet communis ſcriptorum ſententia. Quomodo autem poſsit extraneus beneficijs conſtitutionum vti, declarabitur in epiſtola, Inter claras, infrà eod. tit.

F

n l. j. de emãc. libe. l. magis. § ne paſsim. de rebus cor.

19 † IN ſequenti quæſtione. Nunquid conſtitutionis effectus ad agentes, extra territorium ſubiectos protendatur: conſiderandum prius erit, an conſtitutionis verba in rem concepta ſint: nam tunc proculdubio earum rerum dominus teneretur, tametſi abſens eſſet. Quapropter vt

ſuprà docui,ſi Anglorum ſanctionibus in eorum
agro bona exiſtentia ad primogenitum pertine
rent,nihil referret,quiſquis fuerit ille qui deceſ-
ſerit. Quòd ſi lex perſonas reſpicit, ex ſupra-
dictis quæſtio poterit explicari. In quibus e-
nim caſibus adue-
nas ſtatutis nõ ſub-
ijci diximus, eorũ
patriæ conſtitutio
obſeruabit. Quapro-
pter cũ aduena ſta-
tutis executionem
contractus reſpici-
entibus non ſubſit,
conſequens eſt, vt
lege patriæ arceat.
Cuius rei illa eſt ra-
tio,quia cum eo cõ-
trahens videtur contrahere tanquam cum ad-
uena: & propterea ſi ſolutionem petat, ea de-
bebitur ſecundum conſtitutiones,quibus ſubeſt
20 reus. † Quapropter & mulier quæ peregrino
nubat dotem repetere debet ſecundum leges,
quæ in mariti domicilio ſeruantur a: tum quòd
a l. exigere. de iud.
videtur cum eo tanquam cũ aduena contraxiſſe,
tum quòd in mariti forum videtur deſtinata ſo-
lutio, tum etiam, quia cùm ipſa maritum ſequi
teneretur: videt̃ egiſſe, vt leges domicilij, quòd
vtrique futurum erat commune, in eo contractu
21 obſeruarentur: quod & magis probo. † At verò
ſi de his caſibus agatur, in quibus aduenæ ſtatu-
tis ſubijciuntur, veluti in contractum ſolennita-
tem vel iudiciorum præparatoria reſpiciẽtibus,
tunc lex eorum patriæ extra territorium nullius
erit effectus. Quapropter finge ſtatuto patriæ
meæ caueri, ne teſtamenta valeant, niſi tribus
notarijs ſubſignata, potero Romę teſtari ſeruata
iuris communis forma, valebitque vbique hu-
iuſmodi teſtamentum. Quod intellige, niſi
expreſsim patriæ conſtitutione caueatur, vt ab-
ſentes ſubditi ea teneantur. Quapropter ſi lex
imponant pœnam ſicario vbicunque delinquat,
& is in alieno territorio deliquerit, ſi compræ-
hendatur in patria, poterit ea lege damnari,
quamuis extra patriam lex loci in quo deliquit,
obſeruetur. † Sed quid iuris eſſe affirmemus,
22 quando municipalis lex aliquem cęteris in locis
inhabilem, reddit idoneum? Et cùm lex reſpi-
ciat perſonam ſibi ſubditam, magis crediderim
vbicunque extendi, & à perſona eam qualitatẽ
23 non diuelli. † Quapropter Imperialis Notarius
quacunque tendat, erit Notarius, licet in terris
eccleſiæ de inſtrumento rogari nequeat. Quali-
tas itaque ſemper ei adhæret, licet impediatur
facultas defectu poteſtatis ipſius concedentis.
b l. de pupillo. ff. de tutor. & cu. dat. ab his. l. cum vnus §. is qui. de bon. aut. iud. poſſ.
Ex hoc ergo ſequitur, vt ſi lex admittat ſpurium
ad ſucceſsionem, non ſuccedat, niſi eis in locis
in quibus lex illa viget b. Et ſi quiſquam inteſta-
bilis impetrata diſpẽſatione teſtet̃, diſpóet ſolũ
de bonis, quæ iuriſdictioni diſpenſantis ſubijci-
untur. Qua ratione & Bergomenſis tabellio
potuit in alieno agro inter ſuos communicipes
inſtrumentum conficere valebitque ſi Bergomi
agatur, non alibi, Paulus Caſtrenſis Fulgoſius
& Cornæus reſponderunt c. † Idemque prorſus
24 iuris eſt è conuerſo, cum lex eum, qui de iure cõ-
c Paul. l. fin. C. de tẽp. in integ. reſt. Fulg. conſ. 151. Cor. 64. in 3.
muni alicui rei faciendæ eſſet idoneus, inhabi-
lem reddit: veluti ſi lex prohibeat, ne quis ex-
tra municipium commercia exerceat: nam effe-
ctus eius extra territorium trahitur, licet in ter-
ritorio tantum poſsit puniri. Quod etiam in
alia ſpecie demonſtratur, veluti cùm lex per-
duellionis reos inſectatur: nam & is tenebitur,
qui extra territorium aliquid aduerſus rempu-
blicam cõmiſerit, quamuis in patria ſolùm ple-
cti queat. Sed &
finge ſtatutum pro-
hibere, ne minor X-
XV. annis teſtetur:
quòd ſi aliquis in-
tra hanc ætatem ali
bi extra patriam te-
ſtetur, non valebit
teſtamẽtum reſpe-
ctu bonorum, quæ
in patria habuerit:
in alijs ſecus d: licet
d l. ex ea. de poſtul. ca. vt animarũ. de conſt. in 6.
Bart. & cęteri teſta-
mentum vbique nullum eſſe malint: ſicut dici
B mus in furioſo, cui ſi fuerit bonis interdictum,
ne quidem extra territorium alienare poterit.
Quæ ratio parum nos mouerit, quum furioſus
poſt interdictionem in omni territorio prohi-
beatur contrahere, communi omnium lege ita
mandante: quod in propoſito caſu non eſt, cùm
iure ſpeciali minor XXV. annis ſolùm in patria
teſtari prohibeatur.

LEX II.
IIDEM AVGGG.
*Eutropio Præfecto Prætorio.*

NVllus hæreticis myſteriorum a locus, nulla ad exercendam animi b
obſtinatioris demẽtiam pateat occaſio.
A ſciant omnes, etiam ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto c per fraudem elicito d, ab huiuſmodi hominũ genere impetratum

LEX II.

1 *Epitome huius conſtitutionis.*
C 2 *Reſtitutus textus, & quid ſint myſteria, vndeq; dicta.*
3 *Pertinacia eſt, quæ hæreticum hominem facit.*
4 *Hæreticus nunquam poteſt reſcriptum impetrare.*
5 *Quoties lex reſiſtit impetrationi, reſcriptum cenſetur per fraudem impetratum.*
6 *Iudæis licet ſynagogas habere.*
7 *Arrij hæreſis, putantis filiũ nõ eſſe conſubſtantialẽ patri.*
8 *Hæretici vbique congregari prohibentur.*
9 *An laici ſacrã turrim munire poſsint pro ciuitatis defenſione.*

D NVLLVS HAERETICIS.) † Prohi- 1
bet hæc cõſtitutio aliqua hæreti-
corũ conuenticula fieri. Et quid in
fide noſtra ſit obſeruãdum, ex Ni-
cenæ ſynodi autoritate docet.
a ¶ Myſteriorum.) † Ita legendum, non mi- 2
niſteriorum. Myſteria ueteres ſacra Cereris dice-
bant, quaſi initia: inde vox trahi cœpta ad quoſ-
cunque cultus. Myſtæ dicuntur initiati, &
ſymmyſtæ conſecranei Hieronymo. Et hinc
E colligitur argumentum, poſſe Rom. Pontificem
diſſoluere quaſcunque congregationes, ſi malè
de eis ſuſpicetur.
b ¶ Obſtinatioris ani.) † Pertinacia eſt, quę 3
hæreticum hominem facit. Quapropter omniũ
conſenſu, ſi quiſquam in trinitate non rectè ſen-
tiat, niſi admonitus perſiſtat, hæreticus non eſt,
quod in Rubrica ſuprà annotauimus, Qua ratio-
ne, ſi addictus quiſquam monaſterio transfuge-
rit, & vxorem duxerit, non eſt hæreticus, niſi
F id ſibi licuiſſe pertinaciter defendat, vt Bald.
e in l. ſeq.
ſcripſit e.
c ¶ Speciali reſcripto.) † Non mirum, quùm 4
f c. pe. extra de hæret.
hæreticus nõ poſsit impetrare reſcriptum etiam
ſi ad rem ſuam priuatam pertineret: tanto igitur
g c. j. de reſcrip. in 6.
minus admittetur, qui auſit impetrare, vt ſibi li-
ceat in hæc conuenticula coire. Nam quùm
hæretici ſint abominabiles & excommunicati f,
non poterunt aliquid impetrare, vel impetrato
frui g, niſi quod in ſui damnum vergat.
d ¶ Per fraudem elicito.) † Quod præſumitur, 5
quotieſ-



cunq; lex reſiſtit impetratiõi, aliàs fraus
nõ præſumeretur, vt Alberic. opinatur. Quapro-
ter etiamſi in reſcripto eſſet derogatum huic le-
gi, nihil attenderetur, ſed ſecunda iuſsio eſſet
expectanda, idque ſentit Paul. Caſt. Quod pro-
bo: quia huiuſmo-
di clauſulæ deroga-
toriæ non tollunt
ea, quæ concilijs
generalibus ſunt
conſtituta a.
6 a ¶ Illicitis con-
a l. vlt. §. ſi contra ius vel vtil. pub.
b §. de iud. l. iij
gregationibus.) †
Iudæis tamen licet
ſynagogas habere b:
quippe illi non ita
execrabiles ſicut hę
retici, qui fidem,
quam profitentur,
violant.
b ¶ Ex ſummo
rerum parente.) Er-
gò & à Filio, qui à
Patre eſt inſepara-
bilis, vt interpretã-
tur Canoniſtæ, in
prima huius tituli
conſtitutione, in vj.
7 c ¶ † Græco verbo
ὁμοούσιος.) Id eſt, con-
ſubſtantialis. Quod
negabat Arrius, tra-
xitque in eam de-
mentiam magnam
partem orientalis
Eccleſiæ, annitenti-
bus præſertim pro
eo quibuſdã Impe-
ratoribus, vt eſt in
hiſtoria Caſsiodori.
d ¶ Et ſuis apertis
criminibus denotẽ-
tur.) Appellabant
eñ ſe Chriſtianos,
vt tegeret̃ hæreticũ
nomẽ q lex phibet.
8 e ¶ Intra oppida.)
† Prohibẽtur quidẽ
vbiq; hæretici con-
gregari, ſed intra
oppida præſertim,
vbi maius eſt peri-
culum.
f ¶ Ab ipſis vrbiũ
mœnibus.) Ne alios inficiant, & malo ſint exem-
c in auth. de lẽ. in fin.
plo. Qua ratione lenones de vrbib. pelluntur c,
& meretrices de vicinia pudicarum: ſicut ſchola-
ris facinoroſus de collegio, leproſus vel peſtilẽs
d Not. in l. caſus. §. de teſt.
de ciuitate. d
g ¶ Toto orbe reddant.) quapropter dubium
nõ eſt, quin Eccleſię ſint orthodoxorũ epiſcopo-
9 rum. † Sed nunquid poſsint laici ſacram turrim
munire pro ciuitatis defenſione? Et obtinuit
e arg. l. prouinciarũ. de ferijs.
poſſe, fauore publicę vtilitatis e: aliter nõ liceret.

ſit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus a turbæ: vnius & ſummi Dei nomẽ vbique celebretur. Nicenę fidei, dudum à maioribus traditæ, & diuinæ religionis teſtimonio atque aſſertione firmatæ, obſeruãtia ſemper manſura teneat.

¶ Is autem Nicenæ aſſertor fidei, & catholicę religonis verus cultor accipiendus eſt, qui omnipotentem Deum, & CHRISTVM filium Dei, vno nomine confitetur, Deum de Deo, lumen ex lumine: qui ſpiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parẽte b ſperamus & accipimus, negando nõ violat: apud quem intemeratę fidei ſenſus viget, & incorruptæ Trinitatis indiuiſa ſubſtantia, quæ Græco vocabulo c ὁμοούσιος rectè creden-
tibus dicitur. Hęc pfectò nobis magis pbanda, hęc venerãda
A
ſunt. ¶ Qui verò non ijſdem inſeruiũt, deſinant affectatis dolis alienum ueræ religionis nomen aſſumere, & ſuis aper-
B
tis criminibus deno tentur d, atq; ab omniũ ſubmoti eccleſiarum limine penitùs arceantur, quũ omnes hæreticos illicitas agere intra oppida e congregationes
C
uetemus. At ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis etiã vrbium mœnibus f exterminato furore propelli iubemus: vt cunctis orthodoxis epiſcopis, qui Ni
D
cęnam fidem tenent, catholicę eccleſię toto orbe reddantur g.
Dat. IIII. Id. Ian. C. P. Fl. Euchario & Fl. Syagrio CC. Coſ.

LEX III.
IMPERATOR
E
*Martianus A. Palladio Præf. Præt.*

NEmo h clericus uel militaris i,

LEX IV.

1 *Clericis licitum eſt de fide diſputare, ſed non laicis.*
2 *Quibus clericis Nazianzenus cõcedat de fide diſputare.*
3 *Digniores clerici militibus.*
4 *Clerici nomine maioris dignitatis antiſtites regulariter*



*non continentur.*
5 *Priuatim de fide diſputans, huius legis pœna non tenetur.*
6 *Si ſacroſancta ſynodus aliquid conſtituat generaliter, nõ poteſt ad alios prouocari.*
7 *Docens ethnicum fidem Chriſti, quem ſcit ſe non conuerſurum huius legis pœna tenetur.*
8 *Decuriones geſta in conſilia diuulgantes, de conſortio remouendi ſunt.*
9 *Remotus à conſortio, priuilegijs priuatur.*
10 *Quæ differentia ſit habenda in puniendo inter nobiles & ignobiles, &c.*

L. 3. Nemo.

NEMO CLERICVS.) h ¶ † Ne- 1
minẽ pu-
blicè de fide catho-
lica diſputare hæc
cõſtitutio pmittit:
q tamen communi
caculo declaratur,
vt hac lege non te-
neantur clerici, qui
cõtra hęreticos diſ-
putẽt, vel vt melius
addiſcant, in vtran-
que partẽ argumẽ-
tãtur: quod ex qua-
litate perſonæ con-
iectandum arbitrio
iudicis relinquitur.
Laicis verò omni- 2
f c. ij. de hæret.
nò prohibitũ eſt pu
blicè vel priuatim
de fide catholica
diſſerere f. † Sanè
extat Gregorij Na-
zianzeni aduerſus
Arrianos liber, hac
inſcriptione, quòd
non liceat ſemper
& publicè de Deo
contẽdere, in quo
nec clericis quidẽ
id concedit, ſed his tantũ, q expertæ pbitatis &
innocentiæ ſunt, quique ingeniũ & induſtriam
ſuam in θεωρίᾳ, id eſt, ſpeculatione atque diſcipli-
nis exercuerint, quiq; amoris corporalibus, ſpi-
F ritalia ſecuti ſint. Quomodo enim, inquit, qui
impurus eſt, poterit puriſsima hæc myſteria at-
tingere? Videnda igitur ſunt, quæ ad hanc le-
gem facientia, diffuſius ille ſcripſit.
i ¶ Clericus vel militaris.) † Ex ordine ſcri- 3
pturę argumentantur hîc aliqui, digniores eſſe
clericos militibus: quod neutiquam negauerim,
dum ipſi ſciant, ſacerdotalem dignitatem in ani-
mi candore cõſiſtere, non in eo, vt primos amẽt
accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſyna-
gogis, quod in Euangelio Matthæi Dominus
prohibet.

4 a ¶ Vel alterius cuiuslibet cõditionis.)†Niſi id eſſet additum,præcedens clauſula non comprahenderet maioris dignitatis antiſtites, quos alioqui veriſimile non fuiſſet tumultus aut perfidiæ cauſam quæſituros. Quapropter ſi Romanus pontifex decimã clericis, cuiuslibet cõditiõis eſſet, ĩdiceret, credere dignisſimos q̃q; regulariter cõtineri.

5 b ¶ Publicè.) † Quid ſi priuatim quis diſputet, an teneatur pœna huius legis? Reſpondeo non teneri. quia nõ ita delinquit, qui priuatim diſputat, quùm alios exemplo ſui non trahat: ſicut nec tãtum delinquit fur, quantũ latro. Publicè enim delinquens malos ſuo exemplo cõcitat, cæteris eſt ſcandalo: tum & legem videtur contẽnere. Cæterùm ſi id agatur, quod ſui natura delictum nõ eſt, cùm hæc ratio ceſſet, potius præſumetur aduerſus eũ, qui clàm facit, quã qui palàm [a].

a l.vlt.de ri nu. l.non exiſtimo. de admin.tut.

c Vel perfidię.) Quia poſſet eiuſmodi rationib[9] diſputando vti, quas deinde neſciret explicare, quę res quibuſdam anſam pręſtaret à religione diuertendi: ſiquidem chriſtiana pietas, fide, non ſyllogiſmis conſiſtit.

6 d ¶ Nam & iniuriam facit.) † Accipitur hinc argumẽtum, ſi ſacroſancta ſynodus aliquid generaliter conſtituat, non poſſe ad alios prouocari: à qua ſententia non diſsideo, quum & ſi populus generaliter per legem municipalem quicquam ordinet, non ſoleat appellatio cõcedi: quod & Bartolus videtur [b]. Si verò ſpecialiter, puta aduerſus Titium conſtituatur, non erit deneganda appellatio: licet in crimine hæreſeos iure canonico non poſſe appellari Iac. & Bal. exiſtimẽt [c]. quia appellatione remota, inquiſitorib. permittit, vt hæreticorũ fautores cõpeſcant. Sed, vt inquit Ioan. Ana.[d] nõ ſequitur, vt ſicut impediẽtes eorum iuriſdictionẽ confeſtim poſsint condẽnare, ita etiam malè audientes de hæreſi qui fortè ſe hæreticos negant: alioqui & aduerſus ſe cõgregatę ſynodi iudiciũ vti ſuſpectũ recuſaſſe Ioannes Chryſoſtomus traditur [e].

b in l.vlt.de ap. recip.
c Per c. vt officium. §. deniq;. de hæret. in 6.
d Io.de Ana. in c. ad abolendã. de hæret.
e 3.q.5.in fi.

7 e ¶ Prophanant veneranda myſteria.)† Qua ratione hac lege teneretur, qui Ethnicũ Chriſti fidẽ doceret, quẽ ſciret nõ idcirco ad meliora ſe cõuerſurũ: eſt.n. quoddã perduellionis eccleſiaſticæ crimen: ſicut cùm ſecreta Imperij hoſtibus aliquis detegit [f]. †Et hinc argumentum ſumitur aduerſus decuriones, qui geſta in conſilio diuulgant, vt huiuſmodi homines de conſortio remouendi ſint. 8

f d.l.j.ad l.Iul. maieſt.

vel alterius cuiuslibet[a] conditionis, de fide Chriſtiana publicè[b] turbis coadunatis & audientib. tractare conetur in poſterũ, ex hoc tumultus, uel perfidiæ[c] occaſionem requirens: nam & iniuriã facit[d] iudicio reuerẽdiſſ. ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit: cùm ea, quę nunc de Chriſtiana fide à ſacerdotib. qui Chalcedone conuenerũt per noſtra pręcepta, ſtatuta ſunt, iuxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum patrum trecentorũ decẽ & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia vrbe diffinita eſſe noſcunt: nã in contemptores huius legis pœna nõ deerit: quia nõ ſolũ cõtra fidem verè expoſitam veniunt, ſed etiam Iudæis & paganis ex huiuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria[e]. Igitur ſi clericus erit, qui publicè tractare de religione auſus fuerit, à cõſortio cleriorum[f] remouebitur: ſi verò militia ſit præditus, cingulo ſpoliabitur: cæteri autem huius criminis rei (ſi quidem liberi ſint) de hac ſanctiſsima vrbe repellant: pro vigore iudiciario etiã cõpetentib. ſupplicijs ſubiugandi: ſi verò ſerui, ſeueriſsimis animaduerſionibus plectent[g]. Dat. VIII. Id Febr. Conſtantinopol. Patritio Cos.

f ¶ A conſortio clericorum.)† Quo 9 caſu priuilegijs priuaret, ſicut reiectus de collegio aduocatorũ, eorum priuilegijs in dubio cenſeretur priuatus, Accurſ. Baldo & cæteris.

g ¶ Seueriſsimis animaduerſionib.) Id eſt, vltimo ſupplicio.† Grauius ergo 10 puniunt ſerui quã liberi homines, & leuius plectunt nobiles ignobilibus. Qua in quæſtione ſolet cõmuniter id ſeruari, vt ſi delictũ in officij vel dignitatis dedecus tendat, quò quis eſt dignior, eò atrocius ſit puniendus: alioqui pæna corporali pauperes, pecuniaria diuites grauius affligantur: quod Bart. ſenſit [g]. Quod & ipſe regulariter probauerim: nam & quãdoque cernere eſt grauius mulctari mediocres nobilioribus [h].

g in l.quędam. de pœnis.
h l.j.§.vt nemo ad ſuum patr. lib.xj.

LEX VIII.

1 *Quare Imperatoris nomen Romano Pontifici in inſcriptione præferatur.*
2 *Argumentum ſiue epitome huius legis.*
3 *Romanúsne an Conſtantinopolitanus Pontifex potior.*
4 *Petrus eiúsque ſucceſſores in terris loco Chriſti ſunt. & num. 6.*
5 *Inuehitur in eos, qui primatum Eccleſiæ Pontificibus denegant. & num. 7.*
6 *Multorum teſtimonijs probatur, caput Eccleſiæ eſſe Petrum, eiusq; ſucceſſores.*
8 *Religio in malam bonamq; partem accipitur.*
6 *Religioſi propriè qui dicantur.*
10 *Conſtitutio in concilio emanata, quando pontificia vel ſynodalis cenſeatur.*
11 *Ad imperatorem ſpectat, in ſchiſmate procurare, vt concilium congregetur.*
12 *Archimandritæ qui dicantur.*
13 *Hæreſis Arrij, Neſtorij, Eutychetis, et Macedonij.*
14 *Pontifex quos appellet fratres, et quos filios.*
11 *Pontifici non licet de vrbe Roma aliò ſedem tansferre.*
16 *Ex maleficijs reus naturali obligatione ad pœnam tenetur.*
17 *Valet comminatio iudicis ſub pœna excommunicationis.*



18 *Extorres qui dicantur.*
19 *Aduenæ an & quando legibus municipalibus ſubſint.*
20 *Hæretici ſi reſipiſcant, recipiendi ſunt.*

1 INTER CLARAS.) † In inſcriptione mirantur aliqui, cur Imperatoris nomen Roma. Pontifex ſuo præpoſuerit, q̃d & alibi quandoq; obſeruatum videmus [a]. Quib. ego reſpõderim, quò quiſque Chriſtianus humilior eſt, animoq; demiſsiore, eò etiã gratiã apud deũ maiorem nanciſci. Quapropter vt hac in re nemini cederent antiqui Pontifices, ſe ſeruos ſeruorum Dei appellabant [b]: quã ob cauſam, etiã in ſupplicationib. digniores ſe cæteris poſtponunt: licet q; in ſignũ demiſſæ mentis fuit introductum, videamus impręſentiarum in cõtrarium vertiſſe, altercanturq; aliqui, vel potius 2 certãt, vt poſteriorem obtineant locum. † Sanè reſpondet hac epiſtola Ioannes huius nominis Pontifex ſecundus Imp. Iuſtiniano, & eius fidem approbat, inſeritque in ea exemplum literarum quas Imperator ad ſe miſerat.

a c. licet cauſã. de probat.
b j.q.7.quoties.

a ¶ Omnium Eccleſiarum caput.) † Fuit o- 3 lim magna controuerſia, an Pontifex Roma. principatũ Eccleſiarum de iure diuino haberet: quòd ſi haberet, an ad eum potius qui Romæ quàm qui Conſtantinopoli eſſet, quæ noua Roma eſt, pertineret: & Iuſtinianus hîc ad Romanum rem trahit quòd & aliquo pòſt tempore Phocas quoque Imperator conſtituit, Conſtantinopolitanoque prætulit. Nunquid verò id humanis ſanctionib. potius quàm iure diuino probetur, nodus eſſet haud ſanè facilis, niſi ueteres & ſancti illi primitiuæ eccleſiæ antiſtites nobis præiuiſſent, & iuris diuini id eſſe demonſtraſſent. Cùm enim dixiſſet Chriſtus Dominus noſter Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: apparet per hæc verba ei vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtrationem promiſſam. quod autem ab eo promiſſum eſt, fatuum eſſet opinari non & fuiſſe ſeruatum: conſenſuque prudentium proditur, tunc verè traditam, cùm poſt reſurrectionem dixit; Paſce 4 oues meas. † Vt enim caput fidei ipſe Chriſtus eſt, qui gratiam quotidie in eccleſiam ſuam inuiſibiliter infundit: ita & loco ſui Petrum, eiusque ſucceſſores in terris reliquit, qui ea, quibus Eccleſia indiget, viſibiliter ipſi conficerent: ſic ab his ſacramenta exhibentur, populi in fide inſtruuntur, epiſcopi conſtituuntur, concio fidelium legibus, exemplis, monitionibus regitur, mali abominationibus & pœnis corriguntur: quæ ſi Chriſtus ipſe ſibi reſeruaſſet, iam fidei merita perderentur, certique eius rei eſſemus quàm noſtræ ſalutis intereſt, vt potius ex fide credamus. Sic in Euangelio rogaſſe ſe aſſerit Chriſtus, ne deficiat fides Petri: ſic conſtituit, ne portæ inferi aduerſus petram, in qua fundatur Eccleſia, prævaleant: ſic ei mandatur, vt confirmet fratres ſuos: ſic ipſe tanquam os & caput Apoſtolorum, Domino noſtro reſpondet: ſic ſemper in fide ardentiorem ſe præſtat: ſic à generalitate aliorum honoris gratia eximitur, cùm, Dicite, inquit, diſcipulis & Petro: ſic pro eo cẽſus ſoluitur: quæ omnia ſancti antiſtites cùm optimè animaduertiſſent, p exploratiſsimo habuerunt, primatum Eccleſię Petro, eiuſque ſucceſſoribus datum. † Sed quid 5 profuit tot concilijs id ſanctiſsimos patres ſtatuiſſe, tot legib. Imp. cauiſſe, Eccleſię Doctores tam græcos quàm latinos docuiſſe, ſi adhuc reperiuntur, qui etiam editis voluminib. id denegare auſint, noſque acephalos faciant? vt libeat exclamare quod vulgò dicitur, Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri. Quid enim vnquam tam apertum fuit, tam dilucidum, vt dicendo inuerti non poſsit? Si ſingulis horum rationibus reſpondere operæpretium ducerem, & ſtudioſos multa lectione inuoluerem, & nihil proficerem: qui enim hęc attentant, cancro illo & hydra Platonica pertinaciores ſunt, Pontificumque monitis minimè reſipiſcentes, nouas quotidie & ſcandalo plenas concluſiones cogitant, & in publicum proferunt, vna in re ſolùm intenti, vt contradictiones cunctis orthodoxis adducant, vt vbique concordiam extinguant, nuſquam pietatem adiuuent: quorum ſententiæ ſi ueræ eſſent, veteres omnes, ſanctoſq; Theologos abrogare oporteret, quorumcunque principum regna ſubuertere, qui à Pontifice Romano primũ inſtituti ſunt & in primis Cæſar ipſe exautorandus, cùm ex decreto Gregorij V. conſtituti Electores eum deſignandi ius nullum adepti fuerint: deturbandus rex Francorum, cùm à Chilperico in Pipinum trãsferre dominationem ſanctione ſua Zacharias nequiuerit: deijciendi Sicilię reges, qui à ſede Apoſtolica ſub fidelitatis iuramento regnum poſsident: antiſtites omnes, qui hactenus fuerunt, & pij, & religioſi, ceu inuaſores & pſeudepiſcopi explodendi, quùm à Romano Pontifice inſtituti fuerint. Sed bene habet, noluit CHRISTVS fidem Petri deficere: tot columnis, tot tibicinib. ea fulta eſt, vt la- 6 befactari aliquorum ſyllogiſmis nequeat. † Extant antiquorum interpretum commentarij, quibus omnes hæreticorum ſententię confutantur: c x & vt Anacleti, Pelagij, Innocentij, Nicolai, Leonis [c] decretales epiſtolas omittamus, principatum Eccleſiæ celeberrimus quiſq; veterum Petro ipſi datum conſentit: & ex Græcis Io. Chryſoſt.

L. 4. Inter claras.

homilia LV. in Matthæum, nunc Petrum totius Eccleſiæ paſtorem conſtitutum, nunc eius paſtorem & caput, nunc vniuerſo orbi prępoſitum aſſerit. Et homilia vlt. in Ioan. Iacobum quidem Hieroſolymorum ſedem accepiſſe, Petro verò totius orbis curam demandatam affirmat. Theophilus principem Apoſtolorum ex eo factū, Lucæ xxij. ſcripſit, cùm illi mandat, vt fratres confirmet. Rurſus Ioannis cap. vlt. idcirco ei à Chriſto dictum: Sequere me, quoniam cūctorum fidelium prælaturam ei conceſſerat. Cyryllus Alexandrinus libro theſaurorum, nos hortatur, vt maneamus in Eccleſia Petri, & in capite noſtro, nempe apoſtolico throno Romanorū Pontificum. Maximus epiſtola quadam orientalibus populis ſuadet, vt veram fidem approbantes, in eccleſiam Romanorum, tanquam in ſolem reſpiciant, & ex ipſa lumen catholicæ & Apoſtolicæ fidei recipiant.

rendiſsimi teſtantur affatus. Patet igitur in vobis impletū fore, quod ſcripturæ loquuntur: Per me reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam, &c.

Ignatius Conſtantinopolitanus poteſtatē Apoſt. principi Petro datā, non in eius perſona circumſcriptā, ſed ſucceſſorib. quoq; ſenioris Rom. Pontificib. tranſmiſſam, autor eſt. Ex Latinis Cyprianus, ſuper vno Petro fundatā eccleſ. tradit, idq; à Chriſto inſtitutū, vt vnitas eius oſtenderetur. Idem lib. 4. epiſt. ad Pupianum, ſuper Petro ædificatam fuiſſe eccleſ. apertiſsimè fatetur. Ambroſius nunc eum Eccleſię petram appellat, nūc fidei firmamentū[a]: idcircoq; petram eſſe, quoniā primus in nationib. fidei fundamenta poſuerit. Idem ſerm. xj. Hanc, ait, ſolam Eccleſiæ nauē aſcādit Dn̄s, in qua Petrus magiſter eſt cōſtitutus. Hieron. in Matth. Petri nomen illi rectè ab Chriſto datum, qm̄ per metaphoram ſuper eum ædificaturus erat eccleſiam ſuam[b]. Idem ad Damaſum: Ego, ait, beatitudini tuę. i. cathedrę Petri cōmunione conſocior, & ſuper illam petrā ædificatam eccleſiam ſcio.

a 50. diſt. c. fideſior.

b 24. q. j. q̄niam.

Auguſtinus ad Paulinum, epiſt. 106. Innocentij literas commendat, quibus ad ſedis ſuæ notitiam pertinere teſtabatur, quicquid vbiq; à cōcilijs de fide ſtatuat, cuius iudicio vel ſtēt, vel cadant, quę tractata fuerint. Rurſus in lib. aduerſus epiſt. Donati, in Petro aſſerit tanquam in petra fundatam eccleſiam. Greg. cùm varijs in locis, tū maximè epiſt. ad Mauritium Imp. eandem ſententiam adductis Euangeliorum canonibus, clariſsimè defendit, & poſt eum Bernardus eo ſermone, quem in ipſius Apoſto. vigilia habuit, diffuſiusq; ad Eugenium Papam, lib. 2. de conſideratione: Agè, inquit, indagemus quis ſis, quam geras pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex, vt princeps epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorū, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moiſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus: tu es cui claues traditæ, & oues creditæ ſunt. habent alij ſibi aſsignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti: & quæ ſequuntur. Socrates epiſcopus in hiſtoria Caſsiodori, cum in varijs locis principatū Rom. ſedi aſſerit, tum & lib. 4. cap. 9. vbi eccleſiaſticis regulis mandari aſſerit, ne præter Roman. Pontificis ſententiam conciliū celebretur. Rurſusq; lib. 9. cap. 13. regulam prolatam autor eſt, vt Conſtantinopolitanus epiſcopus haberet honoris priuilegia poſt Pontificē Romanum, hisque conſenſum ſuum præſtitiſſe Imperatorem Theodoſium: quod & Conſtantinopolitano concilio cautum repetitur, in quo hæc ad verbum legere eſt: Conſtantinopolitanus epiſcopus habeat honoris primatū poſt Romanū, propterea quòd vrbs ipſa ſit iunior Roma.

*Quæ ſequūtur in epiſtola omiſſa ſunt, partim quia ab authore non fuerunt explicata: partim quia lectori tædio fuiſſent.*

Sed & Ammianus Marcellinus hiſtorię lib. 15. autor eſt, Conſtantium Cæſarem ſententiam, qua Athanaſium condemnabat, petiiſſe à Liberio Rom. Pōtifice, pro autoritate, qua potiores ſunt æternæ vrbis epiſcopi, confirmari: quod minimè obtinere potuit. Sed quid ego hac in re verba alterius faciam? & contra vetus prouerbium, rem actam rurſus agam? pluribus enim concilijs, & nouiſsimè Conſtantienſi res hæc omnis deciſa eſt, quod & Iuſtinianus Imperator hac conſtitutione approbauit, vt ridicula ſit ea hæreticorū concluſio, qua id introductum ex frigidiſsimis decretis ſolùm, à CCC. annis citrà aſſeuerant.†
7 Sed certè nobis videntur iſti non tam credere, quæ aſſerunt, quàm id agere, vt inuidiam aduerſus Pontificem & præſules colligant, & contra Chriſtianorum dogmatum ſynceritatem principibus populi ſui maledicant, cùm tamen Chriſtus quoque ipſe pontificibus & ſacerdotib. libentiſsimè detulerit: quod annotauit Cyprian⁹. Paulus quoq; in Actis Apoſt. cap. 24. Neſciebam, inquit, fratres quia princeps eſt.

8 ¶ Quam vera religio.) † Religio ab antiquis in malam partem accipiebatur, nimirum pro ſuperſtitione. Lucretius:

*Humana ante oculos fœdè cùm vita iaceret,*
*In terris oppreſſa graui ſub religione.*

9 Deinde cœpta eſt vox in bonam partem accipi,† & religioſi propriè dicuntur, qui paupertatem, obedientiam, caſtitatem perpetuam Deo vouerunt. Sed & ampliore ſignificatu hi accipiuntur, qui aliquid ex illis votis obſeruant, vt hoſpitalarij & templarij: per ſummum verò abuſum, quilibet Chriſtianus dicitur religioſus, & ita ſentiūt Canoniſtæ in rubr. de regularib.

¶ Nullis rugis.) id eſt, ſciſſuris, & diuiſionib. ſumptum eſt ex epiſtola Pauli ad Epheſios cap. 5. Sanè damnat Procopius Iuſtinianum, qui intra palatij cubiculum recluſus cum ſacrificulis omnes bonas horas conſumeret in ſecernendis articulorum fidei minutijs, omiſſa rei bellicæ cura, vt inde præſtiterit Totylæ occaſionem vrbis Romæ per Gotthos incendendæ.

¶ Coepiſcoporum interueniente conſenſu.) Edictum ergò Iuſtiniani, quod cum conſenſu epiſcoporum promulgauit, Iuſtiniano, non epiſcopis attribuitur:† quod recentiorum quorun- 10
dam ſententiam confirmat, qui ſi in concilio à Romano Pontifice indicto edatur cōſtitutio hac inſcriptione, Romanus Pontifex de conſenſu concilij, cenſent pontificiam: non ſynodalem exiſtimandam: nam non ſolent actus à conſentientibus denominari, ſed à facientibus: licet Nicolaus Tudiſcus contrà in oratione, quàm in Baſileæ ſynodo habuit in Germania. Sed hæc à nobis latiùs differuntur Paradoxorum libro ſexto, capite decimo.

¶ Victor Iuſtinianus, &c.) Simili titulo vtitur Honorius in epiſtola ad Bonifacium[a], poſtponiturque hic Pontificis nomen, qui ſtylus in præſentiarum in Rom. curia exoleuit; quapropter Guilielmus in ſpeculo de pręſent. reſcript. autor eſt, falſum pręſumi reſcriptum, in quo non legatur ſummi Pontificis nomen ante cætera. Vereres certè ſimplicius egerunt, nec cum tanta ſcrupuloſitate credidere.



a 17. diſtin. Victor.

11 ¶ Nobis fuit magnum ſtudium vnitatem.) † Et hoc ad Imperatorē pertinet, in ſchiſmate procurare, vt congregetur concilium: quod verum eſt, vbi Pontifex ipſe ex magna cauſa eſſet ſuſpectus, veluti ſi ageretur de eo exautorando: alioquin congregatio ſynodi ad ipſum Pontificem pertinet, vt habetur in decretis[b], & eo negligente, ad eos Cardinales qui minimè eius labis ſuſpicione notantur, quæ conuentui peragendo cauſam præſtat, vt Baldus, Cardinal. Florent. & recentiores ſcripſere[c]. Vbicunque autem de hoc aliqua oriretur dubitatio, exiſtimauerim ob eius diſceptationem Imperatorem fortè adeundum[d].

b c. ſynodum. & c. nec licuit. 17. diſtinct.
c Dec. conſ. 151.
d l. ij. §. eo.

13 ¶ Archimandritæ.) † Ita abbates vocari arbitror. μάνδρα græcè ſpelūcam ſignificat & gregem: monachi enim in eremis cauernas inhabitabāt, ab his ergo nomen ſumpſere: vel à grege, propter illud euangelicum, Paſce oues meas, quod alij arbitrātur. Huius vocis mentio eſt etiam Sidonio Apoll. in epiſtolis.

¶ Homouſion.) ὁμοούσιον conſubſtantialis, quod in filio Arrius, in Spiritu ſancto Macedonius negabat: at Neſtorius Chriſtum filium Mariæ hominem tantùm credidit, ſuperueniſſeque deinde in eum diuinitatem. quibus non minus deteriora prodidit Eutyches, qui Chriſto diuinam ſolùm naturam aſſeruit: quapropter Arrius Nicena, Macedonius Cōſtantinopolitana, Neſtorius Epheſina, Eutyches Chalcedonia ſynodo condemnati ſunt[e].

e c. ſunt igitur. 15. diſt. & 34. q. 5. quidam.

14 ¶ Patriarcham veſtrum fratrem.) † Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Cardinales, ſolet Rom. Pontifex fratres appellare, cęteros omnes filios: quæ forma niſi ſeruata ſit, præſumitur reſcriptum falſum[f].

f c. quam graui extra de falſ.

¶ Plus veſtrę ſedis creſcit autoritas.) † Debent
15 enim pontifices autoritatem ſedis ſuæ procurare: quapropter non licet pontifici de vrbe Roma aliò ſedem transferre, quia diminueretur de maieſtate, quam conſequitur ex dignitate vrbis[g]: nam & diuino iuſſu de Antiochia Petrus eò contendit[h], cui legi diuinę & ipſe ſubiicitur: atq; ita multi ſentiunt, & Alberico idem videtur.

g 7. quæſt. j. c. mutationes.
h 25. q. j. c. rogamus.

¶ Alienum ſeipſum ab eccleſia iudicabit eſſe
16 catholica.) † Qui ergò delinquit, ſeipſum condemnat: vnde vulgò dicitur, ex maleficijs reum naturali obligatione teneri ad pœnam: quia videtur conſentire, vt merita pœna afficiatur: qđ ferè omnes prodiderunt[i].

i l. ex hoc iure. de iuſt. & iur.

¶ Iuſsimus eſſe alienos.) Id eſt, excommuni-
17 cauimus.† vnde hic probatur, valere ſentētiam: qua iudex aliquem excommunicat, niſi quamprimum aliquid faciat: nec enim huiuſmodi ſententia eſt conditionalis, ſed pura, quæ tamen eueniente conditione reſolui poſsit[k].

k l. oblig. § cōditio ff. de act. & obl.

¶ Extorres.) Sic dicuntur exules, quaſi extra
18 terram eiecti.† Hinc argumentum ſumunt pleriqne, vt aduenæ beneficijs legum municipaliū
19 vti nequeant: quod æquum eſt, † ne qui onera non ſuſtinent, priuilegijs fruantur: reſponderuntque ita recentiores varijs conſilijs. Quapropter ſi conſtitutum ſit, vt pagani damna eius reſarciant, qui in eorum agro ſit de latronibus ſpoliatus, aduenæ nihil prouidebitur. Idem ſi ex lege inſtrumenta confeſtim executioni mandentur: extraneus enim ordinario iudicio debebit experiri. Hanc tamen regulam ita intelligendam cēſeo, vt contrahentes nō compræhendat: cū enim reſpectu ſolēnium, & eorum, quæ ex natura contractus deſcēdunt, extranei huiuſmodi lege teneantur, videntur contrahendo tacitè conſentire, vt lex attendatur: quocirca non tam beneficio ſtatutorum vti dicentur, quàm iure ſibi tacita conuentione quæſito. Idemq; iuris arbitror in his, quæ voluntariam iuriſdictionem reſpiciunt, cùm id nemini noceat, & ipſis proſit: nec aliter credidiſſe Doctores, veriſimile eſt[l]: dum ſimpliciter in vtroq; caſu aſſerunt aduenam municipali legi ſubeſſe. Sed & clerici, quamuis laicorum legibus non coerceantur, eorum tamen beneficio vti poterunt, ne quod ob fauorem conceſſum eſt, in eorum odium reflectatur, vt Bar. ſcripſit[m].

*De Sacroſanctis eccleſiis: & de rebus ac priuilegijs earum.*



l In l. j. §. cod.

m In tract. repræſal. in 5. qu. principali.

¶ Gremium nunquam redeuntibus claudit eccleſia.) Hęretici ergo quotieſcunque ad ſani-
tatem reuertantur, admittendi ſunt, & impunes 20
eſſe debent: quod & Auguſtino placuit, & antiquis patribus[n]: quòd non ſeruatur, quantum ſit ad pœnam criminalem[o].

n 24. q. 3. c. corripiantur.
o c. ſuper eo. de hæret. in 6.

¶ Obſecro clementiam veſtram.) Quùm in crimine hæreſéos eccleſia cognitionem ſibi reſeruet, quid eſt, quod Roman. pontifex precib. imploret, vbi imperare poterat? Sed hæc olim fuere: alioqui ſi decretales conſtitutiones reſpiciamus, non potuit Iuſtinianus aduerſus hæreticos procedere, deinde eis condemnatis Pontificem admonere: quod tamen feciſſe eum hic ſatis conſtat.

¶ Niſi perfectis in Chriſto.) Meritò ita dixit, nam & Paulus ſuis epiſtolis ad Romanos perferendis, non alio vſus eſt miniſtro, quàm Phœbe muliere Corinthia. Et hic notandum eſt, eos qui in legationem mittuntur, præſumi prudentes, & principibus ſuis gratos.

# De ſacroſanctis eccleſijs: & de rebus ac priuilegijs earum.

*Rubrica.*† *lib. j. tit. ij.*

1 *Eccleſiæ appellatio.*
2 *Baſilica.*
3 *An & quando Imperatoriæ conſtitutiones recipiantur circa ſpiritualia.*

1 ECCLESIA græca vox eſt, & concionem ſignificat. In initio enim, & in ipſa, vt ita dixerim, naſcentis noſtrę religionis infantia, quùm pauci eſſent Chriſtiani, in vrbibus conueniebāt ſimul, & Deo laudes canebāt, cōſtituebantq; inter ſe, quæ ad inſtitutionē ſuam pertinerent, vt Lucas in Apoſtolorum actis oſtendit, & Plin. ad Traianum

Traianũ autor eſt. Capitur ergò Eccleſia ea ſigni ficatione, vt & conuentus Chriſtianorũ compræ
2 hendat, & etiã locum ipſum in quẽ cõuenitur. † Appellat & locus ipſe Baſilica, ſiue quòd loca pu blica Baſilita Græci vocent, ſiue quòd domus principis Baſilica, id eſt, regia dicitur: quæ ſignificationes etiam diuinis templis cõueniunt.

LEX I.

*Imperator Conſtantinus A. ad populum.*

A

Sanè plura de ędificatione & conſecratione earum habentur in Decretis, de conſer. diſt. prima.
3 † Sed probabiliter dubitatur, quomodo conſtitutiones hoc in tractatu inſertæ recipiendæ ſint, cùm communi calculo affirmetur: Imperatorias ſanctiones, quæ ſpecialiter de clericis, vel eccleſiarum facultatibus verba faciunt, nullius eſſe momenti, quòd hoc munus ad ſolum Pontificem pertineat [a]. Et fatendum eſt vbi aliter iure Canonico cõ-
B ſtituitur, has leges non obſeruari, alioqui eſſe obſeruandas, non quia ab imperatoribus latæ, ſed quia per Pontifices videntur tacito conſenſu admiſſæ: quod Alber. opinatur, in cuius ſententiam eundum cenſeo: nemini tamen eſt dubium, quin in primitiua eccleſia, de rebus & perſonis eccleſiaſticis ius dicerent Imperatores.

a c. eccleſia de conſt. vbi Pan.

LEX I.

1 *Conſtantinus Magnus primus Cæſarum Chriſti fidem amplexatus eſt.*
2 *Idem conſtituit, vt quilibet generali Eccleſiæ relinqueret, quam tum vellet.*
3 *Reſtrictio dictionis, Vnuſquiſq;.*
4 *Generales dictiones ex loquentis mente interpretationem accipiunt.*
5 *Generalibus verbis regulariter nõ eſt inducenda legũ correctio.*
6 *An propter geminatas dictiones generales, lex impropriè accipiatur.*
7 *Quod text. de generali Eccleſia conſtituit, id trahitur etiam ad reliquas eccleſias & pia loca, &c.*
8 *Si præpoſito collegij legetur quid, cenſetur ipſi collegio relictum.*
9 *Si generaliter Eccleſiæ legetur, intelligitur de parochiali.*
10 *Verbum relinquere, eſt generale.*
11 *Stylus quid ſignificet.*
12 *Iure Canonum valet teſtamentum coram duobus teſtibus conditum.*
13 *Iure Canonico piæ cauſæ multa indulgentur.*

1 HAbeat vnuſquiſq;.) † Quoniam ante Conſtantinum Magnum collegia Chriſtianorum damnata erãt, eorum ille profeſsionem primus Cæſarum ſyncera fide amplexatus
2 [b], conſtituit, † vt quilibet facultatem haberet quantum vellet generali ipſi eccleſiæ relinquendi: fuitque tunc hæc lex intellecta, vt non ideò clericis vel monachis relinqui poſſet, aut particulari templo: cuius rei ratione diuus Hieronymus quadam ad Nepotianum epiſtola his verbis attingit: Pudet dicere, ſacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & ſcorta hæreditates capiunt, ſolis clericis & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur (inquam) non à perſecutoribus, ſed à principib. Chriſtianis: nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonũ eſt, ſed quò mihi vulnus, vt indigeã cauterio? Prouida ſeueraq; legis cautio, & tamen nec ſic refrænatur auaritia. Per fideicommiſſa legibus illudimus, & quaſi maiora ſint Imperatorum ſcita, quàm Chriſti leges timemus, euangelia contemnimus. Sit hæres, ſed mater filiorum, id eſt, gregis ſui, Eccleſia, quę illos genuit, nutriuit, & pauit. Quid nos inſerimus inter matrẽ & liberos? Gloria epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere. Ignominia omnium ſacerdotum eſt proprijs ſtudere diuitijs. hæc ille. Vnde apparet recentiorum interpretatione factum, vt aliter hæc lex noſtro ſæculo, aliter in primitiua eccleſia intelligeretur.

b xij. q. j. futuram.

HAbeat vnuſquiſque [a] licentiã, ſãctiſsimo [b], cathol. ve-

a ¶ Vnuſquiſque.) † Qui tamen factionem te- 3
B ſtamenti habeat [c], & ita communiter accipitur. Bartolus etiam eos accipit, qui ſolùm iure ciuili teſtari nequeunt, vt muti, vel ſurdi, vel qui ſtatus ſui ſunt incerti: idemque filijfamilias, qui in alijs caſibus, etiàm conſentiente patre, non admittuntur: item damnati de crimine famoſo, à quibus bona non auferuntur. Quæ ſententia ſatis defendi poteſt, quia huiuſmodi teſtamentum, ſi hac conſtitutione confirmetur, omni iuris ratione munitum dici poterit: & con-
C ſtitutio Valent. & Martiani: dicta lege generali. & in alijs caſib. accipietur, veluti in his, qui iure gentium ſunt inhabiles. Ex qua interpretatione hîc probatur, generalem hanc dictionem, vnuſquiſque, reſtringi, vt iure gentium inhabiles nõ comprẽdat, quamuis de fauore publico agatur. Quem articulum ſic arbitror breuiter poſſe expediri vt dictiones generales ex loquentis mente interpretationem accipiant † quapropter 4 reſtringuntur, vt qui iure gentium inhabilis ſit,
D nunquam admittatur [d]. Idem in eo qui iure ciuili reijciatur. quem ſenſum ex communi ſententia hîc accipimus: † nec enim generalibus verbis 5 inducenda eſt legum correctio, niſi cùm aliàs conſtitutio ſuperflua redderetur, vel de fauore publico agatur, vel aliàs abſurdi aliquid conſequeretur, vel cum verba plurimum exuberant, & rationis paritas nõ diſſuadet [e]. † Sed nunquid 6 propter huiuſmodi dictiones geminatus lex extra proprietatem vocabuli trahatur? Et puto
E trahi. Quapropter ſi de quibuſcunque hæredibus loquar, & fideicommiſſarij intelligentur [f]. Et appellatione cuiuslibet contractus, etiam de abuſiuis contractibus actum videtur [g]. Qua ratione prohibita alienatione quorumcunque bonorum mobilium & immobilium, crediderim & iura & actiones contineri [h]. Si tamen maxima improprietas fieret, aliud eſſet dicendum. Quamobrem ſi de quacunque negotiatione ſolui vectigal lex velit, de legato non erit
F ſoluendum [i].
b ¶ Sanctiſsimo, catholico, venerabiliq; concilio.) † Licet conſtitutio de vniuerſali ſynodo lo- 7 qui videatur, tamen eadẽ priuilegia etiam cuilibet eccleſiæ competunt, & cuicunque fraternitati eccleſiaſticæ, non incapaci, aut xenotrophio, vel miſerabilibus perſonis, puta viduis & pupillis, dum pro ſalute animæ relinquatur, hęc enim pia cauſa eſt: alioqui ſi alicui diuiti quiſquam ob dei amorem ſe legare dixerit, pia cauſa non eſt: ſicut cùm quiſquam malè ablatum certæ perſo-

c l. generali. ꝯ. c.
d gl. l. 3. in fi. de ope no. nunt.
e l. j. §. renũtiatio ff. de ope. noui nunt.
f Roma. in l. id tempus. in fi. de vſucap.
g Gemin in c. ŋ. §. j. de reb. eccl non alie. in 6.
h Dd. l. Gallus. §. etiam. de libe. & poſthu.
i Bar. l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. j.



8 perſonæ reſtituit, vt Bartolus aſſerit. † Sed quid ſi collegij præpoſitis legatum fuerit? Reſpondeo cenſeri in vniuerſum ipſi collegio relictum, niſi aliud præſumatur ex cõiecturis. Quid enim ſi ſanguine, vel magna amicitia coniunctus legauerit? Quid ſi natura rei aliud oſtẽdat? Finge præpoſitos aucupijs oblectari, non erit veriſimile accipitres & retia Eccleſiæ legata. Quid item ſi vni ex pluribus præpoſitis legatum ſit? Et ita ſe communis ha-
9 bet ſentẽtia [a]. † Sed & ſi generaliter eccleſiæ legatum ſit parochiali, exoluẽdum erit: ſi duabus parochialibus ſubſit teſtator, egẽtior præferetur, niſi aliter ex coniecturis appareat: *hoc*, hoc eſt, hæc ſententia communi calculo recepta eſt.

a c. requiſiſti. de teſta.

decedẽs [a] bonorum, quod optauerit [b], relinquere [c]: & nõ ſint caſſa iudicia eius. Nihil enim eſt, quod magis hominib. debeat, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquã iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus [d]: & licitũ, quod iterũ non redit arbitrium. P. P. V. Iul. Romæ, Criſpo II. & Conſtantino II. Cæſar. Coſſ.

a ¶ Decedens.) Interpretatur Bartol. vt beneficio huius legis ſolus fruatur, qui inſtante mortis articulo teſtamentum condit: quod communis expoſitio reiicit.
b ¶ Quod optauerit.) Interpretantur omnes, vt ad teſtatorem referatur. Ipſe etiam defendi poſſe arbitror, vt fauore pię cauſæ ſuſtineatur, ſi quis ita legauerit: Collegio vel flagriferis talis Eccleſiæ lego, quodcunq; de bonis meis optauerint ſeu elegerint [b]. quo ſenſu id verbum non ad teſtatorem, ſed ad Collegium referetur.
10 c ¶ Relinquere.) † Verbum id generale eſt: quapropter ſi Eccleſiæ legetur, hæreditate non adita, videretur legatum nihilominus deberi, aliàs caſſum redderetur teſtatoris iudicium: quod Bartol. probat [c]. Alij contrà crebriore calculo, cùm id priuilegium Eccleſiæ competere ſpecialiter non caueatur, niſi cùm filius in poteſtate fuiſſet inſtitutus: cùm enim ipſo iure ſit hęres, ſtatim quæritur ius Eccleſiæ, licet deinde abſtineat [d]. Idem ſi præſtatio legati dilationem non admitteret, puta ſi pro ſepulchro legaſſet, vel vt reſtituerentur funebres pecuniæ. Sed & poterit Eccleſiæ adminiſtrator procurare, vt alicui fiat addictio bonorum, quæ etiam in libertatibus eſt introducta, vt legatum conſequetur [e]: adnotauitq; hæc Bald. mox cæteri.
11 d ¶ Liber ſit ſtylus.) † Graphium, quo ſcribitur, ſtylus ſignificat: vnde vſus obtinuit, vt pro ſcriptura dicendique modo accipiatur. Exiſtimauit autem Bartolus, hac lege conualeſcere teſtamentum ad pias cauſas, licet iuris ciuilis ſolennitates non obſeruentur. Nam & idem militibus conceſſum eſt, & inter liberos teſtanti. Sed plerique omnes alia diſſeruere [f].
12 Verùm quæſtio hæc inutilis eſt, † cum in præſentiarum ius canonicum vbique ſeruetur, quo teſtamentum valet coram duobus teſtibus conditum, iuris ciuilis ſolennitatibus reiectis [g]: quæ lex Euangelico dicto nititur: In ore duorum, &c. Quapropter teſtamentum ſuſtinetur, etiam quo ad alios cohæredes, quos cauſa pia non tangit, vt plerique affirmant. Secùs ſi fauore cauſæ ſimpliciter id conſtitutum eſſet [h]: † nam 13 & eodem canonico iure, piæ cauſæ quamplura alia indulgentur, veluti ſummaria cognitione vt explicentur controuerſiæ, vt cognitio etiã eccleſiaſtico iudici competat, vt ſimplici executori contra negligẽtem hæredem actio detur, vt integrum legatum præſtetur, nihilq; deducatur, vel Falcidiæ vel ſenatuſconſulti Trebelliani nomine: quod & Iuſtinianus ſanxit, vt ſolo nutu facta inſtitutio ſit efficax, vt huiuſmodi relictum ex incertitudine non vitietur. Qua cauſa & captatoria inſtitutio admittitur, & legatum in arbitrium hæredis collatum valet [i]. Vnde conſequens eſt, vt malè ablata reſtitui, generaliter mandari poſſit: & pauperibus in genere legatum, robur obtineat, quod & inferius cauetur: collegitque hæc Aretinus.

b c. a. j. de deciſ. & Arch. j. q. j. ſunt nõnulli.
c l. eam quã. C. de fideicom.
d l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. de fid. lib. §. j.
e Inſt. de eo cui lib. cauſ.
f l. hac cõſultiſſ. de teſt.
g c. relatum. de teſt.
h in §. ex imperfecto. in l. hac cõſultiſſ. de teſt. j.
i c. cùm tibi. de teſt.

L. 2. Nemo Apoſtolorum.

LEX II.

A IMPPP. GRATIANVS, *Valentinianus, & Theodoſius A. A. A. Pancratio Præfecto vrbis.*

NEmo Apoſtolorum, vel martyrum ſedẽ, humanis corporib. exiſtimet
B eſſe conceſſam. Dat. IIII. Kal. Aug. Heracleæ, Euchario & Syagrio Coſſ.

C

LEX II.

1 *Sepeliendi varius mos.*
2 *Hac conſtitutione prohibetur ſepultura in delubris & ſanctorum locellis.*
3 *Hac conſtitutione mercimonia in eccleſiis fieri prohibentur.*
4 *Dictio corpora, aliquando pro collegijs artificum negotiatorumq; accipitur.*
D 5 *Qui contractus in eccleſiis celebrari poßint.*
6 *Nunquid teſti deferri poßit iuramentum in Eccleſia.*
7 *De Eccleſia poteſt quis in ius vocari.*

NEMO APOSTOLORVM.) † Cũ 1 Romanorum antiquo more mortui intra ciuitates ſepeliri nõ poſſent, ne ob huiuſmodi feralia municipiorum ius pollueretur [k]. Chriſtianæ legis homines ethnicorum ſpreta re-
E ligione, non ſolùm in eccleſiarum cœmiterijs intra vrbes, quod laicis iure pontificio conceditur, ſed in delubris, atque adeò in ipſis ſanctorũ locellis tumulari ſe mandabant: † quod Impera- 2 toria hac conſtitutione deinde prohibitum fuit: veraque hæc eſt conſtitutionis interpretatio. Nam & adhuc Mediolani in Protaſij Oribaſijque martyrum tumulo eſt epigramma, quo martyris ad frontem legitur, ſi tam neſcio, quam fœmellam Manliam Dædaliam. † Cæterum & hic 3
F conſtitutioni ſenſus affertur, vt mercimonia in eccleſijs fieri prohibeat. † Quam ſententiã ſi pro- 4 bauerimus, corpora hic accipienda pro artificũ negotiatorumque collegijs erunt, in quem ſenſum dictio iſta quandoq; trahit. [l] † Contractus er- 5 go in eccleſijs fieri nõ debent, niſi cauſam piam reſpiciãt, vt eſt cõtractus matrimonij, & pacis [m], Vel contrahens tutò eccleſiam egredi nequeat [n]. Si quis tamen contraxerit, non idcirco tollitur obligatio: quapropter & voluntariæ iuriſdictionis

k l. mortuorũ. ꝯ. de religio. & ſump. fun.
l l. ſemper. §. quibuſdam. de iure immun.
m in §. quantum vero in authẽ. quib. mod. nat. ef. leg.
n l. præſenti. ꝯ. de his. qui ad eccleſ.

nis actus in eccleſijs facti valent.[a] In iudicijs verò ſæcularibus, non ita eſt: tam enim iudiciales proceſſus, quàm ſententiæ, ipſo iure pereunt, ſi in eccleſijs ea geſta eſſe proponatur[b]. Vnde conſequens eſt, vt in eis concepta arbitria, quę ad ſimilitudinem iudiciorum rediguntur, deficiant: arbitratorum mandata, quòd trãſactionis vim obtinent, non deficiãt.

a ſ.de his qui in eccleſ. man.l. j.& n.
b c.decet.de im mu.eccl.in 6.

6 †Sed & nunquid teſti deferendum ſit iuramentum in Eccleſia, fruſtrà cognoſcitur, deferri tamẽ interrogariq; in ea poterit: delatio enim iuramenti nõn tam iudicium, quã piam cauſam reſpicit, ſicut etiam interrogatio, quæ veritatem fouet, & iureiurando accedit: communiterque hæc traduntur. † Sed & Baldus de Eccleſia in
7 ius vocari quemlibet poſſe credidit, quòd licet citationis relatio actis iudicialibus contineantur, non idem ſit in ipſa citatione: q; & alij probant[c], licet nobis non arrideat.

e Alex.l. plerſq.de in ius voc.

LEX III.

IMPERATORES HOnorius & Theodoſius Augg. præf. vrbis.

NEmo martyres diſtrahat[a]: nemo mercetur.[b] Dat. IV. Kalend. Mart. Conſtantino. Honorio N. P. & Euodio Coſs.

LEX III.

1 *Sanctorum corporum commercia hac lege prohibentur.*
2 *Quo caſu prædictum dogma non obtineat.*
3 *Diſtrahere pro vendere.*
4 *Diſtractus dicitur reſolutio contractus.*
5 *Venditor an cogi poſſit reſtituere precium, quod ex turpi cauſa accepit.*
6 *Lex prohibitoria ſi ſit, & contractus ineatur, eſt iure nullus.*
7 *Qua pœna afficiantur contra legem contrahentes.*

1 NEMO MARTYRES) †Prohibentur hac conſtitutione ſanctorum
2 corporum commercia: † quod Alberic. Roſ. intelligit non procedere, cùm huiuſmodi reliquiæ emerentur à prophanis, vt in eccleſijs recõderentur: quod ab æquitate non abhorret.
3 a †¶ Diſtrahat) id eſt, vendat: in quem ſenſum
4 etiam Apul. vtitur. † Recentiores quamlibet contractus reſolutionem generaliter diſtractum vo-
5 cant. † Sed nunquid compelli poſsit venditor, vt precium reſtituat, quod ex turpi cauſa accepit? Et in hoc conſenſum eſt, vt reſtituat[d]: licet Odofre. & Alb. contrà in malæ fidei emptore, ſicut emens rem, quam eccleſiaſticam eſſe ſcit, ab œconomo precium non repetit, ex Leonis conſtitutione[e]: ſed & hoc communiter non admittitur.

d l.vlt.de alea ſ ed.ф.quia vero ſſ.in auth.de nō alien.

6 b ¶ Nemo mercetur. † Et cùm lex prohibitoria ſit, conſequens eſt, vt contractus ipſo iure ſit irritus[f]. Sed nunquid alia pœna contrahentes afficiantur? & extra ordinem puniri fermè omnes
7 tradidere: † nam & in eccleſiaſtico foro huiuſmodi tranſgreſſores honore priuãtur[g], vbi aliter iure expreſſum non eſt. Quòd ſi contractus de ſe illicitum aliquid non contineret, nulla alia pœna infligetur: veluti cùm lege cauetur ne quiſquam rem minoris emat, vel ne triticum extra territorium conuehatur: vltra enim prohibitionem nihil pœnæ eſt.

f l. non dubiũ. in fi.ſ.de ll.
g Gloſ in c.generali. de elect. in 6.

LEX. IV.

1 *Numerus clericorum in Eccleſia Conſtantinopolitana.*
2 *Arctatus eſt numerus huius legis à Iuſtiniano.*
3 *Decani qui dicantur.*
4 *An numerus huius legis augeri diminuive poßit.*
5 *Supernumerarij non fruuntur priuilegijs collegarum.*
6 *An idẽ in ſupernumerarijs doctoribus alicuius Academ.*
7 *Patrocinia quid ſignificent.*
8 *Pontifice canonicatũ alicui concedente in tali Eccleſia, ſi quis de numero deſit, an inſupernumerarij locum ſit admittendus.*
9 *Aduerſus hanc conſtitutionem nil nouari poſſe.*
10 *Priuilegia conceſſa clericis, præſumuntur in dubio conceſſa fauore Eccleſiæ.*
11 *Priuilegium indultum patri & filijs, reſpectu patris conceſſum cenſetur. Et an reuocato priuilegio etiam filij eo priuentur.*

LEX IV.

IIDEM AVGVSTI Nicæno Præf. P.

A NON plures quã 950[c]. Decani[d] ſacroſanctę huius ampliſsimæ vrbis deputentur[e] Eccleſiæ, nullique[f] his addendi, vel mutandi, vel
B in defuncti locum

C NON PLVRES.) †Ne fortè vltra facultates numero clericorum Conſtantinopolitana Eccleſia prægrauaretur, ſtatutus eſt hac conſtitutione certus numerus, vltra quem nemo eligi poteſt, & ſi quis fuerit electus, cæterorum priuilegijs non fruitur. 1

c ¶ † Nongenti quinquaginta) Et is numerus deinde per Iuſtinianum arctatus fuit[h]. 2

d ¶ Decani.) † Decani prius dicti ſunt in exer- 3
D citu, qui decem militibus præerant, qui alio nomine caput contubernij dicuntur, vt Fla. Vegetius, & Modeſt. ſcripſerunt: deinde id nomen ad Eccleſiaſticam dignitatem tractum eſt, ſignificanturque hoc nomine archipresbyteri, qui fortè à principio inſtituti ſunt vt decem clericis præeſſent, & quamuis aucto deinde numero, nomen retinuerunt[i]: hîc verò accipiuntur clerici Conſtantin. Eccleſiæ, ita appellati, quòd in decanias eſſent diuiſi.

h In auth. vt determi. ſit num. cler.
i l.diſtinc. c.in capite.

E e ¶ Deputentur Eccleſiæ.) † Quid ſi facul- 4
tates augeantur? Et poterit Epiſcopus vnà cum Canonicis numerum excedere, etiam inconſulto principe, ſed diminuere non poterit, quia id odioſius: nam mortuo collega, ob auaritiam diminueret numerum, vt eius portio ſibi accreſceret[k], quùm alioqui portio vacans, canonicis non accreſcat, ſed in Eccleſiæ vtilitatem ſit vertenda. Bald.

k in c.cum acceſsiſſent. de cõſti.in antiq.

F f ¶ Nullique.) Accipiendum eſt de epiſcopo & Canonicis, quibus ius erat excedere taxatum numerum, etiam ſi numerus eſſet per legem ab eis iuratam ſtatutus, licet in periurium incidant. Idemque ſi ea lex per ſummum pontificem ſit confirmata: nam & tunc ſi tranſgrediuntur, valet electio, niſi in confirmatione irritum declaretur, quicquid aduerſus eam fiat. Sed ſi facultatib. auctis augeatur numerus, nunquid aduerſus eam cõfirmationẽ factum dicemus? & crebrior ſentẽtia eſt[l] non fieri: qa in ea confirmatione tacita eſt cõditio, niſi facultates augeant.

l c.cum acceſſiſſent.

a ¶ Præter



ſupernumerarij locum ſit admittendus? ſubſtituendi pateat copia: nulli alij corporatorum præter
A dictum numerum[a], per patrocinia[b] immunitate conceſſa[c]: negataque[d] omni nouationis facultate ſimilia vindicandi ijs, quæ ad in ho-
B norem vel neceſſaria obſequia ſacroſanctæ Eccleſiæ indulta ſunt[e], Dat. VII. Kalend. Sept. Eudoxiopoli, Honor A. VIII. & Theodoſio iuniore A. VIII. Coſs.

5 a ¶ Præterdictum numerum.) † Hinc colligitur, ſupernumerarios non frui priuilegiis colle-
6 garum. † Quapropter ſi profitentium doctorum in aliqua Academia conſtitutus ſit certus numerus, ſi quis ſupra numerum ſimpliciter addatur, non erit particeps immunitatis. Quod arbitror verum, niſi ex inſtitutione inſtar aliorum redactus ſit, puta ſi pleno iure receptus proponatur: atque ita Felino videtur[a].

a Feli.in c.conſtitutus. in fin. de reſcript.

7 b ¶ † Per patrocinia.) Id eſt, ſuffragia & commendationes potentium.

8 c ¶ Immunitate conceſſa.) † Sed qd ſi Pontifex alicui canonicatum in tali eccleſia concedat, ſi aliquis de numero deeſt, vel deeſſe contigerit, nunquid in ſupernumerarij lo-
C cum ſit admittendus? Et Oldr. & Alb. putant admittendum: nec eſt legitima recuſatio canonicorum, qui vt eum excludãt, aiunt debere expectari, donec ad antiquum numerum ſit deuentum. Nam cùm Pontifex præter numerum illum, qui defunctus eſt inſtituit, non videtur habuiſſe rationem antiqui numeri: quod in caſu huius legis non eſt, in qua ſupernumerariis ſubrogari aliquem expreſſe prohibitum eſt.

9 d ¶ Negataque omni nouationis facultate.) † Quod videlicet aduerſus hanc conſtitutionem
D nihil nouari poteſt, nec qui ſupra numerum obrepſerit, poteſt paria cæteris priuilegia deinde impetrare: fraus enim legi fieret. Sed finge, decreto Capituli certum canonicorum numerum eſſe taxatũ: item cautũ, vt ſi quis quoquo modo præt numerũ fuerit admiſſus, is cæteris priuilegiis nõ fruatur, nũquid ea lege tenebitur, qui à Romano Pontifice iura canonicatus impetrauerit? Et verior eſt ſententia, teneri, vt Felinus ſcripſit[b]: niſi vtriq; capiti legis Pontifex derogauerit.

b c.cõſtitutus.

10 e ¶ Eccleſiæ indulta.) † In dubio igitur priui-
E legia cõceſſa clericis, præſumuntur cõceſſa fauore Eccleſiæ: vnde illis clerici renuntiare non poſſunt: ſicut priuilegium cõceſſum patri & filiis,
11 cenſetur contemplatione patris conceſſum[d]. † Vnde hîc quæritur: ſi Titio & eius filiis indulgeatur vt ad decurionatum poſsint admitti, demum omnes conceſsiones reuocentur, præter quæ Titio cõceſſa ſunt, an filij cenſeantur poſte-
F riore hac cõſtitutione illo priuilegio priuati? Et Iac. But. & Bal. nõ priuari crediderũt: idemq; cæteris videtur. Sed quid ſi Titius priuetur, an eius filij æqualem cum patre iacturam ſentiant? & nõ ſentire Salic. & Aret. ſcripſere, ne ius ſemel filiis quæſitum, ſine eorum facto amittatur.

c c.ſi diligenti. de for.comp.
d l. ſed ſi plures.ſ. in arrogato.ſſ.d vulg.& pupil.

LEX V.

1 *Eccleſiæ ordinaria tantum munera ſubire tenentur.*
2 *Principes non ex ſeipſis, ſed adhibito peritorum conſilio leges promulgare debent.*
3 *Quid in Papa, an abſque Cardinalium conſenſu ardua negotia perficere valeat.*
4 *Eccleſia non à capite ſolo, ſed etiam à membris repræſentatur.*
5 *Epiſcopus non poteſt ardua ſine Capitulo expedire*
6 *Omnia prædia eccleſiæ huius conſtitutionis beneficio gaudent.*
7 *In clericos nulla eſt principis ſecularis iuriſdictio.*
8 *Bartoli ſententia defenſa.*
9 *Regulariter nemo obligatur ſuperindicti nomine.*
10 *An quilibet princeps exactiones poßit imponere.*
11 *Tributa principi quando denegari poßint.*
12 *Si ex natura contractus pœna deſcendat, etiam Eccleſia tenetur.*
13 *Translatio in hac lege muneris cuiuſdam nomẽ eſt.*
14 *Clerici an ſubiiciantur pædagiis pro patrimonialibus bonis.*
15 *Diui Baſilij laus.*
16 *Aduentitia neceßitas quomodo accipiatur.*
17 *Quando ex eodem delicto duabus pœnis quis affici poßit.*

L. 5. Placet.

LEX V.

IDEM AVGG. Mælitio præfect. Præt.

PLacet, rationabilis conſilij[f] tenore perpẽſo, diſtricta moderatione præſcribere, à quibus ſpecialiter neceſsitatibus ſingularum vrbium[g] eccleſiæ habe

PLACET.) † Hac conſtitutione cauetur, vt Eccleſiæ extraordinariis muneribus & ſuperindicto non aggrauentur, ſed ordinaria tãtùm ſubeant, & ea quæ propter aduen-
D titiam neceſsitatẽ inducuntur[e]. 1

e xvj.q.j.c. generaliter.ſ.placet.

f ¶ Rationabilis conſilij.) † Non enim debent 2
Principes ex ſeipſis leges promulgare, ſed adhibito peritorum conſilio[f]. † Ex quo conſequens 3
eſt, vt ſolus Papa, abſque Cardinalium conſenſu, ardua negotia perficere nõ debeat. qua in re magna eſt altercatio[g]: quoniam ſi ita eſſet nõ haberet liberam poteſtatem, quam tamen liberam illi Chriſtus ex traditione clauium conceſsit. Sed
E hæc poteſtatem ligandi & ſoluendi reſpicit, nõ iuriſdictiones, quæ quãuis nihil cõmune habeãt cum regno cœlorum, ampliſsimæ tamen in præſentiarum poſsidentur ab Eccleſia. Quo fit, vt ſi qua ardua in eis incidant, non ſolùm per Pontificem, ſed & per conſiſtorium debeant extricari: † 4
non enim Eccleſia à capite ſolo repræſentatur, ſed & à mẽbris, vt Theologi aliqui ſenſere. Quòd ſi aliqua comperant Pontifici, non in rebus Eccleſiæ, ſed propter eius autoritatem, ea tametſi
F ardua, per eum ſolum poterunt explicari: vt eſt creare Cardinalem, & ex neceſſaria cauſa exautorare principem ſecularem. † Et ex his hoc etiã 5
conſequitur, vt epiſcopus non valeat ardua abſque Capituli conſenſu decidere, abſentes tamen ſunt citandi, nec impeditus tenebitur tali caſu procuratorem conſtituere: quod communiter traditur.

f l.humanum. C.de legib.
g Fel.in rub.extra de conſtit.

g ¶ Vrbium.) Prouincialium: nam Italicæ ſunt immunes[h].

h l.de his q.ſ. [illegible]

antur immunes. Prima quippe illius vſurpationis contumelia depellēda eſt, ne prædia vſib. cœleſtium a ſecretorū dedicata, ſordidorum b munerum fæce vexentur: nil extraordinarium c abhinc ſuperindictúmue d flagitetur, nulla translatione e ſolicitudo ſignetur: poſtremò nihil præter canonicam illationem f, quam aduentitiæ g neceſsitatis ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus aſcribatur. Si quis contrà venerit, poſt debitæ vltionis acrimoniā h, quæ erga ſacrilegos

6 a ¶ Vſibus cœleſtium.) † Quidam de fundis ſolùm accipiunt, qui propter Euchariſtiam deputati ſunt eccleſiis: nam hi ab omni ſeruitio ſunt immunes. Sed communis ſententia eſt a, vt generaliter intelligamus de omnibus prædiis Eccleſiæ: nam alioqui minimū hoc eſſet priuilegium.

a xxiij.q. viij. c. ſancitum.

b ¶ Sordidorum.) Vt eſt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cuſtodiæ aquæductus, calefactio balnei b. Accurſ.

b l. munerum. ff. de mun. & ho.

c ¶ Extraordinariū.) Hæc ſunt quæ non habent certam & perpetuam præſtationem: quapropter ab exactionibus, quæ vulgò taleæ & collectæ dicuntur, Eccleſia eſt immunis. Nam & huiuſmodi munera perſonalia ſunt.

7 † in perſonas autem clericorum nulla eſt principis ſæcularis iuriſdictio. Quapropter quamuis Eugubienſes conſtituerint, vt omnia agri ſui prædia ſint tributaria, & obligata collectis, non tñ perſonalit̄ tenebūtur eccleſiaſtici, ad quos aliqua ex eis peruenerint:

8 † per hypothecā verò fortè cōpellentur. atq; ita Bartoli c ſententia defendi pōt: poſſunt enim laici res ſuas obligare, vt ad quēcunq; cū onere ſuo per:rāſeāt: non tñ ex ſimplici ſcriptura profeſsionis probabitur hypotheca, vt Baldus & Aretinus aiunt.

c hic verſic. vt intelligas.

9 d ¶ Superindictúmue.) † Hoc intellige etiam qñ alij tenerētur, q̄a princeps ex aliqua cauſa impoſuerit: alioquin regularit̄ non ſolùm Eccleſia,

10 ſed nec cæteri ſuperindicti nomine obligātur. † Sed nūquid quilibet princeps poſsit imponere exactiones ſubditis? Et nō poſſe cōſtat, ſicut nec

11 noua vectigalia, niſi conſulto ſuperiore. † Si qſquam verò ſuperiorem neminem agnoſcit, ex cauſa hoc poteſt, dum tamen meminerit, ſi ob prodigalitatem ſuam pecunia indigeat, vel iuſtitiam ſubditis non miniſtret, poſſe etiam ſibi tributa denegari, & de facto reſiſti d.

d Lucas l. j. C. de ſuperindict. lib. x.

e ¶ Translationū.) Ob ceſſationē tributorū, etiam quæ aliàs debentur, non tñ Eccleſiæ prædia in fiſcum transferri poſſunt: quod in pœna legis ꝓcedit.

12 † Quòd ſi ex natura cōtractus pœna deſcēdat, exiſtimauit Baldus & Eccleſiā teneri. Quapropt̄ ſi eccleſia acceperit fundū in emphyteuſim, & triēnio à Canonis ſolutione ceſſauerit, cadet iure ſuo. Idem ſi feudi leges nō ſeruauerit, quod pleriq; oēs autumāt. Cæterùm fortè verius eſt, ob ſubtractionem tributorum prædia publicari: nam & hanc pœnam diuinis domib9 infligi expreſsim lex dicit e. Nec ſatis quadrat ſententia de Imperatoriis domibus interpretantiū:

e l. fin. ꝟ. de exact.

13 † & Translatio hîc muneris cuiuſdam nomē eſt, cùm quilibet tenetur aliquid transferre: non abſimile arbitror angariis, quæ græca vox eſt f.

f ꝟ. lib. xij. de excoct. & tranſlat. milit. annonæ.

f ¶ Canonicam illationem.) Ordinarium munus eſt, quod habet certam præſtationem lege impoſitam, vt tributum: ad cuius ſolutionem Eccleſia quoque tenetur: quia res cum onere ſuo tranſiit g. Si verò prædia liberè in Eccleſiam tranſierunt, lege principis ſecularis amplius nō

g xj. q. j. ſi tributum.

14 obligantur. † Sed nunquid clerici pro patrimonialib. bonis vectigalibus (quæ pedagia vocāt) ſubiiciantur? Et omnes negant, niſi negotiationis cauſa emerint, & ſecum aduexerint, ſtaturq; eorum iuramento h. Aretin. Cuius rei hæc eſt ratio: nam huiuſmodi portoria ad munera perſonalia pertinēt, quia perſonis pro rebus imponuntur: at in clericorum perſonas non competit laicis iuriſdictio, q̊d iure canonico approbatum eſt: licet hæc lex generaliter de quibuslibet ordinariis muneribus loquatur, ſiue patrimonio, ſiue perſonis impoſita fuerint.

h c. clericis. de immun. eccle. in vj.

15 † Sed hæc olim fuēre: nam & diuus Baſilius, antiquorum omnium theologorum eloquentia, doctrina, ſanctitate longè princeps, in regula monachorum ſic propemodum ſcripſit: Si quis relinquēs fiſcalia debita, intret ad fratres, & parentes eius pro ipſo exigantur & tribulentur, an non affert hoc culpam aliquam, vel his, qui eum ſuſceperunt, vel ipſi illi, qui ita egerit? Baſilius: Dominus noſter IESVS CHRISTVS, his qui eum interrogauerunt, Si licet cenſum dare Cæſari, an non, Oſtendite, inquit, mihi numiſma cenſus: cuius imaginem habet & inſcriptionem? cùm autem dixiſſent, Cæſaris, ſubdidit, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: quæ ſunt Dei, Deo. Ex hoc manifeſtè docemur, quòd hi obnoxij ſunt tributis Cæſaris, apud quos inuenitur cenſus Cæſaris & imago. Si ergò aliquis tale quid, etiam iuſtè, ad fratres veniens detulit, obnoxius eſt ad ſoluendum debitum. Si verò omnibus in manibus propinquorum derelictis abſceſsit, nullus vel ipſi vel fratribus ſcrupulus debet exiſtere. hæc ille.

g ¶ Niſi quam aduentitiæ.) Ita habent codices antiqui, atque ſic etiam legitur in Decretis i. Significat autem, cùm propter repentinum principis aduentum aliquid muneris ſubeundum eſt, quo caſu per epiſcopum à clericis collatio petetur: atq; ſic communiter aiunt k: Quod quamuis ex ſe verum ſit, non cōuenit verbis legis: nulla enim hîc de principe mentio.

i c. generaliter. ꝟ. placet. xvj. q. j.

k l. neminem. ꝟ. cod.

16 † Ego aduentitiam neceſsitatem intelligo, vbicunq; repentè aduenit aliquid peragendum, quod ad publicā vtilitatem ſpectet. Quapropter & clerici pro cuſtodia murorum aduerſus cōmunes hoſtes excubabunt, & vrgente neceſsitate hoſpites recipient, nec hoc caſu ab angariis excuſabuntur l.

l c. ij. & iij. de immun. eccle.

h ¶ Acrimoniam.) Accurſius & cæteri excommunicationem intelligunt, quaſi arcentem à gremio Eccleſiæ: quod ratio latinitatis non admittit. Meliùs Canoniſtæ, qui atrocitatem pœnæ accipiunt, quæ lege Iulia ſacrilegis infligitur m.

17 † Sed quemcunque ſenſum capiamus, hîc probatur ex eodem delicto duabus pœnis aliquem affici: quod procedit cùm ex eadem lege vtraque infligitur: ſecùs ſi diuerſis n. Quid ſi idem delictum à lege ciuili vel canonica puniatur? Et putauerim vno in foro punitum, in altero quoq; plecti poſſe: hîc em̄ vtriq; foro iniuriā fecit; ergo vtriq; ſatisfacere debet: q̄d & ſ̄, attigi o.

m l. j. ad l. Iul. pecul.

n l. ſenatus. de accuſ. ff.

o in l. cunctos popul. in fin. ꝟ. de ſum. Trin.

LEX



LEX VI.

1 *Epitome huius conſtitutionis.*
2 *Cauſæ ſacræ à ſacerdotibus definiendæ.*
3 *Fallit, ſi quæſtio factum reſpiciat, quia tum etiam ſæcularis iudex incidenter cognoſcet.*
4 *Interdum ſæcularis cognoſcit, vbi quæſtio iuris eſt.*
5 *Vniuerſitas quælibet autore rectore ſuo agere debet.*
6 *Eius eſt interpretari, cuius eſt condere.*

iure promenda eſt, exilio deportationis perpetuo ſubdatur. Dat. VIII. Kalend. Iun. Rauennæ, Honorio IX. & Theodoſio V. AA. Coss.

LEX VI.

IIDEM AA. PHIlippo Præfat. Præt. Illyrici.

OMni innouatione ceſſante, vetuſtatem, & canones vetuſtos eccleſiaſticos, qui vſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias ſeruari præcipimus: vt ſi quid dubietatis a emerſerit, id oporteat (non abſque ſcientia viri reuerendiſsimi ſacroſanctæ legis antiſtitis b Eccleſię vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris c prærogatiua lætatur) conuentui d ſacerdotali, ſanctóque iudicio reſeruari. Dat. pridie Id. Iul. Euſtathio & Agricola Coss.

LEX VII.

IIDEM AVGVSTI *Aſclepiodoto* P.P.

AD inſtructiones itinerum e pon-

1 OMNI.) † Et per Nicænam ſynodū & per alia concilia fuerūt antiquitus multi Canones compoſiti: in his quòd aliqua dubia eſſent, Illyrici ſub interpretationis prętextu multa iñouauerūt: quapropter mādatur id reſcindi, & quæ dubia ſunt, ſacro conuentui reſeruari.

a ¶ Si quid dubietatis.)

2 † Cauſæ enim ſacræ à ſacerdotibus diffiniri debent. quòd ſi nòn in iure negotij dubitetur, ſed factum quæſtio reſpiciat, poterit & ſæcularis iudex incidēter cognoſcere.

3 † Finge debitorem dicere, pro fœnoris velamento, plus pretij in inſtrumento promiſſum quàm acceperit: quæſtio eſt facti, & prætor cognoſcet: quamuis ſi diſputaretur an contractus ſit vſurarius, nō cognoſceret. Idem ſi mulier contraxiſſe nuptias ſe neget: nam & id facti eſt. Secùs cùm quæritur, an nuptiæ valuerint: & in hoc magis communiter conſenſum eſt a.

a in l. Titia. ſolut. matr.

4 † Quamuis etiam vbi quæſtio eſt iuris, quandoque ſecularis interueniat: vt ſi de plano ex partis confeſſione velit iudex edoceri, fortè vt videat, an cauſa ſit ſpiritualis, an exceptio per calumniam opponatur, quo caſu & eam reiicere poterit. Idem cùm propter contumaciam in poſſeſsionem ex primo decreto mittit. Idem cùm mandat ſibi articulos exhiberi, quos coram Epiſcopo dicit reus ſe velle producere: nam ſi, quamuis probaretur, videat nihilominus eos actoris intentioni non obeſſe, ad vlteriora procedet.

5 b ¶ Antiſtitis.) † Debet enim quælibet vniuerſitas, cùm quid agendum eſt, autore rectore ſuo agere, niſi huiuſmodi negotio rector ſit ſuſpectus, quod Alb. videtur. Quapropter ſi de reformando Pontifice agatur, poterit abſque eo conuentus indici b.

b Dec. conſ. 151.

c ¶ Romæ veteris.) Conſtantinus cùm Romanorum coloniam deduxiſſet Byzantium, omnes vrbis antiquæ prerogatiuas illi conceſsit, certaueruntq; ſimul Pontifices de præeminentia ſedis, donec Phocas Imperator pro Romano pronuntiauit.

d ¶ Conuentui.) Id eſt, concilio. † Eius enim eſt interpretari, cuius eſt condere: quod ad leges, ſtatuta, priuilegia declarāda, notandū eſt. 6

L. 7. Ad inſtructiones.

LEX VII.

1 *Eccleſia obligatur muneribus, quæ pro communi vtilitate & neceſsitate inducuntur: item & clerici. numero 3.*
2 *Clerici an pro mœnibus extruendis conferant.*
4 *Eccleſia an ad viam reficienda conferre teneatur.*
5 *Cæſares poſt mortem inter diuos referebantur.*

AD inſtructiones.) † 1 His muneribus ſubeūdis obligatur Eccleſia, quæ pro communi vtilitate & neceſsitate indicuntur, dum ſordida nō ſint. Qua ratione & portorium ſoluet, quod plauſtra ducentibus impoſitū eſt, pro itinere publico reficiendo, pontibusque fabricandis, quæ vt plurimùm à plauſtris vaſtantur. Item vt puteus, furnusq; toti viciniæ communis inſtruatur. Compellenturq; clerici per ſuos epiſcopos, vt ſatisfaciant.

2 † Sed nunquid pro mœnibus extruendis conferēt? Et hîc aiunt Doctores, teneri, eadem ratione, niſi ad ornatum ciuitatis tantummodò pertineant: ipſi autem muros fabricare non compellentur, quia id ſordidū eſt c. Sed iure canonico fortè aliter dicendū eſt: non enim omnino par ratio eſt, cū pontes & viæ publicæ æquè principaliter deſeruiant clericis, ſicut laicis: mœnia verò ad ciuitatis cuſtodiā ſpectant, quæ in primis laicorum ſolicitudo eſt: atque ita Abbas ſenſit d.

c l. maximarū. ꝟ. de exc. mun.

3 † Sed ſi ſubſit perquā euidens neceſsitas, cui laicorū facultates pares nō ſint, clerici tum, conſulto tamen Romano Pontifice, conferent e, conſtituentq; laici, accerſitis clericis, quantum ab vnoquoq; exigendum ſit, compellenturq; per Epiſcopum ſuum, abſq; legitima cauſa renuentes, vt conſentiant. Quòd ſi ex cauſa particulariter vnicuiq; æquè vtili collatio indicatur, Romani Pontificis conſenſus non requiritur.

d c. non minus. de im. eccleſ.

e c. aduerſus. eod. tit.

4 e ¶ Itinerum.) † Cùm quilibet teneatur viam ante domum ſuam reficere, nō eſt dubium quin etiam Eccleſia teneatur: munus enim id in rem eſt. Quapropter ſi nullas poſſeſsiones habeat, nihil omnino præſtabit. Sed quid ſi ob vias reficiendas collatio imponitur? Bartolus & quidam alij exiſtimauēre non teneri, argumento conſtitutionis Federici f: in quo cōmunis ſententia vi-

f authen. item nulla. ꝟ. tit. j.

detur reclamare, alioqui lex hæc nimis coarctaretur: conſtitutio enim illa non procedit, quando collatio indicitur, etiam vocatis clericis, cõpellente Epiſcopo eos qui abſq; cauſa rationabili diſſentiunt: quod huiuſmodi caſu obſeruandum eſt.

tiúmque, & diuinas domos [a] & venerabiles eccleſias, tam A laudabili tituló [b] libenter adſcribimus: quia non eſt inter ſordida munera numeratum. Dat. XV. Kalend. Mart. Conſtant. Aſclepiodoto B & Mariniã. COSS.

a ¶ Diuinas domos.) Id eſt, Imperatorias. 5 † Cæſares enim ex antiquorum more poſt mortem inter diuos referebantur: quamuis & ſic potuerunt appellari, quòd à Deo imperium conſtitutum ſit. Mihi non placet à ſermonis proprietate recedere: itaque interpretare eccleſias, quæ pro congregatione fideliũ conſtructæ ſunt: cæteras verò diuinas domos, quæ quoquo modo ad ſacra pertinent.

b ¶ Laudabili titulo.) Atqui videtur hic modica laus verſari, niſi id ex veterum conſuetudine emanauerit, qui viarum & pontium magna molimina ſolebant Imperatoris titulo inſcribere, q̃d adhuc Romę cernitur in ponte Narſetis, & in variis eulogiis: atque hoc clariùs explicatur in l. abſit. de priuileg. dom. aug. libro XI. vnde hæc lex accepta eſt.

## LEX VIII.

IMPERATOR CArus Præſidoro Præfect. Præt.

SAcroſancta Theſſalonicenſis ciuitatis C Eccleſia apertè ſciat propriæ tantummodò capitationis [c] modum bñficio noſtri numinis ſubleuãdum: Nec extraneorum grauamine [d] tri- D butorum, rempublicam eccleſiaſtici nominis abuſione lædẽdam. Dat. VI. Id. Octob. Conſtant. Victore V. C. COS.

## LEX VIII.

1 *Quid ſit capitatio.*
2 *Epitome huius conſtitutionis.*

1 SACROSANCTA.) c ¶ † Capitatio nomen ordinárij tributi eſt, q̃d pro vnoquoq; animalis capite ſoluebatur: ab hoc Theſſalonicenſis eccleſia ſpeciali 2 priuilegio exempta erat [a]. † Admonet Imperator, ne in fraudem fiſci, ètiã aliena animalia ſubleuet. Cuius legis argumẽto non ꝓderit villicis emptio nomine ciuis facta, vt ab his muneribus liberentur, à quibus ciues ſunt immunes [b]: nam res in commiſſum incidet, & etiam interdictæ rei miniſter alterum tantùm fiſco præſtabit [c].

a l. fin. ꝟ. de ann. no.
b l. j. ꝟ. de na. non excu. libro xj.
c l. ordine ꝟ. in fraudem. ff. ad municip.

d ¶ Grauamine.) Grauatur enim reſpublica, cũ ſibi per extraneos debitis tributis defraudat᷑.

## LEX IX.

1 *Argumentum legis.*
2 *Scholaris non ſtudens, de ſcholarium numero reijciendus.*
3 *Non habendus pro artifice, qui non exercet.*
4 *Studiorum cauſa abſens, pro præſente habetur.*
5 *Doctorem vel equitem ſe falſo aſſerens, quomodo puniendus.*
6 *Monachus an ad aliam ſacram profeſsionem tranſire* (*poſsit.*

## LEX IX.

IMP. P. THEOD. ET Valen. AA. Cyro Præfect. vrbis.

A QVi ſub prætextu decanorum, ſeu collegiatorum, cùm id munus nõ impleãt [e], alijs ſe muneribus B conãtur ſubtrahere, eorum fraudib. credimus eſſe obuiãdum, ne quis ſub ſpecie muneris, qđ minus [f] exequitur, alterius muneris oneribus releuet᷑, ne argẽtarioꝵ C [g] vel nummularioꝵ munera declinentur ab his, qui dici tantummodò collegiati vel decani feſtinant. Ideoq́ue ſi quis eoꝵ ſubnudę appellationis [h] velamine col- D legiatum ſeu decanum ſe appellat, ſciat pro ſe alium ſubrogandum [i], qui prędicto muneri ſufficiens approbet᷑: ſubroga-

QVI SVB prætextu.) † Vt 1 munera euitarent, aliq quãuis nõ idonei, ſe in Decanos, qui Cõſtãtinopolitanæ Eccleſiæ canonici erãt, recipi procurabant: mandat Imperator in eorum locum alios ſubrogari, cum primatis aſſenſu.

e ¶ Munus non impleant.) † Quod 2 pro argumento eſt, vt ſcholaris, qui nõ ſtudet, de ſcholarium numero eiiciendus ſit. Quapropter ſi clerico cõceſſum ſit, vt dum cauſa ſtudiorum Ticini moratur, quamuis abſens, fructus beneficij percipiat, niſi operam ſtudiis veram det, eos non lucrabitur. † Eadem 3 ratione pro artifice habendus non eſt, qui non exercet: idemq́; in Notario, & cęteris. Quod nõ procedit in his, quę nõ reſpectu exercitij cõceduntur, ſed dignitatis. Quapropter clericus quãuis à ſacris abhorrẽs, priuilegio fori vtet᷑, & eũ verberãs erit excõ- E municat⁹, qa id ordini eſt indultũ. Fructus verò bñficij nõ lucrabit᷑, quia id ꝑpter cult⁹ diuini ſeruitiũ principalit᷑ tribuitur. † Sanè qui ſtudiorum 4 cauſa abeſt, præſens eſſe videtur. Iure verò Can. in Theologiæ & iuris Pontificij ſtudio abſentes in gñrali gymnaſio, per quinquenniũ ꝓ reſidentibus habentur, & fructus beneficij retinent [d].

d Clemen. fin. de magiſtra.

f ¶ Minus.) Id eſt, nõ exequit᷑. Quid ſi partim exequit᷑? Puto cõpellendũ, vt in totũ exequatur. Quid ſi ſcholaris idẽ ſit mercator? Et aiunt obſeruandum, quod principaliter agit. Quid ſi cleric⁹ F ſit cõiugatus? Et is priuilegio fori gaudet, ſi tonſuram habeat, & virginem duxerit [e].

e c. de cle. coniu. in ſexto.

g ¶ Argẽtariorũ.) Hi fortè qbuſdã onerib. erãt grauati, q̃ nõ licet ẽt ſub p̃textu religiõis euitare.

h ¶ Nudæ appellationis.) † Quid ſi quis ſe do- 5 ctorem vel equitem ſimpliciter appellet, cùm non ſit? Et ait Bal. extra ordinem puniendum. Quòd ſi etiam inſignibus eorum vtatur, iudicio falſi reus erit [f]: idemq́; in ſimilibus.

f l. eos. ꝟ. fi. ff. de falſ.

i ¶ Subrogandum.) Ipſius, qui cauſam dedit ſub-



ſubrogationi ſumptibus, ſicut in decurione fugitiuo ſolet dici [a].

a Ioan. de Pla. in l. j. ꝟ. de coll. lib. xj. per l. Circenſium. de decur.

a ¶ Subrogatione, id eſt, in ſubrogatione admiſſo primatis iudicio.

b ¶ Qui moriuntur.) Clauſula hæc ſatis impertinens, niſi q̃ oſtendit in quacunq; ſubrogatione requiri primatis iudiciũ, autoritatem, & adſenſum.

c ¶ Eius qui ſubrogatur.) Magis placet, cui. Quid enim ſi ſubrogandus primatem nullum habeat? Quamuis ſi primatẽ habuerit, non negauerim etiam eius conſenſum 6 requiri. † Sed nunquid monach⁹ poſſit ad aliam ſacram profeſsionem trãſire? Et ſi ad arctiorẽ regulam vadat, petita abbatis venia, quamuis non conceſſa, licet [b]: ſi ad æqualem, non licet, niſi conceſſa licentia: ad latiorem verò, ſolus Romanus Pontifex diſpenſat, nec ſecum aſportabit res ſui cauſa interim monaſterio quæſitas [c].

b c. licet. de regularib.
c ꝟ. pe in auth. de ſanc. epiſc.

tione [a] videlicet loco memoratoꝵ, vel eo- A rum, qui moriunt᷑ [b], primatum eius, qui ſubrogatur [c], admiſſo iudicio, ab hac diſpoſitione nemine ſe excuſante ſacroſanctaꝵ eccleſiaꝵ reuerentia. Dat. X. Kal. April. Theodoſio XVII. & Feſto COSS.

## LEX X.

IIDEM AA. FLOrentio Præf. Præt.

IVbemus nullã nauẽ vltra duoꝵ millium [d] modioꝵ capacẽ ante fælicẽ embolã [e], vel publicaꝵ ſpecieꝵ tranſuectionẽ, aut priuilegio dignitatis, aut religionis D intuitu, aut prærogatiua perſonæ, publi- A cis vtilitatibus [f] ſubtractã [g] excuſari poſſe, nec ſi cœleſte contrà proferatur [h] oraculum (ſiue annotatio [i] ſit, ſiue diuina pragmatica ſanctio) ꝓuidẽtiſsimę legis re- B gulas excuſare debebit. Quod etiã in omnib⁹ cauſis cupimus obſeruari: vt generaliter, ſi quid huiuſmodi cõtra ius vel vtilitatẽ publicã in q̃libet C negotio proferat᷑, nõ valeat [k]. Quicquid eñi in fraudẽ iſti⁹ [l] legis q̃libet mõ fuerit attẽtatum [m], id nauigñ, q̃d excuſat᷑, publicatiõe [n] corrigimus. Dat. Theo. A. XVII D & Feſto COSS.

## LEX X.

1 *Summa huius conſtitutionis.*
2 *Embola græca vox eſt, & quid ſignificet.*
3 *Etſi quis immunitatem à principe obtineat non tamen excuſatur, quãdo aliquid indicitur ex neceſsitate belli.*
4 *Oraculum, annotatio, pragmatica ſanctio, quomodo hic accipiantur.*
5 *Imperator quomodo rem Eccleſiæ confiſcare poſsit.*
6 *In contractibus factum prælati Eccleſiæ non nocet.*
7 *Adminiſtratores Eccleſiæ damnum inferentes, de ſuo reſarcire tenentur.*

1 IVBEMVS.) † Quoties claſsis Imperatoria in hoſtes tendit, vel ad publicas ſpecies tranſuehẽdas, nulla nauis quocũq; priuilegio fulciatur, eſt immunis.

d ¶ Vltra duorum millium.) Idem ſi minoris quantitatis ſit capax: nam eadem eſt ratio. Salic. & Aretin. Quod non arbitror: maiores enim naues, & prœliis, & traiectionibus vtiliores ſunt. Adde quòd cùm lex hæc pœnam imponat, non eſt recedendum à verbis.

e ¶ Fælicem embolam.) † Accurſius hic quædam ridicula effutiit. Embola græca vox, & inter cætera, itineris ingreſſum ſignificat, qui fælix dicitur propter Imperatoriam maieſtatem.

f ¶ Publicis vtilitatibus.) Hinc quoq; colligitur, licere rectori ciuitatis retinere plauſtra & equos priuatorũ, pro deuehẽdo cõmeatu ad exercitũ: itẽq; licere iudici capere a viatore aſinũ, ſupra quem deridendum aliquem reum traducat.

L. 10. Iubemus.

g ¶ Subtractam, id eſt, liberatam & immunẽ. † Quamuis ergò aliquis immunitatem princi- 3 pis indulgentia conſecutus fuerit, non tamen eo caſu excuſabitur, quo aliquid indicatur ex neceſsitate belli [d]. Qđ nõ ꝓcedere, arbitrarer cùm ſpecialit᷑ & hic caſus cõprænderetur: quãuis & tũc immunitas nõ obſeruaretur, cùm magna ſubeſſet neceſſitas, de qua non eſſet veriſimile cogitatum fuiſſe.

d l. j. ꝟ. vt non lic. Doct. in l. ſi ex toto. ff. de leg. j.

h ¶ Proferatur oraculum.) Niſi in eo huic constitutioni manifeſtè eſſet derogatum. Salic [e].

e l. fi. ꝟ. ſi contra ius.

i ¶ Siue annotatio.) † Oraculum vi- 4 detur hîc accipi pro indulgentia, quę viua principis voce conceditur: Annotatio, quæ ſcriptis tantùm [f]: Pragmatica, quæ adhibita cauſæ cognitiõe in modum ſententiæ, vel ad alicuius vniuerſitatis preces [g], princeps, proferri vt præcipit.

f l. j. ꝟ. de vet. lib. xj.
g l. fin. ꝟ. de diuer. rescri.

k ¶ Non valeat.) De quo inferius habetur, titulo, ſi contra ius vel vtil. &c.

l ¶ In fraudem.) Quid enim ſi quis inſciente eccleſia nauem ſubtraxerit? certè pœnæ locus non erit [h], ſed ſubtrahens ipſe de ſuo in æſtimatione rei tenebitur. Quòd ſi aliqui ex capitulo, licet pauciores, cæteris reclamantibus dediſſent nauem, minor pars hoc caſu maiorem ſeruabit: atq; ita ſentit Guil. aliàs ſi nauis re ipſa non præſtetur, puto huic legi locum eſſe.

h l. cotem. ꝟ. dominus. ff. de publica.

E m ¶ Attentatum, cùm effectu: non enim ſufficeret, ſi verbo tenus nauis fuiſſet excuſata.

n ¶ Publicatione.) † Sed quomodo poteſt Im- 5 perator rem Eccleſiæ confiſcare? niſi quòd tempore quo Romanum imperium florebat, etiam clerici Imperatoribus ſuberant, donec paulatim ſe in libertatem vendicauere: dein vltrò ad ſæculares quoq; ſubiiciendos progreſsi ſunt. Hinc tamen argumẽtum accipitur, poſſe ex magna cauſa conſtitui, vt extranei habẽtes in territorio prę- F dia, teneantur ciuitati conferre ſub publicationis pœna: quod Inno. & Paul. ſenſerunt. † Cæte- 6 rùm & hîc dubitatur, quomodo eccleſiæ potuerit per eius rectores præiudicari: & dicendum eſt poſſe, cùm prælatus vnà cum capitulo ad id negotium congregati, in vniuerſum conſtituerunt nauim ſubtrahendam: alioqui quod particulariter agitur, Eccleſiæ non obeſt, quæ ex vniuerſitate conflatur, ſed ipſis ſolùm [i]. & hæc in delictis. In contractibus verò factum prælati Eccleſiæ nõ nocet, niſi ſeruatis ſolennitatibus contraxerit,

i l. ij. C. de fun. pa. no. in l. fin. ꝟ. de naut. non exc.

vel negligendo vtilia omiſerit [a], puta, quia non 7 interpellauerit præſcribentem. † Illud conſtat, quoties ex adminiſtratorum delicto damnum Eccleſiæ irrogatur, teneri eos de ſuo, vt Eccleſiæ ſatisfaciant: quòd ſi ſoluendo non fuerint, Eccleſiam in integrum reſtitui [b].

a authen. quas actiones ꝟ. eod. Aretinus.
b l. fin. ff. de eo per quem. fa.

LEX XI.

1 *Epitome præſentis cõſtitutionis.*
2 *Angariæ & perangariæ quid.*
3 *Princeps non tenetur villico, etſi in expeditione ei aliquid diripiatur.*
4 *Exercitui an liceat capere res ſingulorum.*
5 *Quæ procurare debeat princeps ad expeditionem bellicam.*
6 *An quælibet ciuitas collationem indicere poßit inconſulto principe.*
7 *Hanc legem etiam iure canonum obtinere.*

LEX XI.

IIDEM AVGG. AD *Taurum Præfect. Præt.*

A

NEminem ab angarijs [a], vel parangarijs, vel plauſtris [b], vel quolibet munere excuſari præcipimus, quum ad fælicißimam expeditionem [c] noſtri numinis, omnium prouincialium [d] per loca quà iter arripimus, debeant ſolita [e] nobis miniſteria exhiberi, licet ad ſacroſanctas eccleſias [f] poſſeſsiones pertineant. Dat. XIII. Kalend. Mart CP.

B

C

1 NEminé.) † Cùm imperator in expeditionem progreditur, quacunq; tranſit, nemo à muneribus excuſatur. Et quum hęc lex ſpecialis ſit, derogat habentib. generalia priuilegia, ſicut clericis [c], & veteranis [d].

c l. ꝟ. tit. j.
d l. fin. in fin. ff. de mun.

2 a ¶ † Angariis.) Munera ſunt quæ in operis perſonarum verſantur: ſicut perangariæ, in quibus etiam aliquid impenſæ ſit. Accurſius, angaros vox Perſica eſt, & ſignificat nuntiũ: vnde Gręci angarias deduxerunt, angaroſq́; appellabant baiulos, & onera ſubeuntes, ſicq; nos hodie etiã ruſticos Tangaros vocamus.

3 b ¶ Plauſtris.) † Sed ſi ab hoſtibus diripiãtur, an tenebitur Princeps villico ſatisfacere? Et non teneri crediderim, quũ villicus neq; operã neq; plauſtrum cenſeatur locare, ſed obligationi ſibi à lege impoſitæ ſatisfacere. Quòd ſi onus nõ villicũ, ſed vniuerſitatẽ reſpiciat, cui nõ ſpontaneã operam præſtat villicus, tunc æquũ eſt per eam ſuccurri: & hoc caſu Lucæ ſententiam probo [e].

4 c ¶ Expeditionem.) † Sed nunquid liceat exercitui capere res ſingulorũ? Et nõ licere procul dubio eſt, ꝓpt illud euangelicũ, Neminem concutiatis, nec calumniemini, ſed cõtẽti eſtote ſtipẽdiis veſtris [f]. 5 † Debet eñ princeps antequã in expeditionẽ tranſeat, neceſſaria oĩa præparare, & ciuitatũ pecunias in ſubſidium accipere, & ſi ſubiit iuſta cauſa, collationes imponere: & ſi periculum ſit in mora, à præſentem pecuniã habentibus accipere, quibus impoſita collatione deinde ſatisfaciendum eſt. nec excuſarentur milites, quãuis princeps ſtipẽdia eis nõ ꝑſolueret: debẽt eñ infructuoſam militiã poti⁹ deſerere, q̃ furari.

e Luc. de Pena in l. fin. ꝟ. de na. non excu.
f l. j. ꝟ. de Salg. lib. xij.

6 d ¶ Prouincialiũ.) † Sed nunquid quęlibet ciuitas etiam inconſulto principe, poſsit ex cauſa neceſſaria indicere collationem ciuibus? Et aiũt poſſe [g], dum pro facto principis non imponat, & extraneos prædia in territorio habentes non cõpellat [h]. Quamuis enim illi muneribus realibus obligentur, non tamẽ & perſonalia tenentur: ſicut eſt collatio, quæ perſonis ꝓ rebus imponitur. quod ſi princeps omnia regalia ciuitatis ſibi vſurpauerit, tunc non poterit. Salic.

g l. j. ꝟ. de ſuper. ind.
h l. ꝟ. præterea. ff. de mun. & hono.

Valent. A. V. & Anatolio COSS.

A

LEX XII.

IMPP. VALEN. ET *Martianus AA. Palladio Præf. Præt.*

PRiuilegia, quæ generalibus conſtitutionibus vniuerſis ſacroſanctis eccleſiis orthodoxæ religionis retroprincipes præſtiterunt, firma [g], & illibata, in perpetuum valitura, decernimus cuſtodiri.

B

C

¶ Omnes ſanè pragmaticas ſanctiones, quæ contra canones eccleſiaſticos interuentu gratiæ, vel ambitionis [a] elicitę ſunt, robore ſuo & firmitate vacuatas, ceſſare [b] præcipimus.

7 e ¶ Solita.) † Quapropter iſta lex etiam iure canonico videtur procedere, cũ noua munera eccleſiis non indicat, ſed ſolita ſibi præſtari ſolùm velit: videturq́; cõſuetudo hęc rationabilis. Iuri tamen Pontificio proditum ſcio [i] Eccleſiã angariis onerãdam non eſſe: niſi Epiſcopus, clerus tantum neceſsitatem, & vtilitatem inſpexerint vt abſque vlla coactione ad releuandas communes vtilitates, vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates.

i c. non minus. de imm. eccleſ.

D

f ¶ Eccleſiis.) Sed nunquid poſsint res in eccleſiam transferri, pacto vt pro eis ſoluantur collationes, & ſimilia onera? Et poſſe conſtat: tunc enim Eccleſia non tam iure ciuili, quàm proprio pacto conuenitur.

LEX XII.

1 *Epitome huius conſtitutionis.*
2 *Qua ratione priuilegia valida confirmentur.*
3 *Si priuilegium non valet, confirmatio nihil operatur, niſi ex certa principis ſcientia facta ſit.*
4 *Generalis conceßio ad illicita non trahitur.*
5 *In generali confirmatione etiam priuilegia reuocata continentur.*
6 *Canones quomodo præualeant conſtitutionibus principum & legibus ciuilibus.*
7 *Salaria dici etiam quæ pro eleemoſynis præſtantur.*
8 *Dubitandi cauſa huius § eiuſdemq́; diſſolutio.*
9 *Ciuitas an poßit contrario decreto reuocare annuam præſtationem, quam quibuſdam eccleſiis præſtabat.*

E

F

PRIVILEGIA.) † Priuilegia eccleſiis 1 conceſſa confirmantur, tolluntur q́ue contrariæ conſtitutiones.

g ¶ Firma.) † Sed ſi hæc priuilegia 2 valebant, quid opus eſt confirmatione? An quia confirmatio efficacius ius tribuit, & priuilegiũ confirmatum difficiliùs tollitur propter geminationem? quod aliqui dixere [k]. An quòd & id vtile fuit cauſa tollẽdæ dubitationis, ſi qua in prioribus vertebatur? † q. ſi priuilegiũ non valebat, 3

k Corſ. in tract. de gemi.



cõfirmatio nullius fuiſſet momenti, niſi ex certa principis ſcientia facta ſit [a], quod tunc deprændi tur, cùm interuenit cauſæ cognitio, vel in ſerie libelli totus rei tenor eſt expreſſus, vel geminata iuſsio emanauerit, vel princeps atteſtetur ſe ex certa ſcientia illud facere, vel ęquipollentibus verbis vtatur, in quo Abbas & cæteri conſentiunt [b]. q. ſi obreptũ principi probetur, clauſulam hanc nullius eſſe effectus, idẽ Abbas ſcripſit [c]. 4 † Illud cõſtat, generalẽ conceſsionẽ ad illicita non trahi, nec ex ea aduerſus confirmantẽ fieri interpretationẽ [d]: nec enim generalibus verbis veriſimile eſt ita ſenſiſſe principem.

a l. adoptio nõ. ff. de adopt.
b c. correct. de confirmat. vtil.
c l. inter dilect. de fid. inſtrum.
d Feli. c. ij. pen. char. de reſcr.

a ¶ Interuẽtu gratię vel ambitionis.) Qđ præſumit lex, & ſuper huiuſmodi præſumptione diſponit: vnde regulariter contrarium ꝓbari non poteſt. Odofredus.

5 b ¶ Ceſſare.) † Et ideò in gñrali cõfirmatione cõprænduntur etiã priuilegia reuocata: quia ita 6 ſpecialiter hoc caſu cautũ eſt: q̃d Baldus aſſerit. † Cæterùm hîc dubitatur, q̃modo Canones eccleſiaſtici principũ cõſtitutionib. præualeant. Et in ſpiritualib. præualere non eſt dubiũ. Idem in his quæ aduerſus legẽ Chriſti peccãtur [e], etiã ſi venialiter: alioqui quælibet lex in ſuo foro eſt potẽtior, niſi q. in ciuitatib. quæ eccleſiaſticæ ſunt iuriſdictionis, etiam in foro ciuili canones ſunt efficaciores, præterquàm ſi aliud fœderibus actũ ſit, vel populi decreto cautum: valent enim municipalia ſtatuta, & ipſos laicos obligant, quæ digna ratione concepta ſint, licet aduerſentur canonibus: quale eſt illud, vt maſculi in parentum ſucceſsione fœminis præferantur [f]. Sanè vbi ciuilibus conſtitutionibus aliquid non cauetur, qđ expreſsim canonico iure eſt declaratum, tunc in ciuili foro etiam Canones ſeruandi ſunt. Idemq́; & è cõuerſo, vtraq; enim lex ſe adiuuat, & viciſſim interpretationes recipit [g].

e Imol. in c. ſi. de præſcript.
f c. eccleſia ſan. ctæ. de conſti.
g c. j. de oper. no. nunt.

c ¶ Speciebus.) Vt pane, vino, & ſimilib. Accurſ. 7 † Et hîc aduertẽ ſalaria dici, etiam quæ prò eleemoſynis præſtantur.

d ¶ Prorſus imminuta.) Admonet hinc Salicet. non poſſe per quæſtores detrahi collybum (capſoldum ipſe barbara voce appellat) ex ſalariis, quæ monaſteriis debentur. Idem de Doctorum ſtipendiis, quod & nos probamus.

8 e ¶ Præſtari.) † Atqui videtur nihil præſtandum, cùm hîc nulla certa ſumma cõtineatur: meritò ergò diſpoſitio non valet [h]. Sed reſpondendum eſt, cùm lex referatur ad id, quod antè præſtitum fuerat, ſatis certam reddi iuſsionem: ſi ergo præſtatio ſemper fuit vniformis, in promptu eſt certitudo: ſi autem diuerſimodè fuerit erogatum, arbitratu boni viri, procurator fiſci, vel decuriones præſtari iubebunt [i]. Condicenturq́; huiuſmodi ſalaria ex hac lege, Salic. alioqui ex nimia obſcuritate etiam legata ad pias cauſas vitiantur, niſi legis diſpoſitione vel coniectura declarentur: quod Petr. Cyn. Bald. aiunt [k].

h l. ita ſtipulatus. de verb. oblig.
i l. quidam. ff. de leg. ij.



quoque in concuſſa, & à nullo prorſus imminuta [d] præſtari [e]: liberalitatique huic promptißimæ perpetuam [f] tribuimus firmitatẽ. Dat. Aetio & Studio COSS.

A

LEX XIII.

B NOVA CONSTITVtio Fœderici Imp. Collat. X.

CAſſa & irrita eſſe denuntiari per totam Italiam [g] præcipimus, omnia ſtatuta & conſuetudi-

C

L. 13. Caſſa & irrita.

k c. cum tibi. extra de teſta.

f ¶ Perpetuam.) Poteſt tamen eius ſucceſſor reuocare. 9 † Sed nunquid poterit ciuitas contrario decreto reuocare annuam præſtationẽ, quã quibuſdã eccleſiis dabat? Et poſſe, crebriore calculo aſſerit [l], dũ iure contractus debita non ſit, vel etiã ex priuilegio, vt alij dixerunt: quod non probo, quoniã hîc oſtenditur pragmaticas ſanctiões, quæ huiuſmodi priuilegia reuocabãt, ſi ex certa ſcientia emanauiſſent, valere potuiſſe.

l Mode. in l. nõ amplius. ꝟ. ſi certum. ff. de l. j.

LEX XIII.

1 *Argumentum huius conſtitutionis.*
2 *Quod de Italia in tex. dicitur, idem & ad alias gentes porrigendum.*
3 *Statuta contra libertates Eccleſiæ inducta non valere.*
4 *Quando huius conſtitutionis pœnæ locum habeant.*
5 *Statutum valet, quo cauetur, idem iuris non ſubditis aduerſus indigenas reddi, quod in eorũ foro indigenis ipſis redditur.*
6 *Clerici ſub ſæcularibus non conueniendi.*
7 *Statutum ſi aliquos obliget antequam clerici fiant, valet.*
D 8 *Statuto, vt exiſtentibus maſculis fœmina non ſuccedet, obligatur etiam monialis.*
9 *Sæcularium ſtatutis non obligantur clerici.*
10 *Sæcularis iudex ſecundum Canonica iura cauſam clerici decidet, &c.*
11 *Laici in foro Canonico cum clericis litigantes non obligantur.*
12 *Caſus in quibus laicorum ſtatuta clerici ſeruant. & numero 13.*
14 *Capitularia ſunt libri ſtatutorum.*
E 15 *Lex ſatis abolita eſt, cuius ſententiam conſtat eſſe ſublatam.*
16 *Si lex ſimpliciter requirat inſtrumentum caſſari, ſufficit quòd iudex illud pronuntiet irritum: ſecùs ſi mandet aboleri.*
17 *Statutum ſi diſponat cõtra non ſubditos ſimpliciter, non cenſetur actum de clericis.*
18 *Clerici pro extraneis non habentur.*
19 *Quæ ſint pœnæ eorum, qui contraueniunt huic conſtitutioni.*

F

CASSA.) † Cùm Fœdericus iunior, huiuſmodi nominis ſecũdus, ab Romano Pontifice Honorio in vrbe Roma Imperatoria corona inſignitus fuiſſet, 1 in eius gratiam quaſdam leges promulgauit, inter quas hac noua conſtitutione cauit, vt quælibet ſtatuta vel conſuetudines aduerſus eccleſiaſticã libertatem, ipſo iure irritarentur, pœna aduerſus eam facientibus imminente.

g ¶ Italiam.) Idem & alibi gẽtium: † ſed idcir- 2

co ſpecialiter de Italia actum, quoniam frequentiùs ibi huiuſmodi ſtatuta conderentur, compellebanturq; ad eorum obſeruantiam ſacerdotes: quod in cæteris regionibus non erat, quæ regibus ſeruiunt, cùm in Italia hodieq; ſint quàmplurimę ciuitates liberę, ſolo nomine ſeu titulo ten⁹, vel Rom. Pontificem, vel Imperatorem in domi nos agnoſcentes, cũ

**nes contra libertates Eccleſię a, carúmque perſonas b inductas** A

re ipſa nihil eorum fiſco tribuant. Sanè in autographo Fœderici, nec Italiæ quidem vlla eſt mentio.

3 a ¶ Libertates Eccleſiæ.) † Quæcunq; ſtatuta eduntur, quibus quicquam cautum ſit aduerſus priuilegia iure diuino eccleſiis competentia, vel à Ro. Pont. Imperatoribúſue indulta, ea aduerſus eccleſiaſticam libertatem eſſe Inno. aſſeruit [a]. Idemq; viſum eſt, ſi non ſpecialiter, ſed B iure communi competant. Adiicit Bar. idem quoque generaliter eſſe in ſtatutis quibus clerici timidiores cæteris redduntur: quod & ad ſpecialis alicuius Eccleſiæ indulta extendunt plerique

4 [b]. † Sed vt in his caſibus & ipſe ſatis fateor ſtatuta non valere, ita crediderim ſtatutorum autores in huius conſtitutionis pœnas non incidere, niſi cùm iuriſdictionem ſuam ſupra clericos extendere auderent. Quamuis enim clerici ſuis præpoſitis Romanisq; Pont. ſubſint, non ideò tamen minus liberi dicuntur [c], quin vt filij, fratréſue habe[illegible] ſi laici in ſuam iuriſdictionem eos trahere audeant, contra eorum libertatẽ ſit: meritò [illegible] contra eccleſiaſticam libertatem [illegible] dicuntur, & legalibus pœnis ſubiiciuntur. [illegible] procedit, etiam ſi non directò de [illegible], veluti ſi manus aliquod conſim[illegible] vel eccleſiis clericorum imponatur [illegible], ſi [illegible] non [illegible] ſpeciat, tunc valebit. Quapro[illegible] ius pignoris reipublicæ cõpetat in agris [illegible] territorij, p iure inducendorũ munerũ [illegible] eccleſia tenebitur, ad quã condita lege fundus deinde peruenerit. Idem ſi ſtatuto caueatur, vt qui nõ ſunt ſubditi, à bñficio ſtatutorũ habeantur extorres, excludentur clerici: q̃niã hoc nõ eſt quicquã de iure eorũ diminuere, ſed nolle ſua illis communicare, vt cõmuniter aiunt: & legis verba præſertim remouent clericos, qui non ſolùm nõ ſunt ſubditi, ſed neceſſe poſſunt etiã ſi vellẽt: E licet Decius [e] aliter reſpõderit, cùm lex non de ſubdito, ſed de eo, qui non paruerit prætori lo-

5 queretur. † Et ex hoc etiã conſequens eſt vt valeat ſtatutũ quo cauetur, idem iuris non ſubditis aduerſus indigenas reddi, quod in eorum foro indigenis ipſis redditur. Quod ita intelligitur, vt ſalua ſint priuilegia à Rom. Pontif. vel Cæſaribus clericis indulta [f]: nec enim ea potuerunt per huiuſmodi legem auferri. Sed dubitari contingit, quid ſi lex prohibeat bona immobilia ſine certa ſolennitate in non ſubditũ alienari? Et F cõprændi Eccleſiã dicẽdum eſt [g], dum ea ſolennitas difficillima nõ ſit: alioqui videretur contra eccleſiaſticam libertatem id eſſe: veluti etiam, ſi generaliter alienatio huiuſmodi prohibeatur [h]. Sanè cõſenſus principis pro difficillima ſolennitate non habebitur, cùm & eccleſia idem iuris ſeruet in rerum ſuarum alienatione. Illud conſtat, ſtatuta quibus cauetur eum, qui cognitionẽ prætoris ſubterfugerit, impunè poſſe offendi: vel qui non ſubditũ occiderit, aliqua leui pœna ple-

ſti, ſi ad clericos referantur, nullius eſſe momenti: † clericis enim ex priuilegio competit, vt ſub 6 ſęcularibus non conueniantur, & qui eos læſerit, grauiter puniatur.

b ¶ Earumq; perſonas.) † Quid ſi ſtatutum eos obliget antequã clerici fiant? & tunc valere cõſtat. Quapropter ex lege huiuſmodi excludetur filius clericus à ſucceſſione regni, primogenito exiſtente [i]: quoniã ius huic q̃ſitũ ſit, priuſquã ſequẽs gnat⁹ in ſortẽ dñi fuerit vocat⁹. † Eadẽ rõe ſi cautũ ſit, vt exiſtẽtib. maſculis fœmina nõ ſuccedat, excludet monialis [k], dũ tñ antequã ſe dedicauerit, maſculi aliq extarent, vt ego ſentio. Quid ſi ſtatuti verba in eũ caſum cõcipiãtur, quũ adhuc religionẽ nõ eſt ingreſſa? puta ingrediens monaſterium, vel ſi qs intraret cœnobium, ſit priuatus iure ſuccedẽdi. & valere Bartolus ait [l], quod communiter reiicitur. Qua ratione & ſi dictum ſit, vt qui ciuiliter p mortuo habetur, cenſeatur priori hora deceſsiſſe, crediderim non valere, nec ideò monaſteriũ excludi, quo minus monacho ſuo ſuccedat. 7 8

**aduerſus canonicas vel Imperiales ſanctiones c, & ea de ca-**

c ¶ Sanctiones.) † Quæritur ergò hîc generaliter, an ſæcularium ſtatutis obligentur clerici? Et non obligati conſtat [m], ſiue de rebus Eccleſiæ, ſiue de patrimonialibus, etiam ſi de laicorum rebus annexis agatur [n]. Idemq; ſi clerici ſint C adhuc in minoribus ordinibus, vel etiam ſint coniugati, dummodo cum vnica & virgine contraxerint, habitumq; & tonſuram ſeruent: nec refert quo in foro, & quomodo agatur. † Quapropter ſæcularis iudex ſecũdum canonica iura cauſam clerici decidet, & alienationem rei eccleſiaſticæ ex forma ſtatuti ſui factam reuocabit, licet de ea incidenter tantùm agatur [o]. Cuius rei ratio eſt, quoniam laicis non competit poteſtas, D ſeu aliqua iuriſdictio in clericos: vnde nec ſi huiuſmodi ſtatuta ſint illis fauorabilia, adhuc inuiti obligantur [p]. † Et cùm ipſi huiuſmodi legibus non teneantur, conſequens eſt, vt nec laici in foro Canonico cum eis litigantes obligentur, canonico iure, ſecundum illud ius cõtrouerſia eſt diſceptanda [q]. lex enim omnibus communis eſt, & quod iuris in alio non probat, nec in ſe quiſquam accipere debet. nec hoc caſu poterit clericus ſtatutum in ſui fauorem acceptare: quia E non eſt veriſimile voluiſſe legislatores in alieno foro agentibus, ſtatuta ſua prodeſſe, & id aduerſus ſubditos ſuos. † Reperiuntur tamen aliqui caſus in quibus laicorum ſtatuta clerici ſeruant, vt ſi coram iudice ſæculari litigent: in his enim quæ ordinem iudicij modumúe procedendi reſpiciunt, ſtatuta obſeruari æquum eſt [r], quoniam non clerici perſonam, ſed cauſam ipſam allegãt, quæ foro ſuo ſubiicitur. Quapropter eo caſu ab interloquẽte iudice clericus nõ puocabit, iuxta F laicorum conſtituta cõpromittet, ex inſtrumẽto abſq; vlla libelli pręſtatione exequutionẽ implorabit: huiuſmodi enim ſtatuta procedentẽ iudicem reſpiciũt, ordinemq; iudiciariũ: quamuis idem poterit exceptionem peremptoriam obiicere, teſtes inſtrumentáue producere, etiam aduerſante ſtatuto: quoniam hæc ad deciſionem, finéq; litis, nõ ad proceſſum accedunt. Qua ratione & à diffinitiua cõtra formã ſtatuti appellabit. Et q̃ de ordine iudiciorũ dicta ſunt, locũ ſibi vẽdicãt ẽt in reſpiciẽtib. ſolẽnitatẽ cõtractuũ. Quã- 9 10 11 12

pro-

a c. nouerint. de verb. ſignif.
b Hoſt. in c. ecclesia. ſ. de conſtit.
e Dec. conſil.
f Felí. in x. q.
g Dec. in d. c. ecclesia.
h c. fin. de im. eccle. in [illegible]
i Feli. d. c eccl. q xv.
k Idem. q. vj.
l Bart. in l. ſi. C. de pact.
m Feli. in d. c. Eccleſia.
n Aret. conſil. xxv. ſtatuto.
o Alb. in d. c. in iij. not.
p c. à nobis. ij. de ſent excom.
q Aret. conſ. xlv. viſis.
r c. quod clericis. de foro comp.



propter laicus cum clerico contrahens, niſi ſolennitas à lege tradita obſeruetur, nõ obligatur, nec viciſsim ſibi clericum obligat [a]. Et ratio eſt, quoniam in ſubditum ſuum lex facta eſt, non in clericum. Idem & vbicunq; verba ſtatuti in rem concepta ſunt: vt ſi diceretur, quòd talis fundus alienari non poſsit abſq; illa ſolẽnitate: & hîc enim ſtatutum de re ſibi ſuppoſitã loquitur, non de clericó, meritò clericus tenebitur obſeruare. Idem & vbi conſuetudó fuerit introducta, non ſolùm à laicis, ſed etiã à clericis: quia ſi ſit laudabilis, in quocunque foro ſeruabitur [b]. Qua ratione valeret conſuetudo, vt cuſtodiam oblationum, quæ in vſus pios cõuertuntur, nũc laici, nunc clerici alternis vicibus aſſumant [c]: quod & in

**pitularibus a penitùs aboleri b mandat noua conſtitutio, & de** A **cætero ſimilia attentata ipſo iure nulla eſſe decernit: ſi quid cõtrà fiat c, pœnæ, quæ ſtatutæ d ſunt, imminebunt. Sed ſi per annum huiuſmodi nouellæ conſtitutiónis** B **aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum noſtrum imperium impunè ab omnibus occupentur.**

C

13 feudorum iure receptum eſt. † Cæterùm & ſi clericus ſtatuto, quod exiſtimet ſibi fauorabile, aduerſus laicum vti voluerit, non eſt dubium poſſe [d], dum aliter ſtatuentes non cauerint: dum item in foro ciuili agatur, & eo vtatur in totum, etiam ſi aliqua ſibi obſint [e]. Sed & tenebitur cleric⁹ ſtatuto, q̃d pro vtilitate publica factum ſit, compelleturq; ad eius obſeruantiam per Epiſcopum: vt ſi cautum ſit, ne altiùs ædes tollantur, vt q, viæ & D compita purgentur, ſternantur, reficiantur; & ſi qua ſimilia. Sanè & clericus cõtrahẽs videtur ſecũdum ciuitatis cõſuetudines vel ſtatuta cõtraxiſſe (q̃d & ad dilationes penſionum, ad monetæ formam, ad cõtrahentiũ priuilegia pertinet) Epiſcopiq; ſui de hac re erit notio: atq; ita ſentit Salicetus. Sunt & alij caſus, quos ſuprà attigi.

14 a ¶ Capitularibus.) † Id eſt, libris ſtatutorum. Quapropter ſi in huiuſmodi libris ſit aliquid cõſtitutum aduerſus eccleſiaſticam libertatem, licet in fine voluminis ſit generaliter cautum, vt ſi E qua in eo ſint aduerſus eccleſiaſticam libertatẽ conſtituta, nullius ſint momenti, nihilominus in huius legis pœnas legislatores incurrẽt, quoniam ea de capitularibus nõ aboleuerint, vt Bar

15 tolus, Baldus, & cæteri ſcripſerunt. † Sed cùm legis virtus in ipſa ſcriptura non conſiſtat, dixerit aliquis, ſatis abolitam eſſe legem, cuius ſententia ſublata ſit [f]: quod & ipſe probo, niſi dolo malo abradere de volumine autores noluerint, puta quia ab Epiſcopo requiſiti vt id facerent, ne F glexerint: vel ideò non aboleuerint, vt damnoſa memoria remaneret [g], in quo prudens iudex arbitrabitur.

b ¶ Aboleri.) Idem ſi lex dixiſſet cãcellari, vel

16 induci: † nam ſi lex ſimpliciter requirit inſtrumentum caſſari, vel irritari, ſatis eſt ſi iudex caſſum & irritum eſſe pronuntiet: ſi verò mandet aboleri vel cancellari, debet re ipſa inſtrumentum diſsipari, vel per cancellos & cruces deliniari. Paul.

c ¶ Contrà fiat.) † Sed finge ſtatutum ſimpliciter diſponere contra non ſubditos, vel non parentes prætori. Et dicendum eſt, non cenſeri de clericis actum, ne interpretatio ea admittatur, per quam ſtatutum eſſet illicitum, & autores in 17 pœnam inciderent [h]. Quod tanto magis procedit, ſi extraneos, vel (vt vulgato verbo vtar) forenſes lex appellet: † clerici enim pro 18 extraneis non ſunt, cùm vrbem incolant, onera ſpiritualia ſubeant, Deum pro populo deprecentur [i].

d ¶ Statutæ.) † 19 Quæ ſunt mulcta mille marcharum auri, iuriſdictionis priuatio, & infamia, vt latiùs habetur in ipſo idiographo ſub finẽ x. collationis. Sanè iure canonico excõmunicationis quoque pœna infligitur [k].

L. 13. Generali lege.

## LEX XIII.

**IIDEM AVGVSTI Palladio Præfect. Præt.** A

**GEnerali lege ſancimus, ſiue vidua, ſiue diaconiſſa e, vel virgo Deo dicata, vel ſanctimonialis mulier; ſiue** B **quocunque alio nomine religioſi honoris, vel dignitatis f fœmina nuncupata, vel teſtamento, vel codicillo ſuo (quod tamen alia g omni iu-**

C

## LEX XIII.

1 *Summa huius conſtitutionis.*
2 *Dignitates eccleſiaſticæ quæ ſint.*
3 *Iure canonico valet teſtamentum coram duobus teſtibus factum, & quomodo id obtineat ſecundum Alciatum.*
4 *Martyrium pro templo martyris.*
D 5 *Error Accurſij.*
6 *Mulier prohibita teſtari vel contrahere ſine conſanguineis, poteſt hoc facere in fauorem Eccleſiæ, omiſſa ſolennitate.*

GENERALI.) † Quælibet perſona, 1 etiam Deo dedicata, habet liberã teſtamenti factionem, poteſtq; bona ſua relinquere, quibus maluerit: quod hodie non procedit, facta E profeſsione [l].

e ¶ Vidua vel Diaconiſſa.) His hodie mulieribus Rom. Eccléſia non vtitur, vt ait Odofredus, licet adhuc Mediolani cõſuetudo hæc non exoleuerit.

f ¶ Vel dignitatis.) † Suæ enim ſunt in Eccle- 2 ſia dignitates: quæ propriè ita appellantur cùm iuriſdictionem habent annexam [m], vt eſt Epiſcopus, Abbas, Præpoſitus, Archidiaconus, Archipresbyter: idemq; in Abbatiſſa. aliàs ſi iuriſdictionem non habent, dicuntur carere dignitate, nõ F officio. Sunt tamen aliqua officia, quibus annexa eſt dignitas, vt protonotariatus: ſed hæc ſecularia ſunt.

g ¶ Omnia alia.) † Iure tñ canonico ſufficit te 3 ſtamentũ corã duobus teſtib. factũ q̃d aiunt oẽs. Ego crediderim ſecũdum Euangelicã regulã illud intelligẽdum, vt videlicet in foro conſciẽtię cõpellat vnuſquiſq; ad obſeruationẽ huiuſcemodi volũtatis, ſi de intẽtione teſtatoris ſit cert⁹: aliàs põt pbabilit pſumptiõi legis credere, fraudẽ

ſuſpican-

a Felín. in d. c. viij. quæſt.
b c. cũ venisſent. de eo qui mit. in poſſ.
c Felín. c. dilectus. in princ. de offi. ordin.
d c. dilecti. de foro comp.
e Arg. l. in traditionibus. ff. de pact.
f Bart in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis.
g l. quoniam. ij. tit. ſeq.
h F lin. in d. c. eccleſia. in iiij. q. & Paul. Caſtren. hic.
i Decl. conſil. cxiiij.
k c. nouerunt. de ſent. exc.
l vt in auth. ſeq.
m Abb. in c. multa. de præben.
Vt habetur ij. de mag. l. ij. l xij. And. de Batul. ibi.

ſuſpicantis in teſtamento minus ſolenni. Et hæc expoſitio verbis Canonis ſatis quadrat[a], in quo reprobatur conſuetudo, non ius commune: item reprobatur, quia reſcindebat, quaſi oſtenderet huiuſmodi reſciſsionem ſolitam fieri, etiam vbi nulla fraudis ſuſpicio eſſet. His accedit, quòd & regula Euangelica (qua ratione canon nititur) propriè ad conſcientiæ forum refertur: nec enim veriſimile eſt Chriſtum de iudiciariis ſtrophis loquutum. Sanè & hinc côuincitur Bartol. ſententia, quam attigi ſuprà l. j. ſuprà, eodem.

a c. cum eſſes. de teſta.

ris ratione munitum ſit) Eccleſiæ, vel martyrio a, vel clero, vel monachis, vel pauperibus aliquid, vel ex integro b, vel ex parte, in quacunque re, vel ſpecie crediderit relinquẽdũ, id modis omnibus ratum c, firmumque conſiſtat: ſiue hoc inſtitutione, ſiue ſubſtitutione, ſeu legato aut fideicommiſſo per vniuerſitatem, ſeu ſpeciali, ſiue ſcripta, ſeu non ſcripta d voluntate fuerit derelictum, omni in poſterum in huiuſmodi negotiis ambiguitate ſubmota e. Dat. X. Kalend. Maij, Conſtant. Anthemio Cos.

*De edendo.*

4 a ¶ † Martyrio.) Templo martyris. hincque apparet quod ex Conſtantini lege ſolùm concilio ipſi ſeu Eccleſiæ generali permittebatur, hac cõſtitutione productum, vt particulari quoque Eccleſiæ relinqui poſſet.

5 b ¶ Ex integro.) Id eſt, in ſolidum: † & intelligit Accurſ. atque alij hanc legem etiam ſi alicui collegio vel ſæculari perſonæ relinquatur: quod videtur præter mentem huius legis eſſe, vt expreſsè ſentit Odofredus, nec diſſentit Bartolus.

c ¶ Ratum.) Saluo tamen iure alterius[b].

b de quo in l. ſi quis presbyter ſ. tit. ſeq.

d ¶ Siue non ſcripta.) Non enim refert, vt ideò minus vltima voluntas valeat, dum de mente diſponentis conſtet. 6 † Sed dubitatur, quid ſi ſtatutum prohibeat mulierem teſtari vel cõtrahere, non adhibitis conſanguineis, an poterit in fauorem Eccleſiæ etiam omiſſa ſolennitate? Et Baldus, Pauluſq; Caſt. aiunt poſſe. Nam etiam ſi in ſtatuto ſpecialiter hoc ageretur, nõ tamen poſſent hoc ſtatuẽtes inducere: quippe id aduerſus eccleſiaſticam libertatem eſſet.

e ¶ Submota.) Corrigitur tamen hoc duabus ſequentibus authenticis conſtitutionibus.

# De edendo.

## Rubrica†.

† lib. 2. tit. j.

1 *Saluius Iulianus ius ciuile primus in artem redegit.*
2 *Ius ciuile in ſeptem partes diuiſum.*
3 *De præparatoriis iudiciorum.*
4 *De actionis editione, & cautione iudicio ſiſti. & numero 7.*
5 *Citatio non ſimpliciter præparatoria.*
6 *Actio ad exhibendum cuiuſque actionis præparatoria.*
8 *Gerundiorum vis, & participiorum futuri temporis in Dus terminatorum.*
9 *Quare in Cod. tit. de ſatiſdando, & in Inſtitut. de ſatiſdationibus inſcriptus.*
10 *Obiectio aduerſus huius tituli collocationem.*
11 *Diſſolutio obiectionis.*
12 *In libello inſtrumenti alicuius mentionem faciens, illud edere tenetur.*

1 CVM † IVS CIVILE olim inordinatè, confuſimque traditum eſſet, arbitrioque prætorum plerunque conſtitueretur, primus Saluius Iulianus, tanquam in quandam artem illud redegit, edictaq; prætorum certa ſerie coniunxit, omneque ius libris ferè centum concluſit, hacque ex cauſa Digeſtorum nomine primus inſcripſit, & hinc edictũ perpetuum cœpit appellari c: quod in epitomen deinde ab Hermogeniano ſex libris eodẽ ordine concluſum fuit d: quem ordinem Iuſtinianus ipſe iuſsit obſeruari, 2 † diuiſitque omne iuris corpus in ſeptem partes, quarum primam iuſsit ex re ipſa τὰ πρῶτα appellari e: an quia præparatoria omnia iudiciorum complectitur? 3 † cùm enim de diuerſis magiſtratuum muneribus in genere priùs attigerit, ad iudicia, quæ coram eis examinantur, in ſecunda parte tranſiturus, debuit ea priùs referre, quæ iudicium præueniunt f: & cùm iudicium in litis conteſtatione conſenſu partium accipiatur, firmeturq; g, vt ex M. Varrone docui, tumque propriè id nomen adipiſcatur h, conſequens eſt, vt quæ ſpecialiter idcirco fiunt, vt ad eam deueniamus, præparatoria iudicij dicantur. Quapropter editio actionis, & cautio iudicio ſiſti, propriè præparatoria eſt i. 4 † Edimus enim actionem vt reus cognoſcat deliberetque an iudicium accipere velit k, cùm eatenus impunè pœnitere poſſit l. Cautionem petimus, vt quis iudicium ſuſcipiat: quia niſi ſuſceperit, aduerſus eum ſola nobis remedia, quæ contumaciæ vlciſcendæ cauſa inuenta ſunt, competerent m, cùm noſtra intereſſe poſsit litem potius conteſtari, quàm ex cauſa contumaciæ quicquam obtinere n. 5 † At citatio non ſolius iudicij præparatoria propriè eſt, ſed neceſſaria potius ad cuiuslibet actus quocunque tempore explicationẽ o. 6 † Actio verò ad exhibendum nõ iudicij præparatoria, ſed alterius actionis eſt, nõ ſolùm cùm rei vẽdicatione, ſed etiam cùm communi diuidundo, vel petitione hæreditatis agimus p: vnde poſt omnes illas explicatur q, cùm priùs de ſimplicibus, quã de his, quæ ad mixta pertinẽt, tractãdum fuerit r. Quapropter nec ex aduerſarij voluntate vllam in ſe neceſsitatẽ habet, ſed poteſt actor vtram maluerit eligere, vendicare ſcilicet priùs velit, an agere vt exhibeatur. Idemq; in interrogatoriis actionibus dici põt. s. 7 † Editio verò actionis neceſsitatem habet, tenetur enim actor edere: quapropter concepta eſt rubrica per gerundij modum, De edendo: quia gerundia quandam qualitatem indicant, & ſecundum verbi vel præpoſitionis naturam reguntur. 8 † At in noſtro caſu propter præpoſitionem De, & nullius verbi adiectionẽ, perinde

c l. ij. §. ſed quia diuinæ. C. de vete. iur. enu.
d l. ij. ff. de ſtatu homi.
e 3. d. l. ij. §. igitur.
f gl. in §. ſ. in auth. in med. li.
g l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vendicat.
h l. vbi acceptũ. ff. de iudic. & ibi Bart.
i Bart. l. inſulã. viij. oppoſ. de verb. oblig.
k l. j. in prin. ff. eod.
l l. ſi reus paratus. ff. de procura.
m l. ſancimus. l. properandũ. §. cum autem. C. de iudic.
n Alex. in l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſda. cog.
o l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ita. de adopt.
p l. j. vbi not. ſ. ad exhib.
q arg. rub. ſ. cõ. de leg. & ſ. cõ. vtr. iud.
r l. ij. in prin. de verb. oblig.
s l. j. ff. de interrog. act.



inde eſt ac ſi dictum eſſet, quomodo edi debeat: participiorum futuri temporis in Dus, terminatorum exemplo, quæ id indicant, quod fieri debet a: vnde dicimus, de liberis inſtituendis, vel exhæredandis b. qua ratione idem & de gerundio dicitur, cuius nominatiuus per oportet, vel debet, declaratur: vt cùm dicimus, lubricum linguæ ad pœnam non trahendum c, viuendum eſt rectè, pacem petendum, & ſimilia à grammaticis accipienda: 9 † qua ratione & infrà eſt titulus de ſatiſdando: tenetur enim reus ſatiſdare, indicatq; id rubrica, quæ inſtar prætorij edicti in Digeſtis, & hoc in Codice, litigatores admonet quid agere debeãt. Vnde & Perſius:

Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.

In Inſtitutionibus verò (quo in opere non litigantes decidendarum controuerſiarum cauſa Iuſtinianus, ſed legum ſtudioſos docuit) ſimpliciter dicitur, de ſatiſdationibus: nempe eos admoniens, quid de iure ſentire debeant circa ſatiſdationis effectum. 10 † Dixerit aliquis, actionis quidem editionem neceſſariam eſſe, & præparatoriam: ſed minimum eſt quod de ea hîc tractatur d, cùm ferè omnes inſtitutiones de inſtrumentorum, actorum, rationum editione loquantur, quæ omnia ad fidem probationis potius pertinent, quàm ad iudicij præcurſum e: quapropter traditum eſt, etiam ſi inſtrumenti editio ante litem conteſtatam facta ſit, non tamen vllam fidem facere, niſi accepto iudicio iterum in actis producatur f, & parti petenti dilatio contradicendi cauſa detur g. 11 † Sed his reſpondendum eſt, in edicto de actionis editione actum h, in cuius conſequentiam de inſtrumentis quoque tractauit, ne editionis materia diuideretur: nec enim quæ natura ſui coniuncta ſunt, ſeparari debent i: nam & pleraque videmus adiuncti cauſa concedi, quæ ex ſe non permitterentur k. 12 † Addit Iaſon, non omnino alienum fuiſſe de eis quoq; tractari, cùm & ipſorum editio præparatoria eſſe poſsit l: quoniam qui in libello mentionem alicuius inſtrumenti facit, illud ante litem conteſtatam edere actori tenetur m: quod & in ceſsionario reſponſum eſt, qui inſtrumentum ceſsionis confeſtim edere debet n. quamobrem vt ex inſtrumento duplex eſt effectus, alter vt ante litem conteſtatam edatur, alter vt poſt litem conteſtatam rurſus exhibeatur probationis faciundæ cauſa o, ita etiam duplicem habemus rubricam: hanc, itemque infrà de fide inſtrumentorum. In quam Iaſonis rationem, ſunt qui argutias comminiſcantur, ſed nos otioſis diſputandas huiuſmodi minutias relinquamus, cùm, vt rectè dixit Picus,

In ſteriles campos nolint iuga ferre iuuenci.

idq; Martialis autoritate.

a l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act.
b Rub. ff. de lib. & poſthum.
c l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt.
d in l. edita ſ. eodem.
e c. quoniam. vt lit. non conteſta. c. quod clerici. de foro comp.
f Rom. conſil. clvj. & conſi. cccxxij.
g Doct. l. iij. §. hoc autem. ff. de dam. infect. mod. hic.
h l. j. ff. eod.
i d. l. ij. de ſtatu homi.
k gl. l. ſi. ſ. de pactis & l. iam dubitari in ver. exceſſus. de hære inſtit.
l l. j. §. ij. ff. eod.
m l. poſtquam. §. dies. ff. vt leg. nom.
n Bal. l. qui ſtipendia. C. de procur.
o Felin. c. j. col. pen. de prob.

### LEX I.

IMPERATOR A. *Antoninus Pius Aemilio.*

IPſe diſpice, quemadmodum pecuniã quã te depoſuiſſe dicis, deberi tibi probes. Nam quod deſideras, vt rationes ſuas aduerſaria tua exhibeat, id ex cauſa ad iudicis officium

L. I. Ipſe diſpice.

1 *Species facti in hac lege.*
2 *Appellatione rationum inſtrumenta continentur, & cætera ſcripta. & num. 16.*
3 *Cauſa depoſiti priuilegiata.*
4 *Reus non tenetur probationes actori ſuggerere. & numero 5.*
6 *Et quæ ſit eius regulæ ratio.*
7 *Cur poſitionibus lex etiam iurato reſponderi iubeat.*
8 *Quibus caſibus reus actori edere teneatur.*
9 *Fœmina argentariam exercere non poteſt.*
10 *Argentarius & notarius an cuilibet edere teneantur.*
11 *Qui alterius mandato ſcripſit, id edere tenetur.*
12 *Quiuis negotiator rationes cauſa artis, quam exercet, conficiens, edere cogitur.*
13 *Mercatores etiam apud veteres conſueuiſſe artis ſuæ rationes conficere.*
14 *Argentariorum officium apud* Romanos.
15 *Mercatores noſtri temporis differre ab argentariis veterum* Romanorum.
17 *Vſurarius actori edere tenetur.*
18 *An idem obtineat in Iudæis & publicanis, nautis, cauponibus, &c. num. 20.*
19 *Publicanorum ordo hodie honeſtus.*
21 *Vſurarius qui deſiit exercere fœnus, edere tenetur.*
22 *Fiſco agenti reus edere obligatur.*
23 *Idem locum habet in reliquis, qui fiſco comparantur.*
24 *Reus vtens in iudicio rationibus, edere tenetur.*
25 *Si actor prætendat ius ex rationibus rei, vel rationes ſint communes, tenetur edere reus.*
26 *Vaſalli & emphyteutæ tenẽtur edere ſuis dominis inſtrumenta, &c.*
27 *Ex natura contractus quis edere obligetur.*
28 *Si actor edi petat ad confirmandam ſuam intentionem, reus obligabitur.*
29 *Actor ſemiplenè probans, cauſa adiuuandæ intentionis, poteſt reum ad edendum cogere.*
30 *In iudiciis duplicibus ſemper edendum.*
31 *Compenſationem actori obiiciens, an edere ſit obnoxius.*
32 *Quoties iudici æquum viſum fuerit, reus actori edere adſtringitur.*
33 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ, vt iudex ex officio reum edere cogat.*
34 *Qui ſemel edidit, non eſt cogendus vt denuò edat.*
35 *Ita demum edendæ rationes, ſi illis fides præſtetur.*
36 *Officio iudicis editionem poſtulari.*
37 *Alexandri opinio reprobatur, putantis editionem fieri iure actionis.*
38 *Iuſſus edere ſi non obtemperet, tenetur ad intereſſe in factum actione.*
39 *Argentarij & notarij cur potius officio iudicis, quàm mandati actione edere obligentur.*
40 *Editionem plerunq; mercenario iudicis officio peti.*
41 *Caſus vbi depoſiti actione editio petitur.*
42 *Mandati iudicio editio poſtulatur.*
43 *Cur actio ad exhibendum, generaliter non detur, quoties noſtra intereſt rationes edi.*
44 *Editio vltim. voluntatis petitur interdicto de tabul. exhib.*

1 IPSE DISPICE.) † Affirmabat Aemilius, depoſitam ſuam pecuniam eſſe apud quandam mulierem, exiſtimabatq; ex eius rationibus, ſeu inſtrumentis (2 † nam & hæc appellatione rationum continentur p) ſe eã conuicturũ, ſi modò exhiberẽtur: hacq; cauſa Imperatorẽ libello adierat, vt exhiberi eas rationes iuberet, 3 † ſiue qua de cauſa depoſiti tractaret, cui ſpe-

p l. cũ ſeruus. condi. & demonſt. l. prætor. §. j. ff. eod.

ſpecialiter in iure multa tributa ſunt, habet enim executionem in promptu [a], nec compenſationis, vel non numeratæ pecuniæ exceptione ſuſpenditur [b]: ſiue quia affirmaret nullum ſibi alium probationis modum ſupereſſe, quo caſu aliquid de iuris rigore ſolet remitti [c].

4 † Sed tamen reſpondet Antoninꝰ, à iuris regula non eſſe

**pertinere ſolet. P P. IV. Kalend. Octob. Sabino II. & Seuero COSS.**

A recedendum [d]: nec reum compelli debere, vt probationes ipſe aduerſario ſuo ſuggerat [e], quod tñ ex cauſa quandoq; conceditur, quæ hoc caſu ſufficienter non ſubeſt: nam depoſito tunc indulgetur, cũ cõſtat depoſitũ eſſe [f]: at hic adhuc nõ conſtabat, ſed res probatione indigebat: multa enim in caſu claro cõceduntur, quæ in dubiis lex non permittit [g]: vnde quæ depoſito priuilegia competunt, reſpectu probationis locum non habent [h]: B & quæ ex iuris regula traduntur, in eis quoque obſeruari æquum eſt, quæ aduerſus eam regulam ſpeciale priuilegium non habent [i]. quapropter in cauſis, quibus ſummariè & de plano procedi poteſt, non tamen reus actori edet: itemq; ſi quis ſola facti veritate inſpecta ius cognoſcendi habeat, nec enim hic rei ipſius ſecuritatem aduerſus æquitatem naturalem auferre debet [k].

5 † Nec obſtat, quòd aliæ probationes nullæ actori adeſſent: quia ei id imputandum eſt, nec ideò C cogendus reus, vt in necem ſuam tanquam Bellerophon rationes exhibeat: ſiquidem vt carmine prouerbiali dicitur, 6 † Bis interimitur, qui ſuis armis perit [l]. Alioqui plerique hoc ſubverentes, nullas tabulas rationum conficerent, vt in III. in C. Verrem actione inquit Aſconius Pedianus, aut falſo conficerẽt: debuit igitur vnuſquiſque eſſe tutus in re ſua, nec inuitus compelli ad exhibendum, quod ſuum eſt [m], quodq; vel flammis, ſi velit, dare poſsit [n]. Quòd ſi lex Iulia publicorum iudiciorum conſanguineo permittit D detrectare, quo minus in coniunctum atteſtetur [o], quantò magis licere vnicuiq; debet, de re ſua in ſui damnum nemini copiam facere teſtimonij?

7 † Sed cum hæc ita ſint, cur lex poſitionibus etiam iurato reſponderi iubet [p]? nónne reus in id adigitur, vt propria voce, & indicio ſuo pereat? An quod plerique probant, id toleratur, quia quæſitum ſit ad rei confeſsionem, actor aliunde inſtructus eſſe non potuit [q]? An, quod mauult E Decius, quia facilitati ſuæ imputare debet, qui confitetur? quod meritò diſplicet: non enim quicquam ei imputandum eſt, qui peierare noluit. Sed ſciendum, poſitiones conſuetudine magis, quam iure inductas fuiſſe [r], cùm alioqui iure noſtro interrogationes ſolùm admittantur inſtruendi iudicij, non litis decidendæ cauſa [s]. Inoleuit autem hæc cõſuetudo ea ratione, quòd æquum viſum eſt, licere actori, vt periculum de rei voluntate faceret, an citra alias probationes F longioremq; moram, bonam fidem agnoſcere, & modum controuerſiæ imponere vellet [t], cùm in confeſſum nullæ ſint iudicis partes [u]. Quæ ratio in inſtrumentorum & tabularũ editione ceſſat, q nõ ex volũtate rei, ſed aduerſus inuitũ petit, nec cõtrouerſię imponit finẽ, cũ multa aduerſus rationes deducere poſsint [x]: atq; ita ego ſentio.

8 CAETERVM. † quòd in lege dicitur, ex cauſa ad iudicis officium pertinere, vt quandoque à reo editionem actori fieri iubeat, videndum eſt, quæ cauſæ ſufficiant: & hæ ex infraſcriptis caſibus accipiendæ ſunt. Primus eſt, quãdo quis tenetur edere ratione publici muneris, vt quia argentarius, vel nummularius, cuius officij naturam alibi declaraui: horum autem exemplo inſtitutos tabelliones pleriq; cenſuerunt [y].

9 † Illud conſtat, per fœminam id munus exerceri nõ poſſe [z]: vnde ſi in præſenti lege eius exemplum quadrare velis, neceſſariò dicendum eſt, hãc quæ conueniebatur, argentariam nõ fuiſſe, ſed argentarij hæredem [a]. Sit igitur cauſa, quia argentario ſucceſſerit, vt edere debeat. Oldr. Alber. Iaſ. mulierem hanc exiſtimant argentariam per inſtitorem procuratorémue, aut ſeruum exercuiſſe [b]: quæ ſententia probabilis eſt, quia mulieres ab huiuſmodi officio remoueri videntur, nõ quòd ſint reſpectu effectus incapaces [c] (abſurdum B enim eſſet id ſeruo concedi, quod fœminæ liberæ non permitteretur [d]) ſed quia conuenire earum verecundiæ lex exiſtimauit, ne perſonam ſuam hoc in munus publicè exhibeant [e], quæ ratio in ea ceſſat, quæ per alium facit: vnde veriſimile eſt Polam argentariam, quæ Lucani poëtæ vxor etiam ipſa poëtria fuit, per ſeruos id munus adminiſtraſſe [f].

10 † Sed an hoc caſu cuilibet petenti tenebitur argentarius vel notarius edere? Et plerique hic coniunctim requirunt mandatũ C interueniſſe, & noſtra intereſſe [g], excepto cùm de editione actorum agitur: ea enim vnicuique, quiſquis ſit cuius interſit, ſunt edenda [h]. Idem cùm ei qui petit edi conceſſa eſt talis inſtrumenti reſciſsio, vt ei, qui querelam inofficioſi præpararet [i], vel in eo qui inſtrumentum per ſententiam vel aliter infirmatum reperat [k]. In vltimis quoque voluntatibus propter præſumptam teſtatoris mentem omnibus edendum eſt [l]. Sed & ſi inſtrumentum de re mea principaliter ſcriptum D eſt, tametſi non mandauerim, poſſum ratum habere, & editionem petere, quod Aretinus ſentit [m]: videtur enim mei cauſa, meoq; nomine factũ: & hæc quidẽ communiter approbantur. Sed Bald. Romanusq; ſufficere exiſtimant, ſi petentis interſit, huiuſq; rei fidem iureiurando ſuo ille fecerit [n]: lex enim ſimpliciter edi iubet, quia meum quodammodo eſt, quod mei cauſa confectum eſt [o]: alioqui & quilibet priuatus, ſi mandatum acceſſerit, ad edendum cogitur, vt mox dicam. E Ego mandatum etiam in argentario requiri arbitror, vt ex eo edicto condemnari poſsit [p]: quia rationes inter alios vel parte abſente confectæ, fidẽ non facerent [q]: nec cuiuſquam intereſſe videtur, ſi nõ & probari poteſt [r]: nulla igitur tali caſu aduerſus argentarium eſſet probatio [s]. Quapropter ſi notarius ſtipulatus ſit nomine cuiuſcunque interſit, non putarem vllam mandati quæſtionem eſſe neceſſariam [t], eo ſcilicet qui edi ſibi petit ratum habente [u].

11 † Secũdus caſus eſt in eo, F qui mandato meo ſcripſit: is enim quiſquis erit edere tenebitur, etiam ſi mea non interſit [x]: ſufficitq; vel tacitum mandatum acceſsiſſe, cuiꝰ ex cõſuetudine præſumptio ſufficiẽs accipi poſsit [y], ſiue ea cõſuetudo mandantis perſonam reſpiciat [z], ſiue mãdatarij, ſiue neutrius ipſorũ, ſed in vniuerſum ita ſoleant cæteri mercatores, vt Aretinus ſcripſit: quoniam idẽ videmus in teſtamentis, in quibꝰ fit interpretatio, etiam ex cæterorũ teſtatorum conſuetudine [a]. Sed id parùm me mouet: cùm enim mandatum ex voluntate con-

a l. pen. ꝗ. depo. b l. in contractibus. §. ſed quoniam. ꝗ. de non num. pec. c c. fin. de teſt. cog. d l. qui accuſare. ꝗ. eod. e l. nimis graue. ꝗ. de teſtib. f l. j. de his qui not. infa. & l. j. §. permittitur. quod vi aut clã. g l. ſi vbi not. ꝗ. de tranſact. h arg. d. l. famoſi. i l. in fraudem. §. fin. de teſta. milit. k l. qui accuſare. ꝗ. eod. Bar. in ex. rau. ad re pri. in verb. figura. l c. j. de proba. m l. iij. §. pen. ad exhib. n l. in re. C. mãdati. o l. lege. ff. de teſtib. p c. j. & ſeq. de confeſſ. in vj. q Decius in d. c. j. de probat. r Bar. l. ij. §. j. de iura. cal. s l. de ætate. vbi Bar. de inter. act. §. qui interrogatus. t Clem. ſæpe. §. & qa. de verb. ſig. u l. j. C. de confeſſ. x Bart. l. nuda. de donat.

y d. l. argentarius. & d. l. prætor. z l. pen. ff. eod. a l. quædam. § nihil ff. eod. b d. l. prætor. § ſed etſi. c l. non licet. de contrah. empt. d l. quod attinet. de reg. iu. e l. quæ adulterium. C. de adult. c. j. de vi. & ho. cleric. in vj. vbi Gemin. f argum. l. j. in prin. ff. de ver. oblig. g l. ſi quis ex argent. § pertinere ff. eod. h l. ij. ꝗ. eodem. i l. ſi quis aſſirmauerit. ff. de dolo mal. k l. diſſolutam. C. de condict. ex lege. l l. j. quemadmo. teſt. aper. m arg. d. l. prætor. in princ. n d. l. quædã. § fin. l. theſaurus. ff. ad exhib. o d. l. prætor. in prin. p d. § pertinere. q l. nuda. vbi lo mol. ff. de donat. r l. duo. de teſt. tut. Arch. xxx. q. v. iudicantẽ. s l. argentarius. § fin. ff. eod. t l. non aliter. de adopt. u l. ij. ſi rem pupill. ſal. fore. x d. § pertinere. y Rom. l. ij. § iurati. de iurei. z l. certi. § ſi nummos. ff. ſi cert. petat. a l. ſi ſeruus plurium. § fin. ff. de leg. j.



trahatur, altero negante, deficit conſenſus [a]. Vnde non tam facilè in contractibus quicquam tacitè actum præſumitur, quàm in teſtamentis [b], in quibus teſtator non negat ſe cæterorum conſuetudinem ſecutum. Cùm igitur ſtatus hic coniecturalis ſit, plurimùm in arbitrio iudicis verſabitur. Præſumitur etiam mãdatum, cùm me pręſente rationes ſcriptæ ſunt [c], quæ ad me pertineant, ſeu quas probabiliter mea interſit ſcribi [d]:

12 † ex quo generaliter deducitur, quemlibet negotiatorẽ, qui cauſa artis, quã exercet rationes cõficit, ad edendum compelli, quia cum eo contrahens mandaſſe illi videtur, vt ſcribat: & ita frequentiſsimè traditum eſt. Contrà Baldus, Fulgoſius, Paulus, Iaſon, & omnes ferè recentiores ſentiunt: cùm enim mandatum id tacitum ex præſumptione accipiatur, non eſt dubium præſumptiones ex veriſimili ſigno oriri [e]: at hoc caſu nulla eſt veriſimilitudo, cùm mercatores & hodie & ſemper rationes ſuas in vtilitatem inſtructionẽq; propriam conficiant, non vt alijs conſultant [f], in ſuũ præſertim damnũ [g].

13 † Quis enim credat noſtra tãtũ tẽpeſtate ſolitos mercatores artis ſuæ rationes conficere, & non idem fuiſſe etiam olim florentibus iuris noſtri cõditoribus? cùm ex Cicerone, Aſconioq; Pediano, alijſque auctoribus conſtare poſsit, ſolitos veteres rationem totius vitæ ſuæ per ſingulos dies ſcribere, & tamẽ Iureconſulti de ſolis argentarijs, itẽq; nummularijs meminerunt, quia eorũ miniſteriũ publicam habet cauſam, & principalis hæc eſt eorũ opera, vt actus ſui diligenter rationẽ conficiant [h].

14 † Sciendũ enim, ſolitos veteres pecunias ſuas apud argentarios depoſitas habere, qui eas ex eorũ voluntate fœnori dabant, rationeſque conficiebant, eratq; id publicũ quoddã miniſteriũ, ad eos pertinens, tam qui darẽt, quàm qui acciperent mutuatitiam pecuniam: alioqui ſi verè publicũ & ciuile munus fuiſſet, per ſeruũ geri non potuiſſet [i], & prætor in edicto ipſorum dominorũ, non autẽ exercitorũ menſæ mentionem feciſſet [k]: qua ratione & Cicero III. offic. argentarij munus omnibus ordinibus gratioſum eſſe dixit.

15 † Vnde apparet lõgè aliã eſſe mercatorũ noſtri tẽporis cõditionẽ, qui in ſui vtilitatẽ tãtùm rationes conficiunt, nec principale munus in ſcribendo exercent, quùm ſi ſola libros conficiendi conſuetudo ſufficeret, nec in ipſis quidẽ argentarijs mandatũ requireretur, quod tamen lex generaliter neceſſariũ affirmat [l]: nec ſpeciale in vſurario, ſiue ſecreto, ſiue manifeſto eſſet, quẽ lex pontificia ſolùm ad edendũ cogit, cùm de vſuris agitur [m], cùm alioqui & ex generali regula, & ex omni cauſa propter morẽ ſcribendi edere debuiſſet. Putarim tamen cùm hæc omnis quæſtio ex præſumptione taciti mandati oriatur, plurimũ coniecturis veriſimilibus tribuendum eſſe, & ſi huiuſmodi negotiatores conſueuerint à principio iurare, rectè atq; iuſtè artẽ ſuam exerciturus, pro publicis perſonis accipiendos [n]. Idẽ ſi veriſimile ſit de ſcriptura conficienda fuiſſe eos ab ipſo contrahente rogatos, vt quia tunc eius intereſſet tabularũ fidei rem commendari. nec aliud ſenſiſſe huius ſententiæ autores credibile eſt, dũ fatentur, rationes quidẽ exhibendas, ſed ſchedulas, quas domi & ſecretò retinent, pro ſua inſtructione non exhibendas [o]: non enĩ in eis conſuetudine quicquam innouatum videri poteſt,

16 † cùm aliàs dubium non ſit rationũ appellatione non tabulas tantùm, aut codices, ſed & calendaria & diaria, ſeu ephemerides, & adverſaria contineri: itemque ſi qua in palimpſeſto, ſeu deletitia charta, aut opiſthographo ſcripta [p] ſũt. † Tertius caſus eſt in vſurario, cuiꝰ odio lex induxit, vt cogatur edere, dum tamen de vſuris ipſis controuerſia ſit [q]: idemque ſi de re connexa [r], vt quia vſurarius ſortem ſibi reſtitutam neget, quòd recepta ſoli fœnori imputauerit [s].

17 † Sed an idem in Iudæo ſit? & aiũt idem eſſe, quia A verba legis generalia ſunt: non enim debet melioris conditionis erga orthodoxum eſſe Iudæus, quàm quilibet, tametſi improbus, Chriſtianus.

18 Quid in publicanis? & Baldus, Alexander atq; alij idem eſſe aiunt, quia eadem videtur ratio [t], idq; & Decius probat. Sed Pontanus, Iaſon, Aretinusq; contrà, quibus non aſſentimur, dum licitorum vectigalium conductores ſint: nullum enim in eis eſt delictum, honeſtusque cenſetur moribus noſtris publicanorũ ordo, q, B & M. Cicero quandoq; atteſtatur:

19 † conſiſtebat enim ex equitibus Romanis, vnde & lex noſtra indulgendum publicanis putat, fauorabilemq; eſſe vectigalis cauſam [u], tametſi eorum familias, quas factiones vocat, ſuſpectas habeat [x]. Tertullian. in apologetico: Cùm boni, cùm probi congregantur, factio non eſt, ſed curia. meritò igitur ex hoc capite nõ compelletur publicanus eiúſve exercitor edere.

20 † Sed quid de nauta, caupone, ſtabulario? & Bald. Alexanderq; idẽ, quod C in vſurario arbitrantur [y]: lex enim adverſus hos non parũ præſumit [z]. Idem ſentit Picus de parocho, ſeu hoſpite, qui ſcholaſticos in contubernium recipit, & trophematis ſeu nutritij cauſa certã ſummam habet: exiſtimat enim cum eo vtiliter ex edicto Prætoris de cauponibus loquente agi poſſe, ſi lucri cauſa cauponarium negotium principaliter exercet, aliqui cauponem non cẽſeri, ſed præſcriptis verbis agi: videtur enim ei datum, vt faciat, id eſt, alat [a]. Ego autem ſi quis D cœnaculariam faciat, id eſt, vt vulgò dicimus, cameras locet, etiam ex conducto teneri arbitror [b]. Sed verius mihi videtur horum neminẽ ad edendum teneri, cùm ratio edicti ſit, ne cũ furibus in damnum eorũ quos recipiunt, hi coeant [c], quæ nihil commune cum inſtrumentorum editione habet: nam & vſurarius non propter odiũ perſonæ ſolùm, ſed & propter fraudes, quibus veritatem diſsimulat, edere cogitur, quæ rationes in hiſce aliis non procedunt [d].

21 † Sed quid in vſurario qui fœnus exercere deſierit? E Et reſpõſum eſt adhuc teneri [e], niſi cùm conſtat omnino vſuras ab eo reſtitutas: tunc tanquam omni abolita macula non teneretur [f]: quod Bal. rectè ſenſit [g].

22 † Quartus caſus eſt in fiſco, quod nos alibi diffuſiùs attingemus [h]. Procuratori enim fiſci agenti ex cauſa nummaria, à reo edendum eſſe tradunt [i]: in capitali verò ſecus eſt [k], quod & Alexander reſpondit in pœna pecuniaria, quæ ex delicto debeatur, nec enim tunc edendum eſt [l]:

23 F quæ ſententia humanior videtur. † Exemplo fiſci idem & in Eccleſia exiſtimatum à pleriſque eſt [m], vel cùm de fauore matrimonij aut dotis [n], aut alimentorũ agitur. Pro libertate quoq; idẽ reſponſum eſt [o], & pro ſtudio [p], ꝓ miſerabilibus perſonis: nõ enim minus his cauſis debet indulgeri, quàm fiſcalibus: quod intelligendũ, quando probationũ copia aliter haberi nõ poteſt [q], vt quibuſdam viſum eſt, ne facilè hęc priuilegia extẽdamus [r]. Sunt & qui putẽt, in caſibus quibus ſpecialiter receptũ eſt, vt ſerui contra dominos

a l. an inutilis. de accepti. b l. quicquid. de verb. oblig. c l. qui patitur. ff mand. d Gloſ. in l. j. de neg. geſt. e Bal in rub. ꝗ. de probat. f l. cũ de indebito. de probat. g l. q̃d fauore. ꝗ. de leg. h d. l. argentarius. i d. l. quod attinet. k d. l. prætor. in princ. l d. § pertinere. m Clem. j. § cæterum. de vſur. n Bart. l. quædã. §. numularios. ff. eod. o Abb. & Can. in d. c. j.

L. r. Ipſe diſpice. p d. l. j § emu. quoq. l. chartę de bo. poſ. cõtr. tab. q d. Clem. j. § cæterum. r d. l. ſi quis ex ar. § rationem. s l. in his. § ff. de ſolut. t l. quantæ. de pub. u l. j. de loc. publi. fru. x d. l. quantæ. y Bal in d. l. diſſolutæ. z l. j. nau. caup. ſtabul. a l. naturalis. de præſ. verb. b l. ſi vero. de his qui deie. c d. l. j. in princ. d d. Clem. j. e l. prætor. § ſi etiam. f c. cũ tu. de vſuris. g In rubr. ꝗ. de vſur. h l. iuſtum. ꝗ. eo. i l. iij. ff. eod. k l. ij. § diuus. ff. de iur. fiſc. l Alex. conſil. cxxxij. in j. m l. ſi l. priuilegia. ꝗ. de ſacr. ſan. eccleſijs. n l. ij. ꝗ. de priuil. leg. fiſc. o l. ſicvt datã. ꝗ. de lib. caul. p Auth. habita. ne fil. pro pat. q d. l. ij. verſ. ſi verum. r Abb. in d. c. j.

torqueantur, teneri reum actori edere: quod
24 lege ſequenti attingemus. † Quintus caſus eſt,
quando ipſe reus eis rationibus in iudicio vtere
tur[a],tunc enim etiã actori teneretur edere. Vnde
nos admonet Paulus Caſtreñ. quòd ſi reus in iu-
dicio titulos aliquos,ſeu particulam rationis e-
dat,poteſt actor petere, vt integer codex edatur
& cogetur reus etiam his quæ adverſus ſe faci-
unt,ſtare:q, Picus aſſeuerat,etiã ſi proteſtatus ſit,
ſe in his tantũ articulis & nominibus produce-
re,vnde adiuuari poſsit, nõ vnde ſua intẽtio ſub
uertatur:vis enim probationis à iure publico,nõ
ab eius proteſtatione pendet[b]. Sed mihi verius
videtur,nõ integrũ codicẽ exhibere eum teneri,
ſed rationes tãtum illis,quas ipſe edidit conne-
xas[c]:nã & qui in ſui fauorẽ aliquas rationes ap-
probat,ea quoq; approbare cõpellitur, quæ eis
annexa ſunt[d]:quæ verò ſeparatis capitulis con-
tinentur,nõ cẽſetur approbaſſe[e]: q, & eleganti
quodã reſponſo Fulgoſius,Signorelluſq; cẽſue-
runt[f], vbi & quæ connexa exiſtimari debeant,
25 ſubtiliter docent. † Sextus caſus eſt,quando a-
ctor prætenderet ius ſibi competere ex aliqua
cauſa ſuper illis rationibus:vt quia probaret iu-
re dominij ad ſe pertinere[g]. Idem ſi aſſerat ſibi
cõmunes cũ reo eſſe[h], vel iure adminiſtrationis
ſibi tradendas,vt cùm epiſcopus ab hærede de-
ceſſoris ſui rationes ad Eccleſiam ſpectãtes po-
ſtulat[i].Idem in eo,qui cauſam à reo habuerit: vt
ſi emptor pro defenſione bonorũ petat à vẽdito
re copiã ſibi inſtrumentorũ fieri[k],vel creditor p̃
euictione pignoris à debitore, & vice verſa debi-
tor à creditore[l]. Idẽ ĩ legatario,q exhiberi inſtru-
26 mẽtũ auctoritatis ab hęrede petat[m].† Huc ptine-
re poteſt etiã cùm cliens, quẽ vaſallũ vocant,vel
emphyteuta à dominis conueniunt,vt fiduciarij
perpetuarijſue iuris inſtrumentorum copiam fa
ciant:receptius enim eſt eos teneri[n],dum cõſtet
vaſallum vel emphyteutam eſſe[o]: quod aliqui
inductum potius exiſtimant,quia tali caſu vide-
tur reus non ad originem intentionis fundandã
edere,ſed ad confirmandam tantùm. quòd ſi iu-
ratus ſe inſtrumentũ nullum habere affirmet,cer
taq; bona nihilominus deſignet,non videtur vl-
terius inquietandus[p]:alioqui eo non iurante,o-
27 mnia bona præſumerẽtur emphyteutica[q].† Cę-
terùm ex natura quoq; contractus quis edere te
netur,cùm ſcilicet rationes cõficere debuit,vt in
ſocio,tutore,negotiorũ geſtore[r], de quibus in-
frà dicemus. Eum quoq;,qui fratris minoris bo-
na adminiſtrauit ad conficiendas, edendaſque
rationes teneri reſpõſum eſt[s]. Sed hęc oĩa magis
iure actionis exhibẽtur,quàm officio iudicis, de
quo lex noſtra loquitur,qua de re infrà diſſerã. †
28 Septimus eſt,cùm actor edi ſibi petit,non ad in-
tentionis originem fundandam,ſed ad replica-
tionem inducendam[t], vel ſimpliciter adiuuan-
dam:& ita ſentiunt omnes[u]:facilius enim quod
iam factum eſt confirmatur, quàm à principio
poſsit induci[x],quapropter ſi probauero mutua-
uiſſe me tibi pecunias, idq; rectè cõſtet, potero,
vt earũ quantitas appareat,petere rationes tuas
29 edi[y]:quod & Dec.ſenſit[z]. † Sed quid ſi actor ſe
miplenè(vt vocant)ſolùm probaſſet nũquid po-
terit cauſa adiuuandæ intentionis reũ ad eden-
dum cogere? Et poſſe quidam prædicta ratione
arbitrati ſunt[a]: & qa talis probatio veritatis per-
ſcrutandæ fauore,per iuramentum actoris ſup-
pleri poteſt[b],ergò multò magis tolerandũ vt ad
editionẽ reus cõpellatur,cùm difficilius in cau-

a d.l.j.§.edẽda.
b Gl.in d.l.j.§.editiones.
c d.l.ſi quis ex arg.§.rat.in fin. Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſiit.de lib.legat.
d l.publ.in fi.ff.depoſ.
e Bar.d.l.quædam.§.nummularios.
f Conſ.poſt tractatum Angel.de malefic.
g l.ij.§.iterdũ.ad exhi.
h l.procur.ꝫ.eo.
i Paul.de Caſt.conſ.ccxxvj.i ij.
k l.Titius.ij.l.creditor.de act.empt.
l l.fi.de pig.act.
m l.inſtrum.ꝫ.de fideicõmiſſ.
n Iaſ.l.ij.ꝫ.de iure emph.xv.q.
o Gl.c.j.§.illud.de prohi.feud.alie.per Fed. & in l.ij. in verb.iurata.C.quando & quibus quarta pars l x.
p Gl.in d.l.ij.
q c.vnico.§.vaſallus.j.vbi D.ſi de feu.fue.contr.
r c.quędã.ff.eo.
s Soc.cõſ.cexiij
t l.fin.ꝫ.eod.
u Arg.l.qui cõcubinam.§.ij.de legat.iij.l.pen.§.fi.ff.ad l.falc.
x l.ſi don.§.ſi ſpõſus.de don.int.virũ & vxo.
y Arg.not.Bar.in l.admonẽdi.col.ix.de iureiuran.
z d.c.j.
a Gali.in l.edit. But.d.c.j.
b c.fi.de iureiuran.

ſa propria alicui credendũ ſit,quàm cogẽdus ad
edendum reus. Bald.tamen,quem cæteri ſequũ-
tur,contrarium tradidit:quoniam iuramentum
faciliùs conceditur, quod poteſt vtriuſq; partis
fauorem reſpicere,quàm editio,quę à reo in vti-
litatẽ actoris ſolùm fieret[c]:quo argumento cre-
di poſſet,ſi actor proteſtetur ſe eis rationibus tã
pro ſe quàm adverſus ſe ſtaturum,cogi ad eden-
dum debere, & ſic diſsidentes haſce opiniones
A cõciliãdas. Nec me mouet,quòd de ſeruis in do-
minos quæri non poteſt, etiã ſi indicia vrgeant,
& ſemiplenè probent[d]:quia difficilius concedẽ
dum eſt,in caput domini torqueri ſeruos, quàm
in ciuili cauſa rationem edi[e].† Sed quid in iudi- 30
cijs duplicibus,in quibus vterq; eſt actor & reus
[f]? Et receptum eſt ſemper edendum[g], vt mutuò
ſe adiuuent[h].† Sed quid in eo qui compenſatio- 31
nem actori obijcit? Et quatenus ſibi eſt petitum
videtur reus, & ideo actorem ex regula coget[i],
B tantùm abeſt vt ipſe illi edere debeat. Si verò am
plior ſit ſumma ex qua cõpenſat, quatenus ex-
cedit pro actore eſt,& ideo quantùm ſit eius par
tis reſpectu,inutilem editionis petitionem arbi-
trarer:atque ita Baldi ſententiam interpretor[k].
† Octauus caſus generaliter traditur,quoties iu- 32
dici ex aliqua cauſa æquũ viſum fuerit:ad quem
caſum rectiùs eſt noſtræ conſtitutionis verba re-
ferre,quàm ad prædictos,qui iam deciſi determi
natique ſunt,quos vtique ſciuiſſet Imperator re-
C cenſere,ſi de eis intellexiſſet:quare melius eſt,vt
generaliter accipiamus quacunque de cauſa ar-
bitrio iudicis:nam & ipſi argentario denegatur
editio,cùm in propria lite ex ſeipſo inſtrui debe
at,& tamen ex cauſa ei quoque arbitratu iudi-
cis edi oportet[l]. † erit autem iuſta cauſa,ſi actor 33
iurauerit ſe calumniæ cauſa editionem non pe-
tere[m], & aliquibus coniecturis docuerit inſtru-
menta ſe vel reſponſiones amiſiſſe, nec aliunde
habere poſſe quam reo edente[n]:videretur enim
D hoc caſu veritatis inquirendæ fauore ( qui alio-
qui ſolus non ſufficeret)ſubeſſe æquitatem,qua
iudex ex officio ad priuatam vtilitatem mouea-
tur[o],edique à reo iubeat,ſufficietq; amiſsionem
ex coniecturis oſtendere, accedente dein iura-
mento[p]. Abſentia quoq; actoris iuſtam cauſam
præſtabit, compelleturq; reus ad edendum, vt
Alex.ferè viſum eſt[q], quia abſentis partes ſup-
plere iudex poteſt:in quo pleriq; rectè diſſenti-
unt, cùm nec ipſe actor præſens id foret obten-
E turus. Vnde ego arbitror, iuſtiorem cauſam eſſe,
ſi iudex ex qualitate perſonę moueatur, vt cùm
agricola literarum ignarus ſe locatoris rationes
ſecutum affirmat, eaſque edi petit:quod Picus
rectè exiſtimat. Sed et quid ſi allegẽ me mutuaſ-
ſe Titio amico meo centum,cum quo adeò iun-
gebar,vt veriſimile ſit nullam me ab eo petijſſe
cautionem, iſque deceſſerit, & ab hærede petã
edi eius rationes,quibus me ſtaturum profitear?
nã cũ lex ex cauſa edi iubeat, quæ æquior exco-
F gitari poteſt? non enim de ſolius veritatis inqui-
ſitione hîc agitur,ſed defuncti quoque exonera-
tione[r],quem pro amicitia veriſimile eſt morem
mihi geſtum velle[s],alioqui mali exempli res e-
rit,neminique fidendum eſſet, Timonianoque
quodam more humanitas omnis exuenda. At
nemo cogendus eſt adverſus ſe edere? atqui ſi te
ſtatoris ipſe hęres animum ita repræſentaret,ſi-
cut perſonam lex fingit[u],ſpontè eas tabulas iami
co obtuliſſet:ſiquidem, vt inquit Iſocrates non
ſolùm defuncti ſubſtantiam tueri hæres debet,
verùm

c c.j.& ij.de teſt.in vj.
d l.final.ff.de quaſt.
e l.final.ꝫ.de quæſt.
f l.in tribus.de iudi.
g Bal.l.inſtrumenta.C.de fide inſtru.
h l.ij.C.quando & quib.quar.pars.
i l.nõ eſt.ꝫ.eod.
k in d.l.fi.ꝫ.eod.
l d.l.ſi quis ex arg.§.fin.
m l.iij.§.j ff.de iureiur.
n Rot.dec.ccxviij.communis opi.hic.
o l.plane.de pet.hered.
p l.theſaurus.ad exhib.
q l.filio.ꝫ.eod.
r l.ampliorẽ.in fi.prin.de app.
s arg.c.tua nos.de vſur.
t §.nos igitur.in auth.de nup.
u In auth.de iu.à mor.præſt.



verùm & amicos: cuius rei etiam Menedemi
philoſophi extat exemplum, & C. Plinius ad
Albinium epiſtolarum libro ſexto id vulgò non
obſeruari conqueritur. Sed an iuſta ad eden-
dum cauſa ſit,ne quis in peccatum incidat ex in-
ſtrumenti ſuppreſsione? Et aiunt eſſe, in diuino
foro[a]: quod non diffiteor, ſi probetur affectam
reo hac ex cauſa conſcientiam eſſe[b], ut quia
ſciat ſe debitorem: quæ probatio difficilis eſt[c],
cùm poſsit ille regulæ legis probabiliter adhæ-
rere, quæ eum creditorem eſſe non cenſet, qui
probare nequeat: obliuiſcimur enim quando-
que, nec omnem ſolutionem rationibus adſcri-
bimus: qua de re eius iureiurando ſtandum eſ-
ſet, cùm hæc probatio in foro conſcientiæ ſuffi-
ciat[d]. In facto autẽ proprio non eſſet credibilis
excuſatio æris alieni à ſe contracti ignorantiam
34 allegantis[e]. † Illud ſciendũ, licet ſupraſcriptis
octo caſibus editionem fieri oſtenderimus, non
tamen id perpetuũ eſſe,ſed quandoq; aliter diju
dicandũ: ut cùm ille à quo petitur ſemel edide-
rit:non enim iterum niſi ex cauſa compellendus
eſt,ut quia caſu fortuito amiſſę ſint hę rationes[f],
quod intelligendum in eo,qui aliàs cogi potuit:
ſi enim quiſquã ſponte ſua cùm ad edendũ nul-
lo iure teneretur, tibi ſemel ediderit, non ideò
cõpelli amplius poterit, cùm ſatis ſit tibi vel in
paucis amici labore conſultũ fuiſſe[g], nec actus
ſuapte natura voluntarius prolixiorẽ obligatio
nẽ inducat, quàm ex ea actũ ſit[h]. Et ita receptũ
eſt in eo, cui tertius aliquis ſemel ediderat: non
enim cogi amplius poterit[i], niſi aliqua eius cul-
35 pa arguatur[k]. † Sed & à quibuſdã traditũ eſt, ita
demũ edendas rationes, ſi hæ fidem faciant: &
ideò quando mercatorũ codicibus fides nõ prę-
ſtaretur,non tenerent illi edere, ut Aretinus exi-
ſtimat[l]: quæ ſententia pleriſq; diſplicuit, quia
quæ rationes plenè non probant, rem tamen in
coniecturã indiciúmue deducũt: eademq; ratio
in parte probationis eſt,quæ & in toto[m]: imò fa
cilius tolerabitur editio,quę modicũ prẹiudiciũ
faciat, quàm quæ omnino damnoſa ſit. Sed hæc
36 quidem hactenus. † Supereſt vt videamus quo
iure editio petatur: & lex noſtra oſtendit,perſe-
cutione,ſeu officio iudicis id expediri. Sic & lex
ait,ad officium iudicis pertinere,vt exploret ra-
tiones defuncti,iubeatq; ab eo edi replicationis
adiuuãdæ cauſa[n]:nã & prætor in edicto, Cauſa,
inquit,cognita edi iubebo[o]:quę verba ad iudicẽ
referũtur:meritò igitur cõmuni ſententia exiſti-
matũ eſt, officio iudicis id explicari[p]: cenſuitq;
Bartolus[q] id officiũ non merè in perſonam, ſed
quantũ ſit ad ſingularẽ ſucceſſorem,inſtar cuiuſ-
dam rei vendicationis inductũ eſſe:opinor,quia
ratio edicti eſt, quoniã quod mei cauſa confectũ
eſt,meũ quodammodo inſtrumentũ cenſetur[r]:
alioqui in perſonam tantummodò competere
dicendũ eſſet[s]: hocq; caſu quorundam opinio
37 defendi poſſet[t]. † Alexander tamen exiſtimauit
actionẽ in factũ fieri editionẽ, tum quòd ex edi-
cto regulariter actio in factum datur[u],tum quòd
uerba edicti partem ipſam reſpiciunt: ait enim,
Argentarij edere debent[x]. Sed hæ rationes pro-
cederent, ſi uerba ad eum referrentur, cui actus
explicandus eſt, uel præceptiua eſſent, quorum
neutrũ in hoc caſu eſt, cùm ſimpliciter enuntiẽt,
quid debeant argentarij facere, unde ſolo iudi-
38 cis officio compellũtur. † quòd ſi poſt iuſſum nõ
fecerint, tunc dubium nõ eſt in factum agi,qua-
tenus petentis intereſt[y]: qui enim ſolo iudicis

a Dd.in d.c.j.
b c.venit.ubi Dd.de iudi.
c l.quidã tabularum.de fur.
d Bar.in extrauag.ad repri.in verb.denuntiationem.
e l.fin.ff.pro ſuo.
f d.§.fi.& l.illa.§.j.de fid.inſtr.
g l.tutori.ꝫ.de neg.geſt.
h l.voluntariæ.de excuſ.tut.
i l.in fraudẽ.§.neq;.de iur.fiſc.
k l.mortuus.ff.loc.
l Arg.d.§.nummularius.
m l.quę de tota.ff.de rei vend.
n d.l.pen.§.fi.ad leg.falcid.
o d.l.ſi quis ex argen.§.prętor
p [illegible]
q [illegible] §.Cato.[illegible].opp.de verb.obli.
r d.l.prætor.
s Bart.l.ſi tertius.§.ſi quis.de aq.plu.ar.
t Petr.& Aret.in d.§.Cato.
u l.fin.in prin.ff.de eo per quẽ fac.gl.in §.fin.Inſtit.de interd.
x d.l.prætor.
y d.l.ſi quis ex argenta.§.ex hoc edicto.



L. i. Ipſe di. ſpice.

officio teneatur, antè nõ eſt in mora,quàm in iu
dicio ſit interpellatus, iuſſũq; deinde vt edat[z]:
& ideò lex,metu actionis,inquit,edendũ[a]: quia
poſtquam decreuit prætor edi, deinde aduerſus
non parentem agitur ad pœnã, vt id præſtetur,
quod interfuit tempore decreti[b].† Sed cùm ar- 39
gentarij & notarij,non niſi ex mandato cõfectas
rationes edant, cur non potius mandati agitur?
Et tradunt ideò nõ agi, quia ex natura officij ſui
A tenentur rationes uel inſtrumẽta cõficere, mer-
cedemq; poſſunt accipere, quæ omnia mandato
non conueniũt[c], quod voluntariè gratuitoq; ſu-
ſcipitur. quòd ſi maximè demus ſpontè eos libe-
raliterq; ſuſcepiſſe, cùm tamen cogi poſsint, ne-
ceſsitati potius imputamus[d]. Non tamẽ perpe-
tuũ eſt, editionẽ perſecutione ( quam officiũ iu-
dicis nobile uulgò appellant) expediri: † atqui 40
aliter atq; aliter quibuſdam caſibus prouidet, &
in primis mercenario officio iudicis quandoq;
B editio petit, cùm ſcilicet incidenter petitur, ut
quia de eorũ inſtrumentorũ editione agat, qui-
bus ſe vſurum litigator affirmauit[e]: quod & de
actis fatentur omnes. Sed & ſi editio cauſa repli
cationis poſtuletur,idem iuris eſſe aliqui cenſue
rũt[f]: quia quæcunq; iudicio incœpto fiunt offi-
cio iudicis, quod mercenariũ vocãt, expediri ſo-
lent[g]. quod & dicendũ videtur in ea editione,
quã actor facere cõpellitur, vt rei exceptionem
fulciat[h]. Idẽ & Baldus Ancharanuſq; hac in ſpe
C cie tradiderunt[i]: † Depoſui penes priuatã perſo 41
nam rem meã, mandauiq; vt depoſitũ id rationi
bus ſuis cõmendaret: agã depoſiti, in cuius actio
nis ſequelã coget iudex mercenario officio mi-
hi edi? cùm enim depoſitũ ſit cauſa mandati, ex
principali ipſa actione,ſeu officio illi ſubſeruien
te,nõ ex mandato agendũ erit[k]. quòd ſi manda-
tum à principio ex cauſa alterius contractus nõ
p̃ducatur, tũc ſecùs: mãdati enim iudicio expe-
riundum eſſet, vt hoc exemplo, quod rectè & hu
D maniter Picus affert: † Solent agricolæ, cùm do- 42
mino colonarium ſeu penſionem ſoluunt,roga-
re,ut in codicem rationum eam pecuniam refe-
rat: quòd enim ipſi ut plurimùm artem ſcriben-
di non teneant, dominicis rationibus confidũt:
cõpellentur igitur locatores edere actione mã-
dati: ſentitq; id Bartol. Aret. Deci. & cæteri, dum
in eo qui mandatũ ſuſcipere non cogitur, ſi factũ
proponatur, actionẽ mandati locum habere af-
firmant[l]. Rurſus petitur editio per actionem,
E quando quis rationẽ vel inſtrumentũ iure domi
nij peteret, vt quia in ſua charta deſcriptũ eſſet,
quo caſu ad exhibendũ ageretur[m], quandoq; &
in factũ agitur actione generali, quę ex æquitate
à prætore datur[n], ut cùm vxoris meæ ſeruus,ra
tiones meas aliena in charta ſcripſit,dominuſq;
chartæ retinere eas iure materię ad ſe ſpectantis
uelit[o], iniquũ id eſt, & actionis in factũ ope emẽ
dandũ[p], quod & Alb. exiſtimauit, licet Accurſ.
non aliter agi in factum eo caſu à me poſſe credi
F derit, quàm ſi mandato meo ſeruus ſcripſerit[q],
qđ verbis Iurecõſul. nõ quadrat. † Sed cur actio 43
ad exhibendũ generaliter nõ datur, quoties no-
ſtra intereſt rationes edi[r]? Et quidã dixerunt, ne
edictũ prætoris ad hunc titulum pertinens, ſu-
perfluũ redderetur[s]: cui ſententiæ conſequens
eſt,quod Baldus, Pauluſq; tradiderunt[t], quibus
caſibus edicto nõ ſit locus, ut quia nullum acceſ-
ſerit mandatũ: ſi tamen petentis intereſt agi, in
factum vtiliter loco actionis exhibitoriæ poſſe.
Ego cũ plurib. aliud cẽſeo[u], Albericiq; ſententiã

z l.cùm poſſeſſor laſſem.ff.de dam.infect.
a d.l.quædam.
b l.vbi.§.j.ff.de [illegible]
c l.j.mand.l.j.vbi Bartol.de procur.
d l.nouiſsimè.qđ fal.tut.l.vel le.de reg.iur.
e d.l.j.§.edẽda.
f d.l.fin.
g l.ædiles.§.itẽ ſciendum.de ædil.edict.
h l.nõ eſt nouũ.ꝫ.eod.
i Bald.hîc, Anchar.in d.cle.j.§.cæterùm.
k l.j.§.ſi te rogauero.ff.depoſ.
l d.l.quædam.in prin.
m l.iij.§.pen.ad exhib.
n l.quoties.de præſcri.uerb.
o §.literæ.Inſti.de rer.diuiſ.
p d.§.pen.
q Alex.in d.l.quædã.in prin.
r d.§.pen.
s Iac.But.Salic.& Mod.hîc.
t d.l.quædam.
u Alex.conſil.58.in j.

ſequor, & actionem ad exhibendum etiam ſi in-
terſit dari nõ arbitror, niſi cùm noſtra intereſt ob
ius quod in re poſſeſsionéue eius nobis compe-
tat, uel competere poſsit [a]. Finge igitur, Titius
promiſit mihi centum, ſi Sempronius talis ratio
cinij librũ habeat, poterónе cogere vt exhibeat?
mea enim intereſt exhiberi. Et non puto, cùm
liber nec meus ſit, nec mihi debeatur, nec ius ali-
quod in eo re vel ſpe habeam [b]: quare ſolùm ſu-
pererit ut cogere Sempronium poſsim, vt teſti-
monij dicendi cauſa in iudicium veniat [c]: debe-
bitq; priùs admoneri, ut ea ratiocinia perlegat, A
quò dictorum ſuorũ rationem idoneam afferre
poſsit: ad iuſiurandum enim non niſi meditatò,
& ſumma cum diligentia deueniendum eſt [d]. &
44 hæc in contractibus procedunt. † Cùm verò ex
vltima voluntate editio petitur, ad interdictum
de tabulis exhibẽdis remittimur, eius diſtinctio
ne obſeruata [e]. Cæterùm actionis ope, tum quo-
que petitur editio, cùm reus iure contractus ra-
tiones conficere tenebatur [f]: ut in tutore, ſocio,
negotiorũ geſtore, & ſimilibus [g]: hi enim ex na- B
tura officij ad rationes obligantur, quas ſi minus
fecerint, nihilominus conueniuntur, & aduerſus
eos in litẽ iuratur [h]: nec refert an expreſſum mã-
datũ præceſſerit, cùm ex natura actus teneãtur [i]:
ſicut & negotiorum geſtor, vel inſtitor, quẽ vul-
gò factorẽ uocamus [k]. Idem in actore, quem cura
tor adoleſcentis cõſtituit, & is enim edere tene-
tur [l]. Idem in patruo, qui nepotis ex fratre bona
adminiſtrauit [m]: & fratre maiore, qui fratris ſui
minoris res procurauit [n]. Idemq; in ſocio publi- C
cani, qui teloniũ exercuit [o]: hi enim omnes tenẽ-
tur ad codices faciendos, nec eis credendũ eſſet,
ſi nullas ſe rationes habere affirmarẽt, ſed in eos
iurari in litem poſſet: quod & Bald. reſpondit [p].

a d.l. iij. §. item ſciendum. verſ. plus. & ſeq. & videtur caſus in l. pen. ff. eod. ad exhib.
b Cynus in l. inſtrumẽta. C. ad exhib.
c l. ſi quando. C. de teſtib.
d c. ex reſcripto de iureiur.
e d. l. ij. in fin. ff. quemad. teſt.
f l. j. §. offic. ff. de tut. & rat. diſt.
g d. l. quædam.
h l. pen. ff. de in lit. iur.
i Iaſ. l. ſi hæres. in prin. de condic. ob cau. da.
k Soci. conſ. 192. in ij.
l Barb. conſi. 91. in iij.
m Comen. conſ. 87. Dec. 170.
n Soci. d. conſ. 192.
o Ang. cõſ. 286. col. ij.
p Bal. conſ. 152. in iij.

LEX II.


1. 38 *Varius eſſe huius conſtitutionis expoſitiones, cui acta ſint edenda.*
2 *Inter rationes & inſtrumenta non temerè conſtituenda eſt differentia.*
3 *Sicut reus actori non edit inſtrumenta, ita & fiſcus priuato ſuccedens.* D
4 *Notarij quæ acta edere teneantur.*
5 *Actorum editio generaliter cuiq; facienda, cuius intereſt, accedente iudicis mandato.*
6 *Acta an abſq; mandato iudicis edi poßint.*
7 *Commentarienſes & cenſuales abſq; præcepto iudicis ſua regeſta edunt.*
8 *Quibus caſibus actorum editio deneganda.*
9 *Allegationum copia an collitigatori facienda.*
10 *Aduerſus fiſcum an acta uel inſtrumenta edi debeant.* E
11. 13 *Acta publica quæ dicantur. & num. 16.*
12 *Δημόσια γράμματα apud Aeſchinem.*
14 *Acta publica non ſunt propria notariorum, ſed cõmentarienſibus creduntur.*
15 *Acta priuata quæ ſint.*
16 *Iure pontificio quæ ſint acta publica.*
17 *Diffinitio actorum.*
18 *Productio inſtrumenti de actis eſt, inſtrumentũ ipſum non item.*
19 *Idem de exceptione, eiuſq; productione dicendum.* F
20 *Criminalia acta notarius edere tenetur.*
21 *Acta criminalia à tertio edi debent.*
22 *Quid ſi fiſcus uel accuſator hoc flagitet.*
23 *Reus accuſatori uel fiſco edere non tenetur.*
24 *Quib. caſib. hoc fallat ſecundũ Doct. et nu. 27. 28. 29.*
25 *Repræhenſa Doctorum fallentia.*
26 *Etſi indicia ad torturã ſufficientia extant, reus tamen ad edendum cogendus non eſt, contra Claudium.*
30 *Reus ab accuſatore uel fiſco editionem rectè poſtulat.*
31 *Quo moderamine id accipiendum.*
32 *Ei, de cuius crimine inquiritur, copia indiciorum fieri debet. & num. 34. 37.*
33 *Et iudex qui contrà faceret, non excuſaretur.*
35 *An edendum ſit reo indicia petẽti, ſi à iudice interrogatus, quib. modis elidere ea uellet, expreßè nõ dixerit.*
36 *An acta ſint reo edenda, quæ nunc illi nullo ſint dãno.*
39 *Primus intellectus ad hanc legem diſcutitur.*
40 *Si pars uictrix iuſſa à iudice ſententiam qua obtinuit, edere, non paruerit, id ei impunè non licet.*
41 *Et poteſt eo caſu iudex cõminari, ut niſi edat, inſtrumẽto nulla deinde fides adhibeatur.* A
42 *Quid ſi victor negaret latam vllam ſententiam.*
43 *Quomodo iudex poßit ex contumacia non edentis abrogare fidem actis.*
44 *Ex ſola contumacia totius litis detrimento nemo mulctandus.*
45 *Secundum exemplum ad legem noſtram.*
Ibid. *Actori diu abſenti reuerſo facienda eſt actorum copia, etſi contumax fuerit.*
46 *Idem procedit in præſente, & per negligentiam acta exhiberi non petente.* B
47 *Dummodo petantur acta tempore congruo.*
48 *Actori licet edenda ſint acta in prædictis caßibus, tamẽ non eſt illi danda ex ea cauſa dilatio.*
49 *Tertium exemplum legis noſtræ.*
Ibid. *Iudici in demortui locum ſuccedenti, acta edenda.*
50 *Et an tum noua iuriũ productione opus ſit. et num. 51.*
52 *Quartum exemplum huius legis.*
53 *Quintum exemplum præſentis legis.*
Ibid. *Atteſtationes publicãdæ à Iudice, & partibus edendæ.*
54 *Reuelans ante publicationem teſtimonia partibus, crimine falſi tenetur.* C
55 *Iudicis officio actorum editionem fieri mercenario. & numero 56.*
57 *Prætorium officium inſtar mercenarij Iudicis officij habet.*
58 *Quandoq; nobili Iudicis officio acta petuntur.*
59 *Acta in una cauſa, non faciunt fidem in alia.*
60 *Res inter alios acta, non debet alijs obeſſe.*
61 *Fallit quoties non de effectu, ſeu iure aliquo, ſed de ipſo facto dubitatur.* D
62 *Exemplis hæc fallentia declaratur.*
63 *Fallit ſecundo, quantum ſit qualis qualis præiudicij reſpectu.*
64 *Cuius effectus id præiudicium erit. & num. 66.*
65 *Præiudicium aliter Ciceroni & Quint. aliter Iuriſconſultis acceptum.*
67 *Fallit tertio, quoties ſententia præiudicat tertio.*
68 *Quibuſcunq; ſententia præiudicat, eis etiam probationes præiudicant, nedum acta.*
69 *Acta inter eaſdem perſonas ſemper nocent.* E
70 *Eadem perſona etiam intelligitur iuris fictione.*
71 *Fallit in actis ordinatorijs, quatenus inſtantiam cauſæ reſpiciunt, aliàs ſecus, & num. 75.*
72 *Perempta inſtantia, & ordinatoria acta pereunt.*
73 *Niſi à principe corroborata ſint, vel partium cõſenſu.*
74 *Licet partibus perempta inſtantia, vna probatione omnia acta iterare & renouare.*
76 *Actus omnino nullus, nullum effectum parit.*
77 *Teſtimonia nõ publicata etiam contra eundem in alia inſtantia fidem non faciunt. & num. 79.* F
78 *Publicatio teſtium an ſubſtantiam iudicij reſpiciat.*
80 *Caſus vbi teſtimonia non publicata, fidem faciunt in alia inſtantia.*
81 *Teſtes ab arbitro recepti, in alio iudicio aduerſus eundem fidem non facient.*
82 *Facilius teſtes coram arbitro, quàm iudice metiuntur.*
83 *Acta iudicij ordinarij non habent plenam fidem in plenario.*







84 *Acta in poſſeſſorio, non probant plenè in petitorio iudicio.*
85 *Acta iudicij ciuilis non ſat probant in criminali.*
86 *Confeßio in vno iudicio facta, in alio nocet.*
87 *Quibus caſibus fallat hæc regula. & num. 88.*
89 *Confeßio procuratoris in alia cauſa domino nõ obeſt.*
90 *Confeßio procuratoris in alio iudicio ad diuerſum finẽ inchoato non probat.*
91 *Confeßio quæ per nuntium facta eſt, perinde obeſt ac ſi ore domini facta eſſet.*
92 *Confeßio domini ad alium finem facta, an illi obſit.*


LEX II.
IMPP. SEVERVS
*& Anton. Augg. Fauſto.*

IS apud quem res agitur, acta
A
minus publica perſona ſit quã iudex [o]. † Putarim igitur 4
notarios ſiue actuarios ad eorum tantùm actorum editionem cogẽdos, quæ vel man-
dato petentis facta ſunt, vel publicam vtilitatẽ
recipiũt: vt ſi qua in cauſa publici iudicij, vt falſi
homicidij, parricidij, ſcripta ſunt [p]: idẽ cùm quis
cõmunione fideliũ eiectus ſeu excõmunicatus
eſt [q]: qui enim aliquo in loco abominabilis ſa-
cerq; eſt, is vbiq; pro ſceleſto eſt [r]: partẽ verò ipſã
nõ cogi vt acta cuiquã exhibeat, ſi de re priuata
ſint [s], niſi is ſit ad quẽ exemplaria ipſa, id eſt, ori-
B ginalia fortè peruenerint, tũc enim ſicvt in cęte-
ris inſtrumẽtis cauſa cognita eder [t]: idq; & Dec.
& Soci. probant. † Alij tñ crebriore calculo vlti- 5
Et cùm exceptionem hanc cumulationis dilato-
riam eſſe appareat, ſequitur vt nec in cauſa quidẽ
106 appellationis obiici poſsit [r]. † Sed an in ea cauſa
cumulatio admittatur? Et Bar. admitti cenſuit [s],
vt ſcilicet noua ea actio, noua ex inſtantia ſuſti-
neatur, nõ vt ad confirmationem vel infirmatio-
nem prioris iudicij pertineat. Sed quales ſunt hu
iuſce cumulationis effectus? nouúſne libellus F
accumulabitur? iuramentũ de calumnia nouum
præſtabitur? aliæne induciæ? vnáne ſentẽtia om-
107 ne iudicium finietur? † Et primò circa libellum
ſciendum eſt, ſi eodẽ facto oriuntur plures actio-
nes, quæ ab eodem intententur, vnicum tamẽ li-
bellũ dici [t]: ſi verò ex diuerſis ſunt factis, tot qui-
dem ſunt libelli, quot facta propriè loquendo [u].
Sed tamen cũ numero tantummodo differant, v-
num iudicium ſufficiet, atq; vnus libellus [x], idq́;
fauore dirimendarũ litium [y]: ſi verò ſpecie quoq;

a Aret. l. nõ amplius. §. fi. de legatis j.
b Alex. conſil. 50. in 5. & in rubrica, ꝟ. qui admitti.
c d. l. fundum.
d Rom. conſil. 302.
e Aret. l. duob. col. 6. de duob. reis.
f Bar. in extrauag. ad reprim. ver. ſine figura.
g d. conſ. 103.
h Bal. l. nec quam. §. de plano. de offic. proconſul.
i Dd. c. de ord. cogn.
k Aret. d. conſ. 101.
l rep. Pad. column. 16. ver. ſecundo quæri.
m l. penul. C. de except.
n d. §. eligere. & dict. l. j. ꝟ. de furt.
o l. j. ꝟ. vt quæ deſ. aduoc.
p gl. l. generaliter. de except.
q l. j. ꝟ. de appel.
r d. l. ita demũ. de procur.
s l. per hãc. col. ij. ꝟ. de temp. ap.
t l. qui de crimine. ꝟ. de accuſ.
u l. ſcire debemus. de ver. oblig.
x l. hæredes. §. ſi fun. erciſc. l. cũ duobus. § ſi plures. pro ſoc.
y l. nõ eſt nouũ. de o... empt.



differant, plura iudicia exiſtimabunt [z], licet vna
petitione comprændi poſsint [a], vt cùm quis peti
torium poſſeſſorio adiungit [b], vel cũ de pluribus
criminibus quis eadem charta accuſatur [c]: quod
Aret. recentioresq́; probant. † Et ex his decidi po 108
teſt, quid de iuramẽ
to ob calumniã cen
ſendum ſit: vbi enĩ
vel vnicus ſit libel-
lus, vel numero tan

Seuero III. & Anto
nino AA. Coſs.

A rùm differãt actiones, tum rurſus iurandum non
eſſe Bart. cenſuit [d], ꝙ ſi ſpecie quoq; differant, vel
plura ſint iudicia, tunc etiam in adiuncta lite iu-
rabitur. Sed ego malim Accurſij ſententiam indi
ſtinctè ſequi, quia nõ videtur prius iuramentum
ad actionis ſequentis veritatem ex vi verborum
trahi poſſe [e]. † De dilationibus verò ita à ſapien- 109
tioribus decretum eſt, vt quoties noua actio ac-
cumulatur, nouæ quoq; dilationes dari debeãt [f],
B ſiue ea dilatio ad opponendum petatur [g], ſiue ad
deliberandum [h], aut ad probandum [i], niſi ꝙ ſi ex
nuntiis prioris cauſæ veriſimile eſt reum inſtru-
ctum eſſe, haudquaquã amplius opus eſt moram
fieri deliberationis cauſa: vt cũ quis furti non ma
nifeſti agit, deinde accumulat vi bonorũ rapto-
rum actionẽ, vt quod amplius in pœna eſt conſe
quatur [k]. † De ſententia verò receptum eſt, debe- 110
re iudicẽ etiam ſuper actione cumulata pronun-
tiare [l], tametſi nõ referat ſi ſeparatim pronuntiet,
C dummodo tempora largiãtur, id eſt, duret inſtan
tia [m], idq́; ſiue differãt hæ actiones ſpecie, ſiue nu
mero tantũ. Sed quid ſi altera alteri præiudicium
afferre poſſit? & quo caſu cumulatio permiſſa eſt,
prius ſuper ea iudicabitur, quæ ſequenti nõ ob-
ſit [n]: ſi verò permiſſa non erat, nihil intereſt ſuper
vtra iudicetur: imputandum enim reo, quia accu
mulari eas permiſit. ſuper ea igitur iudicandum,
quæ prius ad liquidum perducta ſit [o].
a ❡Decernit æquitas.) Vt quia mutet alicuius
D vtilitatis conſequendæ cauſa, non autem ſolùm
vt reo noceat, eumque maiore afficiat infamia [p]:
malitiis enim indulgendum non eſt [q]. † Sed & vt 111
permittatur mutatio, æquitas dictat reſarciri reo
expenſas, & damna, ſi quæ cauſa tardioris pro-
ceſſus patitur [r], nec ante eorum reſtitutionem au
dietur actor [s]: & quamuis poſt mutationem ad vl
teriora proceſſum ſit, poterit tamẽ iudex vſq; ad
ſententiam hunc mutantẽ vel emendantẽ in ex-
penſas condemnare [t]: † quoniam pro regula tra- 112
E ditum eſt, eum iudicẽ, q ſuper aliqua exceptione
interlocutus eſt, vſq; ad cauſæ finem in expenſis
condemnare poſſe [u]: fietq́; huiuſmodi condem-
natio officio iudicis, vt frequẽtius receptũ eſt [x],
non autẽ actione in factum, qđ Accurſ. tradide-
rat. † quandoq; tamẽ non cogetur emendans ad 113
alicuius damni vel impenſarum reſtitutionẽ, vt
ſi reus hac ex cauſa veriſimiliter damnũ nõ ſub-
eat, vt quia omnino velit contendere, & vtroque
modo intentionẽ aduerſarij diffiteatur, nec idcir
F cò lis protelетur [y]. † Cæterùm & eũ q temerita-
te careat, verũ facilitate quadã deceptus, emen- 114
dare libellum velit in expenſis, nõ damnandum
Bal. ſenſit [z], quoniam tali caſu etiam deferenti li-
tem ſuccurritur [a]. Sed aliud iuris in eo obſeruan-
dum videri poteſt, qui adhuc litigare velit, cùm
cauſa terminãdarum litium multa inducta ſint [b]:
vnde etiam ſi cauſa iuſti erroris fiat emendatio,
tum quoq; receptũ eſt condemnationi expenſa-
rum locũ eſſe [c]. mihi tamen Bal. ſententia verior
videtur, quoties talis ſit error, q à temeritate ex-

L. 3.
Edita.
z l. ſi is qui. de act. & oblig.
a c. ij. in glo. ij. de cap. mon.
b c. cùm eccleſia. de cauſ. poſſ.
c l. ſi quis homicidij. ꝟ. de accep.
d auth. in iſto. ꝟ. de iur. cal.
e c. pen. extra. de iureiur.
f c. ij. ex. de dilat. l. j. vbi Cyn. ꝟ. de dilat.
g Bald. hic. col. 21.
h d. auth. offeratur.
i l. oratione. ff. de fer.
k l. j. ff. vi bon. rapt.
l l. non idcircò. de iud.
m Felin. c. cum inter. col. iiij. de re iud.
n d. l. ſed ſi ante viam.
o glo. d. l. generaliter.
p l. in fundo de rei vend.
q l. iiij. ff. de inoffic. teſtam.
r gl. l. j verb. tenebitur. de alie. iud mut.
s l. ſancimus. ꝟ. de iudic.
t Bal. col. ix. hic. rep. Perus.
u Dd. c. ſæpe. de appel.
x l. terminato. ꝟ. de fruct. & lit. exp.
y arg. l. non ignorat. ꝟ. de fru. & lit.
z Bal. hic. col. x. opp 8. Pad. rep.
a l. properandum. § fin autẽ alterutram. ꝟ. de iud.
b gl. in d. l. non eſt nouum.
c Bar. l. rura. C. de omn. ag. deſ. lib. xj.

cuſet a: nam & huiuſmodi pœnæ legali moræq; 115 ſemper obſtat b. † Sed an minori, ruſtico, mulieri ſuccurratur, vt abſq; expenſarũ ſolutione emendare poſsint? Et videretur ſuccurrendum: quoniam ſi iuſſi edere, præcepto prætoris non paruerint, eis tñ minus ſubuenitur c. Sed illud præceptũ, iure ſpeciali ſolùm ſuadente æquitate factum erat: in hoc verò caſu, q emendát, aduerſus iuris communis regulas delinquũt, & ideo non adeò ſunt adiuuandi d, tum propter rigorem iuris conſeruãdum e, tũ ne facultas emendandi à lege conceſſa cum alterius iniũria intelligatur f: imputabitur igitur & mulieri, & ruſtico, ſi minus prouidi fuerint g: minori verò non imputabitur, ſed eius tutori vel curatori h, qui non ſolùm dolo agere non debuit, ſed nec temerè i, & eapropter reſarciet de ſuo omne damnum.

a l. eum quem temerè. de iud. b gl. l. quod te. ſi cert. pet. c l. j. in fi. ff. eo. d l. ſcio. de in integrum reſtit. e l. j. §. nuntiatio. vbi Bart. in vit. col. de nou. oper. nunt. f l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. g l. fin. §. de iu. & fact. ignor. h l. non eſt igno tum. de admin. tut. i l. meminerint C. vnde vi.

## LEX IIII.

IMP. ANTONINVS A. Epaphrodito.

Qvi accuſare volunt, probationes habere debent a: quum neque iuris b, neque æquitatis ratio permittat, vt alienorũ a inſtrumentorũ inſpiciendorum poteſtas fieri debeat b: actore c enim non probante, qui conuenitur, etſi nihil ipſe præſtiterit, obtineat. P. P. v. Id. Mart. Duobus & Aſpris Coſs.

## LEX IIII.

1 Nemo tenetur inſtrumenta ſua actori edere, ſed nec inſpicienda præſtare, tam in ciuili, quàm criminali cauſa.
2 Verbum, Accuſare, etiam ad ciuiles cauſas trahitur.
3 Item ad iurgia extraiudicialia.
4 Accuſatio vſitatiùs de criminalibus delationibus accipitur.
5 Cauſam perorans, propriè accuſare dicitur.
6 In ciuilibus cauſis nõ probans, in expenſis condemnatur.
7 Nec ipſum excuſat, vel tuetur iuramentum calumniæ.
8 Non probans in ciuilibus, iniuriarum conueniri poteſt.
9 In criminalibus non probans, vt calumniator punitur.
10 De alijs pœnis non probantis in criminalibus.
11.12. Prædictæ pœnæ an locũ habeãt eo caſu, quo reus quæſtioni ſubiect9 vrgẽtia aduerſus ſe indicia purgauerit.
13 Conſilium eſt, ſi accuſator de probationibus ſuis dubitet, vt abolitionem impetret.
14 Ius apud Ariſtotelem dicitur, quod à legiſlatoribus expreſſim eſt cautum.
15 Quandoq; iure ſcripto neglecto, ad æquitatẽ recurritur.
16 Dubitandi cauſa in hac l.
17 Decidendi ratio in hac l.
18 Iurans ſe vera dicturũ iudici, etſi occultet delictum cuius diffamatus needum eſt, non incurrit periurium.
19 Redimens à tabellione inſtrumentum, præſtita ei mercede, ſuum erit.
20 Si reus aliquo caſu edere teneatur, huius autoramenti contributio aliqua peti poteſt.
21 Occultans inſtrumentum proprium, cùm illud edere non teneatur, abeſt à dolo.
22 In alienis inſtrumentis ſecùs eſt.
23 Quid in tabellione ea ſpecie obſeruandum.
24 Iniquum eſt, quenquam contra ſeipſum probationes inducere: quod exemplis aliquot declaratur.
25.27. Fauorabilior eſt rei cauſa, quàm actoris: & qua ratione id fiat.
26 Satiùs eſt nocentẽ abſoluere, quàm innocuũ cõdemnare.
28 Regula, quòd actore non probante, reus abſolui debet, explicatur.
29 Vnius aſſertioni, etiam qui ſit ſanctæ vitæ, non creditur.
30 Quibus caſibus lex irregulari probatione ſit contenta.
31 Præſumptio quandoq; probationis vim obtinet.
32 Quandoq; licet non ſit plenè probatum, tamen remedijs quibuſdam opus eſt, vt abſoluatur reus.
33 Et quæ ſint ea remedia.
34 De ſententia latrunculatorum, qui interdum ita interloquuntur, ſe reum rebus ſic ſtantibus abſoluere.
35 Quo conſilio vti debeat iudex, ſi certa conſcientia actoris cauſæ afficitur.
36 Ita ſecundum acta & probationes iudicandum eſt, vt tamen quis non pronunciet contra conſcientiam.
37 Reus quandoque cogendus ad actoris intentionem adiuuandam.

Qvi accuſare.) 1 † Sicut ſuprà traditum eſt, reũ actori rationes nó edere: ita hac quoq; lege conſtitutum eſt, vt nemo inſtrumẽta ſua actori nó ſolùm edere, ſed nec inſpicienda præſtare cogatur, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis cauſa: 2 † qđ & verbũ Accuſare, & actoris vox indicat: quãuis & ea ſententia defendi poſſit, vt de ciuili iudicio tantùm hîc agatur: ſiquidẽ accuſare, eſt aliquẽ ad cauſam dicendi vrgere, qđ Græci αἰτιᾶσθαι dicunt: vnde & in ciuilibus cõtrouerſiis quandoq; legitur accuſatio k. 3 † In extraiudicialibus quoq; iurgiis alter alterum accuſare quãdoq; dicit l: 4 † ſed tñ vſitatius aſſumitur in criminalib9 delationibus m, tametſi veteres etiã anguſtius quandoq; acceperint: primò eñ reũ deferimus, deinde ꝓbationes in eum inducimus, qđ arguere reũ dicitur n: tũ receptis teſtimoniis, & facto, vt vocant, proceſſu eũ accuſamus, id eſt, ad cauſam dicendã cogimus, introductis aduocatis, vel oratoribus: 5 † quapropter, qui cauſam perorat, propriè accuſare dicitur o.

a ¶ Debent.) 6 † Et ideò in ciuilibus cauſis q nõ probauit, tanquã temerarius, expenſarũ damno afficitur p, adeò vt traditũ ſit, nõ niſi iuſtiſsimam cauſam actori ꝓdeſſe, vt hæc condẽnatio minus fiat, cùm in reo nõ minus æquè grauis ſufficiat q. 7 † nec ab hac præſumpta temeritate p iuramẽtum calumniæ quiſq; excuſatur, cũ à calumnia diſtet temeritas r. 8 † Poterit quoq; huiuſmodi litigator actione iniuriarũ conueniri s. 9 † In criminalib9 verò regulariter tanq̃ calumniator puniri poteſt t, niſi ꝓbet ſe iuſto errore ductũ accuſaſſe u, vel de caſibus exceptis agat x. 10 † Sed & in publicis iudiciis ſimilitudine pœnæ y, in priuatis arbitrio iudicis z fit condẽnatio: punitur & quandoq; de falſo, ſi ſciens pecuniam acceperit, vt innocentẽ circumueniret a. rectè etiã partibus ſuis fungeт iudex, ſi talẽ in omne id, qđ accuſati intereſt damnauerit b: 11 † quibus pœnis etiam eo caſu locũ eſſe Alex. reſpondit c, quo reus quæſtioni ſubiectus, vrgẽtia aduerſus ſe indicia purgauerit. Picus contrà, quia nõ præſumitur p calumniã is accuſatus, aduerſus quẽ huiuſmodi adducerentur coniecturæ, quę quæſtioni ſufficerẽt d. 12 † Verùm ex ſupradictis videret diſtinguendum, vt hoc caſu ob calumniam nõ teneretur accuſator, ſed ob temeritatem tantùm e. Ego & illud cenſeo, huiuſmodi coniecturis iudicẽ quidem inquirentem excuſari, idq; ex Ang. ſententia, non autẽ accuſatorem, qui id crimẽ deferre nõ debuit, quod plenè probare non poſſet f. 13 † Si igitur accuſator de probationibus ſuis dubitat, ne temeritatis damnetur, cõſultius ei erit abolitionẽ impetrare, ſi poſsit g.

b ¶ Iuris, ſcripti: æquitatis, non ſcriptæ, vt Accurſio placet. 14 † Ius dicitur apud Ariſt. lib. Ethic. v. qđ à legiſlatoribus expreſſim eſt cautũ. 15 † Cæterùm quia lex omnes caſus comprændere nequit, accidit quandoq; vt ꝓpter rei qualitatẽ, vel aliud accidens, legem ſeruari aliquo in caſu iniquum ſit, & ideò ad ἐπιείκειαν, i. æquitatẽ recurramus, quæ iuris in occurrenti caſu rigorem temperet:

k l. ex iudiciorum. in fin. ff. de accuſ. l l. viro. ff. ſolu. matr. m rubr. j. de acc. n l. indicaſſe. ff. de verb. ſign. o l. qui cũ maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. lib. p l. eum, quem temerè. de iudi. l. properãdum. §. ſin autem alterutra. j. de iud. q l. q in alterio. de reg. iur. Bart. d. l. eum quem. r l. j. vbi Bar. ff. ad Turpil. s l. ſi creditor. l. item. §. ſi quis. nõ debitorem. ff. de iniur. t l. j. j. de aduoc. diuer. iud. u Bar. d. l. j. x gl. in l. athletas. §. pen. de his qui not. infam. y l. fi. j. de accuſ. z l. & in prima tis. ff. ad Turpil. a l. j. ij. reſpon. ff. de falſis. b d. l. j. §. incidit. c conſ. 11. ij. vo. d Ang. in l. ſi vacantia. q. C. de bo. vac. Iaſ. d. §. ſin autem. 8. q. e arg. not. per Bar. in d. l. j. f l. iij. j. ad l. Iul. maieſt. g l. fallaciter. j. de abolit.



peretq; & Bar. ſenſit a. Sed vnde colligitur huius reſpõſi æquitas? 16 † videretur enim cauſa veritatis oſtendendę in id quoq; compelli reum debuiſſe, vt inſtrumenta ſua ederet, cùm iniquum ſit veritatẽ occultari b: & ideò mala fides pontificio iure vſucapioni obſtat c: obſtaret & ſententię cùm is, qui ſcit ſe verum debitorem, abſolutus fuit, niſi cauſa dirimendarũ litium conſcientiæ eũ ſuæ lex relinqueret d. 17 † Sed tamen hæc nos parùm mouent: nõ enim conſtat reum nolentẽ edere malæ eſſe fidei, vel occultare veritatẽ, neq; debuit rem ſuã inuitus alteri exhibere, arcanaq; ſua aduerſario, q iniqſsimũ eſſet, patefacere: ſatiusq; fuit vltionẽ rei occultæ Deo ipſi permittere e, quàm in caſu ambiguo domini arbitriũ de re ſua imminuere: auferret eñ principalis cõmoditas, q̃ reo indulta eſt, nempe vt nihil ipſe pſtet, ſed actore non ꝓbante abſoluatur f, vt meritò nec rationes quidem exhibere debeat, q ſuprà oſtendim9 g: 18 † nam & à theologis receptum eſt, eum qui iudici vera ſe dicturum iurauit, nõ tamen id delictum detegere debere, cuius diffamatus adhuc non eſt, nec ideò p iurum cenſeri: quod & Clauatius retulit h.

a ¶ Alienorum.) 19 † Si igitur aliquis à tabellione inſtrumentum, pręſtita ei mercede, redemerit, ſuum erit: videtur enim chartam quoq;, vti ſcripta eſt, emiſſe i: 20 † vnde traditur, quibus caſib. ſpecialiter inductum eſt, vt reus ad edẽdum cogatur, huius autoramenti contributionem aliquam poſſe petere, q & ſuprà diximus k. quapropter & in ſeditionib. ciuilibus, direpta domo alicuius, qſqs à latrunculis inſtrumenta redemerit, iure mercedem impenſam repetet, tanquam vtiliter geſſerit l. 21 † Et hinc annotant Doct. eum, q ꝓprium inſtrumentum occultat, & ſupprimit, cùm illud edere non teneatur, abeſſe à dolo exiſtimari m: 22 † q in alienis inſtrumentis non ꝓcedit, ea eñ quiſquis celauerit, interuerterit, fecerit quo min9 appareant, veritatis occulendæ gratia, falſi tenet n. 23 † Idem in tabellione, qui ꝓtocollum ipſum ſupprimeret, & de eo conficiendo rogatum ſe negaret o, niſi dolo malo eum carere iudici videret, q̃ coniectura & ex qualitate pſonæ, & ex temporis diuturnitate quandoq; ꝓbabilis eſt p, vt Ale. poſt veteres exiſtimauit: nam & qui celat inſtrumentum, nõ vt nemini appareat, ſed aduerſus aliquẽ tantùm, falſum non cõmittit, ſed interdicto ad exhibendum cõpellitur q. Sed & qui illud cum alijs reb. ſubtraxit, & ne furtum deprẽdatur, noluit exhibere, furti ſolùm mulctabitur r.

b ¶ Fieri debeat.) 24 † Iniquum enim eſt quenquã contra ſeipſum probationes inducere. quo argumento nec aduocat9, qui aduerſus oẽs Titiũ defendere ꝓmiſit, aduerſus ſeipſum patrociniũ pſtare cõpelletur s: opinor nec aduerſus conſanguineos ſuos t, tametſi in iuramẽto fidelitatis alia fiat interpretatio u. Et qui turrim pręſidiumq; mihi contra quoſcunque ſpopondit, aduerſus ſe promiſiſſe non exiſtimabitur, vt veteres pleriq; tradiderunt x, niſi eius culpa ortæ ſint inimicitię y, quod Pyleus diſputando affirmauit z. Sed vix eſt vt ego id ꝓbem, cùm veriſimile ſit, id actũ, vt nullo caſu aduerſus ſeipſum turrim daret a, idq; huius legis argumẽto, cui loc9 eſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè actor experiatur: nam nec aduerſus rempublicam ſuam vel principem tenebitur. b

c ¶ Actore.) † Vnde ſolet dici, fauorabiliorem 25 eſſe rei cauſam c: quia vt Ariſtoteles in problematum particula XXIX. ait, Actor non niſi præparatus ad iudicium accedere debet: & ideò non excuſatur, quamuis in ius alterius ſucceſſerit d: breuioreſque dilationes cadẽ ratione habet e, cùm contrà reus ad cauſam inopinus, imparatuſque trahatur f, quo fit vt aliqua per obliuionem ab eo omitti veriſimile ſit: nam & proniores ad liberationem ſumus g, 26 † cùm & ſati9 ſit nocentẽ abſoluere, quàm innocuum condemnare h. 27 † Sed & ea quoque ratio probabilis eſt, hunc qui agit, culpam ſeu moram eius, qui conuenitur aſſerere: at qui alterum deliquiſſe ait, duriorem habet cauſam, cùm lex p cuiuſq; ꝓbitate pſumat i: & in dubio, paribuſue ꝓbationib. dimittendũ reũ idcircò cẽſet k. 28 † Sũma igit ratione hîc cõſtitutũ eſt, vt actore ſeu accuſatore nõ ꝓbãte, reus abſoluat: cui regulę loc9 eſt, etiã ſi reus nullũ ius ipſe habeat, ſoloq; poſſeſſionis cõmodo fruat l, quiã ex actoris tantùm pſona ius metimur m. ideoq; ſi reus ipſe onus ꝓbandi ſuſciperet, nec ſuſceptũ ſatis exequeret, nihilominus actore nõ ꝓbante, ſi aliud nõ obſtet, abſoluẽdus videt n. Nec refert, optimę exiſtimationis ſit actor, reus verò pfidus & deploratus, an id minus: qua in re ſi Iurecõſultos potius quã philoſophũ Fauorinũ cõſuluiſſet A. Gell. Noct. Attic. lib. XIIII. ca. II. non adeò dubitaſſet: 29 † non. n. quiſquã tã ſanctæ inculpatæq; vitæ eſſe poteſt, vt ſolius aſſertioni ſtandũ ſit o, cũ lex Euãgelica duos aut tres requirat p. Si igitur quantũuis pſignis actor non ꝓbet, regulæ iuris adhærebim9. 30 † Quandoq; tñ lex irregulari ꝓbatione contenta eſt, vt cũ ſemiplena fides facta eſt, tunc. n. actoris iuramentũ ꝓbationẽ ſupplet q. Idem cùm reus in dolo eſſe cõuincitur, difficultaſq; ꝓbationis ſubeſt r. In his quoq; q̃ ab animo noſtro pẽdent, ſolũ iuſiurãdũ p ꝓbatione habet s. 31 † Sed & plerunq; ꝓbationis vim obtinet pſumptio t: quia ſolet dici, pſumptiones legũ p liquidiſsimis ꝓbationibus eſſe u. 32 † Quandoq; tametſi plenè ꝓbatum nõ ſit, vt reus abſoluatur, aliquib. remedijs opus eſt, 33 † vt in criminalib. in quib. reus innocentiam ſuam oſtendere debet, quia lex vnũquenq; iubet à criminib. abſtinere x, & ideò in his aliquando iuramentũ purgationis requirit y, nec abſq; eo diffamationis maculã abolet z: ſæpe de indiciorũ adminiculorũq; veritate per qſtionẽ cognoſci iubet a. 34 † Solent & latrũculatores quãdoq; interloqui, ſe reũ rebus ſic ſtantibus abſoluere: quæ ſententia ab obſeruatione iudicij abſolutoria tantũ eſt b, tuncq; ſolùm conceditur, cùm nullis ad ꝓbandum dilationibus indultis ꝓnunciatur c. Si enim legitimæ dilationes datæ ſint, vel ad vlteriora proceſſum, puta ad quæſtionem, accuſatore vel procuratore fiſcali non probante, reus diffinitiuè, vt hîc dicitur, abſoluendus eſt, prætérquam in cauſis ciuilibus, cùm actor, qui ſemiplenè ꝓbauit, abeſt, & ideò ei iuramentũ deferri nequeat: non. n. reus diffinitiuè tũc abſoluendus videt, ſed ab obſeruatione iudicij, quod Mart. Sali. Tigri. Alexandroque placuit d. 35 † Cæterùm & quoties iudex certa conſcientia actoris cauſæ afficitur, ad principem ſcribere debet e, & ſe iu-

a l. j. in fin. §. de leg. b c. j. de cri. fal. c c. fi. de præſc. d c. ã nobis. 2. de ſent. excomm. Bartol. in extra. v. ag. id reprimẽ dam. in verbo, denuntiatione. e d. c. ã nobis. f Bald. l. inſtrumenta. C. de non. de comm. g ſ. ij. h Summa Ang. in verb. confeſſio delicti. i [illegible] ex. inſtit. de re. actual. k arg. l. ſi de bo. aut. [illegible] l l. in bello. §. ſi quis [illegible]. de capti. m l. Gracchus. j. de adul. n l. Paulus. ff. de fal. o l. eum qui. vbi Bal. j. de fal. p l. quoties. §. i. vbi Bar. de n. ex. inſtit. q l. iij. §. ſi quis dolo. de tabul. exhib. r l. qui tabulas. l. quędam. ff. de furt. s Arg. l. inquiſitio. j. de ſolut. t l. petitionẽ. §. licentia. j. de aduoc. diuer. iu. l. cũ lege. de teſta. u c. j. in fi. hic ſi. lex Conra. x O. dr. & Alb. hic. Al. in l. ſi. ter. in fi. de cod. indeb. y l. pen. in prin. ff. ſol. matr. z quæſt. 24. Odericus. a d. l. inquiſitio.

L. 4. Qui accuſare. b c. j. de not. for. [illegible] c l. [illegible] res de reg. iur. d l. qui in [illegible] us. de reg. iu. [illegible] l. pure. §. [illegible] de dol. except. e l. fin. ff. de fer. f d. l. qui in alterius. g l. Arrianus. de act. & oblig. h l. abſente n. ff. de pœn. i l. merito. ff. pro ſoc. k c. ex literis. extra de prob. l c. commodũ. [illegible] de inter. m l. j. §. j. ff. ſi pars her. n l. circa vbi Do [illegible] ff. de prob. o Gl. [illegible] p c. licet. de teſt. q l. in l. bonæ fidei. j. de reb. cre. l. admonendi. de iu iur. r l. ſi quando. j. vnde vi. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. q vi aut clàm. s c. ſignificaſti. de homi. gl. §. actiæ. Inſt. de act. t l. cũ de indebito. ff. de prob. u l. licet Imperator. de leg. j. x l. is qui [illegible] de pub. iud. y l. preſent. ſi cubi. j. de his qui ad eccl. Rub. extra pur. canon. z l. fallaciter. de abolit. in fi. l. [illegible] j. de fal. a l. ſi ff. de quæſt. gl. l. ſi. j. fam. erc. b Bart. l. Titia. col. ſi. ff. de accu. c Abb. & Imol. c. j. de off. ord. d l. properãdũ. §. & ſi quidem. j. de iud. e §. fin. in auth. de iud.

dicandi neceſsitate exoluere: quoniam qui con-
tra cõſcientiam iudicat, ſeipſum iudicat [a]. quod
ſi princeps eum nõ audiuerit, opinor rectè factu-
rum, ſi A. Gell. exemplo iurauerit ſibi non liquê-
36 re[b]: † quamuis enim ſecundum acta & probatio-
nes iudicandum ſit
[c], tamẽ id non adeò
debet obſeruari, vt
aduerſus certam cõ
ſcientiam quis pro-
37 nunciet[d]. † Illud q̃-
que receptum eſt vt
quandoq; compel-
latur reus ad actoris
intentionem adiuuandam: vt cùm actor ſyngra-
pham exhibet, quam à ſe ſcriptam negat reus, po
terit is compelli ad ſcribendum, vt literarum cõ-
paratione manus agnoſci poſsit [e]: cui non abſi-
mile quod traditum eſt, delato ſibi iureiurando
vel iurare eum debere, vel referre [f].

a c. per tuas. de ſimo.
b l. Pompon. de re iud.
c l. illicitas. §. veritas. de offic. præſ.
d Doct. c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. dele.
e §. ſi quis igitur ver conſtus. in auth. de inſtru. cau. & fi.
f l. manifeſtę. de iureiur.

## LEX V.
### IMP. ALEX. AVG.
*Valentiniano.*

A NOn eſt nouum, eum, à quo petitur pecunia, implorare rationem creditoris, vt veri fides cõſtare poſsit. P. P. VII. Id. Mart. Maximo. II. & Aeliano Coſs.

### LEX V.

1 *Actor reo rationes edere tenetur cauſa exceptionis probandæ.*
2 *Cauſa reorum fauorabilior. & num. 4. 6.*
3 *Vaſallus defenſionis gratia indiſtinctè domino belligerãti obſequi debet: ſecus ſi is hoſtem vltro oppugnet.*
5 *In re turpi potior cauſa retinentis.*
7 *Septem caſibus actor reo non tenetur rationes edere. & num. 10. 12. 17. 18. 19.*
8 *Actorem ad inſtrumentorum quoq; editionem cogi.*
9 *Actor etiam priuatas ſchedulas & rationes edere obſtringitur.*
11 *Actor reo edere tenetur, etſi actoris perſona ſit fauorabilior.*
13 *Actor reo compenſationem obijcienti, edere debet ſecundùm Alciatum.*
14 *Is qui compenſat, rectè & ſimpliciter ſe defendit.*
15 *Compenſatio ipſo iure tollit debitum, vimq; ſolutionis habet.*
16 *Quoties compenſatio ex eodem facto & natura rei procedit, huius l. regulæ adhærendum.*
20 *Omni vitio carere debet, qui in alterum paratus eſt dicere.*

1 NON EST NOVVM. † Veteribus
conſtitutionibus, quas à Tribonia
no ſublatas (quòd hæc noſtra ſuffi-
ceret) credibile eſt, cautum fuerat,
vt actor ipſi reo rationes edere, cau
ſa exceptionis probandæ, teneret: meritò id no-
uum non eſſe hac lege dicitur, meliorisq; condi-
2 tionis hac in re eſt reus, quàm actor, † cùm gene-
raliter lex dicat, fauorabiliorem eſſe reorum cau
ſam [g], quare & faciliùs exceptio concedit, quàm
3 actio [h]: ſicut defenſio, quàm impugnatio [i]. † qua
ex cauſa & beneficiarius, quem vaſallum vocãt,
belligeranti domino indiſtinctè defenſionis gra-
tia obſequi debet [k]: ſi verò hoſtem ille vltro op-
pugnatum tendat, non niſi cùm iuſta arma domi
4 nus infert, adeſſe ei cogitur [l]. † Ea igitur iuris re-
gula, in editionis quoq; materia obſeruãda præ-
cipuè fuit, cùm actor priuſquàm litem incipiat,
diſpicere debuerit, quomodo ius ſuum aliunde,
quàm ex rei domo probaret [m]. at reus quacunq;
defenſione tueri ſe poteſt [n]: deterior enim eſt, qui
iniuſtè aliquem aggreditur, quàm qui pari culpa
5 ſe defendit: † vnde & in re turpi potior eſt cauſa
6 retinentis [o]. † Aequa igitur fuit huius conſtitu-
tionis diſpoſitio, vt reo liceat doli mali exceptio
nem actori obijcere, eumq; dolum probaturum

g d.l. fauorabiliores.
h l. j. §. is autem. de ſuperfi.
i l. vt vim. de iuſt. & iur.
k Gl. 22. quæſt. 5. c. de forma.
l Bald. c. j. quib. mod. feu. amit. in prin. Ab. c. ſicut. vlt. de iure. in l. j. ℥. eod.
n l. nemo. ff. de except.
o l. iij. ff. de cõd. ob tur.

ſe affirmare actoris ipſius rationibus aut inſtru-
mentis, idcircoque eorum editionem officio iu-
dicis implorare, vt ſibi imputet actor, qui aduer-
ſus prouerbiũ crabrones excitarit. † Sunt tamen 7
qui ſeptem caſibus reſtringi textus noſtri regu-
lam arbitrentur. Et I.
in primis pleriq; ve
terum in rationib⁹
quidem obſeruan-
dam affirmabant, in
inſtrumẽtis verò mi
nimè [p]: quę propoſi
tio vtcunq; diſputa
bilis eſt, † ſed tamẽ 8
crebriùs receptum eſt, etiam in inſtrumentis hu-
ic legi locũ eſſe, ſiue quòd rationum appellatio-
ne etiam inſtrumenta contineri videantur [q], ſiue
quod hac in materia promiſcuè inſtrumenta &
rationes accipiantur [r], ſiue quòd eadem in vtro-
B que caſu eſt ratio, cùm non minus dolum actoris
detegere poſsit inſtrumentorum, quàm rationũ
editio, loquaturq; lex de rationibus ipſius acto-
ris proprijs: hanc igitur ſententiam & nos ſequi-
mur. Alij, vt Purp. reſtringunt, vt in tabulis, & co II.
dice rationum procedat, non autem in priuatis
ſchedulis: nam tales pro ſua inſtructione ſecretò
factas, edere actor non tenetur: id enim in fœne-
ratore ſpeciale eſt [s], † in quo ipſe diſſentio, cùm 9
rationum appellatione, etiam aduerſaria, id eſt,
C huiuſmodi chartulas contineri ſuprà docuerim
[t]: & quia de probãda doli exceptione agitur, qui
dolus maximè deprænditur ex priuatis ſcriptu-
ris, cùm non minus aduerſus hos prēſumendum
ſit, qui binas rationes conficiunt, alteras palàm,
alteras ſecretò, quàm qui duab. crumenis (vt vul-
gò dicitur) in nundinas eunt [u]. Nec me fœnerato
ris exemplum mouet, qui cùm reus ſit, iure ſpe-
ciali edere cogitur, actor verò iure cõmuni edit.
† Alij, vt Decij fratres, non procedere regulã exi- 10
D ſtimant, cùm perſona actoris reo fauorabilior eſt III.
[x]: vt cùm pro libertate, dote, matrimonio agitur
[y]: † quæ ſententia ſequenti conſtitutione confu- 11
tatur, vbi etiam fiſci procurator nomine publico
agens qualicunq; reo edit, & tamen fiſci cauſa fa
uorabilis eſt, ſi de damno vitando agatur [z]. † Alij, 12
vt Baldus, in reo procedere negant, qui compen- IIII.
ſationem obijciat, quoniam huiuſmodi videtur
potius actor, nec ſimpliciter ſe defendit [a]: vnde
abominatus & ſacer, in iudicio compenſationis
E cauſa eſſe non poteſt [b]: ſequunturque Baldum cę
teri recentiores. † Sed hæc opinio legem no- 13
ſtram in arctum redigit: cùm enim in rationibus
earumque nominibus plerunque ſint compen-
ſationes, cùm ab altera parte aſcribantur data, ab
altera recepta, quis non videt apertam vim ver-
bis legis fieri? Fit & rationi, ea eſt vt fraus actoris
ſeu doli exceptio probetur, quæ exceptio ex
compenſatione quoque competit [c]. Adde quòd
ſi is, cui exceptio ſola datur, actorem poteſt co-
F gere, quanto fortius is, qui exceptionem adeò
efficacem habet, vt etiam petitioni, ſi velit, ſuf-
ficiat [d]. † Nec verum eſt eum, qui compenſat 14
non ſimpliciter ſe defendere, cùm qui cõpenſat
retineat [e], retentio autem defenſio ſit [f]: † nam & 15
compenſatio ipſo iure tollit debitum [g]: exce-
ptionisque obiectio nil aliud eſt, quàm nuda de-
claratio, per quam detegitur actori ſatisfactum
eſſe [h], & ideò in omni materia vim ſolutionis ha-
bet [i]. Quapropter omnes fatentur, excom-
municato concedi compenſationem, ſaltem ex
æqui-

p Gl. c. G. perpetuus. de fid. inſt. Az. Odofr. Iaſ. Ray. Sal. d. l. ſi.
q l. cum ſeruus. in fi. de cond. & de. l. prætor. in prin. ff. eo.
r l. fin. ℥. eod.
s Clem. ℥. §. cæterum. de vſur.
t l. j. ℥. eod.
u Arg. l. pen. in prin. ff. de extra or crim.
x l. inter. de re iud.
y c. fin. de reſu.
z l. non puto. vbi not de iur. fiſ.
a l. amplius nõ pet. ff. rem rat. hab.
b c. cum inter. de except. vbi Doct.
c l. ij. §. generaliter. de do. exce.
d d. l. j. §. is aũt.
e l. iij. ℥. de pet. hæred.
f gl. c. quo iure. viij. diſtinct.
g l. verũ l. ſi ambo. ff. de compenſ.
h l. ij. ff. de compenſ.
i l. iij. §. j. l. ſi peculium. §. j. de ſtat. lib.



æquitate: at in omni editione plurimum ęquitas
attenditur [a]. Satius eſt igitur Baldi ſententiam
ſolùm intelligere quatenus obiecta compẽſatio
ſummę petitionem excedit, quod alibi exiſtima
16 ui [b]. † Illud vulgò conſtat, quoties compenſatio
ex eodem facto, &
natura rei procedit
regulã legis noſtræ
obſeruandam: vt cũ
de fructib. ſorti im-
putandis agitur [c],
quod omnes ꝓbãt:
fauorabilior enim
eſt huiuſmodi com
V. penſatio. † Rurſus
17 Baldus à regula recedendum putat in exceptio-
nibus odioſis, qualis eſt Macedoniani ſenatuſcõ
ſulti, aut præſcriptionis [d]. Sed cùm ex bono pu-
blico, & ſumma ratione hæ introductæ ſint, vix
eſt vt ego in hanc ſententiam tranſeam: probabi-
VI. liores fortè erunt poſtremæ limitationes. † Alte-
18 ra, vt non ſit edendum, quoties exceptio ęquita-
tem petitionis non excludit [e], quales ſunt, quæ
ſacratis legibus oriuntur, excommunicationis
(vt vocãt) ſcilicet & banni: niſi dixeris huiuſmo-
di dilatorias exceptiones non debere minus fa-
uoris aſſequi, quàm peremptoriæ habeant, cùm
VII. & dilatio omnis pars ſit ſummæ [f]. † Altera, cùm
19 crimen actori obijcitur [g]: non enim ad dedecus
ſuum detegendum cogi debet [h]. Sed & hęc ratio
vix eſt vt in eo locum habeat, qui alium ſtimulat
20 & in ius trahit. † Omni, inquit M. Cicero, vitio
carere debet, qui in alterum parat⁹ eſt dicere: nã
& lex generaliter exceptionis doli probandæ
cauſa edi iubet, quæ exceptio actoris crimen, &
impudentiam reuelat.

a d. l. fin.
b l. j. ℥. eod.
c c. j. extra de vſur.
d l. qui exceptionem. de cond. in deb.
e Bald. d. l. fin.
f l. j. §. dicm. ff. eod. . plus ãt. Inſt. de actio.
g l. ij. §. diuus. de iur. fiſc.
h l. alias. ff. de iureiur.

## LEX VI.
### IDEM AVGVSTVS
*Vranio.*

A IVſtum eſt [a], deſiderium eius, à quo pecunia petit, licet nomine publico, vt rationibus publicis exhibitis conſtet, quantũ ſub nomine [b] ſuo ſolutum ſit. P. P. XVI. Kal. Decemb. Maxi. II. Aeliano COSS.

1 *Dubitandi ratio in hac l.*
2 *Fiſci ſpecialia in materia editionis.*
3 *Fiſci actor rationes publicas reo edere tenetur.*
4 *Fiſcus regulariter priuatorum iure vtitur.*
5 *Extenſio l. noſtræ. & num. 6.*
7 *Diluitur dubitandi ratio. & num. 9.*
8 *In capitali cauſa nunquam ſit editio.*
10 *Communis ſententia ad hanc l.*
11 *Nomina in cauſis quid.*
12 *Nomina pro cauſis, debito, cautione, debitoribus.*
13 *Noua expoſitio ad textum.*

IVSTVM.) a ❡ Suprà conſtitutum E
fuit teneri actorem ad edendũ reo:
quid in eo dicem⁹, qui publico no-
mine agit, vt qa ꝓcurator, aut actor
fiſci, ſeu reipublicæ, an & ipſe ede-
1 re reo tenebitur? † Et videbatur non teneri, quo-
niam hac in materia editionis plurifariam indul
2 tum eſt fiſco, † & in primis id ſpeciale habet, vt
reus illi edere cõpellatur [i], & ſi non ediderit, ſub
tracta inſtrumenta creduntur [k]. Rurſus ei cõceſ-
ſum videtur, ne quiſquam aduerſus fiſcum edat F
[l]. q. ſi tertius reo conuento à fiſco edere ꝓhibet,
fortius fiſcus ipſe aduerſus ſe edere non fuit co-
3 gendus [m]. † Sed tamen reſcribit Imperator, fiſci a-
ctorem compelli ad edẽdum rationes publicas:
4 † fiſcus enim iure priuatorum vtitur, præterquã
in caſibus, quib. expreſsim apparet priuilegium
ei conceſſum [n], & ideò reo conuento ſicut quili-
5 bet alius edit: † idq; maximè in rationib. publicis
ꝓcedit, quæ quodammodo ſoluentis mandato
6 factæ videntur [o], vt Bartolus cenſuit. † Ideõq; abſq;
dubio ſi reus apochæ amiſsionem alleget [p], ſiue L. 6.
caſu fortuito, ſiue aliter [q]. † nec obſtat q. fiſco hac Iuſtũ eſt.
in materia ſpecialiter plurimum cõceditur: quia 7
verius eſt hoc ſolùm caſu ei indulgeri, quo de va
cantibus bonis tractatur, vt quia de iure capiẽdi
agitur, puta q. clàm
relictum ſit aliquid
incapacis [r], vel bona
ſint vacantia, ideò
iure dominij ad fi-
ſcum ptineant, vel
alia ſimili re nũma-
ria agatur, ex cauſis
ſcilicet pręcedenti-
bus, quæ à Calliſtra
to relatæ ſunt [s]: vnde & ſenatuſconſultum, cui⁹
Modeſtinus meminit [t], edi delatori iubet in eam
tantũ cauſam, q̃ delationem reſpicit. & ratio pri-
uilegij eſt, qa vltra fiſci fauorem in eis cauſis ſub-
B eſt etiam publica vtilitas, vt clandeſtinæ fraudes
detegantur, q̃ tamen vtilitas odio capitalis cau- 8
ſæ ſuperatur, eiq; cedit [u]: † quo ſit, vt in capitali 9
cauſa nunquam fiat editio. [x] † Nec nos rurſus mo
uet, quòd tertius contra fiſcum edere non debe-
at [y]: quia de his actis vel inſtrumentis intelligen
dum videtur, quæ tertius beneficio fiſci cõſequu
tus ſit: & ex præcedentib. ſubſequentia declaran
da, q. & ſuprà docui [z]. Et hęc ego vera arbitrarer, 10
† cõmunis tamen ſententia aliorum aliter ſe ha-
C bet, exiſtimantq;, ſi fiſcus conueniatur, nec à ter-
tio quidem aduerſus eum edi debere [a]: ſi verò i-
pſe alium conueniat, tunc legi noſtræ locũ eſſe.
b ❡ Nomine.) A ſe vel alio, qui ipſius rei nomi
ne ſoluerit. Ego nomen, alio quoq; ſenſu hîc acci
pi poſſe arbitror: † ſunt enim in rationibus nomi 11
na, tituli, ſeu capita ſeparata per ſingulas cauſas
vel perſonas, quibus oſtenditur, quam in cauſam
vel negotium, quid datum, acceptumue ſit, vt A-
ſco. Ped. declarat: † vnde & nomina ſimpliciter 12
D pro cauſis ponuntur [b], quandoq; etiam pro ipſa
cautione [c], aliquando pro debito, ſeu pro debi-
toribus ipſis. [d] † quapropter poſſet hic textus in- 13
telligi, non cùm defundanda exceptione rei agi-
tur, ſed de adiuuanda tantùm, vt quia conſtaret
quidem numeratam fiſco pecuniam, ſed dubita-
retur cui nomini, id eſt, in quam cauſam ſit impu
tanda [e], perſonæ ſcilicet ipſius, quæ conuenitur,
an alterius.

i l. iij. ℥. eod.
k l. ij. § diuus. de iur. fiſ.
l l. in fraudem. §. neq. de iu. fiſ.
m l. amiciſsimos. vbi Bar. de excuſ. tut.
n l. item veniũt. §. in priuatorũ. ff. de pet. hær. vbi gloſ.
o arg. l. ij. ℥. co.
p l. ij. C. de diſcu. lib. x.
q l. illicitæ. ℥. de fid. inſtr.
r d. l. ij. §. diuus.
s l. j. eod. tit.
t d. l. iij.
u l. tranſigere. ℥. de tranſact.
x d. §. diuus.
y d. §. neq.
z l. ij. ℥. cod.
a d. §. neq.
b l. iiij. §. exauctoratus. de re milita. ff.
c l. fin. ℥. de pac. conuen.
d l. iiij. ff. fa. erc. l. j. ad Maced.
e arg. l. j. ff. de ſolut.

### LEX VII.

1 *Procuratorum duplex ſpecies.*
2 *Procuratores fiſci.*
3 *Procuratores Cæſaris, ſiue Rationales.*
4 *Procurator priuatæ rationis principis in Aegypto, Rationalis fuit.*
5 *Talis procurator communia cum fiſco inſtrumenta edere tenetur.*
6. 7. 8. *Inſtrumenta communia quibus caſibus apud fiſcum remanere non debeant. & num. 9. 10.*
11 *Senior iuniori præferendus, ſi de rebus conſeruandis agatur.*
12 *An maior ætate, vel maior dignitate, hac in re præferendus.*
13 *Quid ſi dignior honorem amiſerit.*
14 *Inſtrumenta cum fiſco communia abſq; alia cauſæ cognitione facienda.*
15. 16 *Licet tertius, apud quem rationes extant, ad edendum cogi regulariter non poſsit, fallit tamen id plerisq; caſibus. & num. 18. 21.*
17 *Hæc lex ſecundùm regulas iuris communis intelligenda.*

Depo-

19 *Depoſitarius, & ſequeſter edere tenentur, ſi habeant originale inſtrumentum.*
20 *Notarius, qui protocolla amiſit, aduerſus inſtrumenti poſſeſſorem agere poteſt, vt eius ſibi copiam faciat.*
22 *Quilibet vltrò edere poteſt.*
23 *Exemplum inſtrumenti fidem in iudicio non facit. Amplia hoc, vt num.25.*
24 *Et quæ ſit huius theſeos ratio.*
26 *Non creditur etiam pluribus notariis, niſi quatenus rogati ſint.*
27 *Si exemplum ab eodem factum ſit, qui originale cõſcripſit, tum probat.*
28 *Notarius poteſt ex eodem protocollo plura exempla deſcribere, & ſubſcriptione ſua authentica facere.*
29 *Vnde colligendum, id notarium facere voluiſſe.*
30.31.35.36. *Caſus, in quibus exemplum fidem præſtat.*
32 *Parem vim habet ſubſcriptio notarij, quam propria ipſius ſcriptura.*
33 *Statutum, quod executionem ſcripturæ manu debitoris factæ concedit, de ea quoq; accipitur, quam alius ſcripſit, & debitor ſubſcripſit: ſecùs in chirographo.*
34 *Chirographum quid propriè.*
37 *Exemplum iudicis autoritate deſcriptum perinde probat ac ipſum originale. fallit vt num.41.*
38 *In exemplo ritè deſcribendo, an & quando requiratur partis citatio. & num.39.40.*
42 *Quibus caſibus exempla ſaltem inter ipſas partes fidem faciant, licet authentica dici non poßint.*
43 *Tale exemplum probat ſi partes illud ceu verum approbarint: ſecùs ſi ſimpliciter deſcribi conſenſerint.*
44 *An tale exemplum probet, ſi ſaltem tacitè conſenſus aliquis arguatur.*
45 *Pro inſtrumento ſemper præſumitur.*
46 *Producens exemplum in iudicio, illud approbare cenſetur: ſecùs ſi extra iudicium. & num. 47.*
48 *Inſtrumentum archiuo publico ritè repoſitum, cenſetur authenticum in eo ſaltem loco.*
49 *Si autem pro ſimplici exemplo repoſitum ſit, tum ſecùs eſt, nec fidem facit.*
50 *Exemplo quandoq; fides adhibetur in odium eius, qui originalia exhibere obdurat.*
51 *Exempla licet non plenam, aliqualem tamen probationẽ faciunt.*
52 *Vnde & iuramentum deferri in ſupplementum probationis poterit.*
53 *Fallit in exemplo teſtamenti & codicillorum.*
54 *In cauſis, in quibus leuiores probationes ſufficiunt, exempla probant.*


## LEX VII.

### IDEM AVGVST. *Valenti.*

PRocurator priuatæ rationis, inſtrumentorũ, quæ cõmunia tibi eſſe cum fiſco A dicis, deſcribẽdorum facultatem, ſecundum morem fieri iubebit a: & ſi quando res exegerit, ad fidem petitionis tuæ apud alium iudicem probandã b, aliquid eorum proferri deſiderante eo qui conuenitur, vt id fiat præcipiet. P. P. X. Kal. Mart. Fuſco & Dextro COSS.

1 ROCVRATOR. ) † Procuratorum duplicem ſpeciem eſſe plerique recentiores tradiderunt: † ali-
2 os enim qui fiſci procuratores dicuntur, quiq; publica principis iu-
3 ra moderantur: † alios, qui Cæſaris appellantur, alioque nomine Rationales, ad quorum curam priuatum Cæſaris patrimoniũ pertinet, & quoties inter fiſcum & priuatum lis eſt, hi iuris dicẽdi poteſtatem habent [a]. Sed aliàs ego promiſcuè hos accipi, rationalesq; appellari arbitratus ſum [b]: qua de re alibi diffuſiùs: in præſentia ſolùm admonendi ſumus, † procuratorem priuatæ ratio-
4 nis principis in Aegypto Rationalem fuiſſe, qui ab illis ἴδιος λόγος, vt Strabo lib. vlt. ait, vocatur: ad quem indagatio bonorum vacantium ſpectat, & omniũ rerũ, quæ Cæſari debentur: is in comitatu ſuo Cæſaris libertos, & actores habebat, quorum fidei maiora minoraue negotia credebantur. † Si 5
igitur aliquis cõmunia eſſe ſibi cũ fiſco inſtrumẽta alleget, ad ipſius ꝓcuratoris ſolicitudinẽ pertinet, vt eorum deſcribẽdi facultatẽ ſocio fieri iubeat, & quoties expedierit, etiã authentica eo petente in iudicio exhibeat, ne ꝓbationis fides vacillet: cõmunia enim inſtrumenta cũ apud fiſcũ ceu digniorẽ remaneant [c], non tñ id dignitatis priuilegiũ cũ alterius iniuria eſſe debet [d]. † Sed an ꝑpetuũ id eſt, vt inſtrumenta cõmunia 6
apud fiſcum remanere debeant? Et quoſdã caſus excipi conſtat, vt cũ ex conuentione penes me B ſunt, & fiſcus ſocio meo ſuccedit: non enim ius mihi ex facto meo quæſitũ auferet [e], cõtractus enim ad ſucceſſorẽ tranſeunt [f], fiſcusq; iure autoris ſui ſolũ vtet [g], vt Bar. rectè ſenſit. † Idẽ ſi fiſcus falſi quæ- 7
ſtionẽ hæredi ſcripto moueat: nõ. n. ideò penes fiſcũ remanere debẽt teſtamenti tabulæ, cũ ex accuſatione nullũ ius, in ꝓprietate huiuſmodi tabularũ, fiſco acquirat [h]. † Sed & ſi maior ſit pars, quã 8
ex inſtrumento conſequi priuatus poſsit, videt apud eũ potius authenticũ relinquendũ [i], ne mi- C norẽ partẽ poſsidenti plus tribuat, quã ei, qui maiorẽ habeat [k]: etſi enĩ in cõmuniũ rerũ alienatione priuilegiũ fiſcus habeat, eiuſq; pars aliam trahat [l], nõ tñ hoc in caſu videt aliquid ſpecialius ei indulgeri. Nec me mouet q, lex, ſi de tabulis teſtamenti deponendis agat, digniorẽ ꝓferri cenſuit, non diſtincta cuiuſq; parte, maior an minor ſit [m]: qa cõmuniter aiũt, p aliã legẽ nihilominus diſtingui [n]. † Mihi & illud veriſimile videtur, cũ de hæ- 9
reditate cõtrouerſia nõ eſt penes eũ, q maiorem D partẽ habeat, tabulas relinquendas: ſi verò de ea ambigat, ſecus eſſe, ne ille apud quẽ ſunt, eas in ſui fauorẽ vitiet [o]: & qa partes hæreditarias interim non attendimus, cũ adhuc de eis deciſum nõ ſit; nã & lex ſimpliciter ꝓferendũ, qui ætate, vel dignitate, vel ſexu, vel ſtatu ꝓcellat, ait, ſi de tabulis deponendis agatur [p]: at cũ inter hęredes id tractatur, non iure depoſiti hoc ſit, ſed quia alius maioris partis ſit dñs: tunc igitur ei ꝑlationi locus erit cùm de deponẽdis agitur, vt quia de electio- E ne, vel ſuffragio amici tractatur [q]. † Cęterùm & in 10
ciuitatibus, q inteſtinis diſcordijs laborant, & in quib. ꝑiculũ eſt, ne acta publica diripiantur, putauerim iuſtã priuari querelã eſſe authenticũ in archiuis publicis relinquere detrectãtis [r]: interponet itaq; iudex partes ſuas, vt ibi relinquat, vbi veriſimile eſt tutius, incorruptiusq; fore: ideò. n. lex digniori id ius cõcedit, qa diligentiorẽ cuſtodiã ꝓſtaturũ eũ arbitrat: † vnde & ſeniorẽ iuniori 11
ꝓfert, q, ſcilicet illi difficiliùs fallantur, ſeruẽtq; F magis fidẽ, vtpote ad deos quãprimũ ituri: q, nõ in inſtrumentis tantũ, ſed & in alijs pleriſq; rebus obſeruat, vt in clauib. caſtri, vel arcæ nummariæ. Idem in ſignatorio annulo [s], & ſimilibus [t]. † Sed 12
an hac in re ꝓferemus maiorem ætate, ei qui maiori ſit dignitate? Et receptius eſt ſenem in fide & cuſtodia præferendum [u], extra quam cauſam plus tribuemus digniori, qualis & is cenſetur, qui ampliora ſtipendia habet [x]. † Quid ſi dignior hono- 13
rem amiſerit, exautoratusq; ſit? Et ſi ex culpa vel delicto id contigit, omnes conſentiũt hoc nomine accepta inſtrumenta alteri, cuius faſtigio pręumbrari cœpit, reſtituturum [a]. quòd ſi cum ignominia miſſus non ſit, exiſtimant aliqui propter geſti honoris memoriam cætera æquali præferendum [b]: quibus & nos aſſentimur.

a ¶ Iubebit. ) Per actorem fiſci vel cõmentarienſem, apud quẽ huiuſmodi inſtrumenta ſint repo-
14 ſita. † Et cùm cõmunio hęc in dominio ſit, talis facultas abſque alia cauſæ cognitione, vt Bartolus inquit, cõceditur [c]: quod accipiendum, dum tamen communio ipſa probetur [d]: poteritq; ex inſpectione inſtrumẽtorum in huius rei fidem inſtrui iudex, hacq; cauſa confeſtim ſibi exhiberi ea iubebit [e].
15 † Et ex hac lege illud præcipuum annotandum eſt, tametſi tertius apud quem inſtrumenta uel B rationes reperiuntur, regulariter cogi ad edendum non poſsit [f], quibuſdam tamẽ caſibus aliud
16 obſeruari. † Et in primis ex hac conſtitutione, quando reus petit ſibi non ſolùm ab actore edi (quod receptiſsimum eſt [g]) ſed ab eo, qui communia cum actore habet inſtrumenta, vt hîc à fiſco, quod Aret. & Soci. exiſtimant: quę ſententia eo argumento defendi poteſt, quia perſecutio, id eſt, officij iudicis imploratio, qua huiuſmodi inſtrumenta petuntur, quandã naturam rei vendicationis habet [h], & ideò etiam in ſingularẽ ſucceſſorem, & ſocium cõpetere debet [i]: quo exemplo & creditor hypothecarius ab his omnib. edi ſibi iure poſtulabit, quos debitor ſuus cogere po-
17 tuiſſet [k]. † Sed tamen ſatius eſt textum noſtrum ſecũdum iuris communis regulas intelligere, vt ſcilicet reus ab actore edi petat, actor ſibi à fiſco [l], quod & veteres probarunt, cùm debitori, qui ſoluerit conſuluerunt, vt quia ipſe tabellionem cogere non poteſt, contra creditorem experiatur, vt ille ad edendum reſtituendumq; ſibi obligationis inſtrumentum eum cogat [m]. ergò & ceſsionarius aduerſus eum qui actiones ceſsit, vt aget, ſibi edi faciat, & originale à notario exhiberi [n], niſi & hoc ipſum ius à notario petẽdi ceſ-
18 ſum eſſet [o]. † Alius caſus eſt, cũ apud tertiũ originale inſtrumentum reperitur, is enim quiſquis ſit, poterit ad edendum cogi [p]: nam hoc caſu etiã ipſi actori reum edere debere, Bald. exiſtimauit
19 [q]: multò igitur magis tertius. † quapropter & E depoſitarius, & ſequeſter hoc caſu edere tenen-
20 tur [r]. † qua ratione illud quoque traditum eſt, ſi notarius perdiderit protocolla, iure eum aduerſus inſtrumenti poſſeſſorem agere, eiuſque cum die & conſule copiam petere, vt eo excepto ipſe
21 alijs edere poſsit [s]. † Alius eſt, qui ex Iuliani ſententia inducitur [t], cùm ſcriptura mandato meo deſcripta apud tertium extat, ſiue ille à mandatario meo cauſam habuerit, ſiue (vt Aret. exiſtimat) non habuerit [u]: quæ ſententia & nobis placet [x]. F Sed cùm Iulianus nullam mandati mentionem faciat, ſuprà oſtendi, aliter illud reſponſum acci-
22 piendum eſſe [y]. † Illud in dubitationem non venit, poſſe quemlibet ultrò edendo vnicuique officioſum ſe præſtare [z], quod boni viri veritatis adiuuandæ ſtudio facere ſolent. notarij etiam vt mercedem conſequantur.

b ¶ Probandam. ) Deſcriptio ergo illa fidem non faceret, idcirco authenticum exhibendũ eſt:
23 † hincq; adnotant omnes, exemplum inſtrumenti, ſeu indicẽ, aut apographũ, fidem in iudicio nõ facere [a]: & ideò originalia producenda ſunt [b], alioqui facilè circumueniri veritas poſſet, cùm exemplaris vitia ſola exẽpli lectione dignoſcere nequeamus [c]. † Cur autẽ exemplum fide careat, 24
ea eſt efficax ratio: quia ex inſtrumento non probatur, niſi id, de quo rogatus eſt notarius, vt documentum conficiat [d], quodq; eius rogationis tempore geſtum fuit [e]: is autem, qui exemplum deſcribit, nec de originali rogatus eſt, nec eo tẽpore quo rogatur, quicquã magis atteſtari de re in authentico ſcripta poteſt, quàm teſtis de re ab altero audita poſſet [f]: meritò igitur eius fides vacillat: † quo ſit vt parùm referat, etiamſi e- 25
B xemplũ publica manu confectum ſit [g], vnúſne id ſumpſerit, an plures: † nec enim etiã pluribus 26
notarijs credit, niſi quatenus rogati ſint [h]. † Sed 27
quid ſi exemplũ ab eodẽ factum ſit, cui de originali quoq; ſcribendo iniunctum fuerit? Et probare dicendum eſt, cùm ceſſent prædictæ rationes, ipſumq; exemplũ hoc caſu originale dici poſsit [i], cùm & eadem ſit perſona, eademque autoritas, quæ ſcripturæ addit fidem [k]: † poteſt enim ex 28
eodem protocollo notarius plura exempla de- C ſcribere, & ſubſcriptione ſua authentica ea facere [l], dum tamen appareat id egiſſe eum, vt ſint authentica, veluti quia ſolennia ſeruauerit, alioqui ceu nuda exempla non probarent [m]: nec enim dubium eſt, quin poſsit notarius, ſi velit, etiam ſcripturam priuatam conficere [n]: † er- 29
gò ſi ipſe exemplum illud appellet, videtur id egiſſe, ne eſſet authenticum, quod Bartol. ferè ſenſit [o]: contrà alij [p], cùm fortior ſit coniectura quæ ex natura rei, quàm quæ ex nomine oritur [q].
D Attendemus igitur ad ſolennitatem potius, quæ ſi ſeruata ſit, vt quia ſubſcriptionem ſignumque addiderit, authenticum erit inſtrumentum: ſi non ſit ſeruata, nec in ſui quidem præiudicium probabit, quòd ex ſolennitatis omiſsione eluſorium actum facere voluiſſe credibilius ſit [r], tametſi recentiores aliqui futili ratione diſſentiant [s]. † Sed & ſi tabularius, qui documen- 30
tum ſcripſit, alijs adhibitis notarijs, eos rogarit, vt & ipſi proprio inſtrumento atteſtaren- E tur, fuiſſe ſe de eo documento rogatum, manuque ipſius conſcriptum, vtrique fidem eius rei facerent, vt Bartol. exiſtimat. † Cui non abſi- 31
mile, quod alibi traditur, eum, qui ſcripto teſtamentum fecerit, rogare notarium poſſe, vt atteſtetur, confiteri ſe illud ſuum eſſe teſtamentum, itemque quo modo ſubſcriptum, ſigilloque teſtium munitum ſit: faciet enim fidem, nec alia iudicis publicatio, aut deinde noua teſtium recognitio neceſſaria amplius erit [t]. Et hæc F quidem procedunt, etiam ſi ille notarius exemplum non ſcripſerit, ſed ab alio ſcriptum ipſe ſubſcriptione ſua, ſignoque munuerit [u]: † parem 32
enim vim habet ſubſcriptio, quàm holographa ſcriptura [x]. † Vnde etiam traditum eſt, le- 33
gem municipalem, quæ executionem ſcripturæ manu debitoris factæ concedit, de ea quoque accipiendam, quam quiuis alius ſcripſerit, dum à debitore ſit ſubſcripta [y]: ſi verò de chirographo verba faciat, libellus ab eo ſubſcriptus fortè non contineretur, † quòd chirographum 34
propriè

a l. apud. ff. vbi cauſ. fiſc.
b l. ij. §. de mod. mul.
c l. fin. de fi. inſt.
d l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo. pu.
e gl. l. ſi. circa medium. C. qui pot. in pig.
f l. veteris iuris. ff. de contra. ſu.
g l. fiſcus. ff. de iur. fiſc.
h l. fin. ff. de tab. exhib.
i l. iij. §. fin. l. ſi quæ ſunt. ff. fa. erciſ.
k l. maiorem. ff. de pact.
l l. ij. ff. de comm. re. ali.
m d. l. fin. de fid. inſtr.
n d. §. fin. d. l. ſi quæ ſunt.
o d. l. fin. de tab. exhib.
p d. l. fin. de fid. inſtr.
q d. l. ſi quę ſunt.
r Arg. c. accedens. ij ut lit nõ conteſt. et quod not. Alex. conſ. 103 col. 5. in j.
s l. cum pater. §. pater plurib. de leg. ij.
t Iaſ. l. cũ quid. ſi cert. pet.
u d. l. fin.
x l. ij. §. de offic. mag.

a l. cum quis. de ſolut.
b l. ſeruos. ff. de quæſt.
c Arg. l. ſi. ff. qui leg. perſ.
d l. pe. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vo.
e Rot. deciſ. 213. licet.
f l. ſi quis §. pertinere. ff. eod.
g d. §. prætor. et ll. ſeq.
h l. fœminæ. ff. de ſena. l. fi. ff. de inco. li. x.

16 a ¶ Vxori.) †Ex perſona igitur mariti honor eius quoq; vxori debet: quapropter plebeia mu
17 lier, quæ nobili nupta ſit, efficitur nobilis: †qđ in Doctorum militumque vxoribus hîc omnes
18 tradunt[h], vt dominæ vocari debeant, †idq; iuris eis cõpetit etiam mortuo marito, donec viduæ ſunt[i], memoriãq; matrimonij ſanctè obſeruant: impudicæ enim nullo beneficio dignæ ſunt[k]. †C
19 Sed & quæ alias nuptias contraxerunt, ex ſecundi viri qualitate honorãtur[l], nec refert traducta
20 ad domum cognitaq; adhuc ſit, an id minus: †cõ feſtim enim celebrato matrimonio, priuilegia mariti adipiſcitur[m], quod ſcilicet ad honores reuerentiamq; pertinet[n]. †Vnde ſicut decurio vel
21 doctor torqueri non poſſunt[o], ita nec eorum vxores poterunt[p], id enim priuilegium dignitati conceſſum videtur[q], quod rectè Picus cenſuit. †
22 Sed & Raph. Cornenſis, immunitate vectigalis D marito conceſſa, frui quoq; vxorem poſſe exiſti-
23 mauit[r]: †quod tamen in his priuilegiis non procederet, quæ ſtudium ſeu perſonale aliquod mariti factum reſpiciunt[s]: veluti doctor à munere hoſpitis recipiendi excuſatur[t], an eius vxor vidua eo beneficio & ipſa frui poterit? Et ex facto reſponſum eſt non poſſe, quòd id ſcilicet ea cauſa cõceſſum fuit, ne à ſtudiis doctor auocet, quò facilius multos inſtituat[u]: quæ ratio in vidua nõ
24 procedit. †Sed & quæ ſpecialiter perſonæ cohærent, vxori non competunt: vnde qui vxorẽ clerici verberibus afficiat, cõmunione fidelium nõ reiiciẽ, cùm ſi ipſi marito quis manus inieciſſet, aliud cõſtitutum ſit[x], quia ſcilicet id priuilegiũ ſacro characteri (vt vocant) indulgetur: quare in
25 hac quoq; ſpecie dubitatũ fuit. †Lex ſic ſcripta erat: Quiſquis ei qui duumviratum municipij geſſerit, aut re aut verbo iniuriam fecerit, in exilium mittatur: aliquis duumuiri vxorem offenderat, num in exiliũ mittendus ſit? Et reſpõſum ab Aretino extat, nõ mittendum[y]: quia conſtitutio hæc pœnalis cauſa tuẽdę maieſtatis, dignitatiſve facta, in eo debet intelligi, cui dignitas ex ꝓpria pſona adeſt, nõ in vxore, cui ex aliena, id eſt, mariti perſona id beneficiũ cõcederetur[z]: ꝗ & Decius probat, & ipſe ſequerer, ſi lex perſonalis iniuriæ mentionem faceret[a]: ſed cùm ſimpliciter de faciente iniuriam loquatur, non arbitror à verbis recedendũ[b]: †nec enim dubium eſt,
26 ex iniuria vxori illata, proprio nomine actionẽ

i l. filij §. uidua. ad munici. l. quoties ff. de priuil. ſchol. lib. xij.
k l. mulier §. cũ proponeretur. ubi Dd. ad Trebel.
l d. l. fœminæ. & l. ſeq.
m l. ea. quæ. ff. ad municip.
n l. princeps. ff. de legib.
o l. ſuo ff. de quæſt.
p l. meris §. fi. ſtæ. ff. de pœn.
q Fel. c. clerici. de iud. Barto. l. maximarum ff. de execu. mu. lib. x.
r l. non tantum. de re iud.
s Bal. l. ñ. in fi. ff. de epiſc. & cl.
t 17. q. 4. c. ſi qs ſuadente diabolo.
u Aret. conſ. 111.
x l. j. ubi Bal. C. de offic. rect. p.
y Io. And. c. qa fruſtra. de regu. iu. in merca.
z l. cũ l. ff. de teſta. ubi Aretinus.
a l. j. §. fi. l. cum qui de iniu.
b Bar. l. ſi ſpelatus §. Chryſogonus. ff. de ue. obli.

viro cõpetere, [c] quia verè ſibi facta iniuria dicit[d], 27 quod & Bar. & Bal. ſentit[e]. †Sed quid è cõuerſo, an maritus ex nobilitate vxoris, dignitatẽ propriam augere cẽſendus ſit? Et pleriq; omnes negant, †quapropter à liberto vxoris in ius vocari 28 maritum eius citra veniam poſſe arbitrati ſunt[f]. Sed hac in re ego hęreo, qui ſciam Alexandri cõſtitutionẽ de operis loqui, noſtram de obſequiis, inter quę magna eſt differentia[g]: faciliuſque in ius vocationẽ denegare, quàm cæteras operas concedi[h]: viderurq; durum marito patronæ non deberi à liberto reuerentiã, cùm priuigno, cùm & extraneis hæredibus debeatur[i], & tamẽ lex hoſce tanquã ſimiles iungit[k], maximè cùm duo cenſeant in carne vna[l], & ex vxoris quoq; nobilitate auguſtior ho B minũ opinione fiat maritus[m]: coruſcat eñ, vt in 29 quit Bal. radiis vxoris[n]. vt fateamur dignitatẽ ex ea viro non augeri, augetur ſaltem reuerẽtia, quæ potiſsima eſt cauſa impetrandæ veniæ: †nã 30 quod ad dignitatem attinet, traditum eſt, reginã quæ Comiti nubat, tametſi iure matrimonij ei mutuam reuerentiã debeat, regem eum non efficere[o]: quod ego verũ arbitror, niſi regni ius adminiſtrationemq; in dotem dediſſet[p], vel cõuenisſet vt regius titulus cõmunicaretur[q], ꝙ à Ia C cobo Marchiæ comite factũ tradunt, cùm Ioannam ſecundã Siciliæ Neapoliſq; reginam in matrimonium duxit: quapropter apud Vergilium Dido dominũ Æneam in regna recepit. †Sed an 31 cõiuges poſsint alter alterum in ius vocare, abſque venia? Et videretur non poſſe, mutuam eñ reuerentiã debent[r]: ſed tñ aliter Doctoribus viſum ferè eſt, æquales eñ magis ſunt[s]. †vnde nec 32 frater fratrẽ cum venia in ius vocat[t], †licet filius 33 fratris patruũ ipſe vocare nõ poſsit, niſi permiſ D ſu prætoris, ꝙ Dec. tradidit[u]: debet enim patruo honorem, ſicut & auunculo, & amitæ & materteræ[x]. Sed tñ cùm hi verbis edicti, de parentib. loquentis, etiam craſſa mineruа acceptis, nõ cõprændantur, vix eſt vt Decij ego ſententiam ꝓbem, veniamq; his caſibus neceſſariam arbitrer.

c Bal. c. j. §. ſimiliter. quib. modis feud. amit.
d l. liberti. ff. de oper. lib.
e Bar. l. ſi non ſortem §. libertas. de condi. ſ. l. nequaquam. de excuſ. tut.
g l. neque. & ff. l. ſeq.
h d. l. liberti.
i c. debitum. de biga.
k gl. l. ſi uoluntate ff. de dotis prom. §. generaliter. in authen. conſti. quæ de dig.
l l. j. C. de præpo. lab. lib. xij.
m Bal. c. ſignificauit. de teſti.
n Bal. d. l. fœminæ.
o l. in rebus ff. de iur. dot.
p l. uſufruct. ſol. matr.
q l. alia §. elegãter. ſol. matr. ubi Roma. & Aret.
r l. non ſolũ. de rit. nupt.

b ¶ Prohibitum.) †Edictum ergo prætoris, 34 quamuis pœnale, in patrono loquens, ad eius vxorem protrahitur: ꝙ ſane quàm dubiũ erat, cũ huiuſmodi pœnalia edicta interpretatione reſtringi potius debeat[y]. †Sed vnde hoc? an, vt re- E 35 centiores opinantur, quoniã correlatiuorum natura hoc inducat[z]? Sed certè liberti, de quo agitur, cũ patroni vxore nulla eſt relatio. †An quia 36 hæc extenſio ab ipſa conſtitutione ſit, quæ aliud Modeſtini reſponſum interpretatur[a]? Sed certè ſiue ab imper. ſiue à Modeſtino extenſum edictũ arbitremur, adhuc argumentũ conſiſtet, in pœnis ſcilicet fieri extenſionem: non eñ hîc de poteſtate diſputatur, ſed de ratione. †An er- 37 gò verius, edictũ quod ad perſonas attinet, qui- F bus honos præſtandus eſt, æquitate ratione que naturali inniti, & ideo ceu fauorabile extendẽdum eſſe[b]: quantum verò ſi reſpectu pœnę, nullã fieri extenſionem? tenebitur ergo libertus cum venia vocare patroni vxorẽ. Sed ſi id minus obſeruauerit, non tamen in L. aureorum pœnã incidet: †quia vt aliqui hîc tradiderũt, quoties di- 38 ſpoſitio, cui pœna annexa ſit, extenditur, nunꝗ creditur repeti pœnam[c]. Sed tñ hæc quoque ſententia ambigua eſt, quia ſequenti conſtitutione appa-

s l. ſi filius. ff. de dolo.
t l. fi. ff. eod.
u §. itẽ materteræ. Inſt. de nup.
x l. cũ quidam. qe lib. & poſth.
y l. fin. ff. de cu. præſ. lib. 10.
z d. l. generaĺ.
a l. ij. ff. eod.
b l. pe. ff. eod.
c arg. l. in teſtamẽto. de cond. & dẽ. Io. Andr. c. diſpendia. de reſcrip. in vj.



apparet, edictum de patrono loquẽs, ad hæredẽ quoq; eius, quãuis extraneum, pœnæ quoq; re-
39 ſpectu produci. †Quare fortè verius eſt, ideò extendi, quia quælibet diſpoſitio ad eũ caſum trahitur, qui ex lata verborũ ſignificatione cõprændi poteſt[a]. vxor aũt patroni, patrona ꝙque appellari põt[b], ſicut & extraneꝰ hęres, patronus eſt[c], idq; hoc caſu dicendum, quo de modica pœna agit, pro naturalis reuerentiæ defenſionem[d].

a l. omi lege. ff. de teſta.
b c. debitum. de biga.
c In auth. de iureiur. à mor. præſt. §. j.
d d. l. nequaquam de excuſ. tut.

Kal. April. Agricola & Clemẽtino coſſ.

LEX II.

IMPERATOR GORdianus Auguſtus Nocturno.

Venia edicti a nõ petita, patronũ ſeu patronã, eorũq; parentes & liberos b, hęredes inſuper etſi extranei ſint c, à libertis, ſeu liberis eorũ, nõ debere in ius vocati, certiſsimum eſt.

L. 2. Venia edicti.

LEX II.

1 *Quod de patrono dicitur, eum à liberto non vocari poſſe ſine venia, idem in hæredibus etiam extraneis patroni obtinet.*
2 *Et hanc reuerentiam naturali ratione præſtari.*
3 *Supplicatio ad euitandam hanc pœnam porrectam principi, reiicitur.*
4 *Libertus an liberos à patrono exhæredatos ſine venia in ius vocare poſſit.*
5 *Parentes, liberi, & hæredes extranei in infinitũ hîc intelliguntur.*
6 *Ius patronatus ad extraneum hæredem tranſmittitur.*
7 *Idem eſſe in iure patronatus Eccleſiæ.*
8 *Sed an indiſtinctè quoad oẽs operas illud ius trãſferatur.*
9 *Hæredi extraneo an indiſtinctè hæc reuerẽtia debeatur.*
10 *Semper hæredi patroni is honos debetur, ne in ius abſq; venia vocetur.*
11 *Iudicis partes in concedenda venia.*
12 *Qua ratione ſit inductum, quòd extraneo hæredi patroni reuerentia debeatur.*
13 *Diſpoſitio poteſt partim odioſa, partim fauorabilis eſſe.*
14 *Talis eſt conſtitutio, Synodalis, Si quis ſuadente. 17. q. 4.*
15 *Talis eſt quælibet lex in facinoroſos lata.*
16 *In diſpoſitionibus principalis deciſionis cauſa attẽdi debet, & ex ea diſpoſitio dijudicari.*
17 *Hoc verũ, quoties lex ſeparationẽ nõ recipit, aliàs ſecùs.*
18 *Exemplis hæc diſtinctio declaratur. & num. 19. 21. 24.*
20 *In fauorabilibus filij appellatio nepotẽ compræhendit.*
21 *Pœnæ capitales odioſæ ſunt.*
23 *Pœnæ non capitales fauorabiles ſunt.*
24 *Legitimatio partim odioſa, partim fauorabilis.*
25 *Habẽs ius legitimandi ſpurios, itẽq; inceſtos, vtroq; morbo mixtim affectum legitimare poteſt.*
26 *Ruſticitas pro ſimplicitate ſeu imperitia, & illa excuſat à dolo.*
27 *Ruſticus per contumaciam victus appellat.*
28 *In ruſtico fœneratitiæ fraudes non præſumuntur.*
29 *Ruſticus aduerſus legem mercatus, ne in pœnam incidat, ei ſuccurritur.*
30 *Ruſticus in teſtimonio cõtraria dicẽs, falſi reus nõ cẽſetur.*
31 *Ruſticitas excuſat, cùm quis ex præſumpta repudiatione ſibi præiudicat.*
32 *Ruſticus ex temporali aliqua præſtatione ſibi nõ præiudicat.*
33 *Ruſticitas excuſat à pœnis iuris poſitiui, ſi naturali ratione non confirmentur: ſecùs ſi confirmentur. & nu. 34. 35. 36.*
37 *Ruſtici in his, quæ iuris rigorem conſeruationemq; reſpiciunt, non excuſantur.*
38 *Niſi peritiores conſulere non potuerint, contra Iaſ.*
39 *Ruſticus confeſſionem ſui aduocati quandocunq; reuocare poteſt.*
40 *Iuris poſitiui ignorantia ruſticis excuſationem præſtat.*
41 *Pœna eius qui ſine venia in ius vocauit, an remitti poſſit.*
42 *Supplicans principi, vt ius alterius auferatur, temeritatis crimine notatur.*
43 *Princeps has pœnas ex plenitudine poteſtatis remittere poteſt, licet de iure non poſſet.*
44 *Marchiones, Duces, Comites, remittere has pœnas non poſſunt.*
45 *Rectores & duces à principe quãdoq; id poſſunt.*
4 *ὀλιγωρία apud Athenienſes.*



VENIA EDICTI.) a ¶ †Edicto 1 prętoris[e] cauebatur, ne quis libertus abſq; venia in ius patronũ, aut eius parentes, aut liberos vocaret: idẽ hîc de hęredib. etiã extraneis patroni conſtituitur: †oſtenditurq; 2 B hanc reuerentiã naturali ratione pręſtari, †quapropter nec ruſticitati quidem ſuccurritur, & 3 preces principi pœnę, in quam quis ex hac cauſa cõmiſerit, euitandæ cauſa porrectæ, ceu temerariæ reiiciuntur.

e l. iiij. §. j. de in ius uoc. ff.

b ¶ Parentes & liberos.) †Intelligunt Docto 4 res, dummodo non mala mente exhæredatos: huiuſmodi enim ius libertorum amittunt, vnde nec eis ſuccedere poſsũt[f]. Ego vereor ne hęc in- C terpretatio, legis noſtræ verba nimiũ reſtringat, & ideo defendi non poſsit: tum quoq; venia opus eſſe, quæ ratione naturali impetranda eſt: faciliuſque à ſucceſsione quis reiicietur, quàm ius ciuile defert: nam & vxor patroni liberto nõ ſuccedit[g], & tamen ei debetur reuerentia[h]. †Intel- 5 lige autem parentes & liberos in infinitũ[i]. Sed an idem de hæredibus extraneis? Et putant idẽ eſſe, quia in diſpoſitione legis receptum eſt, hæredis appellationem in infinitum extẽdi[k], licet D in diſpoſitione hominis aliter ſoleat diſtingui[l]: noc dicatur euitandam eſſe huiuſmodi infinitatem, quamprimùm enim exitum habebit, nempe mortuo liberto[m].

f l. ſi patronus. ñ. §. j. ff. de bonis lib.
g Arg. d. l. nequaquam.
h ẽ. cod. d. l. j.
i d. l. iiij. §. j. ff. eod.
k l. ſciendũ. de uerb. ſig.
l l. in annalib. C. de legat.

c ¶ Extranei.) †Ius ergò patronatus ad extra- 6 neum hæredem tranſmittitur: †vnde idem arbi- 7 tratur Doct. etiam in iure patronatus Eccleſiæ[n], quod etiam ad fœminam extraneam hæredem 8 ſcriptam tranſit[o], ad fiſcum non tranſit[p]. †Sed an indiſtinctè quo ad omnes effectus ius iſtud tranſferatur? Et negant transferri quo ad operas offi- E ciales[q]: quo verò ad obſequia, ſeu reuerentiam, lege noſtra oſtenditur aliud eſſe: debet enim nõ ſolùm ipſe libertus reuerentiam, ſed etiam eius liberi, quod viuente patre pleriq; intelligunt[r]. Ego etiam eo mortuo honorẽ hunc deberi exiſtimauerim, quia lex noſtra nõ diſtinguit, & facilius, quis huiuſmodi obſequio, quod ſanè graue nõ eſt, alligat, quã opis aliiſve libertorũ one- 9 rib.[s]. †Sed hæredi extraneo debetúrne indiſtinctè hæc reuerẽtia? & Fulg. Deciuſq; ita demũ de- F beri ſentiũt, ſi ex cauſa hæreditaria cõueniat, ſecùs ſi nomine ꝓprio, cũ tunc etiã doli exceptione, quæ famoſa eſt, poſsit reiici, ex cauſa verò hęreditaria non poſsit de dolo excipi[t], ergò nec actione patronus cõueniri[u]. Sed hæc interpretatio legẽ noſtrã coarctat, & ideò à Petr. Cyn. Alexandriq; receptiore ſententia recedendũ nõ eſt, 10 †vt ſemper hæredi patroni is honos debeat, ne 11 in ius abſq; venia vocetur: †in cuius conceſsione id obſeruabit prętor, vt ſi actionẽ doli, quẽ hę res ipſe cõmiſerit, ĩtẽdat, veniã nõ cõcedat: ſi de

m l. hæres. ff. de obſeq.
n c. j. c. cũ ſecundum. extra. de iur. patro.
o Cald. conſ. 4. eod. tit.
p Gl. de. paſtoralis §. rurſus de re iud.
q l. liberti. ff. de ope. lib. l. j. §. ſed etſi ſub cond. ff. de lat. lib. tol.
r arg. l. quæritur. ff. de bon. lib.
s d. l. nequaquã. & l. ij. de lib. & eorum lib.
t l. apud §. aduerſus. de dol. except.
u l. inuitus. cui damus. ff. de reg. iur.

dolo patroni agatur,concedat[a]:tunc enim eiuſ-
modi actio hæredi, qui de dolo alterius conue-
nitur, infamiam irrogare non poteſt[b],cùm non,
niſi quatenus ad eũ peruenerit,conueniat: vnde
calculi potius quæſtio quã doli eſt[c],licet contrà
in exceptione doli
diffinitũ ſit : poteſt
enim libertus de do
lo hæredis excipe-
re, cũ agere nõ poſ-
ſit : rurſus non po-
teſt de dolo patroni
excipere[d],cùm age-
re de eo aduerſus hę
redem poſsit:fauorabilior enim eſt exceptio do
li aduerſus eius autorem,quã actio:& is qui poſ-
ſeſsioni incumbit, de dolo patroni conqueri
nõ debet, ſed cõmutatis verbis,eius cinerib.ho
norẽ ſeruare[e]. Accurſ.aliã quoq; rationẽ affert [f],
quã nõ improbo. †Sed cur inductũ eſt, vt extra-
12 neo patroni hæredi debeat per libertũ reueren-
tia, & nõ vice verſa patrono debeat p extraneũ
liberti hæredem [g]?Et traditũ eſt ex parte patro-
ni fauorabile eſſe edictũ, ideò ad extraneũ eius
hæredem extendẽdũ: ex parte liberti odioſum,
quapropter reſtringendũ,ne eius hæredem con
tineat.†Indeq; adnotare poſſumus aliquã diſpo
13 ſitionem reperiri,quæ partim odioſa,partim fa-
uorabilis ſit[h].†Sic ſynodalis cõſtitutio,qua ei ſa
14 cris interdicitur, qui in ſacerdotẽ violentas ma-
nus iniecerit [i],ratione percutiẽtis odioſa & pœ-
nalis, eſt ratione ſacerdotis fauorabilis: & ideò
ad eũ,qui ſe ſimpliciter dedicauerit, cõuerſuſq;
appellatur,tametſi ſacerdos non ſit,extendit[k].†
15 Sic quęlibet lex in facinoroſos lata, ratione pœ-
næ odioſa eſt [l]: ſed quia publicè intereſt ſontes
meritis ſuppliciis affici,fauorabilis cenſebitur[m].
† Decij tñ fratres aliiq; recentiores obſeruandũ
16 eſſe exiſtimãt,quæ principalis ſit deciſionis cau
ſa, & ex ea diſpoſitionẽ diiudicandũ[n],ne diuer-
ſo iure eadem res cenſeatur[o], ſed ea qualitas at-
tendatur,quæ ex ſubiecta ratione præualet[p],†q,
17 & ipſe probo,quoties res ſeparationem non re-
cipit:ſecus ſi fauor ab odio aliqua ratione ſepa-
rari poſsit,†vt in exẽplo noſtro: quãuis.n.fauor
18 patroni ſit, ſibi & ſuis hæredib.honorẽ à liberto
pſtari, tñ is fauor deficit, cùm ea qualitas liberti
non ſubeſt:nec.n.liberti hæres ipſe eſt libertus,
beneficiũue illud pſonale accepit,vt ei vlla qua-
litas adhęreat,meritò ipſo nec verbis edicti, nec
mente cõpræhendit[q], hæres verò patroni com-
prænditur, quia ius patronatus ad hæredẽ tran-
ſit,& ideò poteſt aliquo modo & ipſe patronus
dici[r], nec nouũ eſt, q̃dam ex parte creditoris ad
hæredes trãſmitti, q̃ ex debẽtis perſona nõ trãſ-
mittant[s]. †Aliud exemplum in lege municipali
19 accipi poteſt,qua ſtatutũ ſit, exiſtentib.filiis ma-
ſculis,filias fœminas patri nõ ſuccedere:hæc. n.
lex ex receptiore ſentẽtia ſimpliciter fauorabi-
lis eſt [t],quia nõ in odiũ fœminarũ, ſed ſumma ra
tione in fauorẽ, ſcilicet locupletandæ agnatio-
nis principaliter edita videt[u] : vnde nepos quo-
que maſculꝰ filiã excludet, itẽq; neptẽ,etiã ſi ex
maſculo nata ſit:†in fauorabilib.n.filiis appella
20 tio etiã nepotẽ comprędit[x], & tñ negari nõ po
teſt,reſpectu filiæ ipſius probibitæ odioſam cen
ſeri:quapropter extra territoriũ nõ obſeruabit[y].
quòd ſcilicet extra territoriũ ea ſolùm lex obſer
uetur, quæ ipſi prohibito fauorabilis eſt,idq; p-
pter præſumptũ eius cõſenſum, vt q, propria au

a l hæredibus. ff. de dolo.
b l.furti.§.ſi qs alieno. de his quæ not.
c l Sabinus.de dolo.
d d.§.aduerſus.
e arg.l.ij.de obſequiis.a lib.
f d.l. hęredib.
g l.hęres. ff de obſeq.d.§.aduerſus.
h gl.l.qui bona.§ pe. de damno infect.
i 17.q.4.ſi quis ſuadente.
k c.non dubiũ. ubi Abbas. de ſent. excom.
l l. cũ quidam. de lib.& poſth.
m Bar.l.quemadmodum.ꝟ.de agric.lib.xj.
n l q. exceptionem. de cond. indeb.
o l.eum qui. de uſucap.
p l.ij.ꝟ.de nup. ubi Bal.
q l.qui tale. ff. ſol. matri.l. fin. uerſ. nepot. de nat.lib.
r arg.§.j. in authen. de iureiurã. à mor. pſt.
s arg.l. nõ ſolũ.§ fin. de op. no. n.
t gl.§.ex cõditionali. Inſti. de uerb.oblig.
t Curt. conſil.9.
u l.j.§.penu. de uent.inſp.
x Bar.l. liberorũ.de uer. ſig.
y Bar.l.j.col.13.ꝟ.de ſum.tr.n. & fid. cathol.

toritate legiſlatores nõ poſſunt(nẽpe de re non
ſuppoſita quicquã ſtatuere[z]) id pſumpto ex pa-
tris conſenſu inducant: ad hoc caſu nullus eſſet
color,vt videri poſsit mulier proprię excluſioni
conſenſiſſe,quæ ſibi odioſa eſt[a]. †Aliud quoque 21
exẽplũ iure cõmu-
ni in pœnis delicto-
rũ aſſumitur,q̃ ſim-
plicit odioſæ ſunt[b],
& tñ ſuprà dixim9,
publicè intereſſe,vt
delicta puniant[c], in
qua re pôt diſtingui
inter pœnas capita-
les & eas q̃ ſanguinis pœnã nõ irrogant:†illæ o- 22
dioſæ ſunt,& ideò tranſigi ſuper eis licet [d]: præ
ualetq; fauor quoquo modo ſanguinẽ ſuũ redi-
mentis:†hę non ſunt,vtilitaſq; publica in his re- 23
gulariter attẽditur,ſiuè quòd pœnæ hoc caſu nõ
B admodũ graues ſunt, ſiue quòd delictũ recepti
rei fauorem obnubilat[e],†In legitimatione quo- 24
que idem exemplũ à Doct. approbatũ eſt:ea enĩ
cauſa paterni delicti odioſa cenſetur, quia vitiũ
huiuſmodi reſtringendum fuit[f]: ratione verò i-
pſius filij naturalis, qui aliena laborat culpa[g], fã
uorabilis habetur: †quapropter qui legitimare 25
ſpurios, itemq; inceſtos ex indulgentia princi-
pis pôt,vtroq; morbo mixtim affectũ legitimare
poterit[h]:quãuis.n. propter duplicem maculam
C fœdior ſit is ſpurius,quo ad eũ tñ propter fauorẽ
fiet benigna interpretatio,nec patris odiũ obſta
bit, cui etiam ſi plures ſeparatim inceſtæ filij eſ-
ſent,nihil obſtaret,quin verbis indulgentiæ om
nes reſtitui poſſent,cùm tamen plus in eis deli-
quiſſet,quàm mixto hoc caſu.

nec in ea re ruſticitati[a] venia præbeat, cũ naturali ratione honor huiuſmodi perſonis debeat. Cùm igit cõfitearis, patroni tui filium ſine per-
A miſſu prætoris, te in ius vocaſſe, pœnã edicto perpetuo pręſtitutam, reſcripto tibi concedi[a], temerè deſideras. P. P. viij. Id. Noueb. Gordiano. A. et Auiola Coſ.

a ¶ †Ruſticitati,id eſt,ſimplicitati,ſeu impe- 26
ritiæ[i],quales ſolet eſſe in ruſticis:ea enĩ regulari
ter excuſat à dolo pręſumpto[k], & à vera cõtuma
cia:† quapropter ruſticus per cõtumaciam victꝰ 27
D appellabit, cũ is ſolũ à beneficio appellãdi ex-
cludatur, qui verus cõtumax eſt[l].† In eo quoq; 28
vix erit,vt fœneratitiæ fraudes præſumantur[m]:† 29
& ſi aduerſus legem mercatus aliquid fuerit, ne
in pœnã incidat,ei ſuccurretur [n]: vt cum rem e-
mit inobſeruata municipalis legis forma,nõ enĩ
ideò malè fidei cenſebitur[o]. Idem ſi ad teſtimo- 30
nium adhibitus pugnantia in multiloquio effu-
tierit,falſi reus non cenſebitur, cùm dolo carere
credendum ſit[p] : quod tamẽ plurimũ in arbitrio
E iudicis reſidebit,qui ex qualitate perſonæ diiu-
dicet[q].†Excuſat etiam ruſticitas cũ quis ex præ- 31
ſumpta repudiatione ſibi præiudicaret: tollitur
enim eiuſmodi tacitus cõſenſus,cõtraria conie-
ctura imperitiæ: quapropter lapſus temporis ru
ſtico impedimẽto nõ eſt,quo minꝰ bon.poſ.pe-
tat[r].Idem ſi exceptionẽ dilatoriam ante litis cõ
teſtationem non obiecit,rurſus nihilominus au
dietur:licet pleriſq; reclamantib.Iaſ.diſſentiat[ſ].
†Sed & extẽporali aliqua pſtatione,vt qa nobili 32
F alicui ſyntheſim caponũ decẽnio dederit, obli-
gatio nulla in eo pſumet, niſi lõgiſsimi tẽporis
pſcriptio tacitũ cõſenſũ induxerit[t]:q, tñ in aliis
ſecꝰ eſſet[u].†Excuſat & à pœnis iure poſitiuo illa 33
tis,q̃ naturali ratiõe nõ cõfirmãtur[x], vt ſi mulier
ruſtica ſecũdis nuptiis celebratis,inuẽtariũ à tu-
tore fieri nõ pcurauerit,vel pposterè eum bona
pupilli adminiſtrare permiſerit, quod rectè So-
cin.ſenior reſpondit[y]:in quam ſententiam Pau.
quoq; accedit,niſi omnino tutorẽ nõ petiiſſet i-
pſáq;adminiſtrationẽ neglexiſſet,aut peritiores
conſulen-

z l.fi.de iur.om.iud.
a Rom.conſ.39. Pet. de Anch. rep.c.j.de conſtit.char 21.
b c. odia.de re iud.in vj.
c l.ita uulneratus.ad legẽ aql.
d l.tranſigere. ꝟ.tit.ſi.
e l j ꝟ.ſi quae. præd.pot.
f l.legem.ꝟ. de nat.lib.
g l.fi.ꝟ.eod.tit. ſi Dd.l.ij fi. de uerb.oblig.
i l.j.ꝟ. de interd. mat.
k l. ſi quis id q. de iur. om. iud. l ij.§ fi. ſi quis in ius uoc.
l l.ex conſenſu. in fi.de ap.
m gl.l.cũ alleg as.ꝟ. de uſur.
n l j.ꝟ. non lic. habit. metroc. libro x.
o Corn. conſil. 147.2.
p Ang.§. & licet in auth. de teſt.
q l.athletas.§. fi.de excu tut.
r l.pe.ꝟ.qui admitti.
s Iaſ.l. ſi conuenerit de iuriſd. om.iudic.
t Bal.l.ſolent.in fi.de off.procõ. Soc.conſ. 245.
u l cũ de intẽ. ff.de uſur.
x Auth.eiſdẽ.§ item.ꝟ.de ſecun. nupt.
y Soci.con.39.



34 conſulendi copiam habuerit:†naturali enim ra-
tione inſitum cuique matri eſſe debet,vt filio ſal
tem tutorem petat[a]: vnde in tali iure erranti ru-
ſtico non ſuccurritur, quod lex noſtra oſtendit:
filius enim liberti & ipſe naturali ratione patro-
num colere obſer-
uareque debet, cu-
ius beneficio liber
natus eſt, quare nõ
debuit temerè actio
nem hanc intenta-
re:quod ſi reus fuiſ-
ſet, & ad iudiciũ p-
uocatus, faciliùs il-
35 li ſuccurreret[b].†Sed
& ſi interdictũ ma-
trimonium affecta-
uerit, non adeò ei fauetur,vt matrimonium va-
leat[c].Sunt tamen qui reſpectu pœnę, tum quo-
que cauſa cognita,ſuccurri arbitrentur,niſi cùm
id in damnum alterius vergeret[d] : quapropter ſi
ruſticus inuentarium ritè non conficiat,non ſo-
lum non corroborabitur,ſed etiam in pœnas cõ
ſtitutionis incidet,non tam quod rigoris conſer
uandi cauſa id inductum ſit[e],quã quia res hęc in
hæreditarij creditoris damnum reuolueretur[f].
36 †nam & ſi emphyteuta per ruſticitatem canonẽ
non penderit,à iure ſuo cadet:ius enim natura-
le vult vt promiſſa ſeruemus, nec in domini da-
mnum adiuuari is debet.†Illud etiam non nega
37 uerim,in his, quæ iuris rigorẽ, eiuſq; conſerua-
tionem reſpiciunt, nõ excuſari ruſticos[g]: debẽt
enim ſibi imputare,qui peritiores non conſulue
38 rint[h].†Fortius cenſuit Iaſ.etiam ſi conſulere eos
non potuerint,non tñ excuſari : in quo ego diſ-
ſentio[i], quia excuſatur ruſticus, qui intra tẽpus
edicti bon. poſſ.nõ petiit, ſi peritorum copiam,
quos conſuleret,non habuerit: quod tempus de
forma & rigore iuris introductum videtur.†vn-
39 de illud, quod vulgo traditũ eſt,ſi quiſquam ad-
uocati ſui confeſsionem incontinenti non reuo
cauerit,ſibi obeſſe[k],in ruſtico locum non habet,
cui ſuccurritur,vt quandocunque reuocare eam
40 poſsit[l].†& hoc eſt q, vulgò dicitur,iuris cõmen
titij ſeu poſitiui ignorantiam ruſticis excuſatio-
nem præſtare[m]:iuſtã.n.cauſa hæc prætori videri
debet, vt eos clauſula generali reſtituat[n]. Et hęc
quod ad excuſationem ptinet ſatis. Quomodo
autem in lucro captando iuris ignorantia ruſti-
co noceat,ſi peritiores cõſulere potuit,alibi tra-
ctandum eſt[o].
41 a ¶ Concedi.) †Si pœna hoc fiſco deberet,du-
biũ non eſt,ſimplici reſcripto remitti poſſe. Sed
cùm ex edicto prætoris quæratur patrono, non
42 debet princeps eam remittere:†hincq; arbitror
probari poſſe eum, qui precibus principi porre
ctis petit, vt ius alterius auferat, temeritatis cri-
mine notari:ſicut qui rem actam agere, cõtra an-
tiquum prouerbium tentat, hacq; cauſa princi-
43 pi ſupplicat, infamiæ nota fœdatur[p].†Dubiũ tñ
non eſt, quin ſupremi principes, ſi velint , has
pœnas libera, quam ſibi vendicant, poteſtate re-
mittere poſsint[q]. De iure aũt noſtro nõ poſſent:
cùm enim omne ius & imperium ex tranſlatio-
ne populi habeãt[r],non aliter eo debent vti,quã
ipſi, qui tranſtulerunt,vterentur[ſ]:quapropter in
iure noſtro,nulla eſt mentio plenitudinis pote-
ſtatis,item clauſulæ, non obſtante, &c.vt Bald.
44 ait[t].†Sed qd in Marchionibus,Ducibus, Comi-

a l.fi ꝟ. qui pet. tut.
b l.ſi in fi ff.de edend.
c l.j.ꝟ.de interd. matr.
d Bald.d.l.j.
e gl. in ſumma. 18.diſt.
f l.fi.ꝟ.de iure delib. ubi Bald.
g Bar.l.j §.nunciatio. de ope. no.nun.
h Alex l. iuris.ꝟ.qui adm.
i l. bonorũ. ff. de bon.poſſ.
k l.j. & ij.ꝟ. de err.aduo.
l Bal.c. fi.de cõfeſ.c. ſi cautio. de fid inſt.
m l. cũ de indebito.ff de prob.
n Alex.d.l.iuris.
o d.l. bonorũ. d.l.iuris.
p l.fi.ꝟ.ut lit. pen.
q l ſacrilegij.ꝟ. de diu reſcr.l. pe.de nat.reſt.
r l.j. de conſt. prin.
s l.j.de off. pręſ. præt.in fi.
t Bald. in tit.de pace Conſt.

tibuſq; ab his conſtitutis? Et multò minus poſ-
ſe dicendũ eſt : nec in eius dignitatis conceſsio-
ne id actũ videri poteſt,vt ius alterius auferãt [u] :
alioqui à tali conceſsione appellari ipſe ſupre-
mus princeps poſſet[x], & etiam ab eo,qui aggra-
uaretur, ex ſuppli- 45
catione adiri.[y]†Poſ
ſent tamen recto-
res & duces à princi
pe cõſtituti q̃nādo-
q; remittere huiuſ-
modi pœnas,ex cau
ſa ſcilicet publicę v-
tilitatis, vt ſi pax fi-
at,vel exules in gra-
tiam admittantur,
caueaturq; ne de in
iuriis damniſq; vltro citroque illatis ius ciuiliter
vel criminaliter reddatur[z], †quod Athenienſes 46
B ἀμνηστίαν dixerunt: quod & tunc publicè intereſt,
ab his principibus obſeruari, qui iam diu antea
à maioribus ſuis amiſſum regnum recuperarũt:
ſi enim reſtituerentur factioſis bona, neceſſariũ
eſſet veteres omnes poſſeſſores inquietari, qua-
re potius eis ipſi de ſuo ſatisfacere debent,& A-
rati Sicyonij exẽplũ imitari , cuius M.Cic. offic.
lib.ſecundo meminit: in dubio tñ,cùm expreſſe
aliud cautum non eſt, ſalua ſunt omnia iura, qđ
C pluribus exemplis Iaſ.hîc proſequitur.

ſtitutam, reſcripto tibi concedi[a], temerè deſideras. P. P. viij. Id. Noueb. Gordiano. A. et Auiola Coſ.

LEX III.

IMPP. DIOCLETIAnus & Maximianus Auguſti & Cæſares Roſanæ.

A QVi in poteſtate[b] patris agũt, aduerſus eos experiri nõ poſſunt. Si igitur emancipata es, venia edicti petita[c],

LEX III.

1 *In patrem & filium iure ciuili nulla lis eſt.*
2 *Filius patrẽ ſine venia in ius vocans,in pœnã nõ incidit.*
3 *Et quæ ſit huius rei ratio.*
4 *Pœna legalis an ex facto nullo committatur.*
5 *Iudex non niſi cauſa cognita veniam concedere debet.*
6 *Citatio eius aduerſus quẽ petitur venia,an ſit neceſſaria.*
7 *An impetratio expreſſè requiratur, vel tacita ſufficiat.*
D 8 *Si citatio facta ſit abſq; venia,proceſſus nullus eſt.& numero 14.*
9 *Quandoq; id non procedit.& nu.11.12.13.*
10 *In officiorum ordine pater primum, patronus proximũ nomen habet.*
15 *Alumnus altricem ſine venia non poteſt vocare in ius.*
16 *Nomine patris & matris etiam educator intelligitur.*
17 *Pa,& ma,voces infantium.*
18 *Quinquaginta aureorũ pœna in eos cõſtituta,qui ſine venia in ius vocant : & quanta hæc ſit ſumma noſtratium aureorum.*
E 19 *Hodiernus aureus veteri ſurrogatus per conſuetudinẽ.*

QVI IN POTESTATE.)†Cùm in- 1
ter patrẽ & filium, iure noſtro, lis
nulla ſit[a], ſequit, †vt ſi filius patrẽ 2
abſque venia in ius vocet,in pœnã 3
non incidat. † Sed vnde hoc? cùm
etiam magis irreuerens cenſendus ſit,qui audet
de facto litigare,patremq; eius pecuniæ appel-
lare,cuiꝰ nulla actio oriri potuit.†Sed diſtinguẽ 4
F dum eſt,cùm quæritur, an pœna legalis ex facto
nullo committatur : ſi ipſum factum notet, non
eſt dubium committi[b], videturq; id maximè no
tare cùm actus nullo modo de iure fieri poteſt[c] :
alioqui in dubio credendum eſt de actu valido
actum[d]: vnde nec emphyteuta inutili contractu
alienans in pœnam incidit[e], nec cedẽs cõtractu
nullo,pœna edentis ex lege municipali afficit[f],
& ſi qua ſimilia[g].
c ¶Petita.)Et impetrata. Simplex.n.petitio nõ
ſuffi-

L. Q u l. ti x Bar. de app
y c.cor. 3.in fin.
z Dd.l. tionum. ſi pacti.
a l.lis. nulla.ff. de iud.
b l.quid ergo §. cũ aũt. de infa.
c l.ij.ꝟ.de ſac. eccle.
d l.j.in fi ff.quiſq; iuris.
e Bal.l.ij.ꝟ.de epiſ.aud.
f l.3.§.j ubi Bartol.ff.de leg. præſt.
g Iaſ.l.ubi.ꝟ.tit. ij.

5 ſufficeret[a],†debetq́; iudex nõ niſi cauſa cognita
eã concedere[b], & ideò poterit curare, vt admo-
neatur pater, vel patronus, huiuſmodi veniam
à ſe peti[c]:†non tamen neceſſaria eſt alia citatio.
6 & ita ſentit Bald. quem alij crebrius ſequuntur,
quia lex ſolùm eius
citationis meminit,
in qua præcedere
cauſæ cognitio de-
beat: & ſi cauſa co-
gnita prętor denegaret veniam, adeundus eſſet
7 princeps[d]. Sed † an impetratio expreſſa requira
tur, an verò tacita ſufficiat? Et quidam non ſuffi-
cere exiſtimant[e], à quib. ego cũ plurimis diſſen
tio: prætorem enim mandando, vt ad vlteriora
procederetur, hanc veniam conceſsiſſe creden-
dum eſt[f]. Idem ſi citationi, in qua venia peteret̃,
ſubſcripſiſſet: cùm enim de plano id cognoſcat̃,
ſufficit libelli ſubſcriptio[g]. †Sed quid ſi in ius vo 8
catio abſq; venia facta ſit, an ꝓceſſus erit nullus?
Et dicendum eſt eſſe: quia vltra indictionẽ pœnę
verba edicti prohibitoria ſunt, parentẽ ſcilicet
patronum in ius ne quis vocet[h]: & cùm actus in-
firmatio ſolùm illius damnũ reſpiciat qui in pœ
nam cõmittit, cõſequens eſt non ſolũ pœnã de-
beri, ſed etiã actũ eſſe nullũ[i]: † quod tñ nõ proce
9 dit, ſi pœniteret libertũ ei⁹ citationis, actionẽq́;
remitteret[k], quod ex quadam æquitate inductũ
eſt: ſatis enim pœnę dediſſe eũ lex interpretat̃, q
iure ſuo renuntiat: quod maximè in parte dicen
dum eſt: nam (vt Terentius ait) modicum ſuppli
cij ſatis eſt patri. Idem in patrono, qui charitate
proximus eſt patri. M. Cato quadã oratione, cu-
10 ius A. Gel. lib. v. meminit, autor eſt, †in officiorũ
ordine patrem primũ, poſtea patronũ proximũ
nomen habere, an quia ſicut ſpecialiter in fauo-
rem patris patroniq; edictum fuit, vt abſq; per-
miſſu prætoris non vocetur, ita ſpecialiter in fa-
uorem filij & liberti debuit cõſtitui, vt quamuis
conſummatum delictum, ex pœnitẽtia diluere-
11 tur? quod receptius eſt[h]. † Non procedit rurſus,
quando pater vel patronus non compareret, vl-
teriuſq́; inquietatus non eſſet: circunducitur eñ
citatio, nullumque inde oritur ipſius detrimen-
12 tum[l]. † Idem ſi volentes in ius vocati eſſent, aut
13 ſpõtè; nec citati veniſſent[m]: †qua ratione etiam
traditũ eſt, ſi patronus vocat⁹ in iudiciũ venerit,
& nihil q. ad veniam pertinet obiecerit, proceſ-
ſum ſuſtineri[n]: videt̃ eñ ſpõtè adfuiſſe, & tacẽdo
iudicium comprobaſſe[o]. Nec obſtat, q. in his, q̃
ad reuerentiã ſpectant, remiſsio nõ valeat: vnde
pactũ, vt maritus etiã ſupraquàm facere poſsit
conueniatur, nullius eſt momenti[p]. Reſpondeo,
huiuſmodi pactũ, citra dedecus maximũ mariti
obſeruari nõ poſſe, vt ſcilicet ea ſibi auferãt̃, ſine
quibus viuere non poteſt: at in ius vocari, nõ a-
14 deò indecorum eſt. †Duobus igitur ſolùm caſib.
proceſſus erit nullus, vel cũ oppoſitũ à patrono
eſt, vel cùm patronus in iudiciũ, ſpreta temera-
ria citatione, venire recuſauit, ceu in contuma-
cem, proceſſus aduerſus eum factus eſt.

15 b ¶Matris.) †Quid in altrice, an alumnus eã
vel altorem in ius abſque venia vocabit? Et non
putauerim, debet enim illis reuerentiã: Vnde in-
dignus, inquit lex[r], militia eſt, qui patrem & ma
trem, à quib. ſe educatum dixerit, maleficos ap-
16 pellauerit, †nomine enim patris et matris etiam
educatorem intelligendnm arbitror, ne illa ver
ba, à quibus ſe educatum, &c. ſuperfluant.

a Inſt. de pœn. tem. liti. §. fi.
b l. ſed & ſi hac. §. prætor. ff. eod.
c arg. l. qui. hyberus. de ſeru. urb. præd.
d Arc. c. ſi religioſus. de ele. in vj.
e Arc. d. §. fin. Inſt. de pœn. te. liti. & § pœnales. Inſt. de act.
f d. l. a præcedente. j. de dila. Aret. conſil. 118.
g l. necquicquã. §. ubi decretũ. off. de off. pc. & leg.
h l. iiij. §. j. ff. eo. l. non dubium. C. de legib.
i leg. j. ff. de his quæ pro nõ ſcrib. Bar. l. prætor. de oper. no. nun.
k l. quãuis. ff. e.
l Bart. l. qui ea mente. de furt.
m d. l. quãuis. Bal. aut. habita. col. pen. j. ne fil. pro patre.
n d. l. quamuis. Alex. conſ. 166. in j.
o l. j. §. j. ubi gl. ff. de fer.
p l. alia. §. elegãter. ſol. mat.
q d. §. eleganter.
r l. j. ff. de obſeq. à lib.

## hoc facere non prohiberis[a]. Quod & in matris[b] persona obſeruandum eſt.

A

Plautus Menæch.
*Adeò forma ſimili pueri, vt mater ſua*
*Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat,*
*Neq́; adeò mater ipſa, quæ eos pepererat.*

Nam & græcè ſic dicuntur, †quia pueros, à 17
quibus pa & ma
(ſunt hæ voces in-
fantium, appellan-
tur τηρίκοι, id eſt, ſer-
uent.

a Non prohiberis.) Edicto prætoris, †ex quo 18
& pœnalis actio ad quinquaginta aureos conſti
tuta eſt[s]: quę ſumma noſtratium aureorum eſt fe
rè ſexaginta ſeptem: in libra enim LXXII. ine-
rant veteres aurei, vt ex Arcadij cõſtitutione ap
paret[t], cùm ex noſtratibus ſint in libra centum:
eundemque calculum obſeruandnm tradunt
in donationum inſinuationibus, & ſi qua ſimi-
lia in iure leguntur, quod Paulo, Alex. Iaſ. viſum
B eſt, à quib. ego diſſentio, †quia per conſuetudinẽ
videtur noſter aure⁹ veteri ſubrogatus[u]: & pro- 19
pter temporum noſtrorum paupertatem[x] tanti
eſt in pręſentia, auri drachma, id eſt, oboli ſex,
quanti olim oboli VIII. nam & aureus, de quo
in edicto prætoris didrachmalis erat, vt elegan-
ter lib. de aſſe II. Budæus docet, & nos alibi ad-
monuimus, & tamen poſtea lege Arcadij di-
minuto pondere, non maior pœna quàm quin-
quaginta numero fuit[y]. Adde quod cùm dimi-
C nutio hæc citra vllam liberti moram facta ſit,
æſtimatio ad tempus ſolutionis iure redigen-
da eſt[z].

s l. penul. ff. eo. ubi Iaſ.
t l. quoties. de ſuc. & arc. lib. 10.
u Argu. not per Bar. l. in quarti. col. pen. ad leg. falcid.
x Ar. §. poſtea. Inſt. de ſucceſſ. lib.
y d. §. fi. de tem. lit.
z Bar. l. Paulus. col. fi. de ſol.

1 *Pacti deſcriptio.*
2 *Pactum vnde dicatur.*
3 *πήγνυμι καὶ πηγνύω.*
4 *Pacta obligationem naturalem produxere.*
5 *Fides vnde nomen ſumpſerit.*
6 *Pacta iure gentium non producebant actionem, ſed retentionem.*
D 7 *Ex pactis obligatio naturalis orta.*
8 *Pacta olim ſemper erant efficacia, niſi æquitati aduerſarentur.*
9 *Pacta reſiſtente lege concepta non valent.*
10 *Iure ciuili iudiciorum ordo inuentus, & actiones repertæ.*
11 *Ex pactis etiam hodie naturalis tantum obligatio naſcitur.*
12 *Seruare quis dicatur.*
13 *Conuentiones, quæ in aliud nomen tranſeunt, actiones pariunt.*
E
14 *Idem in his obtinet, quæ retinent generale nomẽ, ſed ex ſubſiſtente cauſa fomentum accipiunt.*
15 *Innominati contractus quare actionem pariant.*
16 *Contractus innominatus facio vt facias, actionem producit.*
17 *Contractus facio vt des, quare non pariat actionem ciuilem.*
18 *Quoties ex pacti in obſeruatione aliquis in rei ſuæ damnum incidit, prætor actionem dat.*
F 10 *Iure Canonum ex nudo pacto agi poteſt.*
20 *Quare ius Canonicum in foro ciuili in peccati materia non attendamus.*
21 *Quare ex nudo pacto iure ciuili non obligemur.*
22 *Autoritatem legis ſequens in foro conſcientiæ tutus eſt.*
23 *Si quis præſenti promittat, nec expreſſè acceptãti, an ſit pactum vel pollicitatio.*
24 *In contractibus par eſt virtus expreſsi & taciti, & quid in diſpoſitione legis. & num. 25.*
26 *Polliceri vnde dicatur.*

27 Polli-



27 *Pollicitatio quid ſit.*
28 *Pollicitatio ſi acceptetur, vires pacti habet.*
29 *Pollicitatio antequàm acceptetur, reuocari poteſt.*
30 *Contractus appellatione an omne pactum contineatur.*
31 *Mulier abſq; agnati conſenſu contrahere prohibita, nec donare aut paciſci poteſt.*
32 *In lege etiam correctoria, verba latè accipiuntur, ſi ſubſit eadem ratio.*
33 *Mulier contrahere prohibita, an repudiare poſsit paternam hæreditatem.*
34 *Item an conſentire poſsit.*
35 *Pacti ſimplex appellatio de nudo intelligitur.*
36 *In dubio ſpecialior ſignificatio ſemper accipienda.*

P. P. 8. Id. Nouemb. Diocletiano II. & Maxm. A. A. COSS. A

# De pactis.

## *Rubrica.*

1 PACTVM, † eſt duorum pluri-
úmve in idem placitum conſenſus[a].
2 † Dicit̃ autẽ à pactione, vt Vlpianus inqt, q. verbale
eſt nomen. Sed cur non potius
verbum ipſum à nomine dedu
citur? cùm veriſimilius ſit pri⁹
fuiſſe rei nomen, quàm verbum. An quòd in hoc
conſenſu res abſque ipſo actu verbi eſſe non po-
teſt? vt in ſingulari libello in quartum Aeneidos
Priſcianus ait: an quia paciſcor aut pango: vnde
3 fit pepigi & pactum, † à Græcis πήγνυμι καὶ πηγνύω
deſcendunt; quæ figere, conſtabilireque ſignifi-
4 cant? † Hæc pacta iure gentium obligationem,
propter conſenſum, producebant, quæ obliga-
tio naturalis dicitur[b], quòd ſcilicet æquum erat
5 fidem ſeruari: †vnde & nomẽ fides ſumpſit, ſi Ci
6 ceroni credimus, quia quod dictũ eſt, fiat. †Man
dari aũt executioni huiuſmodi promiſſa aliqua
actione non poterant, quia nullæ eo iure erant
actiones[c]: ſolùm ergo ad retentionem, quæ de-
fenſionis eſt ſpecies, ſufficiebant: tametſi & ve-
riſimile ſit, petentibus quandoque ſolitos reges
ſubuenire, verùm id non certa ratione, ſed arbi-
7 tratu tantummodo eorum fiebat[d]. † Oriebatur
aũt ex his obligatio illa naturalis, etiam inter pa
trem & filium[e], opinor & inter ſeruum & domi-
num[f], quia ſcilicet ſeruus quoque naturaliter
obligatur, ſicut & naturaliter poſſidere poteſt[g]:
nec quicquam referebat, cùm cauſa eſſent, an ſi-
ne[h]: pro ſe quis promiſiſſet, an pro alio[i]: ſemper
enim ſeruabatur fides[k], nec in eis cuiquam li-
8 cebat pœnitere[l]: † ſolùm eo caſu nullius erant
effectus, cùm æquitati aduerſarentur: ſublata. n.
æquitate, naturalis obligatio elidebatur, vel tol
9 lebatur: † quapropter & hodie pacta, quæ reſi-
ſtẽte lege concipiuntur, nullius ſunt momẽti[m].
10 † Succeſsit deinde ius ciuile noſtrum, quo ma-
giſtratus certa forma conſtituti ſunt, iudiciorũ-
que ordo inuẽtus, actioneſq́; repertæ, quib. quis
in iudicio peteret quod ſibi deberetur[n]: vnde fa
ctum eſt, vt non amplius ad incertum illud ma-
nus regiæ auxilium eſſet recurrendum, ſed corã
magiſtratibus, compertẽte formula experiendũ.
11 † Igitur legiſlatoribus noſtris viſum eſt, vim qui-
dem pactorum, quàm iure gentium habebant,
non abolere, ſed in ſua natura relinquere, vt obli
gationem tantùm naturalẽ parerent, & ita ſer-
uaretur, vti eorum vis ſemper fuerat[p]. Hinc ſim-
pliciter prætor edicto ſuo ſe pacta ſeruaturũ pol

a l. j. ff. de pact.
b l. cũ amplius. § is natura. de reg. iur.
c l. ij. §. deinde ex his. ff. de orig. iur.
d Argu. d. l. ij. in prin.
e d. l. frater. de condict. indeb.
f l. ſi id quod. de condict. indebiti.
g l. ſtip. ita hab. §. hæc quoque. ff de uerb. obli.
h l. ij. §. circa. de dol. except.
i d. l. ſtip. §. alteri.
k Ang. con. 202. Soc. & Mod. in rub. de uer. obli.
l l. ſi pecuniam. de cõdi. ob cau.
m l. Stichũ. §. naturalis. de ſol.
n l. pacta quæ contra. j. eod.
o d. §. deinde.
p l. iuriſgent. §. præto. ff. eo.

licetur, † ſeruat. n. qui rẽ vti eſt, nõ ſinit extingui,
etiamſi eã nõ augeat: hæcque huius verbi eſt ſi- 12
gnificatio, niſi aliud ex ſubiecta materia[q], vel al-
tera diſiunctiua parte appareat[r]. Cæterũ ab hac
regula exceptæ ſunt aliquæ cõuentiones, † & in 13
primis illæ, quæ in
aliud nomen tranſ
eunt, vt emptio, lo-
catio, ſocietas, com
modatum: vident
enim ſpecialiter o-

RVBRICA.

*De pactis.*
*lib. 2. tit. 3.*

mni iure approbatæ, & ideò actiones pariunt[s]:
quibus accedunt, & ſi qua pacta his in continen-
ti adiecta ſunt: informat̃ eñ, id eſt, ampliore for-
ma inſtruitur, ab his actio, vt nõ ſolùm ex eo cõ
tractu, ſed ex his quoque pactionibus dari poſ-
ſit[t]. † Eòdem pertinent illæ, quæ quamuis gene- 14
rali contractus nomine ſolùm appellẽtur, tamẽ
ex ſubſiſtente cauſa fomentum accipiunt: vt cũ
B do, vt des, vel facias[u], ſi enim poſtquam acepiſti,
nolis dare, vel facere, præſcriptis verbis iure ci-
uili actio dat̃. † cauſa verò hæc à lege noſtra actio 15
ni pariendæ exiſtimata eſt ſufficere: quia nõ in
ſolo dicto res cõſiſtit, ſed in facto quoq; vtriuſq́;:
non enim dare, id eſt, dominium transferre a-
licuius rei in te poſſum, niſi tu accipias[x], συνάλλαγμά
q́;, id eſt, mutuum factũ mei dantis & tui acci-
pientis interueniat[y]. † Idẽ eſt ſi facio, vt facias: 16
C propter mutuũ enim mandatũ iure ciuili actio
dat̃[z]: quapropter ſi cõuenerit vt mulier quacũq́;
maritũ ſequeretur, eius ſumptibus vteret̃, actio
in factũ cõpeteret[a]. † At cùm facio vt des, qa in hu- 17
iuſmodi factũ nullũ eſt ius, q. in te accipiẽte trãſ
eat, nõ exiſtimauit lex actionẽ ciuilẽ dandam[b]:
meritò prætoris auxilio opus fuit, qui ꝓpter æ-
quitatẽ, ne ipſe qui feci decipiar, actionẽ de do-
lo decernit. † quòd etiam generaliter ab eo cõſti 18
tutũ pleriq; tradũt, quoties ex pacti in obſerua-
D tione aliquis in rei ſuæ damnũ incideret, vt cùm
quis pro ſeruo ꝓmittit centũ, ſi dominus eũ ma-
numiſerit, & ſeruus adepta libertate vti cõuene
rat, obligationẽ in ſe trãsferri nõ patitur[c]. Sed i-
bi quoq; principaliter actũ erat, vt dominus fa-
ceret, id eſt, manumitteret, & ſeruus deinde da-
ret. † Hodie tñ iure pontificũ ex pacto agi poſſe 19
receptũ eſt[d]: quoniã in myſtico carmine dicitur,
Quę proceſſerint ex labiis meis, nõ faciã irrita[e].
† Sed cũ is, qui pacta nõ ſeruat, ꝓculdubio ob fi- 20
dẽ cõtemptã delinquat[f], cur in peccati materia
E ius pontificũ etiã in foro ciuili nõ attendimus[g],
& omnẽ hunc iuris ciuilis rigorẽ ſubuertimus?
An q. fundamentũ pontificiæ iuriſdictionis eſt
promittẽtis peccatũ, q ſi minimè ſe peccaſſe di
cat, quòd imprudenter & abſq; cogitatione ꝓ-
miſerit fidẽ in hac materia faciet[h]: quia ſcilicet
ei⁹ aſſertio præſumptioni legis nõ diſcordat, ex
ſtipulatione eñ lex actionẽ concedit, quia pro-
pter præcedentẽ interrogationẽ, nõ temerè ef-
futitã reſponſionem arbitrat̃: † in pacto contra[i], 21
F quoniam, vt cõmuniter traditũ eſt, multi ea fidu
cia re non interueniente nudis verbis offerunt,
quia credunt eum, cui offertur, non acceptu-
rum[k]. † His accedat, quod vulgò traditum eſt, 22
eum, qui autoritatẽ legis ſequitur, in foro con-
ſcientiæ tutum eſſe, niſi contrariæ veritatis eum 23
certum eſſe is probauerit, qui Euangelicã denũ
tiationem propoſuerit[l]. † Sed dubium eſt, quid
ſi quis promittat præſenti, qui expreſsè non ac-
ceptet, eritne id pactũ, an pollicitatio? & cũ hoc
in cõtractu neceſſaria non ſit forma verborum,
† par q́;

Rubrica.
q l. ſtatuas. de acq. re. dom.
r c. j. extra de pact. iuncta l. j. ff. de reb. dub.
s d. l. iuriſgent. in prin.
t l. iuriſgent. §. quinimo.
u l. naturalis. §. j. de præſcrip. uer.
x l. iij. §. pe. de cõdic. ob cau.
y d. l. iuriſgent. §. j. l. Labeo. & contractus. de uerb. ſig.
z d. l. naturalis. §. pe.
a l. inter. §. conuenit. ff. de pac. dot. Iaſ. in d. l. iuriſgen. §. ſed cũ nulla. 14. limit.
b d. l. naturalis. §. quod ſi faciã.
c l. eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo.
d c. j. de pact.
e Pſal. 89.
f c. iuramenti. 22. quæſt. 5.
g c. fi. de preſcr. Bar. l. priuilegia. C. de ſacr. eccl.
h Bar. in extrauag. ad repri. uer. per denuntiationem.
i Dd. in rub. de uerb oblig.
k l. ſciendum. uerſ. ea autẽ. ff. de ędil. edict.
l Doct. c nouit. de iud.

24 †parque ſit taciti & expreſsi virtus[a], crebrius re-
a l. cū quid. ſi ſi cer. pet.
ceptum eſt eſſe pactum[b], ſi de his caſibus agatur,
quibus pręſens & tacens videtur cōſentire[c]: lex
25 enim diffiniendo pactum dicit in ea re, quæ vtri-
b Ang. cōſ. 183. Soc. 112. Iaſ. in rub. de uer. obli.
que placeat, cōſenſum eſſe[d]: †at in diſpoſitione
legis æquiparatur
c l. qui patitur. ff. manda.
expreſſus cōſenſus
d d. l. j.
ei, qui non contra-
e l. in adop. ff. de adopt.
dicēdo intelligit[e].

LEX I.

IMP. SEVERVS ANT.

A ſolùm igitur pollicitatio erit, cū cōſenſus ambo-
f l. iij. de pol lic.
rum non iungitur[f], vt ſi abſenti promittam, vel
g d. l. iij. l. Charidemus. l. ex pollicitatione. de pollicit.
etiam ſi pręſenti, offerendo id, quod futurum ar-
bitrarium ſit alteri, acceptare velit an nō, ideoq;
tunc non interueniat conſenſus[g]: †dicitur enim
polliceri per metaphoram ab eo, qui poteſt lice-
26 ri, id eſt, qui tantā ſummam obtulit, vt res haſtæ
h l. citatio. ubi Bar. ff. de publi.
auctioniq; ſubiecta addici poſsit, vt ſi plus nō of
27 ferat, res ſibi remaneat[h]. †Sit igitur pollicitatio
28 ſolius promittentis oblatio, non tunc, ſed in fu-
i l. ſi. C. ad uelle. in rub. & in l. ad exactionē. de dot. prom.
B turum acceptanda, vel reiicienda: † quæ ſi dein-
de acceptet, vires pacti habet, licet pollicitatio-
nis quoq; nomē ſeruet: vnde & pollicitatio dici-
k l. ſciendum. §. j. ff. de ędil. edic.
tur de re acceptata, vt in dote[i], & in cōtractu em
ptionis[k]. Hinc & nuda pollicitatio pro pacto nu
29 do[l]. †Poteſt autem pollicitatio hæc antequā ac-
l l. nuda. C. de contrah. ſtip.
cepta ſit reuocari[m], niſi cùm reipublicæ ob hono
30 rem facta eſt, aut cœptum ſit opus, vel res iam tra
m Ar. l. ſi pater. in prin. de man. uin.
dita[n]. †Sed an appellatione contractus cōtinea-
tur omne pactum? Et traditū eſt, contractū quidē
n d. l. iij. & l. j. eo. tit.
C propriè eſſe vltro citroq; obligatorium[o], ſed ta-
men lata ſignificatione, omne pactum, etiam al-
o l. Labeo. ſ. de uerb. ſig.
terius, tantùm naturalem obligationē inducens
contractum eſſe innominatū[p]. †Quid ſi lege mu
31 nicipij cautum ſit, ne vlla mulier abſq; agnati cō
p gl. l. j. uer. figuris. in ſi. de act. & obli. ſ. l. ſi unus. uerſ. ſed ſi pactum. ff eod.
ſenſu cōtrahere poſsit, an donare poterit, vel pa
ciſci? Et Baldus non poſſe hîc exiſtimauit, quem
cæteri ſequuntur: ratio enim legis eſt, ne facilè
decipiat: † vnde etiam in lege correctoria verba
32 ex lata ſignificatione accipi poſſunt, dū ſubſit ea-
D dem ratio[q]. †Sed an repudiare poterit hæredita-
33 tem paternam? Et idem Baldus poſſe cenſuit,
quia repudiatio pactum non eſt[r]. Ego dubito, qa
q l. cū lege. ff. de teſta.
eadem ferè & hoc caſu eſt legis ratio, nempe lu-
r l. j. ſ. eod.
bricum mulieris conſilium, quo capta ius adeun
s l. pretia rerū. ff. ad leg. falc.
di facilè admittere nō debet[s]. Et repudiatio ac-
cepta ſatis duci poteſt pactum, eſt enim duorum
t Bar. in d. l. licitatio.
conſenſus[t]: & qui ſibi pacto præindicare nequit,
nec repudiatione quidem id poſſe debet[u], niſi
u l. j. ſ. eo. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. de leg.
cùm id ſolùm lex curat, ne quis de opibus dimi-
nuat: nō enim diminuit, qui repudiat, ſeu nō vult
E acquirere[x]. †Sed an conſentire poterit? Et vide-
34 retur poſſe, eodem Baldo autore, cū aliud ſit cō-
x l. ſi ſponſ. §. ſi maritus. ſ. de don. inter. uir. & uxo. not. in l. iij. ſ. eod.
trahere, aliud contrahenti conſentire[y]: & ideo
poterit mulier citra aliam agnati operā emphy-
teuto ſuo conſentire meliorationes alienāti[z], vt
y l. ſi pater. §. ſi. ff de man. uin.
Picus hîc tradit. Sed ego hoc quoque caſu ad ra-
z l. fin. ſ. de iur. emphyt.
tionem legis aduertendum arbitror, vt ſi eadem
in cōſenſu ſit, quę & in cōtractu, legē ipſam pro-
a Bal. l. ſi. col. 2. ſ. eod.
ducamus[a]. Vnde minor viginti quinq; annis, qui
F prædia alienare non poteſt, nec alteri quidem a-
b l. 2. ſ. ſi ad don. ubi Doct.
lienanti cōſentire poteſt, fraus enim legi fieret[b].
35 †Sed appellatione pacti in dubio de nudóne in-
c l. lecta. §. conuenit. ſi cer. pet.
telligemus, an de eo q̄ in efficacis cōtractus no
men tranſeat? & receptius eſt de nudo potius in
36 telligi[c], †quoniam in dubio ſpecialior ſignifica-
d l. hoc legatū. de leg. iij. ubi Bar.
tio ſemper accipienda eſt[d], quod Baldus Deciuſ
que hîc probant, itemq; alij[e]. Ego tamen & hoc
e Car. c. j. quæſt. 5. extra. c. Paul. de Caſt. con. 43. col. ij.
caſu ad rationem legis aduertendum arbitror,
nec tantùm perpendi quo nomine contractum
ſuum partes appellauerint, quātum quid vel ab
cis actum ſit, vel à legislatore veriſimili mente
conſtitutum[f].
f l. Inſulam. de præſcr. uerb.

LEX I.


1 *Hypotheſis præſentis legis.*
2 *Deciſionis ratiò.*
3 *Adiectiuū formā ſubſtantiui aſſumens.*
4 *Barto. conditionem pro toto fideicommiſſo conditionali accipit.*
5.6 *Exemplo eius ſententia declaratur. & nu. 7.*
8 *Fauore liberorum non adiecta verba pro adiectis haberi.*
9 *De quibus rationibus textus loqui cenſeatur.*
10 *Pacta non ipſo iure, ſed per exceptionem prouident, & quare num. 12.*
11 *Exceptio tranſactionis eſt litis finitæ non exceptio pacti ſimplicis.*
13 *Dubitandi cauſa ad textum. & num. 17. & 24.*
14 *Decidendi cauſa ad tex. & num. 19. 25.*
B 15 *Conditio non diſponit.*
16 *Conditio ad fauorem hæredis ſemper reſpicit.*
18 *Donatio facta à carente liberis, infirmatur deindè ſublatis liberis.*
20 *Donatio ob cauſam, non eſt propriè donatio.*
21 *Socini & Decij reſponſio ad ſubmouendā l. ſi vnquam, ſ. de reuo. donat.*
22 *Si mulier hæreditati paternæ renuntiauit, renuntiatio valet, quamuis filij deinde nati ſint.*
23 *Communis reſponſio ad d. l. ſi unquam.*
C 25 *Repudiatio & renuntiatio differunt.*
26 *De renuntiatione, quæ pacto fit, & illa fieri poteſt iuri ſiue ſpe ſiue re competenti.*
27 *Omni iuri renuntians, nō renuntiaſſe cenſetur iuri, quod ex noua cauſa ſibi acquiri poteſt. fallit vt num. 31.*
28 *Id rectè ſperare dicimur, quod ex cauſa præſenti ſperamus.*
29 *Reſignatio ſacerdotij etiam ſignata, ad nouam cauſam non trahitur.*
17 *Confeßio parte abſente facta, ſi deinde acceptetur, ſemiplenæ probationis cauſa valebit.*
18 *Idem in renuntiatione litis abſente parte facta traditur.*
19 *Reuocari tamen poteſt, ſi à parte necdum acceptata ſit renuntiatio.*
20 *Excipiuntur aliqui caſus, vbi reuocari nequit. & 21. 22.*
23 *Renuntiatione ſimplici litis non ideo renuntiatum videtur dominio. & num. 24.*
25 *Renuntiatio litis inualida eſt in minore, ſecundũ Deciũ.*
26 *Alciati ſententia in ea exceptione.*
27 *Si lex generaliter litem inſtaurari vetet, non tamen cenſetur reſtitutio in integrum ſublata.*
28 *Idem ſi lex exceptionem prohibeat, aut officium iudicis.*
29 *Idem ſi lex appellationem, exceptionem, & nullitatem remoueat, & ſimilibus caſibus, vſq; ad finem. & numero 30. 31.*

### LEX IIII.
IIDEM AVGG. *Valeriæ.*

POſtquam liti de A prædio motæ renuntiaſti cauſam finitam inſtaurari poſſe nulla ratio permittit. PP. IIII. Idib. Febr. Albino & Aemyliano Coſs.

1 POSTQVAM LITI.) † Renuntiãs liti amplius de ea cauſa non audi-
2 tur. † Sed cur hoc? cũ ènim lis inſtantiam ſignificet [e], id eſt, iudicij exercitationem à conteſtatione in diffinitiuam ſententiam [f], qui ei renuntiat nõ debet cenſeri de cauſa [g], id eſt, ipſo iure in iudicium
3 deducto, egiſſe [h]: † an quod Bart. Riminaldusq́ue arbitrantur, quia hoc iure inſtantiæ renuntiari
4 non poterat, quin & cauſæ renunciaretur? † qua ratione & qui ſimpliciter inſtantiæ renuntiat, omni deducto iuri renuntiaſſe cenſebitur: id enim neceſſariò conſequitur [i]. Sed hæc falſa eſſe communiter aiunt, poſſeque hoc iure ſoli inſtantiæ renuntiari verius eſt [k], præſertim aduerſario conſentiente [l]; cùm etiam ſi id ita non eſſet, haud tamen renuntiatio inſtantiæ ad cauſam trahenda videtur, quæ maioris eſt præiudicij [m].
5 † An ergo quod frequentius traditur? quia lis etiam cauſam ſignificat, non autem ſolam inſtantiam [n], vnde à vi verborum recedendum non eſt [o]. Sed id improbat Decius,
6 † quòd ſcilicet lis propriè ſit altercatio litigantium [p], & ab eo iure diſtet, quod in iudicio deducitur [q]: & quamuis impropriè quandoque aliter accipiatur, in renuntiationibus ſtrictè fuit procedendum [r]: & ideò ipſe exiſtimat,
7 † eum qui liti renuntiat, non cenſeri cauſæ renuntiaſſe, niſi quatenus cauſa impropriè accipiatur pro inſtantia: & ſic id reſcriptum interpretatur, quæ ſententia B proculdubiò verbis reſcripti repugnat.
8 † An igitur verius eſt, quod ego arbitror, litem quidem pró deducta in iudicium actione, ſiue in perſonam, ſiue in rem accipi [s]?
9 † vnde qui in rei vendicatione liti renuntiat, omnino excluditur, vt hîc traditum eſt: vnica enim vendicatio eſt, ex ſola cauſa, nempe dominio deſcendens [t].
10 † Qui verò liti in actione perſonali renuntiat, ab inſtantia quidem & actione ex intentata cauſa ſubmouebitur: ſed ſi nouam inſtantiam incipere ve- C lit [u], aliaque ex cauſa experiri, vtique audiendus videtur [x], cùm actiones perſonales non vna cauſa tantùm, ſed pluribus competere poſsint [y]: & qui ex vna renuntiauit, ex altera ſaluum ius habeat.
11 † Verùm & ſi quis ante conteſtationem liti non renuntiauerit parte non præſente, crebrior eſt ſententia, nil eum agere, quia iuri futuro ſimplici repudiatione derogare non poſſumus [z]: ſi verò pars ſit præſens, cauſa actus ſuſtinendi fiet interpretatio, vt impropriè litem accè D perit, etiam quatenus ante conteſtationẽ altercatum eſt [a], & ideo ſeu pacto ſubmouebitur.
12 † Addit Alexand. nec renuntiatione litis eum excludi, qui ſacerdotium ſimpliciter eiurauerit [b], quoniam lege Pontificum non niſi in epiſcopi ſui manu dimitti beneficia hæc poſſunt [c]: qua ra-
13 tione † idem quoq; in cliente exiſtimandum eſt, qui fiduciam vel feudum (vt vocant) abſque principis ſui autoritate relinquere nequit [d]: quod magiſtratus exemplo receptum videtur: præſes e- E nim prouinciæ abdicando ſe non amittit impèrium [e]. cũ igitur expreſsè renuntiare nõ poſſunt, nec tacitè id ex communi regula videtur permittendum [f]: alioqui non difficulter reperirentur, qui ſubornati eis mouerent controuerſiam, vt renuntiatione fraudẽ legi facere hi poſſent [g].
14 † Illud quoque tradidit Iaſon, vt renuntiatio hæc valeat, neceſſariò proponẽdum à parte præſente expreſsim acceptatã eſſe. Sed Decius con- F trà, cui accedo: qui enim præſens eſt, tacitè acceptaſſe id videtur, quod ſuam vtilitatem reſpicit, & ideò lex ſimpliciter abſente parte infirmas eſſe confeſsiones ait [h], vt ſcilicet neceſſariam eſ-
15 ſe præſentiam oſtẽdere [i]: † acceptationis verò nõ meminit, quia ex præſentia præſumitur, l. qui paritur. ff. mand. non ſecùs ac conſenſus in pacto, vt in rubrica ſuprà admonuimus: nam ſi omnino neceſſaria eſſet acceptatio, confeſsio abſente parte, nec ſemiplenam quidem probationem faceret, quod tamen contrà receptum eſt [k]: & quod communiter aiunt, confeſsionẽ prętextu erroris

a d l. ſecundũ naturam. de re iud.
b Bal. rubr. ꝟ. de cond. ob turp.
e glo. in c. j. §. j. verb. litis. de procur. in 6.
f l. properandum. in prin. §. ſi. C. de iud.
g Bar. l. ſi. qui ſeruum ... quand. iud.
i l. illud. de acquir. hær.
k l. & poſt. §. j. de iud.
l gl. l. j. ꝟ. de præſcript. lon. tem.
L. 4. Poſtquã.
m l. fin. §. ille. ꝟ. de neceſſ. ſer. Bartol. l. ij. de iuriſdict. om. iud.
n c. cũ pridem. de pac.
o l. cũ lege. de teſtam.
p c. ... de verbor. ſign.
q c. dudum ... in fin. de ...
r Cal. conſ. 5. de verb. ſign.
s l. litis. de ver. ſign.
t l. & an eadẽ. §. actiones. de excep. rei iud.
u d. l. properandum. §. fin.
x l. habebat. de inſtit.
y d. §. actiones. gl. l. j. ff. de edẽ.
II.
z l. j. ꝟ. eod.
a l. ſi inſularũ. de præſcr. verb.
III.
b Imo. c. venſẽs. de renun.
IIII.
c c. admonet. de renun.
d Bald. auth. in ſucceſsione. in ſi ne. ꝟ. de ſucceſ. & leg.
e l. pen. de offi. præſid.
f Iaſ. l. cũ quid. ſi cert. pet.
V.
g c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6.
h l. ſi. vbi Alex. ꝟ. de repet. hær.
i l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ.
k Bar. l. admonendi. col. 9. de iureiur.

reuocari poſſe, eluſorium eſſet, cùm poſt acceptationem non poſsit[a], antè verò, etiam citra erroris allegationem poſſet[b].
16 † Verior igitur noſtra eſt ſententia, quæ & plurimorũ fuit[c]: & ideo concludendum renuntiationem parte præſente factam valere, præſumique conſenſum, niſi aliud
17 ex contrariis coniecturis iudici ſederit[d]. † Parte verò abſente, adhuc ſemiplenæ probationis cauſa valere, ſi deinde acceptata ſit, cùm ex ea nõ obligatio, ſed gratia, ſeu leuamentum probationis inducatur[e]. Poteſt tamen huiuſmodi confeſsio in abſentia partis facta, ſeu per errorem effutita
18 fuerit, reuocari, nec alia ꝓbatio requiretur[f]. † Et quod in confeſsione dictũ eſt, aliquid ſimile renuntiationi habet, vt abſente parte facta litis renuntiatio valeat, quæ crebrior fuit (ſi Alexandro credamus) ſentẽtia, quod aduerſus regulas odio litium aliqui, fauore liberationis alij tradidêre[g], dum tamen citra vllius fraudem, certoq; animi iudicio facta ſit, qua in re multum arbitrio iudi-
19 cis tribuetur[h]. † Sed tamẽ antequàm à parte acceptata ſit, videtur eam reuocari poſſe, & ſic
VI. defendendam Bar. Iac. Ang. Ful. Iaſ. Deciiq; opinionem, à qua vix eſt vt iudices recedere audeant[i],
20 † niſi renuntiatio de iure in re facta ſit, quod ſolo conſenſu, vt ſuprà diximus, pro derelicto haberi poteſt[k], qualis hac in lege, in qua de prædio litigabatur, quæ verba ad rei vendicationem ꝓpriè referuntur[l]: licet Alexander nulla ratione diſſen-
21 tiat. † Idem ſi renuntiatio per procuratorem nomine abſentis recepta ſit[m]. Sunt & qui ſufficere putant, ſi per quemlibet alium accepta ſit[n], quod
22 tamen ipſe affirmare nõ auſim[o]. † Idem ſi in iudicio facta, & à iudice nomine abſentis recepta fuerit, vt Bar. exiſtimat[p]: & ideo irreuocabilis erit: abſque enim iudicis opera, ſi parte abſente in actis eſſet facta, valeret[q], ſed reuocari ante acce-
VII. ptationem poſſet. † Cæterùm renũtiatione ſim-
23 plici litis, nõ ideo renuntiatum videri dominio, idem Bartolus ſenſit: vnde quamuis dominus, petitorio iudicio agens, renuntiauerit, nõ tamen reo exceptio dominij quæritur[r]: nam & is, qui tranſigit, liti renuntiat, nec idcircò dominium transfert[s]: ſolùm igitur exceptio doli vel pacti concedenda eſt, quia quò ad eam cauſam, quæ verbis renuntiationis compræhenſa eſt, videtur actor fateri nullum ſibi ius eſſe[t], cùm aliter veriſimile non fuerit, eum renuntiaturum, ne ſcilicet donationis præſumptio capiatur[u]. Et quia non eſt veriſimile propter odium litium eum renuntiaſſe, qui iam litigari cœperat[x], quique potuiſſet ſolam poſſeſsionem omittere, abſque alia litis renuntiatione[y], quanto probabilius eſt ideo renuntiaſſe, quia inter agendum animaduerterit fouere ſe malam cauſam[z]: quæ tum quoque mala eſt, cùm actor probatione deficit, licet reus nullum ius habeat[a], vel ſolius em̃ poſſeſsionis commodo tutus eſt[b].
24 † Quapropter vt verius receptiusque ſit eum, qui renuntiat, præſumi id facere, quia ſciat ſe malam cauſam habere, non tamẽ idcircò cenſebitur fateri aduerſarium iuſtum eſſe dominum[c], poteſt enim res neutrius eſſe[d]: vnde conſequenter traditum eſt, ſi renuntiet liti reus, licet ideo non acquirat dominium actor, ſi nullum habuit, non poſſe tamen à reo impediri, quominus re petita, quod ad eũ pertinet, ſecundùm intentionis formam arbitratu ſuo diſponat[e]. Si tamẽ conſtaret nullam ei actionem competere, poſſet iudex de facto agentem reiicere[f]. Non em̃ renuntiatio rei, actionem, quæ nulla fuit, aduerſario dedit, cùm aliud ſit renuntiare liti, aliud dominium transferre.

a Bal. l. non ſolum. § prin. col. fin. ff. de procu.
b Bal. & Iaſ. in l. error. ꝟ. de iur. & fact. ignor.
c Soc. conſ. 228. Caccialupus in repet. l. admonendi. col. 67.
d l. diuus. ff. de in integ. reſt.
e l. Publia. in fi. depoſ.
f Are. & Barb. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. de verb. oblig.
g Alex. hîc. & conſil. 126. in 4. Aret. conſ. 96.
h l. ſi rem. in fi. de procur.
i Bar. l. non ſolum. j. §. libera. de lib. leg.
k l. j. ff. p derel. not. in l. j. ꝟ. cod.
l c. fi. de concet. præb. in 6. l. quæſtio. de verb. ſig. Bart. l. fundus. de ann. leg.
m d. §. ſi quis abſente.
n Sal. hîc, Imol. & Felin. c. ſi cautio. de fid. inſtr.
o d. §. ſi quis abſente.
p arg. l. fin. de inter. act.
q arg. d. l. iij. & l. j. §. ſi quis ante. ff. à quib. appel. non lic.
r Bart. l. naturaliter. §. nihil commune. ij in tell. de acq. poſſ.
s l. ſi pro fundo. ꝟ. tit. j.
t l. iiij. ꝟ. de fid. inſtrum.
u l. cum de indebito. de probat.
x arg. l. rẽ nõ nouã. §. fi. ꝟ. de iud.
y l. item ſi res. §. fi. de all. iudic. mut. cau.
z c. per tuas. in fin. de ſimon.
a l. fi. ꝟ. de re vẽ.
b §. commodũ. inſt. de interd.
c l. ſi te. vbi Bal. ꝟ. de inge. man.
d l. ſi inter. de excep. rei iud.
e arg. glo. in l. ſi maritus. iij. §. ſi negauerit. de adult.
f gl. l. vbi pactum ꝟ. tit. j.

VIII.
25 † Addit alium quoque caſum Decius, quo renuntiatio hæc litis inefficax ſit, nempe in minore, qui immobilia alienare non poteſt[g], meritò nec rei vendicationi renuntiare
26 poteſt[h]. † Sed cùm ſuprà docuerimus, huiuſmodi renuntiatione dominium nõ transferri, ſatius eſt hac in re communi ſententiæ adhærere, vt ſolùm reſtitutionis in integrum ope adiuuari mi-
27 norem credamus. † Hincq; adnotant Doctores, ſi lex generaliter litem vlla ratione inſtaurari vetet, non tamen reſtitutionem in integrum ſublatam cenſeri[i], quia generalibus verbis de ea ſeu re extraordinaria legislator cogitaſſe non credi-
28 tur[k]. † Idemq; traditum eſt, ſi lex exceptionem prohibeat, vel perſecutionem, ſeu officium iudicis: licet enim reſtitutio hęc, & officio iudicis imploretur, & iure exceptionis quandoque impetretur, tamen generalibus illis verbis non vide-
29 tur ſublata[l]. † Idem ſi lex appellationem, exceptionem, & (vt vocãt) nullitatem ſubmoueat[m]. Idem ſi in ea ſcriptum ſit, non poſſe quemquam inquietari, directè vel indirectè, à quacunq; per-
30 ſona[n]. † Idem ſi in lege diceretur, quenquã non eſſe audiendum, quocunque priuilegio non obſtante: quod Paul. Caſtrenſis reſpondit[o]: quoniam non ideo priuilegia, quę corpore iuris continentur, ſublata cenſeri debent[p]: & quia lex ge-
31 neralis reſtringitur, ne in his caſibus locum habeat, qui ſpeciali fauore digni ſunt[q]. † Sed & ſi lex compromittendi facultatem minoribus ſinat, ſed appellationem & quamcunq; reclamationem à ſententia arbitri ſubmoueat, nõ tamen reſtitutionem in integrum reiici Pontanus reſpondit[r], quæ propter immoderatam & enormẽ læſionem peteretur: nam & ſi in parte inſtrumenti minoris ætatis mentio facta eſſet, etiam generalem renuntiationem ad id reſtitutionis beneficium trahi Baldus reſpondit[s]: quæ ſententia probabilis eſt[t].

g l. j. ff. de reb. cor.
h Bar. l. poteſt. de adm. tut.
i l. in cauſæ. j. §. fi. vbi Bald. ff. de minor. Bart. conſil. 101. Bald. conſ. 236. in j.
k l. iiij. §. j. de ſ. deicom. lib.
l Alexã. l. arbitro. col. pen. qui ſatiſd. cog.
m Soc. con. 298. in 2. dub. & cõſ. 242. col. 4.
n Aret. conſil. 161. col. 4.
o Paul. conſ. 37. vt bene. in ij.
p l. decurionib. C. de ſilen. lib. 12. gloſ. l. hæres. in prin. ff. de iud.
q Bar. l. ſciẽdũ. in princ. qui ſatiſd. cog.
r Rom. conſil. 90.
s Bal. conſ. 145. in j.
t arg. l. j. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rer. action. Barb. conſil. 44. in 3.

## LEX V.

1 *Demagoras Græcè cauſidicum ſiue oratorem ſignificat.*
2 *Hypotheſis huius conſtitutionis.*
3 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
4 *Deciſio in hac lege, decidendiq; ratio.*
5 *Reſponſio ad dubitandi cauſam.*
6 *Remuneratio patrocinij efficax eſt cauſa pacti nudi, vt inde oriri poſsit exceptio.*
7 *Stipulatio ſine cauſa non valet.*
8 *Fallentiæ huius doctrinæ.*
9 *In obligationibus à lege inductis mercedem à principio deberi Bart. cenſuit.*
10 *Duplex lectio l. idem. ff. de offic. aſſeſ.*
11 *Iuris profeſſores qui dicantur.*
12 *Iuriſconſultis in ſacramenti ingreſſu offerendum honorarium.*
13 *Sacramentum eſt principium litis, cùm ſit ſponſio ne res ita ſit.*
14 *Aduocati ſeu patroni qui ſint.*
15 *Patroni cauſarum oblatum à principio honorarium recipere poſſunt, ſed non petere, niſi in fine litis.*
16 *Aduocato ſingulis actibus ſibi ſatisfieri poſtulanti ſatisfaciendum, aut alius accipiendus.*
17 *Patroni fiſci qui dicantur, & quando illis ſoluendum.*
18 *Diſpenſationes impetrare, Latinè dicimus ſuffragium præſtare.*
19 *Licitum eſt honorarium vſq; ad 100. aureos.*
20 *Aduocatus vltra 100. aureos petens, repetundarũ tenetur.*



21 *Cliens etiam iuramento vltra eam ſummam promittens, non tenetur.*
22 *An in criminalibus vltra hanc ſummam petere liceat.*
23 *Quare in l. noſtra exceptione ſe tueri patronus debeat cùm videatur ipſo iure tutus, ratione compenſationis.*
24 *Alia obiectio, eiuſdemq; ſolutio.*
25 *Exceptio hæc, de qua in text. an ſit litis finitæ, ſeu eius ingreſſum impediat.*
26 *Exceptiones litis finitæ ante conteſtationem opponendæ.*
27 *Caſus, vbi ex pacto nudo oriens exceptio, huiuſmodi litis ingreſſum impedit.*

## LEX V.

IMP. ANTONINVS A. Demagoræ.

Creditori tuo ſi partem pecuniæ exoluiſti, de parte verò non petenda inter te & ipſum conuenit, ob cauſas[a] negotiique eius tuo patrocinio[b] fidéque defenſa, ea obligatione partim ciuili iure, partim honora-

1 CREDITORI.) Demagoras († quæ vox Græcè cauſidicum, oratorémve ſignificat)
2 † cũ clienti ſuo certam pecuniam deberet, partem ei ſoluit, reliquum verò ob vocationis patrociniique præſtiti honorarium, cliens ſe non petiturum pactus eſt: dubitatũ fuit, an ſatis liberatus dici Demagoras
3 poſſet. † Et videbat̃ nõ eſſe: pactũ em̃ à cauſa ipſa vim & efficaciam omnẽ accipit[a], at cauſa non ſat probabilis erat, quoniam pendente lite honorarii conuẽtio nulla eſt[b]. at quãuis hîc poſt rem defenſam videt̃ facta, quia tamẽ pecunia iam antea debebatur, nõ leuis ſuberat fraudatæ legis coniectura, translata ſcilicet ad præſens tempus doli ſuſpitione[c], cui & alia iungi poterat: ſi enim verè ea quantitas ob patrociniũ debebat̃, compenſatione obiecta, ipſo iure tutus erat Demagoras[d]: quid ergo opus fuit hac pacti nudi conuẽtione,
4 quæ non niſi exceptionẽ parit[e]? † Sed tñ receptũ eſt, eũ liberatũ eſſe, atq; adeò efficaciter, vt etiam ſi ſoluiſſet, concedenda ei ſit repetitio: exceptione enĩ pacti vel doli, quę ei ſubrogat̃[f], tutus, fauorabili exceptione tutus eſt: & ideò etiam ſi ſoluerit ꝓpter præſumptũ errorem, condicere indebitum poteſt[g]. Idem in eo, q exceptione etiã odioſa defenditur, dũ ei ius cõmune adſiſtat[h]. nã tunc
5 nec exceptio quidẽ doli odioſa exiſtimat̃[i]. † Nec obſtant ſ. ſcriptæ coniecturæ, qm̃ hîc nihil aduerſus legẽ factum eſt, quæ pendẽte iudicio conuentionem prohibet, nõ q obligationi aduerſet̃, ſed quia promiſsiones haſce in ipſo periculo, & (qđ dicitur) ſub nouacula factas, lex vt inciuiles auerſetur[k]: cui rationi locus nõ eſt, cũ finita lite quantitas ipſa pacto declaratur: Ceſſat enim (vt Mart. lib. xj. inquit) tunc, res imperioſa, timor.
6 a ❡ Cauſas, ſcilicet defenſas: † remuneratio em̃ patrocinij, efficax eſt cauſa pacti nudi, vt inde oriri poſſit exceptio: nã ſi nulla penitus cauſa ſubſit,
7 nullius eſt iure noſtro effectus: † qđ argumẽto ſtipulationis credendũ eſt, quæ ſine cauſa nõ valet, ſed exceptione doli excludit̃[l]: nec cauſa donationis præſumitur, ſed error potius, vt ferè crebrior
8 eſt ſentẽtia[m], † niſi appareat ex certa ſciẽtia fuiſſe contractũ[n], vel confeſſio in inſtrumẽto adſcripta ſit, qđ executionẽ in promptu, ꝓpter autoritatẽ iudiciariã habeat, vt Bal. tradidit[o]. In pacto quoque nõ petendi, vel liberatorio, fauorẽ liberationis traditum eſt, præſumi donationis cauſam, & ideo ſi vltra quingẽtos ſolidos[p], tali pactione remittat̃, neceſſariã inſinuationẽ eſſe[q]: nihil enĩ refert quis donet, an remittat, idemque rei ſuæ eſt abuſus[r], tametſi Salic. friuola ratione diſſentiat.

a l. iuriſgent. §. ſed cũ nulla ff. c.
b l. quiſquis. §. prætereà. ꝟ. de poſtulat. l. j. §. ſi cui cautũ. ff. de var. & extraor. cog.
c l. ſicut. §. ſuperuacuũ. quib. mod. pign.
d l. ſi ambo. ff. de compen.
e arg. l. non ſolum. ff. de act. & oblig.
f l. ij. §. & generaliter. ff. de exception.
g l. qui excep. de cond. ind.
h l. ſi non ſortem. §. indebitũ. ff. de cond. ind.
i Bart. l. [illegible] j. de rei vend.
k l. medicus. de var. cog.
l l. ij. §. 4. circa. de doli except.
m Alex. l. à Titio. de verb. obl. conſ. 11. in 1.
n Alex. conſ. 4. col. 6. in j.
o l. ij. col. fi. ꝟ. de exec. rei iudic.
p l. ſancimus. ꝟ. de don.
q l. Modeſtino. vbi Dd. de don. gl. l. ſi quis obligatione. ff. de regulis iur.
r l. contra. §. fi. ꝟ. cod.

b ❡ Patrocinio.) Hic igitur apparet, cũ iã Demagoras teſtimoniũ pręſtitiſſet, tum deinde de mercede cõueniſſe: † & tñ Bar. cenſuit[s], mercedem à principio deberi, in obligationib9 quæ à lege inducunt̃:
9 † vnde & traditũ eſt, præſidibus & aſſeſſorib9 ante adminiſtrationẽ ſalariũ (vt ipſe legiſſe videtur) præſtitũ eſſe[t]: antiqui tñ codices, præſtitutum habẽt. Sed articulus hic diffuſior eſt, q̃ vt hîc attingi debeat. Quod ad pręſens inſtitutũ
11 pertinet, † illud eſt ſciendum, iuris profeſſores cõmuni interpretatione eos dici Dd. q publicè legunt, & quibus auditores dant operã: mihi videt̃ etiam hoc nomine poſſe intelligi Iurecõſultos, q à principio adibantur, vt conſilij ſui oratoribus & aduocatis copiam facerent, & quid iuris eſſet in toto negotio
12 diſſererent[u]: † his in ſacramẽti ingreſſu honorarium offerri debet[x].
13 † Eſt ſacramentũ principiũ litis, cùm ſit ſponſio, ni res ita ſit: deponunturq; in ædẽ ſacram ſportulæ, vt M. Varro declarat: cuius vocis mentio hac ſignificatione apud autores veteres frequens eſt. Sic epiſt. lib. . Seruium Offiliumq; I.C. in Caij Silij cauſa à ſe aditos, M.
14 Cic. ad Trebat. ſcribit. † Aduocati verò ipſi, ſeu patroni, iidem oratores cauſarum erant, qui in foro
15 viua voce cauſas tuebant̃: † his oblatum à principio honorariũ, recipiendi quidẽ ius erat[y], petere aũt, contentioſaq; iuriſdictione conſequi, nõ niſi in fine litis poterãt[z]: cùm em̃ officio iudicis debeatur, q adhuc ex parte ſua perfectè nõ adimple-
16 uit, obtinere nõ debet[a]: † q, ſi aduocatus operam ſuã præſtare detrectet, niſi ſingulis actibus ſibi ſatisfiat, debet iudex litigatorẽ in id adigere, vt ei
17 ſatisfaciat, vel aliũ accipiat[b]. † Sunt & patroni fiſci, q corã præfecto prætorij aduocabãt, & quib9 publica ſtipẽdia præſtabant̃: his in cuiuſq; anni fine, ſicut & archiatris, ſoluendũ erit[c], licet à principio incipiat deberi, & ideò ad hæredes trãſmit-
18 tant[d]. † Sunt & q fauore gratiaq; principũ diſpenſationes impetrãt, qđ ſuffragium præſtare latinè dicimus, vt eſt apud Ammianũ Marcellinũ: ijs ſoluendũ erit, cũ quæ optauerit, cõſecutus eſt cliẽs,
19 i. impetrata diſpẽſatione, vel officio[e]. † Sed quod nã exiſtimabimus licitũ eſſe honorariũ? Et Vlp. ait, vſq; ad 100. aureos[f]: nam & lib. 11. Cor. Tacit. Claudij edicto cautũ tradit, vt ob cauſam orandã vſq; ad dena ſeſtertia, hoc eſt, 100. aureos, aduoca-
20 ti poſſent accipere, † quæ egreſſi repetundarum tenerentur. Sunt tamen q confirmari iuramento pactionem exiſtiment, qua cliens vltra eam ſum-
21 mam promiſerit[g]: † quod ego non arbitror, cùm delinquat aduocatus, illicitam ſummã accipiẽs, & repetundarum teneatur[h], vnde iuramento ad-
22 iuuari nõ debet. † Addunt alij, in cauſis criminalibus poſſe eũ modum excedi, quoniam lex ait, quicquid ei donatum ſit, qui à latrunculis & hoſtibus nos redemerit, valere[i]: quoniam quod contemplatione ſalutis datur, certo modo æſtimari nõ placuit[k]: idque communiter receptum videtur. Sed hæc ſententia magiſtratibus iniuriam facit, quaſi pari in periculo eorum in manibus agatur, ac cum hoſtibus & latrunculis: quapropter ego ab Vlpiani[l], minimè diſtinguentis, verbis recedendum non arbitror.

L. 5. Credi[illegible] 1.
10
s in d. l. j. [illegible]
t l. diſ ſunct. ff. de offic. aſſeſ.
u l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur.
x d. l. j. §. proinde.
y d. l. j. §. [illegible] honorarium [illegible] de extraord. cog. l. qui operas [illegible]
z vt hîc, & l. j. ꝟ. de [illegible]
a l. Iuliarus. ꝟ. officiri. de [illegible] empt.
b l. properandum. [illegible] honorar. [illegible] de iudic.
c l. Archiatri. de profeſ. et med. [illegible]
d l. pen. [illegible] lib. xij.
e l. j. ꝟ. de ſuffrag.
f d. l. j. de var. & extraord.
g Gl. [illegible] Pap. q.
h l. j. [illegible] in fi. ff. ad l. Iul. rep.
i Paul. lib. ſententiarum.
k l. penul. ff. de don.
l d. l. j.

a ❡ Hono-

a ¶ Honorario.) Prætor enim inquit, pacta conuenta ſeruabo, exceptionemque concedit[a].
23 † Sed cùm ſalarium patrono officio iudicis debeatur[b], & ideo hic compenſatione tutus eſſet, videbatur etiam ipſo iure, & quidem ciuili, eſſe liberatus[c]: niſi dixeris, expreſſam hanc conuentionem, & quę certam quantitatē diffiniuit priorem illam incertam & legalem obligationem impedire: quoniam ſolet dici, præſumpta tacitáve expreſsis cedere[d].
24 † Sed rurſus obiicitur, cùm id pactum de ſalario præſtādo ſit, videtur fomento legis adiuuari, & ex eo actio dari[e]: ea ergo ipſo iure liberationem parere debet, nō ſecùs, ac cùm ſtipulatio ſtipulationem tollit[f]. Sed aliud eſt in ſtipulatione, quæ priori aduerſatur, aliud in hoc pacto, quod priorem obligationem quodammodo innouat, vt ſicut prius compenſatio obiicienda erat: nunc pacti exceptio loco compenſationis opponatur.
25 † Sed an finitæ litis hæc ſit exceptio, ſeu eius ingreſſum impediat? Et dicendum eſt, non impedire: quod hîc probatur, dum lex ait, reſidui petitionem repellere: ergo expectanda eſt litis conteſtatio, cùm antè non dicatur
26 petitio[g]: † exceptiones verò finitæ litis ante conteſtationem opponuntur, ne tædia litis ſubire quiſquam cogatur, quam iam finitam apparet[h]:
27 † quandoque tamen ex pacto nudo oriens exceptio, huiuſmodi litis ingreſſum impedit, vt ſi liti pacto renuntiatum ſit[i]: fauore enim extinguendarum litium, inſtar tranſactionis habet talis cōuentio[k]. Idem ſi pactum non agendi iureiūrando confirmatum ſit, vt aliqui exiſtimarūt[l]. Idem ſi manifeſtè de eo conſtet, puta documento publicò; aduerſus quod nihil probabile aduerſarius alleget[m]. Idem cenſuit Socinus in huius legis caſu, vt pacti natura propter ſolutionis, quæ in parte adfuit, adiunctionē, mutetur[n]: quæ ſententia meritò ab omnibus reprobatur, tum ex legis noſtræ verbis, tum quia nec ipſa quidem ſolutionis exceptio litis ingreſſum impedit, niſi cùm confeſtim probari poteſt[o]. Sed & cùm pars pacto remiſſa, à parte ſoluta ſeparata ſit, vtraq; proprio iure cenſeri debet[p].

a l. iuriſgentiū. §. prætor. ff. eo.
b d. l. j. §. diuus.
c l. verum. leg. ambo. de compen.
d l. cū ex filio. ff. de vulg.
e l. j. §. de ſuffr.
f l. ſi vnus. §. pactus. ff. eod.
g l. amplius. ff. rem rat. hab.
h c. j. de litis conteſtat. in 6.
i d. l. prox.
k l. trāſacta. ff. de verb. ſign.
l l. ait prætor. de iureiur.
m c. quoniā. de fil. presbyt. Bar. l. cum quærebatur. ff. iud. ſol.
n arg. l. qui patri. de acq. hær.
o Bart. d. l. cum quærebatur. ff. iud. ſol.
p l. Ariſto. ff. de donat.

rio[a] liberatus es: nā exceptio perpetua pacti conuēti vel doli, reſidui petitionem repellit, cùm & ſolutum per ignorātiam repeti potuiſſet. PP. VII. Cal. Aug. Romæ Anton. A. IIII. & Balbino Coss.

## LEX VI.

1 *Conſtitutio præſens ſeptem ſpeciebus declarari poteſt.*
2 *Prima ſpecies huius conſtitutionis eſt, quoties reprobatur pactum, quia ſit contra bonos mores.*
3 *Varia huius ſpeciei exempla. & num. 4.5.6.7.8.*
9 *Secunda ſpecies huius legis eſt, cùm pactum reprobatur, quia ſit contra ius publicum.*
10 *Ius publicum dicitur quatuor modis.*
11 *Exempla ad hanc ſecundam ſpeciem adaptata. & num. 12.13.14.15.16.17.18.*
19 *Probatio eſt iuris publici, nec poteſt iurato pacto tolli.*
20 *Tertia huius conſtitutionis ſpecies eſt, cùm quid principaliter fauore priuato, & conſequenter in publicam vtilitatem inductum eſt.*
21 *Exempla ad hanc ſpeciem.*
22 *Iuramentum an tales contractus firmet, per ſe aliàs inualidos.*
23 *Quarta ſpecies eſt, cùm lex obligantis tantùm fauore pactum prohibet: nam & tunc iure nullum eſt.*
24 *Exēpla quartæ ſpeciei.*
25 *Tales contractus iuramento confirmantur: fallit tamen, vt num. 26.*
27 *Quinta ſpecies eſt, cùm lex pactum reprobat propter varias ciuiū vtilitates.*
28 *Exempla huius ſpeciei. & num. 29. 30. 31.*
32 *An tales contractus firmentur iuramento.*
33 *Confeßio mariti etiam iurata, quæ ſe in teſtamento aliquid accepiſſe ab vxore atteſtatur, fidem non meretur.*
34 *Inſinuatione donationis excedentis 500. aureos, omiſſa, an iuramento confirmetur donatio.*
35 *Donatio, quæ naſcentibus filijs reuocatur, an etiam reuocari poßit, ſi iurata ſit.*
36 *Sexta ſpecies ad hanc legem eſt, cùm pactum in odium creditoris à lege reprobatur.*
37 *Exempla ad hanc ſpeciem.*
38 *Tales contractus nec iuramento quidem effectu firmantur.*
39 *Contractus dolo malo celebratus, an ſit inualidus.*
40 *Quid in contractu per metum inito.*
41 *Iuramentum contractui dolo inito accedens, nullum eſt.*
42 *Si contractus metu initus ſit, & iuratus, petetur abſolutio.*
43 *Idem ſi re ipſa fraus adfuerit, quia concedetur iuramenti abſolutio.*
44 *Septima ſpecies huius legis eſt, cùm contractus improbatur, quia in re, materia, vel forma peccat.*
45 *Exempla ad hanc ſpeciem. & num. 46.47.48.*
49 *Ex his contractibus, quibus lex occurrit, obligatio naturalis regulariter non oritur.*
50 *Exceptiones ad prædictam regulam. num. 51.53.54. vſq; ad finem.*
52 *Pupillus an & quomodo citra autoritatem tutoris obligetur.*

## LEX VI.
### IDEM AVGVST.
*Baſiliæ.*

Pacta, quę contra leges cōſtitutionésque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris eſt. PP. Calend. Auguſt. ijſdem Coss.

PACTA QVAE CONTRA.) † Conſtitutio hæc, quæ generaliter loquitur, varijs in ſpeciebꝰ declarari poteſt: hæ ferè ſeptem referuntur[q], quarum prior eſt, † quoties reprobatur pactū, quia aduerſus bonos mores, † vt cū de futura ſucceſsione tractamus, ſubeſt enim captandæ mortis votum[r]: vel cùm pacto libera teſtandi facultas diminuitur[s]. Idem de matrimonio, quod lex non ſinit vllo prorſus nexū impediri[t]. † Huc pertinet & quòd obligatio ob delictum perpetratum vel committēdum nulla eſt[u]. † Sicut & ſi coniuges conueniant, vt ſupraq̃ facere poſſint, exigātur: inhumanum enī id pactum eſt inter eos, qui iure naturali mutuā ſibi reuerentiam debent[x]. † Aduerſus quoq; bonos mores eſſe eam pactionem Angel. exiſtimauit[y], qua iuueni amatori citharœdus matutinas cantiones ad puellæ fores promiſit: † idemque Picus de aleatorū quibuſdā actionibus refert[z]: itemque his, qui viduas nubentes adigunt, vt bigamij nomine ſportulam promittant: cuius conſuetudinis, & Apuleius in Apologia meminit.

q Bart. l. ſi quis pro eo. de fideiuſ.
r l. fin. §. eod.
s l. ſtipulatio hoc modo. de verb. oblig.
t l. Titia. eo. tit.
u l. ſi plagij. l. generaliter. eo. tit.
x l. alia. §. elegiter. ff. ſol. matr.
y l. itē. §. meminiſſe. de iniur.
z auth. alea. §. de relig.

† Idem ego arbitror in his, qui in bello inter Chriſtianos quod pluſquàm ciuile eſt, quia omnes in CHRISTO fratres ſumus[a]) captos ab alio milite emunt, vt ad duriorem redemptionis mercedem cogāt[b]: huiuſmodi enim mangonium non multum à plagio diſtat, & contra bonos mores eſt[c]: dubium autem non eſt, quin pacta aduerſus bonos mores conuēta, nec iuriſiurandi quidem religione cōfirmari poſsint[d].
9 † Secunda ſpecies eſt, cùm pactum ideò reprobatur, quia aduerſus Ius publicum ſit.
10 † Id quatuor modis accipitur: quandoque pro coniunctione ſanguinis[e]: quandoque pro eo iure quod principaliter fauorem publicum reſpicit, vt quòd delicta puniantur[f]: quandoq; pro iure, quod ad fiſci vel reipubl. vtilitatem pertinet[g]: quandoq; pro eo iure cui ſpecialis forma vel ſolennitas tradita eſt[h]: ſeu clauſula addita ſit, pactionem infirmās, ſi ſecùs fiat[i]: omnibus enim his caſibus ius publicum dicitur, aduerſus quod celebrati contractus nullius ſunt
11 roboris[k]: † vt cùm ſacerdotes paciſcuntur, vt ſub prophano iudice conueniri poſsint[l]: vel dominus fundum abſque colonis, adſcriptiiſue alienet[m]: item ea, quæ affixa ſunt, ipſi domui, pacto transferre in alium, ciuitatemque, quod in ſe eſt,
12 deformare velit[n]. † Idem ſi quis pacto prorogare inſtantiam nitatur[o]: vel ſi quis paciſcatur, ne opus nouum ex cauſa publica nuntiare poſsit[p]: vnde & receptum eſt, non poſſe partes paciſci, vt iudex ſummariè & de plano procedat, id enī ad ius publicum pertinet[q].
13 † Sicut nec conuenire poſſent, vt qui intra certum terminum non ſoluerit, excommunicatus, ſacerque cenſeatur[r]: nec vt quis non monitus, aut citatus in carcerem manu ſibi iniecta abducatur[s]: nec vt debitor, irrequiſito iudice, detrudi in neruum poſsit[t], lex
14 enim aliam executionibus formam dedit[u]. † Sic & pactum aduerſus religionis legem non valet, vt cùm is, qui in monachorum albo nomē dedit, vel Auguſtinenſis ſodalis, aut lignipes factus eſt,
15 ſibi peculium proprium pacto reſeruauit[x]. † eadem ratione nec pactum valere traditū eſt, quo quis eum, qui hoſtis patriæ ſacrata lege proſcri-
16 ptus eſt, non offendere promiſit[y]. † Sic pacta tutorum, interdicti matrimonij cauſa[z]: ſic litigatorum potentioribus factæ ceſſionis reiiciuntur[a]: nam & non carent hæc delicti præſumptione[b].
17 † Idem in patre, qui conuenit, ne filium ſi inopia prematur, alere teneatur[c]: vnde & ſi is, q ſuper alimentis teſtamento præſtandis tranſegit[d], veriſimiliter fame laboraturus erat, aduerſus iuratam quoque renuntiationem admittetur: hoc enim caſu, pactum etiam aduerſus ius naturale eſſe quidam arbitrantur[e]. Ideò autem prædictis caſibus non valet conuentio, quia iuri, quod pro ſe introductum non eſt, renuntiare quis non poteſt[f]: vnde ne hoc quidem caſu iuramentum ipſum valet, aut pactionē confirmat[g].
18 † Huc pertinent & contractus, quibus ſolennitati proba-
19 toriæ derogatur: † iuris enim publici eſt probatio, quæ nec iurato quidem pacto tolli poteſt[h]: quapropter valere legem municipij, nec ei derogari priuata pactione poſſe Paul. Caſtren. reſpondit[i], qua cautum erat, ne inſtrumento iuſiurandum continenti fides vlla præſtaretur, niſi certa
20 ſolennitas adfuiſſet. † Tertia ſpecies eſt, cū quid principaliter fauore priuato inductū eſt, & conſequenter in publicam vtilitatem vergit: nam & tunc contra huiuſmodi iura celebrata conuen-

f gl. d. l. ij. de agr. & cenſ. g d. l. ius publicum. h Paul. conſ. i dicta l. non dubium. §. de legibus.

a xj. quæ. iij. ad menſam.
b l. inuitus. ff. de fideicō. lib. l. j. §. de epiſc. aud.
c arg. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. Sal. l. apud hoſtes. §. de cap.
d c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6.
e l. ius agnationis. ff. e.
f l. ita vulneratus. ad leg. Aquil.
g l. iuriſgēt. §. ſi paciſcar. ff. eod.
h l. nemo. de legat. j. l. prolatā. §. de ſent.
i gl. l. ſi diuo. ff. de ritu nupt.
k l. ius publicum. ff. eod.
l c. ſi diligenti. in fi. de for. cōp.
m l. ij. vbi gl. l. quemadmodū. Cod. de agri. & cenſib. lib. xj.
n l. ſenatus. de contrah. empt. l. cætera. §. pen. de leg. j.
o l. properandum. §. & ſi quidem. §. de iud.
p l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. ff. e.
q gl. Clem. ſæpe. ver. neceſſario. de verb. ſig.
r c. ſacro. de ſen ten. excō. Alex. d. l. alias. §. j.
s Bal. conſ. 49. in j. Arct. d. l. nemo.
t Dd. d. l. alia. §. j.
u l. ob æs. §. de act. & oblig.
x Dd. auth. ingreſsi. §. de ſacr. ſanct. eccl. Bald. conſ. 116. quæritur in j.
y Bar l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Iaſ. in l. iuriſg. §. ſi paciſcar. ff. eo.
z l. j. §. de interdicto matr.
a §. ne lic. po. l. j.
b Dec. l. iura. de reg. iur. (trāſa.
c l. cum hi. de
d Fed. de Senis conſ. 60. Imol d. c. cum cōtingat.
e c. ad apoſtolicam. de reg. & monū. in ij.



tio nullius eſt roboris[x]: † vt cùm mulier fundum dotalem aduerſus legem Iuliam alienat[l]: hîc enim fauor eſt priuatus mulieris, cuius ſequela eſt dos, quia expedit reipublicæ mulieres eſſe dotatas[m], meritò talis cōtractus ipſo iure erit nullus. Idemque dicendum in ſimilibus caſibus, vt cùm lex id quod priuatam vtilitatem principalius reſpicit, ad ius publicum vult pertinere[n]: † accedentē tamen iuramento, propter ius canonicum aliqui exiſtimarunt confirmari contractum: alij contrà, iuramentum quidem ſeruandum, tametſi adhuc contractus ſit nullus, quorum ſententia mihi hoc caſu videtur receptior, vt quā Vincent. Ioan. Andr. Lign.[o] Cald. Butr. Angelus Raphaël, Faber, Portius, Paulus, Eleazarus, Anchar, Iaſon, aliique probarunt[p]: lex enim ſimpliciter ſeruari iuramentum iubet, vnde alia ſententia ſequenti ſolùm caſu obtinere poſſet. † Quarta ſpecies eſt, cùm lex publicæ vtilitatis, nec in conſequētiam quidem meminit[q], ſed obligantis ſe fauore pactum prohibet: nam & tum quoque contractus eſt nullus[r]: † vt cùm mulier aduerſus ſenatuſconſultum Velleianum fideiubet[s]. Idem ſi aduerſus municipij ſui legem, abſque agnatorum conſenſu, obligari velit[t]. Sic & prodigus, cui bonis interdictum eſt, ſi alienet, nihil agit[u]. Sic pupillus vel minor abſque tutoris vel curatoris autoritate obligari nequit[x]. † confirmantur tamen huiuſmodi contractus iuramento, idque communi ſententia proditum eſt, † niſi tali iuramēto iudicium abeſſet[y], vt in prodigo, vel pupillo, quod ego ex frequentiori ſentētia arbitror, etiam ſi doli capax, proximusq; pubertati ſit[z]. Sunt & qui tum abfuiſſe cenſeri exiſtiment, cùm enormis læſio inde prouenit[a]. Addit Bar. idē eſſe, ſi lex perſonæ contrahentis reſiſteret[b]: tali enim caſu non ſimpliciter conſulere contrahēti, nec eius particularem fauorem perpendere cenſetur, ſed publicam potius vtilitatem: & qui aduerſus huiuſmodi præceptum facit, contemnere legem videtur, & rem illicitam illicito quoque modo facere, vnde peccat[c], meritò tale iuramentum pactionem non confirmat[d]: quam ſententiam probabilem cenſeo, licet plerique diſſentiant[e]. † Quinta ſpecies eodem quo præcedens iure diffinitur, cùm ſcilicet lex pactionem reprobat, propter varias ciuium vtilitates: † quapropter tranſactio ſuper alimentis, ex teſtamento in futurum pręſtandis, non valet[f], ne vana futuræ opulentiæ ſpe quiſq̃ allectus, aduerſus teſtatoris mentē, præſenti pretio, vel leuiſsimo accepto, magnæ vtilitati renuntiet. † Sic & tranſactio, nō viſis verbis teſtamenti, nō valet[g], tū in odium teſtamētarias tabulas ſupprimentium, tū q, omnium interſit, ſuprema iudicia ex mente defunctorū exitū habere[h]. † Sed & fideiuſsio, à marito vxori dotis reſtituendæ, vel conſeruandæ cauſa data, nullius eſt momēti[i], ne perfidia in matrimonio generet, videaturq; mulier magis extraneo fideiuſſori credere, q̃ marito. Quid item ſi maritus impudicitia vxoris conniueret, dum fideiuſſori dormit? doctus ſcilicet, vt inquit Iuuen. vigilanti ſtertere naſo: q̃ caſu prohibitio hæc ad primā ſpeciē pertineret. † Sic pactio, ne quis cedere bonis poſſit, nō valet, ne diutino carceris pædore quiſq̃ afficiatur[k]. Sic donatio inter virū & vxorē ꝓhibet, ne mutuo amore inuicē ſe ſpolient, & matrimonia venalia fiāt: néue inuicē ſe blanditiis captēt[l]. † Sed nū ſaltē confirmabitur iuramēto? & Iaſ. hîc ex cōmuni ſententia oſtendit confirmari: q articulus maximè controuerſ

L. 6. Pacta quæ.
21
k Inſt. quib. aliē. non lic. in prin.
l l. j. ff. ſol. mat.
22
m Bar. d. l. ſi quis pro eo. ij. caſu. Arct. conſ. 2. col. fin.
n in d. c. cū contingat.
o Ang. conſ. 16. Butr. Fel. c. ij. de maior. & obed. Bar. conſ. ij. in j. Mod. d. auth. ſacramenta.
23
p l. ij. in fin. ad municip.
q d. l. nō dubiū.
r l. ij. ad Vell.
24
s Fel. in d. c. ij. de maior. & obed.
t Dd. l. ſi is cui. de verb. oblig.
25
26
u l. pupillus. l. obligari. de autorit. tut. l. ſi curatorem. §. de reſtit. in integ.
x c. at ſi Chriſtus. de iureiur.
y Dd. in auth. ſacramenta.
z Dec. cōſ. 180.
a Bar. dicta l. ſi quis pro eo.
b d. c. ij. 2. qu. 3. qui reſiſtit.
c c. intellecto. de iureiur. gl. c. licet. eo. tit. in 6.
27
d Alex. conſ. 27. col. pen. vol. j.
28
e l. cum hi. ff. de tranſact.
f l. de his. ff. de tranſact.
29
g l. j. quemadmod. teſt. aper.
30
h l. vel negare. ff. eod. tit.
i d. l. j. & ſeq. §. ne fid. do.
31
k Bart. d. l. aliās. §. eleganter.
l l. j. & ſeq. de don. int. vir. & vxor.
32

trouerſi eſt iuris, & totidem ferè ſunt, qui negẽt,
quot qui aiant. Ego iuramentum quidem valere
arbitror, ſed concedendam abſolutionem, tan-
quam hic caſus ad ſequẽtem ſpeciem pertineat:
lex enim odio perſequitur accipientem, non au-
tem fauet danti [a], & ideo nec contractum confir-
33 mari exiſtimo [b]. † Illud etiam receptum eſt, cõfeſ
ſionem mariti quamuis iuratã, qua in teſtamen-
to ſe aliquid recepiſſe ab vxore atteſtatur, fidei fa
ciendæ non ſufficere [c]: cenſetur enim in frau- A
dem legis facta: nec iuramento confirmatur, q͂d
cùm aſſertiuè de re iam geſta prolatum ſit, periu-
34 rium potius cenſetur. † Huc ſpectare & illud vi-
detur, quòd donatio ſupra quingentos aureos,
niſi inſinuata fuerit, nullius eſt momenti [d]: quod
fauore donantis conſtitutum videtur, ne facilè
decipi poſſit: & ideo ſi is iuratus promiſerit, eius
inſinuationis cauſa litem non mouere, quod ad
eum attinet, confirmabitur donatio, vt crebriore
ſententia receptum eſt [e]; ſimplex verò iuramen- B
tum, ad ſuperuenientem inſinuationis (quæ ex
lege municipij intra certum tempus requirere-
tur) defectum extendi non debet [f]: & ideo dona-
tor, qui id allegaret, non aduerſus pactum ſuum
intendere, ſed partis negligentiam arguere vide-
retur, audienduſque eſſet: atq; ita non pauci re-
ſponderunt [g]. Ego inſinuationem in monumen-
ta publica neceſſariam arbitror, ne quis temerè
in tantam profuſionem prorumpat, & ne facilè
confingi falſæ donationes poſſint, & ne quis clã C
facta donatione creditores etiam futuros frauda
re poſſit [h]: & ideo reſpectu creditorum, quorum
probabilis eſt ignorantia, nec iuramentum qui-
35 dem vllius eſſe effectus [i]. † Sed quid de donatio-
ne, quæ naſcentibus deinde filiis reuocatur [k], an
idem ſi iurata ſit? Et receptius eſt non reuocari [l]:
non enim fauore filiorum infirmatur, vt quidam
crediderunt [m], ſed ex coniectura, quòd mens do-
nantis non fuerit, in talem caſum donaſſe [n]: vn-
de lex dominium rerum alienatarum patri reſti- D
tuit, qui de eis arbitratu ſuo diſponere deinde
poteſt: quod tamen in donationibus inofficioſis
ſecùs eſt, quæ non niſi vſque ad legitimam reuo-
VI. cantur [o]. † Sexta ſpecies, cũ pactio in odium cre-
36 ditoris à lege reprobatur †, vt lex commiſſoria in
37 pignoribus [p], vt promiſsio vſuras ſoluendi [q], vt
mutui obligatio à filiofamil. aduerſus S. C. Ma-
cedonianum contracta [r]. Idem in officiali, cui lex
38 durante magiſtratu, ne cõtrahat, ꝓhibuit [s]: † adeò
enim huiuſmodi pacta ſunt irrita, vt nec iuramẽ- E
to quidem effectu confirmentur: ſed abſolutio
peti, deinde res, tanquam ſine cauſa apud credi-
torem ſit, condici poſſet [t]: cùm enim contractus
non confirmetur, apparet cauſam non ſubeſſe,
meritò repetitioni erit locus: quod intelligendũ
aduerſus creditorem, qui peccauerit, ne ſcilicet
peccato fomentum religio præbere videatur [u].
39 † Sed quid in contractu, qui dolo malo celebra-
tus ſit? Et videretur nullius momenti, tanquam
contra legem, vt hîc dicitur: ſed tamẽ noſtra con F
ſtitutio de his pactis loquitur, quorum ſubſtan-
tiam lex reprobat: at dolus quædam qualitas eſt
conſenſui accedens [x], quæ contractum quidem
bonæ fidei, tanquam eius ſubſtantiæ repugnans,
ipſo iure infirmat [y], ſtipulationem verò non niſi
40 reſciſſoriæ actionis remedio [z]. † Quod & in metu
dicendum: eſt enim qualitas, quæ ſubſtantiam
conuentionis ſtatim non perimit, ſed reſtitutio-
41 ne demum impetrata [a]: † ſi tamen dolo inito con
tractui iuramentum acceſſiſſet, ipſo iure erit ſemi

a l. ſi ſpõſus. in fin. eod. tit.
b Bal. c. cũ contingat. in fi. Car. Clem. j de iur. i. Paul. conſ. 64. ... per iſto. Curtius conſ. 202.
c Bart. l. cũ quis decedens. §. Titia. de leg. iij. Decius conſ. 202.
d l. ſancimus. ꝯ. de donat.
e l. Modeſtinus. de donat. & in dict. l. nemo poteſt.
f c. cum inter P. extrà. de renun.
g Cur. conſ. 66. Crotus d. l. nemo.
h l. donatio ſiue. l. data. ꝯ. de don. Bartol. d. l. Modeſtinus.
i d. c. cum contingat. Aretin. conſil. 157.
k l. ſi vnquam. ꝯ. de reuoc. don.
l Dd. c. fi. de do. inter vir. Alex. conſ. 30 in 3.
m Curt. conſ. 1.
n Bar. l. Titia. §. Imperator. de leg. ij.
o l. j. ꝯ. de inoffi. donat.
p l. fin. ꝯ. de pactis. pig. c. ſignificante. de pig.
q c. debitores. de iureiur.
r l. j. ad Maced.
s l. non licet. ff. de contr. empt.
t l. ſi. ff. de cond. ſi cau.
u Abb. & Imo. d. c. cum contingat.
x Bal. l. non dubium. 7. opp. ꝯ. de legib.
y l. elegãter. ff. de dolo.
z l. dolo. ꝯ. de in util. ſtipul.
a gl. l. j. ff. quod met. cau.

per nullum [b], quòd ſcilicet in religione ſemper
42 bona fides neceſſaria ſit. † quod ſi metus interue-
nerit, petenda regulariter erit abſolutio [c]: quod
& eo caſu in dolo traditum eſt, quo non adeò ma
gna eſt fraus, vt conſenſum veriſimilem omnino
43 excludat [d]. † Quid quando re ipſa fraus adfuerit,
vt quia debitor, qui iurauit, enorme damnũ ſubi-
ret? Et concedendam abſolutionem pleriq; tra-
diderunt [e], quia ſcilicet non multum intereſt, ex-
A preſſo dolo, an re ipſa quis circunuentus ſit [f]: qua
tamen in re multum arbitrium iudicis valebit, q
& damni enormitatem rectè perpendat: non vi-
detur tamen grauiter læſa, quæ modico præmio
hæreditati patris renuntiauit [g], cùm ſolam ſpem
repudiauerit, quæ infinitis caſibus ſubiicitur.
VII. † Septima ſpecies, cùm cõtractus à lege reiicitur,
44 quia in re vel materia, vel forma peccat: & ſi huic
probationi adiuncta quoque ſit iuris publici cau
ſa, dubium non eſt, contractum nõ valere, nec iu-
B ramento confirmari: † vt cùm quis rem ſacrã, vel 45
publicam promittit [h]: exiſtimatur enim impoſsi
bilis promiſsio, quia huiuſmodi res extra com-
mercia hominum ſunt [i]. Idem in eo, qui de pur-
pura, vel ſerico, vel frumẽto militari paciſcatur [k].
Si verò pactio contra publicam vtilitatem nõ ſit,
adhuc contractus nõ valet: † vt cũ aliquis ſciens 46
rem furtiuam emit [l], vel cùm contractus in con-
ſenſu peccat: is enim materiam reſpicit [m]: qua-
propter contractus ſimulati iuris, effectum nõ ha
C bent. Sic etiam tranſactio poſt rem iudicatã nul-
la eſt [n]: quia eius materia ex ambiguitate, incer-
titudineque conficitur [o]: quæ per rem iudicatam
extincta eſt. Sic exceptionis non numeratæ pecu
niæ renuntiatio nullius eſt effectus, quia ſub fidu
cia futuræ numerationis factam lex præſumit [p].
† Ad hãc ſectionem pertinet etiam donatio, quã 47
filiofamil. pater facit [q]: iuris enim noſtri regulis
aduerſatur: nec in quo materia conſiſtat habet:
non enim inter patrem & filium obligatio ciui-
D lis oriri poteſt [r], & res filio data, incontinenti rur
ſus patri acquireretur [s], quod etiam accedente iu
ramento procedere Paul. Caſtr. Fulg. Cornæusq;
cenſuerunt [t], licet aliis reclamantibus [u]. † Idem 48
dicendum de contractu, cuius forma à lege tra-
dita neglecta fuerit, non enim valere poteſt: vt ſti
pulatio in qua ad rogatum rectè reſponſum non
ſit [x]: vt fideiuſsio in duriorẽ cauſam facta, quàm
principalis allegaretur [y]: propter iuramentum
tamen ſuſtinerentur huiuſmodi pactiones, qua-
E tenus minimè limitatus conſenſus extẽdi vi ver-
borum poſſet [z]. † Sed nunquid ex hiſce contra- 49
ctibus, quibus lex occurrit, obligatio ſaltem natu
ralis oriatur? Et hîc apparet, nullius eſſe momen
ti: cuius rei illa eſt ratio, quia iure naturali quili-
bet legi ſuæ parêre debet [a], vnde talis obligatio
aliam ex conſenſu orientem perimit, vel ſaltem
effectu extinguit: meritò igitur huiuſmodi caſi-
bus nec fideiuſſor quidẽ accedere poteſt [b]. † Non 50
tamen id perpetuum eſt, ſed quandoque natura-
F lis obligatio oritur, vt cùm nõ occurſu legis, ſed
ratione aliqua ciuili contractus impeditur, velu-
ti cùm pater filio donat, ſubeſt eñ naturalis obli
gatio [c]. † Idem cùm pupillus citra autoritatem 51
tutoris obligatur, impeditur enim ſolùm ex vi &
poteſtate, quam in caput ſuum tutor lege xij. Ta
bularum habet, vel habere debet [d]. † Ego tamen 52
aliter diſtinguendum cenſeo, & nec naturaliter
quidem ex conſenſu pupillum obligari, propter
prohibitionẽ legis arbitror [e]: rei verò acceptio-
ne ita demum obligari [f], ſi nullo damno inde af-
ficiatur,

b Bal. d. §. juſiuramẽta. in fin.
c c. j. c. verum. de iureiur.
d Abb. & Imo. d. c. cum contingat. in not.
e c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. Soc. conſ. 263. Corn. 214. in 3. Barb. in 2.
f l. ſi quis cum aliter. de verb. obl. l. ij. §. ſi quis ſine. de dol. exc.
g c. quãuis. de pact. in 6.
h l. inter ſtipul. §. ſacrã. de verb. oblig.
i l. apud. §. fin. ff. de leg. j.
k l. j. cum ſeq. ꝯ. quæ res venu.
l l. ſi in emptione. § ij. de cont. empt.
m l. ij. & iij. ꝯ. plus val. q͂d agi.
n l. elegãter. §. ſi poſt. de cond. indeb.
o l. j. de tranſactionib.
p l. fin. ꝯ. de non numer. pec.
q l. ij. ꝯ. de inoff. don.
r l. frater. de condict. ind.
s l. placet. de acquir. hæred.
t Paul. conſilio 345. ca. bo. Fulg. 199. Cor. 238. in j.
u Dec. conſ. 239.
x l. j. §. ſi quis ita. de verb. obl.
y l. græcè. §. illud. de fideiuſ.
z l. cum pater. §. filius matrẽ. de leg. ij.
a l. veluti. de iuſt. & iur.
b l. cum lex. ff. de fideiuſſ.
c d. l. frater.
d Bart. l. j. ff. de nouat.
e l. quod pupillus. de cõd ind. & l. inter aũ. c. t.
f l. pupillus. de act. & oblig.



ficiatur, ſiue propter rem ſibi uice mutua lega-
tam [a]: ſiue quia iam uetus obligatio ſubeſſet, de
qua nouanda agatur [b]: vel niſi locupletior ſit fa-
ctus [c]: videtur autẽ locupletior factus, & qui mũ
tuũ perſoluit, nec enim aliàs veriſimile eſt ſolu-
turum [d], ideoq; nõ
53 repetit [e]. † Eũ quo-
que qui fideiuſſorẽ
dederit, quod ad il-
lum attinet, natura-
liter teneri lex in-
terpretatur: fideiuſ-
ſori enim imputandum eſt, ſi non curauit vt lo-
II cupletior ex mutuo fieret [f]. Cæterùm obligatio
naturalis & eo caſu oritur, quo tutor uel curator
fundum minoris alienat [g]: oratio enim diui Se-
ueri non obligationi aut contractui, ſed ſoli exe-
cutioni, id eſt, translationi dominij reſiſtit, per
interdictionẽ ſcilicet adminiſtrationis futurum
tempus reſpicientem [h] (præterea interdicã, in-
54 quit, tutoribus, &c.) † Cui non abſimile, & quod
de marito fundum dotalem alienante dicitur:
obligatur enim naturaliter [i], quia translationẽ
dominij fauore vxoris principaliter lex impe-
III dit, non illius [k]. Tum quoq; non impeditur obli
gatio naturalis, cùm lex contractum ex pòſt fa-
cto tantùm infirmat: vt cùm inſtrumẽta, inquit,
donationum intra ſemeſtre inſinuẽtur, aliàs nõ
IIII valeant [l]. Sed & ſi lex ſolùm actioni, aut petitio-
ni aduerſetur, ex vi verborum apparet, obliga-
tionẽ non impediri [m]: vt ſi dicat, ex tali cõtractu
nec actio, nec petitio detur [n]: tunc enim ſola ex-
ceptio videtur cõcedenda, pręterquàm vbi aliàs
iure communi nec actio quidem daretur [o], eo ca-
V ſu ipſo iure actor reijceretur [p]. Tandem & illud
conſtat, cùm lex contractum nõ agnoſcit, id eſt,
nec adſiſtit, nec reſiſtit, non impediri naturalem
obligationẽ [q]: tali enim caſu, qui contrahit, nihil
aduerſus legem facit: alij uim in verbis perpen-
dunt [r], quod non probo.

a l. in numerationibus. de ſolut. l. ſi pupillus. ad leg. falc.
b d. l. j. de noua.
c l. iij. commo. l. pupillus. de autor tut.
d l. cũ illud. §. j. quando dies leg. ce.
e l. ſi eius. ff. ad Treb. d. l. ſi pupillus.
f l. fin. ff. de iure iur.
g l. & ſi is quẽ prædium. ꝯ. de præd. min.
h l. j. ff. de rebus eo.
i Bar. d. l. cũ lex.
k l. iij l. ſeq. ff. de fund dot.
l gl. l. vniuerſa. C. de precibus Imp. offe.
m l. j. §. j. ad Velle. l. j. ad Macedon.
n l. j. in prin. vbi Dd. ff. ad Tre.
o l. ti. ꝯ. qui et ad quos.
p Bart d. l. cum lex.
q l. ſtip. iſta. §. alteri. de verbo. oblig.
r Bar. l. j. de nouat.

## LEX VII.

### IDEM AVG. *Maximo.*

A DEbitori tuo ſi hæres extitiſti, actio, quã contra eum habuiſti adita hæredi-

## LEX VII.


1 *Caſus poſitio ad hanc l. Eiuſdem deciſio. & nu. 3. 5.*
2 *Conditio dicitur ea qualitas, qua aliquid condi, id eſt, fieri actum eſt.*
4 *Extenſio ad hanc l.*
6 *Cur hæc l. non concedat actionem in factum pro executione ſententiæ.*
7 *Non referre in noſtra ſpecie, expreſſum vel tacitum ſit pactum.*
8 *Si actum ſit vt tibi relinquatur hæreditas, ergò & onera eiuſdem ad te pertinent.*
9 *Creditor hæres, alteri hæreditatem à ſe aditam tradens, an ab eo poſſit conſequi ſui debiti ſolutionem. & num. 10.*
11 *Accurſij opinio hoc caſu reiecta.*
12 *Quoties creditor debitori ſuccedit, actio confunditur, nec ampliùs competit.*
13 *Fallit in eo, qui rei vend. aut Seruiana conuenire defunctum poterat.*
14 *Fallit item in pignore, quod ab extraneo poßidebatur, cui creditor ſucceßit.*
15 *Secùs in pignore ab ipſo debitore poſſeſſo.*
16 *Fallit porrò, quoties hæreditas penes creditorem non remanet, ſed abſq; eius culpa, et facto apud aliũ eſt.*
17 *Fallit ob mendacium poſſeſſoris.*
18 *Fallit cùm hæredi ſcripto euicta eſt hæreditas ob inoſſicioſum teſtamentum.*
19 *Fallit ſi hæres inuentarium conſcripſerit.*
20 *Exempla ab Alex. adducta reprobantur. & nu. 21.*
21 *Fallit etiam quando hæreditas creditori in pœnam aufertur.*
23 *Creditor ſuccedens debitori, etiam non confecto inuentario, retinere poteſt quod ſibi debebat defunctus.*
24 *Fideicõmiſſum uires hæreditatis excedere nõ debet.*
25 *Filius hæreditatem patris iuſſus reſtituere, poteſt dotem matris, & ſuam legitimam retinere, etiã non conſcripto inuentario.*
26 *Non ſolùm erga fideicõmiſſariũ deductio hæredi permiſſa eſt, ſed etiam actio illi datur, ſi ſoluerit.*
27 *Si creditor fideiuſſori debitoris ſuccedat, vel alteri ex duobus reis promittendi, an confundatur actio.*
28 *Perẽpta principali obligatione, et fideiuſſoria tollitur.*




L. 7. Debitori.

B DEBITORI.) † Titij, qui centum 1
mihi ex vendito debebat, aditam
à me hæreditatẽ, Sempronio, quẽ
de ea mecum litigantem ſupera-
ueram, tradidi, ea conditione, vt
tam mihi, quàm cæteris creditori-
bus hæreditarijs ſatisfaceret: quam conuentio-
nem cùm Sempronius minus obſeruet, quęritur
quomodo mihi ſubueniatur: num ex vendito,
C qua mihi actione defunctus tenebatur? Sed id fie
ri non poteſt: cùm enim hæreditatem illam adi-
ui, ſtatim ea actio cõfuſione extincta eſt, alioqui
idem fuiſſem & debitor, & creditor [a]. Num con-
dictione indebiti? tanquam traditio cõditiona-
lis fuerit, propter illa verba, ea cõditione vt tam
mihi [b], &c. Sed & id falſum eſt, † quia conditio 2
qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id eſt, fieri
actum eſt: vnde non ſolùm adiunctionem in fu-
turum euentum diſpoſitionis ſuſpenſiuam ſigni
D ficat [c], ſed etiam onus [d]: quandoq; modum [e], ali-
quando tenorem, aliquando pactum [f], & ſimilia
ex ſubiecto argumento intelligenda: hîc autem
apparet de onere potius ſeu grauamine agi. † Ve
rius eſt igitur, ſi promiſsio pacto nudo facta ſit, 3
præſcriptis verbis agendum eſſe [g]: rei enim tra-
ditione fomentum accepit [h]. † Idem ſi res penes 4
Semproniũ erat, & eum acceptilatione liberaui,
huiuſmodi enim remiſsio inſtar traditionis eſt [i]:
ideò hoc quoq; caſu pręſcriptis uerbis agi pote-
E rit. † Si verò ſtipulatio acceſsit, ex ſtipulatu agen 5
dum: incertum enim eſt promiſſum [k], ſiue reſpe-
ctu aliorum creditorum, quibus dari ſtipulatus
ſum [l], ſiue reſpectu mei, qui non dari mihi certã
ſummam, ſed ſimpliciter ſatisfieri uolui [m]. † Sed 6
cur lex quoq; non concedit, vt actione in factum
pro executione ſententiæ agam [n], excipientiq;
propter traditionem Sempronio de dolo malo,
quia pactum non obſeruet, replicem [o]? Et rece-
ptum eſt, reſtitutione mihi ſemel à Sempronio
F uel traditione à me illi facta, ab actione iudicati
eum liberatum [p], nec ſuſcitari amplius extinctã
actionẽ [q], maximè cùm aliter ſuccurri poſſit, nẽ-
pe actione præſcriptis verbis, ex pacto oriente.
Quòd ſi traditio nulla facta proponatur, tũc præ
ſcriptis verbis actio dari nõ poteſt, ſed ex ſenten
tia tantùm agi poterit, & reo excipiẽti, ex pacto
replicabitur. † Nec refert expreſſum an tacitũ ſit 7
pactũ: vt ſi hęreditas penes Sempronium erat, &
eo victo pactus ſum hæreditatẽ illam nõ petere
hîc: quãuis nulla ſit traditio, tamen ex natura rei

a l. Vranius. de fideiuſſ.
b l. ſub conditione. ff. de condic. indeb. l. j. de condic. ſi. cau.
c Bar. l. j. de condi. & demon.
d l. nihil de coniung. cũ eman. lib.
e l. Meuia. de teſtam. man.
f l. ſi ſocietatem. pro ſoc.
g l. reb. ꝯ. de rer. permut.
h l. legem. ꝯ. eod.
i l. ſi mulier. ff. de condic. cauſ. dat.
k Inſt. de verb. obli. in prin.
l l. liber homo. ij. §. fin. de verb. oblig.
m l. j. ff. qui ſatiſd. cogan.
n l. intra. de re iudic.
o l. cum propónas. ij. ꝯ. eod.
p l. pen. §. fi. vbi Bart. & Doct. ff. de acquiren. poſſeſſ.
q l. qui reb. §. aream. de ſolu.

intelligor eriã pactus, ut omne ęs alienũ ad eum pertineat, meq; ille indemnem præſtet,[a] ſiue ex cauſa donationis pactus ſim[b], ſiue ſimpliciter uoluerim eam illi derelinquere, citra vllius tituli translationem[c], quod Alexand. hîc ex cõmuni ſententia pbat, quę & ſermonis pprietate defenditur. 8 † Si enim actũ eſt, ut tibi derelinquatur hęreditas, ergò onera, quæ in ea ſunt, ad te pertinent, & ea enim hæreditatis ſunt, meritò creditoribus ſatisfacere teneris. 9 † Sed an mihi? & nõ videretur, cùm actio mea aditione cõfuſa ſit, mihiq́; imputandũ videatur, qui ſpontè tibi eam hęreditatẽ dereliquerim[d]: idq́; Paul. Caſt. aduerſus cęterorum ſententiã probat[e]: cuius opinionem & ratio Fulgoſ. adiuuat: ſi enim hoc actũ eſſet, ut titulus hæreditarius in te transferretur, vtriq; æquitas ſuaderet te etiã mihi ſatisfacere[f]. Sed cùm ego derelinquendo rem nihil in te transferam, nudusq́;, & abſq; vllo titulo ſis poſſeſſor, non ſubeſt ratio, vt vel extincta actio reuiuiſcere debeat, vel aduerſus exceptionem tuam ex præſumpto pacto replicem: & ita ſtricti iuris regulis defendi poſſe videretur[g]. 10 † Sed tamen humanior eſt communis ſententia, ne plus lucri conſequatur is, qui ſola pacti non petendi exceptione eſt tutus, quàm emptor, in quẽ vberiora iura transferuntur[h]. Meritò igitur ex ſententia agetur[i], ſicut & cùm poſſeſſor hic creditoribus ſatisfacere negat: † nam quod Accurſius 11 ait, hoc caſu iure ceſſo experiundum, crebriore calculo reiectum eſt: cùm enim creditores in ipſum Sempronium, tanquã ſingularem ſucceſſorem actionem nullam habeant[k], fruſtra mihi in eum id iuris cederent, quod non habent[l].

a ¶ Confuſa.) † Quoties ergò creditor debito- 12 ri ſuccedit, ſucceſsione & quatenus eſt hæres pro rata, actio confunditur[m]: idq́; etiam ſi hæreditas apud eum remanſura non ſit, ſed ad fideicõmiſſariũ transferenda[n]: cùm enim fictione legis hæres defunctũ repræſentet,[o] non poteſt idem cenſeri & debitor & creditor[p]. I 13 † Quę ratio in eo ceſſat, qui rei vendicatione, vel ſeruiana conuenire defunctũ poterat, non enim is propriè erat obligatus: quia qui ſola actione in rem tenetur, propriè debitor nõ eſt[q], meritò nulla obligatio confundi poteſt, ſed dominiũ eodem modo remanet[r]. II 14 † Ideq́; in pignore eſt, qđ ab extraneo poſſidebatur, cui creditor ſucceſsit: nam remanet in eadẽ pignoris cauſa: ſeruiana enim actio & ipſa 15 in rem eſt[s]. † Sed quid ſi pignus nõ ab extraneo, ſed ab ipſo debitore poſsidebatur, cui creditor ſucceſsit? Et tunc uideretur extingui pignus: ſupraſcripta enim ratio id inducit, ne idem cenſeatur & debitor & creditor, peremptaq́; perſonali III actione, & hæc acceſſoria extingui debet[t]. Si tamẽ grauatus creditor erat fideicommiſſo, & coactus hæreditatem adierit, durat obligatio naturalis, & ideò neq; pignus extinguitur[u]. IIII 16 † Quod latiùs quoq; accipiendũ aliqui putarũt, generaliterq; tradiderũt, quoties hæreditas penes credi-

a l. ſecundũ. de regul. iur. l. ij. ſ. eod.
b l. hæreditatẽ. de donat.
c l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. de iureiuran.
d l. debitor. ver. coactus. ad Treb.
e Ar. l. cũ filius. §. j. de leg. ij.
f l. ij. §. penult. de hæred. vel act. vend.
g Arg. l. ſi quis ædes. de ſeruit. vrb. præd.
h d. l. ij. §. pen.
i Facit l. hæredẽ. de his quibus vt indig.
k l. j. §. ſi hæres præcepto. ad Treb. l. ij. ſ. eod.
l l. ſi ſic. §. j. vbi Bart. de leg. j.
m l. licet. ſ. ad leg. Falc. l. ſtichum. §. aditio. de ſolutio.
n l. deducta. ad Treb.
o §. j. in auth. de iureiur. à mor.
p l. ij. de ſtipul. ſer. l. pen. de arbit.
q §. j. Inſtitut. de act.
r Bal. l. ſi vxor. ſ. de bon. auth. iud. poſſ.
s §. item Seruiana Inſt. de act. l. pignoris. ff. de pig.
t l. cũ principalis. de reg. iur.
u l. debitor. ad Treb.

tate, confuſa[a] eſt: ſed ſi eam hæreditatem, poſteaq́; in iudicio A obtinuiſti, ei tradidiſti, quẽ ſentẽtia ſuperaueras, ea conditione pactoq́;, vt tam cæteris creditoribus quàm tibi, in eo qđ tibi debetur, ſi eam hæreditatẽ non adijſ- B ſes, ſatisfaceret, pacti conuentioniſq́; fides ſeruãda eſt: quæ ſi nõ ſeruatur, ex ſtipulatu, ſi modò pacto ſubiecta eſt, dabitur actio: vel præſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non interueniat. PP. III. Kal. Aug. Anto. A. IIII. & Balbino Coſſ.

torem non remanet, ſed abſque eius culpa & facto apud aliũ reperitur, actionẽ pro cõfuſa nõ haberi: & ideò Accurſius exiſtimauit, ſi res hîc à creditore hæreditatis eodẽq; hærede, etiã ſine pacto expreſſo poſſeſſori dimiſſa eſſet, priore actione tanquã ſi aditio eam non extinxiſſet, agi adhuc poſſe: quã ſententiam, rectè tamen declaratã, crebrior calculus approbat, nẽpe ſi ſaltẽ tacito pacto actum eſt, vt hæreditas apud victũ ſit: hæres enim eam illi concedens, cum omnibus oneribus trãſtuliſſe tacita pactione cenſetur: ideò videtur antiquæ actionis cõmoditas in eum contractũ transfuſa, vnde vel ex nouo cõtractu, puta vendito, ſeu præſcriptis verbis, agendum erit[x]: vel ex ſentẽtia, qđ ſuprà attigimus. V 17 † Addit Bal. ob mendaciũ quoq; poſſeſſoris actionem primam pro extincta nõ haberi: quid enim ſi in caſu textus noſtri, is qui ſententia ſuccubuerat, negaret latam eſſe ſententiã, hæredẽq; ſe cõ- C tenderet, nónne poſſet victor dicere, ergò poſtquàm te hæredẽ affirmas, ſolue quod defunctus mihi debuit[y]? nec audiretur, ſi confuſam aditione actionẽ diceret, quam ipſe oppugnatũ iret[z]: quod & Alexãder probat. VI 18 † Sunt & qui idẽ tradant, cùm hæredi ſcripto euicta eſt ob inofficioſum teſtamentum hæreditas: exiſtimãtur enim actiones confuſæ non fuiſſe[a], ſiue id per reſtitutionẽ fit, vt ſentit Bartolus, ſiue interpretatione legis, quæ nec à principio quidem confuſas fin- D git, vt Riminaldus mauult. VII 19 † Illud quoq; cõſtat, inuentarij beneficio actionis ſubſtantiã confuſam non cenſeri[b], ſi inde damnum hæredi immineret: abſq; enim periculo ſeu dãno hoc beneficio illi prouidetur[c]. quòd ſi iacturæ vllius periculum nõ eſt, ſubſtantia quidẽ deficere actionẽ tradunt, ſed effectu durare: cùm enim poſt aliqđ tẽpus differatur inuentarij cõfectio, apparet interim extingui actiones, quæ deinde effectu tenus excitentur[d]: & ita Alexan. diſtinguit, & ipſe E ſequor, 20 † licet vtilitatis exẽpla, quæ ab eo adducuntur, non probem: ait enim in caſu noſtræ legis, ſi confectum ab hærede fuiſſet inuentarium, ſaluam ei futurã aduerſus hæreditatis poſſeſſorem primã actionem, qui pactum nõ ſeruaret: nã cùm in ſubſtantia actio extincta nõ ſit, nihil impedit, vt ille arbitratur, quin intẽdi aduerſus eũ poſsit, qđ euidenter falſum eſt: quomodo enim in ſucceſſorẽ particularẽ ea actio competere poteſt[e]? Arqui Doct. ex cõtractu, vel ſi pactio nuda F eſt, ex ſententia eum conueniri ſolùm poſſe exiſtimarũt[f]: quod ſuprà oſtẽdimus. 21 † Aliud quoq; exemplũ ſubijcit: nam ſi actionis ſubſtantia durat, poterit interim citatis creditoribus & legatarijs ſeparationẽ bonorũ officio iudicis impetrare, vt certa in re ſibi ſatisfiat: id enim & Bald. tradidit, quod ego diſſentientibus creditorib. fieri non poſſe arbitror: debet enim ſimilẽ cũ eis habere fortunã[g]: nec præcipuũ ſibi aliqđ in re certa obtinere, quod & Dec. ait. VIII 22 † Sanè ad hanc ſpeciẽ ptinet, & quoties hæreditas creditori in pœnam

x d. l. ij. §. pen. d. l. hæreditatẽ. de dona.
y Arg. l. fin. ſ. de petit. hære. l. cõtrouerſia. ff. de tranſact.
z c. ex eo. de re. iur. in 6.
a l. cũ qui. §. fin. de inoff. teſt.
b l. fi. §. & ſi præfatam. ſ. de iur. delib.
c Bart. d. l. fi. §. in computatione.
d Arg. not. in l. vniuerſa. ſ. de preci. Imper. offeren.
e l. j. §. ſi hæres percepto. ff. ad Treb.
f d. l. ij. §. pen. d. l. hæreditatem.
g d. §. in computatione.



nã aufertur: licet enim ipſo iure actiones ſint cõfuſæ, tamen propter eius ignorantiam ei ſuccurritur[a]: reſtituunturq́;, quantum ſcilicet ad effectum attinet[b], nõ aliter, quàm ei qui inuentariũ confecerit, ut Bart. hîc cenſuit. IX 23 † Sed cùm verum ſit, nõ facto inuentario confundi actiones, nũ ea quoq; ſine cõfunduntur, vt deductio quoq; denegetur? Et nõ denegandã traditum eſt: vnde hæres, qui adiuit in fideicõmiſsi reſtitutione, id retinere poterit, quod ſibi à defuncto debebatur[c]: idq́; Bal. hodie procedere, etiam non confecto inuẽtario, arbitratur, quę crebrior eſt ſententia[d]: quoniam lex Iuſtiniani noua creditoribus quidẽ & legatarijs non conficientem inuentarium hæredẽ in ſolidũ obligat[e]: reſpectu verò fideicõmiſſarij antiquas leges non corrigit[f], nõ 24 enim † fideicõmiſſum vires hęreditatis excedere debet, ideò ſemp æs alienũ deducendũ aduerſus ipſum fideicommiſſariũ eſt[g]. 25 † Hinc à quibuſdã reſpõſum eſt, filiũ, qui hæreditatẽ reſtituere teſtamẽto patris iuſſus eſt, tametſi nõ facto inuentario, materna dotem ſibi retinere[h]: quod & de legitima portione iure naturę debita oẽs fatẽtur[i], eius enim cenſetur creditor[k], omneq́; onus de ea reijcit[l]: qđ ideò minus dubiũ eſt, quia nec quartam quidẽ partẽ ex S.C. Treb. ſibi debitã, ob ne- 26 glectã inuentarij confectionẽ perdit[m]. † Fortius eſt quod Raph. Com. cenſuit[n], non ſolùm erga fideicommiſſariũ deductionẽ hæredi permiſſam eſſe, ſed etiã actionẽ ſi ſoluerit dari, poſſe enim tanquã indebitũ cõdicere[o]: quæ ſentẽtia æquiſſima eſt. Et hæc quidẽ in creditore vera ſunt, qui 27 debitori ſuo ſuccedat: † quid ſi fideiuſſori debitoris ſuccedat? quid item ſi alteri ex duob. reis promittendi? Et quo ad eos quibus ſucceſsit cõfunditur obligatio, vt ſcilicet agi non poſsit, nõ quòd ſolutũ videatur, & ideò aduerſus principalẽ durat actio, itẽq; aduerſus alterũ reum[p]. Cùm verò creditor principali ipſi debitori ſuccedit, nõ eſt 28 dubiũ fideiuſſorẽ liberari[q]: † perẽpta enim principali obligatione, etiã fideiuſſoria tollitur, idẽq; vice verſa, ſi fideiuſſor debitori principali ſucceſſerit: incipiet enim ſola principali teneri[r]: niſi creditoris interſit, vt duret adhuc acceſſoria[s], qđ tribus caſibus Alex. hic proſequitur, apud eũ legendis[t]: materia enim hæc à præſenti lege alienior eſt, quàm vt vlterius inſiſtendum putem.

a l. hæredem. ff. de his, qui. vt indig.
b l. propter veneni. §. neptis. ff. ad Sylla.
c l. irritum. l. in imponenda. ſ. ad l. falc.
d in l. ita. §. ſi ex Tre. ff. ad Tre. Aretin. conſil. 167. col. fi.
e d. l. fi.
f d. l. irritum.
g l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg.
h Paul. de Caſtr. conſ. 164.
i in auth. ſed cũ teſtator. ſ. ad leg. falcid.
k l. ſi patronus. ff. de dona.
l l. quoniam in prioribus. ſ. de inoffi. teſta.
m Doct. d. auth. ſed cũ teſtator.
n Raph. d. l. debitor.
o l. penult. ff. ad Treb.
p l. Vranius. de fideiuſſ.
q l. generaliter. de fideiuſſ.
r l. hæres. §. qđ ſi id. de fideiuſ. ſ. l. debitor. ff. de ſepar.
t l. ſeruus. de inſa. l. cum quis. §. fi. de ſolu. Bart. d. l. generaliter.

## L. VIII.

### IDEM AVGVST.

*Mucatraulio.*

SI paſcenda pecora partiaria, id eſt, ut fœtus eorum portionibus quibus placuit, inter dominũ & paſtorẽ diuidantur, Apollinarem ſuſce- B piſſe probabitur, fidẽ pacto præſtare per A iudicẽ compelletur. PP. IIII. Kal. Octob. Alexander. A. II. & Marcello. Coss.

## LEX IX.

### IMP. ALEXAN.

A. *Dionyſio.*

## LEX VIII.

1 *Facti ſpecies in hac l.*
2 *Dubitandi cauſa in caſu huius l.*
3 *Decidendi ratio.*
4 *Contractus ille, quo dominus partiario pro mercede partem fœtuum præſtat, apud veteres frequẽs fuit.*
5 *Is contractus quandoq; innominatus eſt, quandoq; ſocietatis actione cenſetur. & nu. 6. 7.*
8 *In cõtractu partiario in dubio nõ cenſetur translatum dominium.*
9 *Quod procedit etiam ſi pecora æſtimata paſtori tradita ſint.*
10 *Si in contractu partiario expreſſe actum eſt transferri dominium, cuius ſit periculum & num. 12.*
11 *Res periculo domini perit.*

L. 8. Si paſcenda.

SIPASCENDA.) † Suſceperat paſtor Apollinaris paſcenda pecora, naſciturorumq́; fœtuum partem pro opera præſtari ſibi conuenerat. Reſcri- 1 ptum eſt, per iudicẽ compelli debere, vt fides contractui ſeruetur: † probabili- 2 ter enim dubitari potuit, cogi eũ non poſſe, vt pacto ſtaret: ſi enim conuentionem nudã hanc interpretemur, clarum eſt nulla actione potuiſſe cogi[u]. Contractũ verò nominatũ non eſſe, ex eo apparet, q, nec conductor, nec emptor Apollinaris dici poteſt, cui pretium ob mercedem nullum detur[x]. Socius quoq; propriè nõ videtur, cùm ipſe 3 nihil in cõmune ponat[y]. † Sed tamẽ rectè reſcriptũ eſt, ad iudicis officium pertinere, ut eum cogat: quę coactio per mixtum imperiũ fit, quo ille ſententiã ſuper contractu huiuſmodi latam, officio ſuo exequetur[z]: † fuit enim contractus hic, C cùm partiario pro mercede partem fœtuũ dominus pręſtat, apud veteres frequẽs, vt ex M. Catone conſtat. 4 † Is aũt contractus quandoq; innominatus eſt, quãdoq; ſocietatis iudicio cenſetur. 5 Si dominiũ pecorum omnino translatũ eſt, cùm in eo communionẽ nullam is qui trãſtulit habeat, contractus innominatus eſt, cùm ſcilicet do vt facias[a]: & licet fœtus cõmunicandi ſint, tamẽ in dubio nõ videtur partes ex hac acceſsione principalis cõtractus naturam uoluiſſe inuertere[b]. 6 † D Si dominiũ non translatum, ſed communicatũ eſt, ſocietas cenſebitur[c]. Idem quoq; credendũ cùm actum eſt, ut poſt certũ tempus venditis pecoribus pretium cõmunicetur: pretij enim coniecturã ad rem ipſam transferimus[d]. Alioqui retento dominio, nulla poteſt eſſe in pecoribus ſocietas: & ſi dictum ſit ſocietatẽ iniri, reſpectu fœtuum intelligetur: poteſt enim cõtrahi ſocietas reſpectu acceſsionũ tantùm, puta fructuũ, vel lucri percipiendi[e]: nec ex lucri aut fructuũ cõmu- E nione neceſſariò infertur, rem ipſam principalẽ communicatã cenſeri[f], ſicut & hic in fœtibus dicendũ videtur. Nec obſtat quòd paſtor ipſe nihil conferat, quia ſatis eſt, qualiſcunq; operæ vel artis pretiũ ab eo cõmunicari: ſicut in eo dicimus, qui operam aliquam ponit, cùm alius, ſolam pecuniã: videtur enim in lucro contracta ſocietas, ſaluaq́; eſt alteri ſua ſors[g], vnde & meritò eius periculo erit. † Si verò nõ translato nec cõmunicato dominio nihil de ſocietate nominatim di- F ctum ſit, verius eſt hunc contractũ innominatũ 7 cenſeri[h], idq́; conſtitutionis huius argumento, quæ aliàs nõ hîc collocanda, ſed ſub rub. de locato fuit[i]: quæ & receptior eſt ſententia, quamuis diſſentiat Alexan. meritò igitur præſcriptis verbis actione ex hoc pacto intendendũ erit[k]. † Sed 8 an in dubio cenſeatur hoc in contractu translatum dominiũ? Et Alex, rectè concludit, nõ cenſeri: nec enim partiarius contractus translationẽ dominij arguit, qui vel ex eo tantùm fieri ſolet, vt pecori alendo cuſtodia adhibeatur, fœtuũq́;

u d. l. iuriſge. §. ſed cùm nulla.
x §. pretiũ. Inſt. de empt. gloſſ. Inſtit. de loca. in prin.
y l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca.
z gl. l. ſi ſoror. ſ. de collat. l. iubere. ff. de iuriſ. om. iud.
a l. ſi tibi arca. ff. de præſcri. verb.
b Bald. hic.
c l. ſi id quod. uer. cæterum. pro ſoc.
d d. l. ſi tibi arca. verſ. ſed ſi puerum.
e Gloſſ. l. j. ſ. pro ſocio.
f l. Alex. cõſ. 4. §. in ſecundo.
g d. §. ſi in computanda. Bald. d. l. j. 2. q. j. pro ſoc.
h d. l. ſi id qđ in prin.
i l. Imperator. ff. de in diẽ add.
k l. j. §. domino. de præſcript. verb.

9 vtilitas ſola cōmunicetur a. † Sed quid ſi pecora
æſtimata paſtori tradita ſunt? Et quidam ſentiūt
cenſeri dominiū omnino tranſlatū, quia æſtima
tio venditionem facit b: quæ ſentētia euidenter
falſa eſt, cùm ex natura ſocietatis nō tráſferatur
dominium, ſed cō-
municetur c: meri-
tò ergò ſi pecora pe
reant, etiam cōmu-
ne erit periculū. d †
10 Quid ſi expreſsim
actū eſt tráſferri do-
minium, cuius ad-
huc erit periculum?
Et videretur eſſe pa
11 ſtoris, † cū res peri-
culo domini pereat e, contra Iaſ. cùm enim hæc
dominij tranſlatio non eò facta ſit, vt prouе-
niens vtilitas ſola paſtoris ſit, nec damnum qui-
12 dem ſoli paſtori imputandum eſt f. † Ego à re-
gula facilè recedendum non arbitror, ut pericu-
lum ſit domini g, qui paciſci potuit, ut ſola fœtuū
pars ad ſe ſpectaret: nō enim hæc pactio ſubſtan-
tiæ contractus aduerſatur h, nec iniuſta aut repro
ba cenſetur, niſi quatenus in fœnebris cōtractus,
ſuſpicionem incideret i. Quòd ſi nulla aut mini-
ma pars fœtuum ad eum ex pacto pertineret, tūc
ſententiā Iaſonis ꝓbarem, ne tranſlatū cēſeatur
dominiū, quod nullā domino vtilitatē afferret k.

a Arg. l. cum pater ſin. §. pater pluribus. de legat ij.
b l. quoties ꝟ. de iur. dot.
c d. l. cū duob. §. damna.
d Bar. l. ſicut certo. §. nūc videndū ff. commodati.
e l. pignus ꝟ. de pig. act. l. damnum ꝟ. loc.
f l. Titius. §. ſed nec de præſcr. verb.
g l. Lucius. de euict.
h Alex. l. vbi ita. de donat. cauſa mor. in apo.
i 14. q. iij. cap. plerique.
k Verſ. ſed nec.

CVm a poſteaquā aduerſarius matris tuæ victus eſſet, A matrē tuā circūuenerit, vt ei caueret, nullā ſe cōtrouerſiā b de ſeruis moturā, id pactū mala fide factū, irritū eſt c, & cū ex ea cōuentione cū matre tua agi cœperit d, iudex eā liberabit. PP. Prid. Id. Sept. Alex. II. & Marc. COSS.

## LEX IX.

1 *Caſus poſitio.*
2 *Filius etiam mandato pro matre agere poteſt.*
3 *Dolo facta renuntiatio irrita eſt.*
4 *Dolus ex coniecturis probatur.*
5 *In noſtro caſu plures coniecturas connectendas eſſe.*
6 *Prima coniectura.*
7 *Secunda.*
8 *Tertia.*
9 *Quarta.*
10 *An coniecturæ ſufficiant ex perſonarum & rei qualitate in arbitrio iudicis reſidet.*
11 *Ex dolo nemo excuſatur, quando procedat.*
12 *Qui promittit non mouere controuerſiam, ad quid teneatur.*
13 *Pactum, de quo in hac l. an ſit ipſo iure irritū. et nu. 15.*
14 *Pacta etiam fomento legis firmata, propter metum vel dolum ipſo iure nulla ſunt.*
16 *Stricti iuris contractus ex dolo nō infirmantur, ſed exceptione opus eſt.*
17 *Pacta nuda ſunt ſtricti iuris contractus.*
18 *Dictio irritum, quādoq; ad futurum tempus refertur.*
19 *Ratum à verbo reor, quid ſignificet.*
20 *Conuentionis nomen in tex. tam de pacto, quàm pœna accipiendum.*

1 CVM poſteaquā.) a † Litigabat ali-
quis cum muliere, & victus eſt: ea
mulier pacto promiſit nullam con
trouerſiam mouere, quo caſu exe-
cutio pacti exceptione impeditur.
obiurgata nimiæ facilitatis à filio mulier, ſe cir-
2 cunuentam affirmabat: quapropter filius († qui
etiam ſine mandato pro matre agere poteſt l)
principi ſupplicem libellum hac de re dedit, à
3 quo reſcriptum eſt, † dolo factam renuntiationē
4 irritam eſſe. † cùm autem dolus ex coniecturis
probetur m, ideoq; in eo leuiores probationes ſa
tis ſint, † putarim hoc caſu iungi plures coniectu
5 ras debere, vnde inſtrui ſufficienter religio iudi-
6 cātis poſsit. † Prima eſt, quia mulier, cuius ſexus

l l. ſed hę. de procur.
m l. dolum. ꝟ. de dolo.

fragilitati libentiſsimè ſuccurritur n, vnde & fa-
7 cilè decipi poſſe præſumitur o. † Secūda eſt, quia
credibile non eſt eam ſpontè, & ex certo animi
iudicio donaſſe, cùm mulierum genus auariſsi-
8 mum ſit p. † Tertia, quia eam, quæ ſententiam ob
tinuerit, non eſt veriſimile renūciationem certo animi iudicio feciſſe q, illi preſertim, cum quo tandiu, id eſt, vſque ad victoriam litiganerat r. †
9 Quarta, quia circumuēta ab aduerſario fuerit, hoc eſt, aduerſariū
adhibitis amicis, & fortè potentioribus eam adi
uiſſe, & improuidam circunſiſtendo blandis ſub
dolisq; verbis credulitati eius illuſiſſe: videtur e-
B nim hac lege ſignificari huiuſmodi coniecturas
10 ſufficere, † quod tamen plurimùm in arbitrio iu-
dicis, ex perſonarum & rei qualitate reſidebit s.
Et cùm hîc ex coniectura circumuentionis ſuc-
curratur mulieri deceptæ, apparet illud, quod
11 vulgò ſolet dici, † ex dolo neminē excuſari, niſi
eiuſmodi ſit, qui & prudentiſsimos fallat t, tunc
procedere, cùm uir aliquis prudens deceptū ſe
allegat: alioqui ſecundū qualitatē perſonæ ſuffi-
ciet præſumptionem moderari, ne cuiquam do-
C lus ſuus impunè ſtet u.

12 b ¶ Controuerſiam.) † Qui promittit contro-
uerſiā non mouere, intelligitur nec de iure, x nec
de facto y, nec iudicialem z, nec extra iudiciū a,
nec agēdo nec excipiēdo b: ideóq; hęc verba ſigni
ficant, quod nō inquietare c, ſeu habere licere d.

13 c ¶ Irritum.) † Sed numquid ipſo iure? quod vi
deretur, propter naturam participij, quod præte
14 rito quoq; tempore nullum fuiſſe arguit e: nam
& à Bar. traditum eſt, † pacta, quæ etiā fomento
D legis corroborata ſunt, propter metū, vel dolū,
ipſo iure nullius eſſe momenti: vt cùm per metū
quis dotem promittit f: cùm tamen in ſtipulatio
nibus vel alijs contractibus aliter ſoleat diſtin-
gui g. Nec obſtat verbū ſubſequēs, liberabit: quia
referri poteſt ad moleſtiam facti h, vel ad ſenten-
tiā declaratoriam, quæ neceſſaria eſt. etiā ſi actus
15 nullus fuerit i. † Sed tamen in contrariam partē
16 frequentiùs itum eſt, † quoniā non ſolent ſtricti
iuris contractus ex dolo ſtatim infirmari, ſed ex-
E ceptione opus eſt k. Dubiū autem nō eſt, † pacta
17 nuda ſtricti iuris cōtractus eſſe l: idq; maximè in
caſu noſtro dicendum, vbi pactū liberationem à
ſentētia, quę ſtricti iuris eſt m, inducebat, & eiuſ-
18 dē eſt naturæ liberatio, cuius obligatio. n † Nec
dictio, irritum, quicquam aduerſatur, quæ quan-
doq; ad futurū tempus refertur, & pro eo accipi-
tur quod infirmandum eſt o, vnde ex ſubiecto ar-
19 gumento interpretationē ſumit. † Ego à gram-
maticis accepi, ratū à verbo reor dici, idq; ſignifi
F care, quod præcedenti meditatione firmatū eſt,
& ideò ad effectum ipſum referri: vnde & irritū
rectè dicitur, quod effectu firmum non eſt p.

d ¶ Agi cœperit.) Id eſt, excipi q. Quid ſi pactio
nem non nudam fuiſſe exiſtimemus, ſed rei in-
teruentu corroboratam? vt quia aliquam pecu-
niam aduerſarius dederat r. Quid ſi pactum nu-
dum quidē credamus, ſed ex pœnali ſtipulatio-
ne illi adiecta agi s? quod vero propius videtur,
propter verbū, caueret, quod ad huiuſmodi ſti-
pulationē propriè refertur t: rarū enim eſt vt ca-

n l. ij. ad Velle.
o § hic conſequēs. in authen. de æqua. dot.
p l. ſi ſtipulatus. de don. inter vir.
q c. ſuper hoc. de renunt.
r l. iij ꝟ. de rep. hæred.
ſ l. diuus. de in integ reſt.
t c. cū dilectus. extra, quod met. cau.
u c. culpa. de reg. iur. in 6.
x l. Lucius. §. tres hæredes. ad Treb.
y Alex. cōſ. 43. col. ij in ſ.
z l. ſed & ſi. §. ſi ante. de petit. hæred.
a l. cauſas. ubi Bald. ꝟ. tit. j.
b l. non ſolū. §. ſed ſi ſtatus. de procur.
c Bar l amplius non peti. ff. rem rat. Alex. conſ. 52. in ſecundo.
d l. ſtipul. iſta. §. j. de verb. oblig.
e Gl. l. in criminali. ꝟ. de iuriſd. om iud.
f l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cau.
g d. l. eleganter. ff. de dolo.
h Gl. l. quod ſi ſit. ver. liberabitur ff de hæred. vel act. vend. c. ſi quis presbyt. de rebus eccl. nō alien.
i l. eius. de iure fiſc.
k l. dolo. ꝟ. de inutil ſtip.
l Gloſſ. l. j. de act. & oblig.
m l. j. C. ſi plures vna ſent.
n l. ab emptione. vbi Bart. ff. eod.
o Auth. ex cauſa ꝟ. de lib. præter. vbi Bal. col. iiij. Rimi.
p xi. q. iij. c. irritam.
q l. j. de except
r l. legem ꝟ. eod.
s l. ſi pacto quo ꝟ. eod.
t l. ſancimus ꝟ. de verb. ſig.

uiſſe



20 uiſſe dicatur, qui nudo pacto cauit: † conuentio-
nis itaq; nomine hîc de vtraq;, pacto ſcilicet, pœ
naq; accipiendum.

## LEX X.

1 *Pactum nudum ſi partiū facto veſtiatur, parit actionē.*
2 *Pactū ſi ipſam rē reſpiciat, producit actionē.*
3 *Pactū relatione facta ad cōtractū, confirmatur.*
4 *Pactum traditionè ex interuallo ſecuta nō veſtitur.*
5 *Pactū iniuſtū nulla traditione corroboratur.*
6 *Pactum vltra contractuū verbis initorum vires non porrigitur.*
7 *Pactio pœnalis certæ pecuniæ fouetur, quatenus paciſcentis intereſt.*
8 *Vſuræ ex pacto nō debētur, quāuis in traditione facto.*
9 *Pactum vſurarum ſoli retentioni ſufficit.*
10 *Contractus re initi, pacto traditioni adiecto, non extenduntur.*
11 *Traditio & pactum diuerſis perſonis facta non producunt actionem.*
12 *Ius alterius pacto impediri nequit.*
13 *Cohærentia contractus & rei traditio in pleriſq; adſimilantur.*
14 *Traditio, qua ſoluitur præcedens obligatio, non veſtit pactum.*
15 *Pactum in dotis profectitiæ traditione à patre factū, non innouat actionem.*
16 *Actio dotis filiæ contra patrem competit.*
17 *Pactum traditione vtilitatis, præter neceſsitatem, facta fouetur.*
18 *Promiſsio dandi, ut faceres, naturalem tantùm obligationem producit, & traditione confirmatur.*
19 *Pater dotem dans filiæ emancipatæ, legem quam vult adijcit.*
20 *Pactum patris de reddenda dote alio nudo pacto tollitur, contra Alexan.*
21 *Obligatio, ex partiū uoluntate traditioni pacto adiecto innouatur.*

## LEX X.
### IDEM AVG.
Nicæ.

LEgem, quam dixiſti, quùm dotem pro alūna dares, ſeruari oportet: nec obeſſe tibi poterit, qđ dici ſolet, ex pacto actionem nō naſci: tūc enim hoc iure vtimur, cùm pactū nu-
A dum eſt: alioqui cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis eſt condictio. PP. III. Kalend. Mart. Albino & Maximo COSS.

1 LEGEM.) a ¶ † Traditum extat, ſu-
praq; nos admonuimus, licet ex pa-
cto nudo actio non detur, ſi tamen
pactionis verbis partium factum, καὶ
συνάλλαγμα acceſſerit, oriri actionē a:
quo fit, vt à traditione rei corroboretur ipſe con
2 tractus b. † Quod intelligendum, ſi id pactum
rem ipſam, quæ traditur, reſpiciat, vt quia de ea
reſtituenda agatur, vel traditionis cauſam decla
ret, vel eam reſtringat, & ſi qua ſimilia c. Si verò
rem ipſam ſeu traditionem non reſpiciat, nullā
actionē parit d, † niſi de cauſa conſtet: ut quia ha-
bita relatione pacti ad contractū, aliqua innomi
3 natorū contractuū ſpecies exurgat, tūc enim nō
tam traditione, quā rei, vt vocāt, interuentu con-
firmatur pactū e: & ideò tūc nihil refert, quòd res
ex interuallo pactionē ſubſecuta ſit, † cùm aliàs
4 traditione rei nō foueatur, niſi id pactum, quod
5 in ipſo actu conceptum ſit f. † Quæ regula rectè
tamen percipienda eſt, nempe vt pactū corrobo
retur, ſi iuſtū ſit: quid eñ ſi ex turpi, vel reproba
cauſa proceſſerit, uel aduerſus legū pręſcripta g,

a l. iuriſgent. §. j. ff. eod.
b l. j. ꝟ. de pac. cōuen. l. legē. ꝟ. de donat. l. ij. ꝟ. de donat. quæ ſub mo.
c l. ſi dominus. in fin. de pręſcr. verb.
d. l. ij. ꝟ. de euict.
e d. l. ſi domino. Bar. d. l. in traditionibus.
f l. cum res. ꝟ. donat. l. perfecta. de donat. quæ ſub mo.
g l. ex morte. circa med. ꝟ. de pactis con. & ꝟ. eo. tit. l. ſeq.



non eſt credendū traditione confirmari h. † Sicut
nec ideò ſupra vires cōtractuū, qui verbis ineun
tur, poterit valeſcere: vnde ſicut ſolo pacto non
6 quęritur alicuius rei dominiū abſq; traditione i,
ita nec retro transferri poteſt k: Qua ratione nec
translatio dominij in re alterius impedietur: vt ſi centum tibi tradàm, adiecto pacto, ne fundū tuū Sēpronio vendas l, non adiuuabitur id pactū, vt idcirco vēditio non teneat: ſi tamen mea refert, fundū Sempronio nō vendi, quatenus intereſt agere potero m, alioqui nullius erit momenti ea cō
B uentio. † Non abſimili quoq; ratione inductum
7 videtur, vt pactio pœnalis etiam certæ pecuniæ
traditioni ſerui adiecta nullo vigore foueatur,
niſi quatenus paciſcentis intererit n. † Nā & vſu-
8 ras cōſtat ex pacto deberi non poſſe, quamuis in
ipſa pecuniæ traditione factū ſit: † ſoli enim retē
9 tioni ſufficiet o, quod odio vſurarū in numerata
pecunia conſtitutū pleriq; arbitrantur. † Cæte-
10 rùm, & cōtractus qui re contrahūtur, pacto in tra
C ditione adiecto, extendi nequeūt, vt ſuprà quàm
cōuenerit oriatur obligatio p, q, ſcilicet huiuſmo
di pactū contra naturam eius contractus eſſet q.
† Traditio quoq; ſi alteri fiat, alteri verò pactum,
11 receptius eſt nullā inde actionē dari r: ut cū quis
pro colonis Titij pecuniā prærogat, id eſt, ante-
quā dies illi cedat, ſoluit, & in ipſa ſolutione Ti-
tius ſe ei reſtituturū promittit, non confirmatur
id pactum s: cui conſequens eſt, quod traditū ex-
tat, ſi locus monumēti hac lege uęnierit, ne in eū
D hi inferātur, quos ibi ius eſt inferri: ex hoc pacto
agi nō poſſe t, nō fauore religionis, vt quidā cre-
12 didêre, † ſed quoniam ius alterius reſpicit, quod
impediri pacto non poteſt u: nam & receptū eſt,
ſi contractus fauorē alicuius reſpiciat, pactio illi
incontinenti adiecta, fauorem alterius, nō tamē
13 actionē informari x: † vt ſicut cohærentia cōtra-
ctus talis pactio nō conualeſcit, ita nec rei tradi-
tione conualeſcat: in pleriſq; enim aſsimilātur,
14 ut hîc Soci. oſtendit. † Sed & illud admiſſum eſt,
E traditione quę non ſpontè, ſed præcedentis ob-
ligationis diſſoluendæ cauſa facta fuerit, pactū
non roborari y: vt ſi ſtipulatione tecum cōuene-
ro de centū tibi ex certa cauſa dandis, deinde in
ipſa numeratione paciſcar, vt pro me eas Romā,
nulla ex pacto actio erit, quia huius traditionis
cauſa non pactū ipſum cenſetur, ſed præcedens
15 obligatio, quæ omnino diſſoluenda fuit. † Qua-
propter patris pactum in dotis profectitiæ tradi
16 tione factum, actionē non innouat z: † tenetur
F enim filiæfam. dotē tradere a, atq; ita officio iu-
dicis cogi poteſt b, cùm aliâs iure ciuili inter pa-
17 trem & filiumfam. actio nulla eſſet c. † Quòd ſi
ſubſequens traditio vltra neceſsitatē aliquid vo
luntariæ vtilitatis adderet, propter eam vtilita-
tem pactum fulciri, ceu ea cauſa ſubnixū poſſet,
18 quod tribus exemplis oſtendam: † Primū eſt in
cōtractibus innominatis, in quibus præceſsit pa
ctio, puta promiſsio dandi vt faceres, ea ſolā ob-
ligationem naturalem producit, & ideò ineffi-
cax eſt. Si igitur traditio illi pacto acceſſerit, cō-

L. 10. Legem.
h l. contra. l. ius publicū. ff. eod.
i l. traditionib. ꝟ. eod.
k l. ij. & iij. ꝟ. de pac. int. empt. l. j. in fi ff. de do.
l l. penul. ff. eo. l. ſi creditor. §. ſi. de diſt. pig.
m l. j. §. ſi quis. de aq. quot. Bartol. d. l. pen.
n l. ſeruus. ea l. ff. de ſer. expor.
o l. quāuis. j. ꝟ. de vſur.
p l. ſi tibi decē. ff. eo.
q l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certū pet.
r l. eleganter. §. ſeruus pactionis. vbi Bart. de dol.
s l. ſi tibi. ꝟ. loca.
t l. quod ſi locus ff. de relig.
u d. l. pen.
x gl. l. petens. ꝟ. eod.
y l. ſi intra. ff. e. d. l. ex morte, in fin.
z l. auia. ꝟ. de iu. dot.
a l. qui liberos. de rit. nupt.
b Bart. l. obligamur. de act. & oblig.
c l. ſi. ꝟ. tit. j.

ſirmabitur, quia habet id vtilitatis traditio, vt rē transferat, quæ aliàs nulla actione à poſſeſſore extorqueri potuiſſet [a]. † Alterum in patre eman-
19 cipatæ filię dotē dante, qui traditioni poteſt quā vult legem adijcere [b], & tamē tenetur pater etiā emancipatā filiā dotare: [c] quod iure nouo conſtitutum eſt: lege enim XII. tab. penitus extranea huiuſmodi filia e-
20 rat [d]: † vnde conſtitutio quæ id onus patri addidit, eo moderamine addidit, vt etiam ſolo pacto ſibi cauere poſſet, vt integra dos eò reuerteretur, vnde venerat: & ideò tanta neceſsitas non ſubeſt, quin pacto tolli potuerit: atque ita ego cōmunem Iac. Pet. Alb. Bart. Angel. aliorumq; ſententiā declaro [e], Alexandriq; diſſentientis rationes ſubmouendas cenſeo [f]. † Ter-
21 tium eſt cùm præcedens obligatio ex contractu deſcendit: & ſubſequente traditione actum eſt, vt adiecto pacto fiat nouatio: tunc enim propter voluntatē partiū videretur pactū traditione ipſa effectū ſumere, quia ſcilicet præcedēs obligatio ſola nullā neceſsitatē habet, cū quaſi nouata ſit [g].

a gl. d. l. in traditionibus.
b l. j. §. accedit. & §. extraneū. ff. de re vx. act.
c l. fin. ff. de dot. prom.
d §. emācipati. Inſt. de hæred. quæ ab inte.
e In d. l. auia. & d. l. in traditionibus. Soci. & Rim. hic.
f Alex. l. ſi cùm dotē. col. ij. ſol. matr.
g Arg. l. tenetur. §. j. verſ. ſed ſi areā. de act. em. & gl. in d. l. auia. in vlt. ſol.

## L. XI.
### IDEM AVG.
*Capitoni.*

Ex conuentione quidem, qua pactam nouercā tuam cum patre tuo dicis, cùm fundū in dotem daret, vt creditorib.

## LEX XI.

1 *Creditor hypothecarius pecuniam debitoris à priore debitore conſumptam repetit, tanquam ſi extet.*
2 *Hæres vſuras à patre præſtitas de prædio dotali, repetēs à nouerca, non auditur.*
3 *Ius mariti creditoribus præualet alijs.* (præſtant.
4 *Fructus naturales cōſumpti, nullam creditoribus actionē*
5 *Species bona fide à creditore conſumpta, nō poteſt peti.*
6 *Cuius ampliùs intereſſe deſinit, à iudicio repellitur.*
7 *Cuius à principio non intereſt, agere nequit.*
8 *Is tantùm excipit, cuius intereſt.*
9 *Exceptio, tua non intereſt, lite conteſtata pērēptoria eſt.*
10 *Hæres & ſingularis ſucceſſor auditur, quamuis intereſſe eius deſierit.*
11 *Damno dato non deſinit intereſſe.* (inſula.
12 *Architectus à promiſſione ædificandi liberatur vendita*
13 *Eum, qui à me cauſam habet, pleniſſimum ius conſequi, mea intereſt.*
14 *Si promiſſor in mora ſit, ſtipulatori nil imputatur.*
15 *Pœna ſtipulationi adiecta, facit architectū venditione domus non liberari.* (transformat.
16 *Aeſtimatio dotis contractum ipſum naturam venditionis*
17 *Legi prohibitoriæ pacto cōtrahentiū renūtiari nō pōt.*
18 *Onus tributorum eſt patrimoniale.*
19 *Pactū, vt dominus nō poſſidens tributa ſoluat, quoad cōtrahentes valet, reſpectu ſiſci minimè.*
20 *Datio rei æſtimatæ inducit venditionis contractum.*
21 *Aeſtimatio rei depoſitæ cauſa eſt facilioris probationis.*
22 *Aeſtimatio emptionem, quando dominij translatio requiritur, facit.* (gnatur.
23 *Sententia pro æſtimatione contrarijs coniecturis impu-*
24 *Aeſtimatio in contractu, in quo dominium cōmunicatur, facit commune periculum.*

1 EX CONVENTIONE.) † Fundū mulier, quē iam antea creditoribus obligauerat, in dotē marito dedit, pactoq; cū eo conuenit ſe illis vſuras ſoluturā, ne ſcilicet iure pignoris à marito fundū illi euincerent: nec promiſſa ſeruauit. ſoluto matrimonio, hæres mariti Capito conuentus vt fundum mulieri reſtitueret; eam recōueniebat ex pacto

h Bart. l. pupill. de his, quæ in frau. cred.
i l. in ratione. §. incertæ. ad le. Falc.
k l. fin. §. j. ff. ad leg. rhod.
l l. ſi ita ſtipu. §. Chryſogonus. vbi Aretin. & Iaſ. de ver. ob.
m l. per retentionem. in fi. ff. de vſur.

quaſi vſuras creditorib. nō prēſtitiſſet, uidebatq; ꝓbabilis eius allegatio, quia creditori hypothecario id ius cōpetit, vt debitoris pecuniā à poſteriore creditore conſumptā repetat, ꝑinde ac ſi extet [h], cū genus nūquā perire poſsit [i], meritò ergò dubitabat, ne eo nomine aliquādo conueniretur: ſua enim plurimùm intererat, ut eis ſatisfieret, indēnisq; præſtaretur. † Sed tamen reſponſum eſt, hunc minimè audiendū eſſe, quaſi ſua ampliùs nō interſit [k], cum reſtituto fundo, omne id onus ad mu

quib. fuerant prędia obligata, vſuras ſolueret, A actio tibi aduerſus eam cōpetere nō poteſt, etſi pactū in ſtipulationem deductū probet. Sed ſi fundus æſtimatus,

lierē pertineat, nec probabiliter quicquā ſibi à B creditoribus illis ſit timendū, ſiue quòd reſpectu fructuū à marito conſumptorū, nulla eſſet ꝓ vſuris hypotheca [l], ſiue q, etiam ſi actū eſſet ad fructus vſuram trahi [m], † nō uidētur creditores marito priores eſſe, cùm quo tempore naſcūntur, ius quoq; mariti natum ſit [n], quod tanquā fauorabilius prēualere debuit [o]. † Quòd ſi in fundi reditu nō pecunia, ſed naturales fructus ſint [p], dubiū nō eſt eis conſumptis, nullam creditoribus concedi actionē [q], † quia ſpecies bona fide à creditore C quāuis poſteriore conſumpta, peti nō poteſt [r]. † Hincq; adnotāt Doct. eū cuius ampliùs intereſſe deſinit, à iudicio repelli [s]: hęc em̄ exceptio tua nō intereſt, ante litē cōteſtatā, vt de eius natura eſt oppoſita, agētē à limine iudicij ſubmouet [t]: † nā ſicut à principio agere is nō poteſt, cui9 nō interſit [u], ita ſi ex pòſt facto res ad eū caſum deueniat, à quo neqꝫ incipe [x]. † Idéq; de exceptione dicēdū, ut is ſolus, cuius intereſt, excipe poſsit [y]: deberq; prima frōte de hoc cōſtare [z], alioq litis in- D greſsū nō impediret, † q, ſi lite cōteſtata obijciatur, receptius eſt pēptorię exceptioni æqparari, & ideò tanquā ex ea oſtēdat actori nullā actionē cōpetere, etiā tali tēpore excipiēs audiret [a]. † Nō tñ hęc ꝑpetua ſunt, ſed qbuſdā caſib. auditur etiā is, cui9 intereſſe deſinit: vt ſi id facto rei cōuenti cōtigerit [b], uel alteri9, q eius pſonā repræſentet, qualis eſt hæres, uel etiam ſingularis ſucceſſor [c]. Idē in pœnis legalib. nec em̄ qd interſit in eis cōſiderat [d], ſicut nec cū ex delicto ſeu dolo agitur [e]. † E Sed & ſi in præſentia intereſſe qdā deſinit, dānū tñ iā datū ſit, quo illud reſtituat, nō cēſebitur deſinere [f]: vt cū qs iniuriarū acturus, ſtipulatus eſt aduerſariū ſuū iudicio ſiſti, illeq; poſt longā fruſtrationē pierit, deſinit qdē ſtipulatoris intereſſe, quia actio iniuriarū morte rei extincta eſt, ſed tñ durat dānū, qđ is paſſus eſt, qa p fruſtrationē litē cōteſtari nō potuit [g]. Et ex his decidi illa quęſtio pōt: ſi architectus mihi ſtipulāti inſulā ædificare in fundo meo ꝓmiſerit, egoq; eū fundū alienē, F an liberatus cenſeat. † Reſpōſum em̄ eſt, liberari, qa mea ampliùs nō intereſt [h], vt hac lege dicitur: vnde ſi interſit, vt qa ꝓmiſerim emptori dictā inſulā fabricatū iri, ſec9 eſſet [i]. † Idē ſi eā actionē emptori ceſsiſſem: intereſt em̄ mea, eum, q à me cām habuit, pleniſsimū ius cōſequi [k]. † Sed & ſi ꝓmiſſor iā in mora fuiſſet, receptū eſt nihil ſtipulatori poſſe imputari [l], cui rē ſuā liberè uēdere pmitti tur [m], nec ex mora ſua lucrum poſſe ab architecto fieri [n]. † Illud quoq; veteres tradiderūt [o], ſi huic ſtipulationi adiecta eſſet pœna, architectū alienatione

n l. idēq; §. fin. ff. q pot. in pig.
o l. ſi is qui. ff. de iur. ſiſ.
p l. diuortio. §. non ſolū. in fin. ſol. matr.
q l. iij. ubi not. ff. in qb. cau. pign.
r §. l. j. ff. de diſtr. pig. Bar. d. l. pupillus.
2
ſ l. loci. §. competit. ſi ſer. vend.
t l. poſthumus. ſi quis ex his. de inoffi. teſta. vbi Bar.
u l. ſi patroni. §. qui fideico. ad Treb.
x l. ſi ſub vna. §. j. de verb. obl.
y l. ille à quo. §. ſi de teſtam. ad Treb.
3
z l. nō ignorat. ff. qui ac. non poſ.
a Feli. c. ſuper his. col. pe. de ac.
4
5
b l. ſi poſt acceptum. ff. de rę vend.
6
c l. et ideò. de cō dicti. furt.
7
d l. inter omnes. ff. de fur. l. iniuriarum. ff. de iniur.
8
9
e l. j. §. rectiſsime. ff. de vi & vi arm. l. j. §. ſi rem. ff. de rep.
f l. qui autem. §. ſi quis cau.
10
g l. ſi eum. §. qui iniuriarū. in fi. ſi quis cau.
h d. l. ſi ſub vna. gl. l ſtip. nō diuidūtur. vbi Ro. eo. tit.
11
i Arg. l. in venditione. verſ. ſi quis in tradendo. ff. comm. pręd.
k l. ſi tibi. §. ſi pactuſ. vlt. reſpon. ff. eod. Paul. de Caſt. d. l. ſi ſub vna.
l l. j. §. ſi fundū. ff. de aq. quo.
12
m l. in re. ff. mād.
13
n Bar. l. ſi inſulam. in prin. de ver oblig.
14
o Dy. Alb. Iaſ. l. non ſolū. §. ſi. de op. nou. nunt.
15



tione fundi facta nō liberari, propter pœnā. n. qd ſtipulatoris interſit non attendimus [a]: ſi tamen emptor vetaret, iuſſa eſſet architecti excuſatio.
16 a ¶ Sed ſi fundus.) † Cùm æſtimatio dotis cōtractū ipſum in vēditionis naturā transformet, remaneatq; idcirco fundus ipſi hęredi [b], manifeſtò apparet eius intereſſe, vt creditoribus ſatis fiat, & ideò pactū

a ita vt pars inſtrum. ſignificat, ī dotē dat9 ē, ex vēdito act. vt placitis ſtet, cōpetit, PP. A Non. Decēb. Ipſo. A. III. & Dion. Coſs.

cohærētia cōtract9 cōfirmabit, & actio ex vēdito cōpetet [c]. quòd ſi tale pactm legib. reprobaretur ſecus eſſet [d]: vt cùm quis paciſcitur, vt venditor ipſe tributa ſoluat: lex enim prohibet, ne quis fundum comparare poſsit, quo minus ipſe publicas penſitationes agnoſcat [e], idque publicæ
17 ſeu fiſcalis vtilitatis contemplatione [f]: † vnde legi prohibitoriæ pacto contrahentium renuntia-
18 ri nequit [g], † onus enim tributorum eſt patrimo- B niale, quod lex ſemper voluit præſtari ab eo, qui tanquam dominus poſsidet [h]: vnde pactum vt dominus ipſe & poſſeſſor ſoluat, ſemper valet:
19 † quòd verò dominus non poſsidens ſoluat, nō valet, tanquam ſit fiſci reſpectu [i]: quo ad paciſcentes tamen valet, quia nulla eſt prohibitio legis [k], cùm translatio hæc poſſeſsionis temporaria, & perfecta non ſit [l]: & ita ego veterum ſententiam declaro [m], quibus Fulg. Aret. Soci. Rim. accedunt. Alij tamen valere pactum partium i- C pſarum reſpectu indiſtinctè exiſtimant, pacta enim debitorum inter ſe obſeruanda ſunt [n]: & ideò ſi mulier fundum emphyteuticum marito in dotem det, pacto quòd ipſa canonem ſoluat, valebit pactio [o], licet domino non præiudicet, quin maritus cadat, ſi ſolutum nō ſit [p]. Sed huic ſententiæ verba legis repugnant [q], quæ de actione ex vendito loquuntur, cuius nulla cum fiſco
20 conſideratio eſt. † Et ex hac vltima legis parte illud adnotant interpretes, rei æſtimatæ dationem venditionis contractum inducere [r]: quod intelligendum, ſi æſtimatio in contractu interueniat, cuius naturæ dominij translatio non adver-
21 ſetur. † Quid enim ſi in commodato, locato, depoſito, huiuſmodi æſtimatio interuenerit? videtur certè cauſa facilioris probationis ſolùm facta aduerſus eum, qui ex culpa, vel periculo
22 conuenitur [s]. † Quòd ſi ex natura contractus dominij translatio requiritur, tunc regulæ legis noſtræ ſtandum eſt, vt æſtimatio emptionem faciat [t]. Idemque in dubio reſpondendum eſt, vt in contractu dotis, in quo non magis translatio dominij, quàm poſſeſsionis neceſſaria eſt, cùm poſsit mulier, ſi hoc actum ſit, nudam poſſeſsionem in dotem dare [u]: in dubio em̄ potius de iure transferendo actum cenſebitur, & ideò ſi æſtimatio acceſſerit, factam venditionem interpre-
23 tabimur [x]. † quæ ſententia contrarijs coniecturis quandoque impugnatur, vt quia æſtimatio condigna non ſit, nec verum rei valorem æquet [y]: vel quia appareat ideò æſtimationem acceſſiſſe, vt rei detrimentum reſarciri poſsit, faciliuſq; culpa prēſtari [z]: vel ſi ex pòſt facto adijciatur: non enim veriſimile eſt voluiſſe partes perfectū antea contractum nouari vel corrigi [a]. Humanitatis quoque intuitu, in dotis contractu non videtur æſtimatione alienatū fuiſſe fundū, cùm maritus aliter ſoluendo non ſit [b]. Idē ſi actū ſit rem ipſam, nō autē æſtimationē reddi [c]. Ideq; ex alijs coniecturis. Quid enim ſi in diuiſione à co-



a l. ſtip. iſta. §. alteri. de ver. ob.
b l. quoties. ff. de iur. dot.
c d. l. iuriſgen. §. quinimo.
d l. j. ff. ſine cen. vel reli.
e l. fin eo tit.
f l. ij. eo tit.
g Gl. l. j. ff. ne fideiuſſ. dot.
h l. imperatores de publ. l. j. de an. pub. lib. x.
i l. inter. ff. eod.
k l. epiſtola. §. j. ff. eod.
l l. j. §. per ſeruū. ff. de acq. poſ.
m Gl. in d. l. j. in j. ſol. & Nicol. Mata.
n l. ij. §. fin de verb. oblig.
o Spec. titul. de loc. §. nunc vidēdum q. cxj.
p l. ex vectigali. de pig.
q d. l. j.
r d. l. quoties.
s l. ſi vt certo. §. ij. commod.
t l. litis. ff. pro emp.
u l. vſufructu. ff. ſol. mat.
x l. cum fund. locati.
y d. l. quoties. gl. l. j. §. j. de ſuperfic.
z Salic. & Mod. hic. arg. d. l. ſi vt certo.
a l. ſi ff. de noua. Doct. hic.
b l. pe. vbi gl. ff. de iur. dot.
c l. ſi inter. eo. ti.

hęredib. facta, hi ſerui æſtimati ſunt, quos ſub cōditione per fideicōmiſſum teſtator alijs reliquerat? Non erit veriſimile id actum, vt venditionis titulo transferantur [d]. † Sed quid in contractu de cuius natura dominium nō transferatur, ſed cōmunicetur, vt in ſocietate? Et ꝓ parte cōmuni ſapiet ęſtimatio aliquā naturā venditionis [e], vt ſcilicet cōmune ſit periculū, q. ſ. in pecorum partiarijs tradidim9 [f].

citis ſtet, cōpetit, PP. Non. Decēb. Ipſo. A. III. & Dion. Coſs.

L. 11. Ex Coniūctione.
24
d l. ſeruus. ff. fam. erciſ.
e l. cum duob. §. damna. ff. pro ſoc.
f l. ſi paſcēda. ff. cod.

## LEX XII.

1 *Pacto nouiſsimo priori quamvis veſtito derogatur.*
2 *Actio ſemel extincta reſuſcitari nequit.*
3 *Nouiſsimo pacto prior actio non reſuſcitatur, ſed noua eiuſdem naturæ inducitur.*
4 *Actio iniuriarum pacto ſopita, alio pacto non reuocatur.*
5 *In factis in iudicio omnia ſolennia præſumuntur.*
B 6 *Iudiciarij ſeruoris effectus plurimi.*
7 *Non quæuis pactio in iudicio facta mox fouetur.*
8 *Ex qualitate perſonæ iudicis augetur, & minuitur præſumptio.*
9 *In decreto iudicis imperiti, & idiotæ iuſta cauſa non præſumitur.*
10 *Vltimum pactum generaliter priori derogat.*
11 *Vltima mora præcedentem diluit.*
12 *Supremus dies de omnibus indicat.*
13 *Sequentia verba in inſtrumentis, nō derogant prioribus niſi expreſſum ſit.*
C 14 *Ordo neglectus ſcripturam non vitiat.*
15 *In quolibet actu poteſtas & voluntas iungi debent.*
16 *In pignore qui prior eſt, potior & iure eſt.*
17 *Prima teſtis aſſeueratione ius parti quæritur.*
18 *Actio extincta ex beneficio legis reſuſcitatur.*
19 *Contractus, qui re perficiuntur, nudis verbis diſſolui non poſſunt.*
20 *Priora non reſcinduntur, niſi per actum retrò ſimilem.*
21 *Ex natura & fauore prior actus præualet.*
D 22 *Prior actus ſi plenior ſit, poſteriori antefertur.*
23 *Quando ſit nouatio, vltimus contractus priorem non euertit.*
24 *Iureiurando ſequenti, priori non detrahitur, ſi iuri communi concordet.*
25 *Iuramentum à muliere ſibi præſtitum valet.*
26 *Vbi iuramentum ſine peccato obſeruari poteſt, tenet contractus.*
27 *Iuramentum communi iuri contrarium, actum tamen fouet, licet iuratus periurus fiat.*
E 28 *Iuramentum clauſulæ derogatoriæ effectum habet.*
29 *Quæ poſteriore ſcriptura codicillorum referūtur, perinde habentur, ac ſi in teſtamento adſcripta eſſent.*
30 *Quod ex mente inducitur, fortius admittendum eſt, ſi de eo expreſſum ſit.*
31 *Præcedens clauſula magis facit ad declarationem ſequentium, quàm contrà.*
32 *Quando ſpecialiter pœnituit agens, priori actui per poſteriorem derogatur.*
33 *Poſteriora priori proteſtationi, cuius ratio ceſſat, derogant.*
F 34 *Proteſtatio facta in actu communi, altero abſente, à poſteriori reuocatur.*
35 *Participium nō tranſit in vim nominis, ſecundum Vallā.*
36 *Habere propoſitum, eſt propoſuiſſe.*
37 *Horreum quemcunque locum ſignificat ad reponendas merces.*
38 *Caupo tenetur ad reſtitutionem rerum ablatarum vectoribus, licet de indemnitate proteſtatus.*
39 *Proteſtatio ſequenti actui derogatoria non attenditur, quando pars, quæ læditur, non expreſſè conſenſerit.*

1 PACTA NOVISSIMA.) † Debebã
tibi centũ ex cauſa mutui, deinde
pactus mecũ es, eam ſummã à me
non petere: rurſus poſt aliquod tẽ
pus conuentũ inter nos eſt, vt eius
pacti cõmoditate
nõ vterer: hîc tradit
poſſe te ex mutui
cauſa rurſus agere,
& mihi excipienti
obſtiturã ex nouiſ-
ſimo placito repli-
catione [a]. Dixerit
aliqs, cũ in lege nõ
exprimat quę cõue
tio pręceſſerit, non
videt reſtringenda
hęc ſpecies ad pa-
ctũ nõ petendi, ſed
generaliter potius intelligẽdũ etiã ſi iuſtũ, id eſt,
B veſtitũ (vt vocãt) pactũ, interuenerit, q priorẽ a-
2 ctionẽ ipſo iure extinguat [b]. † Sed huic poſitioni
reclamãt oẽs, quoniã actio ſemel extincta ſuſci-
3 tari ampliùs nõ poteſt [c]: † niſi reſpõderis, priorẽ
quidẽ nõ ſuſcitari, ſed nouã eiuſdẽ cõditionis &
naturę ex pacto dari, & id eſſe q lex ait, ideò ꝓ-
ficere ad nouũ contractũ: videtur. n. iuris inter-
pretatione repetita prima illa cõuentio [d], q in
obligatione ex cõtractu facilius inducit [e]: † in a-
4 C ctione verò iniuriarũ pacto ſopita ſecùs eſt, quo-
niã huiuſmodi actio ex ſequẽti pacto nõ naſcit,
ſed ex cõtumelia [f]. nec nouũ eſt, facilius aliquid
ad inſtar eius, q ſemel placuit, induci, quã omni
no innouari [g]: nã & ei, cui actio ſemel cõpetijt de
facto, deinde agere lex pmittit, dũ partis volũtas
nõ aduerſet, vt quia nõ excipiat [h]: & ſicut cũq; ſu
ſtineri hęc ſententia aduerſus communẽ poſſet [i].

a ¶ Maximè.) † Quæ enim in iudicio fiunt, va-
5 lidiora ſunt, vnde facilius in his præſumuntur
D ſolẽnia [k], diluitq; oĩs pręſumptio vel doli vel me
tus [l]: & ideò tutor cũ pupillo corã iudice cõtra-
hẽs, cẽſebit bona fide & palã cõtraxiſſe [m]: & q in
iudicio cõfitet, ex iuſta cauſ. cõfeſſ9 cẽſebit [n]: & ſi
expreſſa mutui cauſa cõfiteat, exceptione nõ nu
meratę pecunię vti ampliùs nõ poterit [o]. † Sũtq;
6 iudiciarij feruoris plurimi effectus: ex eo. n. ſtipu
latio fingitur [p]: renũciatio quoq; iuris in poſterũ
cõpetituri inde robur aſſumit [q]: teſtamẽtum, vel
cauſa mortis donatio, corã duob. teſtib. ibidẽ fa
cta ſuſtinetur [r]. pactũ nudũ, q ad iudicij ipſi9 ex-
E peditionẽ reſpiciat, corroboratur, & actionẽ pa-
7 rit [s]. † Sũt & q generaliter qualẽcũq; pactionẽ ca-
lore iudiciario foueri tradiderũt: ſed eorũ ſentẽ
8 tia cõmuniter recepta nõ eſt [t]. † Sed an hęc ꝓce-
dãt corã quocũq; iudice? Et Bal. ꝓ maiorib. qdẽ
magiſtratibus pręſumi fatetur [u]: pro minoribus
verò negat [x]: † vnde & Aret. reſpõdit, [y] nõ pręſu
9 mi iuſtã cauſam in decreto iudicis idiotę & im-
periti, quales ſolent eſſe pagorũ ſeu villarũ duũ-
F viri & poteſtates, & qui vili ſportula autoritatis
ſuæ copiã in inſtrumẽtis faciũt [z]: ſed verius eſt,
ex qualitate perſonarũ vel augeri pręſumptio-
nem vel minui [a], quod & Dec. ſentit. Articulus
tamen hîc diffuſior eſt, quã vt in præſentia attin
gi, & huc de locis ordinarijs trahi debeat [b].

10 † ¶ Non prohiberis.) Attenditur ergò vltimũ
pactũ, derogatq; priori: q generaliter fatendũ &
in mandato [c], vt vltima procuratoris cõſtitutio
obſeruetur, & in iuramẽtis [d], & in cæteris cõtra-
11 ctibus, & ſcripturis. † Sic & vltima mora diluit

a l. ſi vnus. §. pactus ne. de pac.
b l. Stichũ §. naturalis. de ſol.
c d. §. pactus. verſ. ſed ſi.
d l. iuriſgent. §. adeo. ff. eo.
e l. vbi pactũ. ꝟ. tit. j.
f d. verſ. ſed ſi.
g Arg. l. iij. §. reficere. de itin. actuq; pri.
h l. Iulia. §. quãtũ ff. ad exhi.
i Arg. l. pupilli. §. j. de ſolut. & no. l. ſi diuerſa ꝟ. tit. j.
k l. j. ꝟ. de præd. decur.
l Alex. l. tranſactione. ꝟ. tit. j.
m l. nõ exiſtimo de admi. tut.
n Gl. pen. in l. j. de inter. act.
o l. vnica. ꝟ. de cõfeſſ. vbi Salic. col. j.
p l. cum oſtendimus. de fid. tut.
q Gl. l. j. de cur. bon. dan.
r l. omniũ. ꝟ. de teſta.
s Gl. auth. gen. de epiſ. & cler.
t l. ſiue. ꝟ. tit. j.
u l. ij. ꝟ. de offic. ciuil. iud.
x l. tut. de cõfir. tut. vbi Bal.
y Aret. cõſ. 96. & l. ſciendũ. de verb. oblig.
z Inno. Hoſt. c. cedẽs. ꝟ. vt lit. nõ conteſt.
a c. niſi. de pręd.
b d. l. ſciendũ. c. quoniã contra de leg.
c l. ſi quis cũ ꝓc. in fi. de proc.
d l. duob. §. fi. de iureiur.

LEX XII.
IDEM Aug. Placillæ.

PActa nouiſſima ſer
uari oportere, tam
iuris, q̃ ipſi9 rei ęqtas
poſtulat, quaꝓpter ſi
cõuentione, quæ prę
ceſſit, diuerſa pars
vſuram ſe non eſſe
cõſenſit, & maximè [a]
ſi vt proponis id etiã
apud acta præſidis
A aſſeuerauit, actionem
quæ ſuper prima con
uentione fuerat, ex-
ercere non prohi-
beris [b]. PP. III. Kalẽ.
Mart. Agricol. & Cle
mentino COSS.

præcedentem [e]. In reſcriptis quoq; idẽ traditum
eſt vt poſteriora efficaciora ſint. Idem in legibus
in decretalibus, in ſtatutis municipiorum, in cõ-
ſuetudine, in præceptis, interlocutionibusque
iudicium [f], in teſtamentis vel codicillis: ſic vlti
ma ſepulchri ele-
ctio attenditur [g],
& mulier in vltimi
viri conditorio re-
ponitur [h]: ſic vlti-
mus ſacerdotij ſta-
tus inſpicitur [i],
ſic poſtrema ab æ-
diculæ patronis fa-
cta præſentatio [k]:
ſic nouiſſima qua-
litas perpenden-
da, extremaque vi-
tæ conditio [l]: ſi-
quidem vt proverbiali verſu dicitur, † Alius
B de alio iudicat dies, ſupremus de omnibus 12
vnde & vltima fama conſideratur [m]: ſic vl-
tima verba ſententiæ, vel cuiuſuis alterius ſcri-
pturæ [n]: quæ latius tractata à recentioribus hic
accipienda ſunt. Non tamen hæc perpetua
ſunt, attenditurque quandoque & primus a-
ctus: quid enim ſi ſupremus priori non ita ad-
uerſetur, quin ambo iungi aliquo modo po-
ſsint? † Certè ſemper pro concordia ad labo- 13
C randum eſt [o], verbaque inſtrumentorum inter-
pretatione adiuuanda ſunt, ne ſimul pugnent
[p]: nec credendum à ſequenti conuentione
priori derogatum, niſi id expreſsim actum con-
ſtet [q]. † Qua ratione ſi in eadem ſcriptura repe- 14
riatur aliquid poſterius adſcriptum, quod prius
adnotari debuit, non tamen actus vitiatur [r], ſed
præpoſteri reprænſione ſublata, voluntas ſuo
ordine accipitur [s]: vnde & figura ὕστερον πρότερον,
non Grammaticis ſolùm & Rhetoribus, ſed
D etiam Iureconſultis communis [t]. Sed & ſi vlti-
ma diſpoſitio non valeat, vt quia dolo facta, vel
contra leges, dubium non eſt primam non ob-
literari [u]. Idem ſi ab eo inita ſit, cui id ius
non competat [x]. † In vnoquoque enim actu id 15
neceſſarium eſt, vt poteſtas voluntati iunga-
tur, alioqui nihil agitur [y]. † Quapropter in 16
pignoribus is potior eſt, qui tempore eſt pri-
or: quoniam ius illi acquiritur [z], quod ſequenti
contractu auferri ab eo non poteſt [a]. Idem in
E ſacerdotiorum collationibus [b]. Idem in ven-
ditionibus vt is præferatur, cui res priùs eſt
tradita [c]. † Sic ſtatur primæ teſtis aſſeuerati 17
oni, ex ea enim ius parti quæritur, & ſequens
contraria ex ſubornatione deſcendiſſe præ-
ſumitur [d]. † Ex his & aliud inducitur, vt quan- 18
do actio per poſterius pactum ipſo iure ſubla-
ta eſt, non poſsit deinde nouiſsima conven-
tione ſuſcitari, quòd ſcilicet actio ſemel extin-
cta, ſuſcitari à contrahentibus nequeat [e], vt ſu-
F prà diximus, niſi beneficio legis id accidat,
quæ iuſta ex cauſa vtiliter eis provideat [f].
Eadem ratione quando res integra non eſt,
ſimplici pacto poſterius concepto, præce-
dens contractus non reſcinditur [g], † nec 19
contractus, qui re perficiuntur, nudis verbis
diſſolui poſſunt [h]: † vnde neceſſarium eſt ſimi- 20
li actu priora omnia reſcindi, alioqui vltimum

e l. illud. de pecu. & com.
f l. ſi qui iuſsit. de re iud. l. ſi prius. de [illegible]
k Dec. conſ. [illegible]
l l. ſi filio. in fin. de inoffi. teſt.
m Feli. c. cũ cõtingat. col. ij. de reſcrip.
n l. Stichus. de ma. teſta. gl. c. præd. xvj. q. j.
o l. ſi ſ. ij. Bar. l. ſi. §. idẽ quæſijt de cõ. ind.
p c. inter dilect. §. cæterum. de fid. inſt.
q l. præcipimus in fi. ꝟ. de app. Bar. conſ. vxxij. col. fi.
r l. ij. §. prius. de vulg.
s l. præpoſteri. ꝟ. de teſta.
t d. l. iuriſgent. §. vtrum.
u d. l. iuriſgen. §. ſed ſi fraud.
x l. pact. curatoris. ꝟ. eo.
y l. nolle. de acq. hær.
z l. j. quan. prouocare non eſt neceſſe.

a l. j. qui pot. in pig. b c. ſi tibi. de præbend. in vj. c l. quoties. ꝟ. de rei. vend. d c. ſicut. ꝟ. de teſtib. e l. qui re. §. arcam de ſol. f l. quãuis. §. qties. ad Velleianum. g l. ab emp. ff. cod. h §. j. Inſt. qui. mod. toll. oblig.

illud



illud pactum, quantum ad reſciſsionem attinet,
21 ineffic ax erit. † Ex natura quoq; vel fauore rei
præualet quandoq; prior actus, vt in libertate
ſub varijs conditionibus relicta: obſeruabitur e-
nim leuiſsima, non vltima conditio [a], quod liber
tatis fauori adſcribendum eſt.
22 † Hæc pertinet & cùm priſtinus actus ple-
nior eſt, is enim attenditur poſteriore neglecto:
vt cùm qui purè vendiderat, iterum ſub condi-
A tione vendit [b], vel qui purè aliquem inſtituerat,
eum deinde ſub conditione inſtituit, prior enim
tanquam plenior inſtitutio attendetur [c]. nec no
uum eſt ex quodam fauore & humanitate hæc
induci: nam & quod vulgò traditum eſt, quoties
plures opiniones ab aliquo referuntur, cenſeri
vltimam approbatiorem [d], non procedit, ſi prior
maiore æquitate niteretur, cùm ſequens ad
23 rigorem deflecteret [e]. † Sed & caſibus quibus no
uatio nõ fit, apparet ab vltimo contractu primũ
B nõ inuerti [f]: vt cùm quis ſtipulatus eſt actum, vel
vſumfructum, deinde iter, vel vſum: nihil enim
agit [g], cùm priore ſtipulatione vberius ſibi pro-
24 viſum appareat. † Priùs quoque præſtitam iuriſ-
iurandi religionem obſeruari par eſt [h], quæ ſcili-
cet iuri cõmuni concordet [i], vt eo exemplo tra-
ditum eſt, quando mulier ſe fundum dotalem
nõ alienaturam iurauit, deinde nihilominus a-
lienauit, & ſe obſeruaturam cùm iureiurando
affirmauit, nõ enim ſequens hic contractus ſuſti
C nebitur [k], ſed ꝓpter legẽ Iuliam fundi dotalis a-
lienatio erit nulla [l], quæ quãvis lege potificũ iu-
reiurãdo cõfirmetur, [m], hoc tamẽ caſu ſecùs eſt,
quoniã ſequẽs iuramentũ à priore confirmatur,
vnde mutuis ictibus colliſa religione legis Iuliæ
25 prohibitio nõ impeditur. † Nec refert ſi alteri pręſtitũ
nõ ſit prius id iuramentũ, ſed ſibi ſoli muli-
er iurauerit: quia cùm illud licitũ ſit, videt Deo
26 ipſi factũ [o], vnde reuocari amplius non potuit. †
Nec etiã refert quòd emptor ignorauerit priùs
D eã iuraſſe, quia nõ ideo cõfirmabitur contractus,
qui non fauore emptoris à Pontificibus ſuſtine-
tur, ſed quia iuramentum ſine peccato obſeruari
poteſt [o]: quæ ratio hoc caſu ceſſat, cùm iam peri-
cura ſit mulier: vnde ignorãtiæ emptoris hoc tri-
bui nõ poteſt, vt cõtractus valeat [p]. Solùm igitur
in id, quod ſua intereſt, celatum ſe de priore iura
mẽto fuiſſe ob dolum mulieris experietur: & ſic
diſſentientiũ ſententias cõciliandas ego exiſti-
mo [q]. † Sed quid ſi prius iuramentũ iure cõmuni
27 E nõ cõcordet, an ſequẽs actus ſeruabitur? Et ſerua
ri cõſtat, licet periurus ille efficiatur [r]. † In his tñ
quæ ex facto noſtro ſolùm pendent (niſi ſpecia-
lis reuocatio interceſſerit) attẽdendus priſtinus
eſſet actus, propter vim iuramenti, q clauſulę de
rogatoriæ effectum habet [s]: vnde ſolet dici, actũ
generalib. verbis ſubſequẽter factũ, ad res priùs
29 iuratas nõ trahi [t]. † Ex mẽte quoq; agẽtiũ ſequẽs
actus quãdoq; retrò trahitur, & priori adſcribi-
tur: vnde traditũ eſt, ea quæ poſteriore codicillo
F rũ ſcriptura referũtur, perinde haberi, ac ſi in te-
ſtamẽto adſcripta eſſent [u]: quod ex teſtatoris mẽ
te deſcẽdit, & germanitate, quæ codicillis cum
30 teſtamento eſt [x]. † Et quod ex mente inducitur
fortius admittendũ eſt, ſi de ea quoq; expreſsis
verbis cõſtet, vt quia in priore actu ſit clauſula ſe
quẽtiũ derogatoria [y]: nihil eñi prohibet, à prio
re ſcriptura poſteriorẽ corrigi, cõmutari, reſcin-
di [z]: atqui vulgò dicit, præcedentẽ clauſulã ad ſe
31 quẽtiũ declarationẽ magis facere, quã ſequentẽ
ad pręcedẽtiũ [a]: meritò igit ꝓteſtatio pręcedẽs ꝓ

a l. quod traditum. de cond. et demonſt.
b l. ſi id quod. de reſcind. vend.
c l. ſi [illegible] §. j. de hære. inſt.
d l. [illegible] de poſt. l. qui fi[illegible] §. Sabinus ad Trebel.
e l. ſi cum exceptione. §. ſi l. quod met. cau. [illegible] gl. Aret. conſil. cixiij.
f l. ſi ꝟ. de noua.
g l. qui vſumfr. de verb. oblig.
h c. intellecto. de iureiur.
i c. dilecto. vbi Imol. de præb.
K gl. c. licet. de iureiur in vj.
l l. j. de fun. do.
m c. cũ cõting. de iur. iud. Alex. l. duob. §. fin. de iureiur.
n c. debitores. de iureiur.
o d. c. cum contingat.
p l. quemadmodum. in fi. C. de agr. & cenſit. lib. xj.
q Imol. d. c. col. 8. Io. Fab. §. j. Inſtit quib. alie. non licet. Alex. cõſil. 16. in 3.
r c. j. de ſponſa duo. c. ſicut ex lit. de ſponſ. 28
s Bart. l. ſi quis. in prin. de leg. iij. col. fin.
t gl. c. cũ nõ deceat. de elect. in vj.
u l. ij. §. j. de iure codicil.
x l. talis. in fi. de leg. j.
y l. ſi mihi. §. fi. de leg. j.
z l. nihil. de adimen. leg.
a Bar. l. quiſquis. de leg. iij.

pter clauſulam ſequentiũ dero[illegible]oriam præua- L. 12.
let: quod tamẽ quibuſdã caſibus non procedit. Pacta.
† Primus eſt, cùm apparet ſpecialiter eum pœ- 32
nituiſſe [b]. Idem ſi ceſſet ratio proteſtationis, vt
cùm quis in teſtamẽto ſcripſit, nolle ſe vllos co-
dicillos valere, niſi manu ſua ſignatos & ſubſcri-
ptos, apparet enim eum timuiſſe, ne falſi ſuppo-
nerentur. † Quãobrẽ ſi deinde proferantur verè 33
ab eo facti codicilli, adhuc valebũt, quia poſte-
A riora priori ꝓteſtationi, cuius ratio ceſſat, dero-
gãt [c]. Secũdus caſus eſt, quãdo actus de quo facta
eſt ꝓteſtatio, cũ alio gerit, nec ille admonitus ꝓ 34
teſtationis eſt, ſiue quia abſens, vt Bar. tradit [d], ſi-
ue quia ꝓpoſitũ mẽte retentũ eſt vt Pet. mauult.
[e]: quæ ſententia ſumma ratione nititur, licet Iauo
leni reſpõſo, quod illi interpretant, nõ cõueniat
[f]: ait ille, locator horrei ꝓpoſitũ habuit, ſe aurũ,
argẽtum, margaritam nõ recipere periculo ſuo,
deinde cùm ſciret has res inferri, paſſus eſt, per-
B inde eũ futurũ tibi obligatũ dixi, ac ſi propoſitũ
fuerit remiſſum. Ex hac enim interpretatione
nullam ꝓbabilem dubitationẽ habet id reſpon-
ſum, ineptéq; loqueretur Iurecõſultus quorſum
enim opus fuit tibi remiſſam ꝓteſtationẽ cenſe-
ri, quę vel in mẽte retenta ſit, vel tibi non fuerit
patefacta? cùm nihil præiudicij facere huiuſmo-
di ꝓteſtatio poſsit [g]. Adde quòd nec latinè lo-
queretur: nec enim ſi, propoſitũ, nomẽ eſſet, intẽ
tionẽq; ſignificaret, debuit Iabol. infinitiuo ver-
C bo vti, ꝓpoſitũ nõ recipere, ſed nõ recipiẽdi [h]: † 35
vnde apparet nomẽ non eſſe, ſed participium, q
in vim nominis nõ trãſit, vt Lau. Valla eleg. cap.
XXVII. docet. Tertius caſus eſt, quando clauſula
derogatoria ſimpliciter præceſsit, & actus cõtra
rius ex interuallo ſubſequutus eſt, quod ex eodẽ
reſponſo Iacob. Butr. cenſuit. Sed quodmodo is
caſus intelligi debeat, à me alibi diſputatum eſt
[i]: hîc in præſentia ſolùm dixero, nec verbis Iabo
leni hũc intellectum cõuenire, ſiue quia eodem
D vitio laborat, vt propoſitũ pro nomine accipiat,
ſiue quòd dictionem deinde ad actũ ex interual-
lo reſtringit, quæ generalis eſt, & id quoq; com-
plectitur, quod incontinenti pòſt geſtum ſit [k]: ſi-
ue quod regulariter proteſtatio etiã ad ea traha-
tur, quæ ex interuallo ſequuntur [l], nec coarctan
dum fuit reſpõſum ad caſus pàrticulares. Ego i-
gitur hiſce opinionib. omiſsis, quibuſdamq; re-
centiorum nihilo melioribus commentis, re-
ſponſum illud aliter accipiendum exiſtimaui.
E Sciendum enim, † habere propoſitum, idem eſſe 36
quod propoſuiſſe, ſeu proſcripſiſſe, pro valuis
fortè tabernæ, vel horrei [m]. Sueto. in C. Caligula:
Vectigalibus neq; propoſitis cùm per ignoran-
tiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, tandem
flagitante populo Rom. propoſuit quidẽ legẽ,
ſed minutiſsimis literis, &c. † Rurſus ſcien- 37
dum, horreum pro quocunq; loco ad reponen-
das merces accipi [n]. Apul. lib. IIII, Aſini: Tunc
horreum quoddam gazis Milonis refertum, ſe-
F curibus diſſindunt. Nos vulgò magazinum vo-
camus. Erant aũt qui artẽ hãc exercebant, vt lo-
cum ipſum ſeu apothecam non perpetuæ ſedis
cauſa, ſed ad res interim reponendas locarent,
mercesq; periculo ſuo reciperent, quòd ſcilicet
cuſtodia ad eos pertineret [o]: vocantur autẽ lati
nè etiam horrearij [p]. Igitur decidit Iureconſul. ſi
horrearius res illas receperit ad periculum præ-
ſtandum teneri, priore proteſtatione, pro valuis
fortè fixa non obſtante: cuius rei eſt ratio, quia
alioqui facilè poſſe horrearius cũ furib. cõueni-
re, &

b d. l. ſi quis in prin.
c l. diuus. §. j. de iur. codicill.
d l. non ſolũ. §. mortem. col. 6. de op. no. nũ.
e Petr. & Cyn. hic.
f In l. cũ in plures. §. loc. ff. loc.
g l. ſi repetẽdi. de condict. ob cauſ.
h l. ſi quis nec cauſ. ſi cert. pet.
i l. deteſtatio. de verb. ſig.
K d. l. ij. §. prius. ubi Aret. de vulg.
l d. l. talis. & l. ſeq.
m l. ſed & ſi §. ꝓſcribere. de inſtito l. ſi quis id quod. de iuriſd. om. iud. l. apud. §. hæc ſunt fere de iniur.
n l. iij. de offic. præf. vig.
o l. j. ꝟ. loca.
p l. ſi vero. de his qui dete.

re,& conductorem decipere,qui apud eum repo
ſuit tantiſper dum aliò aduehit,vel locũ reperit,
vbi venales proponat, vt quod de perſonis cau-
pones,de equis ſtabularij exercent,de ipſis mer
cibus horrearij faciant:† nam & de his traditum
38 eſt,ſi vectorib. prædixerint,vt res ſuas
cuſtodiãt, nõ enim ſe damnũ præſtituros , nihilominus
teneri, niſi expreſsè vectores ꝓſtationi cõſen-
ſerint [a], quia tacẽdo ſibi non præiudicant,cũ lex
tacuiſſe præſumat,ꝙ ſciant ius ſuũ durare [b]: alio
qui materia eis quoq; daret̃ cũ furib.adverſus e-
39 os,quos receperũt,coeundi [c].† Et ex his colligit̃
quartus caſus,vt proteſtatio ſequẽti actui dero-
gatoria nõ attẽdatur,quãdo pars,quę lędi pote-
rat,expreſsè non conſenſiſſet,& ex ea cum furi-
bus coeundi occaſio nautæ,cauponi,ſtabulario,
horreario q; ſubminiſtraretur.

a l.fi.§.item ſi. ff.naut.caup.ſtabul.
b d.l.ſicvt.§.nõ videtur.ff. quibusmod. pig.
c l.j.in prin.ff. nau.caut.ſtab.

## LEX XIII.

IMP. MAXIMIANVS *Auguſtus Mario.*

### LEX XIII.

1 *Pacta,quæ rem & pretium reſpiciunt,cõtractũ reformãt.*
2 *Pacta,circa naturalia vel accidentalia facta, incontinenti actionem informant.*
3 *In cõtractib.ſtricti iuris pacta incõtinẽti appoſita inſunt.*
4 *Vetus actio pacto nõ informatur,ſed ex ſtipulatu agitur.*
5 *Aliud eſt actionem informari,aliud contractui ineſſe.*
6 *Stipulatio informat actionem,quæ contractui ſubijcitur.*
7 *Tacitum pactum cohærentia contractus veſtitur.*
8 *Contractus præſumptus pacto firmatur.*
9 *Plura etiã pacta cõtractui incõtinẽti appoſita ſtabiliuntur*
10 *Pactum exceptionis cauſa adiectum etiam actionem producere poteſt.*
11 *Cõtractus ex materiæ defectu peccãtes ſuſtinẽtur quatenus valere poſſunt.*
12 *Pactũ poſt manifeſtũ finẽ cõtractus factũ nõ roboratur.*
13 *Pacta, quæ legẽ dant contractui aut in ingreſſu fiũt , actionem informant.*
14 *Pactum in ingreſſu cõtractus factũ pretij pars cenſetur.*
15 *Geſta incotinenti, alterũ alterius cauſa fieri præſumitur.*
16 *Pactũ naturam cõtractus excedens informat actionem.*
17 *Ex pacto agitur ad vſuras ex depoſiti contractu, debitas.*
18 *Mandatum contra naturam ſuam pactiones recipit.*
19 *Si maior ſumma in pacto ſit,quàm contractu,non informat actionem.*
20 *Pactum pœnale nullas vires cõtractui principali præſtat.*
21 *Pacta,quæ traditione non veſtiuntur,neq; cohærentia cõtractus fulciuntur.*
22 *Actio ex contractu ex qualibet parte propriè & continenter oritur.*
23 *Ex pacto contractus cohærentia firmato, actio ex cõtractu tantùm oritur.*
24 *Pactum de retrò vendendo magis perimit, quàm informat actionem.*
25 *Pactum,propter quod minoris res venditur,actionem ex vendito parit.*
26 *Pactum gratuitum actionem præſcriptis verbis tradit.*
27 *Ex pacto nudo actio nulla naſcitur.*
28 *Negotiatores inter ſe pacto nudo non agunt,contra* Bar.
29 *Ex pacto manus regia impetrari nequit.*
30 *Pacta ſoli retentioni ſufficiunt.*
31 *Pactum confeßione vallatum , coram iudice chartulario informat actionem.*
32 *Pactum ſi deliberatione præuia iteretur,actionem ex conſtituto proponit.*
33 *Iteratio eodem tempore facta,deliberatione carens , non producit actionem.*
34 *Nudum pactum iuramento fulcitur , idq; de iure canonico.*
35 *Qui adverſus iurata pacta faciunt,actione priuantur, & pœnam ſuſtinet.*

IN BONAE FIDEI.)†Pactorũ quę contractibus adijciuntur,alia ſubſtantiam reſpiciunt, vt in emptionibus rem & pretium [d]: & hæc cõtractum ipſum reformare dicuntur,ſiue ex continẽti,ſiue ex interuallo conuenta ſint [e]:† 2
**IN bonę fidei cõtractibus ita demum**
alia circa naturalia contractus vel acci
A dentia verſantur , & hæc ſi ex continenti facta
ſint ſolùm cenſentur contractui ineſſe,ſed etiam
actionem informant [f]:cùm enim actiones ex cõ
tractibus certis formulis continerentur (quas à
M.Manilio cõpoſitas Varro eſt autor) vt id quo-
que quod pacto conventum erat , compræende-
rent,informabantur,id eſt, in formam extenſim
deducebantur: idq; in bonæ fidei iudicijs locũ
habuiſſe conſtat.Sed an & in contractibus ſtricti
B iuris?Et receptum eſt idem eſſe [g], paucis recla-
mantibus [h], qui & in lege noſtra, & in Vlpiani
reſpõſo perpendunt bonæ fidei mentionem o-
tioſè fieri non debere,alioqui caſum indubitabi
lem decidi, cùm pluſquam manifeſtum ſit,pacta
incontinenti adiecta eis ineſſe, ex interuallo fa-
cta non eſſe . nec Pauli reſponſum [i] huic ſen-
tentiæ adverſatur , quod non de actione infor-
manda loquitur,ſed de reformatione , quando
ſcilicet pactio ſubſtantiam contractus reſpicit,
C id eſt,pecuniam, ſeu diem,quæ pars ſummæ eſt
[k]: tunc enim diſtinguitur , aut ex continenti &
indiſtinctè,ſiue contractus ſit bonæ fidei,ſiue ſtri
cti iuris,ineſt & reformat:aut ex interuallo,& ſo
lùm reformat cùm res adhuc integra eſt, alioqui
non reformat [l]:quam ſententiam & Decius ſe-
3 quitur [m]. † Ego à crebriore ſententia diſceden-
dum non arbitror , dum tamen rectè intelliga-
mus,in contractibus quidẽ ſtricti iuris pacta in-
4 cõtinenti adiecta ineſſe [n],†ſed actionẽ veterẽ nõ
D informari ex pacto,tamẽ noua actione ex ſtipu-
latu agi:& hoc eſt ꝙ Bart.nouo loquẽdi more in
quit contractũ inforamri,nõ actionẽ [o]:†aliud.n.
5 eſt ineſſe contractui , aliud actionẽ informari [p]:
etenim ſtricti iuris actiones hanc informationẽ
nõ recipiũt,cũ tot ſint ſtipulationes, quos res [q]:
proinde vna nõ poſsit eſſe actio extenſa ad id, ꝙ
pacto continetur.quo exẽplo ſi ſtipulatio ad da-
tionẽ referretur,pactio factũ reſpiceret, indubi-
tatũ eſt certi conductionẽ non informari , vt ad
E incerta competat [r].† Sed quid ſi ſtipulatio cõtra
6 ctui ſubiecta ſit,nunquid informet actionẽ ex cõ
tractu,ſicvt pactio nuda;Et Bar.informare credi
dit [s],cõtrà Rimin.& Dec.cùm ipſa actionẽ ordi-
nario pariat remedio,non fuit operępretiũ actio
nẽ ex contractu ad eã protendi [t]:quam ſententiã
& nos ſequimur,quia conſtat ſtipulationẽ ad ac
cidentia præcedentis bonæ fidei contractus per-
tinentem propria natura cenſeri,ſtrictiq; iuris a-
ctionẽ párere [u], cùm tamen actio informata bo-
F næ fidei ſit [x].Sed quid rurſus in pacto tacito , an
7 cohærentia contractus confirmetur?† Et parem
eſſe taciti expreſsi q; naturã conſtat [y]: vnde qui
emit hæreditatem, & tacitè egit,vt ipſe hæredi-
tarijs creditoribus faciat, rectè ex empto actio-
ne tenebitur [z].Et qui incontinenti poſt contra-
ctũ renũtiauit hæreditati, tacitè pactus cẽſebit̃,
& actione ex cõtractu cõuenietur,quod Aret.cẽ
8 ſuit [a].† Sed & in cõtractu pręſumpto, qualis eſt
vẽditio quę ꝓpter ęſtimationẽ pſumitur, ineſſe
poſſe pactiones conſtat,informariq; actionem [b].
Idem

d l.pact.vbi gl de contrahen. empt.
e l.iuriſgent.§.adeo.ff.cod.
f d.§.quinimo.
g l.petens.§.ea l.lecta.ſi cert. petatur.
h Porcius Inſtit. quib.mod.re cõtrah.obli.col ij.Soc.l.j.§.ſi ſtipulanti.de ver. oblig.
i d.l.lecta.
k l.j.§.diem.de eden.
l d §.adeo.d.l. pacta.
m d.l.petens.ver. ti & Bulg.& Iac.de S.Georg
n l.lecta.
o Bart.d.l.lecta in fin
p d.l.lecta.
q l.ſcire.de ver. oblig.
r Inſt. de verb ob.in prin. Bar d.l. lecta.in fin
s l.prædia.de act.emp. Mod d.l.petens.
t Arg l.fin.§.de pact.conuen.
u l.in bonæ fidei.de eo quod cer.loc.Bar.l.ſingularia. col.ij.ſi cert.pet.
x Doct.l.pacta quæ contra.§. cod.
y l.cum quid.ſi cert.pet.
z l. hæred.ff.de don.not. l. ij.§. ij.cod.
a l.is qui heres col.ij.de acq.hæred.Bal. l.j.col. pẽ.§.qui bo.ced.
b l.ex cõventione.in fin.§. cod.



Idem & ſi pactum quaſi contractui addatur,vt
cùm in tutelæ ſuſceptione cõcipitur quod Ang.
adnotauit [a]. Adde quod huiuſmodi informatio
non ſolùm paciſcẽtibus ipſis prodeſt,ſed etiam
eis,quibus acquirere illi poſſunt : quo fit vt pa-
ctio inter creditorẽ & emptorẽ pignoris , ipſi debitori,
proſit [b], licet alteri non proſit [c]. † Nec
9 refert vnicum ſit pactum , an plu-
**ex pacto actio ſcõpetit,ſi incõtinenti fiat: nam q̃d poſtea placuit,id nõ petitionẽb,**
ra cõtractui adiecta:omnia eñ dũ incõtinenti cõ
venta ſint,ſtabiliunt̃,actionẽq; informant,vt hîc
tradũt recẽtiores,nec quiſquã vnquã dubitauit.
10 † Sunt & qui huic informationi nõ obeſſe exiſti
ſtimẽt,ꝙ pactũ cauſa exceptionis ſolùm adiectũ
ſit:nihil.n.impedit quo min9 actionẽ quoq; poſ
ſit ꝓducere [d]: ſicvt vice verſa videmus, pactũ ex
interuallo actionis cauſa à cõtrahẽtib. fruſtra cõ
ventũ,exceptioni ſaltẽ ſufficere [e],ꝙ hic ab omni
11 bus ferè receptũ eſt, & optima ratione nitit̃: † ſi-
quidẽ cõtractus q ex materię defectu peccãt, ſal-
12 tẽ eatenus ſuſtinent̃,quatenus valere poſſunt [f].†
Illud quoq; nõ obeſſe informationi Accurſ. tra-
didit,ꝙ poſt finẽ cõtractus cõcepta ſit pactio [g]:cõ
trà alij,poſtquam cõtractus pfectus ſit,negãt pa-
ctionẽ corroborari [h]: qb.Alex.alijq; frequentiùs
accedũt,quos & ego ſequor,ſi manifeſte conſtet
cõtractũ ꝓ abſoluto iã habitũ à partib. fuiſſe,alio
qui humanius eſt,ex eo,ꝙ ſubſecutũ eſt,cõiecta-
ri pfectã rẽ prius nõ fuiſſe, quã pactio inita eſt [i].
Sed an indiſtinctè qualiacũq; ſint pacta, actionẽ
informabũt?Et ſuprà diximus ea informare,quę
13 naturã cõtractus,vel accidẽtia reſpiciũt [k]:†elegã
tius Iurecõſ. qui informari actionẽ ab his pactis
ait q̃ legẽ cõtractui dãt [l],ſeu in ingreſſu cõtract9
fiũt,id eſt(vt ego interpretor)quę cõnexã cõtra-
ctui cauſam habent, illũq; reſpiciũt:ſicvt.n.Di-
greſſus à Quintil.dicit̃,cũ quis à propoſito argu-
mento diſcedit,quiq; gręcis rhetorib. παρέκβασις,
Marcel.Iurecõſ.Exceſſus eſt [m]:ita Ingreſſus eſt,ꝙ
gręcis εἴσοδος,Cic.in Orat.Ingreſsio,ꝙ ꝓpoſitam
cauſam argumẽtũq; reſpicit.Si igit̃ fundũ tibi cẽ
tũ vẽdidi,adiecta cõditione vt ꝓ me Romã eas,
muniet̃ pactũ [n],quoniã veriſimile eſt viliore me
precio venũdediſſe, vt id tibi iter remunerarem:
14 quã ꝓpter ſolet dici,†pactũ ipſum pretij partẽ cẽ
ſeri [o]. Quòd ſi in cõtractu depoſiti id pactũ appo
nerẽt,ſecùs eſſe plerîq; tradiderũt [p],egrederet̃ eñ
hęc res notiſsimos eius terminos [q].Idẽ in cõmo
dato ꝓditũ eſt,ꝙ & Bart. in mutuo quo cẽſuit [r].
nec.n.certi cõdictio,q̃ ex mutuo datur,huc extẽ
di debet,vt ex ea quiſquã cõpellat̃ Rom. ire: cui
& nos hoc caſu propter ſtricti iuris naturã aſſen-
timur.Sicvt & in illa ſpecie,Si tibi centũ dona-
vero,deinde ex cõtinenti paciſcar de aliqua hæ-
reditate tecũ diuidẽda:nã pactũ nõ roborari, qa
ex diuerſa cauſa ſeparato in negotio ꝓceſſerit,
15 Alex.hic opinatus eſt:† recẽtiores cõtrà, cùm ex
re incontinenti geſta, alterũ alterius cauſa cõve-
niſſe præſumendũ ſit.[s]Nobis videtur id cõſide-
randũ,an veriſimile ſit mutuo donationis pacti-
oq̃ue reſpectu cõtractũ fuiſſe,an id minus,vt prio-
16 re caſu ſaltem contractus informetur:† nec verò
his adſentimur,qui actionem non informari tra
dunt,cùm pactum contractus naturam excedit:
17 † falſum,id eſt, cùm traditum ſit,ad vſuras pacto
ex contractu depoſiti debitas agi poſſe [t]. Sic &
ex vendito agitur ad reſciſsionẽ contractus pa-

a [illegible] quinimo.
b [illegible] Rola.§.j. [illegible]
c l.ſi tibi.§.de loc.
d l.ſi mihi.de [illegible] oblig. g l.ſed [illegible] poſſeſſ. in [illegible] de [illegible] e d.l.pacta.verſ. [illegible] quidẽ caſu.
f l.hactenus.de conſt.pecu.D.d. l.j.§. ſi quis ita. de verb. oblig.
g Arg. l.iij.§.de ædil.edict.
h Arg.l. perfecta.§.de donat. quæ ſub. mod.
i Arg. l.[illegible]
k [illegible]
l [illegible]
m [illegible] petẽs.
n [illegible] fundi partẽ. contrahen. emp.
p Alex.hic.
q l.Lucius.ff. dep.
r d.§.quinimo.
s l.ſi cũ fundũ. vbi Bar.ff.cod.
t d.l.Lucius.in fi. d.l. Publia.§. j.depo.

cto conuentã [u],irẽ vt aliquid fiat,cùm tñ ad preti
um tãtũ ea actio ex ꝓpria natura cõpetat [x]: † ſic
& mandatũ adverſus ſuam naturã pactiones re-
cipit [y].Et ideò,ſi rẽ aliquã tibi cõmodauerim,pa
cto vt eas Rom.cùm appareat contẽplatione pa
cti me cõmodauiſſe,
putarim informari
**ſed exceptionem parit. PP. V. Id. Ianuar. Maximino. A. & Africano COSS.**
actionẽ, licet Ang. [z]agi pręſcriptis verbis putet,tanquam
habita pacti ad cõmodatũ relatione,
inde contractus facio vt facias,id eſt, commodo
vt eas,reſultet [a]. Alij nullam omnino actionẽ da
ri [b],quę ſententia tunc obtineret , cùm pacti con
templatione contractum non eſſe conſtaret [c].
Cęterùm & nõ abſimili modo diſtinguendũ eſt,
cùm actio vnius fauorẽ reſpicit,pactũ alteri9 gra
tia celebratũ eſt:plerîq;. n. hoc caſu cohærentia
B cõtractus illud amiciri nõ exiſtimãt [d].Quòd ſi de
fauore vtriuſq; actũ ſit,vt quia cõtractus & pactũ
ſe reſpiciãt,veriſimileq; ſit alterũ abſq; altero pa
ctũ nõ iri,ſecùs eſſet,regulęq; adhęrebimus [e].† 19
Sed quid ſi de maiore ſumma in pacto agat̃ quã
in ipſo cõtractu?vt quia in emptione factũ ꝙ pręſtari
conuenerat,pretio præualeret.Et non puta
rim informari actionẽ [f],ſed cõtractũ innomina-
tũ cenſeri,& ideò præſcriptis verbis agendũ [g].
† Quapropter & illud traditũ eſt,pactionem rei 20
C principalis a cõtractu pœnæ ei ſubiectę nunquã
vires aſſumere [h],quoniã abſurdũ eſt ab acceſſo-
rio principalẽ diſpoſitionem cõfirmari [i]. † Sanè 21
qb.caſib.ſuprà docuimus [k],rei traditione nõ ful-
ciri pactũ,ijſdẽ nec cohęrẽtia contractus adiuua
ri traditum eſt,quòd ſcilicet par eſt vtriuſquẽ cõ
firmationis cauſa, quod & Alex. hîc admonuit.
a ¶ Actio,informata:† cũ. n. pactũ pars ſit cõ- 22
tractus [l],ſicvt actio ex cõtractu,ex qualibet eius
parte ꝓpriè & cõtinẽter oritur,ita & ex pacto o-
D ritur:vnde & Vlp.pactũ nõ ex interuallo factũ a-
ctionẽ informare,& ex eo agi ſenſit [m],totoq; ĩ eo
loco nõ niſi de actione informata loquit̃,ꝙ & re
ctè à Fulg. diſputatũ eſt,ſenſeruntq; veteres ante
Bar,at ille(cũ nihil eſſet,ꝙ eũ vrgeret,vt interpre
tatione Vlp.reſpõſum violaret ) maluit de pſcri-
ptis verbis actione intelligere [n], cuius ſentẽtiã
notabilius auxit Iac. But.& Alex.q vna nõ cõtẽ-
ti,alterã quoq; addiderũt,quoties ex pacti ad cõ
tractũ priorẽ relatione innominatus alius ꝓdu-
E ceret̃.† Sed ego adhuc adoleſcẽs,Paradox.lib.v. 23
cap.1.pluribus rationibus oſtẽdi,ex pacto cohæ
rẽtia cõtractus firmato , ſolã actionẽ ex cõtractu
dari:quod tamen nõ procedit,cũ pacto cõuentũ
eſt,vt res retro vendatur [o]:† id enim magis peri- 24
mit,quã informat actionẽ,mediũq; quiddã reſpi
cit:† vnde in eo diſtinguitur, vt ſi propter id pa- 25
ctũ res minoris vendita eſt,quoniã pars pretij cẽ
ſet̃,ex vendito agatur [p].† Si id pactũ gratuitũ , &
contemplatione amicitiæ alicuius accedit,quia 26
F pars pretij non eſt,actione præſcriptis verbis a-
gatur [q], quod & in dubio dicendum propter a-
ctionis in factum naturam [r].Idemq; in ea ſpecie
reſponſum eſt,cùm conuentum eſſet vt res ven-
dita ſi diſplicuiſſet,intra certum tempus redde-
retur [s]:diuerſis enim reſpectibus diuerſas haſce
actiones cocedi hoc caſu receptum eſt [t].
b ¶ Petitionem.)†Regula ergò hîc accipitur, 27
ex pacto nudo actionem non naſci, quæ tamen
qbuſdã caſib. nõ ꝓcedit, quos.ſ. in rubr. adno-
tauim9. Inter negotiatores quoq; ex pacto nu-
do

L.13. In bonæ fidei.
18
u l.ij.§.de pact. inter emp.
x l.tenetur.§.j. de act.emp.
y l.naturalis.§. pr.de præſcr. verb.
z d.§.quinimo.
a d.l. naturalis. §.pen.
b Bal Alex.hic, Iaſ.d.§.quinimo.
c Arg.l.ij.§.de euict.
d Gloſ.& Doct. in d.l.petens.
e d.l.fundi partem.
f Arg.l.Ariſto. de don.
g l.cũ te.de pac. int.empt. Iaſ.d. §.quinimo.
h §.l.ſeq.
i Gl.d.l.petens.
k l.legem.§.co.
l d.l.fundi.
m d.§.quinimo.
n Bar.l.ex placito.§.de re.per.
o d.l.ij.
p d.l.ij.
q l.ſi vir.de pręſcrip.ver.
r l.j.de præſcr. verb.
s l.ſi cõuenerit. ff.de reſcind. vend.
t l.Labeo ſcribit ſi bibliothecam. de contrah. empt.

do agi poſſe, Bart. ſenſiſſe videtur: quoniam cum eis humanitas æquitasq́; maior attenditur [a]: ꝙ pleriq; intelligunt, cùm ſtatuto municipali cautum eſt, vt in eorũ foro ſola ęquitas obſeruetur [b], alioqui fruſtrà prætor de conſtituta pecunia edixiſſet, ſi nuda pactio ſufficeret, cum conſtet edi-

28 ctio illi maximè inter mercatores locum eſſe. [c] † Sed nec hanc ſententiam ego probo, cùm prætor, qui æquitatem ſemper præ oculis habet [d], pollicendo ſe pacta ſeruaturum, non tamẽ actionem concedere cenſeatur [e]: nam & adminiſtratores iurant ſe ſecundum omnem æquitatem iudicaturos [f], & tamen ex ſimplici pacto agentem non audiunt. Adde, quòd cùm lex à pacto certã animi deliberationem abeſſe ferè præſumat, nulla æquitas ſuadet ex eo agi poſſe [g]. Sunt & qui ex pacto manum regiam impetrari poſſe exiſtiment, & ideò principes damnent, qui pacta nu-

29 da obſeruari non iubeant [h]. † Sed nec id ego probo: cùm enim iure ciuili nouata ſit ea manus regia [i], & ſolis actionibus nobis conſulatur, ſalubribusque reipub. viſum ſit ſub legibus eſſe, quàm ſub nutu cuiuſquam regis, non videtur antiquata iuriſgentium remedia in vſum reduci debere, alioqui & prætor edicendo ſe pacta ſeruaturum, debuit exemplo manus regiæ de executione intelligi, quod tamen falſum eſt: vnde Aretinum ego, itemque Alexand. ab hac ſententia recedentes ſequor [k]. Addit Bal. tum quoque ex pacto agi, cùm in inſtrumẽto deſcriptum eſt, quod ex lege municipali in promptu executionem habeat [l]. Sed nec id probandum eſt, ex huiuſmodi enim lege pactio efficacior re iudicata eſſe non debet [m]. At finge iudicatum eſſe, me pacto nudo tibi centum promiſiſſe, compellárne

30 ad ſoluendum? † certè non quia pacta ſoli reten-

31 tioni ſufficiunt [n]. † erit igitur huic deciſioni tantum locus, cùm vltra pactum acceſsit etiam confeſsio, quia coram chartulario iudice confeſſus fuerim me ſoluturum, & ille præcepti ſui firmitate confeſsionẽ vallauerit, tunc enim propter feruorem iudicij augebitur pacti efficacia [o], & executioni ſufficiet, quod alibi idem Baldus ſen-

32 ſit [p]. † Sunt & qui tradant, ſi pactum nudũ iteretur, actionem ex conſtituto naſci [q], quæ ſententia receptiſsima eſt: cõſtituere enim eſt, cũ parte ipſa ſtatuere, id eſt deliberatè promittere: quæ animi deliberatio, ex actus geminatione colligitur [r]. Quòd ſi hæc deliberatio non adſit, ſecùs eſt nec dicitur cõſtitutum quicquam eſſe, nec actio

33 oritur: † vt cùm vno tempore vtrunq; pactum acceſsit [s]: nulla enim hic mentis maior eſt deliberatio, quod alibi rectè ſenſerunt [t]. Idem cùm quis promittit ſoluere quod alius pro villicis ſuis prærogauit, nullum hic eſt conſtitutum [u], quia duplex naturalis obligatio non adeſt: villici enim nec naturaliter quidem obligati adhuc erant, quod verbo prærogandi oſtenditur, quod ideò gratis præſtare ſignificat, quia antequam quis obligaretur, ſolutum ſit, vnde nulla eſt pecuniæ conſtitutio [x]. Traditum quoque à pleriſ-

34 que eſt, † ſi pacto nudo iuſiurandum acceſſerit, actionem dari: nam ſi iuramento fulcitur cõtractus, cui lex reſiſtat, [y] quãto magis dicendum eſt confirmari pactum? idque hodie ita obſeruandũ eſſe, propter ius pontificiũ, certiſsimũ eſt: iure enim ciuili non videtur regulariter ea religione pactum confirmari [z]: & quia ſpecialiter id admiſſum eſt in liberto, qui libertatis cauſa paciſcatur, & iuret [a]: tametſi ſciam non deeſſe qui in di-

a l. Quintus. ff. manda.
b Sal. & Alex. l. placuit. ꝟ. de iud.
c l. j. ꝟ. de conſt. pec. vbi Bald.
d l. quo l ſi Epheſi. de eo ꝙ cer. loc.
e d. l. iuriſgẽ. §. prætor.
f Auth. iuſiurã. quod præſt. circa med.
g l. iij. ꝟ. de tab. lib. x.
h Iaſ. d. l. iuriſg. §. ſed cũ nulla.
i d. l. ij. de orig. iur.
K Alex. d. §. ſed cũ nulla. Aret. in rubr. extra, de accuſ. in fi.
l Bal. l. ij. in fi. de excep rei iud.
m Bar. l. poſſeſ. §. ij. de acq. po.
n d. §. ſed cum nulla.
o Gl. auth. generaliter. ꝟ. de epiſ. & cle.
p Bal. l. ſi nõ ſortem. §. j. de cõd. indeb. Iaſ. l. legitima. ff. eod.
q l. j. §. fin. de cõſt. pec. Dec. l. legẽ. ꝟ. eod.
r l. ſi mulier. ꝟ. ad Velle. l. cum ſcimus no. vbi Bar. de agric. & cenſ. lib. xi.
s gl. l. ſi conuenerit. de pig. act. facit l. i. triennio. de ſtatuli.
t Bald. nouell. rub. de ver. ob. Alex. & Aret. l. j. in prin. eo. tit.
u l. ſi tibi. ꝟ. loc.
x l. iij. §. fin. de conſt. pec.
y c. cũ cõtingat. de iureiur.
z l. ſi quis pro eo. de fideiuſſ.
a l. vt iuriſiurãdi. ff. de op. lib.

uerſam ſententiam eant, & iure quoque noſtro

35 confirmari pactum putent, † quoniam conſtitutum eſt, eos, qui adverſus pacta iurata faciant, actione priuari, & ad pœnam cogi [b]. Sed leuis hęc eſt ratio, cùm lex non de actione oriente ex pacto loquat̃, ſed de priore actione, ſuper qua trãſactum erat: nam nec ſuper pœna ibi iuratum fuit, qua in re imprudenter falluntur recentiores [c].

b l. ſi quis maI. or. ꝟ. tit. j.
c Parpal. ibi. 21. not.

## LEX XIIII.

1 *Pactum pœnale, cui ſtipulatio acceſsit, producit actionem.*
2 *Ab executione non vllo fauore incipitur.*
3 *Promiſsio aliud multò eſt, quàm donatio.*
4 *Ex ſola oblatione non conualeſcit contractus innominatus.*
5 *Adiectio pœnæ facit, vt pœnitudo non obſit.*
6 *In omni ſtipulatione pactum ineſt.*
7 *Pœnale pactum cohærentia ſtipulationis non munitur.*
8 *Pœna acceſſoria principale ipſum non fulcit.*
9 *Stipulatio pœnalis ex præcedente mora committitur.*
10 *Mora ibi nulla, vbi nulla eſt petitio.*
11 *Simplex interpellatio facta cauſa obſeruandæ conuentionis, inducit moram.*
12 *Pactum nudum compromiſsi, ſequuta arbitri ſententia, ex interpellatione inducit moram.*
13 *Verbum, ſiſtendi, ad firmitatem refertur.*
14 *Mora vſque ad ſententiam definitiuam poteſt corrigi.*
15 *Fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur quandocunque reo ante ſententiam defendente.*
16 *Reſtituta ablata res per familiam ante ſententiam definitiuam, reum abſoluit, & conditionem obligationis facit deficere.*
17 *Mora vſque ad executionem purgatur in eo, quod diſiunctim ex legis diſpoſitione debetur.*
18 *Fideiuſſor reſpectu ſpeciei principaliter in id, quod intereſt obligatur.*
19 *Mora per interpellationem, non conteſtationem committitur.*
20 *Mora vſque ad litis conteſtationem generaliter diluitur & purgatur.*
21 *Debitor purgationi renuntiare poteſt per pactum ſtipulatori factum.*
22 *Obligatio iuramento firmata impedit purgationem.*
23 *Qui ob rei nummariæ difficultatem excuſatur, probabiliter ei purgatio conceditur.*
24 *Commiſsio pœnæ, cui dies addita erat, non impedit purgationem moræ, reſpectu vſurarum, quibus dies non erat addita.*
25 *Obligatio conditionalis niſi intra ſuum diem eueniat, obſtat purgationi.*
26 *Conditionis forma obſeruari debet.*
27 *Conditio, quæ caret die, non debet obſeruari.*
28 *In dilatione à iudice conceſſa, purgatio poſt diem admittitur.*
29 *Purgatio in damnum creditoris non conceditur.*
30 *Purgatio non datur cum res in priſtinum ſtatum reduci nequit.*
31 *Poſt lapſum longi temporis purgatio ceſſat.*
32 *In obligationibus faciendi ad litem conteſtatam purgatio datur.*
33 *Statim poſt moram facta executione ceſſat purgatio.*
34 *Crimine admiſſo pœna ſtatim ſequitur.*
35 *Grauiùs punitur quis patrando delictum, quàm negligendo ſimpliciter.*
36 *Cùm obligatio alium, pœna alium reſpicit, purgationi locus eſt.*
37 *Super pacto nudo lis non conteſtatur.*
38 *Milites tantùm iuriſgentium ſolennitates obſeruant.*
39 *Inſtrumentum continens pœnalem ſtipulationem, non habet in promptu executionem, niſi litis deciſionem reſpiciat.*
40 *Ordo iudiciarius eſt, vt primò mobilia accipiantur, deinde immobilia, tandem ad iura perueniamus.*
41 *In interlocutoria ab executione iudex procedere poteſt, vt contumax appareat.*
42 *Executio nulla eſt, niſi pars citetur.*
43 *Quæ de facto geſta ſunt, de facto poſſunt reuocari.*
44 *Nemo de eo poteſt conqueri, quod ipſe primus ad exemplum traxit.*
45 *Poſſeſsio reo aufertur non citato, dum ei nulla defenſio competit.*
46 *Actum abſente parte ſuſtinetur, ſi ea præſente idem facturus index fuiſſet.*
47 *Iudici non creditur in his, quæ non ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & alij præiudicant.*



## LEX XIIII.

IMP. GORDIANVS *Aug. Cælio militi.*

SI pacto, quo pœnã [a] aduerſarium tuum promiſiſſe ꝓponis, ſi placito non ſtetiſſet, ſtipulatio ſubiecta eſt, ex ſtipulatu agẽs [b], vel id, q̃d in cõuẽtionẽ deuenerat, vt fiat cõſequeris [c], vel pœnã ſtipulatione cõphenſam, more

1 SI PACTO QVO POENAM.) a † Promiſeras pactó nudo te aliquid facturũ, puta Romã pro me ire, vel inſulam ædificare, & ſi non faceres, quanti ea res eſſet te daturum: hancq́; pœnalem promiſsionẽ ſtipulatione vallaueram: hîc traditur actionem ex ſtipulatu dari, qua pœnam petam, reo tamen

2 purgare moram licere. † Ab executione verò nec fauore quidem militum incipi poſſe, ſed via ordinaria agendã. Nec refert huius in reſcripti caſu, an conuentio de faciendo ſit, an de dando, dũ tamen donationem non inducat: quapropter ſi conueniſſes ꝙ mihi donabis domum, idem iuris

3 eſſet: † aliud enim eſt donatio, aliud promiſsio ꝙ donabis [a]. Vnde verius receptiusq́; eſt, conſtitutionẽ, eum qui dixerit ſe donare, ad pacti ſimplicis obſeruationem cogentem [b], in eo non ꝓcedere, qui ſe donaturum promiſit [c]: ſicut nec in eo locum habet, qui merum factum futuro tempore adimplendum promittit: nec enim huic caſui verba conſtitutionis correctorię conueniunt [d]. Idem quoq; arbitror ſi cõuentio permutationem, vt Accurſ. exiſtimauit, reſpiceret: dum tamẽ eum, qui agere velit, præſupponamus ex parte ſua obtuliſſe, & reum acceptare noluiſſe, alioqui ſi acceptaſſet rei interuẽtu, actio præſcriptis verbis daretur [e]: ſi actor non obtuliſſet, tanquam ex parte ſua non obſeruans, alium ad pœnã con-

4 uenire non poſſet [f]: † & quãuis ex ſola oblatione non conualeſcat contractus innominatus, quia ſcilicet licitũ eſt alteri pœnitere [g], tñ hoc caſu ſe-

5 cus eſt, † quia per adiectionẽ pœnæ apparet id actum, ne pœnitudo obſit, quin ea ex euentu conditionis cõmittatur: q̃d Ful. Paul. Alex. rectè ſentiunt, licet Dec. non ſat firmis rationibus diſſentiat. Non refert rurſus, an pactũ pœnale ſtipulationem præceſſerit, an vnico contractu intelliga-

6 mus pœnam promiſſam († nam & in omni ſtipulatione eſt pactũ [h]) cùm enim ſtipulatio idẽ q̃d pactũ cõtineat, firmiorq́; ſit, vnica inde oritur ob-

7 ligatio [i], ſolaq́; ipſa tanquã firmior attenditur [k], † nec ſui cohærentia pactũ ipſum pœnale munit: quorſum. n. hoc cũ idem cõtineat [l]? multò minus

8 ipſam dandi faciẽdiue cõuentionẽ munit, † cùm pœna tanquã acceſſoria principale ipſum fulcire nõ debeat [m], vt cõmunis ſe habet ſentẽtia, quæ hoc ex reſcripto ſatis probatur, dum ea, quæ in



a l. in bonæ fidei. ff. de eo q̃d cer. loc.
b l. ſi quis argẽtum. §. fin. ꝟ. de don.
c Alex. l. iuriſg. in prin. ff. co. Dec. hic.
d Bar. d. l. iuriſgen. §. j.
e l. ex placito. ꝟ. de re. permut.
f l. cum propo nas. §. ij. ꝟ. co.
g gl. d. l. iuriſg. in prin.
h l. j. in fi. ff. co.
i l. qui bis. de verb. oblig.
k l. qui vſumfr. eod. tit.
l Bartol. l. lect. col. iij. ſi cert. pet.
m gl. d. l. petẽs.

cõuentione deducta ſunt, præſupponit, ſola pœnali actione per indirectum extendi poſſe. Probatur & ratione: cùm enim ſtipulatio pœnalis conditionem habeat, ſi priùs conuenta non ſeruentur, non poteſt ea conuenta confirmare, ex quorũ defectũ ipſa naſci incipit [n].

9 b ¶ Ex ſtipulatu agens.) † Sed cũ pœnalis ſtipulatio non niſi ex præcedente mora cõmittatur [o],

10 † mora aũt ibi nulla eſſe poſsit, vbi nec petitio quidẽ nulla eſt [p], ex cõuentione verò pręcedente tanquã nuda agi non poſsit, videretur nec ex ſtipulatu quidem, ad pœnam agi

11 poſſe. † Sed tamen hîc aliud deciditur: quia videntur: partes egiſſe, vt ex ſimplici interpellatione conuentionis obſeruandæ cauſa facta eatenus committatur mora, vt pœnæ locus ſit [q], quæ partium voluntas non minus ex pacto nudo dignoſcitur, quàm ex quocunque contra-

12 ctu [r]: † vnde & pactum nudum compromiſsi, ſecuta arbitri ſententia ex interpellatione inducit moram, & ſtipulationi pœnali locum facit [s], vt meritò & hoc caſu idem dicendum ſit [t]: committetur ergò mora ex interpellatione, & vſque ad litis conteſtationem purgari poterit: poſt motam enim litem lex ait conditionem exiſtere [u],

13 id eſt, impurgabiliter euenire [x]: † nam & verbũ ſiſtendi, ad firmitatem refertur, quod & alibi latiùs docuimus [y].

14 c ¶ Vt fiat conſequêris.) † Apparet ergò hîc moram corrigi diluique poſſe. Sed vſque ad quod tempus? Et ſi non niſi in litis conteſtatione committeretur (quæ quorundam fuit ſententia [z]) conſequens eſſet, vt vſque ad ſententiam purgari poſſet [a], ne ſcilicet eodem tempore & mora committatur, & purgatio impediatur [b]: cuius purgationis exceptio, cùm ſit peremptoria, vſq; ad ſentẽtiam opponi poſſe debuit [c]. Nec nouum eſt purgari moram vſque ad diffinitiuam poſſe: nam & aliis in caſib⁹ idem eſt, vt cùm res, quæ petita eſt & in conteſtationem deducta, of-

15 fertur [d]. † vnde & fideiuſſor iudicatum ſolui, qui promiſiſſe cẽſetur ꝙ reus principalis defendet [e], q̃ñcunq; reo ante ſententiã defendente liberat̃ [f]: videtur. n. pẽdente lite deficere cõditio ſub qua

16 promiſit, idq́; ſatis eſt vt abſoluatur [g]. † Quod & in pœna edicti aduerſus publicanos dicendum eſt, quos prętor teneri voluit, ſi id quod per familiam ablatam eſt, reſtitutum non erit [h]: ergò q̃ñcunq; ante definitiuã reſtitutũ fuerit, deficit con-

17 ditio obligationis, & re⁹ abſoluetur [i]. † Q̃d' gñraliter quoq; in eo relatũ extat, q̃d ex diſpoſitione legis diſiunctim debetur: vſq; ad executionẽ enim purgabitur mora [k], idq́; ea ratione, quia mi-

18 tiùs cũ lege quàm cũ homine agitur [l]. † Fideiuſſor quoq;, qui præſtare id debet, vt emptori habere liceat [m], ſoluta q̃ñcunq; ſpecie, ab ei⁹ quod intereſt actione liberatur [n], quia ſcilicet reſpectu ſpeciei principalit̃ in id q̃d intereſt tenetur: ſec⁹ ſi ex accidente mora, tũc enim nõ niſi vſq; ad li-

19 tis cõteſtationẽ permittitur purgatio. † Sed tamen hæc exẽpla non multũ hanc ſententiã adiuuant: quia ſ. diximus, morã per interpellationẽ

20 cõmitti, nõ per cõteſtationẽ: † quo fit, vt regulæ adhærendũ ſit, qua traditũ eſt, vſq; ad cõteſtatio-



L. 14. Si pacto.
n l. pen. §. fi. de verb. obl.
o l. ſi penum. ff. quando di. leg.
p l. ſi pupillus. de verb. obl.
q l. ſi decem cũ petiero. de ver. oblig.
r l. fin. ff. de re. eod.
s l. ſi cum dies. §. fin. de arbit.
t Bar. l. ita ſtip. vj. opp. de ver. oblig. v. parte princ.
u l. nuda. ꝟ. de contrah. ſtip.
x l. obligationũ ferè. §. fin. de act. & obli.
y l. ſi Titius. de verb. obll.
z Barto. d. l. ita ſtip.
a l. ſi maior. ij. ꝟ. tit. j.
b l. quod diximus. de ſolu.
c l. peremptorias. ꝟ. ſen. reſc.
d §. fi. inſtit. de perpe. & tem. act.
e l. iam tamen. §. in hac. ij. iudi. ſol.
f l. iij. §. fi. l. ſeq. eo. tit.
g l. cũ mihi dece. §. fi. de ſolut.
h l. j. in princ. de publi.
i l. hoc edicto, eo. tit.
k l. item veniunt. §. idẽ rectè. de pet. hære.
l l. ſi quis ſtip. ſit decem in melle. de ſolu.
m l. habere. de euict.
n l. fideiuſſor. de doli excep.

nẽ ſolùm dilui purgariq́; eam poſſe [a]. Nam & vice verſa pleroſq; caſus reperire eſt, in quibus moræ purgationi locus nullus eſt: 21 † veluti quoties debitor pacto, huic legali indulgentiæ renunciaſſet [b], vt quia in eum caſum certam ſummã ſtipulatori promiſerit [c]. 22 † Idem ſi obligatio ſit iurata, ſacramenti enim litis deciſorij religione impedit, is qui nõ ſoluit, purgare moram [d]: quod & iuramẽto actus confirmatorio producendum eſt, aduerſus eum tantùm, qui dolo non ſoluit [e]: 23 † ei autem qui propter rei nummariæ difficultatẽ probabiliter excuſatur, etiam hoc caſu ſuccurrendum eſſe aliqui rectè cenſuerũt [f], quia ſcilicet in iuramento æquitas plurimũ attenditur, itemq́; pontificij iuris humanitas, quo huiuſmodi purgatio facilius admittitur [g]. Sed quid ſi pœna promiſſa ſit rato manente pacto? Et cenſeri renunciatũ purgationi Pet. cẽſuit, cõtra Bar. [h] 24 † cuius receptiorem ſententiam & nos hac ratione ſequimur, quia cõmiſſio pœnæ, cui dies addita erat, non impedit purgationẽ moræ, quoniam ſit vſurarũ reſpectu, quibus dies addita nõ erat [i]: ergò nec reſpectu ſortis impediet, cùm vſuræ obligatio à ſorte pendeat [k]. 25 † Sequens caſus eſt præcedenti affinis, cùm obligatio conditionem habet: ea enim niſi intra ſuã diem euenerit, purgationẽ impedit [l]: cuius rei eſt ratio, 26 † quia cõditionis forma obſeruanda eſt. Nec ego hîc differentiã inter actorẽ & reum conſtituo, quod alij pleriq; aduerſus regulas generales faciũt [m]: 27 † ſed ſolùm, an cõditio diem habeat, an non habeat: vbi enim nõ haberet, ſecùs eſſet [n]: vnde etiam apparet, quoties in obligatione dies moræ inductiua, itemq́; pœna cõuenta eſt, purgationi locũ non eſſe [o]: pœna enim ſemper ſub conditione adiicitur, ſi intra diẽ datum factũ nõ erit, &c. Quod in iudiciariis quoq; ſtipulationibus procedit, dum litis deciſionem reſpiciant [p]: ſi enim ad præparatoria ſolùm referantur, ſecùs eſt, quia mitius in his procedit prætor [q]: ſicut & generaliter Rom. pontifex [r]. 28 † In dilatione quoq; à iudice conceſſa admittitur poſt diem purgatio, ſi res ſit integra, eadem ſcilicet æquitatis ratione [s]: quã ſententiã & quidã in contractibus bonæ fidei extẽderunt: ſed hi non ſatis id tueri iure poſſunt, cõmuniterq́; reiiciuntur. 29 † Tertius caſus eſt, quoties ex huiuſmodi purgatione damnũ creditor ſubiret, tunc enim ceſſat æquitas, à qua ſubſtantia purgationis dependet [t]. 30 † Idem cùm res per purgationem in priſtinum ſtatum deduci rectè non põt: vnde donatarius, qui alimenta donatori ſubtrahẽdo à iure ſuo cecidit [u], purgando morã nihil agit, cùm ille interim eſurierit, vt à Bal. reſpõſum extat [x]. 31 † Poſt lapſum quoque longi tẽporis nõ admitti purgationẽ traditũ eſt [y], quia veriſimiliter diutina hæc mora damno creditori fuit, iuſq́; eius deterius cenſetur factũ: non enim debitor diutius expectãdus fuit. 32 † In obligationibus tamen faciẽdi, quia lex nõ niſi à tempore litis conteſtatæ eas ad id quod intereſt redigit, verius mihi videtur indiſtinctè morã ad illud vſq; tempus purgari poſſe [z]. Sed quid ſi duplex mora interuenerit, an tum quoq; hic caſus procedet? Et videretur, tanquam inde damnum creditoris arguatur, ſicut ex diutina mora: maior certè hoc caſu eſt ipſius rei culpa [a]: ſed tamen aliter Raph. Paul. & Alex. viſum eſt, quia non omnis geminatio hoc caſu nocet, ſed ea ſolùm mora quæ ex litis conteſtatione iteratur [b]: grauior enim eſt propter litigatoris pertinaciam, qui etiam inſtantiæ ſe alligauerit [c]. 33 † Quartus caſus eſt, cùm ſtatim poſt moram facta eſt executio, ſiue à debitore, vt quia ſoluerit [d], ſiue teſtatoris facto, vt quia ex eius legato dominium ſit translatum [e]: vnde multò fortius idem dicendũ, cùm à lege facta eſt executio [f]. 34 † Quapropter & in criminibus, cõfeſtim vt quis deliquit, legitimæ pœnæ alligatur [g]: quia ius iam reip. acquiſitum eſt [h], dum tamen delictũ cõſummatum fuerit [i]: 35 † grauius enim periculoſiusque peccatur facinus patrando, quàm ſimpliciter negligẽdo, meritò grauior pœna inferẽda eſt [k]. 36 † Sed quid ſi principalis obligatio aliquem reſpiciat, pœna alium? Et receptius eſt adhuc purgationi locum eſſe [l], nec executionem ſtatim fieri, id eſt, ius in illum alium plenè transferri [m], ne ſcilicet videatur meliorem conditionem abſentis ſtipulator feciſſe, quàm propriam facturus eſſet [n]: ſi tamen pœna ipſa diem haberet, ſecùs eſſet [o]: quia ſicut aduerſus ſtipulatorem ipſum non admittitur purgatio, ita nec aduerſus tertium: & hoc caſu Bart. & quorundam aliorum ſententia defendi poſſet [p].

**iudiciorum [a] exiges. Nam bona aduerſarij tui in te transferri, citra ſolennem ordinem, fruſtrà deprecaris. PP. Kal. April. Gordiano A. II. & Pompeiano COSS.**

a ❧ More iudiciorum.) Ex his verbis cenſuit Bart. nullam hoc caſu diſpẽſationem indulgeri, 37 † quare nec ſuper pacto nudo conteſtari litẽ poſſe, nec ſuper ſtipulatiõe pœnali ante cõditionis euentũ agi, quod alij tradiderũt [q]: ſed poſtquam conditio per interpellationem ſuper cõuentione extra iudicium facta eueniſſet, tunc ex ſtipulatu, id eſt, ſtipulationis contractu, certi condictione, ſi pœna certa erat, agi debere [r]: quæ interpretatio à iuris rationibus non abhorret. Ego ex inſcriptione aliter accipi poſſe hæc verba exiſtimo: 38 † nempe nec fauore quidem militum, quibus cũ ſolæ iuriſgentium ſolennitates alioqui obſeruãtur [s], ex pacto nudo agi poſſe, 39 † inſtrumentumq́; huiuſmodi executionẽ in promptu non habere, ſed more iudiciorum cognitione ordinaria opus eſſe: nam nec fauore dotis inſtrumenta iure communi executionem habent [t], ſicut nec fauore minoris ætatis [u], nec fauore legatorum [x], nec fauore animæ propter religionem iuramenti, quo quis in futurũ aliquid daturũ facturũ ſe ſpondeat: ſecùs ſi litis deciſionem reſpiciat [y]. 40 † Alij hæc verba ad ordinem executionis referunt, qui eiuſmodi eſt, vt primò mobilia accipiantur, deinde immobilia, tandemq́; ad iura perueniamus [z], idque ſiue diffinitiua, ſiue interlocutio exequenda ſit [a]: neq; enim quicquã refert: vt ex cõmuni ſententia tradit Alex. 41 † In interlocutoria tñ ſi viderit iudex facilius inuerſo ordine contumacẽ aduenturum, non arctabitur vt eum ordinem ſeruet [b]. 42 † Is quoque ordo in executione obſeruandus eſt, vt parte citata fiat [c]: nam & prædo, & quomodocunq; iniuſtus poſſeſſor ſemper citandus eſt [d], alioqui executio erit nulla [e]. Quod tamen quandoq; neceſſarium non eſt, veluti quando quis in poſſeſſionem miſſus abſque citatione eſſet: nam videtur eam miſſionem poſſe etiam eodem modo reuocari [f], quod & Alex. hîc tradit, & nos probamus: 43 † quia quæ de facto geſta ſunt, de facto quoq; reuocari debent [g]: 44 † nec de eo iure conqueri quiſquã debet, quod ipſe primus ad exemplũ traxit,

a l. ſi inſulã. de verb. obl. l. ſed ſi alia de cõſt. pec.
b l. ſancimus. ver. niſi. ff. de fideiuſſ.
c Ang. d. l. ſi in ſulam.
d arg. l. nam & poſt. §. ſi is qui temp. de iureiur.
e l. ſi quis maio. ff. ij.
f Dec. conſ. 138. col. fi. Mod. d. l. ſi in ſulam.
g c. ſuam de pœnis.
h Arg. l. iij. §. qui Stichum. de eo quod cer. loc.
i l. Lucius. de act. empt.
k l. lecta. ſi cer. pet.
l l. Thais. §. intra. de fid. lib. l. ſi ſuper. ff. tit. j.
m Bar. d. l. ſi inſulam. in fi.
n l. j. §. item ſi ita. ad leg. falc.
o l. traie. [illegible] §. j. de act. & oblig. l. j. §. fi. de ſtip. ſer.
p l. Celſus. de arbitris.
q l. & ſi poſt tres. ſi qs. caut.
r c. potuit. de loc. d. c. ſuam.
s l. mancipiorum. de opt. leg.
t l. ſi ita quis. §. j. de verb. d. l. ſed ſi alia. l. vtique. de arbit.
u l. ſi. ff. de reuo. don.
x Bal. cõſ. ccl. 3.
y d. l. & ſi poſt tres. d. §. j. d. l. vtique.
z d. l. ſi inſulã.
a ar. d. §. de illo.

b d. l. ſi inſulam.
c l. iij. §. idẽ ſcribit. de pecu.
d l. qui ob rem. de cond. inde.
e l. ſi is cui. de lega. ij.
f l. fi. §. ſed & ſi quis. ff. com. de leg. l. j. §. quib. de ſucc. ed. gl. c. mora. de regul. iur. vj.
g l. j. §. ſi rẽ depoſitam. dep.
h l. qui ea. de furt.
i l. ſequitur. §. item lab. de vſucap.
k gl. l. ſi mora. ſol. matr.
l Bar. d. l. ſi inſulam. q. pen.
m l. iiij. rem pupill. ſal.
n l. præſes. ff. de ſeruit.
o l. j. §. fi. de ſtipul. ſer.
p Arg. c. ij. de conceſſ. præb.
q Bar. d. l. ita ſtipulatus.
r inſti. de verb. oblig. in prin.
s l. milites. ff. de teſta. mil. Bart. l. j. ff. de teſtam.
t l. ſi cũ dotem. §. eo autem. ſol. matr.
u l. minor. ff. de minor.
x l. ait. §. j. de re iud.
y l. ij. vbi Dd. de iureiur.
z l. à diuo. §. ij. de re iud.
a c. quoniam. §. ſi. vt lit. non cõteſta.
b d. §. fin. Dec. hîc.
c l. ſi deſerta. in fin. ff. ſi propt. pub. pen.
d l. planè. de petit. hær. l. meminerit. ff. vnde vi.
e c. licet epiſcopus. de præb. in vj.
f l. nihil tam. de reg. iur.
g gl. l. minor. in prin. de euict.



45 traxit [a]. † Sed & ſi iudici poſſeſsiõis cõſtaret, nullam defenſionem reo cõpetere propter euidentiſsimæ rei naturam, poſſet etiam non citato eo poſſeſſionem auferre [b]: quod Rom. reſpondit [c], & ſæpiſsimè à recentioribus relatum extat. 46 † Illud quoq; traditur, actum abſente parte geſtum, ſuſtineri debere, ſi ea præſente idem omnino facturus iudex fuiſſet: & ideò ſi tibi non citato præcepiſſet prætor, ne ædificares, inchoatumq́; opus proſequeris, idque rixæ euitandæ cauſa, quæ tibi cum vicino imminebat [d], & tu reuocari id præceptum poſtules, poterit vicinus agere vt potius confirmetur [e]. Sed hæc ego procedere cenſeo, quoties de cauſa ex actis conſtaret, vt Ang. rectè reſpondit [f]. 47 † Quòd ſi ex eis vel aliàs euidenter non conſtaret veriſimilem adfuiſſe rixæ timorem, vel euidens non eſſet, quin poſſeſſori aliqua defenſio competat, quod non citato poſſeſſore factum eſt, reuocari ſtatim debet [g], ſaluis vtrique iuribus ſuis: regulariter enim iudici non creditur in his, quæ voluntariæ non ſunt iuriſdictionis, & alteri præiudicant [h].

a l. j. ff. quod quiſ. iur.
b l. qui poteſt in vitis. de reg. iuris.
c Conſil. 483. in fin. Deci. hîc.
d l. æquiſsimũ. de vſufruct.
e Ioan. And. in Spec. de ſent. §. ſpecies. Alex. hîc.
f Angel. conſ. cvij. Iacobellus.
g Alex. conſ. 6. col. fin. in iiij.
h c. quoniam contra. de proba. Soci. conſil. xcvj.

## LEX XV.

IMPP. VALER. ET *Galien. Augg. & Valer. nobilis Cæſ. Pactumeio.*

**PActum, quod dotali inſtrumento compræhenſum eſt, vt ſi pater vita fungeretur, ex æqua portione ea, quæ nubebat, cum fratre hæres patri ſuo eſſet, neq; vllam obligationẽ cõtrahere, neque libertatem teſtamenti faciendi, mulieris patri potuit auferre. PP. X. Kal. Mart. Æmyl. & Baſſo COSS.**

## LEX XV.

L. 15. Pactum.

1 *Pactum contra legem prohibitoriam factum, nec ciuilem nec naturalem producit obligationem.*
2 *Pactum patris cum filia in inſtrumento dotali factum, omnino non valet.*
3 *Fauor matrimonij illicito pacto non patrocinatur.*
4 *Libera teſtandi facultas non debet impediri pacto filiæ à patre facto.*
5 *Pactum de ſucceßione paterna iure naturæ filiæ debita, non eſt nullum.*
6 *Debita portio magis ex autoritate legis, quàm conuentionis debetur.*
7 *Pactum ſi ab inteſtato ſucceßioni conforme ſit, valet.*
8 *Pater paciſcens, vt ſibi ſuccedat filia, obligatur ex pacto.*
9 *Pactum patris ſucceßionem promittens filio, non valet.*
10 *Aliud eſt dare, aliud promittere ſucceßionem.*
11 *Stipulatio de promittenda hæreditate eſt inutilis.*
12 *Iniquum eſt vltimas voluntates reſtringi.*
13 *Succeßio deferri non poteſt, niſi per viam ſolennem teſtamenti.*
14 *Pacto hæreditas dari non poteſt.*
15 *Pactum de hæreditate danda nec iuramento confirmatur.*
16 *Iuramentum vltra vim verborum efficere nequit.*
17 *Iuramentum falſo pacto appoſitum, autorem iure ciuili non reddit periurum, contrà iure canonico.*
18 *Iure canonum id contra bonos mores eſt, quod peccatum inducit.*
19 *Pacto nec particularis ſucceßio deferri poteſt.*
20 *Tranſactio inter fratres de paterna ſucceßione, ne ſuccedant niſi maſculi, non valet.*
21 *Præſens tamen obligatio inter eos inducitur.*
22 *Obligatio, qua poſt mortem quis ſe daturum ſpondet, valet.*
23 *Condictio ex lege etiam abſenti acquiritur in donatione.*
24 *Donatarius in cauſa mortis grauatur, præſtatq́; rem iure fidei commißi.*
25 *Pactum inter fratres initum reſpectu prohibitæ alienationis, valet.*
26 *Pactum duorum fratrum, vt alter præmorienti ſuccederet, non valet, quanquam omnia bona donare fratri poßit.*
27 *Laudatiuum arbitri, vt alter compromittentium ei ſuccedat, qui ſine liberis decederet, non valet, niſi idẽ partes inter ſe paciſci potuerint.*
28 *Omnis poteſtas arbitrorum ex compromißi pacto dependet.*
29 *Libera facultas non ſolùm tolli, ſed nec minui põt.*
30 *Ex duabus rationibus prohibitoriis ſufficit altera, vt actus infirmetur.*
31 *Libertas teſtandi anguſtatur, cùm de quota hæreditatis agitur: ſecùs eſt in certis ſpeciebus.*
32 *Pactum, quod iuramento confirmari nequit, nec conſuetudine conſolidatur ex mente Baldi.*
33 *Conſuetudine pactum confirmatur ex mente Alciati.*
34 *Conſuetudo ſolennitatem teſtamentorum abolet contra ius ciuile.*
35 *Solennitates iure ciuili bonos mores reſpiciunt.*
36 *Boni mores cùm ius naturale reſpiciunt, ſunt immutabiles.*

PACTVM QVOD DOTALI) 1 † Collocauerat in matrimonio filiam pater, & in inſtrumento dotali conuenerat, vt ea filia ſibi defuncto æqualiter cũ fratre ſuccederet: hîc traditur, huiuſmodi ex pacto nullam obligationem, & conſequenter nec naturalem quidem, propter legis prohibitionem, oriri [i]: nec patrem impediri, quo minus arbitratu ſuo, quem velit inſtituat. loquitur autem lex generaliter, non diſtincto, pactum id cum filia in poteſtate, an emancipata factum ſit: cum ipſa, an cum gñro: præſente, an abſente fratre: pactũ nudũ eſſet, an rei traditione, vel cohærẽtia cõtractus dotalis (qui hodie nominatus eſt [k]) vel etiam ſtipulatione munitum [l]: 2 † omni enim caſu verum eſt pactum id non valere, nec ex eo ſuſtineri, 3 † quòd hîc fauor matrimonij verſetur [m], quaſi dotis pars id pactum cenſeatur [n], nec quòd gener hac fiducia vxorem duxiſſet, minuſq́; dotis accepiſſet, quia aliàs ſpe omni falſus, deceptuſq́; eſſet: ſuæ enim facilitati imputet, qui ſcire debuit huiuſmodi pactum legibus improbari [o]: licet hac in re aliqui abſque ratione diſſentiant. 4 † Sed nec id adiuuerit, quòd hæc filia etiã inteſtato patri ſucceſſura eſſet: non enim ideò impediri hac pactione debuit libera teſtandi facultas. 5 † Sunt tamen qui hoc reſtringant, quando id pactum de ſola legitima ſucceſsione, iure naturæ debita, conuentum cum filia eſſet: huiuſmodi enim conuentio ius potius conſeruandæ ſibi debitæ ſucceſsionis, quàm acquirendæ reſpicit [p], legibuſq́; non aduerſatur, & ideò valere debet [q]: quam ſententiam & Decius probat. 6 † nos hunc effectum potius autoritati legis, quàm conuentioni tribuimus [r]. Addit Alexander, ſi pater teſtamentum nullum condat, tunc pactum obſeruari debere, quia inter filios ſufficit quoquo modo

i l. hæreditas. in fi. ff. de pact. conuent. l. cum lex. de fideiuſſ.
k Alexan. rub. ſol. matr. in fin.
l l. ex eo. ff. de inutil. ſtip.
m l. Pomp. Philadelphus. fam. ercis.
n l. fundi partẽ. de contrahen. empt.
o Bal. l. cum Archimedorus. in fin. ff. vt in poſſ. leg. nom.
p §. fin inſtit. de legit. ag. ſuc.
q l. ij. de iniuſt. rupt.
r gl. c. j. de conſtit. in vj.

7 quis voluntatẽ ſuã declaret [a].† Quę ſentẽtia ꝓm
prius defendi põt, cũ in pacto nõ amplius dedu-
ctũ eſt, q̃ ex ſucceſsione ad eã deferretur: ſed vbi
pactũ ſucceſsioni ab inteſtato deuolutæ nõ con-
cordat, difficilior eſt extricatio: vt ſi lege munici
pij caueatur, ſtãtib. maſculis fœminã dotatã non
ſuccedere: nam tũc quoq; Alexãder ait ex pacto
ſuccedi poſſe [b]. Paulus Caſtren. negat, q̧ id ſpecia
8 le ſit in milite [c].† Ego verò diſtinguendũ cenſeo.
A Aut enim pater pacto egit, vt filia ſibi ſuccederet,
& verior eſt Alexãdri ſentẽtia, quia int̃ filios ſuf-
ficit quoquo modo declarata patris volũtas [d], e-
tiam ſi imperfecta ſit, & portionẽ egrediatur, quę
ab inteſtato defertur [e]: nec conſenſus maſculorũ
neceſſarius eſt, q̃d Alexãder credidit [f]: hi enim vi
9 uẽte patre nullum ius in bonis habent [g]. † Aut
pater pacto non detulit ſucceſsionẽ, ſed promi-
ſit quod inſtitueret, & verior eſt Pauli ſententia:
10 † aliud enim eſt ſucceſsionẽ dare, aliud promit-
B tere ſe daturum [h]: nam hoc caſu non conſtat, q̧
dederit, idq́; pactum tanquam libertatem teſtan
tis reſtringat, ab ipſo principio nullum, cõtraq́;
bonos mores eſt [i], & ideò nec ex poſt facto con-
11 ualeſcit [k]:† vnde & hæc ſtipulatio, ſi me hæredẽ
non feceris promittis centum? nullius momen-
ti eſt [l]. Sed quænam eſt ratio, vt id pactum non
valeat? non enim hoc caſu votum captãdæ mor
tis argui poteſt, cùm ipſe pater conſenſiſſet [m]:
nec veriſimile ſit, in patris mortem filiam aliq̃d
C machinaturam [n]. Et vulgò traditum ęſt, ratio-
nem eſſe, ne libera teſtatoris voluntas tollatur,
12 vel reſtringatur [o]: † id enim iniquum eſt, & ad-
uerſus bonos mores. Sed ego aliam quoque ra-
tionem adduci poſſe arbitror: quòd enim quis
poſt mortem de patrimonio ſuo diſponat, ſpe-
ciali legis indulgentia conceſſum eſt [p], quia in id
tẽpus diſpoſitio procedit, quo res ampliùs ſua
non eſt [q], ſed tamen lex hoc indulſit, dummodo
certa forma fieret, nempe via ſolennis teſtamen
13 ti [r], † aliter enim deferri non poteſt ſucceſsio [s].
D Quapropter quoties verba contractus non obli-
gationem præſentem reſpiciunt, ſed futuram
poſt mortem bonorum obuentionem, actus eſt
14 nullus [t], † pacto enim hæreditas dari non poteſt
15 [u].† Vnde ſequitur, vt etiam ſi iuſiurandum acceſ
ſerit, non tamen pactum confirmetur: aut enim
in pacto bonorum obuentio deducitur, & iura-
mentum non poteſt ſupplere iuris publici for-
mam [x]: aut ſolùm promittitur, quòd hæredem
E talem relinquet, & nõ ſequitur, ergò reliquit, cũ,
vt diximus, aliud ſit inſtitutio, aliud inſtituendi
16 promiſsio [y]: † meritò iuſiurandũ vltra vim verbo-
17 rum efficere nequit [z]. † Sed an ſaltem hic periu-
rus ſit? Et iure ciuili conſtat non eſſe [a]: quia huiuſ
modi promiſsio contra bonos mores cenſetur [b].
18 Sed in iure pontificũ maior eſt dubitatio: † eorũ
enim lege ſolùm id aduerſus bonos mores cẽſe-
tur, q̃d peccatũ induceret: & ideò putarim periu
19 rũ hunc cenſeri, neceſſariamq́; abſolutionem [c]. †
F Rurſus ſequitur, vt id pactũ non ſolùm nunc nõ
valeat, cùm de vniuerſa ſucceſsione agitur, ſed
nec etiam de particulari: pacto enim non poteſt
quis ſucceſsionem neque particularis rei defer-
20 re [d].† Quapropter tranſactio inter fratres, quòd
in paterna domo non ſuccedant niſi maſculi, nõ
videtur valere, quia ſcilicet obuentio hoc caſu
21 inducitur [e]: † ſecùs ſi obligatio præſens induce-
retur, vt quia obligarent ſe inuicem, promitte-
22 rentq́; poſt mortẽ ſuã domũ maſculis: † valet eñ
obligatio, qua quis poſt mortẽ ſe daturũ ſpõdet

a l. fi. ꝟ. fam. erc.
b l. hac conſultiſ. §. ex imperfecto. ꝟ. de teſta.
c l. licet. ꝟ. eod.
d Bart. l. tale. §. fi. ff. eo. l. fi. ff. de reb. cor.
e d. §. ex imperfecto. vbi Fulgo. & Alex.
f In l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.
g Bar. §. quid ſi tantum. col. fin. de lib. & poſthumis.
h not. in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cer. loc.
i d. l. ex eo.
k l. q̃d ab initio. de reg. iur.
l l. ſtipulatio hoc modo. de ver. oblig.
m l. ii. ꝟ. eod.
n l. pe. ff. de obſ.
o vt hac l. & l. ex facto. in pri. de vulg. l. ſi q̃s in prin. de le. ij.
p Dd. in l. j. ꝟ. de ſa. ſan. eccl.
q l. in tẽpus. de hæred. inſtit.
r l. iij. vbi gl. ff. de teſt.
s l. j. ff. de petit. hær. l. codicillis. §. fi. de leg. ij.
t Bar. conſ. 212.
u l. hæreditas. ꝟ. de pact. cõuen.
x l. ius publicũ. ff. eo. Bart. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſ.
y d. l. in bonæ fidei. l. quidam cum filium. de verb. ob.
z c. pen. de iureiuran.
a Bar. d. l. ſi q̃s. in prin. col. fi.
b c. non eſt obligato. de reg. iur. in vj.
c Io. And. c. qui ſemel. Imol. c. cùm cõtingat. de iureiu. Alex. d. l. ſtipulat. hoc modo.
d l. fi. ff. de ſuis & legit.
e Bar. d. cõſ. 212 l. fin. ꝟ. c. Alex. conſ. 28, in 3.

[f], dummodo is, cui ꝓmittitur, ſibi dare ſtipulet̃,
vel alij cui poſsit acq̃rere, alioq̃ nõ valeret [g]: vn-
de hoc caſu ſufficeret, ſi pater nomine filiorũ, q̃s
in poteſtate haberet, ſtipularetur [h]: põt enim is
acquirere. Idem & in notario cuicunq;, cuius in-
23 tereſſe poteſt, ſtipulanti [i]. † In donatione tñ for-
tius receptũ eſt, vt etiã abſenti, qui deinde ratum
habuerit, cõdictio ex lege acquiratur: vt cùm tibi
tale prætoriũ dono, vt te decedẽte ſine liberis ad
A ꝓximiorẽ agnatũ tuũ pertineat, tuq́; ſic te ei da-
turũ præſenti obligatione promittis, eueniente
cõditione vtiliter poterit agnatus experiri [k], q̃d
24 fauore munificẽtiæ introductũ eſt: † q̃d & plani[o]
in donatiõe cauſa mortis admiſſũ eſt, põt enim
donatarius grauari, præſtabitq́; rem fideicõmiſ-
ſi iure [l]. Sed quid in caſu mixto? vt cũ fratres con
uenerũt, præſentiq́; obligatione ſe aſtrinxerunt,
ne talem domũ alienarent, ſubiecerũtq́;, vt ſi q̃ſ-
B quam eorũ abſq; maſculis decederet, agnati ſuc-
25 cederent? † Et quantũ ſit alienationis prohibitæ
reſpectu, reſpõſum eſt, valere cõuentionẽ [m]. q̃d
verò ad obuentionẽ attinet, videretur nõ valere
[n], niſi de iure gentium agatur [o], aut inter princi-
pes, qui condendæ legis poteſtatẽ haberẽt [p]: vel
de re actũ ſit, quæ ſolis maſculis de iure permit-
titur, vt magiſtratus, & imperia [q]: & ita Bartolus
26 reſpondit [r]. † Nam & cùm duo fratres pacti eſ-
ſent, vt pręmoriẽti abſq; liberis alter ſuccederet,
& ex præſenti tẽpore alt̃ alteri in eũ caſum oĩa
C bona, quæ habebat, donaſſet, ex facto conſultus
Alex. reſpondit, pactũ quidem donationis ſuſti-
27 neri, pactũ verò ſucceſsiõis infirmũ eſſe [s]. † Quid
item in ſententia arbitri? finge arbiter pronũtia-
uit, vt ſi alter cõpromittentiũ abſq; liberis dece-
deret, q̧ in talibus eius bonis alter ſuccederet,
an id arbitro licuit? Et Angelus, Alexanderq́; re-
ſponderunt, licuiſſe [t]: quod ego intelligendum
arbitror in his caſibus, in quibus partes quoq; i-
28 pſę eo modo conuenire potuiſſent, † cùm omnis
D arbitrorum poteſtas ex compromiſsi pacto pen
deat [u], vt quia ea bona fideicõmiſſo ſubiecta iam
eſſent, vel quia verba obuentionem non induce-
rent, ſed præſentaneam obligationẽ: alioqui ve-
rior eſt opinio exiſtimantium huiuſmodi arbitri
laudatiuum nullius eſſe momenti [x]. Sed quid ſi
hæc ratio obuentionis pacto prohibitæ ceſſet,
nunquid ſuſtinebitur contractus? vt quia quis
pacto aliquam ſucceſsionis partem non defert,
29 ſed delaturum ſe ſpondet. † Et dicendum eſt ad-
E huc infirmari, ex alia ſcilicet ratione, quia libera
teſtandi facultas non ſolùm tolli non poteſt, ſed
30 nec minui, aut reſtringi [y]: † ſufficit autem ex dua
bus prohibitoriis rationibus alterã adeſſe vt a-
31 ctus infirmetur [z]. † Sanè exiſtimauerim anguſta-
ri eam libertatem cùm de parte quota hæredita-
tis agitur, ſecùs ſi de certis ſpecieb. agatur [a]: tũc
enim non exiſtimabitur quicquam ei imminui,
qui de aliis bonis teſtari poterit [b]: licet ex alia
ratione, nec rei quidem particularis obuẽtio da-
ri poſsit: & ita aliquorũ diſſentientes ſententias
F concilio [c]. Sed an ſaltem poſsint huiuſmodi pa-
32 cta à conſuetudine confirmari? † Et ex Baldi ſen-
tentia Alexander negat, quia tale pactum aduer-
ſus bonos mores eſt: vnde qua ratione iuramen-
to non confirmatur, eadem nec cõſuetudine mu
33 niri debet [d]. † Verùm ego à receptiore aliorũ ſen
34 tentia recedendum non exiſtimauerim [e], † cùm
poſsit conſuetudo teſtamentorũ ſolennitatem à
iure ciuili inuentam abolere [f], & has vires pacto
tribuere: q̃d tamen ſingularis aliquis ex populo,
etiam

f l. j. ff. vt acti. ab hæred. Old. conſil. 139.
g l. pactũ dotali. ꝟ. de pac. conuen.
h l. quod dicitur. vbi Bar. de verb. obl.
i l. iiij. ff. rem pu. ſal. fore. l. qui Romæ. §. Flauius. de verbor. obl.
k l. iiij. ꝟ. de donat. quæ ſub modo.
l l. iij. in prin. de leg. iij.
m l. ſi ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig.
n Ang. conſ. 66.
o 22. q. 2. c. ſi. §. item opp.
p l. pen. ꝟ. de donat. inter vir.
q l. fœminæ. de reg. iur.
r Bar. conſi. 81.
s Alex. conſ. 83. col. pen. ij. vol.
t Ang. conſi. v. Alex. conſ. lix. in v.
u l. non diſtinguemus. §. de officio. de arbi.
x Ang. conſ. 66. Fulg. 73.
y l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ſocietatem. j. pro ſoc.
z §. affinitatis. inſtit. de nuptiis.
a Alex. l. fi. ꝟ. c. poſt Anchar. & Imol.
b Iaſ. d. l. ſtipulatio hoc modo. in fi. Deci. cõſil. 216. 225.
c Pet. Bal. d. l. fi. Alex. conſ. 29. in v.
d Bar. l. non impoſsibile. ff. de pact.
e c. j. §. filij. ſi de feu. fuer. contro. c. j. de fil. na. ex mat. in feud.
f c. cum eſſes. de teſta. Bart.



35 etiam iuratus, non poſſet [a]: † hæ enim ſolenni-
tates bonos mores ſecundum ius ciuile reſpi-
ciunt, meritò contraria ciuium conſuetudine pe
rimũtur [b]: † ſecùs ſi boni mores etiam ius natu-
36 rale, vel diuinum reſpicerent, tunc enim immu-
tabiles eſſent.

interdum. de cõdict. indeb.
a gl. in rub. ꝟ. de decr. de c. lib. x.
b l. item apud. prin. verſic. ſed quod adiicitur ff. de iniu.

## LEX XVI.

1 *Filij fideicõmiſſo ſibi in fauorem relicto, renuntiare poſſunt.*
2 *Prohibitio diuiſionis vſque ad certum tempus à teſtatore facta, & filiis comprobata, eorundem conſenſu reuocatur.*
3 *Alienationis quoque prohibitio filiorum conſenſu reuocatur.*
4 *Teſtatoris expreſsè prohibita renũtiatio nõ obſtat filiis.*
5 *Quilibet, quod ſua cauſa inductum eſt, remittere poteſt.*
6 *Prohibitio alienationis quãuis pœna adiecta ſit, non confirmatur.*
7 *Iuramentum à teſtatore exactum in prohibitione alienationis, non vitiat contractum.*
8 *Prohibitio alienationis facta minoribus tenet.*
9 *Fideicommiſſarius expreſsè conſentire debet alienationi.*
10 *Præſens tum, cùm euenit conditio, & non contradicens renuntiationi, conſenſiſſe putatur.*
11 *Iuri præſenti facilius renuntiatur quàm competituro.*
12 *Fideicommiſſarius præſens alienationi & fratris aſſertioni, ac non contradicens, ſibi præiudicat.*
13 *Aliud quoque conſenſus indicium fideicommiſſario præiudicat.*
14 *De fideicommiſſo patris relicto filio, triens tanquam naturæ debitum deducitur.*
15 *Iuris interpretatione omne grauamen à legitima ſublatũ eſt.*
16 *Fauor piæ cauſæ legitimam non grauat.*
17 *Prohibitio alienationis etiã in legitima tenet, facta cauſa minoris.*
18 *In dubio reijcitur dilatio, quamuis in fauorem filij introducta uideatur.*
19 *Prohibitio alienationis fiſco non præiudicat, quin bona publicata filij ob delictum alienare poſsit.*
20 *Onus filiæ ex fideicommiſſo patris impoſitum, non continet dotem.*
21 *Dotis mentione facta quatenus legitimam excedit reſtituitur.*
22 *Filius poſt mortem reſtituere iuſſus ex legitima trientẽ, ex S.C. Trebell. quadrantem deducit.*
23 *Teſtator filiis primi gradus non poteſt Trebellianicam auferre.*
24 *Debitum hæredi à teſtatore in fideicommiſſo deducitur.*
25 *Hæres ante deductionem legitimæ non conſtituitur in mora.*
26 *Falcidiæ computatio antequam liquet, excuſat hæredem à mora.*
27 *Hæres fideicommiſſo grauatus, verbo mox hæreditatem reſtituet, licet bona iure pignoris retineat.*

## LEX XVI.

IMPP. DIOCLETIanus & *Maxim. Augg.* *Diaphanto.*

A CVm proponas, [a] filios teſtamento ſcriptos hæredes, rogatos eſſe, vt qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem [b] hæreditatis reſtitueret: q̃-

1 CVM PROPONAS.) a ¶ † Fideicom-
miſſum reciprocè filiis iniunctum, eo-
rum pacto inuicem remitti poteſt [c].
Cùm enim eorũ fauore factum ſit, poſ
2 ſunt illi renuntiare [d]. † quod & in prohibitione
diuiſionis vſq; ad certum tempus à teſtatore fa-
cta dicẽdum eſt, quam ipſi quoq; approbaſſent,
poſſunt enim mutuo conſenſu ab ea recedere [e].
3 † Idem & in prohibitione alienationis: eo enim

c l. j. §. eo. l. de fideicom. ꝟ. tit. j.
d l. Titio centum. de cond. & de.
e Old. cõſ. 241.



conſentiente, cui in caſum indeuotionis res ap-
plicaretur, valet contractus [f]: † quod procedit e-
tiam ſi teſtator prohibuit filiis ne fideicommiſſo
renuntiare poſſent: quum enim hæc prohibitio
nudæ ſimilis propter ipſorum voluntatem ſit, ſe
4 quitur nihilominus valere alienationẽ
5 [g]: † quia ſcilicet poteſt quis id q̃d ſua
cauſa inductum eſt, remittere [h], & hac
6 in re teſtatoris refragatio eſt nulla [i]. † q̃d
adeò verũ arbitror, vt ſi in caſum aliena
tionis iuſsi ſunt in pœnam fiſcò centum dare,
non tamen ideò confirmetur prohibitio [k], licet
7 pœna à fiſco peti poſsit. † Idem ſi iuſiurãdum ab
eis exegerit [l], valebit tamen contractus [m], licet
B in periurium incidere videantur, hocq́; nomine
abſolutionem petere debeant [n]. Et hæc in eis
8 procedunt, qui conſentire poſſunt: † ſi enim alie
nationem prohibuerit teſtator propter lubricũ
filiorum ſuorum conſilium, vt quia ſint minores
vigintiquinq; annis, videtur renuntiationẽ hãc
non tenere [o], huiuſmodiq́; præceptum pro nu-
9 do nõ haberi [p].† Sed quid ſi fideicommiſſarius
expreſsim non conſenſit, verùm cùm præſens a-
lienationi eſſet, tacuit? Et Accurſ. cenſeri renũ-
C tiaſſe, quãtum ſit eius rei reſpectu, exiſtimauit [q]:
à quo cæteri diſſentiunt, quia etiam ſi contradi-
xiſſet, non tamen impedire alienationem potu-
10 iſſet [r]. † quibuſdam tamen caſibus defendi poſſet
Accurſij ſententia, vt cùm fideicommiſſum præ-
ſens eſſet, quia conditio iam eueniſſet, coniun-
ctioq́; ſanguinis id ſuaderet: videretur enim eo
11 caſu omnino renuntiatum eſſe [s]: † nam & iuri p̃-
ſenti faciliùs quis renunciaſſe intelligitur, quàm
12 competituro, vt ſuprà diximus [t]. † Idem quando
D frater non ſolùm præſente fideicommiſſario ali-
enaſſet, ſed etiã aſſeruiſſet, fundum illum liberũ
ab omni onere eſſe, & ille ſciens tacuiſſet: vide-
tur enim dolo emptorem circumueniſſe, & ideò
ſibi præiudicare ſaltem in re ipſa cenſebitur [u]:
q̃d & Baldus, & aliqui recentiores autumarunt
13 [x]. † Idem cùm præter præſentiam aliquid hic fe-
ciſſet, quod cõſenſum argueret: vt ſi euictionem
præſtiturum ſe ſpoponderit [y], vel ei perſuaſiſ-
ſet vt emeret [z].
E b ¶ Portionem hæreditatis.) † Adde quòd de
14 ducuntur aliquæ portiones de huiuſmodi fidei-
commiſſo. Et in primis deducitur triens, iure na
turæ debitus: is enim abſq; vllo prorſus onere
debetur [a]. Quapropter etiam ſi filius expreſsè
teſtamentum approbarit, nihilominus legitimã
15 hanc liberè detrahet [b], † cùm iuris interpretati-
one omne grauamen ab ea ſublatum, & pro non
16 ſcripto ſit [c]: quod & Anchar. reſpondit [d]. † Nec
fauor piæ cauſæ, quæ ipſi filio ſubſtituta ſit, quic
F quam facit, quo minus id grauamen ſubmotum
17 de legitima cenſeatur [e]. † Sunt tamen qui prohi-
bitionẽ alienationis etiam in legitima valere ar
bitrantur, quando teſtator id ſe facere dixerit,
quia filij ſui imbecillitati ſuccurrere velit, quem
vſque ad certum tempus, puta XXX. annos, rei
ſuæ adminiſtrandæ idoneum non exiſtimet [f]:
& ita Paulus Caſtren. reſpondit [g], quem recen-
tiores plerique ſequuntur [h]. quæ ſententia defen
di poteſt, cùm de ipſius filij imperitia conſtat: a-
lioqui cùm pater liberè relinquere legitimam

L. 16. Cum proponas.
f l. quoties. j. ꝟ. de fideicom.
g l. filiusf. §. diui. de leg. j.
h l. poteſt. ff. ad leg. falcid.
i l. nemo. vbi Alex. de leg. j.
k Raph. & Iaſ. d. §. diui. 2. lectu. limit. 7.
l §. fi. Inſtit. de leg.
m Oldra. d. conſil. 241.
n gl. in c. fin. de procur. in 6.
o d. l. Titio. l. ij. ꝟ. de vſuc. pro emp.
p Bar. d. §. diui. 3 oppoſ.
q l. fi. fundum per fideicom. ff. de leg. j.
r l. Titia cũ teſtamento. §. Lucia. de leg. ij. l. Caius. de pignor. act.
s l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de dona. int. uir.
t l. j. § eod.
u l. ſi ſine. ꝟ. ad Velleian.
x Bal. conſ. 457.
y l. exceptione. ꝟ. de euict.
z l. ſi quis affirmauerit. de dolo.
a l. quoniam in priorib. ꝟ. de inoffi. teſt.
b §. cæterũ. in authen. vt cũ de appel. cog. Ang. in l. his. ff. de tranſact. Iaſ. in l. iiij. 3 not. ꝟ. de tranſactio.
c Bal. l. ſi quando. §. fi. ꝟ. de inof. teſt.
d Anch. conſ. clj. col iiij.
e Paul. conſ. 111. Decius hic & conſ. lxxxſ.
f l. multi. de lib. & poſt. l. ſi quis in ſuo. in fin. de inoffi. teſt.
g Conſi. 234.
h in d. §. diui Pius l. in quartã. col. 48. ad leg. falcid.

teneatur[a],non videretur eius aſſertioni ſtādum,
qua ſe à legis iuſſu colore quęſito eximeret[b],ni-
ſi patris affirmationi aliqua probabilis coniectu
18 ra iungeretur[c]:† nam & in dubio reiici dilatio-
nem, etiam ſi prima fronte filiò fauorabilis vi-
deatur,traditum eſt
19 [d]:† ſed & cùm is fi-
lius deliquiſſet, bo-
naq; eius publica-
rentur, non obeſſe
fiſco huiuſcemodi
prohibitionem re-
ſponſum eſt,quæ in
legitima non niſi fa
uore filij valet : at is
fauor,propter deli-
ctum extinguitur[e].
20 † Quod de legitima portione prodidimus,in fœ
minis quoq; ratione dotis admiſſum eſt:ſi enim
filiam hæredem inſtitutam quis fideicommiſſo
21 onerauerit, in eo dos ipſa non continebitur[f].†
Quòd ſi ſpecialiter teſtator de dote etiam dixe-
xerit,non niſi eatenus reſtituere tenebitur, qua-
22 tenus legitimam ipſam excedit[g]. † Deducitur
& in reſtitutione quadrans,ex S. C. Trebellia-
no,quo fit vt filius poſt mortem reſtituere graua
tus,dimidiam partem retineat,nempe iure natu
ræ trientem, iure ſenatuſconſulti quadrantem
eius quod ſuperfuit[h]: receptius enim eſt, ei v-
tranque deductionem concedi[i],cùm ſcilicet di-
23 uerſis temporibus reſtitutio facienda eſt[k]:† nec
poteſt teſtator filiis primi gradus hanc deducti-
onem,quæ ex ſenatuſconſulto fit, auferre, cùm
nec imminuere computatione fructuum valeat
[l]. Sed id tamen ipſe temerè non affirmauerim,
qui ſciam maximè controuerſi iuris articulum
hunc eſſe[m],& diuerſam ſententiam crebrius fe-
24 rè placuiſſe[n].† Deducitur tandem & quod teſta
tor defunctus ipſe hæredi grauato debebat[o]:†
25 ſuntq; qui interim in mora eum non conſtitui ar
26 bitrantur,& ideò fructus lucrari[p],† exemplo le-
gis Falcidiæ, cuius computatio antequàm ad li-
27 quidum perducta ſit,excuſat hæredem[q]. † Sed
ego contrà ſentio:debet enim hæres ſtatim ver-
bo reſtituere hæreditatem[r], licet bona retinere
poſſit iure pignoris[s]: vnde fructus ſuos interim
non facit,niſi iure dominij impetrato[t].

a l.ſcimus.§.cū aūt.ff.de inoff.teſta.
b l.ſi donatiōe. vbi gl.ff. de collatio. Bar.l.ſi fortè. de caſtrē. pec.
c l.etiam.§.j.de man. vind. Do cto.c. quamuis. ff.de re iud.
d Dd.l.cū ex filio de vul.
e Bart.l. ſi quis in tanta. ij. col. ff. vnde vi.
f l.à filia.l.mulier.§.cū proponeretur. ad Trebell.
g l.ſi.§.filiæ. de leg.ij. vbi Bar.
h Alex. conſil. 68 in 4.
i c.Raynutius. de teſta.l.filium quem.ff. famil. erciſ.
k Bar.l. Papinianus.§. meminiſſe. de inoffi. teſta.
l l.iubemus.ff. ad Trebel. vbi Bald.
m auth.ſed cū teſtator.ff. ad leg.falcid.
n Dec.conſi.81.
o l.in imponenda ff.ad l.fal.
p Guid. Pap. deciſ.466.
q l in fideicommiſſi.de vſu.
r l.reſtituta. ad Trebel.
s l debitor. ad Trebel.
t l. ij.ff. de iure dom.impet.

niam precariam ſub
ſtitutionem fratrum
cōſenſu remiſſam aſ-
ſeris, fideicommiſſi
perſecutio ceſſat. PP.
III. Id. Feb. Maxi-
mo II. & Aquili-
no COSS.

LEX XVII.

IIDEM AVGG.
Deximacho.

PActum quod bo-
na fide interpoſi-
tum docebitur, etſi
ſcriptura nō exiſten-
te,tamen ſi alijs pro-
bationibus rei geſtæ
veritas comprobari
poteſt, Præſes pro-
uinciç ſecundum ius
cuſtodiri efficiet.
PP. IX. Kal. Iul. iiſdē
coſſ. quibus ſuprà.

LEX XVII.

1 *Pactum tum ſcriptura,tum alijs probationum generibus comprobatur.*
2 *Lex ſcripturæ interuentus mētionem faciens, indicat factum facilioris probationis eſſe.*
3 *Viuæ voci ac pluribus teſtibus non minus fidei,quàm mēbranæ debetur.*
4 *Denuntiationes in non numeratæ pecuniæ exceptione, tam ſcripto,quàm teſtibus fiunt.*
5 *Clericus & epiſcopi ſcriptis & teſtibus probatur.*
6 *Pactum in contractu emphyteutico factum, vel ſcripto vel ſine ſcripto perficitur.*
7 *Feudum ſolis teſtibus probatur.*
8 *Mandatum ſcripturam regulariter non exigit.*
9 *Reuocatio mandati,proteſtatio, extraiudicialis cōfeſſio, ſcripturam non requirunt.*
10 *Pleraq; ſcripturam non expoſcunt.*
11 *Tituli honorum etiam teſtibus probantur.*
12 *Diſpenſatio,reſtitutio,abſolutio excommunicationis, teſtibus probatur.*
13 *Interlocutio iudicis vel præceptū,et acta,teſtib. probātur.*
14 *Acta ob faciliorem probationem ſcripto mandantur.*
15 *Sequeſtratio fieri poteſt, quamuis nullum documentum debiti adſit.*
16 *In multis caſibus ſcriptura requiritur.*
17 *Acta iudiciaria ſcripto compræhendi debent.*
18 *Sententia excommunicationis ſolenniter in ſcripto fertur.*
19 *Quæ ex ſignificatione verbi ſcripturam requirūt,ſcripto carere non poſſunt.*
20 *Geſta propriè ſcripturæ conſtant.*
21 *Inſinuatio eſt profeſſio in actis facta apud cenſitorem vel alium iudicem.*
22 *Contractus,qui literis conſtant,etiam in ſcripta rediguntur.*
23 *Contractus ſuſpenſus in aduentum notarij,qui de eo rogetur,pœnitentiam admittit.*
24 *In mandatis principum diploma exigitur.*
25 *Legato pontificis non creditur in alterius præiudicium, niſi exhibito mandato.*
26 *Nullius bona publicantur ſine literis principis.*
27 *Priuilegia ſcriptis docentur.*
28 *Quando præſumptam firmitatem conuellere volumus, ſcriptura opus eſt.*
29 *Præſumptio alia aliam tollit.*
30 *Obligatus ex contractu ſcripto,non niſi ſcripto,aut quinque teſtibus,ſolutionem probat.*
31 *Probatio publici iuris eſt,nec partes iudici legem poſſunt dicere.*
32 *Quamuis in quibuſdam caſibus ſcriptura requiratur,tamen ſi iudici de veritate conſtet,poteſt id, quod compertum habet,ſequi.*
33 *Iudex non ſuam conſcientiam ſequi debet, inconſulto principe.*
34 *Scriptura fortuito caſu amiſſa,teſtium probatio admittitur, quamuis neceſſaria fuerit ſcripturæ interuentio.*
35 *Amiſſo teſtamento vltima voluntas duobus ſaltem teſtibus probatur.*
36 *Teſtes duo periti, qui & vidiſſe ſe dicant, & de ſolennitate & tenore eius teſtentur,probant.*
37 *Quando ſe adfuiſſe teſtantur,ſolennis numerus requiritur.*
38 *Solutio quinque teſtibus probatur,vti & confeſſio.*
39 *Publica acta nunquam ſummota cenſentur.*
40 *Teſtium probatio admittitur non opponente parte de ſcriptura.*
41 *Multa ex poſt facto ſuſtinentur, quæ à principio non (valebant.*

PACTVM QVOD BONA.) † Nihil
ergò refert, de pacto per ſcripturam,
an aliis probationum generibus con
ſtet:quod & regulariter in quibuſcun
que actibus receptum eſt[u].† Quòd ſi in lege mē-
tio interuenientis ſcripturæ fiat, cauſa facilioris
probationis id factum interpretari debemus,nō
quod alias probationes excludat[x]: idque ſiue q;
veriſimile ſit ſcripturæ commemorationem gra
tia frequentioris vſus factam[y],ſiue quòd hic ap
pareat probationem quæ teſtibus fiat,illi æqui-
parari[z]:† non enim minus fidei adhibebitur plu
ribus teſtibus,viuæq; voci, quàm membranæ[a]:
nam & lex renuntiari poſſe futurę appellationi,
interue-

u l.contractibus. ff.de pig.
x l. pe. in prin. vbi Dec.ff. eod.
y Arg.gl.l.conuenticulam.§. de epiſc. & cle. gl.in l.j.ff.de rapto.
z gl.in l.ſi quis ſeruo.ff.de furtis.
a Innoc.c. cum P. tabellio. de fid.inſtr.



interueniente ſcriptura ait[a]:& tamen idem erit,
4 ſi teſtib. ea renuntiatio probetur[b]. † Sic denun-
tiationes ſcripto miſſas in non numeratæ pec.
exceptione requirit[c],& tamen eas poſſe teſtib.
quoq; præſentibus fieri veriſimile eſt,cùm in nō
numeratę dotis ex-
ceptiōe id ſpeciale
5 ſit[d].† Sic lex fiduci-
am literarum epiſco
pi requirit, vt quis
clericus putetur[e],
& tamen poterit e-
tiam teſtibus id pro
6 bare[f]. † Sic pactio-
nes in contractu emphyteutico factas ſcriptura
interueniente traditur[g]: & tamen legum cory-
phæi Accurſ. Mart. Bart. Spec. Butrig. Abb. neceſ
ſariam non eſſe ſcripturam tradiderunt,licet ple
rique, ſed minoris autoritatis, diſſentiant,aduer
ſus quos eſt & optima legum interpres conſue-
7 tudo[h].† In feudi quoq; probatione ſufficere te-
ſtes,omnes fatentur[i],etiam ſi & ipſi clientes ſint,
8 ſeu,vt vocant,pares curiæ[k]. † Sic & mandatum
ſcripturam regulariter non exigit[l],etiam ſi cau-
9 ſa litigandi factum ſit[m].† Vnde nec eius reuoca-
tio ſcriptura indiget[n],ſicut nec proteſtatio[o],vel
10 extraiudicialis confeſſio[p].† Sic & bonorum ſo-
cietas[q],& arbitratoris ſententia,quæ cuiuſdam
tranſactionis inſtar habet[r].Idem & in ſolutione
dicendum,etiam ſi minori facta ſit[s]. Et in profeſ
ſione,qua monachus religioni ſe dicat[t]. Et eti-
am in ſacris ordinibus: admittetur enim de his
probatio,vt ſuprà diximus,etiam abſq; epiſcopi
literis[u]:nam & collatio & renuntiatio ſacri be-
neficij teſtib. probari poſſunt[x]. Conceſſiones
quoq;,ad indulgentiam pertinentes,eodem mo
11 do regulariter probantur[y]. † Vnde & quis per
teſtes fidem facere pōt,ſe Baccalaureū, Licētia-
12 tum,Doctorē eſſe[z].† Sic & ꝓbabit aliquis ex cer
ta ſcientia cōceſſionē ſibi factā fuiſſe, idq; etiā ſi
eius ſcientiæ in diplomate principis nulla facta
ſit mentio[a]:quod & de diſpenſationis,aut reſti-
tutionis famæ probatione admiſſum eſt[b]:qua ra
tione & abſolutio excommunicationis teſtibus
13 probatur[c].† Sed & generaliter traditum eſt, in-
terlocutionem iudicis aut præceptum, citra ſcri
14 pturam probari poſſe[d]: † quod & de actis rece-
ptum eſt,quæ cauſa facilioris probationis ſcri-
pto mandantur[e], & tamen etiam teſtibus proba
ri poſſunt[f]. Quapropter & miſſio in poſſeſſio-
nem autoritate iudicis facta,per teſtes ad liqui-
dum deduci poteſt[g], licet aliqui diuerſum ſenti
15 re videantur.† Sequeſtrationem quoq; fieri poſ-
ſe,quamuis documento aliquo æs alienum de-
beri non appareat,receptius eſt, dum aliis pro-
bationibus iudicantis religio compertam rem
16 habeat[h].Et hæc quidem omnia exempla, ex iu-
ris communis ſolito tramite procedunt. † Sunt
tamen plerique caſus, quibus neceſſariam eſſe
ſcripturam verius eſt,quorum eos, qui memo-
17 ratu digniores ſunt, referendos cenſui. † Et in
primis in quibuſdam iudiciariis actis, lex ſpe-
cialiter neceſſariam eſſe ſcripturam voluit, vt in
libellis ſiue ciuilibus,ſiue criminalibus[i],ſiue or
dinariè,ſiue ſummariè procedatur[k]. In produ-
ctione exceptionum[l],in ſententia diffinitiua[m],
in appellatione ab interlocutoria[n], in apoſtolis
ſeu dimiſſoriis libellis[o],aut in proteſtatiōe,quæ
18 eorum vice ſubrogatur[p].† Idem in ſententia ex-
communicationis : nam & hæc ſoleñiter in ſcri-

a l.ſi.§.fin.ff. de temp. appel.
b Vt not. in l j.§.j.in fi. gl. ma.
c l.in cōtract.§.fi.de nō nu pec.
d auth hāc aūt. vbi Bar.cod.tit.
e l.ſi quę per capitulam.§. de epiſ.& cler.
f c.pen.de cler. peregrin.
g l. iij. de iur. emphyt.
h Doct. d.l. j.
i c.j.quid ſit inueſtitu.
k Bal. in rub.ff. de condict. ex leg ad fin.
l Alexan. l. j.ff. de procur.
m l.ſcire oportet.§. oportet. de excuſ.tut.
n c.ex inſinuatione.de proc.
o l.fi. ff. de neg. geſt.
p Dd.c. per inquiſitionem. de elect.
q Rō.conſ.106.
r l.cū te.ij.ff.tit.j.
s Alber.l.ait prætor.§. permittitur de minor.
t xx.q.j.c. fin.c. nuper.de teſtib.
u c.ſi iudex.de ſent.exc.in 6.
x Bal.c.ſolicitè. in fi.de reſt ſpo.
y Cle. dudum. verſ.nos etc. nim. de ſepul.
z l.ſi ſolennib. vbi Bal ff.de fid. inſt.
a Dd.c.ſtatutū. de reſcript.in 6. poſt gl. in verſ. literarum.
b gl.c.ij.de ſciſmati.
c c.ſicut. de ſenten.excom.
d gl c.fin. de re iud in vj.
e c.quoniā contra. de prob.
f l quoniam veti not.de hæret.
g l.fin.ff.de edi. diui Adri. tol
h Alex.l.ſi fi.deiuſſor.§.fin. qui ſatiſd.cog.
i auth.offe. ratur.ff.de lit.cō teſt.
k gl. Clem. ſæpe. de verb. ſig. l.Modeſt.l.j. de except.
m ff.de ſent. ex breuiculo recit. & tex. in c. fin. de re iud. in vj.
n c.j.de ap.in 6.
o l.j.ff de libel. dimiſſor.
p l. nec cauſas. vbi Bal ff.de appel.

ptis fertur,ſicut & requiſitio vt deſcribatur, eo-
dem modo fieri debet[q]. Idem in appellatione,
quam aliquis impediendæ electionis cauſa pro-
ponit[r].Huc pertinent & proteſtationes,quæ in
actionis vel exceptionis locum ſuccedunt, de
quibus à nobis alibi
traditum eſt[s]. † Se- 19
cundus caſus eſt in
his,quæ ex ipſa ver
bi ſignificatiōe ſcri-
pturam requirunt,
vt reſcriptum prin-
cipis[t], ſiue in vim
priuilegij, ſiue alia
ex cauſa emanauerit[u]. Idem in epiſtalmate,id
eſt,commiſſione principis per mandati ſubſcri-
ptionem facta[x].Idem dicendum & in inuenta-
rio:illud enim ſcripturæ eſt nomen, in quo res
pupilli deſcriptæ ſint[y]:† quod & in geſtis faten 20
dum:ea enim propriè ſcripto conſtant[z]: vnde
mater,vel auia,quæ tutelam ſuſcipiunt,inter ge-
ſta renuntiare ſenatuſconſulto Velleiano debet,
ideoque ſcriptura neceſſaria eſt[a].Huc pertinent
& teſtamenta in ſcriptis,quibus ſcriptura ꝓ for-
ma attribuitur[b]. Eôdem & appellationes in ſcri
ptis,quæ à diffinitiua ſententia interponuntur
[c].Idem quoties lex inſinuationem requirit,vt in
donationib. quæ ſupra quingentos aureos ſunt
[d],† nihil enim aliud eſt inſinuatio, quàm profeſ- 21
ſio in actis facta, vel apud cenſitorem vel alium
iudicem[e]. Quapropter & idem eſt,vbi lex pro-
feſſionem,ſeu in cenſum deſcriptionem requi-
rit[f].† Sed & huc ſpectant etiam contractus, qui 22
in ſcriptis dicūtur,cùm ſcilicet inter partes agit,
vt aliter non valeant, quàm ſi ſcripturæ cōmen
dati ſint[g].Sed dubitatur,quid ſi pretio conuen-
to, & re oretenus perfecta, tibi vendam fundū,
ſed dixerim,velle me,vt cras notarium adducas,
qui de contractu ipſo documentū cōficiat,an in
terim recedere ex pœnitentia ab alienatione li-
cebit? Et Paul. Caſt. reſpondit licere[h]: videtur e
nim rem in tempus ſuſpenſam, donec tabellio
rogetur. Contrà Decius,quia tabellio de confeſ-
ſione contractus iam geſti documentum confice
re pōt.† Ego cum Caſtren. ſentio, quem & Fulg. 23
probat:cùm enim dictum ſit, expectandum no-
tarium, qui de contractu ipſo rogetur,apparet
non de confeſſione, ſed de ſubſtantia rei actum:
& cùm ille nō niſi de die quo interfuit, atteſtari
poſſit,apparet in id tēpus finē rei eſſe delatū : in
dubioq; credēdū eſt, cōtractū antè pro perfecto
à partibus non eſſe habitū,alioqui quid opus fu
iſſet certam diem preſcribere? licet aliqui ſcrupu
loſiores diſſentiant[i].† Tertius caſus eſt in man- 24
datis principum: nemini enim de ea re fides ad-
hibetur,niſi exhibito diplomate[k]. † Quapro-
pter nec legato Pontificis maximi credetur in 25
alterius præiudicium,niſi oſtenſo mandato[l]: vn
de & receptum eſt, pro firmitate iudicij coram
delegato facti,non præſumi, niſi de iuriſdictio-
onis commiſſione ſcripto appareat[m]: qua rati-
one publicas functiones,tributaq; nemo exiget,
cui id à principe per ſcripturam non ſit manda-
tum[n]:† nec Cæſariani, id eſt, procuratoris Cæ- 26
ſaris apparitores,cuiuſquam bona ceu publica-
ta capient,abſque literis principis, quarum for-
mam neceſſariò ſeruare tenentur[o], alioqui de fa
cto eis reſiſtere licet,& quiritantibus, opemque
hac cauſa implorātib. amicis aut vicinis præſtò
eſſe[p]: quo exēplo ſunt qui tradant,in carcerem

L.17. Pactum.
q c.j.de ſent.ex com.in vj.
r c. vt circa. de elect.in 6.
s l. deteſtatio. de verb. ſig.
t l.iij. §. de diuerſ.reſcript.
u l.j §.de quadriennij prin.l.probatorias.ff. de diuerſ.offic.li.xij.
x l.bene à Zenone.ff. de quadri præſcript.
y l.fi.ff. arb. tutel. l.fi. de bon. aut.iud.poſſ.
z l.geſta. vbi Bal. ff. de re iud.
a Auth.matri. C.quando mul. tutelæ offi.
b l.hac conſultiſſima.ff. de teſta.
c l.eos.§. penul. ff.de appell.
d l.ſancimus.ff. de donat.
e l.neque.ff. de teſta. l.fin. ff. de prob.
f l.cenſus.ff.de prob.
g l. contractus. ff.de fid inſtr.
h d.l.contractus. l. quibus. de verb.oblig.
i Aret. cōſ.100 col.ij.
k l.j.§ de mād. prin
l Gl.99.diſt.nobiliſſ.
m c.cum in iure.de offic delega.gl.20.q.2 inſtitutionis.
n §.eos.in auth. decollatio gl. l. non ſolū. §. qui alieno. de proc.
o l.defenſionis. ff.de iur fiſc.
p l prohibitū.ff. de iur. fiſc.

duci neminem poſſe, executionemq́ue perſonalem fieri, niſi de ius dicentis iuſſu, ſcripto conſtet [a]: quæ ſententia propter vtilitatẽ recipienda eſt.
27 † Huc pertinet & quæſtio ad priuilegia principum ſpectans, vt neceſſariò ea per ſcripturã probentur [b], quod regulariter ferè traditum eſt. Vnde nec tabellioni credetur, niſi autoritatis ſuæ exhibito documento [c]. quæ omnia videntur publici fauoris cauſa introducta, ſicut & deſcriptiones, apochasq́; ſcripto ad præſidem tranſmitti, nec aliter valere [d]: nam & ſcriptura in rerum diuinarum alienatione neceſſaria exiſtimatur, fauore publico, qui in conſeruatione Eccleſiæ vertitur [e]: quod & in eo reſcriptum eſt, qui ex cauſa à rei diuinæ operatione ceſſaturum ſe affirmat [f]. Sed & ſi quis ſatrapæ alicuius principiſque domeſtici ſuffragium implorat, vt eo adiuuante diſpenſationem aliquam, vel officium impetret, hocq́; nomine illi prædium aliquod promiſerit, non valet obligatio, niſi ſcripturę emiſsio acceſſerit [g], quod Theodoſij conſtitutione inductum eſt, quã aliqui de aduocatis intelligunt non prorſus rectè [h].
28 † Quartus caſus, quoties rei præceden-
29 tis preſumptã firmitatẽ conuellere volumus: † vt enim alia præſumptio aliam tollit [i], ſic actus poſterior ſcripto declaratus, ſuperiorem quandoq́; elidit: vt cùm quis aduerſus propriæ confeſsionis emiſſam manum pecuniam minimè numeratam fuiſſe ex ea cauſa affirmat, non audietur, niſi
30 aliã ſcriptura id probet [k]. † Idem cùm quis contractu in ſcriptis obligatus eſt, non poterit ſolutionẽ probare, niſi per ſcripturam, aut quinque rogatos teſtes [l]: quod & dicendum eſt, cùm contractus nõ quidem in ſcriptis celebratus eſt, ſed conuentione partium actum fuit, ne ſolutio aliter, quã ex ſcripto probari poſsit: videtur enim valere id pactum [m]: ſed tamen cùm probationes fiant iudici, ſi ex qualitate teſtium religionem ſuam pro reo inſtruxerit, poterit pactum illud e-
31 tiam iuratum negligere [n]: † cùm enim probationes publici iuris ſint, non poſſent partes iudici ipſi legẽ imponere [o]: nam & aliàs multa poteſt iudex, etiam expreſſo vel tacito contrahentium conſenſu non attento [p]. Ad hunc caſum pertinet quod de minore dicitur, qui ſi inſtrumento iurauerit ſe maiorem, beneficio ætatis deinde excluditur, niſi inſtrumento eam probet [q]. Poſſunt & aliquo modo huc caſus illi ſpectare, cùm quis circa procuratorem conſtitutum variat [r], vel epiſcopus viſitationem ſe iteraturum profitetur [s], vel cùm hæreticus abiurata priore impietate, ab orthodoxis recipi poſtulat [t]: omnibus enim hiſce caſibus neceſſaria eſt ſcriptura.
32 † Illud tamen ſciendum eſt, in caſibus quibus nõ niſi ſcriptura poteſt probatio fieri, ſi de veritate iudici aliter conſtet, poſſe eum id, quod ſibi compertum eſt, ſequi, ne quiſquam cum aliena iactura locupletetur [u]:
33 † dum tamen id principe conſulto faciat, vel is iudex ſit, qui ſecundum ſolam æquitatẽ procedere poſsit: quod maximè coram ſenatoribus [x], vel in foro canonico ſeruãdũ eſt.
34 † Sed & id conſtat, quoties actus ipſius ſcriptura deperdita eſt, fortuito caſu probato admitti teſtes, qui de rei ipſius veritate fidem faciant [y].
35 † Vnde & proditum eſt, amiſſo teſtamento, poſſe teſtatoris voluntatem, vel ſolis duobus teſtibus probari. Sunt tamen qui tot requiri hoc caſu exiſtiment, quod actui conficiundo neceſſa-
36 rij erant [z]. † Ego diſtinguendum arbitror: vt ſi duo teſtes teſtamentum ſe vidiſſe dicant, deque

a Bald. & Iaſ. arg. l. miſsi. ff. de exact. trib.
b c. porrò. de priuileg.
c Bald d. l. j. §. de mand. prin.
d l. j. ff. de apoch. lib. x.
e authen. hoc ius porrectum. §. de ſacr. ſan. Eccleſ.
f c. ſi canonici. de offi. ord. in 6.
g l. j. de ſuffrag.
h In Authen. iuſiurãdũ quod præſt. ab his. circa med.
i l. diuus. de in integ. reſtit.
k l. generaliter. ff. de nõ nu. pec.
l l. teſtium. ff. de teſtibus.
m Alex. l. iubemus. ff. de iudi.
n arg. c. ad noſtram. ij. de iureiur.
o gl. in auth. vt fine prohib. §. ſi.
p c. cum ceſſante. de appel. Bar ſol. l. quod iuſſit. col. ij. de re iud.
q l. pen. ff. ſi minor ſe maior. dixer.
r c. j. de procur.
s c. j. §. poſtquã. de cenſib. in 6. vbi gl.
t 1. q. 7. ſaluberrimum.
u Butrig. c. ij. de probat. in fi. Alexan. d. l. iubemus.
x Bart. l. j. in fin. ff. vt quæ deſunt aduoc.
y l. teſtium. ff. de teſtib. Doct. l. ij. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.
z arg. l. ſicut. ff.

eius ſolennitate & tenore atteſtentur, ſintq́ue eius rei periti, ſufficiant [a]. † quòd ſi ſe adfuiſſe, cùm teſtator tabulas condidit dicant, talemq́ue eius fuiſſe voluntatem, ſolennis numerus ſit neceſſarius [b]. Sed finge, per contractum in ſcriptis mihi cẽtum debebas, an teſtibus duobus probare poteris me confeſſum fuiſſe ea centum mihi reſtituta? Et videretur, cùm aliud ſit confeſsio, aliud obligatio [c]. † Sed certè aperta eſſet hoc modo via fraudibus, & ideò ſicut ſolutio non niſi quinque teſtibus probari poteſt, ita nec confeſſionem poſſe dicendum eſt [d], cùm maior ſuſpicio in confeſsione ſit, quam quis per errorem potuit effutijſſe, quàm in ſolutione, quæ ex veritate facti deprænditur [e]. † Si verò de confeſsione iudiciali ex actis, vel publico documẽto conſtaret, ſecùs eſſet: nunquam enim ea ſubmorata cenſetur [f]. † Finge rurſus, lege municipij caueatur, nec quicquam vltra centum ſolidos deberi, aliter quàm per publicum inſtrumentum probari poſsit, aliquis per teſtes parte non opponente probauit, an valebit probatio? Et Bald. Pont. Alex. valere exiſtimarunt [g], cenſeriq́; legi renunciatum; † pleraque enim ex pòſt facto ſuſtinentur, quæ à principio fieri non debuerunt [h].

de fid. inſtr. c. j. vbi Bald. col. j.
37 quid ſit inueſt.
a c. cum olim. de priuil. Bart. auth. ſi quis in aliq. §. de eden.
b Corn. & Deci. d. l. ij.
38
c Bald. d. l. teſtium. col. j. Iaſ. l. ij. in 4. part. gl. j. de iur. emphyt.
39
d Auth. niſi rogati. de teſtam. vbi Paul. Anch.
40 conſil. j. q.
e Not. iij. queſt. 9. c. teſtes.
f l. in contractibus. in gl. iiij. j. de non nu. pec.
g Bal. Rom. Alex. l. certi
41 cõdictio. §. quoniam. in fi. ſi cert. pet.
h l. patre. vbi Iaſ. de his qui ſunt ſui vel alieni.

## LEX XVIII.

1 *Solutione unius pluribus inſolidum obligatis, num præiudicet creditorib. qui de reliquo eundẽ conueniant.*
2 *Actus noſtri præſumptione non extẽduntur vltrà, quàm neceſſariò externa ſigna inferunt.*
3 *Ex conuentione iudiciali actionis diuiſio non inducitur.*
4 *Verba illa, pro perſona ſua, quid importent.*
5 *Quocunque nomine ſoluat vnus debitor, tamen liberatur.*
6 *Simpliciter ſolutione facta, non expreſſo nomine, etiam creditoribus præiudicatur, teſte Bart. idq́; in contractibus.*
7 *Simplici ſolutione nulla fit diuiſio autoritate recentiorum.*
8 *Præſumptio ex ſigno probabili oriri debet.*
9 *Tacitum pactum non inducitur, niſi veriſimilis coniectura ſuadeat.*
10 *Quando amplius quis ſua portione ſoluit vel minus, tunc non veriſimile eſt diuiſionem fieri.*
11 *Proteſtatio creditoris, ſaluo ſolidi iure eam ſe pecuniam recipere, impedit diuiſionem.*
12 *Numeratio ſimpliciter facta, non inducit tacitum pactũ liberationis.*
13 *Generalis proteſtatio idem operatur, quod ſpecialis.*
14 *Vſurarum receptio non inducit diuiſionem ſortis.*
15 *Acceſſorium non præiudicat principali.*
16 *Solutio pro ſua perſona, intelligitur pro eo actu, non pro futuro.*
17 *Præſumptio ex vna præſtatione orta, ad ſequentem trahi non debet.*
18 *Quamuis inſolidum obligatus de annuo reditu præſtando, cum multis alijs pro ſua tantùm parte ſoluat, tamen omnino liberatur, ſi eius ſolutionem emptor admittat.*
19 *Creditor vendendo hypothecam videtur debitori renuntiaſſe.*
20 *Emphyteutorum alter canonem ſoluit, alter triennio ceſſauit, vterque de iure ſuo cadit, ſi tenentur inſolidum.*
21 *Propter pœnam adiectam, vnius negligẽtia & alter punitur inſolidum obligatus.*
22 *Canonis diuiſione non cenſetur dominus caduci ius remittere.*
23 *Aliud eſt à canone debito liberare, aliud caduci ius remittere.*

24 Fide-



24 *Fideiuſſor pro ſua parte ſoluens, ſi principalis lite conteſtata ſoluendo non ſit, iterum conueniri poteſt.*
25 *Lex beneficia ſua abſq́; alterius iniuria concedit.*
26 *In contractibus, ſi hoc egerit, quilibet ſibi præiudicare poteſt.*
27 *Fideiuſſor pro parte ſua ſoluens liberatur, ſi alij ſoluendo ſint.*
28 *Creditor ſimpliciter accipiens partem debiti, non videtur conſenſiſſe diuiſioni cùm inſolidum fuerit obligatus.*
29 *Proteſtatio ab altero contrahentium facta, vt ius quæſitum tollatur, ex ſola taciturnitate non confirmatur.*
30 *Ex ſola pecuniæ receptione apertus conſenſus non intelligitur.*
31 *Diuiſio debiti non procedit in eo creditore, cui facultas donandi interdicitur.*
32 *Petitio iudicialis ſolutioni æquiparatur.*
33 *Expeditione iudiciali nunquam cenſetur facta diuiſio, ſed ſemper manet ius ſolidi ipſi creditori.*
34 *Actor à ſingulis fideiuſſoribus petere debet, qui tempore litis conteſtationis ſoluendo ſunt.*
35 *Pactum diuiſionis cum ſoluente initum & abſentibus prodeſt.*
36 *Nemo alteri vtiliter paciſcitur, quanquam liberationis cauſa.*
37 *Contractus non fit inter abſentes, niſi nuntio vel epiſtola interueniente.*
38 *Donatio abſenti facta non valet.*
39 *Pars debiti ſoluta creditoribus ab emptore hæreditatis, non parit de reliquo hæredibus exceptionem taciti pacti.*
40 *Fideiuſſor partem ſoluens tantùm ſe liberat, non alios.*
41 *Pactum rei debendi nũquam alteri reo prodeſt, niſi quatenus paciſcentis intereſt.*
42 *Verba, alter alteri auxilium tulit, reddunt libellum inquiſitionis incertum.*

## LEX XVIII.

IIDEM AVGG. IVlio & Aemilio.

SI creditores [a] veſtros ex parte debiti admiſiſſe quenquam veſtrum pro perſona ſua perſoluentẽ probaueritis, aditus rector prouin

L. 18. Si creditores.

SI CREDITORES.) † Plures debitores inſolidum obligati quibuſdam erãt, ex his debitoribus vnus ſoluit partem, teſtatusq́; eſt, ſe pro perſona ſua ſoluere, q̃ritur de duob. Primò, an creditores recipiendo hoc modo videãtur ſibi p̃iudicaſſe, q̃m ſit ſoluẽtis reſpectu, ne ampliùs eum ꝑ aliis cõuenire poſsint. Secũdò, an id pactũ ꝓſit alijs abſentib. vt videatur facta diuiſio. † Circa primã q̃-
2 ſtionem videbatur creditores ſibi nõ præiudicaſſe, idq́; ex regulà qua traditũ eſt, act⁹ noſtros nõ vltrà ex preſumptione extendi, quàm neceſſariò exteriora ſigna inferant [a]. At hoc caſu creditor recipiendo partem, poterit videri id egiſſe, vt debitum diminueretur, vel vt dilatio interim reliquatori eſſet, non vt actionem diuideret [b]: quæ quidem diuiſio quandam donationis ſpeciem præ
3 ſe fert, & ideò non eſt preſumenda [c]. † quòd ſi ex conuentione iudiciali, vt cõmuniter receptum eſt, ea diuiſio non inducitur [d], nec ex receptione quidem præſumi debet [e]: oblatam enim pecuniam, ſalua ciuilitate, non potuit non accipere [f]: vnde maiorem & magis liberam voluntatem iudicialis conuentio arguit, quàm receptio. Sed tamen huis legis argumento diuerſa ſententia ob-
4 tinuit: qa ſcilicet † verba illa, ꝓ perſona ſua, indicant obligationem, quę communis omnibus erat, voluntate creditoris pro perſona ſoluentis

a l. fi. ff. ne vxor pro mar. Bart. l. Titium. §. penul. de admin. tut. col. fin.
b l. quidem. ff. ſi cert. pet.
c l. cum de indebito. de prob.
d l. reos. ff. de fideiuſſ.
e l. ij. §. eo. l. tale. §. pe. ff. eo.
f l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de lega. iij.

extingui, periculumq́ue ampliùs vllum ad eum non pertinere [g], & conſequenter diuiſionem fieri, alioqui huic adiectioni conſentire ille nõ debuit. † Quocirca traditum eſt, idem eſſe ſi debitor ſoluere ſe dixerit pro portione ſua, vel pro rata, vel pro virili, aut pro quota ſua parte, & ſimilibus verbis [h]: lex enim ſimpliciter dicit, ſe admiſiſſe pro ſua perſona perſoluerem, &c. Quibuſcunque ergò verbis, dummodo ad id aptis, admiſsi ſint, idem erit [i]: vt ſi dictum ſit, admitti quemlibet pro parte, vel reliquum non petam, quod veteres ſequuti [k], & Decius nouiſsimè probauit: nec alij negant, quin potius indubitati id iuris eſſe affirmant.
6 † Sed quid ſi ſimpliciter numeratio facta eſt, nec pro ſua perſona, aut ſimilibus verbis ſolutum ſit? & Bartolus tum quoque in contractibus fieri diuiſionem cenſuit, licet in teſtamentis contrà [l]: quã ſententiam non pauci ſequuti ſunt, quòd ſcilicet in hac conſtitutione ea verba, pro ſua perſona, non ipſius ſoluentis, ſed legiſlatoris ſunt, ex ſimplici ſolutione interpretantis pro ſua perſona ſolutum cenſeri. Frequentiùs tamen receptum eſt, nullam inter vltimas voluntates & contractus eſſe differentiam: vnde ex ſimplici ſolutione diuiſionem non fieri. Ego tamen poſſe Bartoli ſententiam alia ratione defendi arbitror, vt inter ſolutionem diſtinguamus, quę ſpõte fit, legique noſtræ tùm ſit locus: & eam, quæ in exequutionem iudicati, vel ab eo, qui conuentus in iudicio fuerit, facta proponatur, tuncque ſecùs [m]: non enim credendum eſt voluiſſe nos aliquid de iure noſtro ei remittere, cum quo litigamus [n]. † Recentiores tamen omnes ex ſim 7
plici ſolutione nullam fieri diuiſionem cenſuerunt, niſi addita ea verba proponantur, quod & ſuprà ſcripta ex ratione probari poteſt: † debet 8
enim præſumptio ex probabili ſigno oriri [o], † 9
nec tacitum pactum induci, niſi veriſimilis coniectura id ſuadeat, quæ profectò nulla, vel non ſatis firma eſſet, niſi ea verba adiecta fuerint. Cæterùm etiam eis adiectis, non tamen quandoq́; diuiſio inducitur, ſi ex aliis coniecturis aliud actũ eſſe veriſimile ſit: † veluti cùm quis amplius ſua 10
portione vel minus ſoluit, non enim tunc veriſimile eſt fieri diuiſionẽ [p], quod & lex noſtra ſentit verbo, perſoluentem: eſt enim perſoluere, integrùm ſoluere [q]. † Idem cùm creditor proteſtatus eſt, ſe ſaluo ſolidi iure eam pecuniam recipere [r]: nec hæc proteſtatio tanquã contraria facto, id eſt, ſolutioni pro perſona debitoris factæ, inefficax eſt [s], † q; (vt demus ꝓteſtationẽ creditoris ei, quam pro perſona ſua debitor fecit, aduerſari, & ſic mutuò ipſas ſe collidere) remanet numeratio ſimpliciter facta, quo caſu præſumptio taciti pacti nõ oritur [t]: nec. n. abſq; creditoris cõſenſu põt eſſe pactũ [u], aut obligatio ei inſolidum quęſita diminui tolliúe [x]. † Qua ꝓpẽ cũ Pico idẽ eſſe ſentio, etiã ſi creditor generaliter dixiſſet, ſe ſaluis iurib. ſuis recipere [y]: nã & idem generalis hæc proteſtatio operari debet, quod ſpecialis [z].
† Rurſus nõ videtur facta ſortis diuiſio ex vſura- 14
rũ receptione, † ne ſcilicet ex acceſſorio præiudi 15
ciũ principali fiat [a], q̃d ſuprà à nobis declaratum eſt [b]. Proinde ſi plures inſolidũ annuũ reditum

ſuper

5
g l. j. & iiij. ff. de duob. reis.
h Aret. l. ſi ex toto. §. j. de lega. j.
i l. qui teſtamento. de teſta.
k gl. in j. & ij. intell.
l d. l. ſi ex toto. §. j.
m d. §. j. d. l. reos.
n l. iiij. ff. de re pud. hær. l. inter ſtipulantem. §. j. de verbo. obl.
o Bald. in rub. ff. de probat.
p gl l. inter. §. j. de fideiuſſ.
q l. vrbana. §. pernoctare. de verb. ſig.
r Arg. l. ſi debitor. §. j. ff. qui. mod. pig.
s c. cum M. de
11 conſtit.
t d. §. j.
u l. j. ff. eod.
x l. perfecta. ff. de don. quæ ſub
12 modo.
y gl. l. communi diuidundo. ff. com. diuid.
z Bart. l. ſi ſub conditione. de teſta. tut. Socin. conſ. xiij. §. in
13 iiij.
a d. l tale. §. penult.
b l. ij. §. eod.

& quidem ſolenniter, vt eſt communis iuris ci-
uilis interpretum ſententia[a]. Quid verò in Pon-
tificum canonibus ſit, alibi attingitur[b]: † illis em̄
30 maior eſt animæ cura, at leges noſtræ magis ad
politicen, & ne cuiquam fraus fiat, ſpectant[c]:
31 † quæ facilè, ſi ſolennia omittantur, præſumitur
interceſsiſſe[d].

a l.j.§.de ſacroſanct. eccl.
b c.cum eſſes.c.relatum. de teſtam.
c l.j.ff.de legib.
d l.iubemus.§.de teſtam.

## LEX XX.

1 *Dominia rerum iure gentium ſunt inuenta.* A
2 *Vetuſtus & naturalis acquirendi modus eſt per apprehenſionem.*
3 *Res mancipi dictæ, quòd manu capiantur.*
4 *Dantur mancipio, quorum dominia transferuntur, aut quando euictionis nomine obligantur.*
5 *Acquirendi modus per apprehenſionem naturalis eſt.*
6 *Modus ciuilis eſt, cū quis conſtituit alieno nomine poßidere, vel apprehendit poſſeßionē volente poſſeſſore.*
7 *Traditio rerum, ex ſolo aſpectu rerum contingit, vt quia ducitur quis in rem præſentem.* B
8 *In rebus vacantibus viſus non ſufficit, ſed apprehenſio requiritur.*
9 *Lex interpretatur rem traditam, ſi claues datæ ſint.*
10 *Sacerdotia quaſi tradita cenſentur, datis clauibus.*
11 *Qui tradit inſtrumēta autoritatis, id eſt, tituli, rē ipſam mancipio dediſſe videtur.*
12 *Qui inſtrumentum nominis donat, nomen ipſum donat.*
13 *Cuſtodis appoſitione, volente poſſeſſore, res tradita videtur.*
14 *Signatione quoq;, conſentiēte venditore, res habetur tradita, niſi facilè ſubmitti poßit.* C
15 *In alienante rem ſuam ſeruato vſufructu, reſeruatio rem tradit.*
16 *In vſumfructū alienante, patientia & cautio requiritur.*
17 *Lex quandoq; fingit traditionem poſſeßionis.*
18 *Lex municipalis fingit ſuperſtitē poßidere res defuncti.*
19 *Ex contractu principis traditio non fingitur, niſi ex mente eius appareret.*
20 *In priuilegijs principum ſtatim traditus eſt titulus.*
21 *Signum nouæ acquiſitionis ſiue ornamentū, non ſignificat traditionem, ſed facultatem acquirendi præſtat.* D
22 *Ornamētorum ſigna potius ſunt iuris perſonalis, quàm traditionis.*
23 *Vſucapionis vtraq; ſpecies directum præſtat dominium.*
24 *Dominium eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, ſalua legum prohibitione.*
25 *Qui rē vſucepit ſimpliciter, dominus nuncupatur, quod directum innuit.*
26 *Canones dicunt vſucapione proprietatem acquiri.*
27 *Qui præſcriptione tutus eſt, pleniſsimam habet ſecuritatem.* E
28 *Vſucapio mobilium, fauorabilior eſt præſcriptione.*
29 *Res vitio affectæ, lege Atinia non vſucapiuntur.*
30 *Qui ſciens rem permittit vſucapi, eam videtur alienare.*
31 *Fictio iuris in mobilium alienatione procedit.*
32 *Lex quando citra domini voluntatem dominium transfert, vtile tantùm transferre æſtimatur.*
33 *Adijcitur dominium quod legis autoritate defenditur.*
34 *Poſſeßio ciuilis, effectus ciuiles parit, reſpectu veri dominij.* F
35 *Dominus prior fundi præſcriptione acquiſiti iam alij, non omnino caret actione.*
36 *Nemo auditur, qui de alieno iure excipiat.*
37 *Eiuſdem rei dominium diuerſa ratione apud diuerſos eſſe poteſt.*
38 *Prior dominus non auditur, ſi videatur rem pro derelicto habuiſſe.*
39 *Præſcriptio aduerſus ſcientem directum præſtat dominium.*
40 *Statutum cauens vt vſucapione rerum dominia acquirantur directā intelligit.*
41 *Longißima præſcriptio non dominium transfert, ſed exceptionem præſtat.*
42 *Canones malæ fidei poſſeſſori neq; exceptionē tribuunt.*
43 *Nudum pactum dicitur, quod traditione vel vſucapione deſtituitur.*
44 *Traditio cauſam requirit veram aut putatiuam.*
45 *Quando traditio cauſam non habet, præſumitur donatio, in dubio error.*
46 *Si rem ex alia cauſa tradam, tu ex alia recipias, nō transfertur dominium.*
47 *Venditionis contractus non transfert dominium, niſi ſoluto pretio, aut habita fide eius nomine.*
48 *Pignore reſtituto, niſi pretium ſolutum fuerit, aut eius fides tibi habita, durat pignus.*
49 *In dubio qui ſimpliciter tradit, credere, fidemq; habere videtur.*
50 *Dominium non ſine traditione transfertur.*
51 *Ad transferendum dominium aut naturalis actus, aut à lege inductus requiritur.*
52 *Confeßio qua quis rem ſuam alterius eſſe fatetur, æquiparatur traditioni.*
53 *Confeßioni ſtatur, donec contrarium probetur.*
54 *Hæreditas non cenſetur vendita, niſi ſit & tradita.*
55 *Dominium fundi dotalis ſoluto matrimonio ipſo iure in mulierem reuertitur.*
56 *Iure in perſonam acquiſito, in rebus quoq; acquiſitum cenſetur.*
57 *Sententia iudicis ſtatim transfert dominium.*
58 *In iudicio communi re alteri adiudicata, dominium amplius non eſt commune.*
59 *Qui rem ſimpliciter detinet, in eum ſola conuentione dominium transfertur.*
60 *Poſſeßio conſenſum ſequitur.*
61 *Vt dominium traditione trāsfertur, ita reſoluto contractu retrò facta traditione reſtituitur.*
62 *Luendi contractus eſt frequentior, quā legis cōmiſſoriæ.*
63 *Formulæ legis commiſſoriæ, res reſtituatur, ſit inempta, non ſunt perpetuæ.*
64 *Mens contrahentium ſpectanda potißimùm.*
65 *Soluto aliquo pretio in lege commiſſoria, dominium nō reuertitur, ſed actio ex contractu competit.*
66 *Nullo dato pretio in pacto legis commiſſoriæ, ſtatim res vendicatur, arrhaq; amittitur.*
67 *Vbi pretium interuenit, contractus perfectus eſt.*
68 *In pacto adiectionis in diem non vera proprietas abdicatur, ſed adiectio potius fit dominij.*
69 *Pignus à creditore venditum, non domini voluntate, ſed legis autoritate transfertur, ergo ſoluto debito res à domino vendicatur.*
70 *Pignus conſentiente domino alienatum retrò traditione tantùm reſtituitur.*
71 *Res vendita cum pacto luendi, & deinde rurſus alienata, nullam actionem primo domino aduerſus emptorem præſtat, ſi dolo careat.*
72 *In emptione & autoritas & inſtrumentum tituli perſpici debet.*
73 *Si rem emeris conſcius pacti luendi, reuocatoria aduerſus te competit.*
74 *Ius quandoq; ſtatim abſq; traditione acquiritur.*
75 *Ius perſonale ex cōtractu ortū nulla traditione indiget.*
76 *Ius pignoris ex ſolo contractu quæritur.*
77 *Ex principum conceßionibus ſtatim ius ad rem acquiritur, præſertim in ſacerdotijs.*
78 *Sacerdotia titulo ſolū acquirūtur ſine apprehēſione rei.*
79 *Sacerdotium continuò vacat amiſſo titulo, quamuis adhuc res poßideatur.*
80 *Vt ius ſpirituale quæratur, non eſt neceſſaria traditio.*
81 *Princeps rem transfert ſine traditione, qui legis condendæ autoritatem habet.*
82 *Mendicis ius ſine traditione quæritur.*





83 *Fiſcus in contractibus ius hypothecæ habet.*
84 *Ex delicto res ſine traditione fiſco acquiruntur.*
85 *Delictum in perſonam atrox, res fiſco nondum traditas adſcribit.*
86 *Legata ſine mora ipſo iure transferuntur, etiam in certæ rei hæredem.*
87 *Contractus donationis cauſa mortis, legatis adæquatus eſt.*
88 *In tacita donatione & vniuerſali requiritur traditio.*
89 *Res hæredis à teſtatore legata, traditione indiget.*
90 *Res duobus donata, vt ſuperſtitis maneat, fauore munificentiæ ſine traditione non transfertur dominium.*
91 *Emphyteutæ ex ſolo cōtractu emphyteutico vtilis actio competit.*
92 *Vtilis in rem actio nonnunquā ei competit, qui nondum eſt dominus.*
93 *Ad dominij translationē non requiritur tacita poſſeßio.* B

## LEX XX.

IIDEM AVGG. *& CC. Martiali.*

A TRaditionibus[a], & vſucapionibus[b] dominia rerū, non nudis pactis transferuntur.

a l.ex hoc iure. de iuſtit. & iur.
b l.j.in prin. de acq.poſſ.
c l.quod meo. eod.tit.
d l.ſi ego. verſ. quod enim. ff. de iur.dot.
e l.qui vniuerſas. in princ. de acq.poſſ.
f l.rerum mixtura. ff.de vſuc.
g l.j.§.ſi iuſſerim.de acq.poſ.

1 T RADITIONIBVS.) † Cùm do-
minia iure gentium inuenta & di-
ſtincta fuerint[a], ſecundùm formā
ea in re traditam regulariter accipi
debere æquum fuit: ea erat, vt rei
2 ipſius appræhenſione quærerentur[b]: † hîc enim
vetuſtiſsimus naturaliſq; adipiſcendi, ſedesque
3 conſtituendi eſt modus. † Vnde & res mancipi di
4 ctæ, quæ manu caperentur: † & mancipio dare, C
eſt dominium transferre, euictionisve nomine
5 obligari. † Ea autem traditio per appræhenſionem
6 naturaliter fit, † ſed ex lege ciuili aliqui modi re-
perti ſunt, ex quibus traditionem factam inter-
pretamur: vt cùm qui poſsidet, ſe alieno nomine
poſsidere conſtituit[c]: vel cùm poſſeſsionem do
mus appræhendit, id volente poſſeſſore agens, vt
etiam ſingulas res in ea contentas poſsidere inci
piat[d]: incipiet enim non quidem ſingulariter[e],
7 ſed [illegible] & in concreto poſſidere[f]: † quod & D
ex rei ſolo aſpectu contingit, vt quia te in rē præ-
ſentem ducam, idque agam, vt rerum oculis ſub-
iectarum poſſeſsionem in te transferam, videor
8 enim tradidiſſe[g], † cùm in rebus vacātibus ſecùs
ſit: in his enim viſus non ſufficit, ſed appræhenſio
neceſſaria eſt[h], quia ſcilicet tunc aliquis nō adeſt
poſſeſſor, qui id agat, vt res transferatur: volente
9 enim poſſeſſore, † facilius lex, etiā citra appræn
ſionem, rem traditam interpretatur: vt ſi claues
ſint emptori datæ[i]: nam quamuis res in conſpe- E
ctu non ſit, dum tamen in proximo, cenſetur fa-
10 cta traditio[k]. † Quapropter & templorū claui-
bus ſacerdoti datis, ſacerdotij quaſi poſſeſsionē
11 translatam videri receptū eſt[l]. † Sed & ſi q̄ man-
cipio donat, inſtrumento autoritatis (id eſt, titu-
li vnde ipſe acquiſiuit) donatario tradat, domi-
12 nium tranſtuliſſe cenſebit[m], † vnde & nominis
inſtrumento animo donandi tibi tradito, nomē
13 ipſum tranſtuliſſe videor[n]. † Sed & cuſtodis ap-
poſitione, etiam ſi res in conſpectu non ſit, volen F
14 te poſſeſſore facta traditio videtur[o]. Idemq; per
ſignationem, vt cùm trabes conſentiente vendi-
tore emptor ſignaſſet[p]. q, ſi res vēdita facilè ſub-
mitti poſsit, videri potius ſignatam creditur, ne
ex ſuppoſitione emptor falli poſsit, q̄ vt traditio
15 fieret[q]. † In eo quoq;, qui propriam rem alienat,
reſeruato ſibi vſufructu, conſtitutū eſt, huiuſmo-
16 di ex reſeruatione tradidiſſe videri[r]: † licet ſecùs
ſit in eo, qui proprietatem retinet, vſumfructum
alienat, non cenſetur is tradidiſſe, niſi accedente

h l.j.in prin. eodem tit. vbi gl. in verb.prin.
i l.j. d.§.ſi iuſſerim.
k l.clauibus.de contr.empt. gl. d.l. in princ.
l Bar. c. fin. de cauſ.poſſ. col.x. Albe. de Roſ. in d.§. ſi iuſſerim.
m l.j.§.de don.
n Bar.l Labeo. ff.eod.
o l.quarundā. ff.de acqu.poſſ.
p l.quod ſi neque. de peric. & con.rei vend.
q l.j.§.ſi dolium.eod.tit.
r l.quiſquis.§.de donat.



patientia, vel cautione[s]. † Fingit & quandoque
lex traditionem poſſeſsionis ex aliqua cauſa, ve-
luti in odium eius, qui diaconiſſam rapuerit[t], vel
cùm res propter inundationem, aut latronū po-
tentiam de facto poſsideri non poteſt, ab eo, cui 17
ius poſſidēdi decre
to prætoris conceſ-
ſum erat[u]. † quod &
in municipij lege re 18
ſponſum eſt, qua ſu
perſtites ſeſſitare in
rebus defunctorum finguntur, id eſt, continuari
poſſeſsio in hæredem[x]. † Sed quid in contractu 19
principis, an ex eo transferatur poſſeſsio abſque
traditione? Et videretur, quia vim legis habet[y].
Contrà tamen plurimorū autoritate receptū eſt,
quia nō eſt veriſimile, à iuriſgentiū communisq;
regulis voluiſſe principē recedere, & fictionem
hanc inducere[z]: ſi tamen de mente eius appare-
ret, ſecùs eſſet[a]. † Nam in priuilegiis, quæ prin- 20
ceps concedit, traditum eſt titulum ſtatim tranſ-
ferri[b]. † Sed nunquid ex ſigno, quo quis in nouę 21
acquiſitionis monumentum ornatur (inueſtitu-
ram vocant) cenſeatur facta traditio, vt per annu
li in digito immiſsionem, vel enſis traditionem,
vel petaſi impoſitionem? † Et receptū eſt iure no 22
ſtro non videri[c], quia id ſymbolum perſonalis
potius iuris ſit, q̄ traditionis[d]: exiſtimabitur ta-
men eo actu facultás conceſſa rem propria auto-
ritate appræhendendi, vt Alex. cenſuit[e]: ſatis enim
ex eo de voluntate concedentis apparet[f].
b ¶Vſucapionibus.) † Cùm ergo dominium 23
vſucapione acquiri hîc dicatur, generaliter & p-
priè accipiendo videtur directum acquiri, quali-
bet in vſucapionis ſpecie, ſiue triennalis, ſiue de-
cennij, ſiue longioris temporis ſit: nam his mo-
dis lex ſimpliciter dicit acquiri dominium[g]. Vn-
de alter modus ab altero diſtinguendus non vi-
detur. Sed & diffinitio dominij æqualiter eis ſpe
ciebus conuenit, vt appareat idem ſemper eſſe.
† Eſt em̄ dominium ius de re corporali perfectè 24
(quod ſalua legum prohibitione fiat) diſponen-
di[h]. Adde q, in iure noſtro is, qui quoquo tempo 25
re vſucepit, ſimpliciter dominus appellatur[i], er-
go propriè & directò eſt dominus[k]. Vnde & lex
ex vſucapione triennij ad decennalem nō muta-
ri dominium inquit[l]: quam ſententiam & diffi-
nitio comprobat. Nihil enim aliud eſt vſucapio,
q̄ dominij acquiſitio per continuationem, &c.[m]
† Amplius in iure Pontificum dicitur, vſucapio- 26
ne proprietatē ipſam acquiri[n]: quæ verba ad ius
vtile referri nequeunt, qđ pluribus Iaſ. hîc oſten
dit[o]: † meritò igitur non ſemel iure traditum eſt, 27
eum, qui præſcriptione tutus eſt, pleniſsimā ha-
bere ſecuritatem, & cuiuslibet intentionem ex-
cludere[p]. & hæc quidem omnium conſenſu in
rerum mobilium vſucapione, quæ triēnio abſol-
uitur, vera ſunt: † quod aliqui inductum exiſti- 28
mant, quia cæteris vſucapionibus fauorabilior
ſit[q]. † Ego etiam alia ratione idem ſenſerim: ſi e- 29
nim res mobiles aduerſus domini voluntatem
contrectatæ ſunt, vitio afficiuntur, & ex lege Ati-
nia vſucapio non procedit[r]: ſi ex voluntate do-
mini iuſtiſsimè is dominio priuatur, † qui ſciens 30
rem vſucapi permittit, & ideo alienare videtur[s].
† Quę fictio faciliùs in rebus mobilibus aſſumen 31
da eſt, quarum non ita grauem iacturam, facilio-

L.20. Traditionibus.

s l.iij.§.dare.de vſufr.l.quoties. de ſeruit. & l.ij. §.de acq.poſſ.
t l.raptores.§.ſin autem.§.de epiſc. & cler.
u l.quamuis.de bon.aut.iudic. poſſel. c.contingit. de dol.
x Iaſ.l.ſi ſorori. §.de iur.delib.
y l.pen.§.de do. inter vir. & vx.
z l.iij. vbi Bal. in fi. C.de teſta. c.j.§.fi. de noua for.fid.
a Bal.c.ad audientiam. de præſcr.
b cap.ſi tibi.de præben.in 6.
c c.ij.de cōſuet.
d c.ex ore. de his, quæ fiunt à mai.part. c.per tuas de donat.
e Alex.in l.iij. in prin. de acq. poſſ. Bal. expreſſe in rubric.§.de cont.emp.17.q.
f arg.l.ſi ex ſtipulatione. cod. tit.veri.ſine voluntate
g Inſt. de vſuc. in prin. gl l.j.ff. de acq.rer.do.
h Bart.l.ſi quis vi.§.differentia. de acq.poſſ.
i l.ſi finita.§.Iulianus.de dam. infect.auth.niſi.§.de bon.matr.
k l.j.§.j.ff.ſi ager vect.
l l.eum qui.ff. de vſucap.
m l.iij.de vſuc.
n c.clerici.in fi. 16.q.3.

o l.ſi procur.de acq.rer.dom. p l.fi.§.de edict.D.Adr.toll. præſcrip. q l.j.ff.de vſucap.Dyn.Sal.Dd.hic. r l.ſequit. cap.ad aures de vſuc.§.furtiue.Inſtit.eod. s l.alienationis.de verb.ſign.

remq́ue neglectum lex interpretatur [a]. In vſuca-
pione verò rerum immobilium, quę ex bona fide
ꝓcedit, & longo tempore abſoluitur, diſſentiũt
pleriq;, vtileq; dominium acquiri ſolùm tradũt,
quoniam hoc caſu vtilem in rem actionẽ, ei qui
vſuceperit, compe-
tere pleriſq; reſpon-
32 ſis ſcriptũ eſt [b]: † &
quia quoties lex ci-
tra domini volunta-

## non nudis [a] pactis transferuntur [b]. PP.

A
tem dominium transfert, nõ directum, ſed vtile
transferri exiſtimat [c]. Sed certè hac in quæſtione
videntur nobis Dd. verbis diſſentire, re ipſa con-
uenire [d]. Clarum eñ eſt id dominium ex domini
vero & naturali conſenſu nõ acquiri, ſed ex facto
legis: & ideo in diffinitione vſucapionis nõ ſim-
pliciter acquiſitio dominij, ſed adiectio appella-
33 tur, † quæ vox eam acquiſitionem ſignificat, quę
ſola legis autoritate defenditur [e], vt in libello de
B quinque pedum præſcriptione latiùs oſtendi.
Concludendum igitur, apud eum qui vſucepit,
verum dominium eſſe: quia in his, quę iuris ſunt,
34 autoritas legis pro veritate eſt [f]: † & ideò diffini-
uit Bart. poſſeſsionẽ ciuilem, ciuiles effectus pá-
rere, reſpectu veri dominij [g], vſucapionem vide-
licet indicans. Sed quia dominium ex conſenſu,
actuq; naturali translatum non eſt, nec omnino
à priore dño reſpectu extranei poſſeſſoris abſceſ-
ſit, lex vtilem actionem ex eo dari dixit [h]. Vnde
C conſequens eſt, vt ſi apud extraneum abſq; facto
meo is fundus ſit, quem ego vſuceperim, & prior
dominus eum vendicauerit, nõ ſit audiendus is
poſſeſſor, de iure meo nec quicquam excipiens [i]:
35 † nec enim prior dominus actione prorſus caret:
36 † nec quiſquã auditur, qui de alterius iure ſic ex-
37 cipiat [k]: † nec videtur abſurdum, eiuſdem rei do-
minium naturali ratione in vno eſſe, autoritate
verò legis in alio [l]: ſicut etiã videmus, huiuſmo-
di legis autoritate inductum dominium, cum hy-
D pothecæ iure in eiuſdem perſona aduerſus com-
munes regulas quandoq; iungi [m], & valere eius
rei emptionem, quam tali dominio quis iam ac-
38 quiſiuit [n]. † Quod tamẽ diximus, poſſe priorem
dominum aduerſus extraneum audiri, locũ non
habet, quando ipſe non per ſimplicem vſucapio-
nem rem adeptus eſſet, ſed quia pro derelicto ha-
bita à domino exiſtimaret, vt quia factis procla-
mationibus, vel propoſitis edictis, nemo ſe do-
minum allegaſſet [o], vel fundi cenſualis poſſeſſor
E eum deſertum reliquiſſet, & biennio nouum cul-
39 torem nõ inquietaſſet [p]. † Idem ſi aduerſus ſcien-
tem quis vſucepiſſet: tunc enim non minus dire-
ctum dominium is omnino amittit, q̃ in rebus
mobilibus: eademq́ue prorſus eſt ratio [q]. Idem ſi
quis ſupra omnium hominum memoriam vetu-
40 ſtate poſſeſsionis adiuuaret [r]. † Idem ſi lege mu-
nicipij cautum ſit, vt vſucapione dominia acqui-
rantur, intelligetur de directo, vt alicuius effe-
ctus vltra ius commune ſit [s]. Sed quid in xxx. vel
F xl. annorum præſcriptione, cùm quis mala fide
41 poſſedit? † Et apud omnes cõſtat nullum domi-
nium tali caſu transferri, ſed ſolam exceptionem
42 competere [t]: † iure autem Pontificum nec exce-
ceptio quidem conceditur, idque propter eius
delictum, qui malæ eſt fidei [u].
43 a ¶ Nudis pactis.) † Scilicet à traditione, vel
44 vſucapione: † nec tamen ſatis eſt quamlibet tra-
ditionem factam eſſe, ſed oportet ex cauſa, quæ

a l. ſi rem mobilem. de acq. poſ.
b l. j. in fi. de aq. plu. arc. l. ſi duo. §. Iulianus. ff. de iureiur. 16. q. 3. c. placuit. §. præſcriptionum.
c gl. auth. donationem. ꝟ. de iure dot. & l. fin. verſ. in re. de ſacroſan. eccl. Moder. l. j. §. ſublata. ad Trebel.
d Abb. in rub. ex. de præſcrip.
e l. ſi de diſtrac. pign. rubr. ꝟ. ne pro dot. nul. & ꝟ. de fid. inſt. lib. 10. & Inſt. de eo, cui lib. cauſ.
f Bart. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. de adult.
g Bar. l. j. de acquir. poſſeſ.
h Bart. l. ſi. ff. rẽ rat. hab. & in l. j. §. cũ prædiũ. ff. de pign.
i Dyn. reg. poſſeſſor. Aret. l. cũ ſeruum. ꝟ. de ſeruis fug.
k Bar. l. ij. de except. rei iud.
l l. j. ꝟ. com. de l.
m l. idémq;. vbi Bart. qui pot in pig. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capt. Decius in l. neque pignus. de reg. iur.
n l. planè. §. ſi rem. vbi Iaſ. de leg. j.
o l. cum res. vbi Bart. ij. lect. ꝟ. de probat.
p l. qui agros. l. locorum. ꝟ. de om. agro deſ. libro 11.
q d. l. alienationis. Bal. d. auth. niſi.
r l. hoc iure. §. ductus. de aqua quot.
s Bar. l. ij. de vſucap.
t l. ſi quis emptionis. §. j. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & 16. quæſt. 3. §. poteſt.
u c. fin. de præſcrip. d. regula poſſeſſor. de regulis iuris. in ſexto.

translationi dominij ſufficiat, interueniſſe [x]; ſiue
vera ſit, ſiue contrahentium credulitate pro vera
45 exiſtimetur [y]. † Nec dicat quiſquam ſuperfluè id
requiri: cùm ſi nulla cauſa adſit, præſumatur do-
natio [z]: quia id ſolùm eo caſu procedit, quo res
conſultò data eſt [a]:

## Calen. Ian. ipſis V. & IIII. AA. CC. Coſs.

in dubio autem re-
ceptius eſt, vt tali ca-
ſu error præſuma-
46 tur [b]: † nam & ſi ex
A
vna cauſa ego rem tibi tradã [c], tu ex alia recipias,
dominium nõ transfertur. Idem ſi numos meos
ego tibi tradam quaſi tuos [d]. Idem ſi liquidò con-
ſtet me hoc animo tradere, ne vllum tibi domi-
nium quæratur [e]. Idem ſi tu, cui pecunia à me nu-
47 meratur, malæ ſis fidei [f]. † Cæterùm in contractu
venditionis illud quoq; traditum eſt, non tranſ-
ferri dominium, niſi pretium ſolutũ ſit, vel eius
nomine habita fides [g]: quod pleriq; generaliter
48 B in omnibus cõtractibus accipiunt [h]. † Vnde ſi rem
pignoratam tibi reſtitutam, non recepto debito,
nec eius fide tibi habita, durat adhuc pignus [i]. I-
demque in contractibus innominatis receptius
eſt, cùm veriſimile ſit, eum, qui fidem alterius ſe-
qui negat, rei dominium nolle interim à ſe abdi-
49 care [k]. † In dubio tamẽ qui ſimpliciter tradit, cre-
dere, fidemque habere videtur [l]: & ideò condi-
ctione ob cauſam res data reuocatur, non rei ven
dicatione [m].
50 C b ¶ Transferuntur.) † Dominium ergo non
niſi per traditionem transfertur: quod intelligen
dum, etiam ſi contrahentes agant, ſtatim tranſ-
51 ferri: fruſtrà enim id agerent [n], † quia non niſi ꝑ
actum naturalem transferri poteſt, vel q eius vi-
ce à lege inductus ſit [o], vt recẽtiores hîc tradide-
runt. Vnde & ſi in inſtrumẽto dicatur, Titius ven
didit & tradidit talem fundum, niſi in præſentia
is fundus eſſet, nulla traditio facta cẽſebitur, ſed
ſolùm emptori conceſſa venia poſſeſſionem ap-
52 D prændendi [p]. † Valeret tñ eius confeſsio, q rem
ſuam confiteretur alterius eſſe [q], non quia domi-
53 nium tranſtuliſſe videretur, ſed quia † confeſsio
probationis eſt ſpecies, cui interim ſtandum eſt,
54 donec contrarium probetur [r]. † Si ergo quis hære
ditatẽ vendat, licet id ius vniuerſale ſit, ante tra-
ditionem nõ cenſebitur dominium tranſtuliſſe [s].
Idem in eo, q dotem filiæ aſſignet [t]. quod tñ non
55 procedit in fundo dotali, † cuius dominium ſolu
to matrimonio ipſo iure in mulierem reuertitur,
E nec alia reſcriptione indiget [u]. Sed & quoties ti-
tulus vniuerſalis perſonæ accedit, abſq; alia tra-
ditione dominium rerũ transfertur [x]: quia cùm
56 res perſonæ accedant, † q ius in perſonam acqui
ſiuit, in rebus quoq; acquiſiuiſſe cenſendus eſt [y].
Sed quid in ſententia iudicis, an ex ea tantùm
transferatur dominium? Et nõ putant, adhuc eñ
regulæ ſtandum eſt: quod tamen aliqui non pro-
cedere exiſtimant, cùm ſententia in iudiciis du-
57 plicibus lata eſt: † quoniam lex ait, q, in his alicui
F adiudicatũ eſt, ſtatim eius fieri [z]: quæ verba abſq;
manifeſta cauillatione aliter accipi non poſſunt,
58 ſicut & illa Vlpiani [a], † in iudiciis hiſce, quibꝰ de
re communi inter ſocios contenditur, re alteri
adiudicata, dominium amplius non eſſe commu
ne: quo in loco, q traditionem factam aiunt, vel
de vniuerſali ſocietate intelligunt euidenter, vel
59 diuinant, vel legem coarctant. † nam & dubium
non eſt, ſi quis ſimpliciter rem detineat, in eũ ex
ſola conuẽtione dominium transferri poſſe, nec
regulæ noſtræ locum eſſe [b]: ſummouetur enim
hoc

x l. ij. §. rei. de poſ. Bart. l. cum pater. §. pater plurib. de leg. ij.
y l. nunquã. de acq. rer. dom.
z l. Campanus. de oper. liber.
a c. cuius. de regul. iuris.
b Alex. l. à Titio. de verb. obl.
c l. ſi ego. ſi cert. pet.
d l. iij. §. pen. de cond. ob cau.
e gl. §. per traditionem. Inſti. de rer. diuiſ.
f l. ſi iuſſu. §. j. l. falſus. in prin. de furt.
g §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ.
h Bartol. l. ſi ſeruus cõmunis. §. fin. ff. de furt.
i l. 3. de pig. act.
k l. minus. de regul. iur.
l l. quod vendidi. de contrah. emp. Rom. ſing. 306.
m l. ſi pecuniã. de cond. ob cau.
n l. non ſtatim. ff. de pecul. glo. in l. in traditionibus. ff. eod.
o d. §. per traditionem.
p l. prædia. vbi Bart. de aquir. poſſeſ.
q Bart. l. cũ falſa. ꝟ. de iuris & fact. ignor.
r l. Publia. in fi. depoſ.
s l. qui tibi. ꝟ. de hæred. vel ac. vend.
t l. j. verſ. vniuerſæ. ff. ꝑ dot.
u l. in rebus. ꝟ. de iur. dot.
x l. ſi adoptauero. ff. de precar.
y auth. ingreſſi. ꝟ. de ſacroſ. eccleſia.
z §. fin. Inſt. de offic. iud.
a l. & ideo. de cond. fur.
b l. certi. §. fi. ff. ſi cert. pet.



hoc caſu ratio legis: quia detentio illa, propter
accedentem poſſidendi animum, abſque alia ap-
prænſione vim poſſeſſionis nanciſcitur [a]: quod
& in his ſupplicibus iudiciis dicendũ eſt: namq;
plures in vno fundo nõ diuiſione corporum, ſed
iuris intellectu dominium habent [b], omneſq; æ-
qualiter detinent: ſententia autem iudicis, vel e-
tiam contractus partis, ab hoc iuris figmẽto abſ-
que alio naturali actu aliquẽ excludere poſſunt,
A & in detinentem omne ius transferre [c]. Et ideo
aduerſus Angeli ſententiam exiſtimárim [d], ſi ſo-
cius à ſocio fundum emat, quem indiuiſim am-
bo poſſidebãt, ſi hoc actum eſt, vt transferat̃ poſ-
ſeſſio, alia apprænſione opus nõ eſſe, animumq́;
ſolum ſufficere [e]: arguiturq; ex ſubſecuta patien-
60 tia animus præceſſiſſe [f]: † & hoc eſt, quod lex ait,
poſſeſſionem conſenſu ſequi [g]. Sed tamen aliud
Alex. viſum eſt [h], cuius ſententiam obſeruandam
exiſtimarim, cùm actum non eſt, vt ex ſolo con-
B tractu poſſeſſio transferatur, quod in dubio exi-
ſtimandum: differt enim contractus à traditione
poſſeſſiõis, niſi verbis inſtrumẽti aliud appareat.
Cæterùm & tunc regulæ ſtandum eſt, cũ de con-
61 tractus reſolutione agitur: † ſicut eñ dominium
in aliquem non niſi traditione transfertur, ita re-
ſoluto contractu non niſi retrò facta traditione
reſtituitur [i]: quod tamẽ perpetuum non eſt, & in
primis non procedere in pacto legis cõmiſſoriæ,
vel adiectionis in diem, Dd. cenſuerunt: ſi tamen
C in ipſo cõtractu & re integra verbiſq; directè re-
ſolutiuis conceptum fuerit [k]. Cuius rei rationem
ſatis friuolam comminiſcuntur, nempe ſpeciali-
ter id inductum, ꝓpter eorum contractuum fre
62 quentiam [l]. † Ego nec rationẽ hãc probo, quæ nul
la lege defenditur, cùm & frequentiùs ſit luendi
63 pactum: † nec ſolam hãc verborũ formulam ob-
ſeruãdam arbitror [m], an dictũ ſit, vt res eſſet inem
64 pta, vel potius, vt res redderetur: † quoniam mẽs
contrahentium magis eſt ſpectanda [n], Iuriſcon-
D ſultique veteres hac in re non videntur magnam
65 rationem conſtituiſſe [o]. † Igitur in pacto legis
commiſſoriæ diſtinguendũ arbitror, an pretium
aliquod datum fuerit, & ſtandum erit regulæ, vt
ipſo iure nõ reuertat̃ dominiũ, ſed actione ex cõ-
66 tractu experiundum ſit [p]: † aut nullũ adhuc pre-
tium interuenit, & putarim ſtatim reuerti, & rei
vendicationẽ venditori competere [q], etiam ſi ar-
ra data fuerit, quæ amiſſionis periculo ſubia-
67 ceat [r]: † diſtinctioniſq; noſtræ rationẽ hanc eſſe,
E q, vbi pretiũ interuenit, contractus omnino per-
fectus eſt, vnde & interim emptor fructus vtcun-
que lucratur [s]: vbi verò nullum adhuc numeratũ
eſt pretium, ꝓpter huiuſmodi pactum, oſtẽditur
nõ omnino fidem emptoribus habitã, remq́; ab-
ſolutam fuiſſe: quod & Guil. & Bald. Salicetuſq́;
68 cenſuerunt [t]. † Idemque in pacto adiectionis in
diem dicendum, vt ideo transferatur retrò ipſo
iure dominium [u], quia nõ omnino, nec perfectè
in primũ emptorem translatum fuit [x]. Idq́; ſiue
F quia contractus conditionalis, ſiue quia purus,
ſub conditione tamen reſoluendus [y]: apparet eñ
abſolutè non tradi, & ideo veram proprietatem
omnimodo nõ abdicari, ſed adiectionem potius
dominij fieri [z], quæ facilius ad originem, primi-
tiuamq; cauſam reuertitur: vnde & rubrica ipſa
de adiectione in diẽ rectè inſcribit̃. Qua ratione
factum quoq; eſt, vt ſi creditor pignus vendat, pa
ciſcaturq́; cũ emptore, vt ſi debitor pecuniam of-
ferret, ad eum res ſua reuerteretur, ſequuta obla-
tione dominium ſtatim in debitorem transfera-

a §. interdũ. Inſtit. de rer. diuiſ.
b l. Meuius. §. duorũ. de leg. ij.
c arg. l. ſi tu ex parte. 1. reſp. de acq. hær. & l. ſi quis vi. §. differentia. de acq. poſſeſ.
d Ang. l. ij. in ſi. de ſtipul. ſer.
e Spec. de emphyt. verſ. 7.
f d. l. interdum.
g l. ſi diuiſionẽ. ꝟ. famil. erciſc.
h conſ. 187. col. pen. in 2.
i l. 2. ꝟ. de pactis, interempt. l. j. in fin. vbi Dd. de donat.
k gl. & Mod. l. ab emptione. ff. eod.
l Bartol. d. l. j. in fin.
m argum. l. iij. ꝟ. cõmunia de leg.
n leg. ſi mortis cauſa res. de donat. cau. mor.
o l. pen. ꝟ. de ædil. act.
p l. iij. de pact. inter empt.
q l. commiſſoriæ. eod. tit.
r l. ſi. ff. de lege commiſ. l. j. ꝟ. de pact. int. empt.
s leg. ſi fundus. verſic. igitur. de lege commiſ.
t d. l. ab empt.
u d. l. ſi qs hac. de rei vend.
x l. ſi hominẽ. in ſi. de vſucap.
y l. ij. de in diẽ adiect.
z arg. l. iij de vſucap.



tur [a]. † Cùm eñ id dominium non voluntate do-
mi, ſed facto creditoris autoritate legis translatũ
ſit, adiectionem potius eſſe apparet [b], & ideò in
priore domino adhuc aliquã radicem eſſe, quæ
69 reuiuiſcere ſubmoto legis impedimẽto poſſit [c].
† Quòd ſi conſenſu dñi ius ipſum translatum eſ-
70 ſet, tunc nõ niſi retrò facta traditione reſtitueret̃.
71 † Hinc eſt, q, ſi tibi fundum vendidero cũ pacto
luendi, tuq; alteri alienaueris, ſola mihi aduerſus
A te actio in id quod intereſt competet, vt ſæpius
reſponſum eſt [d], emptorq; ipſe nullis actionibus
à me conuenietur [e], niſi fortè in ſubſidium [f], aut
niſi ſciens & doli conſcius emiſſet [g]: qđ ex coniẽ
72 cturis facilè diſcernetur [h], † cùm veriſimile nõ ſit
quenquã empturũ fundum, niſi perſpecta autò-
73 ritate & inſtrumento tituli [i], † ex quo potuit pa-
ctionis quoq; meæ admoneri, quæ ſententia æ-
quiſſima eſt, vt reuocatoria ſaltẽ actio conceda-
tur [k], ne huiuſmodi fraudibus ſub colore iuris pa
B trocinemur. Idem arbitrarer, ſi ꝑ obſeruatione
conuentionis hypotheca ſpecialiter acceſſiſſet:
pignoris enim conuentione etiam ſingularis ſuc
ceſſor alligaretur [l]. Idem quoq; dicendum exiſti-
marem ſi manus iniectionẽ mihi retinuiſſem: ad
hæret enim hæc pactio rei, quiſquis ſit eius poſ-
ſeſſor [m]: quod Bart. intelligit, reſciſſa prius iudi-
cio ordinario ipſa alienatione [n]: qua de re alibi
tractemus. Et hæc quidem, qđ ad hæc pacta atti-
74 net, ſatis. † Nunc reliquos quoq; caſus proſequa
C mur, in quibus ius ſtatim abſq; traditione quæri-
75 tur. † Et de iure perſonali dubium nõ eſt, ex ipſo
eñ contractu oritur, & alia traditione non indi-
76 get [o]. † Huc pertinet ius quoq; pignoris, qđ per-
ſonali quidẽ pactioni accedit, ſed tñ in rem eſt [p]:
quæritur enim ex ſolo contractu, quia haudqua-
77 quam graue præiudicium facit [q]. † Idem ꝓcedit
etiam in principum conceſſionibus, vnde ius ad
rem ſtatim acquiritur, quod à iure in re non parũ
78 diſtat [r]: † qđ maximè in his, quæ ad ſacerdotia
D pertinent, receptũ eſt, ius ſcilicet ex titulo, vt vo-
cant, ſeu inſtitutione acquiri, etiam ſi res adhuc
apprænſa non ſit [s]: ex inueſtitura verò extra con
ſpectum facta, ius rei corporaliter apprændendę
concedi, qđ ſi in ipſa re interuenerit, pro appræn
79 ſione eſſe [t]: † nam & ſacerdotium vacare dicitur,
quoties ſacerdos titulum amiſit, tametſi rerũ poſ
80 ſeſſioni adhuc incumbat [u]. † Quin & generaliter
aliqui cenſuerunt, in his, quæ ſpiritualia dicunt̃,
81 vt ius quæratur, traditionem nõ eſſe neceſſariã [x]:
E † quod & in contractibus principũ obſeruari ſu-
prà dixi, cũ ſcilicet manifeſtè de ipſorum mente
apparet: idq; in his intelligendum, q legis con-
dendæ autoritatẽ habent [y]. In Eccleſia quoque
82 ſpeciali eius fauore introductum eſt, vt abſq; tra-
ditione transferatur dominiũ [z]. † eademq́; ratio-
83 ne mendicorum fauore ob eleemoſynã idem re-
ceptum videtur [a]. † Addit Iaſ. eodem iure etiam
fiſcum vti [b], qđ ego non arbitror regulariter ve-
rum eſſe, cũ conſtet fiſcum in contractibus hypo
F thecæ ius habere, qđ cũ dominio iungi nequit [c]:
84 † autoritate tamẽ legis quandoq; abſq; traditio-
ne dominium transferri in eum apparet, vt cùm
circa rem contra prohibitionem legis delinqui-
85 tur [d]: † vel etiam cũ in perſonã delinquitur qui-
buſdam atrocioribus caſibus, vt cùm noxiorum
impietatis bona ipſo iure ꝑ publicatis, fiſcoque

L. 20. Traditionibus.

a l. ſi cũ venderet. de pig. act.
b l. à diuo. §. ſi poſt adiectum. ff. de re iudi. l. ſi. ff. de diſt. pig.
c l. volũtate. §. fin. quib. mod. pign.
d Alex. conſ. 10. in j. Dec. conſil. 187. col. pen.
e l. ſi. §. ſi. de contrah. empt.
f l. ij. §. planè. §. j. de leg. j. l. fin. in princ. de eo per quem fact.
g arg. l. certa. ꝟ. vt in poſſ. leg.
h l. dolum. ꝟ. de dol.
i l. fin. de pign. act.
k §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act.
l Dd. l. ſi ita qs. §. ea lege. de verbor. oblig. & l. ij. diui. de leg. j.
m l. ſi quis in hoc. ſi. de contr. empt.
n Bart. l. iij. q. 4. ꝟ. de pign.
o §. fin. Inſt. de oblig.
p l. j. ff. de pign.
q l. ſi. vbi Bart. ꝟ. quæ res pign. oblig.
r c. ſi. de conceſ. præb. in 6.
s c. propoſuit. de conceſ. præb.
t Abb. c. autoritate. ex. de inſt.
u Inno. c. cũ nobis. de conceſ. præb.
x Bart. c. cũ M. col. de conſt. eccleſia.
y l. penul. ꝟ. de donat. inter vir. & vxo.
z l. ſi. ꝟ. de ſacroſan. eccleſia.
a c. ij. de conſecr. §. pro temporali us. in auth. de eccleſ. tit. ꝟ. de cad. toll.
b l. j. ne autem. de reg. iur.
c l. aufertur. §. fiſcus. de iur. fiſci. l. neq; pig.
d l. Imperator. vbi Bart. de iur. fiſc. l. commiſſa. ff. de publ.

86 adæratis haberi lex iubet[a]. † In legatis quoque; propter ſupremi iudicij fauorem, ipſo iure transfertur dominium[b]: tranſit autem in legatarium incontinenti, & abſq; vlla prorſus mora[c]: quod & in eo, qui certæ rei hæres ſcriptus eſt, exten-
87 ditur[d]. † Sed an idem ſit in donatione cauſa mortis? Et traditum eſt idem eſſe: ad inſtar enim le-
88 gatorum hic contractus redactus eſt[e]. † Quapropter in tacita donatione aliud eſt, ſicut & in tacito legato: eius enim dominium ſtatim non A tranſit[f], ſicut nec in vniuerſali, vel certè partis bonorum legato[g], vel vbi aliâs legatum incertum eſt, ſiue quia quantitas, aliquidve in genere relictum ſit[h], ſiue quia diſiunctiuè grauatus
89 ſit hæres Stichum aut Pamphilum dare[i]. † Idem in legato rei alienæ[k]: quod vſqueadeò verum eſt, vt etiam in re hæredis per teſtatorem legata procedat[l]: nec recepta eſt Bartoli ſententia, exiſtimantis, quoties hæres à teſtatore iuſſus eſt rem aliquam vendere, facta venditione incontinen- B ti transferri dominium: oſtendit enim Alexan-
90 der communibus calculis id confutari[m]. † Addit Speculator, ſi res duobus donata ſit, vt altero præmoriente, ad alterum pertineat, ipſo iure fauore munificentiæ dominium ad ſuperſtitem, abſque alia traditione tranſire[n]: quod Alexander Deciusque probarunt[o]: à quibus ego cum plurimis diſſentio, quoniam tali caſu conditionem vtilem, non autem rei vendicationem competere, lex ſentit[p]. Illud tamen clari iuris eſt, ſi C donatarius alimenta, quæ ex lege donationis præſtare debet, non exhibeat, dominium priſtinum reſtitui, & donatori abſque alia appræhenſione vendicationem competere[q]. Subiicit & illud idem Speculator[r], licet directa rei vendicatio non niſi ei competat, cui res tradita ſit: tamen
91 aliud eſſe in vtili in rem actione, † & ideo ex ſolo contractu emphyteutico ante rei traditionem vtilem actionem emphyteutę dari[s]: ſed hanc ſententiam Baldus non probat[t], neceſſariamque tra D ditionem exiſtimat: quod & Corn. & Alexander
92 reſponderunt[u]. † Ego & illud adnotaui, quandoque actionem in rem vtiliter ei dari, qui adhuc non ſit dominus[x]. Sed an vt dominium transferatur, vacuam poſſeſsionem tradi opus
93 eſt? † Et negant Doctores[y], excepto cùm venditio ſola legis autoritate, citra domini conſenſum facta, proponitur[z]: vel cùm de translatione dominij non agitur, ſed de translationis ipſius præſumptione[a]. E

a c. cū fundum. de hæret. in 6.
b l. à Titio. ff. de furt.
c Bal. auth. contra rogati. ꝟ. ad Trebel.
d l. quoties. ꝟ. de hæred. inſtit.
e l. ij. ff. de publ.
f l ſeruum filij. §. fin. vbi Doct. de leg. j.
g l. ſi quis bonorum. de leg.
h l. ſed ſi certos. l. legato generali. de leg. j.
i l. huiuſmodi. §. Stichum. eod. tit.
k l. cum alienā. ꝟ. de leg.
l l. ſi hæredis ſeruus. vbi Bar. de leg. j.
m leg ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. eod. tit.
n Spec. d. tit. locat. §. nunc aliqua. verſ 70.
o Alex. con. 24. in 6. Dec. 239.
p l quoties. ꝟ. de donat. quæ ſub modo.
q l j. ꝟ. de dona. quæ ſub modo. Corn. conſil. 101. & 120.
r titul. de loca. verſ. 167.
s l. j. in fin. ſi ager vectig.
t Bal. ibi. in addit. Spec.
u Alex. conſil. 228. in 6.
x l. ſi culpa. de rei vendit. vbi Bart.
y l. ſi fundum. ff. de fund. dot.
z l. qui prædiū. ꝟ. de diſtr. pign.
a l. cum res. ꝟ. de probat.

LEX XXI.

1 *Aequalitas ſemper vtrinq; tenenda.*
2 *Fruſtrà opem legis expectat, qui in eam committit.*
3 *Pœnam ſibi promiſſam fruſtrà petit, qui conuentionem ipſe non obſeruauit.*
4 *Doctor mineruali certo die ſibi non ſoluto, poteſt à docendi munere feriari.*
5 *Pacto qui contrauenerit, ei non redditur à ſequeſtro pecunia.* F
6 *In omni promiſsione tacita ineſt conditio, niſi aliud culpa creditoris contigerit.*
7 *Præoccupatus non videtur pacem violaſſe.*
8 *Qui prior læſit, pacem violaſſe cenſetur.*
9 *Inter paria delicta compenſationi locus eſt.*
10 *Malitiam licet malitia repellere, modò fraus nulla interuenerit.*
11 *Pactum iuramento fulcitum, non ſeruanti non debet, ſeruari.*
12 *Iuramentum tacitam conditionem habet, ſi ſeruaueris.*
13 *Neceſsitas vel impedimētum à mora & pœna excuſant, non autem actionem actioni ſufficiunt.*
14 *Defenſio à damno facilius conceditur, quàm lucrum.*
15 *In contractibus nominatis promiſsio præſtita cautione actionem præbet.*
16 *In minima re ſi alter promiſſa neglexerit, reliquus exceptione tutus eſt.*
17 *Obligatio durat ex fide data, quamuis cauſa deſierit.* A
18 *Qui promiſſa non ſeruat, nihil ab aduerſario petere, nec ſuam liberationem condicere poteſt.*
19 *Quando ab eo conuentus, qui promiſsis nō ſtetit, & præterita exceptione condemnatus fuero, ea ſententia mihi non præiudicat.*
20 *In contractibus nominatis ſtatim actio oritur.*
21 *In contractibus innominatis tantùm obſeruāti actio acquiritur.*
22 *Sententia in fauorem obſeruantis lata tacitè infert eum adimpleuiſſe.* B
23 *Quilibet ex alterius inobſeruantia excuſatur.*
24 *Laicus ad epiſcopum tractus laico more cōdemnari nequit, nec contrà.*
25 *Ius quod quis in ſe non probat, in aliis conſequi debet.*
26 *Quandoq; non obſeruanti, nos obſeruari tenemur.*
27 *Perinde eſt ac ſi obſeruaſſet, qui ad obſeruandum compelli poteſt.*
28 *Quoties pacta non ſeruantur, quæ cauſam contractui dant, alter non tenetur ad eius contractus obſeruationem.* C
29 *Inobſeruatio dimidij contractus totum vitiat.*
30 *Locata domo vt Romam eas, ſi pòſt me pœniteat, tu liberaris ab obligatione, niſi voluntatem ambulatoriam eſſe ſcias.*
31 *Qui vnam legem committit, alterius legis beneficio non priuatur.*
32 *Ex ſubſtitutione quis ſuccedere poteſt, ſi hæres nolit ſuccedere.*
33 *Vbi compenſatio permittitur, nemo cenſetur fidem ſtegiſſe.* D
34 *Emphyteuta canonem non ſoluens, non ſuſtinet caduci pœnam, ſi alterius rei ipſe ſit creditor, quamuis diuerſæ.*
35 *Promiſsio ſub pœna facta, ſoluta pœna liberat promiſſorem.*
36 *Pœna vice rei fungitur, niſi aliud expreſsè actum ſit.*
37 *Prior qui offendit, pœnam ſoluit, nec talione pœna tollitur.*
38 *Non vt obligationem ſolutio, ita noua iniuria tollit veterem.* E
39 *Quanquam vnus violarit inducias, alter tamen obſeruare debet.*
40 *Induciæ quòd in diem ducantur dictæ ſunt.*
41 *Lapſo die induciarum vindicta locum habet.*
42 *Omne violati fœderis dedecus apud violatorem eſt.*
43 *Induciæ propter manum regiam, iure gentium nominatorum contractum vim habent.*
44 *Manus regia inſtar actionis eſt.*
45 *Profeſſor eo tempore, quo ſuperſedit prælectioni, nihil honorarij conſequitur.* F
46 *Nemo de inobſeruatione tertij obijcere poteſt.*
47 *Neglig*ē*tia quandoq; nemo à ſuo iure cadit, ne pœna delictum ſuperet.*
48 *Ius quæſitum difficilius adimitur, quàm ſub conditione delatum.*
49 *Si fraude quis me compilarit, ei mercedem ſeruare non teneor, quia nec ipſe ſeruauit, quatenus tamen Zenoniana permiſſum eſt.*

CVM



LEX XXI.

IIDEM AA. & CC. *Euſebio.*

CVm proponas, inter vos ſine ſcriptura placuiſſe, fratrū tuorum ſucceſſiones æquis ex partibus diuidi, & tranſactionis cauſa probari poſsit hāc interceſſiſſe conuentionē, ex A ceptione te tueri potes, ſi poſsides. quod ſi aduerſarius tuus teneat, ex hoc placito nullam actionem eſſe natam, ſi tibi ſtipulatione non proſpexiſti, debes intelligere: nec aduerſario tuo tranſactione vti concedēdum eſt, niſi ea, quæ placita B ſunt, adimplere paratus ſit. P P. Calend. Maij, Fauſto II. & Gallo Coss.

L. 21. Cum proponas.

CVM PROPONAS.) *Fallere fallentem, fraudemq; repellere fraude, Exemploq; licet*
1 *ludere quenque ſuo.* † Aequalitas enim ſemper vtrinq; amplectenda eſt, ſcitumq; eſt illud L. Craſſi oratoris dicterium: Cur ego te in conſulē habeā, ſi tu me non ha-
2 beas in ſenatorem[a]? Sic & fruſtra legis auxiliū implorat, q in eam cōmittit[b]? † Sic
3 & ſibi promiſſam pœnam minimè petit, qui conuentionem, quod ad ſe pertinet, non obſeruauerit[c]. Sic ex eo, quod ſubuertere quis tentauit, iuuare ſe non po-
4 teſt[d]. † Hinc traditū eſt, ſi honorariū vel minerual conſtituta die profeſſori nō ſoluitur, poſſe eum bono iure à docen-
5 di munere feriari[e]. † Hinc reſpondit Anchar. licere ſequeſtro pecuniam alteri contrahentium non reddere, qui aduerſus depoſiti pactionem fe-
6 cerit[f]: † nam & generaliter traditum eſt, conditionem eam quacunque in promiſſione tacitè C ineſſe, niſi aliud culpa creditoris contigerit[g].
7 † Quo argumento omnium conſenſu admiſſum eſt non videri ab eo violatam eſſe pacem, qui præoccupatus eſt[h]: cùm interpretandum ſit, ex noua iniuria poſtremum facinus potius ortum
8 eſſe[i]: † isque, qui prior læſit, eam violaſſe cenſeatur[k]; ſemelque turbata pax, amplius violari nequeat[l]. quod ſi non conſtet, vter prior fuerit, mutua compenſatione vterque à pœna contractus
9 abſoluendus eſt[m]. † Solet enim dici, inter paria D delicta compenſationi locum eſſe[n]: & illud vulgatum, Hebræus nihil Hebræo, Catilina Cethe-
10 go[o]. † Vnde & receptum eſt, licere litigatori malitiam aduerſarij ſui, malitia repellere[p], & cornicum, quod aiunt, oculos configere: quod intelligendum, dum tamen bonam cauſam habeat[q], & fraude non vtatur, quæ in criminis notā tranſeat, quale eſt falſum ſtellionatus, & id genus ſi-
11 milia[r]. † Sed an ſi pactum iureiurando fulciatur,
12 adhuc licitum ſit non ſeruanti, non ſeruare? † Et E licere traditū eſt, habet enim & iuſiurādum eam conditionem, ſi obſeruaueris[s]. Vnde & ſi ex lege municipij inſtrumenta executioni mandari, nulla obſtante exceptione, cautum ſit: is tamen audietur, qui ſibi ab actore non fuiſſe obſeruatum, in promptu oſtenderit[t]. Sed & ſi quis ex neceſſaria cauſa impeditus, non obſeruauerit, ei
13 tamen obſtabit regulæ noſtræ exceptio[u]: † quāuis enim neceſsitas, vel impedimentum à mora, aut pœna excuſet[x], non tamen adeò eſt efficax, F
14 vt actioni in eius fauorem ſufficiat, † cùm ſatis ſit eum à damno defendi: quod facilius conceditur,
15 quàm vt lucrum faciat[y]. † In contractibus tamē nominatis receptum eſt, qui propter promiſsionis naturam adimplere non poteſt, ſi eo modò, quo poteſt, adimpleat, puta præſtita cautione, agere efficaciter poſſe[z]. Sanè ſi promiſſioni additum ſit, rato manente pacto, pœnam exoluendam, adhuc nullius eſſe hanc clauſulam effectus exiſtimant, quantùm ſit ad eius, qui non obſeruauit, fauorem[a]. † Traditum quoq; eſt, ſi vel mi-
16 nima in re alter contrahentium promiſſa neglexerit, iuſtè aliū excipere, ne parte ſua obſeruet[b]. Sed id ego non ita ſcrupuloſè intelligendum arbitror: quid enim ſi in aliquo ceſſatum eſt, quod leuis ſit momēti, & ad quod animaduertiſſe partes veriſimile non ſit[c]? nam & proditum eſt, eum, qui nō adimpleuit, ſi pendente iudicio id faciat, confirmare iudicium[d]. † Ad-
17 dit Bald. in tantum quemlibet ex parte ſua ad fidei datę obſeruationem teneri, vt etiam ſi ipſa promiſſionis cauſa ceſſaret, nihilominus duret hæc obligatio[e]: quod intelligendum in eo caſu, quo obligatio propter generalitatem verborum ab ea cauſa nō re-
18 ſtringitur, vt hîc rectè Decius autumat. † Ego & illud cenſeo, adeò ex parte ſua adimplendū eſſe, vt qui id non fecerit, nō ſolùm quicquam ab ad- C uerſario petere non poſſit, ſed nec liberationem propriam condicere: quoniam lex indebitam pecuniam errore promittentibus, Reddito, inquit, quod debetis, liberationem condicite[f].
19 † Sed & ſi is, qui non obſeruauit, contra me agat, huiusque rei nomine ego non excêperim, atque ideò condemnatus ſim, non tamen hac ſententia fieri mihi præiudicium conſtat[g], quin poſſim deinde petere, vt & ipſe obſeruet[h]: hæc enim petitio ſententiam non oppugnat, & ideo abſque
20 D executionis mora poterit intendi[i]: † quod & ipſe ſatis in contractibus nominatis admitterem, in quibus actio ſtatim oritur, licet exercitatio ſuſpendi huiuſmodi exceptioni poſsit[k]. † In inno-
21 minatis verò diuerſa ſententia verior videtur[l], quia ſcilicet in his actio non oritur, niſi ei, qui
22 obſeruauerit. † Vnde ſententia in eius fauorem lata, tacitè infert, eum adimpleuiſſe[m], meritò huiuſmodi petitio tanquam ſententiæ aduerſans
23 reiicienda eſſet[n]. † Cæterùm adeò quilibet ex al- E terius inobſeruantia excuſatur, adeoque lex æqualitati huic fauet, vt nullius hac in re priuilegium fauoremque contempletur. † Quapropter
24 ſacerdos, qui coram epiſcopo aliquem laicum traxit, non tamen lege aut conſuetudine laicorum eum damnare poterit[o]: quia cùm illam ipſe ſeruare non teneatur, non debet alium ad obſer-
25 uationem eius adigere[p], † ne quod ius in ſe non probat, in aliis conſequi velit[q]. Vnde & illud traditum eſt, valere municipij legē, qua in eccleſias F transferri, aliqua prædia prohibetur, niſi ſub certa ſolēnitate, qua municipibus ipſis Eccleſia alienare poteſt[r]: qua tñ in re amplius deliberandum
26 eſt[s]. † Sanè ſuprà ſcripta regula perpetua nō eſt, & quandoq; non obſeruāti, nos tamē obſeruare iubemur, quod quibuſdam caſibus oſtenditur. Et in primis, vbi ſtipulatio interpoſita eſt, hîc apparet aduerſario, qui non obſeruauit, tranſactione
27 vti concedendum eſſe. † Cùm enim ſtatim oriatur actio, perinde eſt, ac ſi obſeruaiſſet, qui actione ad obſeruādum compelli poteſt[t]: meritò

a 95. diſt. c. eſto ſubiectus.
b cap. quia fruſtrà. de vſur.
c c. j. qual. dom. ſeu. propr. priu.
d c. ex eo. de regul. iuris. in 6. l. pollicitatione. ꝟ. de dō. ant. nup.
e arg. l. æddiles. §. ſi. vbi Alb. de Roſa. ff. de ædil. edict.
f Fel. c. 3. extrà, de iureiur.
g l. quæro. in fi. ff. loca. l. cum ppo nas. vbi Bald. ꝟ. de naut. fœn.
h argu. l. ſemel. mora. vbi Alex. ff. ſol. matr. glo. l. qui nō dē. ff. de tranſactionibus.
i l. aut facta. §. j. vbi Bartol. de pœn.
k l. cum pater. §. libertis vbi Bar. de leg. ij.
l l. nā & ſi ſub cōditione. ff. de iniuſt. rup.
m c. cōſtitutus. de pœnis.
n l. viro. ff. ſol. matr.
o glo. in l. quoniam. ꝟ. de hær.
p gl. c. copiēte. verſ. malignantiū. de elect. in 6.
q 23. q. 2. c. dñs.
r But. cap. 2. de reg. iur.
s c. iij. de iurei.
t Bal. l. ſi ex prędijs. ꝟ. de euict. Alex. conſil. 95. & 119. in 1.
u c. ſicut. vlt. de iureiur. vbi Abbas col. ij.
x l. ſi vehenda. §. idem iuris. ad l. Rhod. de iac.
y l. de re milit. lib. xij.
z l. inſulā. §. ſi. ff. loc. Iaſ. l. ſiue. in vlt. col. ꝟ. tit. j.

a gl. in l. qui ſi. dē. ff. de tranſactio. Fel. d. c. 3.
b arg. l. pen. in fi. vbi Alex. ꝟ. de his quib. vt ind.
c l. j. §. ꝑ roind. de ædil. edict.
d l. ſi rem. ꝟ. de pig. act. conſil. 95. 78. in j.
e l. fin. §. ſi. ff. de reſcind. vend.
f l. ſi nō tranſactionis. ꝟ. de iur. & fact. ign. vbi Iaſ.
g Paul. Caſtr. §. offerri. Rai. l. Co. conſ. 19. quidam. col. j.
h l. qui in i. ſti. de cond. ind.
i l. cum qui. §. fin. de iureiur.
k l. Iulianus. §. offerri. de act. ēpt.
l Bart. l. ſi duo patroni. §. ſi qs iurauit. de iureiur.
m gl. l. iuriſgētiū. in prin. ff. e.
n l. qui Romæ. in fi. ff. de verb. oblig.
o c. quod clericus. de for. cōp. gl. fi. l. ij. ꝟ. de conſtit. pec.
p Aret. cōſ. 45.
q rubr. ff. quod quiſq; iur.
r Dec. c. eccleſia S. Mariæ. de cōſtit. col. pen.
s Mod. l. filius. §. diui. de lega. j.
t l. qui actionē. de reg. iur.

igitur, ſi nõ obiiciatur exceptio, is cogi poterit[a]: obiecta verò exceptione, ſuſpenditur iudicium, donec adimpleuerit[b]: quod generaliter in omnibus contractibus nominatis admiſſum eſt, in quibus poſt executionẽ ab altera parte factam, reuocatoria agi non poteſt, ſed ſolùm actione ex cõtractu detrectantem cogimus, vt & ipſe adim-
28 pleat[c]. † ſi tamen ea pacta non obſeruentur, quæ cauſam contractu dederint, Baldus reſpondit[d] non teneri alium ad contractus obſeruationem,
29 ſed omnia infirmari[e]. † Idem ſi huiuſmodi inobſeruatio dimidium contractus valorem oblitteraret[f]: nec enim veriſimile eſt id hoc caſu actum, vt pro alia dimidia valeret, ſed omnis potius infirmari debet[g]. In contractibus verò innominatis regulæ nõſtræ eſt locus, vt ſcilicet reuocentur data, vel ad priorem actionem reuertamur: ſi tamen acceptilatione, vel aliter extincta ipſo iure non ſit[h]. Sed quid ſi permiſi tibi habitationem domus meæ per annum, hac lege, vt deinde ires pro me Romam: poſtquam habitaſti, admoneo ne eas, quia mutaui ſententiam, an ad aliquam
30 domus penſionem mihi teneberis? † Et non videtur, mihi enim frangenti fidem (ſeu, quod verius eſt) pœnitenti, concedi non debet, vt quicquam petam, præſertim cùm per te nõ ſtet, quò minus eas: vnde perinde haberi debet, ac ſi iuiſſes[i]. Contrà videretur, cùm ſcires ex natura contractus ambulatoriam eſſe hanc voluntatem[k], ne lucrum ex aliena iactura facias, debere te in id condemnari, quod veriſimiliter impenſurus fuiſſes, vt eam tibi domum habitare liceret[l]. Alius eſt caſus, vt regulæ locus ſit in promiſſionibus, quarũ altera alterius contemplatione facta ſit[m]: ſecùs in ſeparatis[n]. Proinde ſi duo circa idem capitulum dolum fecerint, mutuò non agent[o]:
31 ſi circa diuerſa capitula, agent[p]: † nam & qui in vnam legem committit, alterius legis beneficio
32 non priuatur[q]: † & ſubſtitutus hæredi, qui inſtitutionem recuſauit, non prohibetur ex ſubſtitutione ſuccedere, quoniam diuerſa hæc ca-
33 pitula exiſtimantur[r]. † Ego & in his promiſſionibus, quibus compenſationi locus eſt, idem poſſe ſtatui arbitror, vt ſi tibi decem promiſerim, tu deinde ex alia cauſa mihi decem debeas: non enim erit quicquam alterutri imputandum, qui non ſoluerit, cùm in his quantitatibus locus ſit compenſationi[s], quod & aliqui exiſtimarunt[t]. Fortius ab aliis proditum eſt, cùm de pœna euitanda agitur, etiam id quod ex ſeparata cauſa debetur prodeſſe, ne fregiſſe quis fidem videatur: & ideo odio pœnæ excuſari debitorẽ[u].
34 † Vnde reſponſum ſcio, non incidere in pœnam caduci emphyteutam, qui domino canonẽ non ſoluit, cũ alterius rei ipſe eſſet creditor[x], etiam ſi alioqui diuerſa de ſpecie ageretur[y], quod ta-
35 men ipſe temerè affirmare non auſim[z]. † Tertius eſt caſus, cùm promiſſio eſt ſub pœna: qui enim pœnam ſoluit, amplius inquietari non debet,
46 † cùm pœna ipſa vice rei fungatur: non enim vtrũque obtinere creditor poſſet, rem ſcilicet, & pœnam[a]: quod tamen non procedit, cùm actum ſit, rato manente pacto pœnam ſolui[b]. Idem ſi pœna fauore ſolius creditoris adiecta ſit: poteſt enim eligere, vt contractus, qui ſui natura irreuocabilis eſt[c], potius obſeruetur: alioqui nullus eſſet eius fauor, quod alibi declaraui[d]. Ex quo conſequens eſt, vt in ea quæſtione qua ſuprà concluſi, eum videri pacem violaſſe, qui prior occupauit, ſi is, qui læſus eſt, pœnam malit, iure

a l. filiæ licet. ꝟ. de colla vbi. Alexander.
b d. §. offerri.
c l. in ciuile. ꝟ. de rei vend.
d Bal conſ. 375. in j.
e l. cùm te. ꝟ. de pact. inter emptorem.
f argu. l. ij. ꝟ. de reſcind. vend.
g l. domum. ff. de contr. empt.
h l. vt reſponſum. vbi Alex.
l cum mota. ꝟ. titulo j.
i l. iuri. de cond. & demonſtr.
k l. ſi pecuniã. de cõd. cauſ. da.
l l. in ſumma. verſ. in frumento. de cond. ind.
m l. ſi. §. pen. ff. de eo per quem factum.
n c. quod deo. 23. quæſt. Abb. d. c. 1.
o l ſi duo. ff. de dolo.
p l quemadmodum. §. ſi. de noxal.
q Alex dicto §. viro.
r l. ſi filius. vbi Bald. ff. de hær. inſtit.
s l. verum. ff. de compẽ. c. 2. dep.
t Cyn. hic. Abbas d. c. ij.
u l. j. vbi Guil. Bal. Alber. eod. glo. l. ſi conſtat. ꝟ. de compenſ.
x Socin conſil. 99. in 1. Curtius conſil 71. col. penultima. Iaſon l. ij. verſic. 19. ꝟ. de iur. emphy.
y arg. d. l. j.
z l. ſi conuenerit. ij. de pignor. act.
a l. reſcriptũ. §. ſi pacto. ff. eod.
b d. l. qui fidẽ.
c l. ſicut. ꝟ. de action. & oblig.
d l. ita ſtipulatus. de ver. obl. in gl. fin.

eum agere poſſe: quòd ſi offenſionem retaliare velit, ea contentum eſſe debere, quod aliqui cenſuerunt[e]: mihi tamen Bartoli ſententia non ſolùm receptior, ſed etiam probabilior videtur[f], † vt poſſit primò offenſus indiſtinctè pœnã obtinere, quia verba ſtipulationis hoc indicant, vt ſcilicet qui ruperit pacem, pœnam ſoluat: nec retaliatio pœnã impedire debet, † ſolutio enim obligationem ipſo iure extinguit: at noua iniuria non extinguit veterem[g], ſed vtraque nouo ex facinore recrudeſcit. † Quartus caſus eſt in induciis, quas barbaro ſermone Treugam vocãt: nam ſi aliquis inducias ex parte ſua violauerit, debet alius quod in ſe eſt obſeruare[h]. † Cùm enim ab eo nomen (vt ego arbitror) ſumpſerint, quòd in diem ducantur, id eſt, differantur, interim à vindicta ſuperſederi æquum eſt, † cùm lapſa die vlciſci ſe poſſit: quod in pace non eſt, quę perpetua eſt[i]: † atque ita conſuetudo obſeruat, vt ſcilicet omne violati fœderis dedecus, apud violatorem ſit, nec calumniæ vlli locus eſſe poſſit, cùm facilè is ſe præoccupatum mentiretur. Qua ratione motus Cæſar in colloquio cum Arioviſto continuit ſuos: quod & aliquandiu ab Alarico Gothorum rege factum eſt, cùm aduerſus fidem datam à Stilicone ſacratiſſimo Paſchatis die apud Pollentiam impeteretur. † Habetque hæc ſententia rationem: cùm enim induciæ inter hoſtes ſint, † iure gentium propter manum regiam, quæ actionis inſtar eſt[k], contractuum nominatorum vim habẽt: vnde apparet aliud eſſe in temporali remiſſione, quàm inimici priuati homines paciſcantur. Sanè illud ſciendum eſt, licet non obſeruanti, obſeruare nemo teneatur, non tamẽ ceſſatorem ipſum mercedem perinde conſequi, ac ſi obſeruaſſet. † Quapropter profeſſor, qui à docendo ſuperſedet, quia à republica ſibi ſtipendium non præſtetur, pro hoc temporis interſtitio nihil honorarij conſequetur, Albericus dicta l. ædiles. in fine. quia quod ad illud tempus pertinet, ex parte ſua non obſeruauit, & per eum ſtetiſſe videtur[l], niſi rei domeſticæ penuria coactus neceſſariò deſtitiſſet, Abbas & Felinus in dicto cap. iij. † Illud quoque creberrimè receptum eſt, huiuſmodi inobſeruationis & neglectus in cõtractu nominato exceptionem ab altero obiici nemini poſſe[m]: & ideo ſi ab extraneo poſſeſſore vendicem fundum, quem in emphyteuſim, à republica habeam, ea exceptione adiuuari ille non poterit, quòd ipſi rei publicæ vectigal non præſtiterim[n]: quid eñ ad eũ de iure tertij. † Cæterùm quandoque videmus, ne pœna delicto maior ſit[o]: ex ſola negligentia non tamen quenquã à iure ſuo cadere. Vnde ſi dominus teſtatò ab emphyteuta admonitus, duorũ menſium ſpatium labi permiſerit, nõ tamen ideo emphyteutæ permittitur, vt aduerſus legẽ contractus quicquam attentet[p]: † difficilius enim ius quæſitum nobis adimitur, quàm id, quod ſub modo vel ſub conditione delatum eſt, quia ſcilicet aliquid obſeruandum nobis incumbat. † Sed quid ſi non ſimplex negligentia, ſed & fraus arguatur? vt quia diſpenſator meus, qui menſtrua penſione mihi operas locat, me cõpilauerit, quem depræhenſum ego ſeu fraudatorẽ domo exegi, nunquid omnem eius mercedem retinere potero? Et quidam exiſtimant poſſe[q], vt fidem non ſeruanti, nec ipſe ſeruem: quod ego verum arbitror, quatenus Zenoniana cõnſtitutio permittit[r].

e Bal. Imol. Rõ Alex. d. l. ſemel.
f d. §. libertis. & in l j. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. fe.
37
g l. ſi vnus. §. pactus ne. ff. eod.
38
h 22. q. 4. c. innocens.
39
i Soc. conſ. 90. in 2.
40
k l. ij. de orig. iur.
41
42
43
44
l l. qui operas. ff. loc.
45
m Bart. l. ij. de except. rei iud.
46
n l. ij. ff. ſi ager uectig.
47
o l. reſcripto. ff. de his quib. vt indig.
48
p l. ſi. verſ. veteri. ꝟ. de iur. emp.
49
q l iudices. vbi Reb. ꝟ. de annu. lib. x. l Mæuia. ff. de ann. leg.
r l. ſi quando. ꝟ. vnde vi. l. ſemper. §. in hoc interdicto. quod vi aut clàm.

LEX



## LEX XXII.

1 *Pactum curatoris remittentis vel minuentis debitã quantitatem pupillo, fauore adultæ ætatis reſcinditur.*
2 *Adminiſtratio curatoris inducta eſt, vt minori ſuccurratur.*
3 *Quilibet Eccleſiæ antiſtes conditionem eius meliorem facere poteſt, deteriorem nequit.*
4 *Adminiſtratio dignitatem tuendã conceſſa, liberam rerum diſſipationẽ præſtat.*
5 *Tutor principis liberè donare poteſt.*
6 *Principem nihil æquè atq; munificentia decet.*
7 *Remiſſio curatoribus eſt prohibita in rebus pupilli, quia donationem ſapit.*
8 *Nomen fœnore acquiſitum remittere curator poteſt.*
9 *Remittere illud poteſt, quod plus damni, quàm vtilitatis pupillo affert.*
10 *Curator inopi debitori actionem remittere poteſt.*
11 *Ex præſumpta inani ſpe nulla in futurum probatio inducitur.*
12 *Remiſſionem neceſſariam præſtare curatori licet.*
13 *Vbi ſubeſt neceſſitas, ibi nulla eſt liberalitas.*
14 *Tutor in arbitratorem compromittere cogitur.*
15 *Remiſſio debiti non liquidi, non donationis, ſed facti eſt.*
16 *Tutor actionem iniuriarum remittere poteſt.*
17 *Tutor canonem recipiens ab emphyteuta, ius caduci remittit.*
18 *Reconciliatio non patrimonij euerſionem, ſed virtutis opinionem inducit.*
19 *Nec tutor, neque curator dilationem concedere debitori poteſt.*
20 *Tempore minus ſoluitur.*
21 *Tutorem & curatorem debitum prorogare poſſe Alciatus contendit.*
22 *Exceptionem peremptoriam remittere tutor nequit, niſi eam negligat.*
23 *Adminiſtrator remittens annonas ciuiles, de ſuo reſtituit.*

### LEX XXII.

### IIDEM AVGG. & CC. Archelao.

PActum curatoris recipere minorẽ quantitatẽ paciſcentis, adultæ ætatis ſuffragium noceat, efficiet: tutores enim & curatores exigentes pupillis, & adultis
A debitum non etiam remittentes, præſtãt obligationis liberationem. PP. XVIII. Calen. Decemb. Sirmij, ipſis VII. & VI. AA. Coss.

1 PACTVM CVRATORIS.) a ¶ † Ex ſuffragio adultæ ætatis (id eſt, auxilio quod adultis competit) ea conuentio reſcinditur, qua curator liquidò debitam pupillo quantitatem remiſit, vel diminuit[a]. Id eñ nihil aliud eſt, q̈ donare, quę quidem donatio nulli admini-
2 ſtratori competit[b], † cùm ea adminiſtratio, vt ſuccurratur imbecillitati ætatis, vel ſenſus, inducta ſit, non vt is ſpolietur[c]. Quod non in tutore vel curatore tantũ procedit, ſed etiam in eo, qui gubernatoris, rectoris, adminiſtratoris nomine ꝑcuret. Idem in viſitatore, vel commiſſario, vel ad-
3 iutore[d], itemq; Reipub. curatore[e]. † In epiſcopo quoq; & quolibet ſacro antiſtite idem traditum eſt, q Eccleſiæ conditionem meliorẽ facere poſſunt, deteriorẽ non poſſunt[f]. Sed an in commendatario? Et puto idem, ſi propter vtilitatem, vel
4 neceſsitatem Eccleſiæ mandatum ſit[g]: † ſi verò perſonæ dignitatiſq; tuendę cauſa, qđ Cardinalibus illuſtribuſq; viris ſolet Rõm. Pontifex concedere[h], credita ſit ea adminiſtratio, ſecùs videretur: habet enim is omnino liberã fructuum diſſipationem, & eorum dominus potius, q̈ adminiſtrator eſt[i], vnde donare poterit, ſi ita ex digni-
5 tate ſua exiſtimauerit. † Sicut & tutor principis

a l. Lucius. ij. in fin. de adm. tut.
b l. contra. §. ñ. ff. eod.
c l. qui fundũ. §. tutor. ff. pro empt.
d 7. queſt. 1. c. 1. Com. conſil. 76. Fulg. 51.
e l. Imperatores. ff. eod.
f c. j. de in integrum reſtit.
g c. nemo deinceps. de elect. in ſexto.
h Abb. c. de monachis. extrà, de præb.
i Rõm. conſ. 35. Gem. 17.

donare poteſt, † cùm nil magis principẽ deceat, q̈ munificentia[k]: nec laudantur adminiſtratores, qui in eius pecunia augenda ſcrupuloſè diligentes ſunt[l]: † & cùm hîc appareat huiuſmodi remiſsionẽ curatoribus prohiberi, quia naturã donationis habet, conſequens eſt, vt quando nulla inde veriſimilis eſſet donatio, valeret: † veluti cùm nomẽ aliquod illicitè, puta fœnore acquiſitũ liberaret, id enim nõ donare, ſed dño ſuo reſtituere eſt[m]. † Idem quando huius quantitatis exactio plus dãni, q̈ vtilitatis ſecũ
B afferret[n], vt quia perpenſo laborũ, impenſarũ, iudicialiſq; tædij calculo, nihil inde lucri reliquũ eſſet. † Idem qñ ꝑ debitoris inopiã inanis eſſet, quæ remitteretur, actio[o]: nec multũ refert, qđ diteſcere hîc potuit[p], cùm talis ſpes vix eſt, vt reperire poſſit emptorẽ, † & ideò in iure ex ea præſumptione nulla in futurũ ꝓbatiò inducitur[q]. † Idem qñ hęc remiſſiò neceſſariò fieret[r]: † vbi eñ ſubeſt neceſſitas, ibi nulla eſt liberalitas[s]: † vnde in arbitratorem cõpromittere, quo iure, qua iniuria tu-
C tor poterit, ſi lege municipij ita mandetur: compromiſſum eñ id neceſſariũ exiſtimatur, quatenus ſcilicet lex arctat[t]. † Idem cũ debitũ, qđ remittitur, liquidũ non eſt[u]: eius eñ remiſſio ad dationẽ nõ trahitur, ſed facti potius naturã habet[x]. Alij tñ frequentius contrarium tenẽt, q̨ nec illiquidũ quidem remitti poſſit, niſi tranſactionis titulo[y], vel niſi ſpes nulla ſubſit fore, vt nec in futurũ quidẽ ad liquidũ res deduci poſſit[z]. Ego etiã rem nõ liquidam æſtimari ſcio, nẽpe quãti euẽtus ipſe for-
D tunæq; alea vendi poſſit[a], & ideò inde agnoſci, inutiliter, an cõſultò tutor geſſerit. Sed an actionẽ iniuriarũ tutor remittere poſſit? † Et putarim poſſe[b], cùm talis actio in bonis pupilli non ſit[c]. † Qua ratione & aliqui exiſtimarũt, ꝑ canonis receptionem obeſſe eũ pupillo, vt ius caduci emphyteutæ remiſſum cenſeatur[d]. † Adde q̨ reconciliatio, iniuriarumq; remiſſiò, nõ patrimonij euerſionem, ſed virtutis opinionẽ inducit[e]: ſi tñ peculiariter pupilli intereſſet, ꝓpter iam illatũ dam-
E num[f], vel quia aliâs incideret in pœnã[g], nõ arbitrarer tutorẽ id poſſe. Idẽ ſi ſecundũ mores ciuitatis dedecus vel infamia inde oriretur[h]: quæ allegatiò in eo q ſe Chriſtianum fateretur, admittenda nõ eſſet, repugnat eñ Euangelio. Sed an tutor vel cũrator dilationẽ debitori concedet? † Et hîc videtur ꝓbari non poſſe: minorẽ eñ quantitatẽ pupillus reciperet, † qa etiã tẽpore minus ſoluimus[i], & qa ſi ipſi in mora exigendi ſint, de ſuo latę culpæ no-
F mine tenentur[k]. † Sed tñ verius videtur poſſe eos ꝓrogare, cũ & tranſigere valeãt, & generalẽ adminiſtrationem cũ libera poteſtate habeãt[l]: nec eñ huiuſmodi moratoria conceſsio grauis cenſetur ipſi pupillo: & veriſimile eſt humanitatis potius intuitu, & ꝓbabili ex cauſa à tutore permiſſam[m]. Sed an remittere exceptionẽ peremptoriam tutor poterit? † Et clarum eſt expreſsè fieri id non poſſe, quia mera donatio hæc eſſet[n]: tacitè verò per negligentiam poſſet, vt ſi de ea non obii-

k l. 1. l. fin. §. pen. de publ. Bald in rubr. extrà, de tranſact. Dd. l. Callimachus ff de verb. oblig. vbi Iaſon 1. not. m l. 2. ꝟ. de prę. n l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat.

L. 22. Pactum.
6
7
k l. cũ plures. §. pen. de adm tu.
l l. diuus. in fin. ff. de bon. dam.
m gl. in l. præſes. ꝟ. tit. j.
8
n l. mediterraneæ. ꝟ. de ann. libro x.
o l. nam & ꝟ. de dolo.
p l cura. ꝟ. j. de mun. & hon.
9
q Alex l. ex diuerſo. §. fin. ſol. matr. in fin.
10
r l ſi plures. ff. eod tit.
11
12
13
14
s l. rem legatã. de adim. leg.
t Ang. conſ. 92. Dec. 22.
15
u Old. hic. & in d. l contra. §. ſi. fa. l. ſi. de pig. in fin. de furt.
x Alex. l. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſ.
y dict l. præſes. Alex. cõſ. 22. in 1.
z l tutor. ꝟ prin. de iureiur.
16
17
18
a l. j. §. ſi hæres. præcepto. ad Trebel.
b Iac. Bal. Salic. hic, & in d. l j. ꝟ. de in integ reſt.
c l ij. §. emancipatus. de col. bon.
d Iaſ. l. ſeruus. ꝟ. eod.
19
e l. creditor. §. j. mand. §. ſi. Inſt. de iniur.
20
21
f l. ex hac. ff. quad. pau. fe.
g l. j. de his quibus id indig.
h l. miles. §. ſi. de adul. Bal. hic.
i c. plus autem. Inſt. de act.
22
k l. ij. ꝟ. de arbit. tutel.
q Romæ. §. Callicitus Imp offic.

ceret [a], cùm iudex ad vlteriora progrediẽdo eum
excluderet, quod Bald. hîc cenſuit. Sed quid ſi
tutor vel curator, qui exceptionem legitimam
omiſit, deinde reſtitutionem in integrum ado-
leſcentis ſui nomine petat? Et reſponſum extat,
eam quidem conce-
dendam [b], ſed ipſum
tutorem vel curato-
rem in expenſis con
demnandum, vt de
ſuo reſarciat, quate-
nus ſua culpa vel ne
gligẽtia ex negotij
23 dilatione, vel aliter partis ipſius intereſt [c]: † nam
& adminiſtratorem, qui annonas ciuiles remiſe-
rit, de ſuis facultatibus ad ſatisfaciendum cogi,
conſtitutum eſt [d]. Idem videtur dicendum, quan
do curator ꝑ huiuſmodi remiſsione aliquid re-
ceperit, vel aliàs de euictione teneretur, vt quia
donatio hæc à pacto cœpiſſet [e].

a l. præſcriptionem. ꝟ. de excep.
b l. ij. vbi Iaſ. de fund. pat.
c l. qui ſolidũ. §. etiam. ꝟ. de leg. ij. l. non eſt ignotum. ꝟ. de admi. tut.
d l. omnes. ꝟ. de anno. lib. x.
e Bar. l. filius. j. ff. de ſolut. dicetur in l. ſeq.

## LEX XXIII.

IIDEM AVGG. & Cæſſ. Honorato.

Filius paciſcendo, aut debitum acci-
piendo, nihil detra-
hit patris obligatio-
A ni. PP. XVII. Calen.
Decem. Sirmij, ipſis
v II. & vi. AA. Coſs.

## LEX XXIII.

1 *Filius patri acquirit, non præiudicat.*
2 *Pactum filij præiudicat patri in contractu, qui vtilitatem patris concernit.*
3 *Patri ex contractu filij agenti, exceptio poteſt obijci de facto filij.*
4 *Actione quæſita patri à filio, rectè filio ſoluitur, niſi aliud mandatum patris requirat.*
5 *In cauſa peculiari filius patri damnoſus eſſe poteſt.*
6 *Filius in ergaſterio conſentiente patre negotiatus, legitimus inſtitor habetur.*
7 *Filius recipiens debitum patris, vtiliter geßiſſe videtur, ſi in rem patris verſum ſit.*
8 *Statuto quodam cauetur, vt pater præſtet factum filij, & ſuo territorio concluditur.*
9 *In pœnis pecuniarijs lex patrem tanquam fideiuſſorem filij habet.*
10 *Ex ſuo contractu filiusfamil. obligatur.*
11 *Filius remittendo actionem communem ſibi præiudicat.*
12 *Filius ius præſens remittere non prohibetur.*
13 *Filius donãs ius patris ſub ſpe rati habitionis, nihil agit.*
14 *Promißio non petendi debiti ſub conditione, ſi hæres fuerit, non valet.*
15 *Specialis mentio paternæ hæreditatis in promißione facta, fraudem arguit.*
16 *Vtiliter filius cum creditoribus de nõ petendo debito paciſcitur.*
17 *Aes alienum nõ in patris, ſed creditorũ eſt patrimonio.*

1 FILIVS PACISCENDO.) † Su-
prà vidimus, iure patriæ poteſta-
tis patri quidem per filium acqui-
ri poſſe, præiudicari verò nõ poſ-
ſe [f], vt meritò huiuſmodi pactio,
qua filius debitorem paternum li
berat, quod ad patris damnum attinet, nullius ſit
2 momenti: † quæ tamen ſententia quibuſdam ca-
ſibus non procedit, veluti cùm id pactum in eo
contractu celebratum eſt, qui vtilitatẽ patris re-
ſpicit: non enim poteſt pater ex contractu ſe iu-
3 uare, quin & cætera approbet [g]: † nam & ſi pater
ex cõtractu filij agat, traditum eſt, exceptionem
obiici ei poſſe, quę ex ipſius filij facto deſcẽdat [h].
4 † Qua ratione ſi patri actio ex filij contractu ac-
quiſita fuerit, ſolutionem ei fieri poſſe receptum
eſt [i], niſi conſtitutum à patre procuratorem eum
appareat, ad acquirendum tantùm: tunc enim
propter taxatiuæ dictionis vim, ſolui illi non po-
terit [k]. † Rurſus non procedit in cauſa peculiari, 5
in qua filius damnoſus patri eſſe poteſt, quod ſu-
prà attigimus [l]: idque ſiue peculium expreſsim
conceſſum ſit, ſiue tacitè, vt quia pater in ratio-
nibus ſuis nomine filij factum adſcripſerit [m].
† Vnde & ſi merca- 6
tor filiũ habet, quẽ
in ergaſterio ſuo ne
gotiari ſinat, vide-
tur eius perſonam
ſeu legitimi inſtito-
ris approbaſſe, &
ideò quantum ad
eam negotiationis ſpeciem pertinet, filij ſui con
tractus ratos habere debet [n]. Idem dicendum eſt,
cùm eam pecunię receptionem in rem patris ver
ſam appareat [o]: † quod in ea ſpecie deciſum vidi, 7
cùm filiusfamiliâs, quem pater ſtudiorum cauſa
Ticinum miſerat, nomen paternum exegiſſet,
B eaque pecunia pro viatico vſus eſſet [p]: videtur e-
nim vtiliter geſſiſſe, vt Albutius aiebat. † In ali- 8
quibus quoque municipiis lege cautum eſt, pa-
trem teneri, vt filij factum præſtet: quæ lex valet
quidem [q], ſed tamen dura eſt, & ideo interpreta-
tione prudentum mitigãda, vt extra territorium
non obſeruetur [r], vt niſi omnes à lege requiſitæ
qualitates propriè adſint, nullũ habeat locum [s];
vt in cauſis ſolùm ciuilibus, nõ item capitalibus
procedat [t], † niſi quantum ſit pœnæ pecuniariæ 9
C reſpectu, quo caſu perinde eum lex ac filij fideiuſ
ſorem habeat [u]: quæ omnia latius apud Iaſonem
legenda relinquimus [x]. Sed an filius ſaltem ipſe
obliget? † Et regula eſt, ex ſuo contractu filium- 10
familiâs obligari poſſe [y]: quid eñ ſi ſe expreſſim
euictionis nomine obligarit [z]? quid ſi pro huiuſ-
modi remiſsione vice mutua aliquam pecuniam
à debitore acceperit [a]? Nam & reſpondit Bald. [b]
ſi debitorem, tanquam patris procurator, libera-
uit, eoque nomine aliquid receperit, cùm huiuſ-
D modi mandatum nullum haberet, crimine quo-
que ſtellionatus conueniri eum poſſe [c], qui dolo
malo ſciens ſe procuratorem non eſſe, pecuniam
receperit: ſi verò ex mera liberalitate remiſerit,
nullam eſſe actionem. † Cæterùm & tũ ſibi præ- 11
iudicat filius, cùm non ſolius patris eſt actio, quã
donat, ſed ſibi quoq; communis: vt cùm filia a-
ctionem de dote remittit [d]: † nihil enim obſtat, 12
quo minus ſi filius aliquod ius præſens habeat,
illud remittere poſsit [e]. His igitur caſibus ipſi ſal
E tem filio pactum præiudicat, & ideò etiam poſt
parẽtis mortem ratum habere illud cogeretur [f].
† Sed ſi ſimpliciter donationis cauſa ius patris 13
remiſerit, credens fortè patrem ratum habitu-
rum, tũc contractus eſt nullus, & nullo ipſe pro-
miſsionis vinculo alligatur: ideoque ſi ei ſucce-
dat, non obſtabit exceptio quo minus exigere
poſsit [g]. † Sed quid ſi debitori paterno promiſe- 14
rit ſe non petiturum, ſi hæres erit? Cenſuit Bar-
tolus tale pactum non valere, tanquam de re ad
F viuentis hæreditatem pertinente [h]: ſed Alexan-
der recentioresque contrà, vt liberationis fauo-
re ſpecialiter id ſit admiſſum [i]: quæ ſententia ra-
tione caret: cùm nõ ideo minus hæres indignus
cenſeatur, quia donet, aut liberet, quàm quia a-
lio modo contrahat [k]: † Specialis enim paternæ 15
hęreditatis in conditione mentio, præproperam
ſolicitudinẽ fraudemq; arguit [l]. † Quod tñ in ca- 16
ſu contrario non ꝓcederet, quando ſcilicet filius
cum creditorib⁹ patris paciſceretur [m]: † id eñ æs 17

f l. iij. ꝟ. eod.
g l. contra. in fi. ff. eod.
h l. filiusfamil. ff. de except.
i l. filiæ. l. q ſeruus. ff. de ſolut.
k l. j. §. igitur præpoſitio. de exercit.
l d. l. iij. ꝟ. eod. §. actiones. Inſt. de act.
m l. fin. de pec. leg. Bald. conſil. 484. in 5.
n l. fin. ff. quod cum eo.
o l. iij. §. proinde. ff. de in rem verſ.
p l. Macedo. ꝟ. ad Maced.
q Ang. conſ. 61. Anch. 98. 90.
r Bart. in tract. repræſal. 1. quæ. verſ. ad quartũ.
s Soc. l. Modeſtinus. ff. de excep.
t gl. 23. q. 5. c. cũ homo.
u Bald. in l. ſi qua pœna. de his, qui ſunt ſui.
x d. §. actiones. autem.
y l. filiusfamil. ij. de act. & obl.
z l. ad res. ff. de ædil. edict.
a Bar. l. filius j. ff. de ſolut.
b conſil. 14. & ſeq. in j.
c arg. l. falſus. ꝟ. de furt.
d l. & hæredi. §. filia. ff. eod.
e l. ij. § quod ſi in patris. ſolut. matr.
f l. cũ vir. de vſucap. vbi Bart.
g d. l. ſeruo. ff. q & à quib.
h l. cum dominus. §. fi. ff. de pecunia leg.
i l. & ſuum. §. idẽ probat. ff. eo.
k l. quidã. ff. de don. l. ij. §. fin. ff. de his q. vt indi.
l Bart. l. poſt contractum. ff. de donat.
m d. l. & ſuum.



non in patris, ſed in creditorum patrimonio eſt [a].

a l. cedere. §. æs alienũ. de uerb. ſignif.

## LEX XXIIII.

1 *Pactum de remißa quantitate debita alijs, non extenditur ad alios.*
2 *Legatarius alteri hæredi legatum remittens, pro rata portione remiſiſſe cenſetur.*
3 *Pactum fratris cum ſorore, ne hæreditatem paternã petat, pro rata ipſius paciſcentis interpretãdũ eſt, niſi eiuſdẽ interſit ab ijs nõ peti.*
4 *Renuntiatio facta à filia, ei tantùm prodeſt quo cum contraxit, ſi hæreditatem adierit.*
5 *Renuntiatio nondum adita hæreditate facta, omnes portiones auget.*
6 *Aditio hæreditatis eſt facti, nec in dubio præſumitur.*
7 *Renuntiatio propriè eſt iuris iam quæſiti.*
8 *Renuntiatio ſororis non parit præſumptionem aditæ hæreditatis.*
9 *Vxor renuntiando donat, quamuis nil transferat.*
10 *Pactum remißionis hæredi putatiuo factum, uero non prodeſt.*
11 *Donatio fit propter affectionem.*
12 *Poſſeſſoris contractus hæredi tantùm in conſtitutæ pecuniæ pacto prodeſt.*
13 *Leges quæ de actu vero conſtituunt aliquid, ad opinatiuum non trahuntur.*
14 *Remißio alijs facta, debitoribus non prodeſt.*
15 *Renuntiatio abſente parte facta, nullo fauore prodeſt.*
16 *Creditor qui affectionis cauſa cum debitore non experitur, ſed alij actionem committit, rurſus ipſe utiliter experitur.*

## LEX XXIIII.

IIDEM AVGG. & CC. Dominæ.

SI actionem legati
vel fidei cõmiſsi,
quam aduerſus hæ-
redes mariti quondã
tui habuiſti, te affe-
ctione hæredũ alijs
remiſiſſe probet: ex
A ceptionẽ pacti, con-
tra debitores inſtitu-
enti actiones, nocere
tibi minimè poſſe in-
telligis. PP. XVII.
Kal. Ianuar. Sirmij,
CC. III. Conſſ.

1 SI ACTIONEM.) † Cùm pactio
ab alijs facta alijs non proſit, cùm
item de una re contracta ad aliam
non extendatur [b], mirũ hîc eſſe non
debet, ſi pactum debitæ quãtitatis
alijs remiſſæ, alijs non proſit: ſed quia in reſcri-
pto non eſt expreſſum, quomodo concepta ſit
hæc pactio, plurifariam exemplum aſſumi po-
2 teſt. † Et in primis, ut legatarius, qui alteri hære-
di legatum remittit, ſolùm pro rata hæreditariæ
portionis remiſiſſe cenſeatur [c], poſsitq; aduerſus
alterum hæredem reliquam partem legati pete-
re. Quapropter ſi pater quatuor maſculis inſtitu
tis hæredibus mille pro dote filiæ legauerit, eaq;
alteri fratri actionem remittat, pro rata ſolùm re-
miſiſſe cenſebitur. Cùm enim ex lege xii. tabul.
diuidatur hæc obligatio [d], non uidetur ei remiſiſ
ſe, niſi quatenus aduerſus eum competebat, hoc
3 eſt, partem hæreditariam: † quo exemplo Bald.
Paulusq; Caſt. tradunt, ſi alter ex fratribus ſoro-
rem marito iungat, & cum ea paciſcatur, ne pa-
ternam hæreditatem petat, id pactum pro rata
ipſius interpretandũ eſſe, & ideò nihil impedire,
quo minus aduerſus alios fratres experiatur: quã
ſententiam uno ore omnes hîc probant, & ego
ſequor, niſi huius paciſcentis interſit, ne ab alijs
quoque petat, ut quia ſocij eſſent [e]. quod & in pa
tre dicendum eſt, qui filiorum nomine renuntià-
tionem hæreditatis maternę à filia ſtipulatus ſit:
non enim id pactum alteri factum dici poteſt [f]:
Sed quid ſi renuntiet hæreditati paternæ uel ma-
ternæ? † Et ſi eam adiuit, non eſt dubiũ integram
illi ſoli uideri datam, cum quo contraxit, ut
Paulus Caſtrenſis cenſuit: portio enim acqui-
ſita accreſcere alij non poteſt [g]: & ſimpliciter 4
hęreditatem appel-
lando, uidetur de
omni ſua portione
intellexiſſe [h]: † ſi ué- 5
rò nõ adiuit iure ac-
creſcendi, omnium
portiones augebit [i],
cenſebiturq; pecu-
niã accepiſſe, ne a-
deat, ſed repudiet [k].
Sed quid in dubio,
an interpretabimur
adiuiſſe? † Et cùm a- 6
ditio ſit facti, & gra-
B ue præiudiciũ inferre poſsit, non præſumetur [l],
niſi quatenus in hoc ſigna urgeant. Finge renun-
tiaſſe ſororem illi fratri omnẽ ſuam portionem,
an adiuiſſe hæreditatem dicemus [m]? uerißimilẽ
enim eſt uoluiſſe priùs id facere, tanquam actui
ſuſtinendo neceſſariũ, † quùm renuntiatio pro- 7
priè eius iuris ſit, quod iam eſt acquiſitum [n]: nam
& qui ius delatę ſibi hæreditatis in alicuius fauo
rem cedit, adire exiſtimatur [o]. † Sed tamen con- 8
trarium receptius eſt [p]: nec enim ſignum id præ-
C ſumptioni aditionis ſatis efficax eſt, quùm po-
tuerit in fratris manu renuntiare, ut ſimpliciter
ſe ab hæreditate abſtineret [q], illiq; in ſpeciem re-
nuntiatũ ſatis dici poteſt, quamuis effectu com-
municare cum fratribus teneatur: † ſicut & uxor 9
donationis cauſa renuntiare hæreditatem dici
poteſt, tametſi uerè nihil ipſa transferat [r]. Quòd
ſi actiones cederet, ſecùs eſſet, uel euictionis no-
mine ſe obligaret [s], uel ei renuntiaret, cui nec iu-
re accreſcendi pars ulla deberetur [t], aut alię con-
D iecturæ concurrerent, ut quia frater de ſuo ſolus
dotem illi dediſſet, cui ipſa remunerationis cau-
ſa renuntiaſſet [u]. † Poteſt etiam aliter hypotheſis 10
hîc aſſumi, ut id decidi cenſeamus, pactum re-
miſsionis putatio hæredi factæ, uero hęredi non
prodeſſe: quod omnes fatentur, cùm ob affectio-
nem factum eſt, qua quis erga ipſum poſſeſſorem
tangebatur; † quod in liberationis pacto regula- 11
re eſt, donamus enim ob affectionẽ [x]. Sed dubiũ
eſt, quid ſi ratio affectionis ceſſet? & tunc prodeſ-
E ſe uero hęredi id pactũ Bart. ait, quod cum poſſeſ-
ſore bonæ fidei celebratum ſit [y], ſecùs ſi malæ fi-
dei eſſet [z]: quæ ſentẽtia egregiè vtrunq; Iuriſcon-
ſulti reſponſum lancinat. † Ego à regula receden- 12
dum nõ arbitror, ut poſſeſſoris cõtractus hæredi
non proſit [a], excepto conſtitutæ pecuniæ pacto:
cùm enim ex obligatione hęreditaria, quę neceſ-
ſariò præcedat, id incaleſcat [b], eius naturã ſequi-
tur, quod ueteres rectè exiſtimarunt [c]: alioqui ge-
neraliter traditũ eſt, † leges, quæ aliquid de actu 13
F uero conſtituunt, ad opinatiuũ non trahi [d]. Fuêre
rurſus & qui aliter reſcriptum noſtrum intellige
rẽnt, † nempe remiſsionem alijs factam, ipſis de-
bitoribus nõ prodeſſe: † quia nec fauore quidem 14
liberationis renuntiatio abſente parte facta prò- 15
deſt, quod ſ. à nobis diſputatũ eſt [e]. Ego Remitte-
re uerbũ eius ſignificationis eſſe, cuius cõmittere
ſeu mãdare ſcio [f]: † & ideò hîc arbitror decidi cre- 16
ditorẽ q propter obſeruantiã affectioneq; debito-
ris cũ eo ipſe nõ experit̃, ſed actionẽ alijs cõmit-
tit,ceditq; nihilominus ipſũ experiri rurſus, ſi uelit,
poſſe;

b l. ſi unus. §. ante omnia. ff. eo.
c Arg. l. j. tit. j.
d ꝟ. eod. l. ij.
e l. item in duobus. ff. eod. l. ſi dicto ſi de arb.
f l. quod dicitur de uerb. oblig.
L. 24. Si actionem.
g l. j. ad ſi. ff. de uſufr. accreſ.
h l. Titius. ꝟ. Alex. ff. ad leg. falcid.
i Dyn. con.
k l. fuit quæſtionis. de acquir. hæred.
l l. in bello. §. ſi. ctæ. de capti.
m Soci. conſ. ... in 4.
n l. illud. de acq. hæred.
o Corn. conſil.
p in d. l. fuit.
q Areti. conſ.
r l. ſi ſponſus ſi maritus ... dona inter ux.
s l. ſi ... iur. delib.
t Socin. d. conſil. 34.
u Bal. l. pacti q s. de collat.
x l. nec adiecit. pro ſoc.
y l. ſi poſt. ff. de conſtit. pec.
z l. ſi tibi. §. ſi. ff. eod.
a d. l. ſi tibi. & l. ij. §. fin. ff. de tranſact.
b l. j. § debitũ. de conſt. pec.
c Ricar. Oldra. Cyn. Alb.
d l. cum hic ſtatus. §. pẽ. de dõ. int. uir.
e l. poſtquam liti. ꝟ. eod.
f l. ſi lis. ꝟ. de ſol.

poſſe,nec videri quicquam tacitè cum debitore
conueniſſe, quo minus reuerti ipſe contra eum
poſsit,ſolamque ipſi ſolutionis mandatarijs fa-
ctæ exceptionem obſtare, non autem pacti : qua
ratione ei, qui ſola debitoris affectione actionẽ
ceſſerit, nõ obſtabit
rei exceptio, eum
alteri ceſsiſſe affir-
mantis[a].

a Bar.l. facta.§. ſi hæres. ff. ad Trebell.

LEX XXV.
IIDEM AVGG.
*& Caeſſ. Euhemero.*

LEX XXV.

DEbitorum pactionibus, creditorum petitio nec tolli, nec mutari poteſt. S. IIII. Kal. Maij. CC. III. Conſs.

1 *Pacta debitorũ creditori non præiudicant.*
2 *Pactum inter alios factum non debet alijs nocere.*
3 *Creditor inuitus non cogitur debitorem mutare.*
4 *Creditoris ius abſq; ſuo facto nec auferri nec mutari poteſt.*
5 *Dantis iure reſoluto, accipientis quoq; reſoluitur.*
6 *Subditorum conſpirationes principis iura non lædunt.*
7 *Vniuerſitas non ſui iuris nulla fœdera vtiliter percutit.*
8 *Pactum debitoris in feudo, domino præiudicat.*
9 *Nemo vltra tempus ſuum prædio ſeruitutem imponere poteſt.*
10 *Res iniuſtè vendita, & ab emptore alteri in pignus tradita, quamuis venditor repoſcat, tamen pignus tenet.*
11 *Pactum debitoris creditori non præiudicat beneficio reſtitutionis.*
12 *Ius dominij nec reſtitutione in integrum ſubuerti debet.*
13 *Eccleſia non ſoluens canonem, à iure emphyteuſeos cadit.*
14 *Aſſenſus creditoris pactum debitorum confirmat, isq; tacitus.*
15 *Qui vſucapionem non interrumpit, conſentire videtur.*
16 *Subditi præſcribunt domini ſubiectionem.*
17 *Qui expromiſſorem delegantis debitoris acceptat, ſibi nocet.*
18 *Adiectione noui debitoris non cenſetur nouata obligatio.*
19 *Debitor rem alienans, creditoris deteriorem reddit conditionem in rei vendicatione.*
20 *Creditor emptoris forum ſequitur.*
21 *In actione perſonali reus neminem ſubijcit inuito creditore.*
22 *Cùm debitor ſtatum mutat, præiudicium fit creditori.*
23 *Cuius bona publicantur, cenſetur à creditorib. liberatus.*
24 *Qui filius famil. contraxit, & poſtea emancipatus fuerit, in quantum poteſt conuenitur.*
25 *Princeps inuitis ſubditis oppidum alienare nequit, ſi eorum interſit non alienatum eſſe.*
26 *Regnum breue non parcit populis.*
27 *Subditorum intereſt vni tantùm parere.*
28 *Alienatio partis territorij, conſenſum ſubditorum requirit.*
29 *Quacunque forma princeps alienat, ſaluum manet ius tertij.*
30 *Mutatio domini, ſola non iuuat ad impediendam alienationem principis.*
31 *Conſuetudo valet, quæ ex voluntarijs actibus inducta eſt, non meticuloſis.*
32 *Conſenſus alicuius cõtemplatione accedens, in exemplum non trahitur.*
33 *Iuſta & præſcripta conſuetudo dat principi alienandi poteſtatem.*
34 *Vniuerſitas cum ſubditis alienatur vtiliter.*
35 *Ius clientum inuitis ipſis dominus feudi alienat.*
36 *Ciuitas cum territorio vendita etiam caſtra continet.*
37 *Membra à capite deſciſcere æquum non eſt.*
38 *Liberalitas abſq; magno aliorum præiudicio eſt permiſſa principi.*
39 *Fauorabilior eſt reſtitutio, quàm noua conceſsio.*
40 *Principi de plenitudine legitimæ poteſtatis indiſtinctè conceſſa eſt alienatio.*

DEBITORVM)†Pacta inter debito- 1
res ipſos conuenta, creditori non præ-
iudicãt : ueluti cùm alter reus deben-
di alterum indem-
nem præſtare pro-
miſit, nõ ideo pro-
hibebitur creditor
aduerſus utrũ uelit
iure ſuo uti, † tum 2
quia hæc pactio in-
ter alios facta, alijs
nocere non debet[b], †tum quia creditor inuitus 3
cogi nõ poteſt ut debitorem mutet, etiã ſi is, qui
offertur magis idoneus ſit[c]. † An potius, quia 4
creditoris ius abſque eius facto auferri aut muta-
ri minimè poteſt[d]? † Hinc eſt quòd pro regula 5
traditur, reſoluto dantis iure, ius quoque acci-
B pientis reſolui, & ad priorem dominum illabe-
factum reuerti[e].
†Hinc & receptũ eſt, ſubditorum conſpiratio- 6
nes aduerſus principis iura conceptas, nullius
eſſe momenti[f]. †Imò generaliter traditur, nulli 7
uniuerſitati, quæ ſui iuris non ſit, concedi ut in-
iuſſu principis ſui ſe in tribus, factionéſue diui-
dere poſsit[g], vel fœdera cum quoquam percute-
re[h]. Videretur tamen conſtitutionem noſtram
ſemper non obſeruari, ſed quandoq; pacto debi-
C toris fieri creditori præiudicium.†Vnde ſi cliens 8
de feudo bona fide trãſegerit, cogetur dominus
eam tranſactionem commiſſo uel conſolidato ſi-
bi quandocunque feudo ratam habere[i]: quod e-
go inductum arbitror, quia hæc eſt feudorũ lex,
ut ei, qui à cliente pignoris vel libelli, vt vocant,
ius adeptus eſt; liceat par obſequium domino
offerre, teneaturque dominus loco clientis ſuc-
cedaneum eum admittere[k]: & propter beneficij
feudalis fauorẽ temperatus hoc eſt caſu iuris ri-
D gor[l], nec uidetur fieri domini conditio deterior,
cùm ab ipſo principio hæc facultas clienti per-
miſſa cenſeatur : †alioqui iure noſtro, nemo ultra 9
ſuum tempus ſeruitutem prædio, ex legis huius
regulá, imponere poteſt[m]. Fortius ergò aduerſus
regulam obſtat quod Bart. tradit[n]: †ſi rem tibi ul- 10
tra dimidium iuſti precij deceptus vendiderim,
tuq; rem illam pignoraueris, deinde ego eam re-
ſciſſa venditione aduocauerim[o], pignus non ex-
tingui[p]. Vides igitur pactionẽ eam pignoris mi-
E hi obeſſe, ne liberã rẽ habere poſsim, & ſic debi-
toris facto deteriorẽ creditoris conditionẽ fieri?
Sed tamẽ ſatius eſt & hoc caſu regulæ noſtræ ad-
hærere[q]: & quod Bart. cenſuit nõ reſolui pignus,
interpretandum eſt, vt creditori liceat aduerſus
emptorem experiri, vt pretium potius mihi,
quàm rem reſtituat, quò ſalua ſibi pignoris cauſa
ſit. Facilius fortè Alex. quoddam reſponſum de-
fendetur : is à legis noſtrę regula quãdoq; recedi
poſſe cenſuit, reſtitutionis in integrũ beneficio[r],
F hac in ſpecie : Emphyteuta meus Titio meliora-
tiones pignorauit, deinde canonem non ſoluit,
& à iure ſuo cecidit[s], quamuis reſolutum quoq;
pignus ex Scæuolę reſponſo videatur[t], tamen li-
cebit Titio canonem offerre, & aduerſus caduci
pœnam integrum reſtitutionẽ implorare : iuſtã
enim reſtitutionis cãm ignorantia hæc prẹſtat[u]:
cùm verſimile ſit, ſi id Titius ſciuiſſet, cano-
nem fuiſſe oblaturum, vt pignoris ius ſaluum ſi-
bi duraret.†Sed tamen hanc ego ſententiam (niſi 11
in fraudem pignoris debitor ceſſaſſet[x]) ambi-
guam

b l.ſi vnus.§. ante omnia. ff. e.
c l. ſi mandato. ff. mand.
d l.ſi partem.in fi. ff. quemad. ſerui. amitt.
e l. ex vectigali ff. de pign.
f c. cũ tempore de arbit. c. cum dilecti. de ma. & obed.
g Bartol.l.j.§.de metrop. Bery. tu.lib.x.
h Bar.l.ij. col.i. de colleg. illi.
i c.j.de contro. inter vaſal. & alium.
k c.j.§. ſi vero, qual.oli. feud. alien.
l c.j.§.ruſus.vbi Dd.quib.mo feud. amit.
m l.is qui.§. fin. quẽad. ſeruit. amitt.l. et in præ uinciali.§.de ſeruit.
n l in diem.de aqua plu. arc.l. ſi res. quib.mo. pig.
o l. ij.§. de reſc. vend.
p l.bouem.§.pignus ff. de ędil. edict.
q Bald.d. l.ij. q. 13.Raph. d. l.in diem. Alex.d.l. ſi res. in apoſt. Bart.
r Alex.conſ.45 in 1.vol.
s l.ij.§. de iure emphyt.
t d.l.lex vęctig.
u l.j.in. fi. ff. ex qui cau.maio.
x Bal. conſ. 371. in 1.



guam puto, tũ propter legis noſtræ regulã, tum
quia Scæuolæ reſponſum illuſoriũ reddit[a], tum
quia caduci hæc pœna ex natura contractus de-
ſcendit. † Vnde dominij ius, nec reſtitutione in
12 integrũ ſubuerti debet:† nam & ſi fundus in em-
13 phyteuſim datus Eccleſiæ ſit, & à ſolutione ceſſa
uerit, ipſa quoq; à iure meliorationũ cadet, per-
inde ac ſi feudi leges non ſeruauerit, idq; ab om-
nibus receptũ eſt[b]: imputandumq; eius rectori-
bus erit, ſi non ſoluerint, cogentq; illi de ſuo Ec- A
cleſiã indemnem præſtare[c]: dño aũt emphyteu-
ſeos nihil imputabit, qui iure ſuo vſus eſt, niſi for
tè in ſubſidiũ, cùm rectores ſoluendo nõ eſſent[d].
Quapropter & hoc caſu ſi aliter creditori cõſul-
tum eſſe nõ poſsit, Alex. ſententia defenderet, vt
in ſubſidiũ reſtitutioni in integrũ ſit locus. † So-
lùm ergò de legis noſtræ regula tunc limitabit,
cùm hiſce debitorũ pactionibus aſſenſus credi-
14 tor fuerit[e]: ſufficitq; vel tacitus cõſenſus, dum tñ
ex veriſimilibus coniecturis deprændatur: quod B
in emphyteuta & ſuperficiario tradit Bald.[f] qui
ſciente patienteq; domino trãſegerint[g]. Idemq;
in domino feudi, qui pactionis admonitus, annũ
15 tacuit[h]: † qui enim vſucapionẽ non interrũpit,
16 conſentire videtur[i]. † Vnde & ſubditi aduerſus
verũ dominũ præſcriptione ſe tueri poſſunt, &
alium agnoſcere[k]. † Sed & qui expromiſſorem
17 delegãtis debitoris acceptat, ſibi obeſſe cenſet[l].
Vnde ſi, cùm pecuniam apud campſorẽ haberẽ,
ei iuſſerim vt tibi creditori meo ſoluat, isq; tibi C
promiſerit, ego liberabor[m], quia videris promiſ
ſionẽ illã loco ſolutionis acceptaſſe[n], quod etiã
à Baldo exiſtimatũ eſt[o]. Cùm maritus animo cõ
penſandi cum dote legatũ vxori ab vno hæredũ
reliquit (nam mulier teſtatoris cõfeſsionẽ acce-
ptãdo videt tacitè alios cohæredes, quatenus in
legato eſt, liberare[p]) ego cũ plurimis id ſpeciali-
ter inductũ arbitror, vt quã ocyſsimè mulier do-
tẽ ſuã conſequat, quod lege ſequẽti attingã. Sed
quid ſi cohæredes alicui fundũ aſsignarint, hac D
lege, vt Titio hæreditario creditori centũ ſolue-
ret, Titiusq; partẽ ſolutionis acceperit, an receſ-
ſiſſe ab alijs videbit? † Et nõ putarim[q], cõiectura
enim hæc id neceſſariò nõ infert[r]: & adiectione
19 noui debitoris, nõ cenſetur nouata obligatio[ſ].†
In rei quoq; vendicatione fit creditoris deterior
20 conditio per debitorẽ, qui alienauerit, † quoniã
actor ipſius emptoris forũ ſequi tenetur, eiusq;
priuilegia, nõ aũt venditoris, attendẽtur[t] : vt cũ
ſacerdoti fundũ meũ Titius diſtraxit, in foro eñ E
Eccleſiæ litigandũ mihi erit[u]: † quod in actione
21 perſonali ſecùs: non enim inuito creditore, reus
ſubijcere quenquã poterit, idq; ex legis noſtrę re
gula[x]. † Fit & qñq; creditori præiudiciũ, cũ debi
22 tor ſtatũ mutat, † vt quia ex delicto eius bona pu
23 blicãtur: cẽſetur eñ à creditorib. liberatus[y]. † Idẽ
24 cùm, qui filiusfam. cõtraxit, deinde emãcipat, fit
deterior creditoris conditio, q illi non amplius
inſolidũ, ſed ſolùm quatenus facere poterit, con F
uenietur[z]. Fuêre & qui crederent, Iudęũ, qui ba-
ptiſmi ſacris inijtietur, tanquã nouũ hominem
cẽſeri[a], & pœnales creditorũ actiões extingui[b]:
ſed id nõ ſatis receptũ eſt[c]. Cæterùm quid vice
verſa dicendũ, an dominus vel princeps in præ-
iudicium ſubditorũ paciſci poterit? Et Decius ni
hil obſtare cenſuit, quo minus ius, quod quis ha-
bet, vendere poſsit[d]: quæ ſententia in vectigali-
bus omniq; vtilitate ex iuriſdictione prouenien
te procedere põt: nihil enim obſtat, quin id emo
lumentũ alienari poſsit[e], firma iuriſdictiõis exer

a d.l. lex vectigali.
b Bald. & Dd.l. placet. §.de ſacroſan. eccleſ.
c Dd.l.Iubemus. j.§. de ſacr. ſan. eccleſ.
d l.ſi.de eo per quem fact.
e l. ſæpe.§.j.de re iud.
f d.c.j. de contro.int. vaſall.
g arg.l. ſi filius. 2.ff.ad Mace.
h §.porrò.qual. olim.feu.alie.et §. titius filios.ſi de feu. contr. fuer.inter dom.
i l.alienationis. de verb.ſig.
k Oldra. conſil. 254. quia tota. col.fin.
l Bal.l.ij.q. 14.§. de hære.act.
m Bart.l.ſingularia.col.5. ſi certum pet.
n l.ſi pupilli.de ſol l.pe.§. ſi vir. vbi Bart.ſol. matr.
o d.l.ij.q.9.
p l.cũ ab vno. de leg.ij.
q Arg l.ſeq.in verſ perfectis. dixi in l.ij.§. 81 j. in verb. liber. de ver.obl.
r Arg.l.tale.§. ij.ff.eod.
ſ l.ſi.§.de noua.
t l.venditor.ff. de iudi.
u l.j.§. vbi in rẽ act.
x Bart.l.ſolutionẽ.ff.de ſolut.
y l.j.§.de fideiuſſ.l.ij.ff.de cap.dim.
z l.ij.ff.quod cũ eo.
a 15.diſt.c.j.
b gl.c.ſine pœnitentia. de cõſecr. diſtinct. 4. Dd. c. de his.de accuſ.
c Dec.conſ.120.
d l.dudum.§.de contra.empt.
e Bal.l.vſufruc. ſol.matr.

citatione apud priorẽ dñm manẽte: reſpectu eñ
ipſius iuris, qđ quis in homines liberos habet,
meritò diſplicuit:† & ideò communi calculo exi
ſtimatũ eſt, non licere principi oppidũ aliquod
inuitis ſubditis alienare[f], ita tamen, ſi eorũ pro- 25
babiliter interſit non mutare dominũ, vt quia in
eum transferuntur, cui ſubijci non æquè decorũ
eſſet: potentiori enim domino ſubditi alacriùs
parent, quoniam & ſub eius imperio tutiores
A ſunt[g]: proinde & ſi auarus, durus, litigioſusúe is
cenſeretur, meritò huiuſmodi iugum detrectant
ſapientes : cuius rei exemplum in Pythagora &
Demarato apud veteres legitur[h], quorum alter
Samo, alter Corintho excelsit, ne tyranno ſerui-
rent.† Idem ſi pro parte alienarentur, vel ad tem 26
pus[i]: quoniam (ut Statius inquit) non parcit po-
pulis regnum breue. Et Homerus: Nõ bona mul
torũ ditio, rex imperet vnus[k]. †Et ideò putarim
audiendos ſubditos, qui defuncto domino inſti
B tutis pluribus filijs putant iuriſdictionẽ vni tan- 27
tùm adiudicari : haud dubiè enim eorũ intereſt,
vni ſolùm parẽre[l].† Idem ſi tali alienatione pars
territorij diuideretur, fieri enim id nõ debet in-
uitis ſubditis[m]: quod & in officijs dicendũ[n]. Et- 28
enim magna eſt inter iuriſdictionem cæterasq;
res differentia, quia ſcilicet homines naturaliter
liberi ſunt[o], & ius quod in Auguſtum ſeu princi
pem translatũ eſt[p], nõ liberè translatũ eſt, ſed vt
rem tanquam publicã regeret[q], quæ cõmodiùs
C & prouidentiùs ab vno adminiſtratur[r]:† meritò 29
igitur huiuſmodi iure abuti nõ debet princeps,
& quibuſcunq; clauſulis concepta ſit alienatio
ſemper ſaluũ ius tertij intelligitur[ſ]: cui deroga-
tum non cenſeretur, etiã ſi remunerationis cau-
ſa ſe donare dixerit, cùm nõ ideò ſubditorũ con
ditio deterior fieri debeat[t]. & hæc quidem iure
noſtro vera ſunt. † Quandoq; tamen ſubditi alie 30
nationẽ impedire volẽtes, minimè audiuntur, vt
cùm ſolũ allegant, ſe dñm mutare nolle, tanquã
D antiquior dñs maiorem erga ſe affectionem ſit
habiturus[u]: hæc eñ leuis cauſa eſſet, ſicut & quæ
ex Cãpanorũ puerbio (cuius Liuius li. XXXIII.
meminit) adducitur, nempe, Notiſsimũ quodq;
malũ maximè tolerabile eſſe: quodq; ex Syracu-
ſana anu apud Val. Maximũ ſic carmine à Marul
lo redditur: Quartũ rogata cur anus ſaluũ velit,
Peiora dixit horreo. Haudquaquã enim probabi
lis eſt hic timor, niſi ex qualitate noui dñi confir
metur[x]: in quo tamen ſcio eſſe qui diſſentiãt, &
E abſq; alijs coniecturis ſufficere eas cauſas arbi-
trentur[y]. Sed & audiendi non eſſent, ſi aduerſus
eos cõſuetudo inualuiſſet, vt etiam inuiti diſtra-
herentur[z]: †nec enim dubium eſt valere conſue- 31
tudinem, dum tamen ex actibus uoluntarijs, nõ
autem meticuloſis inducta ſit[a]. Cuius timoris
exemplum eſt, ſi pœnali principis edicto coacti
paruerunt, quod Paul. Caſt. reſpõdit[b]:† nec con
ſenſus contẽplatione alicuius accedẽs in exem- 32
plum tranſit, vt alterius quoq; cauſa obeſſe de-
F beat[c]: † neceſſaria eſt igitur iuſta præſcriptaq;
conſuetudo, & nihilominus tum quoq; ita agen 33
dum cum eis eſt, ne vlterius aggrauentur, quàm
ſub priore domino ſolebant[d]. † Illud quoq; tra- 34
ditum eſt, poſſe fieri huiuſmodi alienationem,
vt etiam ſubditi cum vniuerſitate diſtrahãtur[e],
vt quia aliquis vniuerſa bona alienet[f]: † nam & 35
& ius clientium (quod Vaſſalitium vocant) eti-
am eis inuitis hoc modo transferri poſſe reſpon
ſum eſt[g]. † Idemq; putarem, ſi ciuitatem cum 36
territorio princeps alienet: nam ſub ea vniuerſi-

L. 25. Debitorum.

f l.inuitus.vbi gl.de fideicom. liber. l.in adoptione. ff.de adopt. Dd.c. dilecti. de maio. & obed.
g c.j.§. eadẽ lege.de lege Conrad.
h l.ij.ff.de orig. iuris.
i d.§.eadẽ lege.
k 33.q.5.c.hæc imag. c. ſolitæ. de maio. & obed.
l c.j.§. præterea ducatus. de prohib.feud. alie.per Fed.l.iij. ff.de ali.leg.
m c.ad audientiã ubi Dd. de eccleſ.ædif.
n §.illud tamẽ. in auth. vt iud. ſine quo.ſuffr.
o 12 q.1.c.cum redemptor.
p l.j.de conſtit. prin.
q l.j.de off. pręf. præt.
r l. ij.§. nouiſsimẽ.de ori.iur.
ſ l.fin.§.ſi cõtra ius vel vtil.pu.
t Claud. in Spec.feu.col.24.
u l.lex quæ.§. nec domum.§. de admin.tut.
x l.metũ.§.qẽ met.cauſ.
y Dd.l.ij.ſol. matr. Neuiza. conſil.12.
z d.§. eadẽ lege.
a Abb. conſ. 19. ex quæſ. in 2.
b Cõſil.70.quia fruſtrà.in j.
c §.l. proxima.
d c.qui in ius.de reg.iur.in 6.
e d §.eadẽ lege.
f l.quædã.de acquir.rer.dom.
g Rom.conſ.26. Alex.d.l.ij.

tāte & caſtra cōprændentur, & nō reclamātibus ciuib. vix erit vt Baſtellani, cui ipſi aduerſentur,
37 audiri debeāt,† cùm à capite membra deſciſcere ęquū nō ſit [a].qua tamē in re,ampliùs deliberandum cenſeo [b].† In alienatione quoq; modicę vil
38 lę liberalitas principis effectū habebit, cùm inde magnum præiudiciū nemini oriatur [c]: quo caſu aliquorū ſententia defendi pōt [d]. Sed & ſi ſubſit neceſsitas, receptum videtur admitti hanc alienationem [e]. Idemq; ex publicæ vtilitatis cauſa, ut ſi gratia ineundæ pacis fœderisq; cum hoſtibus percutiendi [f]:tametſi in hoc aliqui diſſentiant [g]. Sed & ſi ex aliqua cauſa feudo priuatus uel ipſe uel maiores mei fuerint, poteſt princeps me reſtituere, etiam oppidanis ipſis reclamantibus [h]: res enim facilè ad naturā
39 ſuam reuertitur [i], † & fauorabilior eſt reſtitutio, quā noua cōceſsio [k].In oppidis quoq;,quę de hoſtibus Chriſtianæ legis recepta ſunt, arbitrio victoris valet alienatio:hi eñ extra impij Romani manſuetudinē ſunt [l],& victori ex deditionis formula omnia diuina humanaq; tradūt:quę cōdi-
40 tio iure noſtro ſublata eſt [m].† Cæterū licere principi de plenitudine poteſtatis ſuæ huiuſmodi alienationes indiſtinctè facere qdā tradiderunt [n]: ſed ego talem clauſulam de legitima poteſtate intelligerem, ſecundum quam ſupra cōcluſum eſt [o],non licere, non de violentia & cōcuſsione: quod ad has enim attinet,in corpore iuris huius clauſulæ nulla eſt ratio,neq; mentio.

a l. qui ex vico. ad municip.
b arg.l. ſi quis. §.pen. ff. qui & à quib. Iaſ. l. iuriſgentiū.§. ho. die. verſic. 13.ff. eod.
c Arg.c.terrulas 12.q.2.
d Io. de Ana cō ſil. 81. Corſet. tract. de poteſ. reg.quæſt.4.
e d.§.præterea. vbi Iſernia.
f c.in noſtra.de iniur. Iaſ. l.5.ff. eod.
g Igneus rep.l. donationes q.j de do.int.vir.
h Soc.conſil.4. in 3 vol.
i l.ſi vnus.§. pactus ne.ff.eod.
k l.iij.§.pen.de iti.actu.priua.
l Bart.l.hoſtes. de captiuis.
m l.j.§.de dedit. lib.toll.
n Ana.conſ.81. Soci.d.cōſ.4.
o Dec.conſ.410.

LEX XXVI.

IIDEM AVGG. & CC. *Corneliæ.*

PActum ſucceſſorum debitoris ex lege XII. tabul. [d] ad æs alienum hæreditarium proportionibus, quæſitum ſingulis ipſoque iure diuiſum, inſolidū vnum obligare creditori nō poteſt: qđ & in honorario ſuccedentibus iure locum habet. ¶De chirographis itaq; cōmunib. exhibēdis cum cohærede, vel non perfectis in diuiſione placitis, cōuenire, quāti tua intereſt, potes. PP. III. Id. Octob. Var. CC. COSS.

LEX XXVI.

1 *Obligatio debitoris inter hæredes pro portionibus diuiditur hæreditarijs.*
2 *Conditio, ſub qua vſuræ promittuntur, actum indiuiduum facit.*
3 *Hæres debitoris,quod ſupra portionem ratam impendit, repetere poteſt.*
4 *Si vnus hæredum deſinat ſoluendo eſſe, alij pro eiuſdem portione conueniri nequeunt.*
5 *Ex bonis defuncti reſtitutio ſemper fieri debet eorū, quæ illicitè ablata ſunt.*
6 *Eadem obligatio manet in hæredibus diuiſa, quæ erat in defuncto.*
7 *Ea, quæ iuris ſunt, à lege propriè transferri poſſunt.*
8 *In obligationibus indiuiduis diuiſio nulla recipitur.*
9 *Obligationibus faciendi hæredum quilibet inſolidum tenetur.*
10 *Obligationes dandi per legem XII. tabul. diuiduntur.*
11 *Hæres extra ſuam partem pro extraneo habetur.*
12 *Obligatio ab hærede nata minimè diuiditur.*
13 *Obligatio facti non oritur antequam hæreditatem adierit ſucceſſor.*
14 *Id,quod intereſt,& pœna,acceſſoria ſunt facti.*
15 *Teſtator grauans vnū ex hæredibus, vt ſatisfaciat creditori,non liberat cæteros.*
16 *Mulier prælegatam ſibi dotem ab vno, cum omnibus vtiliter pro rata portione experitur.*
17 *Ratihabitio priuati,ius publicum non inuertit.*
18 *Agens de facto,reo non excipiente obtinet.*
19 *Duūmuiri conuentione facta vt alterius tantum periculo dentur tutores, faciunt illum, de quo conuentum eſt, primo conueniendum eſſe.*
20 *Duūmuir ordinis beneficio caret, & inſolidum pupillo tenetur.*

PACTO SVCCESSORVM.) [a] ¶ Ex lege.
1 † Diuiditur ergò debitoris obligatio inter hæredes pro portionib. hæreditarijs [p]. Ideóq; de ea, qua alius ipſi defuncto attinebatur [q], nec ex perſona hæredū conditio obligationis idcirco mutari exiſtimatur [r], cùm & principalis ipſe partem ſoluere (vt Fulg. aduerſus pleroſq; ſentit) potuiſſet, ſi modò ſub conditione non fuiſſet
2 debitū [s]:† cōditio enim, ſub qua vſurę promittūtur, actū indiuiduū facit [t], qui aliàs propter naturā obligationis dandi partiū pręſtationē reciperet [u].
3 † Hincq; traditum eſt, ſi aliquis ex cohæredibus totū æs creditori debitū ipſe ſolueret, conB dictione indebiti, qđ ſupra ratā portionē impendit, repetere poſſe [x]:& vice verſa, ſi vnus ex cohęredib. creditoris exigat partē ſuā à debitore, qui deinde nō ſoluendo ſit, haudquaquā cōferre cohæredib. qđ recepit teneri: ſibi enim imputent negligentes, cū diuiſio ſtatim legis autoritate facta ſit [y].
4 † Qua ratione & ſi vnus ex debitoris hæredibus non ſoluendo efficiatur, non poterunt cohæredes pro eius portione conueniri [z]. Qua tamen in re, ex æquitate iuris canonici, vt deC functi anima exoneretur, aliud quandoq; receptum eſt, tenebiturq; cohæres, quatenus in hæreditate eſt, pro eo cohærede, qui ſoluendo non ſit, ſaluti autoris ſui prouidere [a], quoniam iuris ciuilis hæc diuiſio, nullam in diuino iudicio locum habet [b]:
5 † ſed ex bonis, quæ defuncti fuerunt, ſemper eorum, quæ illicitè ablata ſunt, reſtitutio fieri debet [c]. Quòd ſi ſalutis æternæ periculum aliquod non ſubſit, vt quia iam de eo ſit deſperandum [d], diuiſionem legis autoritate faD ctam obſeruabimus.
6 † Et cùm vbiq; lex dicat diuidi huiuſmodi obligationē pro rata, conſequēs eſt, vt eadē ſit obligatio inter hęredes diuiſa, quę in perſona defuncti erat, alioqui non diceret lex XII. tabul. eam diuiſiſſe, ſed nouam induxiſſe [e]: vt meritò Cyni, Salicetiq; ſententiam probare non poſsim, eandem ex ſola fictione eſſe exiſtimantium, tanquam vera obligatio ita oſſibus defuncti inhæſerit, vt ab eo transferri non potuerit [f]:
7 † arbitror enim ea, quæ iuris ſunt, à lege E verè & propriè transferri poſſe [g].
8 † In indiuiduis tamen uerum eſt nullam huiuſmodi diuiſionis rationem eſſe [h], quod generaliter in obligationibus faciendi ſolet tradi, cùm de eo agitur, vt factum ipſum præſtetur [i]. Proinde in his poterit teſtator vni ex hæredibus ſuis totū ſtipulari, cùm tamē nemo ſtipulari poſsit vni tantùm ex hæredibus dari [k]:
9 † differentiæq; illa eſt ratio, ꝙ cùm obligationes faciēdi indiuiduæ ſint, quilibet hæredū pſonā defuncti inſolidū ſuſtinet:
10 † F at in obligationib. dandi, quia p legē XII. tabul. diuiduntur, nō niſi pro parte hæreditaria repræſentatur teſtator,
11 † & extra illā hæres pro extraneo habet [l], cōſtat aūt extraneo ſtipulari nos nō poſſe [m].
12 † Cęterùm & in obligatione quę in teſtatoris perſona nunquam cœpit, ſed ab hærede orta eſt, non exiſtimarim vllam fieri diuiſionem, quoniam

p l.j.§.ſi cer.pe.
q l.ea.quæ.§.fa. mil. ercif.
r l.ij.§.ex his.de verb.oblig.
s l.tutor.§.Lucius. vbi Fulg. de vſur.
t l.qui fundus. de cond. & demonſt.
u d l. ij.§.& harum vbi dixi.
x l.ſi teſtamēto. §.j.de fideiuſſ.
y l.fin.§. depoſ.
z l.legatorū.de leg.ij. Ang.conſil.230.ij.dub.
a c.tua vbi Hoſtien.de vſur.
b c.in literis de rapt.c.nobis.ij. in fin.de ſenten. excom.
c Anch.reg.peccatū.chart.pen. in ſexto. Aret. d.§.j.
d c. quia in omnibus.de vſur.
e Bald.auth.de functo. col.j.ad Tertull.
f l.quis ergò.in fin. de pecul.
g l.ſi maritus.§. legis Iuliæ. vbi Bar de adult.

h d.l ij.§. ex his. i l. ſtipulationes non diuiduntur de verb. obligat. k l.continuus §.fin.eod.tit. l l.cum à matre.§. de rei vend. m §.alteri Inſtit.de inutil ſtip.



quoniā lex eas diuidit, quæ à teſtatore transfunduntur [a]: diuiditur enim quod vnū fuit, nō quod nunquā fuit. Quapropter ſi promiſero, neq; per me, neq; per hæredem meum fieri, quò minus iure agere poſsis, in ſolidū in id, quod intereſt, vel ad pœnam agetur, nec diuiſioni pro portione hæreditaria locus erit [b], quoniā huiuſmodi obligatio per me nō fieri, ad hæredem non tranſit [c], meritò hæredis actio neceſſaria fuit: quia principali moriente eius obligatio extinguitur, incipitq; noua oriri, qua hęres ipſe potuit à teſtatore alligari [d], cenſeturq; hæres tāquā principalis, vnde nulli diuiſioni eſt
13 locus, ꝙ à me alibi diffuſiùs diſputatū eſt [e]:† & ſicut obligatio ipſa facti, qua hæredē adſtrinxi, nō
14 antè oritur, quàm ille hæreditatē adierit. † ita & de pœna, uel eo, ꝙ intereſt, dicēdū, quę ad ipſum factum acceſsionis inſtar obtinent. Specialiter quoq; in dote receptū eſt, vt ab vno ex hæredibus, legato cauſa compenſandi uxori relicto, aduerſus eū ſolū experiri vxor poſsit, & dotē qua-
15 tenus in legato eſt, vendicare [f].† Sciendū eñ eſt, adeò regulæ legis noſtræ efficacem vim eſſe, vt etiā ſi teſtator vnū ex hæredib. ſatisfacere creditorib. hæreditarijs iuſſerit, nihilominus omnes teneantur, diuiſioq; pro rata fiat [g]: quia cùm de ſuo quicquā creditoribus nō leget, quod ad eos attinet, nullū eſt id legatū [h], & à lege diuiſam actionē, idcirco aduerſus illū ſolū intendere non poteſt, quia id teſtator ordinaſſe, ipſorū inter ſe hæredū reſpectu magis videtur, quā vt creditori cōſuleret [i]. At in propoſita ſpecie cùm quis dotē vxori ab vno prælegat, videtur etiam vxori conſulere voluiſſe, ſaltem ratione tēporis, vt expeditiorē exitū res habeat [k], capiturq; ſuadente æquitate, mixto dotis vltimæq; volūtatis fauore, hæc
16 pręſumptio [l].† Quapropter ſi intereſſet mulieris cū omnibus potius pro rata experiri, audiendā putarē [m]. Dixerit aliquis, cùm teſtator vni ex hæredibus iuſsit, vt creditorib. ſatisfaceret, cur approbare hāc defuncti voluntatē ipſi nō poſſunt, & quā habent actionē inſolidū aduerſus grauatum intendere? an quia quod nomine creditorū geſtum non eſt, ratū haberi ab eis nō poteſt [n]? an
17 quia actio ex teſtamēto à lege datur,† & à lege diuiditur, meritò ratihabitio priuati ius publicum nō inuertit [o]? Si tñ creditores inſolidū aduerſus eum hæredē, qui ſolus ſoluere damnatus eſt, agerent, & ille de hac legis diuiſione non exciperet,
18 obtinere deberent [p]:† quia agēs de facto, reo nō excipiente obtinet [q], maximè ſi ei verè actio cōpetijt, licet nō eo modo, quo aduerſus reū intentata eſt [r]. Si uerò reus exciperet, tunc creditor vl-
19 tra ratam portionē petens ſubmoueretur. † Sed cur hoc caſu diuerſum ab eo, quod de duūuiris dicitur, traditum eſt? qui ex neceſsitate municipalis officij ſuo periculo tutores pupillo dare tenentur, & tamē ſi inter eos cōuenerit, vt alterius ſolùm periculo dentur, is de quo conuentum eſt priùs cōueniri debebit [s]: ergò eadē ratione priùs conueniendus erit, quem teſtator iuſſerit, uel is, de quo inter partes ipſas actum eſt, vt ipſe ſoluat,
20 aliosq; cohęredes indēnes præſtet.† Sed reſpondendū eſt aliud in duumuiro eſſe, qui pupillo, cū beneficio ordinis careat, inſolidū tenetur [t], & actione tantū ſubſidiaria [u]: aliud in hiſce cohæredib. quorū obligatio diuidua eſt, nec ſubſidialis

a Bar.l.iiij.§.Cato. 6. quæſt. de verb.oblig. Pet. & Imol.§.ſi.
b l.hæredes.§.in illa. fam. erciſc.
c l.ſtipul.iſta habere.§. ſi quis ita. & ſequ. de verb.oblig.
d d.l.cōtinuus. §.fin.
e In §.Cato.l.4. ff. de verb.obl.
f l.cum ab vno. de leg.ij.
g l.ſeruo legato.§. ſi teſtator. d.leg.ij.
h l.ſi creditori. de leg.j.
i l.ſi filia.§.ſi patr.fam.er.
k l.j.de dot.prę leg.
l Bald.nouel.in tract.dotis parte §.priuil.33.
m l.ſi vni.§. idē Papi.fam.erc.
n l.ſed ſi pupilli.§. ſed ſi ego. de neg.geſt.
o l.cerdonē.de oper.liber.
p Arg.l.j.§.eo.
q l.poſthumus. §. ſi quis. de in offic.teſta.
r d. l. ij. & l.Iulianus.§. quantum ad exhib.
s l.j.§.ſi inter.de mag.conuen.
t l.in magiſtratus.ff.eod.tit. not.l.j.§.tit.j.
u l.j.et ij.§.ſi tut. non geſſ.

L.26. Pactū ſucceſſorum.

LEX XXVII.

1 *Pactum nudū cohærentia ſtipulationis non munitur.*
2 *Pacta in contractus ſtricti iuris actionē nō informāt.*
3 *Simplex proteſtatio ad ſolos actus producitur, qui in continenti ſequuntur.*
4 *Stipulatio pacto adiecta, ad præſentia tantùm trahitur.*
5 *Pactum nonnunquam ex interuallo appoſita ſtipulatione limitatur.*
6 *Quæ facultatis ſunt, nullo tempore perimuntur.*
7 *Omni actioni generaliter triginta annis præſcribitur.*
8 *Ius offerendi præſcriptione triginta annorū excluditur.*
9 *Præſcriptioni renuntiari nemo poteſt.*
10 *Iure canonico malæ fidei poſſeſſor nunquam præſcribit.*
11 *Vſucapioni locus non eſt, quando id actum eſt, vt perpetuò offerre liceat.*
12 *Ius offerendi perpetuò conceſſum, videtur præſcriptionē excludere.*
13 *Pactum incontinenti appoſitum informat actionem.*
14 *Pactum aduerſus fauorem actionis, non informat eandē.*
15 *Cùm pactum & ſtipulatio non ſunt ſeparata, alterum alteri auxilio venire poteſt.*
16 *Pactum rei interuentu ueſtitū, præſtat actionē præſcriptis verbis ſecundum quoſdam.*
17 *Quando ex pacto actio nominata competit, præſcriptis verbis regulariter non agitur.*
18 *Vſuræ, quæ iuſtum pretiū laboris rependunt, ſunt licitæ.*
19 *Stipulatio pœnalis nudum pactum veſtire nequit.*
20 *Verba, quanti res erit, ad æſtimationem referuntur.*
21 *Contractus à principio nudus non munit pactum.*
22 *Pactum faciendi, rei interuentu confirmatur.*
23 *In pacto conditionali, niſi conditio eueniat, pactum non munitur.*
24 *Venditio conditionalis, ante euentum conditionis venditorem conſtituit in periculo rei.*
25 *Poſtquā euenit conditio, veſtimento cohærētiæ locus eſt.*
26 *Cùm de alterius præiudicio nō agitur, ad tempus contractus retrò trahitur.*
27 *Ante euentum conditionis, verè nec actio, nec obligatio oritur.*
28 *Contractus de dote reſtituenda conditionalis eſt.*
29 *Contractus purè celebratus, cui pactū cōditionale ineſt, præſtat actionem ex contractu.*
30 *Contractus acceptilatione peremptus, pactum quoq; nudum eidem adiectum perimit, ne ex eo agi poßit: niſi ſpecialiter aliud actum ſit.*
31 *Emphyteuta, qui ob canonem non ſolutū à meliorationibus cecidit, etiam à pacto luendi cecidiſſe æſtimatur.*
32 *Pactū quando contractus pars eſt, etiā cū eo perimitur.*
33 *Pœnæ locus nō eſt in contractibus, niſi quatenus expreſſè actum eſt.*
34 *Pœnæ debent reſtringi.*
35 *Pœna principalem contractum reſpiciens, ad pactum nō debet porrigi.*
36 *Pactum contractus pars cenſetur legis interpretatione.*
37 *Quando de pœna uitanda agitur, ad uocis proprietatē attendimus.*
38 *Emphyteuſis dominus directum tantùm dominium amittit pacto, non meliorationes, teſte Alciato.*
39 *Dominus emphyteuſis meliorationes culpa emphyteutæ acquirit.*

40 *Condicens indebitè ſolutum, meliorationes à poſſeſſore de alio occupatas non repetit.*
41 *Meliorationes ex propria culpa lucrifactus, emphyteuta non repetit.*

PETENS.) Conuenim⁹ ſimul, vt fundus meus cum tuo permutaretur, atq; ita

L. XXVII.
IIDEM AVGG. ET CAESARES
*Aurelio Chreſimo.*

vtrinq; ſtipulati ſumus: item etiã incõtinenti pa
1 ctus ſum pro te ire Romã: † hîc traditur pactũ co
hærentia ſtipulationis muniri, & actione ex ſti-
pulatu inde agi poſſe: & ita cõmuniter hæc con-
ſtitutio declarat̃, cenſuitq; Bart. hæc procedere,
etiã cùm eiuſdẽ fauorẽ pactũ & ſtipulatio reſpi-
ciũt, nec attendi, an habita pacti ad ſtipulationẽ
relatione, cõtractus innominatus oriatur, an id
minus, ſemper enim muniri pactũ. Verũ hæc po-
ſitio legẽ quidẽ noſtrã non interpretat̃, ſed nouã
potius cõdit, verbis enim nõ quadrat. Lex, idem
in ſtipulatione deductũ, quod in pacto, dicit: in-
terpretatio, de diuerſis actũ cenſet. Lex incontri-
nenti pactũ ſubſequi requirit: interpretatio, etiã
incõtinenti pręcedere fingit. Lex, differentia in-
ter ſtipulationẽ & pactũ cõſtitura, ex ſtipulatio-
ne peti ait: interpretatio ex pacto agi cõminiſci-
tur. Et licet Alex. & Deci. utcũq; cõmunia tueãt̃,
nos tñ decet ea potiſsimũ ſequi, quę vltro ex ver
bis indicant̃, cùm aliàs nihil tã abſurdũ ſit, quod
2 argutijs extorqueri non poſsit. † Adde, quod ſu-
prà cẽſuimus[a]. pacta in cõtractu ſtricti iuris actio
nẽ nõ informare, vt meritò hic intellectus à no-
bis probari nequeat: ſicut nec Ang. Salicetiq; ni-
hil quod dicit̃, πρὸς ἔπος facientes opiniones, quas
ab Alex. confutatas cernere eſt. Videnẽ mihi cer-
tè pleriq; ex noſtratib. clariſsimæ cõſtitutionis
verba, quod in ſe fuit, tenebris inuoluiſſe. Ex ve-
terũ igitur ſententia, quã Fulg. Paul. Iaſonq; ſe-
quunt̃, pone: Tecũ quibuſdã pactionib. cõueni,
fortè vt mihi fundũ intra certũ tẽpus venderes,
vt de euictione caueres, vt ego tali & tali die tot
pecunias ſoluerẽ, & ſimilia: deinde, quia ſciebã
ex hiſce pactis actionẽ nõ dari, ſtipulationẽ adie
cimus[b], hæc omnia vti pacta cõuenta ſunt, dari
fieri ſpopondit Titius, ſtipulatus eſt Alciatus[c]:
quæſitũ eſt, cuius effectus erit hæc ſtipulatio? Et
reſpõdet̃, ex ea agi poſſe nõ ſolũ ad omnia pacta
præcedentia, ſed etiã ſi qua incõtinenti ſubſecu-
ta ſunt: vndę apparet ad ea, quæ ex interuallo ce
lebrata fuerint, nõ trahi: nam & cõmuniter rece-
ptũ eſt, † ſimplicem proteſtationẽ ad ſolos actus
3 produci, qui incontinenti ſequunt̃, nõ qui ex in-
teruallo[d], niſi verba generaliter futurũ tẽpus re-
ſpiciant[e], vel natura actus aliud ſuadeat[f]: quod
4 & in hoc exẽplo dicendũ eſt, † nõ enim videt̃ ea
fuiſſe cõtrahentiũ mens, vt ſimplex hæc ſtipula-
tio ad futura ex interuallo pacta trahatur, ſed ad
præſentia tantũ, & ea quę incõtinẽti ſequãtur[g]:
qm̃ verba hãc interpretationem poſſunt accipe-
re[h], & de eis, quę incõtinenti ſequũtur, cogitatũ
quoq; à principio præſumitur[i], quod & Para-
dox. lib. V. Cap. II. docui[k], nec me mouet Bar. au-
toritas, fruſtrà in eo laborãtis, vt oſtendat, † ſtipu
5 lationẽ à pacto quoq;, quod ex interuallo ſequa-
tur, limitari, declarariq; poſſe[l]: qđ vtiq; fateor,
quoties hoc actũ à partibus credibile eſt, vt pro-
pter generalitatẽ verborũ[m], vel qa natura actus
id ſuadeat[n], quod in exẽplo noſtro[o] nõ eſt, vnde

a l. in bonæ fidei. ꝟ. cod.
b l. Titia. §. fi. de verb. obligat. l. duo. pro ſoc.
c l. iuriſgent. §. quod ferè. ff. eo.
d Bar. l. nõ ſolũ. §. morte. col. iiij. de ope. noui nunt.
e l. ſi ita ſtipulatus. ij. de fideiuſſ.
f l. cũ apud. iud. ſol.
g arg. l. ſi ita fuero. §. fin. cum l. ſeq. de nouat.
h Alex. l. is qui hæres. §. neque filius. §. not. de acquir hæred.
i l. ſi vẽtri. §. fin. de priuil. cre.
k Socin. conſil. 272. col. 4.
l l. iij. ꝟ. de ædil. actio.
m d. l. ſi ita. ſtip.
n l. qui pecuniã. ſi cert. pet.
o l. quidã cũ filium. §. fin. de verb. oblig.

nodus in ſcirpo minimè quærendus fuit: qua ra-
tione Accurſ.* argumẽtũ ſubmouetur, q vel pòſt
mille annos conueniri declarariq; ſtipulationẽ
poſſe exiſtimauit. † Adnotãtq; ex eo Doct. aduer
ſus declarãdi facultatẽ nullo tempore præſcribi 6
poſſe, ſiue q, quę facultatis ſunt, tẽpore nõ perimuntur[p], ſiue q, hæc declaratio à libero arbitrio pẽdet, vnde præſcri

PEtens ex ſtipulatione, quæ placi-
A ti ſeruandi a cauſa ſe-

ptione nõ extinguitur[q]. † Sed ego non temere à 7
regula recedendũ arbitror, quæ generaliter prę-
ſcriptionẽ XXX. annorũ induxit aduerſos om-
nes actiones: vnde cùm ex hac declaratione oria
tur cõtra alium actio, ſequitur nõ meræ faculta-
tis eſſe[r], nec liberi arbitrij[s], vt quæ in alterius
præiudiciũ tendat, meritò præſcriptioni locus
erit[t]. † Idemq; in iure offerendi dicendũ eſt: rece 8
B ptũ enim eſt, alienato fundo, cum pacto, vt obla-
ta pecunia redimere eũ fas ſit, lapſis triginta an-
nis, excludi venditorẽ[u], & retrò vendẽdi obliga
tioni, qua emptor tenebatur, prę́ſcriptione tẽpo
ris derogatũ cenſeri[x]. Sed quid ſi adiecta fuerit
clauſula, abſq; vlla præſcriptione? † Et Bald. atq; 9
Ang. idem reſponderũt[y], tanquã præſcriptioni
renũtiare nemo poſsit[z]: quę ſentẽtia iure noſtro
receptior eſt. † Sed cùm hac in materia hodie ad 10
ius canonicũ attendamus, videtur nulli præſcri-
C ptioni locum eſſe, cùm deficiat bona fides[a]: tali
enim pacto, ſaltem indirectè, propter malã fidẽ
poſſeſſoris, impeditur prę́ſcriptio[b]. & ideò Fulg.
Fab. And. Sicul. Crotusq; ex facto pro venditore 11
reſponderũt[c]: quæ ſentẽtia æquiſsima eſt. † For-
tius cẽſuit qñq; Bart. Hug. q;, nec tum quoq; vſu-
capioni locũ eſſe, cùm id actũ eſt, vt ſemper, vel
quandocũq;, vel in perpetuũ offerre liceat[d]: † li- 12
cet enim huiuſmodi dictiones quandoq; reſtrin
gantur[e], cùm tñ lapſui tẽporis ab homine adij-
D ciuntur, neceſſariò de prohibitione præſcriptio-
nis intelligi debẽt[f]: nec enim veriſimile eſt, alia
ex cauſa additas fuiſſe[g], qđ & Angel. & alij cen-
ſuerunt[h]: in qua tamen re, ſcio plurimos eſſe qui
reclament. Sed hãc ego ſententiã vti æquiorem,
& conſcientiæ aptiorem, libentiùs ſequor.
a ¶ Placiti ſeruandi.) † Sed an indiſtinctè verũ 13
eſt pacta incontinenti cõtractui adiecta actionẽ
informare? & quatuor caſus excipiũt hîc Doct. † 14
Primus eſt, cùm pactũ ei damnũ infert, cuius fa-
E uoré actio ex cõtractu reſpicit. Finge: Centũ tibi
mutuaui, vnde certi condictionẽ conſequor, &
præterea promiſi pro te Romam ire, tunc nullus
erit informationi locus: quia abſurdum eſt actio
nẽ certi cõdictionis, mei fauore introductã, con-
tra me dari, vt pactũ eundi Romã obſeruem[i]: &
ita ferè omnes ſentiũt. Cõtrà Decius actionẽ qui
dem nõ informari cùm cæteris ſentit, ſed cõtra-
ctum ipſum informari, & ideò noua ex cõtractu
actione agi poſſe[k]. Ego hãc Decij ſententiã ꝓba
F re nequeo, ſiue qa tale pactũ videatur abſq; cau-
ſa eſſe[l], ſiue quia nihil ad ingreſſum, ſeu materiã
cõtractus facit, & legẽ cõtractui nõ dat[m]. † Imò 15
cùm hæc ſeparata ſint, alterũ alteri nullo erit au
xilio[n]. Sed pone nõ eſſe ſeparata, & tũc ſecùs e-
rit[o]: vt ſi tu ex mutuo mihi vſuras præſtes, qa pa-
ctus ſim Romã ire: ſentit enim hoc caſu Accurſ.
pactũ hoc ineſſe cõtractui ſtipulationis[p], & ideò
illũ informari, vt noua actio ex ſtipulatu ꝓpter
pactũ detur[q], † qđ Decius hîc declarat, & mihi 16
nõ diſplicet, quãuis pleriq; agi præſcript. verbis
exiſtiment,

* l. quia ratio. de cond. inſtit.
p l. viij. ff. de via pub.
q l. in rem mandata. C. mand. gl. & Bald. l. j. ꝟ. de an. except.
r Bart l. j. col. j. ff. de cõd. ex le.
s Bart l. cũ notiſsimi ꝟ. de præſcript. xxx. an.
t Imol. & Alex. l. quandiu. in prin. de acq. hæred.
u d. l. cũ notiſsimi. §. j.
x Mod. hîc Socin. conſ. 203. col. j.
y Bald. 303. in 1. Ang. cõſ. 55.
z Bart. l. nemo. de leg. 1.
a c. fi. de præſcr.
b Bart. d. l. nemo. vbi Crotus.
c Fulg. 123. Barba. conſ. 51. in 2.
d l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita. de ædil. ed. vbi Bald.
e l. in cognitione ad Sill. c. j. de feu. dat. in vice l. comm. inſt. de perp. & temp.
f d. §. ſi quis ita.
g l. j. de vſucap.
h l. cũ ita ſtipulatus ſim mihi à Proc. de verb. obliga. Cepol. cauti. 68. ſi potẽs. in fin.
i Arg. l. quod fauore. de legib.
k l. lect. vbi Bartol. col. final. ſi cert. pet.
l l. ij. §. circa. de dol. except.
m d. §. qnimò.
n l. ij. ꝟ. de euict.
o l fundi partẽ. de contr. empt.
p Bal. d. l. lecta. col. fin.
q l. ſcire debemus. de verb. oblig.



exiſtimẽt, tanquã rei interuẽtu muniatur pactũ:
eius enim habita ad dationẽ vſurarũ relatione,
cõtractus innominatus reſultat, do ut facias: me
ritò & huic actioni locus ex eorũ ſentẽtia erit[a]. †
Sed ipſe ſuprà oſtendi, quoties ex pacto actio no
17 minata cõpetit, prę
ſcriptis verbis agi
regulariter nõ poſ-
ſe[b], eritq; licita hęc
vſurarũ etiã hodie
receptio: non enim
ꝓpter mutuũ ſolui
18 uidentur, ſed ut eã Romã; † quod intelligendũ,
ſi nõ grauiores ſint quã vt iuſtũ laboris pretium
mihi repẽdãt[c], licet Salic. hîc aliter ſenſerit, quẽ
recentiores iure cõfutant: alioqui facilis via fœ-
neratoribus patẽret, qua fraudẽ legi facere poſ-
19 ſent. † Secũdus caſus eſt, cùm pactũ nudum præ-
cedit, ſtipulatio pœnalis ſequitur: non enim mu-
nitur pręcedẽs ſi ſtipulatione pœnali[d], quæ ideò
acceſſoria dicitur, quia ex facti in obſeruatione
ipſa cõmitti incipit, & idcirco nõ poteſt pactum
munire, cùm contrahentiũ mẽs reſiſtat[e], qui ſti-
pulationi locũ eſſe noluerũt, ſi pacto cõuenta nõ
præſtarentur. Cõditionalis enim ſtipulatio, quæ
in pœna adhibet̃, vim diſiunctiuę habet[f]: & ideò
altera pars, vtpote ſeparata, alterã nõ informat[g]:
qua ratione & idẽ dicendũ eſt, cùm quis nõ ſim-
pliciter pœnã ſi id factũ nõ ſit, ſtipulatus eſt, ſed
quanti ea res erit[h]: † quæ verba nõ tã ad id, quod
20 intereſt, quàm ad rei æſtimationẽ referuntur[i]. †
21 Tertius caſus eſt, qñ contractus à principio nu-
dus fuit, nõ poteſt pactũ munire, ne alteri fomen
tum tribuat, quod ipſe tunc nõ habuit[k], tametſi
is contractus deinde robur aſſumpſerit: vt cùm
pacto tecũ conueni tibi fundũ dare, tu mihi do-
mũ, deinde incontinenti aliquid, pro te facere,
quãuis enim ex interuallo pactũ permutationis
rei interuẽtu confirmet̃, nõ tñ pactũ faciendi co-
22 hęrentia muniet̃. Sed an & ipſum rei interuentu
firmabitur, tanquã pars pręcedẽtis[l]? † Et receptũ
eſt firmari, quoniã habita eius ad permutationẽ
relatione, cõtractus do vt facias, reſultat. Sed an
hic caſus etiã eò pertineat, cùm qs ſub contractu
23 conditionali pactũ adijcit purè conceptũ? † Et ſi
cõditio nõ euenit, fatentur omnes cohærẽtia cõ
tractus pactũ nõ muniri, multò fortius nec actio-
nem vllã informari, cùm nulla ſit quę informari
poſsit[m]: qđ intelligendũ eſt, niſi actũ appareat,
ei pacto ſolã cõditionis ſpẽ dubiũq; euentũ repẽ
di. tũc enim ex Bart. ſentẽtia ſaltẽ rei interuẽtus
veſtimento locus eſſet[n]? exẽpli cauſa, cùm equũ
purè venditurus eſſem, vt tibi morẽ gererẽ, uen-
24 didi ſub cõditione, ſi nauis ex Aſia venerit, † quo
caſu ante euentũ cõditionis mortis periculũ ad
me ptinet[o], vnde volui viciſsim te mihi obliga-
ri, vt pro me ad talem locũ ires: certè hoc caſu eo
ipſo q, ſub cõditione vendidi, ſpemq; hanc in te
tranſtuli, quantũ ſit pacti reſpectu, dicor ex parte
mea adimpleuiſſe, & tanquã ſub conditione vẽ-
dendo fecerim, præſcrip. verb. aduerſus te agã, vt
tu quoq; facias, id eſt, ad eũ locũ eas: quæ ſenten
tia vera eſt[p]. Sed qđ ſi cõditio cõtractus euenit?
25 † Et communiter aiũt veſtimẽto cohærẽtię locũ
26 eſſe, qđ ipſe intelligo qualiſcũq; ſit ſeu fortuita
ſeu voluntaria conditio: † cũ em̃ de alterius præ-
iudicio non agatur, ad cõtractus tẽpus retrò tra-
27 hitur[q], & vſq; à principio cenſetur actionẽ cõpe
tijſſe. † licet verè ante euẽtũ cõditionis nec actio
nec obligatio naſcatur[r]: vnde cõſequens eſt, vt

a l. cũ te. de pactis int. empt.
b dixi ꝟ. l. in bonæ fidei.
c Arg. not. in l. ſi donatione ꝟ. de collat.
d l. ſi pacto quo. ꝟ. eod.
e l. non omnis. ſi cert. pet.
f l. cum ita legatur. de op. lib.
g l. hęc verba, ille. de verb. ſig.
h l. nuda. ꝟ. de cõtra. ſtip.
i l. hæc verba. de verb. ſig.
k l. traditio. de acq rer. dom.
l d. l fundi partem.
m d. l. traditio.
n arg l. ſi in venditione. de per. et cõm. rei ven.
o l. neceſſariò §. quod ſi pendente. verſ. planè. eod tit.
p Alexan. d. l. lecta. col. antepenult.
q l. potior. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig.
r l. cedere de verb. oblig.

cuta eſt, ſeu anteceſ-
ſit pactũ, ſeu pòſt ſta-
tim interpoſitũ ſit, re
ctè ſecundum ſe fer-
ri ſententiam poſtu-
lat. S. VI. Id. No-
A uem. Heracleæ, C C.
COSS.

ſi in cõtractu dotis paciſcar, vt dos ſoluto matri
monio ante tẽpus lege cõſtitutũ reſtituatur, mu
niatur pactũ[s]: † cõtractus em̃ dotis, quod ad reſti
tutionẽ attinet, conditionalis eſt, ſi matrimoniũ
ſoluat̃: quæ cõditio reſpectu mortis à caſu, reſpe
ctũ diuortij ab alterius voluntate pendet[t]. Sed quid in caſu cõtrario, cùm cõtract⁹ purè celebratur, cui pactũ conditionale ineſt? † Et vi
deretur ſoli actioni præſcript. verb. locũ eſſe, nõ 29
aũt actionẽ ex cõtractu informari[u]: quod tñ con
trà receptũ eſt[x], vbi ſcilicet pacti cõditio iã eue-
nerit: ſed hac de re à nobis alibi tractatũ eſt[y]. † 30
Quartus caſus eſt, cùm pacto nudo cõtractui ad-
iecto, ipſum cõtractũ acceptilatione quis pimit:
nã nec ex pacto qdẽ agi tñ poterit[z]; quod in con
B uentione intelligendũ contẽplatione cõtractus
facta[a]: liberatus enim ab eo, quod in cõtractu de
ductũ eſt, etiã à tali pacto liberatus cenſetur[b]. qđ
ſi in pacto veriſimiliter actũ eſt, vt etiã abſq; con-
tractu valeat, ſecùs eſt[c], quo caſu Accurſ. ſentẽtia
cõmuni opinioni cõciliari poteſt: licet enim pa-
ctũ à contractu ueſtitũ ſit, eaq; contractus cauſa
ceſſet, nõ tñ pacti effectus iam conſummatus cõ-
uelli debuit[d]: & acceptilatio cõtractũ perimẽs,
ad pactũ tanquã rẽ diuerſam extẽdi nõ poteſt[e],
C ſicut nec pactũ de vna re ad aliã producitur[f]: &
qui plurib. remedijs innititur, alio amiſſo, alijs 31
vti poteſt[g]. † Vnde tractari ſolet, an emphyteuta.
qui ob canonẽ non ſolutũ à meliorationibus ce
cidit[h], etiã à pacto luendi cecidiſſe intelligatur,
ſi quod cum dño conuentũ habebat. Et Cepolla
cenſuit, etiã à pacto in cõtractu appoſito emphy
teuſi cecidiſſe[i]: † cùm enim pactũ cõtractus pars
ſit, qui à cõtractu cadit, & ab eo cecidiſſe intelli- 32
gendus eſt[k]. † Cõtrà reſpondit And. Sicul.[l] quia 33
D pœnæ locus nõ eſt, niſi quatenus expreſsim cõn
ſtitutũ reperiatur[m]: † ſunt enim reſtringẽdę, du- 34
rumq; eſt, eũ qui ab emphyteuſi cecidit, à pacto 35
quoq; cecidiſſe intelligi[n]: † & pœna reſpiciens 36
principalẽ cõtractũ, ad pactũ porrigi nõ debet[o]:
† nõ enim verè & naturaliter pars cõtractus eſt,
ſed ſola legis interpretatione, quæ videri ineſſe 37
ait[p], cùm propriè ex ſe contractus innominatus
ſit[q]: † at vbi de pœna vitãda agitur, ad vocis pro-
prietatẽ maximè attendimus[r], vt meritò exclu- 38
E ſus ab vno capite, ab alio excluſus nõ cẽſeatur[s].
In quam ſententiã & Iaſ. ferè accedit[t], neq; non
alij recẽtiores[u]. † Ego de vtraq; hac ſentẽtia du-
bito, videretur enim dñm in id ſolùm adigi poſ-
ſe, vt directũ dominiũ vendat, non aũt meliora-
tiones, de quib. in pacto nihil actũ eſt, cùm tẽpo-
re contractus hæ dñi non eſſent, ad quod tẽpus 39
attendendũ eſt[x], † præſertim cũ meliorationes
culpa ipſius emphyteutæ acquiſierit: de quib, co 40
gitatũ fuiſſe nõ eſt veriſimile[y], alioqui impunè
F potuiſſet emphyteuta ceſſare: † nã & ſi ei, qui cõ-
dictione indebiti nudã fundi proprietatẽ à ſe ſo- 41
lutã repetit, ius non eſt, meliorationes interim à
poſſeſſore de alio occupatas repetere[z], † multò
min⁹ videtur id iuris eſſe, vt ex propria culpa lu-
crifactas hoc caſu ille repetat, redimãtue: fiet er-
go aduerſus emphyteutã interpretatio, q ex ver-
bis pacti intentionẽ ſuã clarè debuit probare[a].

LEX XXVIII.

1 *Pactum nudum indebita ſolutione non veſtitur.*
2 *Quod certis annis præſtitum eſt, videtur certo animi*

L. 27. Petens ex ſtipulatione.
28
s d. §. quinimò. verſ. vtputa.
t Auth. de nup.
u l. ſi vir vxori. de præſc. ver.
x l. ſed Celſus. §. j. ff. de contra. empt.
y d. l. in bonæ fidei.
z l. cũ emptor. de reſcin. ven.
a l. fi. ff. de accep.
b l. cũ te. ꝟ. de pactis int. empt.
c l. j. ff. de euict.
d l. ſed Celſus. §. j.
d l. fi. ff. vnde li.
e l. pars. de accep.
f l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. eo.
g l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd.
h l. fin. ꝟ. de iur. emphyt.
i In tract. ſimul. præſ. n. in fi.
k d l. fundi.
l Barba. conſil. 51. in 1.
m l. at ſi quis. §. huius de reli. et ſumpt.
n Cor. conſ. 288. col. pen. in 3.
o d. l. in teſtamento. ꝟ. de cond. & demonſt.
p d. l. lecta.
q Gl. l. j. de act. & oblig.
r c. j. in fin. vbi Bal. de inſt. vaſal. qui con. cit. Bal. l. j. ꝟ. de ſucc. edict.
s Bal. l. ij. q. 8. ꝟ. de reſc. vend.
t Iaſ. l. ij. col. 1. ꝟ. de iur. emph.
u l. in bonæ fidei. ꝟ. eod.
x l. Rutilia. de cõtrah. empt.
y l. quæro. §. penul. locat.
z l. indebiti. §. fin. vbi gloſſ. & Bart. de cond. indeb.
a l. quicquid. de verb. oblig. c. in præſentia. de probat.

*iudicio factum videri.*
3 *Ex iterata pactione agi poteſt.*
4 *Filiusfamil. qui partẽ debiti ſoluit, aduerſus S. C. auxiliũ ſeſe obligat.*
5 *Qui canonem tanquam emphyteuta ſoluit, talis præſumitur eſſe.*
6 *Tempus nudum non induci obligationẽ, niſi rei præſtatio accedat.*
7 *Naturaliter obligatus perinde ac nõ obligatus habetur iure ciuili.*
8 *Scienter indebitũ ſoluens donare intelligitur.*
9 *Liberalitatem interpretamur, vt minimũ damni afferat.*
10 *Indebitè ſolutum pro donato habitũ, intelligitur de præterito tantùm.*
11 *Interuentus rei non præiudicat tradenti.*
12 *Triennij multiplex effectus eſt.*
13 *Poſſeßio triennalis ius in re præbet.*
14 *Ius feudi pro cliente præſumitur, qui tribus annis proximis ſoluit.*
15 *Actiones publici iuris ſunt, & ex nuda volũtate nõ conceduntur.*
16 *Solutiones nulla ex cauſa factæ neminẽ obligãt, niſi quatenus donatum eſt.*
17 *Alimenta triennio ex legato præſtita, etiã deinceps præſtantem obligant.*
18 *Tres præſtationes alimentorũ, ad eorundẽ obligationem inducendam ſufficiunt, niſi vltima voluntas de iure naturali non ſubſiſtat.*
19 *Alimentorũ fauor etiam ad diuites porrigitur.*
20 *Legata alimenta deportato quoq; debentur.*
21 *Dotis cauſa ſemper & ubiq; præcipua & pia eſt.*
22 *Mater filiã non dotare, ſed alere cogitur, vt & pater naturalem filiam.*
23 *Ex ſolutione vſurarũ dotis, præſumitur dotis promiſſæ quantitas.*
24 *Fauore ſtudij voluntas teſtatoris etiam imperfecta ſuſtinetur.*
25 *Fauor ſtudij ceſſat, dum aliquid contra vltimam volũtatem inducitur.*
26 *Ex longi temporis præſtatione, nõ titulus, ſed tituli qualitas præſumitur.*
27 *Alexãdro titulũ ex diuina præſtatione, præſumi placuit.*
28 *Qui ſoluit vſuras nomine dotis, dotem utiq; fatetur.*
29 *Emphyteuta ſua cõfeßione cõdẽnatur, dũ ſoluit canonẽ.*
30 *Confeßio tam principaliter quàm in vim cauſæ facta, præiudicium parit.*
31 *Qui ſecundum qualitatem actum gerit, eius veritatem agnoſcere videtur.*
32 *Præſtationes ex pacto factæ, inducunt ſolũ confeßionem præcedentis.*
33 *Cauſa præſtationi non adiecta, facit non præſumi titulũ.*
34 *Cauſa expreſſa in uim confeßionis nocet.*
35 *Vbi cauſa ex natura contractus refertur ad futurũ, oritur in poſterum quoq; obligatio.*
36 *Vnica præſtatio canonis, poſſeſſorij iudicij reſpectu præiudicatur.*
37 *Ex decennali præſtatione allegatus titulus præſumitur.*
38 *Quod præſumptæ veritati innititur, generaliter in quocunq; ſeruatur.*
39 *Apochæ omnium præſtationum requiruntur, cauſaq; omnibus inſerta.*
40 *Præſumptio ceſſat quãdo ex alia cauſa ſolutũ eſt, aliusq; allegatus eſt titulus.*
41 *Solutio cum proteſtatione, animũ obligandi defuiſſe indicat.*
42 *Error penſionis ſolutæ etiam poſt XL. annos reuocatur.*
43 *Efficacior præſumptio iuris obligationem ex præſtatione impedit.*
44 *Quoties de graui præiudicio agitur, triginta annorum præſtatione opus eſt.*
45 *Quando de tertij damno agitur, triginta annis præiudicatur tandem.*
46 *Probationes inter alios factæ, alijs non nocent.*
47 *Præſumptio in fauorem alicuius inducta, eodem recuſante, non attenditur.*
48 *Ex decennali ſolùm patientia nullus præſumitur titulus.*
49 *Ex patientia decẽnali nec liberatio præſumitur, niſi alijs coniecturis concurrentibus.*
50 *Vſusfructus eſt pars dominij.*
51 *In rebus modici præiudicij, decẽnalis patientia tituli præſumptionem parit.*
52 *Diuiſio fratrum & ſociorum præſumitur ex decennali ſeparatione.*
53 *Quando de vtilitate patiẽtis agitur, patientia tituli præſumptionem parit.*
54 *Cùm de ſolennitate extrinſecus accedente agitur, ex diuturnitate temporis & patientia præſumitur titulus.*
B 55 *Mandatum regulariter interueniſſe non præſumitur.*

## LEX XXVIII.

IIDEM AVGG. & C C. Leontio.

SI certis annis a, quod nudo pacto conuenerat, datum
A fuerit, ad præſtan-

SI CERTIS ANNIS.)[a] † Cũ quid 1
annuum tibi pacto nudo deberẽ,
& aliquo tempore ſoluiſſem, hìc
traditur, non ideò in futurũ me co
gi poſſe, pactumq́; non veſtiri. At-
qui videretur contrariũ decidi debuiſſe: † cùm e-
nim certis annis ſubſecuta ſit præſtatio, non po 2
teſt negari id certo animi iudicio factũ[a]: & ideò
C nulla eſt æquitas, quin ex pacto agi debeat. † q, ſi
ex iterata pactione agere poſſumus[b], fortius hoc 3
caſu videretur agendũ[c], propter petitã identidẽ
pluriũ annorũ pręſtationẽ, † vt qua ratione filiuſ
famil. qui partẽ debiti ſoluit, aduerſus S.C. auxi 4
lium ſe obligat[d], ea & hoc caſu idem reſpondea
tur: † nam & videmus id à noſtratibus traditũ, vt 5
qui tãquã emphyteuta ſoluit, tametſi emphiteu-
ta nõ ſit, talis eſſe præſumatur, qualem ſe dixit[e],
& in futurũ cogi, vt canonẽ ſoluat, poſsit: quod
D infrà attingã. Cur nõ & idẽ hìc conſtitutũ fuit? †
Adde quòd ſaltem rei interuentu cõfirmari hæc 6
pactio debuit[f], quòd non ineptè aliqui adduxe-
runt: nam & vt cõcedamus tempus nõ eſſe mo-
dum inducendæ obligationis[g], quam rationem
conſtitutioni noſtrę Iaſ. adducit, hìc vltra tempo
ris lapſum pręſtatio promiſsionisq́; executio ac
cedit[h], quæ non modici effectus eſſe ſolet[i]. Sed
tamen aliud legiſlatoribus viſum eſt: cùm enim
hæc ſolutio ideò à me facta ſit, vt ab obligatione
E naturali liberarer, non debet contra meam in-
tentionem me ciuiliter obligare[k], quo caſu libe
ralitas hæc mea mihi præter ſpem damnoſa eſ-
ſet[l]. † Cùm enim ſola obligatione naturali te- 7
nerer, iure noſtro perinde ac non obligatus exi-
ſtimabar[m]: quo fit, vt id, quod ſolui, indebitum
eſſet, vt hìc dicitur[n]: † ſcienter autem indebi-
tum ſoluens donare intelligitur[o]: † ãt liberali- 8
tas hæc eam interpretationem recipere debet, 9
vt quàm minimo mihi damno conſtet[p], nec vl-
F terius facta exiſtimetur, quàm ex actus geſti ne-
ceſsitate inducatur[q], † quæ quidem geſtio, ſo- 10
lùm eius, quod iam ſolutum eſt donationem in-
fert, non eius, quod futurum reſpicit[r]: quo fit,
vt appareat ſupraſcriptas rationes legis no-
ſtræ deciſioni minimè obſtare: reſpectu enim
eius, quod ſolui in poſterum conuenit, nul-
la eſt pacti geminatio, nec maior iudicij cer-
titudo, nec vllus rei interuentus: & qui par-
tem ſoluit, renunciaſſe exceptioni cenſetur ſui
fauore introductæ[s], debitumque, quod ciui-
liter

a l. ſi mulier. ff. ad Velleia.
b l. j. ff. de conſt. pec.
c dixi ſ. l. in bonæ fidei.
d l. ſed Iulianus. §. ſi. ad Macel. pen. ff. de re iud.
e Bar. l. cum falſa ſ. de iur. & fact. ignor.
f l. legem. ſ. eo.
g l. obligationũ ferè. §. placet de act. & oblig.
h l. cum fidẽ. de non num. pec.
i d. l. penult.
k l. non omnis ſi cert. pet.
l l. qui id quod. de donat.
m l. in his. §. imperator. de ſolutionibus.
n l. quibus. §. dominus. de cond. & demon.
o l. cuius. de reg. iur.
p l. diuus pius. de reg. iur.
q l. j. §. ſi quis hoc interdicto. vbi Bart. de iti. act. priuato.
r l. creditor. ff. de vſur. l. quod de bonis. §. non idcirco. l. fal.
s l. j. vbi gloſſ. in verb. petitio. ad S.C. Maced.



liter priùs ſuberat, agnouiſſe[a]: at noſtro caſu nul
la erit actio, debitúmve ciuile, nec cauſa pacti nu
di iure efficax eſt, vt ita ex ea quis in futurum ob
11 ligetur, ſicvt in cauſa emphyteuſeos diximus: †
nec rei interventus quicquã operari in eius pręi-
iudiciũ debet, qui

dum in poſterum a
indebitum ſolutum,

ipſe tradit[b]: meritò
igitur potero Plau-
tinum illud peten-
ti adverſario inſu-
ſurrare: Quod dedi, datum nollem: quod reli-
quum eſt, non dabo.
12 ¶ Annis.) † Quibuſcunq;, etiã ſi longo tem-
pore: alioqui certis annis præſtitum dicitur,
etiam quod triennio præſtitum eſt: ſufficitque
id temporis ſpacium non ſolùm vſucapioni[c],
præſcriptionique[d], ſed etiam vt quis maioribus
vſuris minorum ſolutione ſublatus cenſeatur
[e], vt ex legato alimentorum invtili obligetur[f]:
13 † vt ex tanti temporis poſſeſsione ius in re habe-
41 re quis intelligatur[g]: † vt pro cliente eius feudi
pręſumatur[h]: vt qui reb. ꝓximis annis ſe ſoluiſſe
oſtẽderit, retrò liberatus credatur[i]: vt Abb. trãſ-
actio hoc tẽpore ſeruata, totius capituli ratihabi
tionẽ obtinuiſſe cẽſeatur[k]. Sic liber vel colonus, qui
trienniũ in monaſterio permãſerit, profeſſusq́;
ſit, ampliùs reperi nequit[l]. Hac tñ in lege non
adeò anguſtè hęc verba, certis annis, accipiũtur:
ſed generaliter quotquot illi fuerint, cũ appare-
at ex titulo inhabili, hoc eſt, pacto nudo ſolui: †
15 cũ. n. actiones publici iuris ſint[m], & ideò ex ſola
volũtate, etiã expreſſa, nõ cõcedantur[n], nec ex
tacita quidẽ, quę de pręſtatione oritur, ex pacto
nudo concedentur. † Quod fortius dicẽdũ eſt, cùm
16 plures ſolutiones ex nulla cauſa factæ ſunt[o], vel
ſi ex cauſa donationis: nõ. n. obligant, niſi quate
nus donatũ eſt[p]. vnde ruſticus, qui alicui quoli-
bet año paria caponũ ſimpliciter daret, nõ ideò
in futurũ cogeretur[q]: & qui ſępius ad ſe diuertentẽ
amicũ hoſpitatus eſt, futuri tẽporis obligationẽ
nullã ſubit[r]: & qui ad furnũ piſtrinúmve alicuius
longo tẽpore acceſsit, nulla inde ſeruitute alli-
gatur[s]. † Sed tamẽ prædicta cõcluſio fauore ali-
17 mentorũ in vltima voluntate relictorũ nõ proce
dit: hęres enim, qui alimẽta menſtrua & veſtiari-
um annuũ non minus triennio pręſtitit, in poſte
rum quoq; cogi ex cõſtitutione Anton. poterit[t],
nec audietur ſi teſtatoris voluntatẽ in dubiũ re-
vocare velit, ceu nõ ſolenne ſit teſtamentũ, aut
aut iniuſtum, vel nullius momẽti[u], vt Iaſ. cẽſuit:
vel imperfectũ, vt recẽtiores aiunt[x]. Idẽ ſi incer-
tũ legatũ allegaretur[y], ſibi enim imputet qui tã-
diu illud approbauit: & tot pręſtationib. nempe
XXXVI. vt Cato Saccus ait (tot enim in triennio
ſunt) quantamcunq; incertitudinẽ, abſq; alio iu
18 dicis facto declararit. † Ego tamẽ ex veſtiarij le-
gati argumẽto ſatius arbitror, ſi vel tres ſolutio-
nes ſufficere cenſeamus, vt quia ſingulis annis
pro omnib. menſibus vnica ſolutione ſatisfactũ
ſit, q, & receptius eſt. Si verò vna ſolutio pro tri-
bus annis facta eſſet, aliud traditũ eſt[z], nõ proce
dereq́; conſtitutionẽ eo caſu reſpõſum eſt: ſicvt
& cùm ex iuris naturalis cauſa voluntas inuali-
da eſt, vt quia fideicommiſſum à pupillo relictũ
eſt, quod Ang. & Alex. cæteriq́; tradiderũt[a]. Ego
dubito, quoniã cõſtitutio generaliter loquitur,
nec tã ex teſtamẽto (cuius nulla, an valeat, ibi fit
mẽtio) præſtari alimẽta cẽſet, quàm ex ipſius hæ
redis triennali approbatione. Idẽ Ang. eo quoq;
caſu non procedere cenſuit, cùm diuiti alimẽta

a d. l. cum fidẽ. auth. ſed cũ teſt. ff. ad le. falcid.
b l. ij. ff. de euic.
c §. j. inſtit. de vſucap.
d c. j. de præſc.
e l. aduerſus. ff. de vſur.
f l. j. ff. de fideic.
g gl. c. eccleſia. verb. epiſcoporum. de cauſa poſſ.
h c. j. §. ſi uero. quid ſit inueſt.
i l. quicunq;. C. de apoc. pub. lib. x.
K c. iij. vbi Bal. ext. de tranſact.
l c. ſi quis incognitus. 16 q. 2.
m l. ij. §. deinde. de orig. iur.
n l. nemo poteſt. de leg. j.
o Bal. in c. j. §. ſi vero.
p l. voluntariè. de excuſ. tut.
q l. ſolent. §. fin. de offic. procons. vbi gl.
r Cy. l. ij. ff. quæ ſit long. temp. con. vbi Bald. Fel. c. cum M. de conſtit.
s Bald. l. j. ff. de ſerui.
t l. j. ff. de fideic.
u l. j. ff. de iniuſ. rupt.
x Bar l. in teſta. de fideic. libert. Imol. l. ſi is qui. de teſta.
y l. ſi cui annuũ. de ann. leg.
z l. ſtatuliberos §. Stichus. de ſtatulib. l. cũ qui. de an leg.
a l. j. vbi Bar. ſ. de ſacro. eccl.



L. 28.
Si certis.

legata ſunt, nõ enim tunc intuitu pietatis id fa-
ctũ videtur[b]: † ſed plurimi diſſentiunt, cùm ſem
per legatũ alimentorũ ad piam cauſam pertine- 19
at[c], & quãvis diuiti factum ſit, tamen ſummũ fa-
uorẽ tum quoq; cõſequitur[d], ſiue quia diues la-

obligare non potuit
eum, qui pactum fe-

bi facultatib. poſsit
[e], † ſiue quia publi- 20
catis bonis ad fiſcũ
nõ tranſeat, ſed ad
A huc deportato debe
antur[f]. Sed an quod de alimentorũ legato in cõ
ſtitutione dicitur, fauore quoq; dotis extenden-
dum ſit? Et Bart. Alexanderq́; idem cenſuerũt: † 21
eſt. n. dotis cauſa ſemper & vbiq; pcipua piaq́;
[g]. Cõtrà Salic. Deciusq́;[h], q, maior alimentorũ
ſit fauor, quę vitam ipſam ſuſtinent, & iure natu
ræ debentur[i]. † Vnde & mater filiam ſuam dota 22
re non cogitur[k], cùm inopẽ alere omnino debe-
at[l]: quod & in patre traditum eſt, qui naturalem
filiam alẽre tenetur, dotem verò ei dare compel
B li non poteſt[m]: ſunt enim & alia fauore alimen-
torũ ſpecialiter conſtituta, quæ ad cæteras, quã
vis fauorabiles, cauſas nõ protrahuntur[n]. † Sed 23
tamen Bart. ſententia receptior eſt, quoniam lex
ait, ex ſolutione vſurarum dotis promiſſæ quãti
tatẽ præſumi[o], nec in ea repetitur, oportere eas
longo tempore ſolutas eſſe: in hyſce enim fauo
ribus extendendis procliuiores ſumus, etiam ſi
non adeò tanta ratio ſubſit[p]. † quapropter & idẽ 24
C reſpondendum erit, vbi de cauſa vel fauore ſtu
dij agitur[q]: voluntas enim teſtatoris, quamvis 25
imperfecta, tali fauore ſuſtineri debet[r]: † ſecùs ſi
adverſus eius mentem quicquam induceretur,
tunc cauſa ſtudij non æquè fauorabilis cenſe-
tur, atque eſt dos ipſa[s].
a ¶ In poſterum.) Atqui videretur ex hac prę-
ſtatione induci obligationẽ in futurũ, quia re-
ſponſo Papin. cõſtat ex diuturna vſurarum prę
ſtatione titulum obligationis præſumi, non
D ſolùm ipſarum vſurarum reſpectu, ſed etiam ſor-
tis[t]. † Ang. Fulgoſiusq́; nunquã ex longi tempo 26
ris præſtatione titulum præſumi cẽſuerunt, ſed
ſolùm qualitatem tituli, eo caſu quo de titulo iã
conſtat: vt ſi verè conſtet filium cõtraxiſſe, & de
in rem verſo agatur, nomen id ſub vſuris cenſe-
bitur, ſi à patre longo tempore præſtitas appare-
at. Idem in patre, qui vſuras dotis ſoluit, conſta-
bat enim patrem ad filiam dotandam vel legis
DE quæſtione [a] tali à Cæſarienſi advocatione interrogati ſumus: duabus vel plurib. perſonis ſpes alienę [b] fuerat hæreditatis, ex cognatiōe fortè ad eos deuoluēdæ, pacta'q; inter eos inita ſunt pro adventura hæreditate, quibus ſpecialiter declarabatur: ſi ille mortuus fuerit, & hæreditas ad eos pvenerit, certos modos [c] in eadem hæreditate obſeruari. Vel ſi fortè ad quoſdā ex his hæreditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur, ſi huiuſmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat autem eis quæſtionem, quia adhuc

DE QVAESTIONE.) a ¶ Cęſarea metropolis, ciuitas Cappadocię, eſt quæ antè Mazaca dicebaẗ: in ea cùm huiuſmodi ſpecies incidiſſet, advocatique pręſidalis fori dubitarēt, Iuſtinianū cōſuluerūt, à
1 quo reſcriptū eſt. † Pactū de hęreditate viuentis nullū eſſe, niſi ille cōſenſerit. Accurſ. Cęſarienſē advocationē ipſius Cęſar. interpretaẗ: ſed de his fortè intellexit, qui in huius pacti controverſia ceu fiſcali coram procuratore Cæſaris patroci-
2 nabantur. † Vnde & Cæſariani videntur dicti ipſi executores & nuntij fiſcales [a].
3 b ¶ Spes alienę.) † Huiuſmodi Spes cùm de viuētis hęreditate ſit, à iure repbaẗ [b], nō tā in eo, q ſucceſſurū ſe agnato credit [c], quā etiā in patre, q filij ſe ſucceſſorē ſperat: id. n. etiā cōtra ordinē naturę [d] eſt. Ideq; in filio: qui patri velit ſuccedere [e]: nā & multa interim evenire poſſunt, ne patri ſuccedat [f], & ideò nō tenetur etiā pœnam, qua is ex delicto cōdēnatus ſit, ſoluere, legitimęq; imputare [g]: ſicvt nec cogi poteſt vllā ei dū viuit legi-
4 timā aſsignet [h]. † Vnde filius nō poteſt quicquam ex parētis bonis interim alienare, nec in eventu eius mortis obligare [i], nec eo inuito aliquo mo-
5 do de eis diſponere [k], † tametſi viuēte patre, ppter hāc ſpē quodāmodo dñs dicaẗ [l], & ex pbabili pa-
6 tris opiniōe ſperet ſe ei ſucceſſurū [m], † ppter hāc ſpē nō facilè patri indulgēdū ſit, vt alios adoptet [n], vel naturales natalib. reſtituat, ſibiq; legitimos hæredes efficiat, ne ſcilicet iuſtorū libero-
7 rū ſpes diminuatur [o]: † nā & publicatis patris bonis ppter hāc ſpē ſeparatio peculij pmittitur [p], vēdicationeq; in extraneū facta, revocatio filio eatenus cōceditur, quatenus de alimētis ſibi cōſuli poſsit [q]. Donatione verò facta cōdictio ex lege illi datur, vt inofficioſam donationē revocet [r], & hęc in filijs recepta ſūt. † In agnatis verò nec
8 hos quidē effectus huiuſmodi ſpes habet: quod adeò verū eſt, vt etiā ſi pupillo ipſi ſubſtitutus ſit aliquis agnatus, non tamen eo viuente probabiliter pupillarē hęreditatē ſperet [s]. † Vn-
9 de & receptum eſt, poſſe pupillū cū autoritate tutoris, legitimo iure bona ſua ī huiuſmodi pupillaris ſubſtituti pręiudiciū alienare [t], omnēq; ei9 ſpē vanā irritāq; facere, ſi tñ iuſta alienationis cauſa ſubſit [u]. †
10 habet tñ agnatorū quoq; ſpes aliquo caſu effectū, vt cū de tutela aſſumēda tractaẗ: † is
11 eñ, q ſucceſsioni pximº eſt, tutelę adſtringiẗ [x].
12 † Quapropter cū ptor decreto ſuo legitimo tutori adminiſtrationē decernit, cauſa cognita id facere debet, & eos vocare, ad quos ſpes quoq; ſucceſsionis pertinet [y]. In lege quoq; municipali cùm prohibentur mulieres abſq; agnatorū proximiorum autoritate contrahere Bart. cenſuit [z] huius ſpei reſpectum haberi, quod ſcilicet qui proximiores ſunt, propter ſpem ſucceſsionis di-
13 ligentiùs ſe gerent. † Ego illud potius perpendi crediderim, quòd maior charitas in coniunctioribus præſumatur, conſequenterq; & maior cura. Vnde illud poetæ: Viſcera noſtra tuæ dilace-
14 rantur opes. † Sed quid in extraneo? an vllo caſu ſpes eius probabilis ſit? Et ſi inſtitutus ſit viuente teſtatore, non videtur probabilis, cùm revocari teſtamētū poſsit, vel ipſe pdecedere, multaq; eiuſmodi cōtingere, ne ſuccedat. In eo verò qui fideicommiſſo conditionali vocatur, receptum eſt, ſpem ſeu ius habere, vnde & hæredem cogit, vt ſibi caueat [a]. Non enim de viuentis hæreditate, id eſt, hæredis grauati agitur, ſed de teſtatoris iam defuncti, cui ex fideicommiſſo ſucceditur [b], nec probabilis eſſet hæredis allegatio, qui votū captādæ mortis ſuæ induci affirmaret, cùm ſi de eo dubitat, abſtinere ſe hæreditate poſsit [c], adeundo enim videtur conſenſum ſuum fideicom-
15 miſſario præſtare [d]. † Vnde quæſitum extat, an ſi ſtipuler mihi dari centum poſt mortem Titij, valeat ſtipulatio? Et Raphael [e] ſenſiſſe videtur valere ſtipulationem in ea ſpecie, cùm in caſu legis noſtræ alter agnatorum alteri promiſiſſet bona Sempronij viuentis habere licere: quod ſi ſimpliciter intelligatur, paratiſsima eſt fraus legi [f]. Ego promiſsionem de rebus proprijs, poſt mortem alterius præſtandis, valere ſentio: ſed de illius rebus cuius mors expectatur, neutiquā, idque conſtitutionis noſtræ argumento.
16 c ¶ Certos modos.) † Annotandum ergò eſt, Pactionem hanc de bonis viuentis factam, nullius eſſe momenti: eſt enim contra bonos mores, quia captandæ mortis votum inducit [g]. Vnde & ſi ad paciſcentes bona perueniant,
17 fiſco addicuntur [h]. † Quo argumento ait hic Iaſon crimine hæreſeos notari eos, qui viuente Pontifice de Pontificatu conuenticulum faciūt. Ego potius læſæ maieſtatis reos crediderim [i], quoniam pactum cōcipiunt, quod adverſus principis ſui ſecuritatem eſſe præſumitur [k]: mitiùs tamen

a l. pen. in fi. ꝗ. de bon. proſc. l. prohibitū. l. defenſionis. ꝗ. de iu. fiſ. lib. x.
b Vt hic.
c l. iij §. ſi quis quaſi. ff. de cōd. ob cauſ.
d l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic.
e l. poſt. emā. §. j. de lib. leg.
f arg. l. natural. de acq. re. dom. Bart. l. ſciendū. in prin. ff. qui ſatid cog.
g Bal. l. quāquā. ꝗ. ad leg. falcid.
h Bald. l. nō poteſt. ff. de ado.
i l. j. ad Maced.
k l. fi. vbi Bar. de lib. agnoſc.
l l. in iuis de lib. & poſthum.
m l. ſcripto. ff. vnde lib.
n l. nec ei præterea. ff. de adoptionib.
o Bart. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fi.
p l. iij. §. ſed vtrū de minor.
q c. cū conting. vbi Imol. de iur.
r l. j. ꝗ. de inoffic. dot.
s l. ij. §. interdū. de vulg. Bart. is poteſt. de acq. hæred.
t Bart. in l. Marcellus. §. res quę ad Trebel.
u l. j. §. nonnullos. ver. ad ſubſtitutum. ff. de tut. & ra. diſt.
x l. j. de leg. tut.
y l. legitimos. vbi Bar. verſ. quādoq; per iſtud ff. eo. tit.
z l. tranſact. ꝗ tit. j.
a l. inter omnēs. vbi Iaſ. qui ſatiſd. cog.
b l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg.
c §. nec ea res. Inſtit. ad leg. em. falcid.
d l. apud Iul. ſi. ex. quib. cauſ. in poſſ.
e l. ſtip. iſta hab. §. j. verſ. quæſitū. de ver. obl.
f Iaſ. hic.
g l. quidā. §. fin. de don. l. ſi quis mihi. §. ſed vtrū de acq. hæred.
h l. ij. ff. de his. bus. vt indig. in fin.
i Bal. l. quoniā. ꝗ. de teſt.
k l. j. ad leg. Iul. maieſt.



18 tamen puniendos, quia id præſumptione legis inducitur: † minor autem pœna ex præſumpto, quàm ex vero crimine irroganda eſt [a]; crimen autē hîc præſumi apparet. Vnde & fiſco bona acquirūtur, cùm ſi nullū delictū eſſet, ſed ſimplex adverſ9 bonos mores inobedientia [b], nō fiſco, ſed proximioribus pendenda eſſet pœna [c]. †
19 Procedit autē legis noſtrę prohibitio, etiā ſi pactū iuratū
20 ſit: † nō enim religione cōfirmaẗ id q bonis moribus repugnat [d]: nec perſonę reſpectus eſt vllus, ſiue is miles ſit, qui aliàs pacto ſuā hęreditatē deferre poteſt [e]: nā nō ideò de aliena paciſci poterit: ſiue ſyndicus collegij, aut vniuerſitas aliqua, & in his enim rationi legis locus eſt [f]: ſiue etiam Eccleſia: vtitur eñ & ipſa iure cōmuni, niſi quo-
22 ties apparet ſpecialiter aliquid ei indulgeri [g]. † Sed an in liberis idem dicemus? Et poſt Accurſ. omnes ferè idem cēſuēre: cōtrà pauci, quia legis huius verba huic caſui nō cōveniunt [h]: omni modò enim hæreditas (ſaltē q ad trientē iure naturæ debitū attinet) ad eos eſt perventura. Et vt vera ſit Accurſij ſentētia, nō valere ſcilicet pactū ſaltē reſpectu pœnę, vt fiſcus excludatur, diuerſa ob-
23 ſeruāda videreẗ: † nō. n. pœnæ locus eſt, niſi quatenus in lege expreſſum eſt [i]: at lex quæ fiſco bona tribuit, nō de filijs paciſcētibus loquiẗ, ſed de agnatis, vel cognatis [k], quę voces in materia pœnali nō vidētur filios cōprēndere: hi. n. nati, non
24 aūt adnati aut cognati ſunt [l]. † Sed tñ cōmunis ſentētia generaliter verior videtur, quoniā ratio legis in filijs quoq; procedit, q licet naturali charitate erga patrē alligētur, tñ de eius hæreditate eo incōſulto paciſcēdo, ſatis oſtēdunt in eorum animo cupiditatem & ſucceſsionis affectum ei charitati præuortere: nā & lex omnino eis non credit [m]: quandoquidem in ferrea hæc ætate,

*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

25 † & quod ad naturā attinet, ſemper incertus eſt pater, vt Odyſſ. lib. 1. Homerus, tradit,

*Illo me genitum dixit pia mater at ipſe.*
*Neſcio, nam proprium certus ſcit nemo parentem.*

26 Veriſimileq; eſt, eos qui in huiuſmodi pacta coeunt, ſuppoſititios potius filios, quā veros eſſe [n]. † Cēſeo igitur cū plurimis hoc quoq; caſu ad fiſcū bona devolui, quod & Bar. ferè exiſtimauit, cùm debitores pater nōs filius in cauſam paternæ mortis liberaſſet [o]. nec me mouet q materia hęc pœnalis ſit, quia in hac quoq; verba latè accipiūtur, quatenus ratio legis infert [p], quæ præſertim
27 in ea expreſsim deſcripta ſit [q]. † Sed quid vice verſa: nū idē dicemus in patre, qui de filij ſui hæreditate ſit pactus? Et Aret. credidit nō idem eſſe, quia nō eſt veriſimile captare mortē filiorū parētes [r]: ſed tamen receptius eſt idem prorſus eſſe, q ſcilicet paterni amoris præſumptio facti huius improbitate confutetur: nam & quandoq; delinimentis nouercalib. allicefacti, quandoq; alijs
28 affectib. de prole ſua malè ſentiūt [s]. † Quid in his qui ita de viuētis hęreditate pacti ſunt, vti inteſtato ſucceſſuri erant? Et idē traditū eſt, cū in eū caſum adverſus defuncti voluntatē pacto provideāt, quo ipſe aliter diſponeret. Vnde apparet tale pactū nō omnino legi cōforme eſſe [t]. † Cenſuit tamē Riminald. ſi filij generaliter cōvenirēt, vt decedente patre inteſtato, eius hæreditas inter ipſos iuxta legū pręcepta diuidaẗ: tali pacto nullam fiſco pœnā lucrifieri poſſe, nec ceu indignos filios ſubmoueri: quod & ipſe pbo. Sed proba-
30 bilior eſt dubitatio, † quid in extraneis paciſcentibus? cùm enim hi ſpem nullā habeant, nō videtur vllū captandæ mortis periculum ſubeſſe. Sed tñ verior eſt Riminaldi ſētētia, tū quoq; legi noſtræ locū eſſe: paciſcūtur. n. de rebus alienis, & niſi ſperaſſent fore vt inſtituerenẗ, vel aliquo caſu hæreditas ad ſe perueniret, ſub ea cōditione nō contraxiſſent [u]: & cùm peruenerit, ex poſteriore evē-
31 tu ſpē pręcedentē cōijciemus [x]. † Sed an q ad pœnā attinet, ſaltē minori XXV. annis paciſcēti ſuccurremus? Et aliqui ſuccurri credūt, quia in crimine quo quis indignus hęreditate reddiẗ, tradi-
32 tū eſt ſubveniri minoribus [y]. Cōtrà vterq; Dec. † ſuccuritur. n. cùm negligēdo deliquit, ſecùs ſi faciēdo [z]. In delictis enim nō reſtituunẗ minores [a]. Ego tñ priorē ſentētiā tāquā mitiorem ſequor, cū id nō verū, ſed pręſumptū potius delictū ſit: vereẗ eñ lex ne periculoſi evētus inde ſequātur, & ideò ſuccurrendū minori eſt, ne in damnum
33 īcidat [b]. † Sed an q hîc diciẗ, tūc quoq; obſeruabimus, cū nō de tota hæreditate cōventū fuit, ſed de eius parte? & oēs fatētur pactū eſſe nullū, etiā ſi de parte ſit: opinor ego etiā ſi de ſpecie aliqua, aut re particulari, quoniā lex noſtra ſimpliciter
34 de reb. alienis nō valere pacto ait. † Verū maior eſſe dubitatio potuit circa pœnā, an dicto caſu ſola rēs de qua cōventū eſt publicabiẗ, an verò oīs paciſcētiū portio? & videreẗ ſolā rem auferri, ne pœna delicto maior ſit [c]: & ne pactū ſup vna re, ad aliā trahaẗ [d]: & quia in his, quę legib. prohibētur, nō cōmittitur pœna, niſi quatenus adverſus eas factū ſit [e], licet in pœnis cōventionalib. aliud ſit. Vnde ſi emphypteuta vel cliēs partē vtilis dominij alienēt, nō tñ à toto iure ſuo cadūt [f]. & in noſtra quęſtione ſic ſenſit Fulg. Sed cęteri crebrius cōtrariū pdidere, quia lex ei, qui partē bonorū viuētis donauerat, denegādas actiones hęreditarias in totū ait [g]: nō. n. hęc pœna cōtēplatiōe rei irrogaẗ, ſed ex indignitate eius, qui cōtra bonos mores feſtinauit, & periculoſum teſtatoris
35 ſaluti cōtractū celebrauit. † Sed quid ſi qui cōtraxerūt, viuēte adhuc teſtatore à cōtractu recedāt, an nec pœnitēti qdē parceẗ? Et Dec. ſenior non parci exiſtimavit, cū pfecto cōtractu delictum ſit cōſummatū, & ius fiſco quęſitū [h]: vnde pœnitentia cū res ampliùs integra nō videatur, admitti nō debet [i]. Cōtrà Picus, cū ex dolo pręſumpto id pactū reprobetur, quę pręſumptio ex ſequente pœnitētia tolli debet [k]: nec videtur ius fiſco quęſitū antequā reus poſtulatus ſit, & teſtator deceſſerit: vnde humanius eſt vt aboleri crimē pœnitē-
36 tia credamus [l]: † nā & traditū eſt, ſi viuo patre filiū exhęredatū ingratitudinis pœniteat, nō obeſſe ei exhęredationem [m]. † Sed quid ſi cōtrahē-
37 tes neſciānt de viuentis hęreditate paciſci, vt qa ignorēt viuat an nō? & hoc quoq; caſu phibitioni legis noſtrę locū eſſe cōſtat, licet nulla quæratur fiſco pœna [n]. Quòd ſi mortuū crederent, idq; ita eſſet, dubium non eſt pactum valere, nec vlli pœnæ locum eſſe [o]. Quid è cōverſo ſi mortuus eſſet, ipſiq; ceu de ſuperſtitis hæreditate paciſcerētur? & vt pœna evitetur, magis quod ī veritate

L. 30. De quæſtione.

a Ioan. in auth. vt lic. mat. iun. & l. tranſigere. ꝗ. tit. j.
b Bald. conſi. 7. in 6.
c l. j. ꝗ. de ſecun. nupt.
d c. nō eſt oblig. de regul. iur. in 6.
e l. licet. ꝗ. eod.
f l. mortuo. ff. de fideiuſ. Iaſ. hic.
g c. j. de alie. feu. gl. c. peruenit. extra de cenſ.
h Arg. ver. & quia nō ſunt. l. ij. §. diuus. de ſep. vio.
k d. l. quidā. in fin. de l. ij.
l l. filius. de ſu. & leg. l. ſcripto. ff. vnde li.
m l. j. ad Mace.
n c. afferte. de præſc. Albe. l. eū qui probabil. ꝗ. de epiſc. & cler.
o Bar. l. cum. dominus. §. fi. de pecu. leg. Dd. l. filius. ꝗ. eod.
p l. cum leg. de teſt.
q Gl. in auth. vt hi qui obl. verb. ad curationē.
r l. ſi tu quidem. quod me. cau.
s l. 4. ff. de inoffic. teſta.
t gl. c. j. de cōſt. in vj. & c. paſtoralis. de fid. inſtr.
u l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſt.
x l. ſed Iulian. §. proinde. ff. ad Maced.
y l. minoribus. ꝗ. de his quib. vt indig.
z Bart. l. ſi quis in tantā. ꝗ. vnde vi.
a l. j. ꝗ. ſi adverſ. del. l. auxilium. de min.
b l. j. §. accuſationem. in fin. ad Turpil. Bar. l. j. §. nuntiatio. de op. no. nunt.
c l. reſcriptū. ff. de his quib. vt indig.
d l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. e.
e l. in depoſiti. cum l. ſeq. ff. de poſ. Paul. 4. §. Cato. ſ. oppoſ.
f c. j. de vaſ. qui con. conſt. Lotha.
g d. l. quidam. §. fin. vbi Alber. & Raph.
h l. qui ea. de furt.
i Mod. rep. l. ſi quis maior. 7. not. ꝗ. tit. j.
k l. j. ꝗ. de crim. ſtellio.
l l. ſi adult. §. j. ff. de adul.
m Dd. auth. nō licꝗ. de lib. pręt.
n l. nec nos ꝗ. de capti. vbi Cy. & Bald.
o l. ſi quis mihi. §. ſed vtrū ff. de acq. hęre. vbi Raph. & Alex.

a l.inter omnes §.pen.de fur. Bal.l. ſi quis ſeruo in prin.ꝟ. de furt.

eſſet, attendi crediderim, quàm quid iſti opinarẽtur a. Cæterum quid iure ciuili de hęreditate hîc dicitur, aliquatenus iure Pontificum in ſacerdotijs obſeruatur: † Præbendæ enim viuentiũ nec
38 dari nec promitti alteri poſſunt b. idq; nec à Pontifice quidem ipſo
39 in ſpecie, † licet in genere expectatiuam (vt vocãt) gratiã concedere ipſe ſolùm poſsit c: nõ em̃ tali caſu adeò eſt evidens captationis metus. proinde nec illud quidẽ iure poſſe Pontificem credibile eſt, vt ius regreſſus alteri competens, alteri renuntiari citra nouam poſſeſſoris voluntatem valeat, quùm priori fidere poſſeſſor potuerit, poſteriori au-
40 tem non æquè. † Supereſt nunc videndum quibus caſibus valeat id pactum. Et primus eſt cùm ille, de cuius hæreditate agitur, conſentiat: ceſſat enim ratio captandæ mortis, cùm veriſimiliter nõ niſi ex magna fiducia is conſenſerit d, † maximè cùm quandocunq; dubitet, re-
41 vocare huiuſmodi conſenſum poſsit. Vnde apparet, non ſtatim contrahentibus ipſis ius ex tali pacto firmiter acquiri e: nec refert à principio cõſenſerit, an celebrato iam pacto ratum deinde habuerit f, quod Bald. & Salicetus hîc cenſuerũt g. Quo fit, vt non ſtatim ius fiſco quæſitũ cenſeatur, quod ſuprà ex Paul. Caſtr. Piciq; ſentẽtia retuli. Sed quid ſi hic qui cõſenſit minor eſſet? Et ſi pubes ſit, quia & teſtari poteſt, putauerim cõſentire poſſe h. Si pupillus ſit, adhuc poſſe arbitrarer, dum cum tutoris autoritate id faceret i: qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt. † Addit
42 Riminald. ideò revocari hunc conſenſum quandocunq; poſſe, quia aliàs auferretur ei libera teſtamenti factio: quod falſum eſt: nõ enim hic cõſenſus vim teſtamenti habet, nec quidem inter milites, aut filios k, cùm duplicem contractus ipſius conditionem imitetur, & ideò duobus teſtibus probari poſſe talem conſenſum crediderim l: quod & recentiores hîc comprobat, & nõ
43 abſimili caſu reſpondit Socin. m † Secundus caſus eſt, cùm in genere tantùm de viuentis hæreditate tractatum eſt, vt quia quis ſocietatem cõtraxit, ſi qua iuſta hæreditas ſibi obveniret n: generalis enim hæc mentio non arguit ſpeciale votum in morte alicuius o. † Vnde ſi quis generali-
44 ter obligat bona pręſentia & futura, etiã ea cõtinebũtur, quę de hæreditate viuẽtis ad ſe deinde peruenerint, quãvis ſpecialiter hypothecas ta-
45 les cõtrahi lex vetet, vt Salic. adnotauit. † Quòd ſi ꝓbari poſsit, hęreditatis certę perſonę contẽplatione cõtractũ fuiſſe, ſecùs eſſet, vt Bal. hîc elegãter cenſuit, ne ſcilicet facilè fraus legi fiat p. Quid em̃ ſi qualitas cõtrahẽtiũ aliã pręſumptionẽ inducat? Quid ſi notarius de incerti hominis hęreditate pactũ ſe ſcripſiſſe dicat, vt inſtrumẽtũ valeret, cùm de certo nominatim partes ſecũ tractaſſent q? Quid ſi is, de cuius hęreditate ex tali pacto diuidenda agebatur, mala morte perierit, ignoto autore r? Quis ex periculoſo hoc eventu adverſus eũ cui bono hęc res fuit, nõ præſumat s? probãtur enim huiuſmodi fraudes cõiecturis t.
46 † Sanè in hoc præbẽda ſacerdotũ ab hæreditate differũt, q, de eis nec generaliter quidem, aut de perſona incerta valet cõceſsio u, niſi ſum̃us ipſe

b c.j. & ij. de præben.
c c.ne captãdæ. de c. cel. præb. in vj.
d B.l.hic. Fulg. cõſil. lxxiij. col. ij.
e Paul.Caſt.hic. Ancha.conſil. 403.viſo.Deci. hic,col.iij.
f l.j.§. Prodeſt. ff.quõ leg.
g l.fi.ꝟ.ad Mace.
h l. Aurelio.§.ꝟ. de lib.leg.Bal.l. iiij.in fi.ff.de reb.cor.
i l.cũ antiq.ꝟ. de iur.delib.
k l.fi.ꝟ.famil. ercisc.
l l.vbi.de teſti.
m Socin.conſil. 41.in 3.
n l.iij.§.de illo. ff.pro ſoc.
o Sig.conſil.116.
p l.fraus.ff.de legib.
q Fulg. Alb. Alexan.l ſi mulier.§.ſi mulier. ad Velle.
r l.ſaccularij.§.j. de extraord. crim.
s l.j.§.item Labeo.ꝟ.ne quid in loc.pub.vbi Alber.
t l.dolum.ꝟ.de dolo.
u c nulla.vbi Dd. de conceſs. præb.

ſuperſtite a eo, de cuius hæreditate ſperabatur, huiuſmodi pactio ꝓceſsit, & quia non ſunt ita confecta quaſi omni modo hæ-
A reditate ad eos peruẽtura, ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt, ſi ille fuerit mortuus, & ſi ad hæreditatem vocen-

Pontifex ita mandauerit. † Sed quid in magiſtra- 47
tibus, aut officijs prophanis? & Soc. reſpõdit nõ poſſe alicui quòd primò vacabit officiũ concedi x. Dec. contrà, tanquã conceſsio hęc magis ſit hęreditatis pacto ſimilis, quàm ſacerdotalib. prębẽdis. Picus in ſpecie quoq; cõcedi, poſſe exiſtimauit, cùm officia tẽporalia ſunt, vt cùm durãte Titij magiſtratu, eius prę turam alij princeps cõcedit. Ego idẽ arbitror, etſi perpetuum id mun9, id eſt, ad vitã ſit y. † Tertius caſus præcedenti nõ abſi- 48
milis eſt, cùm quis hæres inſtitutus, impuberiq; ſubſtitutus, vẽdit vtriuſq; hæreditatẽ: valet em̃ venditio, maximè, vt ait lex, ſi iam delata impu-
B beris hæreditate venierit hæreditas. Fulg. z & Aret. nõ valere exiſtimant, & regulæ noſtri textus adhærent: quia in ea lege nõ apparet viuẽte pupillo vendi hæreditatẽ. Dictio enim, maximè neceſſariò nõ includit viuere pupillum, ſed non eſſe delatã hæreditatem nõ contingere etiã eo mortuo poteſt, idq; varijs caſibus a. Ego pro cõmuni ſentẽtia video generalitatẽ verborũ legis eſſe. Adde quòd eo in caſu apparet nõ principaliter propter viuentis pupilli hæreditatem cõtra-
C ctũ fuiſſe, ſed potius de defuncti hæreditate agi, cuius ſequela quædã videtur hoc pupillaris b: † 49
multaq; in conſequentiã permittũtur, quæ aliàs prohiberẽtur c. Sed tñ durũ eſt eo verborũ involucro cenſeri conceſſam viuentis pupilli hæreditatem, & ideò Fulg. Aretiniq; interpretationem ſequor d. † Eodẽ pertinet, cùm vẽditor ſeruũ ma- 50
numiſit: cauere enim debet quicquid ex hæreditate liberti ad ſe peruenerit, emptori reſtiturũ e, idq; ſiue quia de hac hæreditate in conſequen-
D tiam contractus ſolùm agitur, ſiue quia de ea ſolicitus videri non poteſt, qui ad hãc cautionem inuitus, ex culpa tamen ſua cogitur. † Quartus 51
caſus eſt, cùm quis non de viuentis hæreditate, ſed de re ſua diſponit in cauſam mortis alicuius, vt cùm proprietarius vſumfructũ vendit alicui cùm Titij eſſe deſierit, vel poſt mortem Titij f: † 52
qua ratione moribus receptum eſt, dominũ militis ſui feudum eo viuente alienare alteri poſſe, collata in eum caſum diſpoſitione, quo mi-
E lite ſuo mortuo, ad ſe fiduciaria g res revertatur: tunc enim non tam de re aliena, quàm de iure ſuo diſponere videtur, probabiliusq; quis ſperat vtile dominium directo conſolidari h, quàm ſucceſſurum ſe titulo hæreditatis. † Quod ego 53
non conſuetudine ſolùm feudali, ſed etiam iure noſtro defendi poſſe crediderim, cùm ius principaliter ad paciſcentem pertinet, vt ſuprà ſcripto vſus fructus exemplo. † Nam & valere pactũ tra- 54
ditur, quo filiafamiliâs paciſcitur ſe de dote non
F acturam, cùm ſui iuris eſſe cœperit i: quod non tam fauore liberationis inductum crediderim k, quàm quia de re ſua paciſcitur, in caſum, quo plenius ius adepta ſit. † Huc pertinet & cùm quis 55
poſt mortem ſuam ſe daturum ſpondet: valet enim promiſsio l, dum pręſentẽ ſui obligationẽ, non autem bonorum obuentionem inducat m, quòd ſuperiùs à nobis diffuſiùs tractatum eſt n.

a ¶ Adhuc ſuperſtite.) † Generaliter enim ſuperſtite aliquo pactum futuræ ſucceſsionis non valet, ſiue de diuidenda hæreditate agatur, quod proprium

x Soc.conſ.iiij. in iij.
y c.morib.ff.de feud.def. vbi Aluar.
z l.ij.§.j.de hære.vel act. ven.
a l.is qui hæres ff.de acq.hær.l. delata. de verb. ſig.
b §.liberis. Inſt. de pup.ſubſt.
c l.j. de aut.tut.
d l.qui Romæ §. duo fratres.vij. q.Bart.de verb. oblig.
e l.ſi quis ſeruũ de act.empt.
f Arg.l.vt hær. de leg.ij.Bal.c.j. §.j. de feu.da.in uicem l.com.
g d.c.moribus.
h c. fin.qui ſuc. ten.in feud.
i l. & hæred.§. filia.ff.eo.
k Bar.& Bald. hic.
l Old.conſ.199.
m Bar.conſ.235.
n In l. pact.ꝑ dot.ꝟ.eod.



proprium huius legis argumentum eſt, ſiue deferenda per pactum, quod à nobis ſuprà decla-
56 ratum eſt a. † Quæ tamen concluſio non procedit, quoties non ſucceſsio defertur, ſed impedimentum illi obſtans ſummoueretur; vt in nouo feudo, in quo iuri ſuccedendi locus non eſt, niſi pacto impedimentũ ſublatum ſit b: vt in patre qui emancipato non ſuccedit, niſi contracta fiducia emãcipauerit c: vt in fœmina dotata, quæ ex forma ſtatuti inteſtato patri ſuccedere non poteſt, cui impedimẽto à municipali iure inducto derogari pacto poterit d. Sicvt enim facto teſtamento poteſt pater eam inſtituere, ita paciſcendo poteſt obicem illum reijcere, vt Iaſon hîc declarat. Idem in patre, qui ingratitudinis præteritę cauſam filio remittit, vt ſibi ſuccedere poſsit e. †
57 Sed quid ſi pater iam teſtamentum condiderat, & eum ceu ingratum exhæredauerat f, nunquid ſi remiſsio ingratitudinis deinde facta ſit, filius ſuccedere poterit? Et Bartolus hîc ſentit poſſe g, contrà Picus: quia propter talem cauſam pater habet liberam teſtandi, & filium excludendi facultatem, quæ libertas tali pacto tolleretur h. Sed hæc ratio leuis eſt: non enim pactum libertatem aufert, ſed cauſam ingratitudinis tollit, lex verò ipſa filium inſtitui iubet. Fortius argumentatur Iaſon i: Nam ſicvt pater benedicendo filio inſtituere, maledicendo exhæredare non vi-
58 detur k, † ita & iniuriam remittendo non eſt exiſtimandus exhæredationem revocaſſe: nam & ſi pater filium exhæredatum emancipauerit, rurſus adoptando remittere exhæredationem non videtur l: quia non eſt veriſimile, ab eo, quod ſemel iudicio ſuo in teſtamento ſtatuit facilè velle
59 recedere m. † Sed tamen Bartoli ſententia verior eſt, dum tamen expreſsè cõſtet remiſiſſe patrem ingratitudinis cauſam n; ea enim filio obſtabat, quia exhæredationem confirmabat, quo impedimento ſublato, admittendus iure commu-
60 ni erit o. † Illud fateor, ex ſimplici reconciliatione non videri præteritæ exhęredationis cauſam abolitam fuiſſe, tuncque Iaſonis rationibus locum eſſe p.

a ¶ Quæ contra.) Hæc ratio hoc caſu locum habet, quia huiuſmodi pactio periculoſi eventus plena eſt, maleque præſumitur de his qui de viuentis hæreditate ſoliciti ſunt q. Sed & in pacto quo quis hæreditatem ſe relicturum ſpondet, eadem ratio ſubeſt: quoniam lex adverſus bonos mores eſſe arbitratur, vt quis teſtandi po-
61 teſtatem ſibi reſtringat r. † Sed quid dicendum in pacto, quo quis hæreditati viuentis renuntiat? Et id non putarim contra bonos mores eſſe, quãvis ſimpliciter iuris autoritate improbetur s, qa

a l.pactũ quod dot.ꝟ.eod.
b c.j.de fratrib. de no. feu.inveſt.
c §.fi.Inſtit.de leg.agn.ſucc.
d Bart.hic.
e l fin.ꝟ.de reuo. dona.dixi l. prox.ꝟ.eod.
f Auth.non licet.ꝟ.de liber. præter.
g Bart.l. iij.§.ſi de adi.leg.
h d.l.pactũ.ꝑ dot.
i l.filio quẽ pater de libe. & poſthum.
k Bal. in proœ. decr.Mod. d. auth.nõ licet.
l d.l.filio.
m l.iij.ff.de teſt. milit.
n Arg.l.in ipſius.ꝟ.fam.erc.
o d.l.ij §.fin.de adim.leg.
p Arg.l.ij in fi. ꝟ.de libert.& eo.lib.
q l.ij.§.interdũ. de vulg.
r l ex eo.ꝟ.de inutil ſtip. l.ſtip. hoc modo. de verb.ob.
s l.pactũ.ꝟ.de collat.

tur hi, qui huiuſmodi pactiones fecerũt. ¶ Sed nobis omnes
A huiuſmodi pactiones odioſæ videntur, & plenæ triſtiſsimi & periculoſi evẽtus. Quare enim quodam viuente & ignorante, de eius rebus quidam paciſcentes
B conuenerũt? Secundum veteres itaque regulas ſancimus, omni modo huiuſmodi pacta, quæ cõtra a bonos mores inita ſunt, repelli: & nihil
C ex his pactionib. obſeruari, niſi fortè ipſe, de cuius hæreditate pactum eſt, voluntatẽ ſuam eis accommodauerit, & in ea vſque ad extremum vitę ſuæ ſpacium perſeuerauerit: tunc etenim ſublata acerbiſſima ſpe, licebit eis, illo ſciẽte & iubente, huiuſmodi pactiões ſeruare: quod etiam anterioribus legibus & conſtitutionibus nõ erat incognitum: licet à nobis clarius

L. 30. De quæſtione.

ſcilicet priuatorum pactiones legum autoritate non cenſetur t. Vnde ſicvt ſuprà diximus, pactũ deferẽdæ hæreditatis obventionẽ bonorũ inducens nõ valere u, † qa ſucceſsiones ꝑ iuris modos, 62
nõ ꝑ pacta deferri debẽt x, ita & in huiuſmodi renũtiatione dicẽdũ. Defertur enim hæreditas iure publico, & ſanguinis cõtẽplatione, huiuſmodi priuatorum pactionibus non attentis y. † cùm tamẽ principaliter de vtilitate priuata agat, 63
licet in conſequentiam iuris publici valeret huiuſmodi renuntiatio, ſi iurata eſſet, idque nouo iure z Pontificum: tali ergò caſu ab hęreditate ex contractu cum viuente inito quis excluditur.
† Alius eſt caſus in patre, qui pecuniã accipit, vt filium emanciparet a: cùm enim excluſum iure ciuili patrẽ prętor quadam ęquitate admittat, ea ęquitas ceſſat, 64
† vbi pater pecunia accepta emancipauit, quoniam delinquit, vt ait Bartolus, qui pecuniam accipit. Ego nullum delictum eſſe arbitror b, cùm accipere ei pecuniam liceat, nec lex turpem cauſam ſtipulationis exiſtimet, quæ ob emancipationem concepta ſit c: licet lege Longobarda emancipãdo filium pater ipſe teneatur ei aliquid 65
D præſtare vnde viuat, quod præmium emancipationis ipſa appellat d. Putauerim igitur ita conſtitutum, quia pater accipiendo pecuniam, quaſi tranſigere de hæreditate filij videatur, & eam pecuniam pro eo habere, quantum ſatis ſit, ne eius iudicia inquietet: non igitur pacto tollitur ſucceſsio, ſed à prætore tollitur, qui non putauit ęquum ei patri ſuccurrere, qui pecunia filium à ſua poteſtate dimiſiſſet.
† Alius quoque eſt caſus, cùm pactum iuri mu- 66
E nicipali conforme eſt: verbi gratia, † ſtatuto ca- 67
uetur, vt mulier ingrediens monaſterium patri non ſuccedat. Aiunt hîc communiter ſtatutum non valere, tanquam adverſus eccleſiaſticam libertatem, & quia de ſanctimonialibus quicquã directè vel indirectè cõſtituere laici nequeũt e. Si tñ cũ filia monaſterioq; ita paciſcatur pater, videtur renuntiationem valere, tanquam legis communis autoritas, pactionis prohibitiua f, per ſtatutum ſublata ſit, quod cùm fauore monaſterij
F nullum eſſet, monachis hac in priuata re iuri nõdum quæſito renuntiantibus effectum habebit g. In caſu verò, quo aliàs ſtatutum valeret, nõ eſt dubium excludi veſtalẽ: verbi gratia, in ea, quæ monaſterium ingreſſa, eſſet iure communi incapax: valet enim ſtatutum iuri communi conforme: ſicut videmus ſtatuta laicorum valere de iuramento conformiter cum iure communi diſponentia h, tametſi aliàs id iuris laicis non concedatur, vt de iuramento quicquam ſtatuant: & licet tali caſu Romanus Pontifex eis monialibus per

t l.fin.ff. de ſu. & leg.
u Bar.conſ. 212.
x l.4.ff.de teſt.
y l ſi quando.§. j.ꝟ.de inoff.teſt.
z c.quamuis.de pact.in vj.
a l.j.§. ſi pares. ff.ſi quis a par.
b l.cũ oportet. §.cũ autẽ.ꝟ.de bon.quæ libe.
c l.vẽrum.ff. de verb.oblig.
d Picus rep.l.in quartam. ad l. falcid.
e c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.
f d.l.pactũ de dot.
g Arg.c.ij.de clandeſt. deſp.
h Corn.auth.ſacramenta. pen. char. ver xl.fal lit.ꝟ.ſi adu.vẽd.

priuilegium conceſſerit, vt ſuccedere poſsint, non tamen ſtatutum aut conſuetudinem ſuſtuliſſe cenſendus eſt, quæ à principio valuit [a]. Idē dicendum quando de ſucceſsione tractaretur, quæ ſolius ſtatuti beneficio concederetur: verbi gratia, ſtatuto caueatur, vt conſanguineo æqualiter ſuccedat, qui ex altero latere coniungitur, ſicvt qui ex vtroq;: monialis ex altero coniuncta vult ſuccedere, certè excluditur: iure enim cō muni non poteſt [b], ſtatuto æquè non poteſt, quia ab eo excluditur quod ſaltem eatenus valet, vt beneficia ſua monialibus communicare non cenſeatur [c], licet ius commune eis auferre non poſſit [d].

**ſit introductū. ¶ Iubemus etenim neque donationes [a] talium rerum, neq; hypothecas penitus eſſe admittendas, neq; aliū quenquā cōtractum: cum in alienis rebus, A cōtra domini voluntatē aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patitur. Dat. Kal. Nouēb. Conſtant. poſt conſulatū Lampadij & Oreſtis. VV. CC.**

68 a ¶ Neque donationes.) † De bonis enim alienis in caſum mortis non valet huiuſmodi
69 contractus, de proprijs verò valet: † & quia ſit mentio mortis, cenſebitur donatio cauſa mortis [e], vt ſi promittam tibi bona mea poſt mortem meam: atque ita communiter traditum eſt,
70 [f]; † niſi expreſsè ſit dictum, quòd ſit donatio inter viuos [g]: non enim tunc attendetur quòd dilatio in diem mortis aliqua adiecta ſit [h]. Idem ſi tacitè, vt quia actum eſt, vt talis donatio ſit irreuocabilis [i], idque in verbis quæ ſubſtantiam contractus reſpiciant: alioqui ſi in clauſulis executiuis aut acceſſorijs promiſit donator ſe obſeruaturum, nec adverſus ea [k] facturum, non tamen receſsiſſe à cauſa mortis videretur, intelligique ea verba deberent, niſi ſecundum naturam contractus donātem pœniteret: quod Bal-
71 dus Cornæusque cenſuerunt [l]. † Sed an quis cauſa mortis donare omnia bona præſentia & futura poſsit? Et affirmat Bartolus hic poſſe: poterit enim hæredem inſtituere, cui ius deducendi falcidiam de donatione tali competeret
72 [m]: poterit & eam revocare ſi velit [n]. † Sed quid in donatione inter viuos omnium bonorum præſentium & futurorum? Et crebrior ſententia à Bartol. primùm tradita eſt, non valere huiuſmodi contractum, tum quia auferret liberam teſtamenti factionem, tum quia hominem eam in conditionem perduci impium eſt, vt nunquam aliquid habere poſsit, & nec ſpe quidam, quæ infælicium vltimum ſolamen eſt, poſsit ſubleuari [o]. Fuêre tamen non pauci, qui diſſentirent [p], quorum rationes ab Alexandro relatas cerne-
73 re eſt [q]. † Ego ſanè vereor, ne Bartoli ſententia defendi non valeat: nec enim verum eſt, eo in ſtatu talem eſſe, vt nihil in futurum ſibi lucrari poſsit. Quid enim ſi ei relinquatur hac lege, ne aliquid donatario inde acquiratur [r]? Quid ſi donatarius aliquo caſu futurorum acquiſitionis fiat incapax [s]? Quid ſi donator rem redimat ſemel donatario conſentiente alienatam [t]? Quid ſi bona haberet, quæ per contractum prohibita eſſent alienari, vel legis vel teſtatoris iuſſu [u]? Quid ſi ſeruum inſtitueret neceſſarium hæredem [x]? non enim tali donatione actum videri poteſt, vt huiuſmodi ſeruum retinere, hæredemque inſtituere non poſsit: nam cùm id fieri in præiudicium creditorum queat, & in donatarij damnum poterit, qui mitius erga donatorem agere debet [y]. Adde quòd nec ad teſtamenti ſubſtantiam quicquā facit, quòd nihi ſit in bonis te-
ſtatoris [z]: † nam & 74
hæreditas iuris intellectum abſque nulla re hæreditaria habet, [a] † & qui 75
plus æris alieni, quàm ſui habet, hæredē inſtituere poteſt: [b] & qui grauatus eſt bona reſtituere, in eis tamen alium rectè hæredem inſtituet [c]. Sed &
B illud me mouet, † quòd donatio nomen ab exe- 76
cutione ipſa ſumit, id eſt, à rei datione [d]: cùm igitur quis dixit ſe bona præſentia & futura donare, quod ad præſentia attinet, vera donatio eſt, quia executionem in ſe habet: quod verò ad futura, exequutio nulla eſt: perinde igitur eſt, ac ſi dixiſſet, donabo cùm acquiſiero: ſed qui donaturum ſe promittit, iure tantùm perſonali obligatur [e], non autem dominium transfert, meritò de tali dominio teſtari poterit, ſicut quilibet ære a-
C lieno oppreſſus teſtatur. † Alexād. [f] tamē cōmu 77
munis ſententiæ æquitate ductus, vt id argumentum ſummoueat, concluſionem hāc reſtringit, cùm is, qui bona præſentia futuraque donauit, conſtituit eo in caſu, futura bona nomine donatarij poſsidere. Nam per huiuſmodi clauſulam poſſeſsio in donatarium transfertur [g], & conſequenter dominium in eum ex tali traditione tranſit [h]. Receptum enim eſt, conſtituti
D vel precarij clauſulam de futuris bonis conceptam, eorum etiam poſſeſsionem, cùm acquiſita fuerint, transferre [i], exemplo eius qui bona præſentia futuraque obligat [k]. Sed tamen ne hoc quidem caſu defenditur Bartolus. † cùm 78
clauſula conſtituti ad quaſi poſſeſsionem iurium aut nominum, quæ in futurum acquirentur, trahi non videatur poſſe [l], ſed quia iura illa non poſsidentur [m], ſiue quia ſola ceſsione transferuntur [n], nam & ius futurum cedi non
E videtur poſſe niſi ex præſenti cauſa ſpes ſubſit [o]. de his igitur iuribus teſtari donator poterit: & ita ego adverſus Bartolum diſſerebam.
† Illud conſtat, quoties donatori aliquid ſu- 79
pereſt, de quo teſtari poſsit, valere huiuſmodi donationem: cuius rei exemplum pluribus caſibus accipitur, veluti cùm quis, Dono, inquit, bona omnia mea mobilia & immobilia, præſentia & futura: non enim nomina debitorum his verbis continentur [p], quod Barto-
F lus Baldusque & Iaſon reſponderunt [q]: de illis igitur poterit teſtari: nam & illa dictio, mea, ad ea pertinet, quæ iure dominij acquiruntur [r], &

a Arg. c. ad apoſtolicam de ſim. & c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præl.
b Auth. itaq; ꝟ. cōm. de ſucc.
e l. ſi quis curialis. vbi Bald. ꝟ. de epiſ. & cle.
d Sal. auth. caſſa q. x. ꝟ. de ſacroſ. eccleſ.
e l. Seia. de dote præle. l. Seia. de do. ca. mor.
f Alex. l. quæ dotis. ff. ſol. matr.
g l. cum maritus. §. fin. ff. de pact. dot.
h Arg. l. ex his. ꝟ. quand. di. leg.
i l. vbi ita. de dona. cauſ. mor.
k Clem. j. in fin. de præben.
l Deci. hic, & conſil. 305.
m l. in donationibus. ꝟ. ad l. fal. l. j. §. ſed ſi ex mortis. ff. quo. leg. n l. non om. ſi cert. pet. o l. inter ſtip. §. ſacram. de verb. oblig. p arg. l. & ſeruorum. ff. de ſta. hom. q In d. l. ſtip. hoc modo. r Auth. excipitur. auth. ſeq. ꝟ. de bon. que li. s Gl. l. queſad. verſ. māſerūt. ꝟ. de agri. & cenſi. t l. ſi. ꝟ. de remiſſ. pig. u l. 3. ꝟ. de eſ. eau.
x §. j. Inſtit. qui ex cauſ. man.
y l. inter. §. is quoq;. de re iud.
z l. j. ff. de teſta.
a l. hæreditas. de pet. hæred.
b l. qui ſoluēdo. ff. de hær. inſt.
c gl. auth. ſi quæ mulier. in verſ. diuidere. ꝟ. de ſacroſ. eccleſ.
d Bart. l. iuriſgentium in prin. ff. eod. e Alex. d. l. iuriſgentiū. in princip. f d. l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit. g l. quamuis. ff. de prec. h l. traditionibus. ꝟ. eod. i Dd. l. iij. §. incertam. de acq. poſſeſs. k l. ſi. ꝟ. quæ res pig. oblig. l arg. l. ei à quo. de vſucap. & Bartol. in l. cum falſa. ꝟ. de iur. & fact. ig. m l. fin. ꝟ. quando ſi. ſ. vel priu. n l. iij. ff. pro ſoc. o gl. l. fin. ꝟ. de hæred. vel action. vend. Bald. l. ſpem. ꝟ. de donat. p l. à diuo. §. in venditione. de re iud. q Bart. conſil. 54. Baldus. ccxxxij. in ij. Iaſon. d. l. ſtipulatio hoc modo in fin. r Bart. l. ſi ita legatum de au. & arg. leg.





ideò non ſatis rectè ad nomina referri poteſt [a], ſi-
80 cut & cùm ſubieciſſet, vbicunque ſita ſint: iura enim non circunſcribuntur [b] loco. † Idem ſi dixiſſet ſe donare bona ſua præſentia & futura: cùm enim non addiderit vniuerſalem dictionem, omnia, ſed indefinitè aut generaliter loquutus ſit, non continebuntur ſupellectilia [c]: amplior enim ea eſt donatio, cui vniuerſalis
81 dictio adiecta ſit, vt Decius hic tradit [d]. † Sed quid ſi donare ſe hæreditatem ſuam dixerit? Et A
hæc verba, bona præſentia & futura ſignificare Bartol. hic cenſuit. Sed cùm nomen id vniuerſitatis ſit, quæ ex voluntate teſtatoris augmentum & diminutionem recipit, humanius eſt his verbis non cenſeri diſponendi facultatem donatori ablatam, & ideò in vim donationis cauſa mortis valere contractum, hæreditatemque [e] pro bonis ſimpliciter accipi, impropriamque ſignificationem vt contractus ſuſti-
neatur aſſumi, cùm verè is hæreditatem habi- B
turus ſit, qui deinde donatori ex teſtamento
82 vel inteſtato ſuccedet [f]. † Quid ſi patrimonium ſe donare dixerit? & idem dicendum eſt, imò
83 non æquè dubia hæc eſt quæſtio. † Id enim propriè patrimonium dicitur, quod ex hæreditate parentum ad nos peruenit [g], parsque facultàtum noſtrarum eſt [h]: licet alia interpretatio ex coniectura mentis quandoque accipiatur, vt cùm apparet teſtatorem eo nomine de vniuer-
ſis fortunis ſuis voluiſſe diſponere [i], vel id C
ſubiecta materia ſuadeat [k]. Quapropter meritò dubitauit Bartolus, non ideò fauore Eccleſiæ valere donationem iſtam, quia lex dicat aliquem egiſſe, vt patrimonium ſuum ad Eccleſiam pertineat [l], cùm vox illa patrimonij, futura bona immutabiliter non comprændat.
84 † Cæterùm & quoties donator ipſe ſibi aliquid expreſsim reſeruat, de quo deinde teſtari poſſit dubium non eſt valere eam donationem:
quod vſqueadeo verum eſt, vt tunc quoque D
procedat, cùm quis maximam ſummam ſupra vires patrimonij ſui donauit, poterit enim fortè in futurum diteſcere [m]. Idem ſi rerum dominiū retinuerit: licet enim ſoluendo non ſit, alteriq; reſtituenda ſint bona, teſtari tamen poterit [n],
85 quod & ſuprà diximus [o]. † Sed quid ſi donatis omnibus bonis præſentibus & futuris quis vſumfructum ſibi reſeruauerit? Et videtur adhuc non valere, tanquam de fructibus teſtatori
non poſsit, qui futurorum bonorum appellatio- E
ne in donatione continentur, idque Paul. Caſt. hic cenſuit, quem & Deci. [p] ſequitur, & ex facto
86 reſpondit Cornel. † Contrà Alexan. & Iaſon [q], quos & ipſe ea ratione ſequor, quod aliorum interpretatio, ad perimendum actum pertinens, accipienda non videatur: cur potius eum non ſuſtinemus [r], & reſeruatione uſusfructus cenſeri etiam facultatem teſtandi de eis fructibus reſeruatam interpretamur [s]? vt ſcilicet donans de
eis poſsit arbitratu ſuo diſponere [t], cùm de F
fructibus perceptis fructuarius teſtari poſsit [u], reſtringaturque futurorum bonorum donatio, vt in eis fructibus locum non habeat. Quid enim magis à veriſimili contrahentium mente abhorret, quàm exiſtimare eum, qui vſumfructum reſeruauit, non eo fine reſeruaſſe, vt de eius commoditate diſponere poſsit? ſicut & cæteri fructuarij diſponunt, nempe vel contra hendo, vel teſtando [x]. Quòd ſi res conſentiente donatario alienata, & deinde redempta, in bonorum futurorum donationem non reuertitur [y], quantò magis id de hiſce fructibus dicendum, qui in ipſomet contractu excepti ſunt [z]? alioqui damnoſior donatario is eſſet conſenſus, qui ex
A poſt facto adhibitus eſt [a], quàm qui in ipſo actu legem contractui dedit. † Sed quid ſi donans dixerit ſe centum aureos reſeruare, de qui- 87
bus in uita diſponere poſsit? Et Bartol. reſpondit [b], donationem non ſuſtineri: quia qui in vitá ſolùm diſponere poteſt, teſtari non poteſt: ergò apparet prohibitiuæ rationi adhuc eſſe locum, & in eo ſtatu conſtitutum donatorem, vt teſtari nequeat. † cuius reſponſi autoritate idem traditum extat, cùm quis ea centum ſibi reſer- 88
B uaſſet, de quibus pro anima diſponeret [c]: apparet enim alia ex cauſa, quàm pro anima teſtari non poſſe, ideoq; diminutam reſtandi liberam facultàtem. † Fortius ex facto cenſuit Dec. idem
eſſe cùm dictum eſt, reſeruari centum aureos, de 89
quibus in uita vel in morte diſponeret [d]. Sed ab his omnibus ego diſſentio: quia apparet ea verba: de quibus diſponeret, &c. ſola retinentis contemplatione addita, & ideò reſtringere reſeruationem non poſſunt [e]: nec debet curioſus
C eſſe donatarius de re quæ ſemel à donatore excepta eſt, quam in cauſam ille conuertat [f], & cùm hic articulus, an adiectio vitæ futurum modum reſpiciens attendatur, plurimum ex eo pendeat, quid veriſimiliter partes egerint [g], quis reſtrictionis præſumptionem ad ſubuertendum actum capiat [h]? cùm & ne vtilis contractus per inutilem adiectionem vitietur, potius cenſeri debeat, vitæ mentionem ſuperfluò additam [i]. † Adde quòd illa verba, in vita diſponere,
D etiam teſtamento quadrant, cùm diſponere, te- 90
ſtari ſit, teſtamentumq; in uita fiat, non à mortuis [k]. Decij verò ſententiam alia quoque ratione conuinci arbitror. Non enim ex contractu donationis in eū ſtatum ille reponitur, vt teſtari non poſsit, quod ſubuertendæ donationi neceſſarium omnes fatentur, ſed ex facto proprio, qui in uita reſeruatam ſummam conſumpſit, quam vltimæ voluntati ſuæ attribuere potuiſſet: ſi enim non conſumpſiſſet, dubium eſſe non po-
E tuit, quin donatio valeret. cùm ergò à principio non ſit nulla, conſequens eſt, vt ex ſe teneat, conſumentiq; imputandum ſit: quam conſumptionem non eſt credendum ad executionem prioris contractus (quod ipſe arbitratur) pertinere [l], cùm excepta in eo non comprændantur, ſed ex iuris communis diſpoſitione libero arbitrio reſeruantis relicta ſint [m].

L. 10. De quæſtione.

SVMMAE RVBRICAE.

1 *Pactum in genere deſcribitur, & in ſpecie.*
2 *Tranſactio propriè quid.*
3 *Agere & tranſigere quis dicatur.*
4 *De plerisque paciſci non poſſumus, tranſigere poſſumus.*

a Aret. hic Bar. d. conſil. 10.
b l. Caius. ff. de leg. ij. c l. obligatione. de pig. Mod. hic.
d Bart. l. generali. §. vxori. de vſufr. leg.
e l. quæſitum. §. pen. vbi Bart. d. lega. j.
f Vt not. in l. j. ꝟ. eod.
g l. cum pupillus. ff. rem pupil. ſal. for.
h l. peculiū. iij. ff. de pec.
i l. cogi. ad Treb.
k l. 5. de ver. ſig.
l l. iubemus nulli. in prin. ꝟ. de ſacroſ. eccleſ.
m l. ſi deſſictus. ꝟ. arb. tutelæ. n d. §. j. o Angel. conſil. 179. Alexan. d. l. ſtipul. p Deci. conſ. 30. & 151. Corn. 176. in ij. q d. l. ſtipulatio. r l. quoties. de reb. dub. s Arg. Bart. in l. ſi fundum per fideicommiſſ. de lega. j. t Arg. l. ſi verò. §. idem. Papin. mand. u l. defuncta. ff. de vſufr.
x Arg. l. ex militari. de teſta. milit.
y l. fin. ꝟ. de remiſſ. pig.
z Arg. l. pen. §. ſi. de pign. Ro. ſingul. 605.
a d. l. fin.
b conſil. 76.
c Ripa lib. 3. reſponſ. cap. 14.
d Dec. d. conſil. 151. & 201.
e l. donationes. § ſpecies. de donat. Paul. conſ. 246. cū dicta ſubſtitutio. f l. doli. in fin. de nouat. g l. Titia. §. fin. ꝟ. de leg. ij. Bart. l. 4. de alſ. leg. h d. l. quoties. i Bar. d. auth. ingreſsi. k gl. in rub. ff. ſolu. matr. l c. literis. de reſcript. m l. in re mandata. ꝟ. mand.

5 *Aliqua, nec pacto, nec tranſactione finiri poſſunt.*
6 *Vbi compromiſſum fit, tranſactio dicitur.*
7 *Tranſactio qualis contractus.*
8 *Tranſactio quomodo contractus innominatus.*
9 *Tranſactio quare non ſit contractus nominatus. & num. 13.14.*
10 *Iuſiurandum quomodo ſpeciem tranſactionis habere dicatur.*
11 *Conuentiones iuris gentium in proprium contractus nomen tranſeuntes, actionẽ pariunt: conſtantes generali tantùm nomine, non pariunt.*
12 *Exempla huius doctrinæ.*
15 *Tranſactio ſtricti iuris.*
16 *Tranſactio dolo inita ipſo iure non eſt nulla.*
17 *Reſponſio ad argumentum Bart. tranſactionẽ bonæ fidei exiſtimantis, ſi fiat ſuper actione bonæ fidei.*
18 *Stipulatio etſi contractui bonæ fidei apponatur, tamen ſtricti iuris manet.*

RVBRICA.

1 PACTVM† generaliter omnis cõ-
uentio eſt duorũ pluriumúe: vn-
de & contractus omnes qualeſ-
cunq; ſint, nominatos ſeu inno-
minatos, complectitur [a]. Speciali
ter tamen pactum pro ea cõuen-
tione accipitur, quę nuda eſt, & gratuita: idemq́;
etiam ſi gratuita non ſit, dum tamen contempla
2 tione litis non ſit cõcepta [b]. † Cùm enim aliquo
dato vel recepto timore præſentis vel futuri iu-
dicij, in re dubia conuentum deciſumq́; eſt, pro-
prio ſpecialiq́; nomine tranſactio appellatur [c]:
3 † quòd ſicut agere dicitur, qui petit quod ſibi de-
betur [d], ita tranſigere, qui preter formulam actio
nis ſuæ aliquid accipiendo litem ſopiuit. μεταφορικῶς tamen Tranſigere ſimpliciùs accipitur pro
4 decidere, & Tranſacta res quoq; modo finita [e]. †
Quædam autem ſunt de quibus paciſci nõ poſ-
ſumus, quia pactum de re clara ſit: tranſigere ve-
rò propter incertitudinem poſſumus, vt in cau-
5 ſa ſeruilis aut adſcriptitię conditionis [f]. † Rurſus
aliqua nec pacto, nec tranſactione finiri poſſunt,
vt ſi de ſacerdotio litigetur: [g] quæ tamen amica
æquabiliq́; compoſitione terminari non prohi-
bentur [h], vt quia aliquis concordię cauſa probis,
amiciſq́; partes ſuas interponẽtibus det manus,
& componi rem ſinat: quod intelligendũ, cùm
citra cõpromiſſum id fiat [i]: † ſi enim illud acceſ-
6 ſerit, nõ tam amicabilis compoſitio, quàm tran-
ſactio eſt: quia compromittẽdo videntur partes
tranſigere, & arbitratoris ſententiæ ſtaturos ſe
7 polliceri [k]. † Cæterùm qualis nam contractus eſt
tranſactio? & ſi ſtipulatio acceſſerit, dubiũ nõ eſt,
eſſe nominatum [l], ideoq́; ex eo actionem ex ſti-
8 pulatu dari [m]: † alioqui innominatus eſt, & ideò
non niſi re ſequuta parit actionem [n]. Quandoq;
enim dubiam litem quis remittit, vt ſibi aliquid
tradatur, & contractus hic eſt, cùm facio, id eſt,
remitto, ut facias [o]: tradere enim facti eſt [p]. Quã-
doq; facio vt des, quo caſu poſtquàm feci, aduer
ſus dare detrectantem, de dolo agitur [q]. Aliquan
do do vt des, ſucceditq́; loco permutationis trã-
ſactio, vt quia vice fundi petiti alium des [r]. Non
raro etiam aliquis actionem, de qua liquidò con
ſtat, remittit, vt aliquid ſibi fiat, qui contractus
ad eam ſpeciem pertinet, quæ eſt, do vt facias [s].
† Sed cur ex ſe potius contractus nominatus nõ
9 eſt, cùm elegans nomen habeat [t]? Reſpondent

a l.j.§.j.ff.de pact.
b.l.j.§.tit.j.
c l.j.ff.eod.
d §.j. Inſtit.de actionib.
e l tranſacta.de verb.ſig.
f l.ſi.§.eo. l.nec ſi volẽs.§. de lib. cauſ.
g c.cũ pridem. extra de pact.c. conſtitutus.extra eod.
h a.ſuper eod.c. ij.extra eod.
i Arg.c.niſi eſſent.de præb.
k Gl.in auth.vt diff.iud. Sanſeuerinas in tractatu trãſactionum.q.3.
l cum propoſitas.ij.§.tit.
m Bart.l.ij.§.de cond.ob cauſ.
n l.ſiue.§.eod.
o l.cũ ſcieta.§.eo.
p l.ſtipul. nõ.di ui.de ver.obl.
q l.actione.§.eo.
r l.ſi pro fundo §.eod.
s l.ſi mulier.ff. de condict. ob cauſ. l. naturalis.§. ij. de præſcript.verb.
t l.iuriſgentiũ. in prin.ff. de pactis.

pleriq;, nomen id generale eſſe, & ideò non ſuf-
ficere, vt contractum nominatum faciat [u]. vnde
lex ait, Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis con-
tinere [x], ergò tranſactio genus eſt: nam & per-
mutatio, quia generale eſt nomen, ad innomi-
natos cõtractus per
tinet [y]. Sed nos ſu-
prà oſtendimus trã-
ſactiones ſpeciale

*De tranſactionibus.*

A contractus nomen eſſe: † & quod lex ait, Iuſiu- 10
randum ſpeciem tranſactionis habere intelli-
gendum eſt, ſimilitudinem & primam faciem [z].
Tacitus lib. XIII. Vectigal mancipiorũ remiſſum
ſpecie magis quàm vi. † Ego igitur iuriſgentium
conuentiones actionem parêre interpretor, quæ 11
in proprium nomen contractus tranſeunt, vt
emptio, locatio, depoſitum, &c. At quæ generali
tantùm nomine conſtant, non pariunt: non e-
nim quod generaliter dicitur, propriè, ſed poti-
B us καταχρηστικῶς dicitur [a]. † Sic permutatio contra- 12
ctus nominatus non eſt [b]. Idem dicendum in no
mine executionis, vt donatio: ipſa enim doni
datio nomen id habet [c], quæ ſi facta eſt, fruſtrà
de actione rei iam perfectæ quæritur: ſi adhuc
facta non ſit, illud nomen non habet. Idem in
nomine non contractus, ſed rei ipſius, vt eſt dos:
vniuerſale enim eſt rei nomen, non ipſius [d] con-
tractus, quod & ex eius diffinitione apparet [e]. †
Idem in nomine, quod eam contractus partem 13
C non exprimit, ad quam actio pertinet, vt in præ-
ſenti tranſactionis exemplo: tranſigentis enim
nomen ex etymo eum ſignificat, qui ab actione
tranſit. Quare quoquo modo quis litem finiat,
tranſegiſſe dicitur [f]. Et quamuis lex nullo dato
acceptoúe, tranſactionem infirmari velit [g], dictio
tamen contractus expreſsiua ad hoc non refer-
tur, ſed generaliter ad finientem, meritò eius
quod in eo contractu deducitur, proprium nul-
lum eſt nomen, nullaque ad id conſequenter a-
D ctio. † Eo igitur reſpectu generis nomen eſſe 14
tranſactionem cum cæteris cenſeo, quòd tam
eum, qui gratuitò à lite recedit ſignificare ui
verbi poteſt, quàm qui accepta pecunia. † Hinc- 15
que conſequens eſt, vt ſtricti iuris ſit tranſa-
ctio: eam enim naturam & alij innominati con-
tractus ferè ſeruant: quapropter infrà traditur,
† dolo initam tranſactionem, ipſo iure non eſſe 16
nullam [h]: quod & in cæteris omnibus ſtricti iu-
ris contractibus obſeruatur [i], vt meritò non fue-
E rit inter bonæ fidei contractus à Triboniano
hæc conuentio recenſita [k], ſed ſola præſcriptis
verbis actio, quæ de æſtimato, item de permu-
tatione proponitur, alioqui mutilus fuiſſet Iu-
riſconſultus: videturque hæc ſententia eſſe re-
ceptior. † nec Bartoli ratio quicquam vrget, id 17
negantis, cùm ſuper actione bonæ fidei tranſi-
gitur [l], tanquam idem de reſolutione contra-
ctus iudicandum ſit, quod de contractu. Reſpon
deo enim contractum [m] à tranſactione non re-
F ſcindi [n], ſed à iudicio ipſo ſimpliciter recedi,
quod iudicium ſemper ſtricti iuris eſt [o], idque
ceu proximius attendendum, præſertim cùm
tranſactio ſua ex natura cenſeatur [p], non au-
tem ab origine præcedentis actionis, cùm &
ipſa ex ſe contractus ſit [q], idq́; (vt ego aduerſus
Accurſium [r] ſentio) propriè, cùm vltrò citroque
inde oriatur obligatio [s], vnde meritò ex ſui na-
tura dijudicari debet: † ſicut de ſtipulatione di- 18
cimus, quæ contractui bonæ fidei appoſita, ta-
men ſuam ſtricti iuris naturam ſeruat [t].

u Doct.d.l.ſiue.
x l.ij.de iureiu.
y l.j.ff.de rer. permut.
z l.ij.ff.de libe hom.exhib.l. propon.batur in fin.de iud.
a l.inter.§.j de adult.
b d.l.j.
c Bart.& Iaſ.d. l.iuriſgentium.
d l.quod dicitur.de impub.
e Doct.rub.ſol. matr.
f d.l.tranſact.l. tres fratres.ff. de pact.
g l.tranſactio.§. eod.
h l.actiõe.l.ſub prætextu.§.eo.
i l.pen.§. de inutil.ſtipul.
k §.actionũ.Inſtit.de actio.
l d.l.ſub prætextu.arg.l.j.in fi.ad Tertul.
m l.ab emptione ff.de pact.
n d.l.ſiue apud.
o l.j.§.ſi plu.una ſen.
p l.iiij.in prin. ad leg.falcid.
q l.ſi donatiõis. §.quod met. cau.
r gl.l.cõtractus. §.de fi.inſt.
s l.Labeo. ij. de verb.ſig.
t l.in bonæ fidei.ff. de eo quod cer.loc.

DE



# De tranſactionibus.

†lib.2.tit.4.

*Rubrica.*

LEX I.

IMP. ANTONINVS AVG. *Celenio.*

LEX I.

1 *Facti ſpecies huius legis.*
2 *Cauſa dubitãdi in hac lege.*
3 *Decidendi ratio.*
4 *Regula, pactum vni factum, ad alium non extenditur.*
5 *Exceptio huius regulæ.*
6 *Tria exempla, in quibus legis noſtræ diſpoſitio ceſſat. & num. 8.9.*
7 *De beneficio ordinis tutoribus competente. & num. 11.*
10 *Tutores ad reſarciendum pupillo damnum regulariter in ſolidum tenentur, de rigore iuris.*
12 *Magiſtratus qui dederũt tutores, conueniuntur ante tutores, qui non adminiſtrarunt. & quæ ſit ratio.*
13 *Quando id non obtineat.*
14 *De diuiſionis beneficio tutoribus conceſſo.*
15 *Quid diuiſionis exceptio contineat.*
16 *De vtili actionis beneficio tutoribus indulto.*
17 *Quæ ſit diuerſi iuris ratio, quòd tutori pro alio ſoluenti vtilis actio conceditur, & fideiuſſori non item. & num. 18.*
19 *Plures curatores habens ſi cum aliquibus tranſegerit, an alios. & in quantum conuenire poſſit.*
20 *Licet tutoris pactum contutori non proſit, ſolutio tamẽ prodeſt.*
21 *Item prodeſt contutori acceptilatio.*
22 *Acceptilatio eſt ſolutio ficta.*
23 *Acceptilatio in dubio ſuper toto facta præſumitur.*
24 *Sed & confeſſio contutori prodeſt.*

1 NEQVE PACTIO.) † Tranſe-
gerat aliquis cum vno ex tuto-
ribus ſuis, dubitatum fuit an
ea tranſactio cæteris contuto-
2 ribus prodeſſet. † Et videbatur
prodeſſe, quoniã omnium tu-
torum connexa eſt inter ſe ob-
ligatio [a], cenſenturq́; quodãmodo ſocij: at tran-
ſactio vel pactum vni in cauſa connexa factum,
alteri quoq; prodeſt [b], quoniam connexorũ na-
tura id ſuadet [c]. quod & in ſociorum pactis cæ-
terisq́; rebus traditur [d]: nec enim nouum eſt ple-
3 raq; nobis aliorum beneficio concedi [e]. † Sed ta-
men hac conſtitutione alia ſententia approba-
tur, quia iuris regula eſt, † Pactum vni factum, ad
4 alium non porrigi [f]: † quod intelligendum, niſi
5 paciſcentis interſit, vt ad alium quoq; extenda-
tur [g]. Quapropter in legis noſtræ caſu tale pactũ
etiam contutoribus prodeſſet, qui aliàs paciſcẽ-
tis facto poſſent conueniri: † cuius rei tria exem
6 pla hîc ab eo interpretibus referuntur. † Primũ,
7 cùm iure ordinis tutor, qui tranſegit, priùs con-
ueniendus fuiſſet, vt in quinque caſibus exce-
ptis, quibus diuiſa à teſtatore vel iudice tutela,
nihilominus alter tutor pro altero tenetur [h]: cũ
enim cum eo tranſactũ eſt, qui priùs debuit con-
ueniri, alius tutor beneficio ordinis tutus eſt:
quod Salicetus intelligit, quatenus is, cum quo

a l inter.ff.de admin.tut.
b l.quid ergo.§. pen. de contr. iudi. tut. l. j. §. de diuer. reſcr.
c l.ſi creditores. §.tit.j.gloſſ.c ac cuſatus.verb.iudicari. de hære. in 6.
d l.eandẽ. & l. fi.§.de duobus reis.
e l.ſi communẽ. ff. quemad. ſer. amitt.
f l.ſi ſeparatim. in fin.de app.
g l.& hæredi.§. fin. ff. de pact.
h l.ij.§.de diuiſ. tut.

tranſactum eſt, ſoluendo fuit [i]. Finge, is tutor de-
bebat viginti, cùm ſola decem ſoluendo eſſet,
tranſigit cum pupillo quinq;, poterit pupillus à
contutoribus decem petere. Sed tamen crebrio
re calculo alij contrà ſentiunt [k], tanquam videa-
tur pupillus huiuſ-
modi tranſactione
pro idoneo locuple
teq; eum habuiſſe [l],
& quum eum, qui
principalis fuit, ea
tranſactione libera-

NEcꝫ pactio, necꝫ
trãſactio cũ qui-
A buſdam ex curatori-
bus ſiue tutoribus fa

uerit, contutores quoq; liberabuntur, qui nõ ni-
ſi in ſubſidium obligantur [m], & obligantem pu-
pillum cedendarum actionum exceptione reij-
cere poſſunt [n]. † Secundum exemplum eſt, cùm 8
tutor qui tranſegit, inſolidum cogi potuit, quia
beneficium diuiſionis nullum haberet, veluti
cùm ſuo dolo, ſuaúe culpa conueniebatur [o]:
B traditum eſt, eum, qui agendo dolo vel culpa de
liquit, rectè inſolidum exigi poſſe [p], licet qui
negligendo ſolùm deliquit, beneficio diuiſionis
non arceatur [q]: quam ſententiam aduerſus ple-
roſque veteres, Alexander, Decius, Iaſon tuen-
tur, quibus & ego accedo. † Tertium exem- 9
plum eſt ſuperiori non abſimile, cùm is, qui
tranſegit, communis doli aut propriæ culpæ
reus erat [r]. Si enim aduerſus contutores pupil-
lus experiatur, quia illis cedere erga eum actio-
C nes non poterit, vtpote facto ſuo propter tranſ-
actionem extinctas, ſummouebitur [s]: hoc e-
nim caſu facto ipſius tranſigentis contutores
conueniuntur, vnde eo liberato, & ipſi eatenus
abſolui debent, quatenus ob illum exigi po-
tuiſſent. Et quamuis exceptio cedendarum non
ſoleat doloſis prodeſſe [t], tamen hoc caſu vide-
retur pupillo id imputandum, qui actionem
diuiſit. Clarius tamen id exemplum procede-
ret, ſi de tutoribus ageretur, qui alicuius doli
D rei non eſſent, in his enim generaliter exceptio
cedendarum locum habet. † Sanè ſciendum eſt 10
regulare eſſe, vt tutores ad reſarciendum pu-
pillo damnum inſolidum teneantur, idq́; rigo-
re iuris ita ſtatuente [u]: ſed eis ex æquitate tribus
remedijs (vnde ſuperiora tria exempla de-
ſumpſimus) ſuccurri ordine, diuiſione, actio-
ne vtili. † Beneficium ordinis tunc locum ha- 11
bet, cùm ex pluribus tutoribus vel curatori-
bus vnus vel aliqui tantùm adminiſtrarunt:
E hi enim, qui adminiſtrarunt, primò conuenien-
di ſunt [x], cenſenturque adminiſtraſſe, etiam hi,
qui contutori mandauerunt, quoniam qui
mandat, & ipſe facere videtur [y], dum tamen
de mandato appareat: ſimplex enim toleran-
tia non ſufficeret, vt rectè Salicetus cenſuit,
tametſi Rimin. friuolis rationibus diſſentiat.
† Poſt hos verò qui geſſerint, ſi ſoluendo non 12
ſint, ad magiſtratus, qui eos dederunt perueni-
tur [z], deinde ad tutores qui non geſſerunt, &
F quos honorarios appellamus [a]. Sic enim & tunc
obſeruamus, cùm habenti teſtamentarium tu-
torem additus eſt datiuus, cùm quo teſtamen-
tarius tutelam diuiſit. Ex culpa enim datiui
priùs magiſtratus, quàm teſtamentarius conue-
nietur [b], idque æquiſsimum fuit, cùm is qui
non geſsit, nullius criminis, quàm contumaciæ,
ſimplicisq́; negligentiæ reus ſit: at qui geſsit, per
fidiæ furtiq́; nota non careat [c], quem & adiuua-
re magiſtratus videtur, nõ idoneos fideiuſſores
accipiendo [d]: meritò ergò qui grauius peccaue-
runt

L.1. Necꝫ pactio.
i Arg. l. fi.§. de di. tut. l. fin.§.ſi tutor non geſſ.
k Cyn. Ray. Alex. Mod.
l Arg. l. vir alſco.ff. de iu. do.
m Inſt. de ſatiſ tut.§.pen.
n l ſi pupillus. ff. de admi. tut.
o l.j.§.nunc tractemus. de tu.et rat. diſt.
p l in magiſtratus l. fi. in fin. ff. de ma.con.
q l. ſi plures.ij. de admin.tut.
r l.1.& ij.§.ſi tut. non geſſ.
s d.l.ſi pupillus. & l. ſi Stichum. §. pen. de ſolut.
t d.l.j.§.plane l. ſi ex duobus. ff. de tut. & rat. diſtr.
u l.tres tutores. in prin. de admin.tut.
x l.fin.§.de diuiſ. tut.l. fin.§.ſi tu. non geſſ.
y d.l.tres.tut.§. non ſolum.l.ita §. quod ſi quis. eod.tit.
z l.j.§. vſque adeo. de tut. & rat diſt.
a l.iij.ff.de admin.tut.
b l.Lucius.§.cũ teſt. de admin. tut.
c d.l.tres tu.§.j.
d Inſt.de ſat tu. in prin.

runt, nempe faciendo, prius conueniūtur, quàm qui negligendo ſolùm in legem commiſerunt [a], maximè cùm qui priores conueniuntur, potuerint hoſce contutores ad ſuſcipiendam adminiſtrationem compellere [b].
13 † quoties tamen contutor ob hoc conuenitur, quòd ſuſpectum facere, vel ſatis exigere noluit, ante magiſtratū ex Marcelli ſententia cōuenietur [c]: quod pleriq; rectè intelligunt, etiam ſi à iudice vel teſtatore diuiſa fuerit tutela [d]. Sed quid in neglectis? tam enim qui geſſerunt, quàm qui non geſſerunt, neglexiſſe, pariq; in culpa eorum reſpectu eſſe videntur: & hoc caſu nullum ordinis beneficium eſt [e], idq; ſupradicta ratione, niſi cùm ea neglecta ſunt, quæ geſtis connexa erant: ſoli enim gerenti primùm eo caſu imputantur [f].
14 † Diuiſionis beneficium his competit, qui omnes geſſerint tutelam, & ſoluendo ſint [g]: ei autem, qui dolo adminiſtrauerit, verius eſt id non indulgeri, ſiue ſolus, ſiue communiter cum alijs dolo aut culpa egerit [h]: quod & in magiſtratibus deciſum eſt [i], hi enim iiſdem actionibus, quibus & tutores tenentur [k]. Illis verò, qui negligendo, & per contumaciam deliquerunt, non eſt denegandum id beneficium [l], vt recentiores ferè omnes ſentiunt, qui Hugolini, Actijq; diſcordiam ſic conciliant: quam ſententiam & nos ſuprà probauimus.
15 † Continet autem hæc diuiſionis exceptio meram defenſionem, vnde contumaci auferenda non fuit, fauorabiliorque eſt ceſsionis beneficio, quæ alterius oppugnandi cauſa inſtruitur, quod Bartolus tradit [m]. Sanè id diuiſionis beneficium, quod his, qui ſoluendo ſunt conceditur, ad tempus finiti officij tutelæ refertur, ſatisque eſt tunc eos ſoluendo eſſe [n], vt Raphael Fulgo. reſpondit [o], cùm in pluribus fideiuſſoribus ſecùs ſit, in quibus tempus litis conteſtatæ attenditur [p].
16 † Actionis vtilis beneficium ei tutori competit, qui inſolidum conuentus eſt, cùm alij ſoluendo non eſſent: poteſt enim à pupillo petere, vt ſibi actiones cedat, quibus contra alios experiri poſsit, ſi forte aliquid inde aliquo tempore corradere queat, vt quia alij ad meliorem fortunam perueniant, tenetur enim pupillus cedere, dummodo ex proprio communiue dolo, aut etiam propria culpa ille non conueniatur [q]. Quòd ſi ceſsionem ſibi fieri non petierit, adhuc vtili negotiorum geſtorū actione, vt plerique ſentiunt, ei ſuccurritur [r], licet vtilem tutelæ actionem alij malint [s]. Quòd ſi pupilli facto cedi ea actio non poſsit, agenti ei obſtabit cedendarum, vt vocant, exceptio [t].
17 † Sed cur tutori pro alio ſoluenti lex actionem vtilem conceſsit, & non fideiuſſori, qui pro confideiuſſore ſoluat [u]? Multæ rationes adducuntur, quæ vtcunque defendi poſſent, ſed duæ probabiliores ſunt. Prima, quòd fideiuſſor ſoluendo, id agit, vt principalem liberet, meritò aduerſus confideiuſſores non experitur, qui in quandam ſequelam ſolùm liberantur [x] at tutor vel reus debendi, principaliter agit, vt contutorem vel alium reum liberet. Nec me mouet ſi dicatur, videri potius propriæ obligationis tollendæ cauſa id facere [y], quia quantum eius ſummæ reſpectu ſit, quæ actione vtili à contutore peti poteſt, in ea contutor ipſe principalis videtur [z], & ideò ab eo peteretur, ſicut fideiuſſor à principali peteret [a]: quod & in duobus reis dicendum [b].
18 † Altera ratio eſt, magis ſuccurri tutoribus, quã tutelam ex neceſsitate aſſumūt, quàm fideiuſſoribus, qui ſponte pro alio fideiubent [c], nec tamen inuicem fideiubent: quod in reis debendi ſecùs eſt [d].

a Gl. l. ſi mora. ff. ſol. matr.
b d. l. j. ſi tut. vel cura.
c d. l. j. §. vſque adeo.
d d. l. ij. de diuiſ. tut.
e l. fin. ꝟ. ſi tutel. tutores q poſt. §. in eum. de adminiſt. tut.
f d. l. tres tut. §. in eo. l. tutor q tutelam. de admin. tut.
g d. l. j. §. nunc tractemus.
h Arg. d. l. j. §. planè & d. l. j. ſi tut. vel cur.
i l. antepen. de mag. conuen.
k l. fin. de mag. conuen.
l d. l. ſi plures. de admin. tut.
m d. l. ſi plures.
n l. j. ꝟ. de di. tut.
o Conſil. 135.
p l. inter eos. §. pen. & §. j. de fideiuſſ.
q d. l. j. §. planè
r l. ex facto. ff. de neg. geſt.
s Arg. d. §. planè. Lancelot. Deci. hic.
t l. Stichū. §. pen. de ſolut.
u l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſ.
x Gl. l. ex facto. de neg. geſt.
y l. & magis. ff. de ſolut.
z §. pen. Inſtit. de ſat. tut.
a d. l. ex facto.
b l. j. ꝟ. de duob. re. cum gl.
c l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria ff. qui ſat. co.
d d. l. j. Authen. præſente. ꝟ. de fideiuſſ.

...cta, auxilio cæteris eſt, in iis, quæ ſeparatim communiterue geſſerūt [a], aut gerere debuerūt. Cùm igitur tres curatores habueris, & cū duobus ex his tranſegeris, tertium conuenire [b] nō prohiberis. Dat. Kal. Maij, Gentiano & Baſſo COSS.

a ¶ Geſſerunt.) Secùs in his, ad quæ ipſi ex facto eorum obligarentur, cùm quibus pactio vel tranſactio facta eſſet: in his enim vel ordinis vel diuiſionis, vel cedendarum exceptione agentem pupillum ſubmouere poterunt, quod ſuprà declaraui.

b ¶ Conuenire.)
19 † Pro ſuâ virili, quod indubitatum eſt, cùm ſeparatio à tutore, vel à iudice facta eſt [e]. quòd ſi nulla ſeparatio, vel à ſeipſis facta eſt, adhuc idem dicendum, propter diuiſionis beneficium ipſis competens, ſi ſoluendo ſint [f], vel exceptionem cedendarum, quam agenti pupillo obijcient, qui cedere eis actionem non poterit, cui tranſactione, vel pacto à ſe renuntiatum eſt [g]. Solùm igitur ſuprà virilem conueniri tutores poterunt, quùm doloſè egerunt, quòd ſcilicet nullum doloſis detur ceſsionis auxilium [h], nec diuiſionis quidem, vt ego poſt Azonem & aliquos recentiores cenſui [i], niſi ſponte appareret pupillum eos voluiſſe diuidere [k], quòd ſuprà defendi poſſe exiſtimaui [l].
20 † Illud generaliter traditum eſt, licet tutoris pactum contutori non proſit, ſolutionem tamen prodeſſe, & ideò quanto ſolutum eſt, tanto minus à contutore petetur [m]: qua tamen in re argutantur aliqui, tanquam ea pecunia non ob tutelam, ſed ob nouam tranſactionis cauſam ſoluta videatur [n]: ſed vt id verum ſit, negari non poteſt, quin adhuc ex cauſa tutelæ ſoluta aliquo modo dici poſsit [o], videturq; id hoc caſu ſatis, cùm adoleſcenti ſufficere debeat, ſi damnum ſibi reſarciatur, non autem id ei concedendum ſit, vt aliena cum iactura locupletior fiat [p], qui proculdubio fieret, niſi contutoribus accepta ex tranſactione imputaret.
21 † Sed quid ſi tutor acceptilatione liberatus eſt? Et idem eſſe traditum eſt, ac ſi ſolutione liberaretur, meritò contutori acceptilatio proderit [q].
22 † Nihil enim aliud eſt acceptilatio, quàm ficta ſolutio [r]: quod tamen non procedere Cynus & Raynaldus tradunt, cùm tutela à iudice vel teſtatore diuiſa eſt: non enim videri poteſt alius liberatus, cùm pro parte ſeparatim ſolùm teneretur [s]. Idem cenſuit Bartol. cùm acceptilatio limitata eſt ad naturam tranſactionis [t]: vel, quod Fulgoſius ait [u], cùm expreſſum eſt, pro parte eius tantùm accepto ferri, cum quo tranſigitur [x].
23 † In dubio tamen, acceptilationem ſuper toto factam eſſe promptius eſt, vt fauore liberationis interpretemur: cùm enim mero iure interpretemur: cùm enim mero iure quilibet inſolidum obligatus ſit [y], quamuis beneficium diuiſionis habeant, tamen de tota obligatione actum conſeri, Paul. Caſtr. Alexanderq; hîc tradiderunt, quos & ego ſequor.
24 † Sed quid de confeſsione dicemus? an idem quod in ſolutione? probat enim confeſsio ſolutionem [a], meritò contutori quoque proderit, vt Raphaël Comenſis reſpondit [b]: quo fit vt appareat, in quibus caſibus huiuſmodi confeſsio veram ſolutionem non probaret [c], eodem modo de ea, ſicut de pacto ſentiendū eſſe [d], magisq; in ea quàm in acceptilatione limitandum.

e l. ij. ꝟ. de di. tu.
f d. §. nunc tractemus.
g d. l. ſi pupillus de admin. tut.
h d. §. planè.
i Gl. l. ij. §. fi. de cur. bon. dan.
k Arg. l. ſi creditores. ꝟ tit. j.
l In tertio exemplo.
m l. ſi ex duob. de tut. & ra. di.
n l. 3. in prin. ff. ad leg. falcid.
o l. & poſt rem. §. pen. ff. eod.
p l. nam hoc natura. de cond. indeb.
q l. ſi ex plurib. ff. de accept. l. iiij. §. j. ff. de lib. leg.
r Bart. l. ex duobus 2. quæſt. de duob. re.
s l. ij. §. ſi tamē. de verb oblig.
t l. iiij. ꝟ. eod.
u Conſil. 135.
x l. ſi ex duo. ff. iud. ſol. arg. d. l. ſi creditores.
y d. l. tres tutores.



a l. Publia. §. fi. depoſ.
b Conſil. 24. colum. 1.
c l. pen. ꝟ. de non num pec.
d Bartol. d. l. ex duobus. q. 9. Fulg. d. conſil. 135.

## LEX II.

I D E M A V G.
*Luctatio.*

CVm te ppōas [a], cum ſorore tua de hæreditate tranſegiſſe [b], & ideò certã pecuniã ei te debere cauiſſe: etſi nulla fuiſſet quæſtio hereditatis, tamen propter timorē [c] litis trãſactione interpoſita, pecunia rectè cauta intelligitur. Ex qua cauſa ſi fiſco ſoluiſſes: repetere nō poſſes, & ſi nō ſoluiſſes, tamē iure conuenireris. PP. III. Id. Aug. Anton. A. III. & Balb. COSS.

## LEX II.

1 *Caſus huius legis.*
2 *Tranſactio metu futuræ litis facta valet, etſi lis adhuc cœpta non ſit.*
3 *In claris nec tranſactio nec compromiſſum valet.*
4 *Si iudex ſtatuto teneatur ex Doctoris alicuius ſententia ius dicere, in claris tamen articulis non tenetur.*
5 *Quando huius l. conſtitutioni locus ſit.*
6 *Tam actor quàm reus tranſigere dicuntur. & num. 8.*
7 *Tranſigere qui dicatur.*
8 *Statutum de actu aliquo verba faciens, de actu perfecto intelligi debet.*
10 *Legis verba cum effectu accipienda.*
11.12 *Quandoq; de timore mali idem iudicamus, quod de malo. & num. 13. 14.*
15.18 *In caſu l. noſtræ quando videatur probabilis timor litis adfuiſſe.*
16 *Qui cogi poteſt, non dicitur ſponte dediſſe.*
17 *Velle non videtur, qui obſequitur imperio patris vel domini.*

1 CVM TE PROPONAS.) † Cùm dubitaret Luctatius ne à ſorore ſibi controuerſia moueretur, quę in patris vel alterius hæreditate ius habere prætendebat, cum ea timore futuræ litis tranſegit:
2 † reſponſum eſt valere tranſactionem, quamuis lis adhuc cœpta non eſſet: quod intelligendum, dummodo ſororis expreſſa calumnia non argueretur [e], vel probabilis non fuiſſet litis metus: non enim poſſunt partes fingere litem cauſa adiuuandæ tranſactionis, vbi lis probabiliter eſſe non poteſt [f], alioqui nulla eſſet inter pactum tranſactionemque differentia [g], indiſtincteq; poſt rem iudicatam tranſigi poſſet [h], reiq; ſolutæ repetitio competeret, quod tamen falſum eſt [i],
3 † & ideò in claris non valet tranſactio, ſicut nec compromiſſum [k].
4 † Qua ratione & traditum eſt, ſi ex lege municipij prætor ſecundum fiduciarij doctoris conſilium ius dicere teneatur, in claris tamen perſpicuisq; articulis non teneri [l], niſi ex generalitate verborum legis ſuſpectam legiſlatoris prætoris cognitionem fuiſſe appareat, ne pro claro id duceret [m], quod ambiguū eſſet: quod & à me reſponſorum libro 1. diſputatum eſt.
5 † Intelligendum igitur reſcriptum hoc eſt, vt tunc ei locus ſit, cùm mulier hæc probabiliter litigare potuiſſet, vt quia de hæreditate patris, à quo exhæredata erat, ageretur, negaretque ipſa, iuſtam exhæredationis cauſam fuiſſe [n]. Idem ſi ex ſtatuto fœminæ dotatæ excluderentur, ipſaq; dotatam ſe non eſſe allegaret [o], exiſtimauerim tamen valere conuentionem, cùm poſſeſſor petitori, quãuis calumnianti, non niſi eatenus dat, quatenus quilibet diligens paterfamil. facti vexationem redimeret [p].

e l. in ſumma. ff. de cōd. inde.
f l. cum hi. §. ſi cum lis ff. eod.
g l. j. ff. eod.
h l. poſt rem. ff. eod.
i gl. l. eleganter. in fi. de cond in deb.
k Alex. cōſil. 23. col. 1. in 1.
l Bart. l. ille aut ille. de leg. iij.
m Paul. Caſt. cōſil. 194. viſo puncto in 2.

L. 2. Cū te proponas.

b ¶ Tranſegiſſe.) Accurſius actorem fuiſſe Luctatiū exiſtimat, quoniam tranſigere propriè actor dicatur, id eſt, ab actione tranſire.
6 † Ego cum pluribus nihil referre ſentio, actor an reus fuerit: veriſimileque eſt potius reū fuiſſe ſeu timuiſſe ne à ſorore conueniretur: receptius enim eſt, reum quoque propriè tranſegiſſe cenſeri:
7 † quia tranſigere dicitur, qui præter intentatam actionis in iudicio formulam aliquid dat, vel recipit, vt ſuper Rubrica declarauimus: recedit autem ab actione tam actor quàm reus, alter actiuè, vt Picus ait, alter paſsiuè [q].
8 † & ideò ſi in lege municipij mentio ſit tranſigentis, etiam reus continebitur, non tam ex regula correlatiuorum, vt quidam ſentiunt [r], quàm, vt ego arbitror, ex ſermonis proprietate: vtrunque enim æqualiter ſubſtantia tranſactionis reſpicit. Decius eius perſonam inſpiciendam tradit, cui ex tranſactione acquiritur. Sed cùm tranſactio non fiat, niſi vltrò citroque dato & recepto, non putarim eius ſententiam hac in quæſtione procedere: ſolùm igitur ei diſtinctioni locus erit, quùm lex non tranſigentis, ſed acquirentis mentionem facit [s].

c ¶ Propter timorem.) Differt quidem caſus ipſe infortuniumque ab eius metu: ſicut id, quod imminet, ab eo, quod iam euenit.
9 † Vnde lex municipalis de aliquo actu verba faciens, de eo, qui iam abſolutus perfectusque ſit intelligetur [t], non de imperfecto [u], aut de antecedentibus eius [x].
10 † Et hoc eſt quod dicimus, legis verba cum effectu accipi debere [y], & de re, quæ executionem facti conſequuta ſit non autem ex ſola animi deſtinatione inducatur [z].
11 † Quandoque tamen de timore mali idem, quòd de malo ipſo iudicamus [a]. Cicero in oratione pro lege Manilia: Nam in cæteris rebus, cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus, non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Seneca: Peior eſt bello, metus ipſe belli. Vnde reſponſum eſt, remiſsionem publicanis perinde ex metu faciendam, ac ſi ex ipſo bello fieret: quod Ancharauus cenſuit [b].
12 † Sic & conductori timore peſtis de domo migranti, remiſſio mercedis fieri debet [c], etiam ſi deinde verè nulla aduenerit peſtis [d]. Nam & timor armorum idem operatur, quod vis re ipſa armis illata [e]: tametſi à ſicario vel prædone depoſita eſſent, cùm facilè ſumere poſſet: quod in eo reſponſum eſt, qui à puellæ fratribus in ſtupro depræenſus matrimonio conſenſerat, metumque deinde allegabat [f].
13 † Huc pertinet

n Auth. non licet. ꝟ. de liber. præter.
o Bart. l. fin. ꝟ. de dot. prom.
p Arg. c. dilectus. de ſimo.
q l. filiusfam. de teſt.
r l. fi. ꝟ. de indic. vid. toll.
s l. debet. in fin. de æd. ed. Bald. & Sali. in rubr. ꝟ. de reb. cred.
t l. pen. in fin. ꝟ. de his quib. vt indig.
u Gl. cle. j. verb. contrahere. de conſang.
x Alex. conſil. 194. in 2.
y l. j. in fi. quod quiſq; iur.
z l. fundi. §. itē l. ſeq. de actio. empt.
a l. Pedius. in prin. de inc. ruï. nau.
b Alex. l. diuortio. iiij. col. ſolu. matr.
c l. habitatores. in fin. loca.
d Caccialu. l. diē q. 40. de offic. aſſeſſ.
e l. iiij. §. armis. de vi & vi ar.
f Alex. conſil. 44. in iiij.

a l.ij. de cuſt.re. b Bart.l.j.§.diuus.ij. de quæſtio.

tinet & torturæ,ſeu equulei timor[a].Ad cuius allegationem ſubuertendam, ſolent iudices finita quæſtione, poſt aliquod temporis interuallum,
14 confeſsionis ratihabitionem à reo exigere[b]. † Sic & imminentis fugæ timor, eiuſdem eſt effectus, cuius ipſa fuga[c], vt propria autoritate debitor à creditore capi,& ad iudicē deduci poſſit[d]. Vnde & generaliter traditum eſt, idem cenſeri, ſiue quis re ipſa à iudice coactus fuerit, ſeu probabilis coactionis timor allegetur[e]. Cenſetur autem probabiliter is timuiſſe, cui per iudicis pœnale præceptum, vel generali edicto comminatum fuit[f]: nec enim tormenta aut fidiculas expectare quis
15 debet[g]. † In caſu verò legis noſtræ tum probabilis litis timor adfuiſſe videtur, cùm verè actio
16 de iure competebat: † qui enim cogi poteſt, nō
17 dicitur ſponte dediſſe[h]: † ſicut velle nō videtur, qui obſequitur imperio parentis vel domini[i]. Idem ſi imperio legis, quæ creditoribus ſatisfieri iubet. † Quòd ſi actio ſolùm de facto competiſſet, non videri timore litis tranſactum De-
18 cius cenſuit, niſi adſint coniecturæ, quæ in præſentia eum acturum fuiſſe,probabiliterq; id exiſtimaſſe reum arguant[k]: quæ ſententia & nobis placet, ne alioqui ibi fingi lis videatur,vbi nulla omnino futura erat[l].

c Arg.l.fugitiuus.de verb.ſignif. d Gl.l.quæſitū.ff.de pign.Iaſ.hic. e l.nouiſsimè.vbi Bal ff.quod falſ.tut. f Bart.l.creditor.de ſolut. g Bal.l.falſus.§.de furt. h c.præterea.ij. vbi Ioan. And. de iur.pa. c.bona fides.de reg.iu. i l.iiij.ff.de reg.iur. k arg.l.iij.§.fin.de eo qđ cert.loc.vbi Paul.Caſt. l in auth.de tabel.verſ.& non fingant.

## LEX III.

IMP. ALEXANDER AVG. *Tulliæ.*

Age cum Geminiano[d], quod pater eius curator tibi datus, negotia tua A geſſerit[b]: & ſi apud iudicē negabit ſe hac actione teneri, quoniam trāſactio & Aquiliana ſtipulatio

## LEX III.

1 *Tranſactio de petitione competente inter curatorem & adoleſcentem,non valet.*
2 *Limitata cauſa,limitatum producit effectum.*
3 *Vtilis negotiorum geſtorum actio adoleſcenti aduerſus curatorem datur.*
4 *Directa ſolùm voluntario adminiſtratori competit.*
5 *Pupillo datur ſpecialis tutelæ actio, adulto generalis tantùm negotiorum geſtorum.*
6 *Tutor perſonæ datur, curator rebus, quorum ille etiam inuitis,hic minimè datur.*
7 *Nemini ante vigeſimumquintum annum permittitur rerum ſuarum adminiſtratio,niſi decreto iudicis.*
8 *Actio negotiorum geſtorum eſt bonæ fidei.*
9 *Actiones directè bonæ fidei, eiuſdem naturæ ſunt quādo contrario iudicio intenduntur.*
10 *Diſtractus ſimili conditione cenſetur cum contractu.*
11 *In iudicijs facti iuxtà clarè excipiendum atq; agendū eſt, contrà in iuris.*
12 *Fauore bonæ fidei iudiciorū interrogare iudex poteſt à reo quid in proſecutione cauſæ actum ſit.*
13 *Generaliter interrogationes præparatoriæ tantùm conceſſæ ſunt.*
14 *Conſequentia in materia fauorabili latiſsimè accipiūtur.*
15 *Is,qui plures actiones iniuriarum habet,omnes cumulare poteſt.*
16 *Non conceditur actori libellis pluribus reum vexare, ſi opponat reus.*
17 *Creditor non poteſt cogi, vt particularem ſolutionem recipiat.*
18 *Immunitas ægritudinis cauſa data, inter perſonalia munera refertur.*
19 *Promiſsio reſtituendi damni inter ſocios reſtringitur, quatenus quis obierit.*
20 *Cauſa diſpoſitioni cuilibet adiecta diſpoſitionem ipſam coarctat.*
21 *Ratio legis ipſam reſtringit.*
22 *Dominus non tenetur ex delicto familiæ,ſi extra miniſterium peccetur.*
23 *Nuntio publico extra cauſam officij ſui non creditur.*
24 *Fideiuſſor non tenetur vltra cauſam fideiuſsionis.*
25 *Syndici tātùm ne ijs criminibus inquirūt,quibus in officium ſuum committitur.*
26 *Liberis mercatorū fides datur tantùm in cauſis mercimonij.*
27 *Lex communis iuris correctoria reſtringi debet.*
28 *Mercatorum fides ſæpè languet.*
29 *Mercatorum plerią; mendacio ditantur.*

B AGE CVM Geminiano.) a ¶ † Cū 1 curator adoleſcenti ducenta deberet, ſolaq; centum adoleſcens petijſſet, tandem ſuper ea petitione tranſegit, & quinquaginta accepit: hîc traditur nihil impedire, quò minus de alijs centum rurſus quæſtionem moueret[m]. Alij generaliter ab adoleſcente petitam adminiſtrationis rationem interpretantur,
C deinde ab eo de certis rebus ſpecialiter tranſactum fuiſſe, & ideò non niſi earum rerum reſpectu præiudicabit tranſactio[n], † quoniam ſcilicet 2 limitata cauſa limitatum effectum pariat[o]. Sed hic intellectus verbis legis non admodum quadrat, quibus de certa pecunia, non autem ſpecie tranſactum dicitur[p]. Verùm ego iungi utrūque intellectum debere arbitror, vt petitio quidem generalis fuerit, rationem ſcilicet adminiſtrationis reddi: cæterùm in cauſæ proſecutio-
D ne id à creditore prætenſum, vt certa quantitas, puta mille aurei ſibi hoc nomine darentur, ſuper qua pecunia pro CCCC. tranſactum fuit. Hîc traditur adhuc agi poſſe, quatenus probet ſupra mille curatorē interuertiſſe.

b ¶ Geſſerit.) † Actione igitur negotiorum 3 geſtorum aduerſus curatorē adoleſcentis agendum eſt, non tamen directa, † quæ non niſi vo- 4 luntario adminiſtratori competit[q], ſed vtili[r]. † 5 Sed cur pupillo in tutorem datur ſpecialis actio
E tutelæ,in curatorem verò ſola hæc generalis negociorum geſtorum, cùm noſtra interſit etiam ſpecialiter nobis ſuccurri[s]? An quod magis neceſſarium eſt tutoris officium, cenſuit lex ſpecialiùs in ea re prouidere[t]? † Datur enim tutor 6 perſonæ, cùm curator ſolū in bona ius habeat[u]: datur etiam inuitis pupillis, cùm adoleſcētibus inuitis non dentur curatores[x]: † tametſi non 7 ideò ante vigeſimumquintum annum rerū ſuarum adminiſtratio vnquam concedēda ſit[y], niſi
F aliter iudex decreto ſuo cenſuerit[z]. Adde quòd quò maiore periculo & faciliùs pupilli quā adoleſcentes decipiuntur[a], eò & cautiùs agendum 8 fuit[b]. † Illud ſciendum etiam, hanc actionē negotiorum geſtorum tametſi vtiliter ſolùm competat, nihilominus bonæ fidei eſſe, quod pleriq; 9 hinc annotarūt. † Nam & traditum eſt actiones, 10 quæ directè ſunt bonæ fidei, eiuſdē naturæ cenſeri, cùm contrario iudicio intenduntur[c]: † opinor, quia ſimili conditione cenſetur diſtractus cum contractu[d].

m Gl.in verb.nominatim. n Gl.verb.iubebit. o l.in agris.de acq.rer.dom.Fe li.c cū ordinem.de reſcr. p l.ſed Iulianus.§.mutui.ff.ad Maced. q Bar.§.l.j.col.fi.l.iij.§.pen.de neg.geſt. r l.curatoris.§.de neg.geſt. s l j.§.dixerit.de public. t §.eſt autē.Inſtit.de tut. u l.ne copulandis.§.de nupt. x §.item.inuiti.Inſtit de cur. y l.j.ff.de min. z l in vniuerſis.§.qui dar.tut. a §.impuberes.Inſtit.de ſuſp.tut. b l.alienum.ff.de pœn. c Gl.§.actionū.verb.tutelæ.de actio. d l.Pompon.§.præterea.de acq.poſſ.l.ſi ad reſoluendam.§.de præd.mi.

a ¶ Quæ-



interpoſita eſt,iudex contemplatione iudicij, quod bonæ fi- A dei eſt quæret[a] de quāta pecunia nominatim trāſactū ſit,etſi apparuerit de minore[b] tranſactum,quātam pecuniam reliquam[c] ex adminiſtratione curæ deberi B probatum fuerit, ſoluere eum iubebit, A quòd non in ſtipulationem Aquilianam obligationis iure tātum deductum eſt,quanta erat quantitas pecuniẹ, quẹ debebatur. Dat. Prid. Id.Auguſt.Maximo B II. & Æliano Cōſs.

a ¶ Quæret.)Poterit igitur iudex reum compellere, vt exceptionē ſuam generaliter propoſitam declararet[a]: quod in his intelligendum, quæ
11 in facto conſiſtunt: † tunc enim non minus aptè & clarè reus accipere, quàm actor agere debet[b]: in his, quẹ iuris ſunt ſecùs eſt, valetq; rei exceptio generaliter negātis ius actori competere[c]: & ita cæteri hîc ſentiunt. Sed certè lex noſtra non communē regulā,ſed aliquid, quod ſpecialiter bonæ fidei iudicijs indultū ſit attingere videt. Sunt qui hîc probari exiſtiment, in hiſce iudicijs iudicem etiam parte nō petente procedere poſſe: verùm id nimium communi regulæ derogaret[d].
12 † Ego exiſtimo in hoc verti bonæ fidei iudiciorum fauorem, quòd quamuis reus ex generalitate verborum petitionis, itemque Aquilianæ ſtipulationis adiuuaretur, nec probationes ab eo exigi debeant,liceat tamen iudici quẹrere, eumque interrogare, quid in proſecutione cauſæ actum ſit,an non obſtante verborum generalitate
13 de certa ſolùm pecunia tranſactum fuerit[e], † cùm alioqui regulariter interrogationes non admittantur, ſi ad litis deciſionem ſpectant, ſed ſolùm quæ iudicij inſtruendi præparandique cauſa fiunt[f]. Exiſtimauerim igitur quod lex ait, quæret iudex,ad partis cuius intereſt petitionem intelligendum[g]. quòd ſi dura videtur hæc ſubauditio, poteſt reſponderi,eo ipſo, quòd actor negotiorum geſtorum actionem, quæ bonæ fidei eſt,intentat, adhucque extinctam non eſſe aſſeuerat, cenſeri conſequenter à iudice petijſſe,vt huius rei inueſtigandæ cauſa ipſum,qui conue-
14 nitur interroget. † Conſequentia enim latiùs in materia fauorabili accipiuntur, quàm in ea,quæ non ita fauorabilis ſit[h].

b ¶ De minore.)Hinc oſtenditur eum,cui CC. à Titio debeantur, poſſe centum ſola petere: quod ſolent aliqui creditores facere, vt experiantur quid in minore ſumma probare poſsint:
15 † quo argumento cenſuit Angelus eum, qui actiones plures ex varijs iniurijs vel pluribus furtis habeat,poſſe vna tantùm, ſi velit,interim experiri[i].Si tamen allegaret reus id calumniæ cauſa fieri,vt maiore tẹdio laboribusque afficeretur, deberet iudex actorem compellere, vt vnico iu-
16 dicio ageret[k]. † qua ratione receptum quoque eſt, non concedendum actori, vt reum pluribus
17 libellis vexet,reo ſcilicet opponente[l]: † nam & vice verſa cogi non poteſt creditor, vt particularem ſolutionē recipiat[m]: qua de re alibi diſſerui.

c ¶ Reliquam.) Limitata ergò cauſa limitatum effectum producit[n]. Vnde immunitas alicui ob ẹgritudinem data,de perſonalibus ſolùm
19 muneribus intelligitur[o]. † Promiſsio reſtituendi damni inter ſocios,quatenus in communi negotio quis illud ſubierit,reſtringitur[r]. Sic nautæ vel caupones de eo ſolùm tenentur, quòd exercentes ſuum negotium receperint, extra negotium ex edicto non tenentur[q].Sic videmus legatum ob cauſam relictum,ſecundum eam reſtringi[r]. Vnde & finita cauſa dilationis,finitur dilatio[s]: & finita cauſa priuilegij, extinguitur priuilegium[t]. † Et generaliter ſolet cauſa cuilibet
20 diſpoſitioni adiecta, diſpoſitionem ipſam coarctare[u]. † Sic & ratio legis eam reſtringit[x], & ceſ- 21 ſante ratione vel cauſa, ceſſat ipſa diſpoſitio[y]. † Inducuntq; hæc recentiores varijs quæ- 22 ſtionibus,vt domini non teneantur de familiæ delicto,ſi extra miniſterium ſuum ea delinquat[z]: vt prætor de apparitorum ſuorum crimine nō obligetur, ſi extra muneris ſui cauſam peccauerint[a]: † vt nuntio publico extra officij ſui cauſam nō adhibeatur fides[b]: † vt fideiuſſor vltra cau- 23 24 ſam fideiuſsionis exigi non poſsit: vt ſi in cauſam campſoriam promiſit, ex mercimoniali non teneatur[c]. Si pro fidelitate præfecti arcis ſpopondit, non niſi ob cuſtodiam teneatur, pro præfecti furtis & concuſsionibus nō teneatur[d]. Quo exemplo Picus ſe pro eo reſpondiſſe
C ait,qui in cauſa ſyndicatus prætoris fideiuſſerat, vt pro ſtupris à prætore perpetratis nō teneatur, ſed ſolùm quatenus in officium ſuum reſpicientibus deliquerit: † nam & ſyndici,non niſi de eis 25 criminibus inquirere poſſunt[e]. Sic cùm lex certis iudicibus mercatorum cauſas demandat, de eis ſolùm intelligetur, quæ mercimonij cauſa controuertuntur[f]. † Sic & lex plenam fidem iu- 26 bens Theſaurarij vel mercatoris libris adhiberi, ad cauſam munus Theſaurarij vel mercimonij
D ſpectantem reſtringitur[g]: & ita Pontanus,Aret. Iaſ.cenſuêre. Contrà Deci. quia à generalitate verborum legis recedendum non eſt[h], quæ mercatoris vel Theſaurarij mentionē feciſſe demonſtrationis cauſa videtur,non limitationis[i]. † Sed 27 ego communem ſententiam ſequor, quòd lex hæc iuris communis correctoria, reſtringēda ſit: & quia veriſimile non eſt, id priuilegium perſonæ; ſed cauſæ potius conceſſum, † cùm probabi- 28 le non ſit, tantùm fidei mercatorum indulgeri,
E quàm in aliquibus leuem videmus, & ideò non ſatis legibus hi approbantur[k], vt quibus illud ſit ſemper in ore: O ciues,ciues quærenda pecunia primùm,Virtus poſt nummos.

† Nam & M.Cicero ditari eorum pleroſque ex 29 mendacio affirmat. Fatendum itaque mercatorum mentionem in eo ſtatuto non demonſtrationis tantùm; ſed & limitationis cauſa fieri. Cæterùm ex quibus cauſis generalia legum verba limitari reſtringiq; poſſunt, diffuſiſsimè à no-
F bis tractatum eſt lib.de verb. ſignif.j.

a Bart.c.ij.de li.obl. Alex. hic. b l j.§.Labeo.ff.de ſtum. c l.fin. in prin. vbi Bal.§.de fideicom. d l.j.§.vt quæ deſ. aduo. e l.vbicunq;.de inter.act. f Bart.l.j.de inter.act. g l.iiij.§.hoc autem iudic.de dam.infect. h l.binas.de ſer.vrba.præd.c.fin.de verb.ſignif.l.ſi.§.ſi.de leg.iij. i l.interdum.ij.§.fin.de furt. k Bar.l in commodat.§.duob.commod. l Alex. Aret.l.qui totam.in fi.de acq.hære. m l.tutor.§.Lucius.de vſur. n l in agris.de acq rer.do.l.j.§.de fideiuſſ. o l.ij.§.corporis de vac.mu. p l.cum.duob.§.cum erat.pro ſocio. q l.iij.§.eodem.naut.caup.

L.3. Age cum. r l.Seio.in prin.de an.leg. s l.à filio.§.aliūno.ad Treb. t l.Titiam.§.vſuras.de leg.ij. u l.cū pater.§.dulciſ.de leg.ij. x l.adig.§.quāuis.de iur.patr. y c.cum ceſſante.de appell. z Bar.l.ne quid.de incen.rui.nauf. a Angel.l.j.ſi rect.prouin. b Doct.c.cū parati.de appel. c Bal.conſ.141.in 5. d Baldus l.j.de mag.conuen. e Bal.l.ij.§.de ratiocin. f l.fin.§.de iur.om.iud. g l ſi quis.§.ratione.de eden. h l.j.§.vt generaliter de leg.præſt. i l.mella.de ali.leg.l.quidā teſta.in princ.de leg.j.Bar.l.cum pater.§.menſæ de leg.ij. k l.antepen.in fi.§.de cohor.lib.xij.

## LEX IIII.

1 *Tranſigimus nudo pacto & acceptilatione.*
2 *Aduerſus nudum pactum tranſactionis non ſeruantem, prior actio competit.*
3 *Acceptilatione extincta,prior actio reſuſcitari nequit.*
4 *Doli exceptio acceptilationi opponitur actionis.*
5 *Dolus tribus rationibus in tranſactionem venit.*

6 Reus dolo malo perſuadens actori, vt ferat accepto, repellitur de exceptione.
7 Dolus præſtans cauſam contractui bonæ fidei, ipſo iure tractum infirmat.
8 Tranſactio cùm ſtricti iuris ſit, dolo non perimitur.
9 Tranſactio quemadmodum alij contractus innominati, eſt ſtricti iuris.
10 Vbi propriæ actiones competunt, ſubſidiaria de dolo excluditur.
11 Præſcriptis verbis actio nemini datur niſi ei, qui ex ſua parte adimpleuit.
12 Condictio ob cauſam, ex pœnitentia aut mora cõceditur.
13 Pœnitentiæ in tranſactione locus nullus eſt.
14 Actore nondum implente, reus in mora eſſe nequit.
15 Aduerſus reum actio de dolo non competit, niſi in mora exiſtentem.
16 Naturalia vel tacito pacto remitti poſſunt.
17 In contractu, facio vt des, contra dare recuſantem actio de dolo competit.
18 Liquidum debitum remittens, dare intelligitur.
19 Qui remittit debitum non liquidum, cenſetur facere.
20 Cùm ex facto agentis aliquid reus accepit, poteſt tamen actio doli competere.
21 Obligatio, quæ à tutela oritur, eſt iuris gentium, quemadmodum & negotiorum geſtorum.
22 Acceptilatio tutelæ aut negotiorum geſtorum, actiones non tollit.
23 Aquiliana ſtipulatio ſolam obligationem perimit, quæ verbis contracta eſt.
24 Contractus emphyteuticus acceptilatione ſola non extinguitur.
25 Niſi, exceptiua particula poſt affirmationem poſita ſequentem inducit negationem.
26 Non negare medium eſt inter negantem & verè affirmantem.
27 Reſpondentis ambiguitas, ex eius mente interpretationẽ recipit.
28 Verbis futuri temporis, non contrahitur præſens matrimonium.
29 Quod in verbis futuri tenet, idem infinitiuus ſibi vendicat.
30 Promiſsio ſe honeſtè virginem cognoſciturum ab adoleſcente facta, non facit matrimonium.
31 Abſq; conſenſu, matrimonium nullum eſt.
32 Niſi, quando proprium verbum requirit, tum ſi antecedens oratio affirmat, reliqua negat.
33 Quando procedit negatiua oratio, exceptiua negat non actum, ſed potentiam.
34 Datio libertatis factum requirit.
35 Libertas data cenſetur cum negatione propoſita, quamuis exceptio ſubijciatur, quoniam hic non potentia tantùm, ſed actus quoque ponitur.
36 Remiſsio doli tripliciter conſideratur.
37 Liberatio per dolum inducta non tenet, niſi ſpecialiter eius fiat mentio.
38 Dolus in adminiſtratione interueniens ſpecialiter remittitur, qui generali tranſactione non remittitur.
39 Remiſsio futuri doli nullo pacto valet.
40 Teſtator inutiliter tutorem à reddendis rationibus liberat, quin de dolo conueniatur.
41 Præſumptus dolus tacitè remitti poteſt.
42 Dolus ex reipſa, non ex animo profectus, tacitè remittitur.
43 Dolus tutoris negligentia admiſſus, à teſtatore in futurũ remittitur, niſi inde locupletior factus ſit.
44 Volenti non dicitur dolus fieri.
45 Remiſſus à teſtatore dolus, non liberat tutorem dolosè agentem ab infamia.
46 Condemnationem doli infamia ſequitur.

## LEX IIII.

IDEM AVG. Numidio.

Actione adminiſtratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis A annos compleuit, in Aquilianam ſtipulationem deducta[a], & per acceptilationem extincta, nullã aliam A ſupereſſe: niſi de dolo intra cõceſſa tẽpora non ambigit: niſi[c]

Actione admi.) ¶†Dupli- 1
ci modo
contrahitur tranſa-
ctio, pacto nudo, i-
temq; acceptilatio-
ne. †Si pacto nudo 2
tranſegerim, tuq; conuentionem non obſerues,
priore actione, ſuper qua tranſactum erat, expe-
riar, & tibi de trãſactiõne excipienti, de dolo ob
inobſeruãtiam, replicabo[a]. †At quoties acceptó 3
lata eſt prior actio, vt in hoc reſcripto dicitur, ſu-
ſcitari exercerique amplius nequit[b], †ſed ſolùm 4
B de dolo agitur: †qui quidem tripliciter commit- 5
ti potuit: & primò, ante tranſactionem, cùm cu-
rator dolosè adminiſtrauit: ſed de hoc conſen-
tiunt omnes in lege noſtra nihil attingi[c]. †Secũ- 6
dò, in ipſa tranſactione, vt quia reus dolo malo a-
ctori perſuaſit, vt accepto ferret, & de hoc reſcri-
ptũ noſtrũ Azo, Accurſiusq; interpretantur, cum
quibus & cęteri ſentiunt, caretq; hęc interpreta-
tio omni ferè ſcrupulo, niſi quòd vnũ id aduerſa-
ri videtur, quòd actio tenetur curator, bonę fidei
C eſt[d], quo caſu & eius remiſsio eandẽ naturã ſer-
uare debet[e]. †Dolus autẽ contractui bonæ fidei 7
cauſam præſtans, ipſo iure contractũ infirmat[f],
& tñ hîc traditur acceptilationẽ valere. Sed vl-
tra alios[g] ego reſpondendũ arbitror, quòd actio
negotiorũ geſtorũ, quæ in curatorẽ datur, & bo-
næ fidei eſt, per Aquilianam ſtipulationẽ nouata
eſt[h], †& tranſactio ſubſequẽs ſtricti iuris eſt, me- 8
ritò propter dolum ipſo iure nõ perimitur[i]. Non
enim dolosè creditor in eo læſus eſt, quòd actio
D fuerit nouata, quippe parũ id ſua intereſſet[k], ſed
in eo, quòd ſtipulatio ipſa noua, q̃ iam ſtricti iu-
ris erat, acceptilatione perempta eſt. †Tametſi & 9
illud dici poſsit, tranſactionẽ, ſicut alios contra-
ctus innominatos, generaliter ſtricti iuris eſſe,
quod ſuprà in rubrica defendimus. Tertiò, do-
lus poſt tranſactionẽ committi potuit, quia reus
dolosè non ſoluat, promiſſaq; non adimpleat: &
hoc de dolo Pyleus legẽ noſtrã interpretatus eſt.
Contrà ſentiunt pleriq;, quia ſi reus non obſer-
E uet, præſcriptis verbis vel cõditione ob cauſam
conuenitur[l]: †quæ actiones vbi competunt, ad 10
ſubſidium edicti de dolo recurrendum eſt[m]. Ad-
dunt alij impoſsibilem hanc eſſe poſitionẽ, cùm
ea tranſactione dolus futurus remitti non po-
tuerit[n]. Sed id parum me mouet: veriſimile eſt e-
nim Pyleum de poſteriore alia trãſactione, ſuper
dolo particulariter facta, legis noſtræ exceptiuã
clauſulam intellexiſſe: magis itaque prior ratio
vrget. Sed tamen ea non obſtante, duob. caſibus
F defendi hæc interpretatio poteſt & primus eſt,
quẽ Bart. probat, cùm non ſolùm actũ eſt actionẽ
accepto ferri, ſed etiã promiſſum ab actore fuit,
quòd nec de facto vnquam ipſum reum inquie-
taret: huiuſmodi enim promiſsio nũquam per-
fectè adimpleri poteſt, vt quæ tractũ vſq; ad ex-
tremum vitæ exitum habeat[o]: meritò præſcri-
ptis verbis agere non poterit, †quoniam hæc a- 11
ctio nõ niſi ei datur, qui perfectè ex parte ſua ad-
impleuit[p]. †Non aget quoq; conditione ob cau- 12
ſam, quia ea non niſi ex duplici capite concedi-
tur,

a d.l. cùm proponas. ij. ſ tit. j. l ſiue. ſ. eod.
b l. qui res. §. fi. de ſolut.
c in l. j. ſ. eod.
d ſ. l. prox.
e gl. l. de tutela. ſ. de in integ. reſtit.
f l. & elegãter. in pri. ff. de dol.
g Hîc, et in l. ſub prætextu. ſ. e.
h §. j. inſtit. qui. mo. toll. oblig.
i l. pen. ſ. de inutil. ſtipul.
k l. j. §. pen. ff. de dol. l. ſi cauſa in fi. ſ. eod.
l l. ſi quis accepto. de cond. ob cauſ.
m d. l. j. §. pen.
n l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pact.
o l. vbi. ſ. c. l. eleganter. §. pen. de cond. inde.
p l. naturalis. §. j. de præſcript. verb.



13 tur, pœnitentiæ, aut moræ[a]. †At pœnitentię nul
14 lus in tranſactione eſt locus[b]: †mora verò p reũ
nulla eſt commiſſa, cũ actor ipſe nondum adim-
pleuerit[c]: meritò ergo cùm nec actio præſcriptis
verbis, nec condictio hoc caſu competat, in ſubſi
dium agi de dolo
debuit: videtur e-
nim actum, vt acto-
re eo modo, quo po
teſt, adimplente,
reus ſtatim conuen-
ta perſolueret, quod cùm minus fecerit, dolosè
egit[d]: & ita pleriq; propter Bartoli autoritatem
ſenſerunt. Sed Aret. & Rim. plurimis rationibus
aduerſantur: nam & mihi durum videtur, ei, qui
perfectè non adimpleuit, potius actionem de do
lo, quæ rei famam onerat, & ideò non niſi in eius
odium datur[e], concedi, quàm condictionem vel
15 p̃ſcriptis verbis actionẽ[f], †& id aduerſus ipſum
reum, qui in mora non ſit, multò minus certè in B
dolo[g], cùm ſi in mora eſſet, fateatur Bartol. con-
dictioni locum futurum[h]. Nam & ſi affirmemus
id actum cenſeri, vt ſufficiat, ſi actor eo modo ad-
impleat, quo poteſt, cur ex partium voluntate
perinde condictio, vel præſcriptis verbis actio
non datur, ac ſi perfectè adimpletum fuiſſet?
16 †Conſtat eñ naturalia contractus vel tacito pa-
cto remitti poſſe[i]. Secundus eſt caſus, qui magis
contextus verbis conuenire videtur, vt contra-
17 ctum hîc, facio vt des, exiſtimemus, †quo in con C
tractu regulare eſt, ei, qui fecit, aduerſus dare de-
18 trectãtem, actionem de dolo competere[k]. †Is e-
nim, qui remittit, tunc dare cenſetur, cùm debi-
19 tum liquidum remittit[l]. †Sed cùm debitum li-
quidum non eſt, quia fortè nihil debeatur, tunc
20 qui remittit, facere cenſetur[m]. †Nec me mouet,
quòd quando ex facto agentis aliquid reus acce-
pit, actionem de dolo non competere Bart.[n] cen
ſuerit, quia hæc ſententia vera non eſt, & reſpon-
ſum Pauli violat[o]. Et vt demus veram eſſe, nihil D
adhuc Pyleo obſtat, cùm nõ conſtet reum hac ex
tranſactione aliquid accepiſſe[p]: quid enim ſi bo-
nam cauſam fouebat? In dubio enim de dolo agi
Bartolus quoque ipſe, & Aretinus, & pleriq; alij
ſenſerunt[q], quos & ego ſequor.

a ¶Deducta.) Fuit neceſſaria Aquiliana ſtipu
21 latio duplici ex cauſa. †Primò, q̃ licet tutela ex
lege xij. Tabul. introducta ſit[r], & ad eius ſimilitu
dinem cura[s], tamen obligatio, quæ inde oritur,
iuriſgentium eſt, & actio negotiorum geſtorum, E
licet ciuilis[t], ab eo iure originẽ trahit, quæ cùm
extenſa ſit, vt in curatorem detur, ſuam tamen na
22 turam ſeruat[u], vt naturalis cenſeatur: †vnde ci-
uilis ratio, quæ in acceptilatione verſatur, eam i-
pſo iure tollere non potuiſſet[x], meritò prius no-
uatione opus fuit, quę præcedentem non omni-
no perimit, ſed transfundit[y]: & ita Accurſius ſen
tit, quem pauci ſequuntur. Alij neceſſariam alia
23 ratione aiunt. †Acceptilatio enim ſolam obliga
tionem perimit, quę verbis contracta ſit[z]: & ideò F
ſiue præcedens obligatio ſit iuri gentium, ſiue
iuris ciuilis, vt accepto ferri poſsit, prius in ver-
24 borum obligationem transformanda eſt. †Nam
& contractus emphyteuticus, quem conſtat iu-
ris ciuilis eſſe, acceptilatione ſola extingui ne-
quit, quia non verbis contrahitur, ſed conſenſu,
vt plerique omnes hîc tradunt[a].

b ¶Niſi.) Sunt qui dictionem hanc idem ſi-
gnificare exiſtiment, quod ſine[b]: quæ ſententia
& autore, & ratione caret, cùm verius ſit, ex ſi
non, formari[c]: & ideò omnes fatentur coniun-
ctionem eſſe exceptiuam, quæ (vt ex textu no-
ſtro apparet) dupliciter conſtituitur: quando-
que enim ſub eodem verbo regitur: quandoque
aliud ipſa exigit, quod tum facit, cùm de alio ter-
mino agitur, quàm
qui priore clauſula
continebatur[d]. †I- 25
gitur cùm dictio ſit
exceptiua, apparet,
ſi præcedens clauſu
la affirmatiua ſit, exceptione negationem indu-
ci: ſi verò præcedens neget, exceptio affirmabit:
contrarium enim præcedenti ſenſum ſemper in-
ducit: vt ſi teſtator ſcripſerit, Sempronio amico
meo non lego niſi Stichum & Pamphilum: cen-
ſebitur enim eos legaſſe[e], licet aliqui abſque ra-
tione diſſentiant[f]. Idem dicendum, cùm quis,
non promitto, inquit, niſi Pontifex Peruſium ve-
B nerit, valet promiſſio, & poſt Pontificis acceſ-
ſum vtiliter ex ea agetur[g]. Sed pone, reus poſi-
tionibus actoris reſpondens, ſic verba concepit,
Nego eas, niſi probentur: nunquid eis probatis,
etiam propria confeſsione conuictus cenſebi-
tur? Baldus cenſeri credidit[h]. †Ego diſſentio, 26
quia contrarius ſenſus non eſt, confiteor, ſed,
non nego, quod medium quiddam eſt inter ne-
gantem & verè affirmantem[i], †ſuæque reſpon- 27
ſionis ambiguitas, ex eius mente interpretatio-
C nem capiet, ne ſcilicet confeſſus videatur[k]. †Po 28
ne rurſus, dixi puellæ, non habebo aliam in vxo-
rem niſi te, an præſens matrimonium contractũ
erit? Et aliqui cenſuerunt[l], ſed recentiores diſ-
ſentiunt, propter verbum futuri temporis, nec
quicquam ſpeciale fauore matrimonij arbitran-
tur, cùm nec fauore libertatis id inductum ſit[m].
†Et quod de verbo futuri temporis traditur, e- 29
tiam de infinito præſenti dici poteſt, cùm veriſi-
militer actum eſt ad futurum referri[n], vt ſi dixe-
D rim, Promitto nulli vendere, niſi tibi: non enim
hac exceptione actus ponitur, ſed potentia tan-
tùm, vt hîc tradunt omnes[o]: plurimumq; efficit
huiuſmodi promiſsio, q̃ ſcilicet cuicunq; alteri
vendere p̃miſſor nõ poteſt. Sed quid in ea quæ-
ſtione arbitrandum eſt? †Puella iuueni ſe appel 30
lanti reſponderat, Nolo vt me cognoſcas niſi ho
neſtè, atque ita ſe facturum iuuenis receperat, vi-
tiaueratq;. Reſpondit Andreas Siculus[p], matri-
monium contractum videri, cùm honeſtè eo mo
E do attingi mulier citra matrimonium nequeat[q].
Nam (vt in [q] carmine ad Hymenæum inquit Ca-
tullus poëta:)

*Nihil poteſt ſine te Venus,*
*Fama quod bona comprobet*
*Commodi capere, at poteſt*
*Te volente: quis huic deo*
*Comparier auſit?*

†Sed certè abſque conſenſu matrimonium nul- 31
lum eſt, nec veriſimile eſt, iuuenẽ his verbis tam
F conſenſiſſe, quàm puellari ſimplicitati illuſiſſe,
quod & aliqui hîc ſenſerunt[r]. Et hæc quidem
exempla ad primam ſpeciem ſatis ſint, cùm eo-
dem verbo, & principalis clauſula, & exceptio
regitur. †In ſecunda ſpecie, cùm exceptio ſub 32
priore termino non compræenditur, ſed aliud ver
bum requirit, duplex tradita eſt concluſio. Pri-
ma eſt, vt ſi præcedat affirmatio, exceptio neget,
in teſtamentis propria conditione[s], in contracti
bus impropria, vt quę actum interim non ſuſpen
dat, ſed eueniente conditione reſoluat[t]: qua de

a l. ſi pecuniã. l. j. in prin. de condict. ob cauſ.
b l. quamuis. ſ. eod.
c l. Iulianus. §. offerri. de actio. empt.
d l ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand.
e l. ij. ſ. de dolo.
f l. quoties. de præſcr. verb.
g Bart. l. ſi inſulam. verſ. ij oppono de l. ſi id. ff. de verb. oblig.
h d. l j. in prin.
i gl. l. pacta. ff. de contr. emp.
k d. l. naturalis. §. quod ſi faciã.
l l ſi mulier. de condi. ob cauſ.
m Bart. d. §. q̃d ſi fac. Iac. Butr. & d. Franc. Tyg. hîc.
n l. cum mota. ſ. eod.
o d. §. quod ſi faciam.
p l. pen. de lib. leg.
q d. l. j. § penul. de dol.
r § j. Inſtit. de tut.
s Inſtit. de cur. in princ.
t l. ij. §. deinde. de orig. iur.
u l. præced.
x § ſed naturalia. Inſt. de iure natur.
y l. in rem. §. item de rei ven.
z l. an inutilis. §. acceptum. de acceptil.
a gl. §. ius autẽ. verb. penè. Inſt. de iur. nat.
b Fulg. Iaſ. hîc.

L. 4. De actione.
c gl l. ſancimus. §. j. ſ. de don.
d Bar. l. ſi eum. §. fi. ſi quis caut.
e l. ij. vbi Iaſ. in princ. ſ. de bon. poſ. ſecund tab.
f Iaſ. hîc.
g Bald. c. cũ acceſsiſſent. de cõſtit.
h d. c. cum acceſsiſſent.
i c. is qui tacet. de reg. iur. in 6. glo. l. ſi putas. ſ. de pet. hæred. in fin.
k l. ſi quis in intentione de iudic. Bart. l. is q reus. col. pen. de pub. iudic.
l Abb. c. ex parte. de ſponſ.
m l. Titia. §. fin. de man. teſt.
n gl. l. v. §. pen. de verb. oblig.
o l. ſi ſterilis §. ſed ſi ita. de act. empt.
p conſil. 6. in 1.
q c. cũ ſuper eo. de teſt.
q Epithalamio Iuliæ & Mallij.
r Cald. & Præpo. de. c. ex parte. Picus l. ij. ſ. de ſec. nupt.
s l. fideicomm. §. ſic fideicommiſſum. de leg. iij.
t l. obligat. ferè. ff. de act. & obl. §. conditio.

33 re, videnda ſunt, q̃ alij tradidêre[a]. †Sequens conclusio difficilior eſt. Ea eſt, vt ſi pręcedat negatio, exceptiua ponat, nō actum, ſed potentiā. exempli cauſa, cùm teſtator, Oneſiphore, inquit, liber ne eſto, niſi rationes reddideris: redditis enim rationibus, nō ideò erit liber, ſed prohibitiò ſolū ceſſabit[b]. Sic & peccatum, inquit lex, non remittitur, niſi reſtituatur ablatum[c]. Nunquid reſtituto furto, remiſſum eſt peccatū?

ſpecialiter[a] etiam de dolo tranſactum ſit. PP. II. Non. Mar. Alexandro A. II. & Marcello Coſs. A

Certè non: neceſſaria enim adhuc confeſsio pœnitentiaq; eſt[d]. Sed cur cum affirmatiua actū ponat, negatio non actum, ſed potentiam neget? An quia plus negat negatiua, quàm ponat affirmatiua[e]? Hæc enim ſolùm actum ponit, illa & actum & potentiam negat. An quia cùm teſtator B inquit, Oneſiphore liber ne eſto, ſi de ſolo actu intelligeretur, verba eſſent ſuperflua? eo enī ipſo

34 quòd tacet, & nihil ei legat, liber nō eſt, †cùm datio libertatis factum requirat, meritò vt verba aliquid operentur, non ſolùm actum, ſed & poten

35 tiam abnegant[f]. †Quapropter ſi dationem libertatis præceſsiſſe ponamus, quamuis deinde negatiua clauſula cum ſubſequēte exceptione ſubiecta ꝓponatur, ſecùs erit, valebitq; datio libertatis, quoniā p̄dicta ratio ceſſat: apparet enī de a- C ctu, nō de potētia excipi[g]: quod Iaſ. hîc atteſtaſ.

a Specialiter.) In ſua ſpecie: licet non ſingula-

36 riter, ſeu, vt vocant, in indiuiduo[h]. †Triplici autē

37 modo remiſsio doli conſiderari poteſt. †Aut enī trāſactio ipſa facta eſt per dolum, vt quia quis ad liberationem inductus eſt, & omnes ex textu noſtrò affirmant nō cenſeri remiſſum hunc dolum,

38 niſi ſpecialiter eius mentio facta ſit. †Aut de dolo quærimus, qui in ipſa adminiſtratione interuenerit, & ſpecialiter quidem remitti poteſt[i]. In ge- D nerali verò tranſactione remiſſum nō videri aduerſus Accurſium receptius eſt[k], niſi reus nullū lucrum ex huiuſmodi dolo fecerit, nihilq; ex reliquis penes ſe habeat[l]: qua de re videnda ſunt,

39 quę alibi diffuſius tractantur[m]. †Aut de remiſsione doli futuri agiē, & conſtat nec ſpecialiter qui-

40 dem dolum in futurum remitti poſſe[n]. † Quapropter ſi teſtator tutorem à reddēdis rationibus liberet, dolumq; ſe remittere dicat, non tamen ſic tutori conſulit, quin de dolo conueniri poſsit[o]: E

41 quod de dolo vero intelligendum eſt, †præſumptus enim tacitè poteſt remitti, licet expreſsè nō poſsit[p], ſicut & culpa eo caſu remiſſa cenſebit̃[q]:

42 †item dolus, qui non ex animo, ſed re ipſa interuenerit: nulla enim hinc occaſio delicti oritur, vt

43 Bald. cenſuit[r]. †Idem reſpondit Decius[s] in dolo, qui non perpetrando, ſed negligendo commiſſus eſt, quod dictum ex Fulg.[t] reſtringitur, cùm tutor coniunctus pupillo eſt, nec locupletior factus: quę ſententia verior videtur. Sed quid ſi te- F ſtator non ſolùm tutorem liberauit, ſed addidit, quicquid exactum ratione doli fuerit, id reſtitui tutori velle, atque ita fidei hæredis commiſerit? & Dynus[u], Rayneriuſque reſponderunt valere fideicommiſſum: quos Angelus[x] ſecutus eſt, & Corneus, idemque ferè & Alexan. ſenſit: quibus & nos aſſentimur, vt quatenus damnum inde patiatur, conſequi debeat, quoniam id Iuliani reſponſo cautum videtur[y], quod aliqui diſſentientes interpretatione ſua violant, dum aut de do-

a l.ij.ff.de in diē adiect.
b l.Titia.§.fi.de manu. teſt.
c c.peccatum.de reg.iur. in 6.
d Bald.c. p̄terea requiſiti.§col. pen. de appell.
e gl.l.hoc gen9. de cō.&. dem. gl.ij.c.j. de reg. iu. in 6.
f Bal. d.c. cū acceſsiſſent.
g l.ſi quis ita libertatem.§. fi. de ſtatulib.
h Bar.l.j in fi. ſi quis in ius voc. non ierit.
i l.ſi quis rationes.in fine.ff.de lib.leg.
k l.Aurel.§.fin. de lib. leg.
l Bart.d.§.fin.
m d.§.fin.
n l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.
o l.quidā decedens.in prin.de admi.tut. Bart. d.§.fin.
p l.j.vbi Bald.ꝟ. de vſufr.
q l.cum tale.§.j. vbi Paul. Caſt. de cōd.& dem.
r Felin.c.ſi diligenti.col. antepen.de for.competenti.
s Conſ.178.192.
t Conſ.25.col.2.
u d.l.quidā decedens.verſ.dānum.
x 185. & 144. Cor.313. in 1. Alexan.54.in 2.
y d.verſ.damni.

lo loqui eum negant, aut de præterito intelligunt, cùm ex præcedentibus reſponſi verbis cōtrarium appareat. Nec me mouet quòd dolus futurus remitti non poſsit, quia ſatis fateor dolum remitti non poſſe[z], ſed tamen legatum valere, cùm teſtator de re ſua liberam diſponēdi facultatem habeat, †nec dolus fiat 44 volenti[a], † qui tamē 45 non omnino impunitus erit, cùm ſarto tutori dāno nihilominus grauata eius

LEX V.
IDEM AVG.
*Suacatio.*

CVm te trāſegiſſe cum hærede quōdam tutoris tui

futura ſit opinio. †condemnationemq; doli in- 46 famia ſequatur[b], quæ grauis cenſetur pœna[c]. Quòd ſi teſtator doli ſpecialem mentionem nō fecit, ſed ſimpliciter ἀδιυλογίσυν tutorem eſſe iubeat, & tantundem leget, quantum eo nomine exactus vnquam fuerit, ſatis putarem non cenſeri teſtatorem in eum caſum prouidiſſe, quo dolosè ageret: & ita aliqui ex aduerſantib. loquuntur[d], licet Franciſcus Cremen. inter Alexandri conſilia aliter reſponderit[e], & præterea alij quidam[f], quos hîc Iaſon recenſet, quorum ſententiā veram tunc ſolum putauerim, cùm manifeſtaria fraude hic vſus fuiſſe deprænditur, vel cùm aliàs tutor non de damno vitando ageret, ſed lucrum ex dolo ſuo faceret[g].

z d.l.quidā. Vbi Petr.& Iac.& l. cum conuenerit. de pac. do.
a cum donationis.ꝟ.eod.
b l.j. de his qui not. infam.
c l. iuſta.ff. de manu. vin.
d Fulgoſ conſil. 103.Ang.175.
e Conſ.62. in 4.
f Anch. conſil. 117.Ana.6.Cur. 66. Sali. l. cum neceſsitatē.ꝟ. de fideicom.
g d. verſ. damnum.

LEX V.

1 *Tranſactio partium confeßione probata, nulla amplius probatione indiget.*
2 *Scriptura non eſt de ſubſtantia tranſactionis.*
3 *Laudatiuum arbitri eſt tranſactio.*
4 *Tranſactio mutuam dationem & exceptionem expoſcit.*
5 *Arbitria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum.*
6 *Compromiſſarius tantùm notionem habet, nec ſcripto iudicat.*
7 *Minor tranſactione læſus reſtituitur.*
8 *Læditur minor cùm iuſtam diligentiam non adhibuit.*
9 *In dubio minor facta tranſactione, non cenſetur læſus.*
10 *Lex generalis etiam minores continet, niſi nominatim excipiantur.*
11 *Minores quoque lege cenſoria tenentur.*
12 *Confeßio in ſupplicatione principi facta plenam fidem præſtat.*
13 *Coniectura nonnunquam tacitam confeßionem inducit.*
14 *Antiquitus ſerui manumißi in nomen & familiam patronorum tranſibant.*
15 *Confeßio in libello facta admittit probationem in contrarium.*
16 *Confeßioni plus fidei, quàm publico documento adhibetur.*
17 *Ex inordinato proceſſu ſequuta confeßio reum condemnat.*
18 *Confeßio etiam poſt cauſæ concluſionem admittitur.*
19 *Confeßio omnem præſumptionem excludit.*
20 *Confeßio eſt probationis ſubleuamen.*
21 *Confeßio, quæ teſtibus probatur, æquè fallax eſt, atque ipſa teſtimonia.*
22 *Efficax ad probandum confeßio, quæ in actis probatur.*

CVM TE TRANSEGISSE.) †Cùm de tranſactione ex cōfeſsione 1 partis conſtat, alia probatio per ſcripturam neceſſaria non eſt. †Vnde ap- 2 paret, pro ſubſtantia tranſactionis nō requiri, vt ſcripturæ



ſcripturæ mandata ſit, quo argumento idē à pleriſque traditum eſt, de arbitratoris laudatiuo[a]:

3 †illud enim tranſactio quoque eſt. Decius con-

4 trà, cùm tranſactio non valeat, †niſi aliquo vltrò citroque dato & recepto[b], & tamen illud laudatiuum valeat, etiam ſi aliter omnino abſolutus ſit, nilque alteri dederit[c]. Vnde exiſtimatum eſt, id laudatiuū lata tantummodo tranſactionis appellatione contineri. Sed tamen vt id ita eſſe fateamur, non ſequitur quin argumentū de vno ad aliud,

profitearis, ſi id poſt legitimam[a] ætatē feciſti, fruſtrà deſideras, vt à placitis recedatur: licet enim (vt proponis) nullū inſtrumentum interceſſerit, tamen ſi de fide A

cōtractus confeſsione[b] tua conſtet, ſcriptura, quæ probationem rei geſtæ ſolet continere, neceſſaria non eſt[c]. PP. Kalen. Mart. Albino & Aemiliano Coſs.

tanquam de ſimilibus valeat, & ideò vera ſit communis ſententia[d]. Sed an idem ſit in arbitro? Et B

5 non videtur, † quia redacta ſunt arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum[e]: & ideò ſicut iudices ſcripto proferre definitiuas debēt, ita etiam arbitri[f]:

6 quæ ſententia in arbitro iuris veriſsima[g] eſt. † In cōpromiſſario verò dubia, quoniā expreſſum iure non reperitur, vt ſcripto iudicare debeat, cùm & notionem ſolùm, non autem iuriſdictionem habeat[h]. quòd ſi quando conſtat compromiſſarios ſcripto iudicaſſe[i], non ſequitur id magis ex neceſsitate legis factum, quàm ex facti euentu[k], C qđ Dec. aduerſus communē ſententiā credidit.

7 a ¶Poſt legitimam.) † Ante enim legitimam ætatem, ſi minor læſus ex tranſactione eſſet, reſti

8 tui in integrum poſſet[l]. † Non videtur autem læſus, quando id fecit, quod etiam diligens paterfamiliâs facturus fuiſſet[m]. Idem ſi propter futurum euentū incertus fuit, an ſibi ius competeret, mu-

9 tuumque periculum remiſit[n]. † Sed & in dubio, id eſt, cùm dubitatur an læſus ſit, verius eſt, non reſtitui, idq; litium odio, vt Alexander cenſuit[o]. D

10 † Et hinc annotant Doctores, legem generaliter loquentem, etiam de minoribus intelligi, niſi nominatim excepti verbis legis ſint[p]: & ideò lex municipalis ad compromiſſum conſanguineos

11 cogens, in minoribus quoq; obſeruabitur[q]: † & cenſoria lex de vectigalibus loquens minores quoque ad vectigal adiget[r]: quod & generaliter admittendum eſt[s], vt tñ ſciamus, non ideò eis ſublatum reſtitutionis in integrū auxilium, & ſi qua remedia ei ætati iure cōmuni indulgentur[t]. E

12 b Confeſsione.) † Cùm ſuprà ita profeſſum fuiſſe minorem dicatur, hîc probatur, confeſsionem in ſupplicatione principi porrecta factam, tametſi abſente parte, nihilominus fidem facere[u], non tam quòd ſcriptura ſemper loquitur[x], q̃ quòd eo animo porrecta videtur, vt etiam parti ipſi oſtendatur: vnde cenſetur princeps vel iudex nuntij officium hac in re præſtare, vt Bartolus cenſuit[y]. Ego hāc vim profeſſioni ipſi, id eſt, actis tribuo, quæ publica ſunt, & acceptari à iudi F ce nomine partis, vel à parte ipſa quandocunque poſſunt[z]; arbitrorque huiuſmodi confeſſionem non fictione legis induci, vt Socinus quodam reſponſo cenſuit[a], ſed ex veritate, cùm hîc conſtare de re ipſa ex confeſſione dicatur, quæ verba ni

13 hil ad fictionem pertinent. † Illud non diffiteor, quandoque hāc confeſsionem ex tacita quadam coniectura induci, cùm ſcilicet verba expreſsim

14 non affirmant: † verbi gratia, ſolebāt antiqui ſeruos, quos manumittebāt, in nomē ſeu familiam

a gl.in auth.vt differ.iud.
b l. tranſactio.ꝟ.eod.
c Bar.l.quod ſi Epheſi.§.j.de eo quod cert.loc.
d l.nō poſſum.ff.de leg.
e l.j.ff.de arbit.
f l.eum antea.ꝟ.de arbit.
g l.j.ꝟ. de ſent. recip.
h l.ait.de re iudicata.
i d.l.cū antea.
k gl.l.j.ꝟ.quando non pet.par.
l rub.ꝟ.ſi aduer. tranſact.
m l.verum.§. iterum. de minorib.
n l.de fideicommiſſo.ꝟ.eod.
o l.minorib.de minor. Alex.l. neceſſariis.col.2 de acq.hæred.
p Bald.l.pen.ꝟ. de infam.
q Bal.l.fi.ꝟ.de in integ.reſtit.
r Bart.l.Imperatores.§.j.de public.
s Bart.l.ſcire.§. Lucius.de adminiſtr.tut.
t glo.l.j.ꝟ.ſi de mom.poſ.Mod. hîc.
u l.ij.ꝟ.de inſtit.& ſubſt.
x l.Arriani.ꝟ. de hæret.
y l.certum.§.ſi quid ab. de confeſſ.
z Bart.l.poſtquam.ꝟ.tit.j.l.ij.ꝟ.de eden.
a conſ.122.in 4.



ſuam adſciſcere[b], quod Angel. Polit. Miſcel. cap. xxxj. oſtendit. Pone, C. Proculus aduerſus Damam ſupplicauit, & in libello C. Proculum Damam appellauit, tacitè videtur confeſſus eū manumiſſum fuiſſe[c]. † Sanè ſciendum eſt, non adeò

15 tali confeſſioni, quę in libello facta ſit, ſtari, vt contrarium probari non poſsit, ſiue principaliter dicta ſit, ſiue enuntiatiuè, tametſi ad actus ſubſtātiam neceſſaria aſſertione[d], quemadmodum autem enūtiatiuis verbis ſtandum ſit, alibi attingetur[e], ſicut & quam fidem confeſsio hæc, & inter quas perſonas faciat: ſat enim ſit huiuſmodi alio à nobis lo- B co declarata eſſe[f].

16 c ¶Neceſſaria non eſt.) † Cùm maioris etiam fidei confeſsio, quàm publicum documentū ſit,

17 quod quibuſdam argumentis Iaſ. oſtendit: †nam ex inordinato proceſſu, ſequuta cōfeſſione, reus

18 damnari poteſt, † cùm alia probatione non poſſet[g]. Poſt concluſionem cauſæ ſola profeſsionis prolatio admittitur[h], quælibet alia reiicitur[i].

19 † Aduerſus rem iudicatā, vel generaliter quamlibet præſumptionē iuris & de iure, confeſsio ad- C huc recipitur, aliæ probationes excluduntur[k]. &

20 ratio eſt, † quia confeſſio non tam probatio eſt, q̃ ab onere ipſius probationis quoddam leuamentum, vt Doct. communiter tradunt[l]: quæ omnia & ipſe approbo, cùm de confeſſione ex actis conſtat: alioqui ſi pars confeſſionem teſtibus probare vellet, nō putarem ſuprascriptis deciſionibus

21 locum eſſe: † quæ enim teſtibus probatur confeſsio, nihilo maiorem certitudinē habet, quàm cæteri articuli, ſubeſtque tali caſu non minor fal- D ſi ſuſpicio, quàm in teſtimoniis: imò incertior aliis probationibus hæc eſſet, cùm in illis de eo ſolùm teſtes affirmēt, quod corporali ſenſu verum eſſe percipitur[m]: at confeſſio quamuis ab eis audita, potuit errore effutiri[n]. Senſit hoc Iacob. Puteus[o], dum ei, qui ſentētia arbitri victus fuit, nōn concedendum ait, vt per teſtes probet victorem confeſſum eſſe, eam ſententiam iniuſtè latā. Senſit Anchar. qui reſponſo ſuo oſtendit, ſtatutum, E quo probationes omnes reiiciuntur, confeſſionem quidem non reiicere, dum tamen teſtibus quis eam non probet[p]: admiſſis enim teſtibus, ſtatuto fraus fieret. Senſit Bald. qui hoc caſu non admitti poſitionē confeſſionis cenſuit: quod enim teſtibus probari nō poteſt, nec poni poteſt[q]. Nam & Canoniſtę ſimpliciter tradunt, aduerſus præſumptionem iuris & de iure, nullam extrinſecùs à verbo partium probationem admitti[r].

22 † Concludo igitur, quæ hîc Doctores de confeſ- F ſione recenſent, de ea intelligi, quæ continenter ore partis in actis probatur, non quę extrinſecùs teſtium examinatione probata ſit. Nō enim ſimplex hæc confeſſio eſt, ſed ad caſum potius mixtum pertinet confeſſionis & teſtium[ſ].

LEX VI.

1 *Querela inofficioſi tranſactione extincta, ab hæredibus non reſuſcitatur.*
2 *Aduerſus ceſſantem adimpleri contractū, ex dolo agitur.*

L.5. Cum te tranſegiſſe.

b l. pater.§.filium. de leg.iij.
c l.cum pretiū. de lib.cau.Bart. l.non ſat.de confeſſ.
d l.qui familię. famil.erciſc.
e l.ex his verbis.ꝟ. de teſtam. milit.
f l.ij.ꝟ.de eden.
g c.j.de accuſ.6.
h c.cum Ioannes.de fid.inſtr.
i c.cū dilectus. eod.tit.
k glo.auth.ſed iam neceſſe.ꝟ.de dona.ante nup.
l l.eum qui.in princ.& rubr. extra. de prob.
m gl.3.q.9.c.teſtes.
n l.ij.ff.de confeſſ.
o l.qui Romæ §.fi.de verb.obl.
p Anch.conſil. 350.in q.
q Bal.l.filium quem.ꝟ.familiæ erciſc.
r Bût.Card.l.is qui fidem. de ſponſ.
ſ Bald.l.j.ꝟ. ex quibus cauſ.ſer. propræ.Mod.l. certi quid.§ quoniam.ſi cer.pet.

3 *Doctorum interpretatio legem violare nequit.*
4 *Ab eo, qui primus adimpleuit, contractus denominatur.*
5 *In obligationibus dandi præcisè ad dandum agitur.*
6 *Stipulatio imitatur naturam contractus, exceptis innominatis.*
7 *Querela exhæredati ad hæredem non transit neq; suum neq; extraneum, nisi lite iam mota.*
8 *Inofficiosi querela nõ transit ad nepotẽ, quam pater viuus repudiauit expreßè aut tacitè.*
9 *Ab ipsa aditione querela oritur.*
10 *Querelam à matre omissam hæredes non instaurant.*
11 *Renuntiatione matris omnis præparatio tollitur.*
12 *Nouo iure etiam non præparata querela ad hæredes transit.*
13 *Adita hæreditate præparatio est necessaria.*
14 *Renuntiatio querelæ sub modo factæ, etiam non obseruato modo resuscitari nequit.*
15 *Conditione renuntiationis non obseruata, querela salua manet.*
16 *Conditione non impleta prior causa manet.*
17 *In dubio modus potius quàm conditio præsumitur contractui adesse.*
18 *Contractus quidam non modum, sed cõditionem tacitam habent.*
19 *In Testamentis potius cõditio, quàm modus præsumitur.*
20 *Renuntiatio iuris iam delati pacto fieri potest.*
21 *Inter renuntiationem & pactum nulla est differentia.*
22 *In contractibus innominatis tantùm in id, quod interest, agitur.*
23 *Stipulatio efficacißimi contractus species est.*
24 *Contractus innominati hodie rarus vsus est.*
25 *Stipulatio à contractibus innominatis non regitur.*
26 *Stipulatio addita cõtractui nominato, acceßionis loco est.*
27 *Actio præscriptis verbis semper est vtilis, quamuis nonnulli contrà sentiant.*
28 *Contractus innominati iuxta nominatorum naturam diiudicantur.*
29 *Præscriptis verbis actio ad omnes contractus pertinet, vbi alia non suppetit.*
30 *Actio præscriptis verbis, quare sic vocetur.*
31 *Præscriptis verbis actio datur ex æquitate.*
32 *Qui de iure non agit, de facto agere potest.*
33 *Promittens desistere à lite, satis adimpleuit, si vsque ad mortem destitit.*
34 *Etiam natiuæ actiones dari censentur.*
35 *Nunquam actionem lex dare potest, nisi ex iusta causa vel consensus vel æquitatis.*
36 *Natiuæ & datiuæ actiones absq; differentia in iure dicuntur.*
37 *Contractus nominati olim certas habebant formulas, nomen tantùm & pretio mutato.*
38 *Contractus innominati ab actoris facto, denominantur.*
39 *Actor hac actione non prius experitur, quàm ipse impleuerit.*
40 *A contractu innominato alterius partis pœnitentia non receditur.*
41 *Adimpletio dolo facta non tenet.*
42 *Mutuum commercium est, inspecta contrahentiũ mente.*
43 *Contractuum in nominatorum causa est res ipsa, quæ data est.*
44 *Facio vt facias, ex vtriusq; facto incalescit, & ciuilem actionem producit.*
45 *Actio doli conceditur, quando alterius tantùm factum interuenit.*

## LEX VI.

IDEM AVG. *Pomponijs.*

QVùm mota [a] inofficiosi querela matrem vestrã cum diuersa parte transegisse, ita vt partem bonorum susciperet, & à lite discederet, proponatis: instaurari quidem semel omissam querelã per vos, qui matri [a] hæredes extitistis, iuris, ratio non sinit. Verum si fides placitis præstita nõ est, in id, quod interest, [b] diuersam partem rectè conuenietis. Aut em̃ si stipu-

QVVM MOTA.) 1 † Querela inofficiosi testamẽti per transactionem remissa, ab hæredib⁹ eius, qui trãsegerat, suscitari nõ potest: sed aduersus nõ implentem, præscriptis verbis, si stipulatio non interuenerit, agẽdum est. Sed cur non potius actione de dolo agitur? cũ Paulus generaliter dicat, si fecerim, puta quia litẽ remiserim vt des, & postea quàm feci tu cessas dare, de dolo agi[a]. 2 † Respondetur in primis, de dolo agi, quum ex eo, quod factum est, nihil alteri adest, alioqui præscriptis verbis agendum, vt in casu nostro: alteri enim, qui non adimpleuit, aliquid adest, nempe B liberatio ab ea actione: atque ita Bart. Alexan. & plerisque alijs visum est: quæ sententia generale Pauli responsum subuertit[b]: 3 † nec arbitror tantùm Doctoribus nostris concedi, vt aduersus Iustiniani edictum[c] interpretatione sua legum verba destruant. Quid item si bonã causam filia non habuisset? Certè nihil ex hac remissione penes reum fuisset[d]. Accursius hîc contractus eius speciem celebratam censuit, cùm do vt facias, licet cõtractus à facto cœperit, meritò præscriptis verbis agi[e]: C 4 † quæ sententia communiter displicuit, cùm receptissimum sit, ab eo, qui primùm adimpleuit, contractum ipsum denominari, quod infrà ostendam: hîc autem mulier, quæ querelam omiserat, adimpleuerat. Ego arbitror hîc contractum fuisse, facio vt facias, id est, remitto querelam, vt certam partem bonorum accipiam: verbum enim suscipiendi, dationem seu translationem dominij specialiter non significat[f], sed & ad nudum factum refertur, simplicemq; posses- D sionis translationem denotat[g]: quandoq; & solam custodiæ causam comprændit[h]: hîc autem ex subiecta materia, nõ ea fieri potest interpretatio, vt dominium translatum sit, cùm non de dando agatur. Vnde in transactione talibus verbis concepta, non præstaret hæres euictionem[i], quia simpliciter id actum lex interpretatur, vt res illæ reliquantur, qualiquali conditione sint penes actorem: meritò is est contractus facio vt facias, nempe remitto actionem, vt relinquas E certam bonorum partem, quod ex verbis quoq; legis dupliciter ostenditur. Primùm, dum stipulatio interuenit, ex stipulatu agendum esse ait: si enim hæres ad dandum teneretur, non ex stipulatu, sed certi conditione experiundum esset[k]. Rursus, dum in id, quod interest fieri condemnationem ait: 5 † atqui in obligationibus dandi, non in id, quod interest ex stipulatu, sed ad dandum præcisè agitur[l]. 6 † Nec me mouet quòd stipulatio naturam contractus imitari debeat[m], quia hoc F falsum in contractibus innominatis est: in eis enim ex se tanquam efficacior censetur: quod alibi Bartolus[n] rectè tradidit, & infrà attingam.

a ¶ Mota.) 7 † Sciendum est, querelam exhæredato competentem, eo mortuo ad hæredem siue suum, siue extraneũ regulariter non transmitti[o]: iniuria enim posse personalis ipsi exhęredato videtur facta, quã ipse moriens remisisse censetur[p], quòd si mota sit iam lis vel pręparata, fiet in quẽcumque hæredem transmissio, quia huiusmodi ex præparatione satis arguitur mens exhęredati, iniuriam

a l. naturalis § quod si faciam. de præsc. ver.
b d. § quod si faciam.
c l. ij. § pen. C. de uet. iur. enucl.
d l. petitor. ff. de libe. lega.
e d. l. naturalis § j.
f d. l. naturalis § j.
g l. j. in fin. de si bel. dimin.
h l. cũ pater. § pater plurib. de leg.
i l. si profundi C. eod.
k Instit. de uer. oblig. in prin.
l l. ubi aut. § ff. de uerb. oblig.
m l. stipulatus. ff. de usur.
n l. ij. C. de cond. ob caus. Alex. cons. 40. in 4.
o l. scimus. in fi. C. de inoffic. l. scripto. ff. vnde lib.
p l. f. C. de reuoc. don.



iniuriam hanc non inultam omittere cogitãtis[a]. 8 † Verùm & lege noua Iustiniani exceptus à regula est casus, quo nondum præparata querela nihilominus in nepotem transmitteretur[b]: quæ dispositio cùm aduersus iuris veteris regulã esset, coarctata est, vt non procedat, cùm pater eam querelam viuens repudiasset, idque siue expressè, siue tacitè, vt quia quinquennium labi permisisset[c]. Sed & tũc quoq; procedit, cùm viuẽte filio exhæredato, hæres ipse scriptus adijsset: 9 † cùm enim ab aditione ipsa querela oriatur[d], si ea iã orta filius tacuit, nihilq; præparauit, sibi imputet: remisisse tum quoque iniuriam videtur, & nihil ad nepotem trãsmittit: & hoc communiter ferè hîc receptum est[e], licet non pauci dissentiant[f]. Si em̃ vltima legis verba perpendamus[g], solum excludere nepotem videntur, cùm pater post aditam hæreditatem per quinquennium tacuit. Sed aduertendum est, eis verbis exceptionem de regula non sumi[h], verũ à Iustiniano tres separatos casus recenseri, quod ex priore exemplo apparet, quo non exhæredato filio loquitur, sed de eo, cui munus relictum sit, quàm per leges debuerit: nec em̃ hîc quoq; casus quicquã de regula excipit, q̃ in exhęredato loquitur. Quanquã & id dici possit exceptionẽ ad ius vet⁹ referri, tanq̃ duobus illis casibus nihil à Iustiniano inductũ dicat, sed ex iuris veteris dispositione ita constitutum fuisse.

10 a ¶ Vos qui matri.) † Limitatè loquitur textus de ipsis matris hæredibus, qui semel omissam à matre querelam instaurare nequeunt: mater verò ipsa si viueret, posse[i]. Et ratio differentiæ est in promptu: vt enim ad hæredes transeat querela, eam oportet saltem præparatam esse: 11 † at renuntiatio matris præparationem sustulit, & licet pacto non perimatur actio, sed ad eam adhuc propter inobseruationem aduersarij reuerti possimus[k], tamen præparatio ipsa cùm in effectu perempta sit, id ius tanquam personale ad hæredes transire nõ potest, & ideò hæredes agere nõ possunt, mater si viueret, posset: & ita ego communiter approbatam hanc dissolutionem defendo. 12 † Sed cùm suprà diximus, in nepotem hodie transmitti querelam, etiam non præparatam[l], an si filius transegerit, deinde eo mortuo non obseruetur, poterit nepos ad querelam reuerti? Et Alex. posse censuit[m], nec legi nostrę tunc locum esse, cùm cessat ratio pręparationis, quæ necessaria hodie nõ est, q̃d & Rim. latiùs disputando approbat. Contrà Bal. Fulgosiusq;, quibus ego accedo. Transigẽdo enim hæres scriptus adire videtur[n]. 13 † At adita hæreditate suprà ostẽdi plerosq; necessariam esse præparationem existimare, nec legi Iustiniani locum esse, nisi cùm deliberante hærede filius fato functus est: quæ sentẽtia paucos in specie aduersantes habet, tametsi Accurs. & Bart. & pleriq; alij generaliter scripserint, hodie non præparatam querèlam transmitti[o]: quod si tam latè accipiatur, nõ sat probabile est[p], multęq; leges corrigerentur, & nostra in primis, quare ego aliorum sententiam probo. Cæterùm fuère qui hanc legem aliter intelligẽdam censerent, & renuntiationis quęrelæ verba perpendẽda existimarẽt, 14 † vt si renuntiatio sub modo facta sit; quã-

a l. posthumus § fi. l. seq. ff. de inoffi. testa.
b l. si quis filiũ. C. de inoff. test.
c d. l. si quis filium in fin.
d l. Papinianus. § si conditioni. de inoffic. testa.
e Martin. Iaco. Butr. Salic. & Ias. hic, & in d. l. si quis filium.
f Rim. & Dec. hic Pau. Cast. d. § fin.
g d. l. si qs filiũ.
h l. nam quod li quidè. § fi. de pen. leg.
i l. si instituta. in prin. ff. de inoffic. testa.
k l. cum propo nas. ij. C. tit. j.
l d. l. si quis filium.
m arg. d. l. si instituta.
n l. geri. de acq. hæred.
o d. l. si quis filium.
p d. l. scimus. in fin.



uis nõ adimpleatur modus, tamẽ reuerti ad eam filius non possit[q], idq; querelæ. 15 † Si verò sub conditione facta sit, puta, renuntio querelæ si dederis tale prædium secus sit: non secuto enim conditionis euentu, salua erit inofficiosi querela[r]. Sed hãc distinctione diuinari nimiũ pleriq; censuerunt, tametsi verum & regulare sit, 16 † conditione non impleta, priorem causam saluam manere[s]. Sed nunquid in dubio credemus conditionem, an potius modum contractui inesse? 17 † Et Bartol. modum potius præsumi credidit[t]: quæ sententia in transactione vera est, quæ contractus innominati species est, constatq; tales contract⁹ B sub modo concipi[u]: quod & in alijs contractib⁹ existimandum est[x], in quibus etiam si dictum sit, ea conditione aliquid fieri, tamen de modo intelligemus[y]. Quod restringendum est, nisi de cõtractu agatur, cuius natura conditionem requirit: 18 † vt cùm promittitur pro dote: subauditur enim conditio, si matrimonium sequatur[z]. Idem si actum sit, ut prius adimpleatur q̃d ea clausula conceptum est, quàm principali dispositioni sit locus[a]: quæ & ratio fortè est, vt ablatiui absoluti C ad conditionem referantur, cùm ex præteriti tẽporis participio consistunt[b]: apparet enim id agi, vt priùs ea clausula adimpleatur. 19 † quod in vltimis voluntatibus maximè est dicẽdum, in quibus faciliùs conditionẽ subesse interpretamur. Et ex his apparet, cùm modus in tali pacto renũtiationis præsumatur potius, quàm conditio, prædictam solutionem rectè reprobari[d]. Quapropter Bal. in aliam sententiam concessit, vt distinguamus an omissa, id est, repudiata expres- D sim sit querela, & legi nostræ locus sit, ut nulla fiat transmissio[e]: an verò simpliciter sit transactũ, vt à lite desistatur, & cõtraria lex procedat[f]: idq; & Decius probat, & nos quandoq; secuti sumus[g]. Sed proculdubio prima resolutio, quæ communiter tenetur, verior est, & verbis vtriusq; responsi magis conuenit, 20 † cùm & renuntiatio iuris, q̃d iam delatũ est, pacto fieri possit[h], 21 † & ideò inter pactum & renuntiationẽ non sit vlla differentia.

b ¶ Id quod interest.) 22 † Cùm enim hîc sit con- E tractus facio vt facias, quamuis stipulatio addita proponatur, quia obligationem facti continet, nõ nisi quatenus interest committitur[i], ut suprà declaraui. Bart. tamen & cęteri communiter, qui contractum hunc esse, cùm facio vt des censuerunt, ideò præcisa ad dandum ex hac stipulatione non agi credidêre[k], quia contractus innominati naturam imitetur. Dubium autem non est, in contractibus innominatis, etiam si obligatio dandi prętendatur, ad id, quod interest, solum a- F gi[l]. 23 † Sed certè hæc sententia ratione caret, vt stipulatio, q̃ efficacissimi cõtract⁹ est species, ad imbecillẽ innominatorũ naturã dirigat, cũ ideò inuenta sit, vt vberius ex ea nobis, quã ex alijs cõsulatur, alibiq; semper appareat, ex sui ipsius natura, q̃d ad hos contract⁹ attinet, dijudicari stipulationẽ[m], q̃d multis rationib. Ias. hîc ostẽdit, 24 † & alibi idem Bart. censuit, qui hodie raró contractibus innominatis locum esse affirmat, quia soleant tabelliones in documentis suis semper stipulationem apponere[n]. 25 † Verior ergò est

L. 6. Quum mota.
q Arg. l. quibus diebus § Termilius. de cond. et dem.
r d. l. si instituta.
s l. fin. § pen. C. comm. de leg.
t l. quæro. § ff. locati.
u d. l. naturalis. in prin. & l. quod si. [illegible] de [illegible]
x l. cum re. C. de donat.
y l. ea cõditiõe. C. de reic. uend. l. quoniam. ubi Bal.
z l. stipulationem. l. promittendo. de iur. dot.
a l. qui promisit. de cond. ind. l. cum tale § j. vbi Paul. Cast. de cond. & de monst.
b l. a testatore. de cond. & de monst.
c gl. l. ij. ff. de in diem adiect.
d Ad d. l. si instituta.
e d. l. si quis filium in fin.
f d. l. si instituta.
g arg. Papinianus, § si quis post rem. ff. de inoffi. testa.
h l. j. C. tit. j.
i l. stipulationes non diui. uers. Celsus. de uerbor. oblig.
k d. l. ubi autem § fin.
l l. naturalis § j. de præs. uerb.
m l. cum preci. C. de re. perm. Bal. l. quãuis C. eod.
n l. ij. C. de cond. ob caus.

noſtra ſententia, vt hîc contractus ſit, cùm facio ut facias: quamuis autem ſtipulatio à contractib. innominatis non regatur tanquam debilibus, à
26 nominatis tamen ſecùs eſt: †imitatur enim eorũ naturam[a]; quia cùm illi ſui natura efficaces ſint, & actiones pariant, eis addita ſtipulatio cuiuſdam acceſsionis loco eſt, quæ principale ipſum imitari debet, q̃d à nobis alio loco fuſiùs explicatum eſt[b].

a l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur.
b In rub. ff. de uerb. oblig.

**latio cõuentioni ſubdita eſt, & ex ſtipulatu actio cõpetit: aut ſi omiſſa uerborũ obligatio eſt, utilis actio[a]**
A **que præſcriptis[b] uerbis rem geſtã demõſtrat, danda eſt. PP. viij. Id. Ian. Agricola & Clemente Conſſ.**

a ¶ Vtilis actio.) †Cùm actio præſcriptis ver-
27 bis ſubſidiaria ſit, deturq; alijs deficientib. actionibus, ſemper vtilis dici poteſt, nempe aliarum actionum reſpectu, quæ ordinariæ ſunt[c], & quas
28 ipſa præſcriptis verbis actio imitatur. †Solet eñ dici, contractus innominatos ſecundum eorum nominatorum naturam dijudicari, quibus aſsimilantur[d]. q, ſi hanc actionem ex ſeipſa perpen-
29 damus, †nunquam vtilis, ſed directa eſt, quia directò ad omnes contractus pertinet, in quibus alia actio non præſtatur[e]: idq; & ex verbis & ex mente legislatoris eſt, vt meritò utilis & directę non ita hoc caſu poſsit aſſumi diſtinctio, ſicut in nominatis contractibus[f]: quod & Alex. alibi ſenſiſſe uidetur, qui nullam actionẽ pręſcriptis uerbis non eſſe directam tradidit[g], quod & lege no-
30 ſtra & plerisq; alijs probatur, †quibus apparet præſcriptis verbis ideò dici, quia eis rem geſtam ſimpliciter actor demonſtrat. Bart. tamen hoc in textu non ſolùm utilem eſſe hanc actionem exiſtimauit, ſed etiam datiuam: quoniam lex infrà
31 ait; danda eſt. †Datur autẽ ex ęquitate quadam. Cùm enim mater promiſiſſet à lite diſcedere, ea promiſsio nunquam videbatur adimpleri poſſe, quia futurum tempus reſpicit: & qui hodie deſti-
32 tit, cras fortè non deſiſtet: †& qui de iure non agit, fortè de facto experietur[h], meritò tanquam ex parte ſua uel hæredum ipſius nõ ſit adimpletum, ſecundum communes iuris regulas nulla actione agere debuit, niſi aliud prætori ex
33 æquitate viſum eſſet. †Sed hanc ſententiam excepto Alex. ferè nullus probat: cum enim promiſerit mater deſiſtere, atque ita vſq; ad mortem deſtiterit, ſatis cenſetur adimpleuiſſe[i]: nec tali caſu factum hęredẽ promiſiſſe videtur, cùm querela non præparata ad eos non tranſmittatur, ut ſuprà oſtendimus: quorſum igitur de eis actum credibile eſt[k]? Nam & aliqua videtur differentia, an quis promittat non petere, an deſiſtere à lite, & ex parte ſua adimplere[l], alioqui nec ipſa quidem mater viuens petere quicquã potuiſſet, tanquã non adimpleuiſſet: quod tamen falſum eſt[m].
34 †Nec me mouet quòd lex ait, dandam actionem: quia hoc modo loquendi vtitur etiam his in actionibus, quas natiuas vocant[n], quæq; præcedenti ex materia communibus iuris regulis oriuntur, cuius rei rationem lib. Diſpunct. iiii. cap. vlt. reddidi. †Nunquam enim lex actionem con-
35 cedit, niſi ex iuſta cauſa uel conſenſus vel æquitatis producatur[o]. †Nec vſquã iure noſtro legitur differentia hæc datiuæ natiuæque actionis, ſed
36 promiſcuè iuriſconſulti dari naſciue actionem dicunt, quod & noſtrates aliqui tradidere[p].
37 b ¶ Pręſcriptis verbis.) †Erant cõtractibus nominatis certæ formulæ conſtitutæ, quæ & ideò vulgares dicuntur[q], quia omnibus eius ſpeciei

c l. quoties. de præſ. uerb.
d l. eum qui. §. j. comod.
e l. ij. de præſc. uerb.
f l. curatoris. ſ. de neg. geſt.
g l. iuriſgent. in prin. de pact.
h l. ubi. ſ. eod.
i l. Mutianæ. de cond. & dem.
k l. ſi ſic ſtipulatus. ij. de uer. oblig.
l l. deſtitiſſe. ff. de iudi.
m Arg. d. l. ſi inſtituta.
n l. elegãter. in prin. de dol. l. j. l. ſi tibi aręq. de præſc. uer. l. j. de æſtima. act. l. minor. de euict.
o l. ſi me & Titium. ſi cer. pet.
p Fulg. & Dec. hîc.
q l. j. ſ. de pręſcr. uerb. l. ſi ſeruus nauẽ. ff. de furt.

contractib. mutato puta nomine & pretio, competebant. Vnde & exordium vulgare Ciceroni lib. j. ad Heren. cap. ij. quod plurimis conuenit. Non ita erat in cõtractibus innominatis, in quibus tota rei ſeries neceſſariò deſcribebatur: alioqui diſcerni non potuiſſet, quænam ex quatuor ſpeciebus eſſet[r]. Sed cur in caſu noſtro actio præſcriptis verbis datur; non autem de dolo? Et ſuprà oſtendi, contractum hîc fuiſſe, cùm facio vt facias: vnde præſcriptis verbis ſolùm agitur[s]. Accurſ. verò contractum fuiſſe, do vt facias, cenſuit, licet in faciendo præuentũ fuerit, hincq; in ea ipſe fuit hæreſi, vt contractus innominatos à forma conuentionis nomen ſu-
B mere crediderit: quæ ſententia non eſt recepta, †ſed in eam communiter itum eſt, vt ab actoris 38
ipſius facto denominentur[t], †qui nõ priùs agere 39
poteſt, quàm ipſe adimpleuerit: vnde eo nomine aget, quia ipſe dederit vel fecerit, peteté; vt alius quoq; det vel faciat[u]. †Antequam enim ad- 40
impletum ab aliquo ſit, nulla cenſetur talis contractus ſubeſſe cauſa, vnde ab eo pœnitentia alterius recedi non poſſet[x]. Finge igitur, dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumitteres, contra-
C ctus eſt do vt facias. Pone, manumiſiſti, euictus eſt Stichus, quomodo tibi ſuccurrendum? †Et ſi 41
ſciens Stichum alienũ tibi dedi, qa datio hęc dolo facta, perinde eſt ac ſi nõ facta, nec quicquã adimpletum eſſet, videberis tu feciſſe vt ego dem, & ideò de dolo ages[y]. quòd ſi neſciens dedi, quia quod in me eſt prior adimpleui, abſolutusq; eſt contractus imputari mihi dolus non poteſt, & ideò præſcriptis verbis agetur[z]. †Eſt enim inſpe- 42
cta mẽte contrahentiũ τὸ συνάλλαγμα, id eſt, mutuũ
D commercium, quia uterq; noſtrum rectè datum Stichum credebat. Hinc igitur conſtat, Accurſij ſententiam verã nõ eſſe. Bartolus, quem plurimi ſequuntur, contractum fuiſſe facio vt des, exiſtimat, id eſt, deſiſto à lite, vt partem bonorum des. Sed huic obſtat Pauli reſponſum, hac in contractus ſpecie de dolo agi ſolùm decidentis[a], cui reſponderi citra calumniam non poteſt, cùm generalem regulam Iureconſultus ibi tradat, quod alibi latiùs oſtendi. Nos à verbis legis temerè re-
E cedendum non arbitramur, †cuius rationẽ hanc 43
exiſtimamus, quod cõtractum innominatorum (vnde ciuilis actio oritur) cauſa eſt res ipſa, quæ data ſit[b]. Vnde & hæc omnis materia tractatus ob rem dati appellatur[c]. †Interuenit autem hac 44
in datione factum vtriuſque, quod lex συνάλλαγμα vocat: cùm enim dare, ſit dominiũ præſtare, non poſſum illud in te transferre, niſi & tu acceptes[d]: ex facto igitur vtriuſque incaleſcit hic cõtractus, ciuiliq; actioni ſufficit. At cùm facio vt des, nul-
F lum ex tui parte ius tibi acquiſitum eſt. †Vnde 45
cùm ſolùm alterius factum interuenerit, actione doli tantùm prætor mihi ſuccurit[e]: quod latiùs à nobis alibi demonſtratum eſt.[f]

r d. l. naturalis. ſ. l. j. §. ſi quis ſeruum. depoſ.
s d. l. naturalis. §. pen.
t Bar. l. ex placito. ſ. de rerum permut.
u d. l. iuris gentium. in prin.
x l. ſi pecuniam de cond. ob ca.
y d. l. naturalis. §. ſed ſi dedi. & §. quod ſi fac.
z d. l. iuriſgent. verſ. ij.
a d. §. quod ſi faciam.
b d. l. iuriſgent. in prin.
c d. l. naturalis in prin.
d l. iij. §. pen. de cond. ob cauſ.
e l. cum propoſnas. ſ. de dol.
f l. Labeo. ij. §. j. de uer. ſig. & in rub. ſ. de pactis.

## LEX VII.

1 *Agit qui iudiciò rem perſequitur.*
2 *Procurator cauſæ datus nequit tranſigere.*
3 *Procurator ad ſententiam accipiendam conſtituitur.*
4 *Procurator in arbitratorem compromittere nõ poteſt.*





5 *Procurator neq; in arbitrum conſentit vtiliter.*
6 *Cuiuſq; mens interpretãda, vt quàm minimum ſibi præiudicetur.*
7 *In arbitrio non venit appellatio.*
8 *Procurator ad litem iuſiurandum deferre prohibetur.*
9 *Speciale mandatum ius tranſigendi præſtat.*
10 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt.*
11 *Compromiſſum & tranſactio multis diſtant modis.*
12 *A tranſactione nunquam receditur.*
13 *Compromiſſum & tranſactio conueniunt, ſi vtrinq; aliquid datum acceptumq; ſit dicto laudatiuo.*
14 *Compromiſſum fit, vt cauſa iure decidatur.*
15 *Compromiſſum fit in arbitrum.*
16 *Procurator in rem ſuam vtiliter tranſigit.*
17 *Procurator in rem ſuam tam actor, quàm reus conſtituitur.*
18 *Generalis procurator vtiliter domino poteſt tranſigere.*
19 *Probibita alienatio vtilem non includit.*
20 *Procurator generalis in modico præiudicio tranſigit.*
21 *Quæ ex conſuetudine ſunt, generali mandato continentur.*
22 *Procurator ex ſtatuto efficaciter tranſigit.*
23 *Arbitri iuſſu legis eliguntur, & notionem & iuriſdictionem habent.*
24 *A delegatis quibuſdam appellatur.*
25 *Procurator cũ libera poteſtate datus tranſigere poteſt.*
26 *Generalis præfectus inutiliter cum hoſte paciſcitur, ſed inducias facit.*
27 *Procurator dolo inductus ad tranſigendum, nihil agit.*

## LEX VII.

IMP. GORDIANVS Aug. Iunio militi.

**TRanſactionis placitum ab eo interpoſitũ, cui cauſæ**
A **actionẽ non deciſionem litis mãdaſti, nihil petitioni tuę derogauit. PP. xiij. Kalen. Ian. Gordiano A. & Auiola Coſs.**

1 TRANSACTIONIS.) † Agere, eſt iudicio perſequi. Vnde cauſarum actor patronus dicitur: quandoque
2 & declamator, quia fictas agit. † Pone igitur, alicui cauſæ ipſius actionem ſolam mandatam, num tranſigere poterit?
3 Et videbatur poſſe, † quia ad ſententiam quoque accipiendam procurator conſtitutus eſt[a]: argumentamur autem ſæpiſsimè à ſentẽtia ad tranſactionem[b]. Sed tamen contrarium hîc dicitur, q, qui tranſigat, in iudicio non proſequatur, ſed potius à lite deſiſtat, & oppoſitum eius, quod ſibi mandatum eſt, faciat: quod in eo dici nõ poteſt, qui ſentẽtiam expectat, id eſt, vſq; ad finem mandati ſibi negotij perſiſtit. Nam & ea mandantis mens fuiſſe videtur, vt iuris autoritate ſidem lis habeat, non tranſigentis pacto, quod à iuris deci-
4 ſione ſeparatur. † Et ideò concludunt communiter Doctores, talem procuratorẽ, qui ad agendum conſtitutus ſit, compromittere in arbitratorem non poſſe, quia ſpecies hæc tranſactionis
5 eſſet[c]. † Idemq; in arbitro, licet reclamante Angelo[d], receptum eſt: quamuis enim etiam coram arbitro agere quis dicatur, exæquatæque iudiciis ſint arbitria[e], non videtur tamen hoc manda-
6 to id actum eſſe[f]: † quia mens vniuſcuiuſque interpretanda eſt, vt minus quàm fieri poſsit, ſibi
7 præiudicatum voluerit[g]. † At in arbitriis, quia appellari propter pœnam nõ poteſt, maximum eſt præiudicium[h], vnde compromittẽdo aliquis in culpa videtur[i]: ideò veriſimile nõ eſt de hoc fuiſ-
8 ſe mandatum: † qua ratione nec deferre iuſiuran-

a l. qui procuratorẽ. ff. de procurat.
b l. non minorem. ſ. ead.
c gl. in auth. vt differ. iud.
d l. mãdato generali. de procurat.
e l. j. ff. de arbit.
f c. per tuas. ext. de arbit.
g l. cum de indebito. de probat.
h l. diem. §. ſtare. de arbit.
i l. ſi dictum. §. ſi promiſero. de euict.

dum talis procurator poterit, hoc enim manifeſto detrimento eſſe domino ſuo poſſet[k]. † Non procedit contextus noſtri concluſio quibuſdam caſibus, & in primis in eo non habet locum, qui ſpeciali mandato tranſigẽdi poteſtatem habeat[l]. 9
Sed nunquid procurator ad tranſigendum poterit cõpromittere? vel vice verſa, q ad compromittendum ſit datus, trãſiget? † Et Iaſ. negat, q, mãdati fines diligẽter cuſtodiendi ſint[m]. & quia nõ 10
omnino ſimilia hęc ſunt, cũ qui tranſigit, odio litium id facere videri poſſit, quæ nõ minus ſub arbitris durant, q̃ ſub iudicibus[n]. Itẽ quia in tranſa- 11
ctione aliquid omnino recepturus eſt[o], cùm ex
B compromiſſo fortè nihil conſequetur. † Item à 12
tranſactione recedi non poteſt, ab arbitro quandoq; recedi poteſt[p]. Item q tranſigi mandat, iudicium procuratoris ſequitur, nõ cuiuſuis alterius, puta arbitri. Alex.[q] tamen & Cor. quibuſdam reſponſis, itemque Dec. hîc aliud ſentiunt, propter ſimilitudinem quæ compromiſſo cũ tranſactione eſt, & ideò arbitrantur mandatum ad ſimilem caſum trahi poſſe[r]. † Ego tum demũ effectu ſimi- 13
le eſſe compromiſſum tranſactioni arbitror, cùm
C ſequuto laudatiuo aliquid vtrinq; datum acceptumq; eſt: vnde tali caſu horũ ſententiam ſequerer, alioqui ab Iaſ. non diſcederem, idq; in arbitratore. Compromiſſum verò in arbitrum prorſus trãſactioni diſſimile ſentio[s]. Sed nunquid is, cui facultas compromittẽdi conceſſa eſt, in arbitratorem compromittere poterit? † Et quidam cen- 14
ſuerunt nõ poſſe, quia compromiſſi appellatione in dubio de eo intelligendum eſt, q, ideò fiat, vt cauſa iure decidatur, non de facto[t]: quæ ſentẽtia
D vera eſt, † quia compromiſſum ꝓpriè de arbitro 15
propter pœnam dicitur[u], non de arbitratore[x].
† Rurſus non procedit concluſio in eo, q in rem 16
ſuam ꝓcurator conſtitutus ſit[y]: † dubium autem 17
non eſt, tam ex parte rei, q̃ ex parte actoris procuratorem in rem ſuã conſtitui poſſe[z]. † Cæterùm 18
& generalis procurator rectè tranſegiſſe dicetur, ſi in dñi vtilitatem appareat tranſactionẽ verti[a]: eo argumento, quo ſolemus dicere, † prohibita 19
alienatione; nõ eam cenſeri prohibitã, quæ dño
E ipſi vtilis ſit[b]: quæ ſententia verior videt[c]. Idem 20
dicendum cũ de modico præiudicio agitur: nam & de re modici valoris compromittere talis procurator poteſt[d]. Idem ſi domini conſenſus acceſſiſſe aliquo modo arguatur[e], vt quia eo ſciente, & nõ reclamante à procuratore tranſactum ſit[f], vel quia dominus ſolitus ſit eo modo & ipſe trãſigere[g], vel quia talis loci ſit conſuetudo, vt lites tranſactionibus dirimantur: † quæ enim ex con- 21
ſuetudine ſunt, generali mandato continentur[h].
F † Quod fortius cenſendum, ſi ex neceſsitate ſta- 22
tuti tranſactum ſit: nam & tali caſu traditũ eſt generalem procuratorẽ ad compromittendũ ex legis iuſſu cogi poſſe, quia dominus mandando vt litiget, cenſetur iuxta legis municipalis formam mandaſſe, nempe vt ſi cõpromitti petatur, compromittere is poſſit[i]: quod omnes recentiores hîc cenſuêre, excepto Decio, qui hoc quoque caſu ſubeſſe legis noſtræ rationẽ credidit: mandatum enim procuratori eſt, vt agat & litiget, nõ vt cõpromittat aut tranſigat. Sed reſpõderi poteſt,

L. 7. Trãſactiõnibus.
k l. iuſiurand. ff. §. fin. cum l. ſeq. ff. de iureiur.
l c. qui ad agendũ. in fi. de procur. in o. gl. hîc.
m l. ſi procurator ad vnam. ff. de procur.
n l. j. de arbitr.
o l. trãſact. ſ. e.
p c. quintaualis. de iureiur.
q Alex. conſil. 21 in 7. 96. in 6. Corn. 54. in 2.
r l. ſi. §. ſi. mãd. l. ſi quis mihi. §. ſed ſi quis mandat. de acquir. hæred. l. iam tamen. §. pen. iud. ſol.
s d. l. j. Bar. l. iij. §. ſi ſeruus. de pec. l. prætor. de tut. & cur. dat. ab his.
t Spec. tit. de arbit. §. ſequitur. verſ. quid ſi ſimpliciter.
u l. iij. de arbit.
x l. pen. ſ. tit. j
y l. ſed ſi tantũ. ff. de pact. gl. h.
z l. planè. ſ. de exercit.
a Anch. d. c. qui ad agendũ.
b l. cũ hi. §. ex. ff. eod.
c l. non eo minus. ſ. de procu. Felin. c. cauſam. col. pen. de iud.
d Ang. l. mandato generali.
e Bal. rub. ff. de exercit.
f l. j. §. magiſtrum de exerc. Abb. c. cũ olim. de offic. deleg.
g l. vel vniuerſo. de pignact.
h Bart. l. fin. in prin. de his quę in fraud. cred.
i l. ad rem mobilem. l. ad legitum. de procur.

eum, qui ſub tali arbitro litigat, non tranſigere,
23 ſed agere propriè dici: †habent enim arbitri, qui
iuſſu legis eliguntur, non ſimplicem nationem,
ſed iuriſdictionem, & ideò ab eorũ ſententia ap-
24 pellari, †ſicut à quibuslibet delegatis iudicibus
25 poteſt[a]. †Illud quoque ab omnibus traditum eſt, legi noſtræ locum nõ eſſe, cùm quis procurator cum libera proteſtatione conſtitutus eſt: is enim ius tranſigendi habet[b], videturq́; cũ libera poteſtate conſtitutus, cui generale mandatum cõceſſum eſt, addita clauſula, qua dominus promittebat ratum habere quicquid ille geſſerit[c]: ſecus ſi ea clauſula ſpeciali mandato acceſsiſſet[d]. Ex his conſequẽs eſt, vt adminiſtratores & prę ſides tranſigere poſ-
26 ſint, quia liberã poteſtatẽ habere cẽſentur[e]: †quo argumẽto à Bar. traditũ, generalẽ exercitus præfectum pacem quidem facere nõ poſſe, inducias verò poſſe, quòd hæc trãſactioni magis accedãt[f]. Non tamẽ perpetuũ eſt vt procurator cum libera tranſigere poſsit. Quid enim ſi liberam poteſtatem non in cauſa[g], ſed in lite ſeu inſtantia ſolũ habeat? Quid ſi procurator liberam à lege certis tantummodo caſibus cõſecutus ſit[h]? Quid ſi hic procurator ignoret ſe habere liberam, & nihilominus tranſigeret[i]? atqui tali caſu prę ualeret for-
27 tè opinio veritati[k]. †Quid ſi pecunia corruptus, aut dolo malo iſte tranſigeret? non valeret ipſo iure, vt aliqui exiſtimãt, tranſactio[l]. quòd ſi precibus victus dediſſet manus, tranſegiſſetq́;, valeret quidem, ſed reſcindi poſſet[m].

a l. fin. vbi Iaſ. ff. de iud.
b l. procurator cui libera. de procur.
c Bart. d. l. procurator.
d Bar. l. j. de off. proc. cęſ. Alex. l. ſi procurat. ff. de procur.
e l. præſes ff. eo.
f Bart. l. cõuent. ff. de pact.
g Bar. l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig.
h d. l. j. de offic. proconſ. Cæſ.
i Bald. & Aret. l. licet. ff. de proc.
k Bart. l. multũ. de con. & dem.
l l. j. de aduo. diu. iud.
m Alexan. l. qui Romę. §. fin. de verb. ob. col. 65.

LEX VIII.

IDEM AVGVST. *Licinio.*

A De alimentis pręteritis ſi quęſtio defertur trauſigi poteſt: de futuris autẽ, ſine pretore ſiue prę ſide interpoſita trãſactio, nulla, autoritate iuris cenſetur. PP. CX. Kalen. Ian. Pio & Pont. Conſs.

LEX VIII.

1 *De alimentis præteritis, non futuris, tranſigitur.*
2 *Super alimentis conſiſtit hominis vita.*
3 *Diues ſine prætore de futuris alimentis non tranſigit.*
4 *Auguſti filiæ lanificæ.*
5 *Falcidiæ locus non eſt in alimentis legatis.*
6 *Alimenta legata bonorum publicatione eximuntur.*
7 *Prætoris delegatus de alimentis futuris non cognoſcit.*
8 *Alienatione prohibita ſine certa ſolennitate, prohibetur & compromiſſum.*
9 *Tranſigitur de futuris alimentis in commodum alimentarij.*
10 *Quod in fauorem alicuius introductum, in eius odium retorqueri nequit.*
11 *Voluntas teſtatoris facit, vt ſuper futuris alimentis trãſigatur.*
12 *Tranſactio de alimentis futuris iuramento confirmatur, niſi famis cauſam adferat.*
13 *Super alimentis ex contractu debitis licet paciſci.*
14 *Probibita tranſactio alimentorum duplici fauore nititur.*
15 *Quod ex contractu debetur, facilè remittitur.*
16 *Facilius prodigimus quæ alieno facto acquiſita ſunt.*
17 *Super vltimis voluntatibus ægræ tranſigitur.*
18 *In alimentis retrò debitis abſq; differentia tranſigitur.*
19 *De alimentis conſtituendis, etiam feriato die rectè agitur.*
20 *A ſententia de futuris alimentis non poteſt appellari.*
21 *Præterita alimenta vel in ſpecie vel æſtimatione repetuntur.*
22 *Vxori alimenta in ſubſidium debentur ante reſtitutam dotem.*
23 *Mulier pacto conditionem dotis deteriorem facere nequit.*
24 *Alimenta ſunt dotis appendices.*

DE ALIMENTIS.) †Alimenta præteriti temporis peti poſſunt, & ideò etiã ſuper eis trãſigi poteſt: ſuper futuris verò non, niſi autoritate ſeu decreto p̃toris accedente, tranſigi poteſt. Ratio differentię ex eo conſiſtit, †quòd ſuper futuris alimẽtis pendet hominis vita[n], ideò difficilius conceſſa in eis B eſt tranſactio, quia ſolebant pleriq; modico pręſenti contenti eſſe, qui nimię facilitatis in poſterum eſurientes pœnam dabãt, & ideò diui Marci oratione eis ſuccurſum eſt[o]. Nec refert relicta ſint alimenta pauperi an diuiti: †nã nec diues futura alimenta abſq; prætore remittet[p]: poſſet enim labi facultatibus, cũ multę ſint humanę ſortes[q]. †Nam & id ipſum timens diuus Auguſtus, filias iuſsit lanificiũ doceri. Conſtatq; legatũ alimentorũ diuiti relictum, ſi ea contẽplatione fiat, C quòd ad incitas redigi poſsit, ad piam cauſam p̃tinere[r]. †& ideò nullũ in eo legi falcidiæ tali caſu locum eſſe. †Vnde publicatis cuiuſquam bonis, firmum adhuc eſſet deportato id legatum[s]. Rurſus non refert quòd alio nomine quàm alimẽtorum relictum ſit, vt quia dictum ſit, victum, alimoniam, educationem, nutritium, cibarium relinqui, & ſi qua ſimilia hic à Decio relata. Nam & tradidit Fulg. Iaſonque, ſi dictum ſit, vxorem relinqui dominam & fructuariam, pro-
D pter Bulgari conſuetudinem & de alimentis intelligi[t], & ideò trãſigere eam nõ poſſe. Sed nunquid compromitteere de alimentis futuris quis poterit? Et in arbitratorem nõ poſſe, omnes fatentur: in arbitrum verò poſſe Specul. Albe. Iaſonque credidêre[u]: quam ſententiam ego ſequi non poſſum. †Cùm enim nec delegatus quidem prætoris hac de re cognoſcere poſsit[x], conſequens eſt, vt multò minus arbiter poſsit, qui notionem tantùm, non iuriſdictionem habet[y]. †Nã
E & quoties lex abſq; certa ſolẽnitate alienationẽ prohibet, compromiſſum quoque omne prohibere cenſetur[z]. Vnde quoties lex tranſigi vetat, fortius & compromitti[a]. †Quibuſdam tamen caſibus de futuris hiſce alimentis conceditur tranſactio, vt cùm eam cõſtat in vtilitatem alimentariorum tendere. †Id enim egit oratione ſua diuus Marcus, vt quàm optima eorum eſſet conditio: non vt hac prohibitione deterior fieret[b]: alioqui quòd ob fauorem conſtitutum eſ-
F ſet, in odium verteretur[c]. †Sed & ex voluntate teſtatoris permittetur tranſactio, ſi fortè id eis teſtator cõceſſerit, vt trãſigere poſsint[d]: quod Ang. Deciusq́; hîc annotarunt. †Rurſus receptior eſt ſententia, ſi cum iuramenti religione tranſactum ſit, valere contractũ: cùm enim id ius priuatum fauorẽ principaliter reſpiciat, iuriſiurandi acceſsione contractus firmabitur[c]: quod pleriq; hîc tradiderunt, quibus ipſe accedo, præterquam cùm is, qui trãſigit, propter inopiã tum quoque imminentem, verisimiliter fame laboraturus

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
n Bar. tract. alimentorum.
o l. cũ hi. ff. eod.
p d. l. cũ hi. ver. nec intereſt.
q l. ſi. ff. de pręſ. XXX. anno.
r gl. l. ſi quis Titio. de lega n. Alex. l. diuus. ad leg. falcid.
s l. pen. de cap. di. l. iij. de his quę, p nõ ſcript.
t gl. auth. hoc lo cum ff. ſi ſecundo nul. nup.
u arg. l. j. de arb.
x d. l. cũ hi. § ſed nec manda.
y Bar. l. præt. de tut. & cur. dat.
z l ſi minor. 25 annis filiofam. §. j. de min.
a l. non diſtinguemus. §. de liberali. de arbit.
b d. l. cum hi. § eam.
c l. non eo. ff. de procurat Rom. conſil. 16.
d l. j. ff. de re. co. e c. cum contingat. de iureiur.



turus eſſet: tunc enim videtur alimentorũ remiſſio aduerſus ius naturale eſſe: & ideò tali caſu orationi diui Marci adhuc locũ eſſe cũ aliquibus,
13 propter ſententiæ ęquitatem, arbitror[a]. †Cęterũ & cùm alimenta nõ vltima voluntate, ſed ex cõtractu debẽtur, poſſe ſuper his tranſigi dubium non eſt[b].
14 †Cuius rei duæ adducuntur rationes. Altera, quòd prohibitio tranſactionis duplici cõiunctim fauore innitatur, alimentorũ, & vltimę voluntatis: qui fauor ſi extrinſecus im-
15 minuatur, ceſſat prohibitio[c]. †Altera, quia quod ex cõtractu debetur, faciliùs remitti poteſt. Qui enĩ contrahendi ipſe quicquã ſibi acquiſiuit, veriſimiliter nõ niſi prudenter, & ex euidenti vtili-
16 tate illud remiſſurus eſt[d]: †cùm quæ nobis aliud agentibus, facto alieno, puta teſtatoris, tri- B buuntur, faciliùs prodigant: quia, vt inquit Martialis, res eſt nõ parta labore, ſed relicta. Adde q̃d voluntatis quoq; teſtatoris exequẽdę fauor verſatur, qui ideò alimẽta reliquit, quorũ natura eſt vt paulatim diſtribuant[e], vt ab eo non auferrent,
17 haberetq́; ille vnde ſe toleraret[f]. †Nã & aliàs nõ tam facilè ſuper vltimis volũtatibus permittitur
18 tranſactiò, quã in contractibus[g]. †Poſtremò hæc in alimentis futuris locũ habẽt, in his verò, q̃ re- C trò debita ſunt, ſuprà diximus indiſtinctè trãſigi poſſe. Nec nouũ eſt plus fauoris alimẽtis futuris cõcedi, quia in his vita hominis conſiſtit, q̃ dilationes, vlterioresq́; moras nõ recipit, quã præte-
19 ritis. †Quapropter vt alimenta in futurũ conſtituantur, etiã feriatis dieb. rectè agi poterit[h]. Vnde & lex municipalis eandẽ interpretationẽ re-
20 cipiet, vt Aretin.[i] reſpondit. †Sic à ſentẽtia, q̃ alimẽta in futurũ decernit, appellari nõ poterit, cũ quod ad prętérita attinet, ſecus ſit[k]. Quòd generaliter procedere in omnib. alimentorũ priuile- D gijs Decius ſenſit, vt ad futura tantùm trahãtur[l]. Sed hæc ſententia plures captiones habet, quoniam leges plerunq; indiſtinctè loquuntur, videmusq́; nõ pauca etiã p̃teritis alimentis indulgeri[m], ſatisq́; eſt ſi Decij ſententiã in his priuilegijs ſequamur, quæ executionis celeritatẽ reſpiciũt, vt quod de ferijs appellationeq́; prohibita diximus, vel vt breuiores dilationes dentur[n], & cõpenſationis exceptione ea nõ retardentur[o], & ſi qua ſimilia. Tametſi etiã in p̃teritorũ alimẽtorũ E cauſis ea cõpetere priuilegia, q̃ celeritatẽ executionis reſpiciunt, adhuc crediderim, quoties is, qui peteret eſurie paupertateq́; laboraret: ſubeſt enĩ eadem fauoris ratio, cùm ſi quamprimum æſtimationẽ eorum cõſequatur, inde ali poſsit[p].
21 †Sed quomodo verum eſt, alimenta p̃teriti temporis peti? & ex hac cõſtitutione ſatis probatur peti ea poſſe[q], idque in ipſis ſpeciebus, ſi eas in præſentia dari interſit[r], alioqui ad ęſtimationem deueniendũ. Excipitur tñ caſus cùm huiuſmodi F alimẽta officio iudicis ei debentur, qui aliunde ſe alere non poteſt[s], vt in filiofãm. quem pater alere in ſubſidium tenetur[t]: in monacho, quem
22 Abbas & ipſe nutire debet[u]: †in vxore, quam hęredes viri ante dotem reſtitutam annua die pro mariti dignitate exhibere debent[x]: his enim alimenta præterita non debentur, cùm vixiſſe iam eos appareat, & ideò ad id ſubſidium recurrere neceſſe non habeant: quod intelligendum, niſi filius patrem, monachus Abbatem, vxor hæredes mariti interpellaſſet, & propter eorum moram æs alienum alimentorum cauſa contraxiſſet: poſſet enim peti, vt creditoribus illi ſoluerent[y], quod Alexan. hîc approbat: & in ea ſpecie reſpondit Bald. cùm vidua interpellatis hæredibus ad fratris ſui domum conceſsiſſet, ab eoq́; educata fuiſſet[z]. Decius hîc negat vxori in ſubſidium deberi alimẽtã, & ideò etiam eius anni præteriti petitionem indiſtinctè ei dari: quam ſententiam omnes meritò damnant[a], nec difficilis eſt eius rationum confutatio, quæ ex Iaſonis ſcriptis petenda eſt[b]. Defendi tamen eius ſententia poſſet, cùm ex lege municipali hęc alimenta vxori deberentur, ſi dotem non petie-
23 rit. †Nam & hoc caſu relatum extat, ſicut mulier B pacto dotis ſuæ conditionem deteriorem facere
24 non poteſt[c], †ita nec alimentorum, quæ dotis ipſius appendices ſunt[d].

a Fed. conſil. 60. Imol. d. c. cum contingat.
b d. l. cũ hi. §. j.
c l ſi familia. de iuriſ. om. iud. iuncta l. illud. ad l. Aquilian.
d Bart. tract. de alim.
e Bart. l. pecuniæ. de ali. leg.
f l. Caio. §. Imperator. de alim. leg.
g l. de his ff. eo.
h l. ij. ff. de fer.
i Conſil 96.
k l fin. de app. reci.
l Barto. l. mala. de alim. leg.
m l j. ff. de fideic. l. ſi cui. de an. leg.
n l. ij ff. de re iudic.
o l. iij. ff. de compenſ. l. ob nego. de comp.
p Bar. l. ſi quis à liberis. §. j. de lib. ag.
q Bart. l. libertis quos. §. de alim. leg.
r l. nulli. ff. de caſtro. mil. an. lib. xij.
s Bar. d. §. j Alexan. cõſi. 57 in 2.
t d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius.
u Rot. dec. 300. Alexã conſ. 72. in 5.
x gl. l. diuortio. ſol. matr.
y l. ſi. de in rem verſ.
z Bald. conſil. 224. in 2.
a l. pen. ff. vt in poſſ. leg.
b Iaſ. d. l. diuortio. col 6.
c l. Attilicinus. de iur. dot.
d Bal. c. iurauit. col. 4. de probat.

LEX IX.

IDEM AVG. *Agrippino.*

A Si ſuper poſſeſſione, a quæ tibi quæſita eſt; cùm quæſtionem patereris à fratre vxoris b,

L. 3. Si ſuper poſſeſsione.

LEX IX.

1 *Conditio in tranſactione loco dationis eſt.*
2 *Leuir mariti frater.*
3 *Fratriæ duorum fratrum vxores ſunt.*
4 *In tranſactione requiritur, vt detur aliquid.*
5 *Conditio vim cauſæ obtinet.*
C 6 *Lex, quæ dari iubet aliquid, ad ſimplicem potentiam refertur.*
7 *Verba actus ad potentiam plerunq; extenduntur.*
8 *Tranſactio tam caſualem, quàm potentialem conditionem recipit.*
9 *Contractus qui purè fiunt, etiam cõditionem admittunt, paucis exceptis.*
10 *Sententia caſualem conditionem non admittit.*
11 *Conditio abſolutè impleri debet.*
12 *Vbi dies & pœna obligationi adijcitur, mora non poteſt dilui.*
D 13 *Quando conditio nõ ad certum reſtringitur, mora purgari poteſt.*
14 *Conditio ſolius effectus cauſa adhibita moræ purgationem admitti.*
15 *Cùm ſolus dies adeſt, mora purgatur.*
16 *In ijs, quæ cauſam intrinſecus habẽt, ab actore ad reum argumentamur.*
17 *In principio litis eſt fauor actoris potior.*
18 *Dum violẽtiæ metus eſt, officiũ iudicis eſt implorandũ.*
E 19 *Nemo de facto à poſſeſſione deturbari debet.*
20 *Semper vis eſt arcenda.*
21 *Vis in propriam perſonam à iudice prohibetur, exacta cautione.*
22 *In graui metu cuſtodia militaris formidanti decernitur.*
23 *Impenſas cuſtodiarum concuſſor ſuſtinet, quando cautionem eludit.*
24 *Timentis læſio in dubio concuſſoris imputatur dolo.*
25 *Promiſsio deſiſtere à lite, exceptionem præſtat, nõ transfert dominium.*
F 26 *Remiſſa in rem actio non amittit rei dominium.*
27 *Renuntiatio litis ſimplex non parit reo dominij exceptionem.*
28 *Tranſactio liti quidem renuntiat, non autem dominio.*

SI SVPER POSSESSIONE.) a ¶ †Conditio in tranſactione loco dationis actori ſufficit, & ea defecta, vtiliter aduerſus vendicantẽ excipitur. 1
b ¶ A fratre vxoris.) †Hunc leuirum dici Accurſ. ait, quod falſum eſt, cùm leuir ſolum mariti 2
frater,

frater, non vxoris ſit; quaſi læuus vir, ut Non.
Marc. exiſtimat: vel vt alij verius arbitrantur, à
3 grȩco δαήρ. †Duorum verò fratrū vxores εἰνάτερες,
id eſt, fratriȩ dicuntur, non ianitrices, vt in cor-
ruptis eſt exemplaribus[a].

**tuæ pactum conuentum[a] & ſtipulatio inter vos, vt alleges, interpoſita eſt, vt ſi intra diem certum[b] idem aduerſarius tuus decem aureos tibi numeraſſet, poſſeſsione ei cederes: vel ſi eam inferre quantitatem non curaſſet, vlterius quæſtionem non patereris, & is, qui ita ſpopondit, promiſſo ſatis non fecit: conſequēs eſt, te, ad quem res pertinet, vim ab eo pati[c] non debere, cuius rei gratia vir calriſsimus Præſes prouinciȩ interpellatus, vim fieri prohibebit: prȩcipuè cùm etiā ſi in rem diuerſæ parti actio competeret, huiuſmodi pactione propter vtilē exceptionem[d] poſſet ſubmoueri. P P. VI. Id. Apr. Gord. A. II. & Pompei. Conſs.**

a ¶ Pactum con-
4 uentum.) †Si con-
ditio euenisset, ad-
uerſariusq; decem
aureos dediſſet, ꝓ-
culdubio hæc tranſ-
actio fuiſſet: ſed cū
conditio non eue-
nerit, meritò lex pa-
ctum appellat, cùm
tranſactio non ſit, in
qua nihil ſit datū: &
ita Odofredus ſen-
ſit, quȩ ſententia ꝓ-
5 babilis eſt. †Cæteri
tamen contrà, quia
facultas intra cer-
tum tempus rem i-
pſam redimendi,
loco dationis eſt[b],
conditioq; ipſa cau
6 ſȩ vī habet[c]: †& lex,
q̄ aliquid dari iubet[d],
7 ad ſimplicem potentiam refertur, †quia verba
de actu vero, plerunq; ad id quoque extendun-
tur, quod ex ſola poteſtate[e] eſt, ſicut vice verſa
quæ de potentia loquuntur, ad actum referun-
tur[f], quòd à nobis de verborum ſignif. lib iiii. tra-
ctatum eſt, dum de figura δυνάμει loqueremur: ꝓ-
8 priè em̄ aliud dicēdū eſſet[g]. †Sanè hinc annotant
Doctores, valere tranſactionem, ſiue ſub caſuali
conditione contracta proponatur, ſiue ſub ea,
quæ in poteſtate ſit[h]. Nā & ſub huiuſmodi cōdi-
tionib. receptū eſt cōtract⁹ innominatos concipi
9 poſſe[i]. Quin generalis regula tradit̃: †Quicunq;
actus vel contractus purè fieri poſſunt, ſub con-
ditione quoque fieri paucis exceptis, poſſe[k]. Iaſ.
tamen hanc concluſionem lege noſtra non pro-
bari, niſi quatenus de conditione voluntaria lo-
quamur, credidit. Sed certè contractus ipſi faci-
lius caſualem, quàm ſpontaneam conditionem
admittunt[l], vt per locum, qui à fortiori dicitur,
probari concluſionem hanc appareat. Decius de
duplici conditione contraria, legem noſtram lo-
qui cenſuit, & ideò pro puro cōtractum haberi[m].
Sed quādoq; bonus dormitat Hom. Cæterùm &
hinc infert̃, licere arbitratori in ſententia ſua cō-
ditiones apponere[n], dum tn̄ nō omnino præter
mandati ſui formam ſit[o]: faciliusq; id ei permit-
titur, quàm arbitro[p], ſiue quòd arbiter à cōpro-
miſsi figura recedere nequit[q], ſiue quòd arbitria
10 exæquata ſint iudicijs[r]. †At clarum eſt ſententiā
ſub cōditione caſuali à iudice ferri non poſſe[s].
b ¶ Diem certum.) Lapſo ergò die, ſi iſte ob-
tuliſſet, non tamen potuiſſet purgare moram[t]:
quod propter conditionis defectum inductum
11 videtur. †Debet enim conditio prȩcisè & ad un-
12 guem impleri[u]. †Quapropter vbi dies & pœna
obligationi adijciuntur, dilui mora nō poteſt[x].
Pœna enim non niſi ſub conditione apponitur,
ſi id, q̄d principaliter promiſſum eſt, datū factum
13 nō ſit[y], q̄d & ſuprà attigim⁹[z]. †Quòd ſi dies adie
ctus nō eſſet, poſſet mora ipſa purgari, cùm con-
ditio ad certū tēpus nō reſtringatur[a]. Vnde ſi ſer-
uo relicta ſit libertas, cū operas ſeptennales prȩ-
ſtitiſſet, quandocunq; per ſeptenniū p̄ſtiterit, e-

a l. non facile. de grad.
b arg. §. plu. Inſtit. de actio.
c l. à Titio. de verb. oblig.
d l. tranſactio. ꝗ. eod.
e l. Labeo in prin. de ſtatuli.
f l. iij. §. ſi quis ſic acceperit. de ſtatulib.
g Bal. l. j. q. 8. ꝗ. de inſti. & ſub ſtit.
h Bald. l. iij. ꝗ. de repud. hær.
i Barto. l. ſiue apud. ꝗ. eod.
k l. actus. de regul. iur.
l l. in vēdentis. ꝗ. de contrahen. empt.
m l. ſi pupillus. §. ſub conditio. de nouat.
n Bar l. cū Aquiliana. ff. eod.
o c. niſi eſſent. de præben.
p Imol. c. quinta vallis. 21. differentia. de iure iuran.
q l. non diſtingue. §. de officio. de arbit.
r l. j. de arbit.
s l. j. §. biduum. quan. app. ſit.
t l. Thais. §. intra. de fideicō miſſ. lib.
u l. qui hæredi. l. Mœuius. de cond. & dem.
x l. traiectitiæ. de act. & obli.
y l. iiij. §. Cato. de verb. oblig.
z l. ſi pacto. ꝗ. tit. j.
a l. j. §. itē ſi ita. ad leg. falcid.

tiam ſi nō ꝓximis morti teſtatoris annis, erit li-
ber[b]: id em̄ vis verborū infert, quæ certi tēporis
principium non reſpiciunt. †Idē ſi conditionem 14
ex aliquibus coniecturis veriſimile ſit cauſa ſo-
lius effectus, non autem formæ appoſitam eſſe,
tūc purgationi mo-
ræ locus erit[c]. Quȩ
interpretatio & in
p̄torijs ſtipulationi-
bus accipitur, q̄ prȩ-
paratoria iudiciorū
reſpiciūt, idq; ȩqui-
tate quadā ita ſua-
dēte[d]. †Quòd ſi ſol⁹ 15
dies adſit, conditio
autē non adſit, tunc
vt diximus, dubium
non eſt, purgationi
morȩ locū eſſe[e]. Bar
tolus tn̄ non vno in
loco[f] inter actorē &
& reum diſtinguit,
vt reus exceptionis
ſuæ cauſa indiſtin-
ctè moram diluere
poſsit, actor nō poſ-
ſit[g], niſi cùm de iam
ortæ actionis cōſer-
uatione agit̃[h], aut acceſſoriè q̄rēda eſt[i]. †Sed hāc 16
ego differētiā ſequi nō ſoleo, quia regulariter cū
de his agit̃, q̄ cauſam intrinſecùs ſpectāt[k], de acto
re ad reū argumētamur: & ſicut reo cōcedit̃ mo-
rȩ purgatio, exceptionis acquirendæ cauſa[l], ita
actori actionis adipiſcēdæ gratia cōcedi dicēdū.
†Id em̄ ad litis principiū p̄tinet, quo vel magis 17
actori fauem⁹[m]: verior igit̃ eſt noſtra declaratio.
c ¶ Vim pati.) †Hinc igitur annotandum, ſi 18
quis dubitat ne vis in re ſua ſibi inferatur, iure
poſſe eum à iudice petere, vt is ſuas partes inter-
ponat, ne ſibi fiat iniuria[n]. quod procedit etiam
nudæ detentationis tuendæ cauſa: †nec enim 19
quiſquam de facto deijci qualicunque de poſ-
ſeſsione ſua debet[o]. Idem procedit etiam, ſi is
futuræ violentiæ timor culpa petitoris proue-
nerit[p]: †ſemper enim vis arcenda eſt[q]. †Item 20 21
procedit longè firmius, cum quis de vi in pro-
priam perſonam formidat: poterit enim iudicē
adire, vt aduerſarium ad cautionem compellat,
vim nullam per ſe vel ſuos illatum iri[r]. Quid ſi
adeò grauis eſt timor, ſuſpectaque concuſſoris
audacia, vt fragilitati cautionis nō videatur cre-
dendum? †Et eius ſaluti ſecuritatiq; decerni cu- 22
ſtodiam militarē poſſe traditum eſt, idq; ipſius,
qui petit, impenſis[s]. †Ego etiam impenſis con- 23
cuſſoris decerni quandoque vidi, ſi cautionem
eludere auſus fuerit: non enim debet hȩc auda-
cia iuſtè timentibus oneroſa eſſe[t]. †Vidi & in ſe- 24
natu decerni ſalutem incolumitatemq; timētis,
fide publica, periculo cōcuſſoris eſſe, vt ſi offen-
di contingat, eius dolo factum præſumatur[u].
d ¶ Vtilem exceptionem.) †Si igitur dominus 25
poſſeſſori promittat, quæſtionem vlterius non
mouere, non ideò dominium transferre in poſ-
ſeſſorem cenſetur, ſed ſolùm exceptionis ius.
†Nam & receptum eſt, ſi quis actione in rem am- 26
plius non agere promiſerit, tametſi re penes
poſſeſſorem relicta, dominium non amitti[x], cō-
petetq; tali caſu nihilominus ipſo iure promiſ-
ſori rei vendicatio, licet ſtipulationis exceptio-
ne ſubmoueri poſsit[y]. †Nam & in ſimplici renū- 27
tiatione litis, nō tamē videri dominio renuntia-
tum

b l. ſeruus. §. ſeruus. de ſtatul.
c l. Paulus. §. fi. ff. de lib. cauſ.
d l. etſi. poſt tres. ff. ſi quis cau.
e l. ſi ita quis. §. j. de verb. obli.
f Bart. l. inſulā. vlt. q. de verb. oblig. l. ſi conditio. in fine de cond. & dem.
g d. §. intra.
h d. §. j.
i l. Celſus. §. fi. de arbit.
k l. j. de except. c. in iudicijs. de reg. iu. in 6.
l d. l. inſulam.
m gl. l. de die. ff. qui ſatiſ. cog.
n l. fi. in prin. quod met. cauſ. l. ſeruus. quod cum eo.
o l. j. §. neceſſario. ſi mul vent. nomi. vbi Bart.
p l. præſenti. §. pen. ꝗ. de his qui ad eccl.
q Bar. l. qui bona. §. ſi quis iuxta. de dam. infe.
r l. illicitas. §. ij. vbi Bart. de off. præſid.
s l. fin. de erog. mil. an. lib. xij.
t l. quod quis ex ſua culpa. de reg.
u arg. l. ſi prius. ff. de ope. no. nunt.
x gl. l. ſtipulatio iſta habere. in prin. verſ. ſucceſſores. de verb. oblig.
y l. [illegible] eod.



rum Bartolus tradidit, & ideò reo exceptio do-
28 minij non quæritur[a]. †Proinde & qui tranſigit,
liti quidem renuntiat, dominiū autem non trāſ-
fert[b], quod & ſuperiùs à nobis annotatum eſt[c]:
quæ ſi in eo, quem dominum eſſe conſtat, admiſ
ſa ſunt, vt nihilominus is exceptione reiiciatur, fortius in caſu noſtro id recipiendum fuit, in q̄ adhuc non conſtabat, an is vxoris frater dominus eſſet.

a Bar. l. naturaliter. §. nihil cōmune. in ij. intellectu. de acquir. poſſeſſ.
b l. ſi pro fundo ꝗ. eod. d. l. ſiue apud.
c l. poſtquam litis. ꝗ. tit. j.

## LEX X.

### IMP. PHILIPPVS.

A. Apollophaniæ.

**Fratris tui filijs de paterna ſucceſsione ac ſtatu etiam nunc contra fidē ſanguinis, itemq́ placitorum quæſtionem inferre, parum probè poſtulas: nullus etenim erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis, cœperit facilè diſcedi. P P. prid. Kal. Apri. Peregrino & Æmiliano Conſſ.**

## LEX X.

1 *Exceptio tranſactionis, tam ſtatus, quā ſucceſsionis quæſtionem excludit.*
2 *Litis finitæ exceptio eſt, quæ ex tranſactione oritur.*
3 *Valida tranſactio litem impedit.*
4 *Tranſactio ſpecialis, actionem generalis cauſæ non impedit.*
5 *Tranſactione vtrinq; omnia vetera tolluntur.*
6 *Noua inſtrumenta oblata actori, non elidunt exceptionem litis finitæ.*
7 *Tranſactio ex pœnitentia non reſcinditur.*
8 *Tranſactioni confeſtim executio competit.*
9 *Tranſactio ſententiæ & iureiurando æquiparatur.*
10 *Exceptio, quæ ingreſſum litis impedit etiam compromiſſo obſtat.*
11 *Lex, quæ de omni controuerſia compromitti vult tranſactionem includit minimè.*
12 *Tranſactionis exceptio poſt litem conteſtatam oppoſita non compromittitur.*
13 *Tranſactio valida eſt, de qua actis publicis aut documentis conſtat.*

1 FRATRIS TVI filiis. a ¶ †Mouerat
quis quæſtionem fratri ſuo de pa-
terna ſucceſsione, itemq́ue ſtatu,
deinde tranſegerat, rurſus eo mor-
tuo eandem cantilenam repetere
contra eius filios voluit: reſponſum eſt, tranſa-
ctionis exceptionem, quæ litem finitam oſten-
2 dit obſtare. †Vnde annotant Doctores, litis fini-
tæ exceptionem eſſe, quæ ex tranſactione ori-
tur[d]. Quod intelligendum, quoties ad impediē-
3 dum litis ingreſſum obiicitur[e]. †Item intelligen
dum de tranſactione valida: quæ enim aliquo vi
tio nulla eſt, vel quæ probari non poteſt, nullius
eſt effectus[f]. Item intelligendum reſpectu ſpe-
4 ciei, vel cauſa de qua tranſactū eſt. †Et ideò tranſ
actio ſpecialis non impediret, quò minus ex cau
ſa generali, vel ad aliam ſpeciem agi poſſet[g], q̄d
& ex facto reſponſum eſt: Titius cum duabus ſo
roribus de paterna hæreditate litigauerat, & il-
læ eum non eſſe legitimum affirmauerant, tan-
demque ſubſecuta eſt tranſactio, nunquid dece-
dentibus ſororibus obſtabit illi tranſactionis ex
ceptio, quò minus eis tanquam agnatus ſucce-
dat? Et non putauerim, cum de alia hæredita-
te agatur, non patris, vt prius, ſed ipſarum ſoro-
rum[h]. Sed nunquid acta in priore iudicio in hoc
5 obſtabunt? †Et non putarim, cùm tranſactione
omnia vetera vtrinque ſublata ſint[i]. Nouis igit̃
probationibus opus erit. Crediderim tamē qua-
lemqualem fidem facere, ſicut acta in aliis cau-
ſis ſolent[k]. Exceptis igitur his caſibus adhæren-
dum erit regulæ textus noſtri, vt exceptio hæc

d l. tranſacta. de uerb. ſig. c. j. de li. cōteſt. in vj.
e Bar. l. cū quærebatur. iud. ſol.
f c. conſtitutus. extra eo. Bar. l. prætor. de tut. & curat. dat. ab his.
g l. ſi quis libertatem. ubi Bar. col. pen. de pet. hæred.
h Moder. l. iij. §. ueteres. de acq. poſſ.
i c. j. extra eod. Iaſ. hic.
k Gl. l. ij. ꝗ. de eden.

L. 10. Fratris tui.

ſit finitæ litis, †adeò vt tametſi ad actorem noua
inſtrumenta peruenerint, nihilominus audi-
re non debeat. Idemque ſi alleget grauiter ſe
eo facto læſum[l], quod infrà declarabimus[m]. †Et
ex his conſequens eſt, vt quamuis tranſactio cō- 6
tractus ſit innomi- 7
natus, ſoleatque in
contractibus inno-
minatis, pœniten-
tiæ eſſe locus[n], in ea
ſpeciale ſit, ne ex
pœnitentia reſcin-
di poſsit, idq; litiū
dirimendarum fa-
uore[o]. †Ampliùs cē- 8
ſuere aliqui, tranſa-
ctioni ipſi in prom-
ptu executionē cō-
petere, ſi quis offi-
cium iudicis ex ea impetrare voluerit: †æquipa 9
ratur enim ſententiæ & iureiurando, quæ con-
ſtat abſque iudiciorum mora ſtatim executioni
mandari[p]. Sed ego tantùm contractui huic tri-
bui vix crediderim, nec à regula iuris temerè re-
cedendum, contractibus executiua auxilia de-
negantis[q]: alioqui quorſum opus fuiſſet tot re-
ſcriptis dubitari, an prima actione, præſcriptis
verbis, an de dolo, an ex ſtipulatu agi tranſactio-
nis cauſa poſsit[r], ſi officio iudicis confeſtim ex-
ecutio concederet? Sed an ſi lege municipij de
omnibus cauſis compromittendum eſt, qui trāſ-
egit, compromittere cogetur? †Et negant cogi[s], 10
quoniam quæcunque exceptio litis ingreſſum
impedit, eadem & cōpromiſſo obſtat[t]. †Quod 11
aliqui procedere hîc cenſuerunt, etiam ſi lex de
omni controuerſia velit compromitti: quamuis
enim controuerſia etiam de facto intelligatur[u],
tamen de hac exceptione non videtur lex ſenſiſ
ſe, quæ finem litib. imponit. †Sed & ſi nō à prin 12
cipio, ſed poſt litem conteſtatā de tranſactione
obiectum ſtatim ſit, adhuc videtur legi munici-
pali locum non eſſe, quod Riminaldus & Deci⁹
tradiderūt. Alioqui meritò dubitari poterat ꝓ-
pter verba legis: verum enim eſt, eſſe controuer
ſiam, quia lis eſt conteſtata[x], ſed propter tranſa-
ctionis liquidum alia ſit interpretatio[y]. †Quæ
intelligenda ſunt, dum de tranſactione per do- 13
cumentum, vel acta publica, vel aliàs incontinē-
ti conſtet, vt Aretinus exiſtimauit: quod ſi pro-
batione altiore indigeret, ſuper articulo ſaltem
compromittendum eſſe[z].

l l. Lucius. §. fin. ad Trebell.
m l. quamuis. ꝗ. eo.
n l. ſi pecuniā. ff. de cond. ob cauſ.
o d. l. quamuis. ꝗ. eo.
p l. ij. ubi Alex. de iureiur.
q l. minor. xxv. ann. cui fideicō. de min.
r l. actione. l. cū mota. l. ſiue. hoc. tit.
s Bal. l. ſi iudex. de his qui ſunt ſui.
t Cor. con. 122. in fi. in j.
u l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebel.
x l. ꝓperandū. in pri. ꝗ. de iudi.
y Alex. l. ſi cauſa. ꝗ. eod.
z gl. pe. l. pen. ꝗ. tit. j.

## LEX XI.

1 *Mutua fideicommiſsi remiſsione, neutra pars læditur.*
2 *Vbi altera pars grauatur plus reliqua, non tenet fideicōmiſsi remiſsio.*
3 *Dubius euentus contractum ſæpe corroborat.*
4 *In mutuo eſt magna fraudis ſuſpicio quo ad remiſsionem.*
5 *Marito facultatibus labente, vxor conſtante matrimonio dotem repetit.*
6 *Mulier dotem euentui dubio ſubijcere nequit.*
7 *Minor in arbitrum compromittens, conſentiente etiam tutore, reſtituitur.*
8 *Res ex certitudine legis in dubium traducta reuocatur.*
9 *In facultate dotantis non eſt, tempus certum reſtituendæ dotis, incertum reddere.*
10 *Fideicommiſſum reciprocum inter fratres, hodie legitima diminuitur.*
11 *Tranſactio quādo ſolēnitate legis deſtituitur, nō ſuſtinet̃.*

12 *Donationes infirmæ nonnunquam ſuſtinentur ob dubiũ euentum & mutuum periculum.*
13 *Alienatio immobilium abſque decreto minoribus prohibetur.*

LEX XI.

IMPP. VALERIAN. *& Gallienus Augg. & Valerianus nobilis Cæſar. Caiano militi.*

De fideicommiſſo[a] à patre inter te & fratrẽ tuum viciſsim dato, ſi alter veſtrũ ſine liberis exceſſerit vita, interpoſita tranſactio rata eſt: cũ fratrum cõcordia remota captã de mortis alterius voto improbabili, retinetur: & non poteſt eo caſu reſcindi, A tanquam circumuẽtus ſis, cùm talis pacto conſenſeris: cùm neque eam, cui ſubuenir i ſolet, ætatem agere te proponas, nec ſi ageres, iiſdem illis de cauſis in inte- B grum reſtitutionis auxilium impetrare deberes. P P. xv. kal. Decẽb. Valeriano & Gallieno. A A. vtriſque II. Coſſ.

De fideicommiſſo.) a ¶ † 1 Cùm ergò mutua cõditione iniunctum fideicõmiſſum remititur, neuter videtur lædi: dubij enim euẽtus incertitudo facit, ne quicquam ſui remiſiſſe quis cenſeat[a], cùm tantum ſibi remiſſum ſit: quantũ ipſe alteri conceſſit[b]. Non procedit tamen hæc ſententia quibuſdam caſibus. 2 † Et in primis, quoties ex veriſimilia coniectura incertitudo in alteri⁹ damnum magis immineret: vt ſi duorum fratrum hoc fideicommiſſo grauatorum, alter ſenex ſteriliq́ue vxore eſſet, alter florens iuuenta, & liberos veriſimiliter ſuſcepturus, cenſeretur tali remiſsione adoleſcens inconſulta facilitate læſus eſſe, & ideò in integrum beneficio ætatis poſſet reſtitui[c]: quod Raph. Comẽſis reſpondit[d], & Aretinus, Rimi. Deciuſque hîc cenſuerũt. Sed ego perpenſis legis noſtræ verbis, adhuc cogitandũ 3 arbitror. † Sed & idem illi tradiderunt, cùm dubius hic euentus communi hominum exiſtimatione certitudinem reciperet, ex qua læſio argueretur[e]: quod in ea ſpecie proditum eſt, cùm quis iuuenis & optimæ valetudinis, ducentos aureos collegio Iudæorum donaſſet hac lege, vt interim dum viueret, alimẽta ab eis perciperet. Cùm enim ſecundum probabilem coniecturam vitæ, non licitas tantùm vſuras, ſed etiam ſortẽ ipſam conſumpturas videretur, contractus is in fraudem conſtitutionum celebratus cenſeri poteſt[f]. Quod non abſimili caſu hîc tradunt plerique, exiſtimantes eum, qui quadringentis reditum centum aureorum donec vixerit, emat, rectè quidem emiſſe cenſeri, tametſi contingat cũ diutius viuere, & duplicatos fructus percipere[g], Cùm enim vel primo anno mori potuerit, dubius euentus contractũ hunc corroborat[h]. Quod intelligunt, dum tamen talis contractus ſecundum probabilem, veriſimilemq́ue vitæ cõiecturam factus ſit[i], nec mutui nomine quicquam da- 4 tum ſit: † maior enim fraudis ſuſpicio in mutuo eſt[k], maximè cùm in eo quantitas mutuata reſtituenda ſit[l]. Sed & regulæ prædictæ locus nõ eſt, quotieſcunque quis ipſi ſe incertitudini ſubiiceret, cùm eam euitare potuiſſet[m]. 5 † Vnde ſi qs paterfamiliâs opulentus & locuples tranſmarinã negotiationem aggreſſus ſit, nauique ſubmerſa cœperit rem ſuam diminuere, facultatibuſq́; labi, poterit vxor dotem repetere[n], ne interim dum moratur, res mariti ita dilabantur, vt ei de- 6 inde conſuli non poſsit[o]. † Nec enim debet mulier dubio cuiquam euentui dotem ſuam ſubii- 7 cere[p]. † Qua ratione & lædi minorem reſpõſum eſt, ideoque ei ſuccurri, quoties in arbitrũ etiam tutore autore compromittit[q]. Cùm enim ab arbitri ſententia appellari non poſsit: eo ipſo rem ſuam deteriorem facit, cùm dubio euentui ius ſuum ſubiicit, licet aduerſarius ſuus eodem periculo fluctuet[r]. 8 † Eòdem pertinet, cũ aduerſus certitudinem legis res in dubium reduceretur: vt cùm mulier paciſcit dotem his dieb. ſoluto matrimonio reſtitui, q-bus data ſit:[s] lex enim certũ id eſſe voluit, vt dos tempore à legibus conſtituto omnino redderet[t], 9 † vnde meritò tale pactum improbat, ne in facultate dotantis ſit ſerò tradita dote, tempus illud qđ certum eſſe voluit, incertum facere: atque ita ego ſentio, cõmunemq́; eorum ſententiam declaro, qui fauore dotis id ſpecialiter induci exiſtimarunt[u]. 10 † C Huc quoque ſpectat quod traditum eſt, fideicõmiſſum reciprocum, licet inter fratres quærela inofficioſi ſubuerti non poſsit[x], tamen ex legitima iure naturæ debita, hodie diminui, quoniam lex abſque ullo penitus onere eam tribuat[y]. Nec negari poteſt onus cenſeri, quod etiam in vtilitatem caſu fortuito vergere poſsit[z]. 11 † Cæterùm & quoties ſolennitate legis contractus deficeret, non arbitrarer ex prædicta regula ſuſtineri poſſe: veluti cùm duo fratres, alter mi- D nor ætate, alter adultus, mutuam ſibi donationem feciſſent omnium bonorum, in caſum, quo alter alteri prædecederet: 12 † licet enim propter mutuum periculum incertumq́ue euentum donationes aliàs infirmę ſuſtineantur[a], tamen hoc caſu, 13 † quia oratio diui Seueri ex parte minoris alienationem immobilium abſq; decreto prohibet[b], non putarim confirmari contractum, maximè propter captandæ mortis votum, quo maior natu fraudem minori faciliùs facere poſſet: E & ideò nõ temerè iudex decretum hac in re interponere debet.

a arg. l. ſi. ꝟ. eo. l. pen ꝟ. de ſol.
b l. ſi pater puellæ ꝟ. de inoffi. teſta. gl. l. ſi familię ꝟ. famil. ercif.
c arg. l. uerũ § ſi locupleti. de min.
d Conſil. 114. Antonius.
e Bar. l. ſi quis cum aliter de uerb. oblig.
f l. eos ꝟ. de uſu.
g l. ſi ea lege ꝟ. de uſur.
h c. in ciuitate de uſur.
i Decius hic.
k c. nauiganti. de uſur.
l Alber. l. iubemus. ꝟ. de ſac. ſan. eccl.
m l. ſi fideiuſſor § j. qui ſatiſd. cog. Ang. l. ij § cũ in eadẽ. ad leg. Rhod. de iact.
n l. ubi ꝟ. de iur. dot.
o Bart. l. ſi conſtante. quæſt. 4. ſol. matr.
p arg. § emphytheuſis. in auth de alie. & emphyt.
q l. ſi minor. ꝟ. antiis filiofam in fi. de min.
r Bar. j. conſtitutione. C. ꝟ.
s l. Attilicinus de pact. dot.
t l. de dic. eo. tit.
u Alex. & Rim. hic.
x d. l. ſi pater puellæ.
y l. quoniam in prioribus ꝟ. de inoffi. teſta.
z gl. l. licet. ꝟ. tit. j.
a l. quod aũt § ſi uir. & uxor. de dona. inter uir. Bal. & Iaſ. d. l. ſi pater.
b l. j. ꝟ. de reb. eo.

LEX XII.

1 *Adminiſtratores reipub. de re dubia vtiliter tranſigunt bona fide.*
2 *Adminiſtratores ciuitatis habent procuratorẽ cũ libera.*
3 *In mandato Conſulum, lex ſubaudit clauſulam liberæ adminiſtrationis.*
4 *Conſules omnia poſſunt, quæ ſpeciale mandatũ requirũt.*
5 *Syndici aut defenſores ciuitatum, nõ cenſentur liberam adminiſtrationem habere.*
6 *Magiſtratus ab vniuerſitate aut collegio electi, non habent liberam adminiſtrationem.*
7 *Curatores vniuerſitatum, procuratoribus priuatis ſunt ſimiles.*
8 *Decani, Abbates, non habent liberam adminiſtrationem.*
9 *Prætor vrbanus ad ius reddendũ tantum conſtitutus eſt.*
10 *Nemo mandatum ſpeciale habet, niſi officij natura illi tribuat, aut expreſſum mandatum.*

*Procu-*



11 *Procurator neq; Cæſaris, neq; fiſci, ius tranſigẽdi habet.*
12 *Procurator Cæſaris & fiſci planè conueniunt.*
13 *Præpoſitus Eccleſiæ res tranſactione non alienat.*
14 *Emphyteuta & vaſallus, procuratores ſunt domini in rem ſuam.*
15 *Officialis negligens præſtat rempub. indemnem.*
16 *Pater legitimus adminiſtrator in peculio filij aduentitio vtiliter trãſigit.*
17 *Curator & tutores immobiles alienare prohibentur, ſine decreto prætoris.*
18 *Perſona patris minus ſuſpecta, quàm tutoris.*
19 *Pater inter filios materna bona non poteſt diuidere abſque decreto iudicis.*
20 *Neceſſaria bonorum maternorum alienatio patri conceſſa eſt.*
21 *Ad ſuum commodum nemo autoratur.*
22 *Adminiſtrator gratioſè inutiliter liquidum debitum remittit.*
23 *Acceptilatio ſapit naturam donationis.*
24 *Vſuras poteſt adminiſtrator remittere.*
25 *Procurator in minimis domino præiudicat.*
26 *Negligentia Eccleſiæ præiudicat.*
27 *Adminiſtrator graues vſuras moderatur vtiliter.*
28 *Delictum adminiſtratoris fiſco præiudicat.*
29 *Adminiſtratoris apocha, ſecuritatem debitori præſtat.*
30 *Apocha priuati procuratoris, debitorem non liberat.*
31 *Adminiſtrator nequit compromittere.*

LEX XII.

IIDEM AVGG. *Primo.*

Præſes prouincię æſtimabit vtrum de dubia lite tranſactio inter te & ciuitatis tuę adminiſtra- A tores facta ſit, an ambitioſè id, quod indubitatè deberi poſſet,

L. 12. Præſes prouincię.

Præſes prouincię.) ¶ † 1 Adminiſtratores ciuitatis, quales olim erant duumuiri municipiorũ[a], decurionumq́; ordo, de re dubia trãſigere bona fide poſſunt: ambitioſè verò, id eſt, in gratiam alicuius, aduerſus municipij vtilitatem, vt quia debitum liquidum re- 2 mittant, non poſſunt. † Hincq́ue apparet huiuſmodi adminiſtratoribus cenſeri procuratorem cum libera poteſtate conceſſam, cùm aliter tranſigere non poſſent[b]. Quod hodie in his locũ habet, quos ſcabinos ſeu conſules ciuitatum voca- 3 mus. † In mandato enim eorum nõ eſt opus adiici clauſulam liberæ adminiſtrationis, quia lex eam ſubaudit, vt Bald. & Fulg. hîc tradunt. 4 † Et ideò omnia poterunt, quæ aliàs ſpeciale mandatum requirerent[c], quale eſt iuſiurãdum litis decidendæ cauſa aduerſario offerre[d], in integrum reſtitutionem petere[e], & ſi qua ſimilia. Quod tamen in his adminiſtratoribus intelligitur, qui ab vniuerſo populo, vel à generali eius concilio electi ſint: 5 † ſecùs ſi ſimpliciter ab ipſius ordinis magiſtratibus conſtituti proponantur, quales ſunt, quos Græci ſyndicos, noſtri defenſores vocant[f]. Appellantur & quandoque curatores reipub.[g] M. Cicero Epiſt. famil. lib. XIII. Ecdicos Mileſiorum commemorat, cum quibus reipub. negotia conficere poſsit. Sic & Plinus lib. X. ad Traianum, Ecdicus Amiſenorum ciuitatis. Sic & Paulus[h] noſter magiſtratus reipub. tres curatores conſtituit, qui apud Græcos vocant ἔκδικοι. Rurſus intelligitur ea concluſio in his, qui ab vniuerſitate territorium habente electi ſunt, quæ tales ad id officium ſeu munus publicum ſuſpi- 6 ciendum cogere poteſt[i]. † Secùs ſi ab alia vniuerſitate ſint conſtituti, puta ab aliquo collegio ſeu corpore, quale eſt fabrorum, piſtorum, nauicu- lariorum[k]: 7 † tales enim priuatorum procuratoribus ſimiles videri receptiùs eſt[l]. 8 † Et ideò Decani, ſeu Abbates collegij doctorum non habẽt liberam adminiſtrationem, quod Accurſius cenſuit[m]. Rurſus nõ pcedit concluſio in his officialibus, qui ex natura officij limitatam habent in aliqua ſpecie poteſtatem. 9 † Et ideò prętor vrbis, etiamſi ei ampla facultas conceſſa ſit, liberare debitorem municipij non poſſet[n], quia ad ius reddendum conſtitutus eſt, non ad rem pecuniariã procurandam[o]. 10 † Ego generaliter nemini cõceſſam tranſigendi facultatem crediderim, niſi ex eius mandato vel natura officij conſtet[p]. 11 † Hinc- B que eſt quod procurator Cæſaris tranſigẽdi ius non habet[q]. Opinor nec procurator fiſci: 12 † nec enim inter hos in iure conſtitui differentiam reperio[r], quod alio loco teſtatus ſum[s], tametſi Iaſon in hoc diſſentiat, Baldoque[t] aduerſetur, qui nobiſcum facit. 13 † Qua ratione nec Prępoſito Eccleſiæ videtur conceſſum eſſe, vt rem penes Eccleſiam conſtitutã tranſactione ſua alienare poſſit[u]: non enim hæc ei poteſtas iure competit. Si verò rem ipſe retineat, & vice mutua aliquã pe- C cuniam aduerſario det, ſecùs eſt[x], tuncq́ue permitteretur ei ſodalibuſq́ue tranſactio. 14 † Nam & tali caſu emphyteuta, itemq́ue cliens, etiam irrequiſito domino, de emphyteuſi aut feudo tranſigere bona fide poſſunt[y], tanquam domini ipſius in rem ſuam procuratores, quod & alibi attigimus[z]. Sed nunquid prædicti adminiſtratores, q tranſegerint, cùm id iure facere non poſſent, ſaltem de ſuo teneantur? Et non videretur, ſed ſimpliciter tranſactionem infirmari[a], niſi remiſsio D hęc à pacto cœpiſſet[b], aut aliàs officialis pecuniã apud aliũ negligẽdo reliqſſet, remiſiſſetue[c]: aut non ſimplicem adminiſtrationem, ſed & ius aliquod in re remiſſa haberet[d]. 15 † Illud conſtat, officialem, qui munus ſuum neglexerit, præſtare rẽpublicam indemnem debere[e]. Sed quid de patre dicemus, qui in peculio aduẽtitio filij vſumfructum habet, & legitimus adminiſtrator eſt[f], 16 † an tranſigere & alienare bona immobilia filii abſque decreto prętoris poterit? Et recepta E eſt Azonis ſententia, poſſe: 17 † quia oratio diui Seueri, quę abſque decreto alienationes probibet, ſolùm tutoribus & curatoribus prohibet[g]. Quapropter ſi pater tanquã tutor vel curator filij emancipati alienet, oratione tenebitur: ſi tanquã legitimus adminiſtrator filij, quem in poteſtate 18 habet, non tenebitur, nec lex ad hunc caſum trahetur, in quo maior eſt ratio. † Maior enim eſt patris in his bonis autoritas, minuſq́ue ſuſpecta perſona[h]. Et lex ſimpliciter ait, poſſe eum ex F certis cauſis alienare[k]: quid in ea decretum ſubinducimus? Satis enim eſt hactenus nouatũ ius vetus, vt patri proprietas auferatur[l]. Cur quidquam ad legem nouam, eandemq́ue correctoriã ſubaudiamus in maiorem paterni iuris diminu- 19 tionem? † Baldus tamen non poſſe patrem inter 20 filios bona eorum materna diuidere abſque decreto cenſuit[m], quia diuiſio hæc alienatio eſt: † at patri alienationem neceſſariam ſolùm lex con-

a l. j. ſi quis ius dic l. iiij § duas. de dam. infect.
b l. procurator cui. de proc.
c Cyn. Bal. l. j ꝟ. etiam per proc.
d l. tutor. ff. de iureiur.
e l. illud § j. ubi Bal. de minor.
f l. iuſiurandũ. & ad pec. § j. de iureiur. ubi Bar. Paul. moder.
g l. procuratores ꝟ. de dec. lib. x.
h l. Lucius. j § j. de admin. tut.
i l. ſi § defenſores. ff. de mun.
k l. j § j. quod cuiuſ. uniuer.
l Dd. d. l. j. etiã per proc.
m l. item magiſtri. ff. de pact.
n Bal. d. l. iuſiurand. d. § ſi.
o Ray. Bar. Alexan. Iaſ. hic.
p l. prohibere § planè. quod ui aut clàm.
q l. j. de offi. procur. Cæſ.
r gl. l. iuſtas ꝟ. de iur. fiſ.
s l. procurator. ꝟ. de eden.
t Bal. c. contingit. extra eo. & de pa. Conſtan. § hoc qđ nos. uer. mitti.
u Abb d. c. contingit.
x Gl. l. nulli. ꝟ. eo.
y Iaſ. l. iij. char. pe. uerſ. 10. quęro. de iur. ẽphy.
z l. debitorum. ꝟ. tit. j.
a Gl. l. ſi procurator. ff. de iure fiſ.
b Bar. l. Ariſto. de don. not. in l. ciuitas. ſi cert. pet.
c l. iij. ꝟ. de anno. lib. x.
d l. ſi. § pen. de public.
e l. ij. ꝟ. de admi. reip. l. j. de loc. pręd. ci. lib. 11.
f l. ſi. § ſin autẽ æs ꝟ. de bo. quæ lib.
g l. j. de reb. eo.
h l. ſi pupillorũ. § ſi pater. eo. tit. l. cũ emancip. ꝟ. de præmiis.
i l. pe. ff. de curat. fur.
k d. § ſin autẽ æs alienum.
l § j. Inſtit. per quas perſon. nob. acq.
m l. generaliter ꝟ. de ſec. nupt.

cedit[a], nõ autem voluntariam, quod & Iaſon ſe-
cutus eſt. Ego aduerſari legis ſuæ verbis hãc ſen
tentiam arbitror, & ideò reiiciẽdã[b]. Sed & ſi lex
municipalis generaliter prohiberet, minores a-
lienatione bonorum obligari citra prætoris de-
cretũ facta, ſatis ar-
bitrarer propter ver
ba legis de ea quo-
que actũ cęſeri, quã
pater ſeu legitimus
adminiſtrator filij
feciſſet[c], q, & Rom.
& Iaſ. cenſêre[d]: qđ

**remiſſum ſit. Nam priore caſu ratã manere tranſactionẽ iubebit, poſteriore[a] uerò nocere ciuitati gratia non ſinet. PP. xvi. Kal. Mart. Æmilian. & Baſſo Conſſ.**

abſque dubio procederet, ſi lex vniuerſalib. ver-
bis loqueret̃, puta de minore cum qualibet per-
ſona contrahente[e]. Idem ſi patris factum argue-
retur, tanquã affectione aliqua inter filios vſus
eſſet, quod Deci.[f] credidit, & ſuprà ſcriptæ Baldi
ſententiæ concordat. Idem & fortius cũ in ſui v-
tilitatem hæc alienatio à patre facta tẽderet: tũc
21 enim maior eſt ſuſpicio. † Vnde ad ſui cõmodum
autorari nemo poteſt[g]. Sed quid ſi ſtatuti verba
de contrahente loquerẽtur, an in patre extendẽ
da eſſent, cum quo filia diſtraheret? Et tũc nõ pu
tauerim extẽdendã legem ad patrem, cùm eius
reſpectu tanta non ſit ratio: & hoc eſt quod Bal.
cenſuit[h].
22 a ¶ Poſteriore.) † Non ergo gratioſè remittere
debitũ, de quo liqueat, adminiſtratores poſſunt,
ſicut nec cęteri alienarum rerum procuratores[i]:
fruſtraq; litem fingerent, vt aliquo colore tranſ-
actionẽ fulcirent[k]. Qua ratione nec accepto fer-
23 re poſſent: † ſapit enim acceptilatio naturam do
nationis, vt hîc traditum eſt[l]: ſicut nec exceptio-
ni peremptoriæ renuntiare[m], nec appellationi
interpoſitæ pacto derogare[n], & ſi qua ſimilia.
Quibuſdam tamen caſibus permittitur admini
ſtratori remittendi hæc facultates, quos alibi an
24 notaui[o]: † vt cùm debitum odioſum reprobum-
que eſt, quales hodie ſunt vſuræ, quod hîc Accur
ſius & pleriq; tradiderũt: licet enim adminiſtra-
toribus publicis bonam fidẽ agnoſcere[p]. Idẽ cũ
modicum damnum ea cauſa reipublicæ irroga-
25 tur, qualis eſt particularis ſolutio[q]: † Nam & pro
curator in minimis ꝑiudicare domino poteſt[r].
Idem cùm hic adminiſtrator in rem ſuam procu
rat, vt quia ius & ipſe in re habeat: poterit enim
remittere, licet ipſe de ſuo teneatur[s]. Sed & taci
tè, puta permittendo rem præſcribi, præiudica-
bit adminiſtrator: vt cùm minoribus, quàm ſti-
26 pulatus eſſet, vſuris diutius contentus fuit[t]: † nã
& Eccleſia negligendo plerunque ſibi præiudi-
cat, cùm expreſſim nõ poſſit[u]. Sed nunquid tan
ti temporis lapſus requiratur, qui præſcriptioni
ſufficiat, puta decem annorum? Et videnť Doct.
crebriùs ſenſiſſe pręſcriptionem neceſſariam, et
id eſſe, quod lex taciti pacti exceptionem obſta-
re ait. Paciſcitur enim tacitè, qui vſucapi permit
tit[x]. Sed cur aduerſus hanc vſucapionem nõ re-
27 ſtituitur in integrũ reſpublica[y]? † Ego licere ad-
miniſtratoribus grauiores vſuras moderari arbi
tror, & quicunces accipere, quod hæ modeſtio-
res ſint[z], Perſius ſatyra ſexta:

*Quid petis vt nummi, quos hic quicunce modeſto*
*Nutrieras, peragant auidos ſudore deunces.*

Idq; ob vſurarij crediti odium[a], & ideò nullam
reipub. hoc nomine in integrum reſtitutionem
28 competere. † Cęterùm ex delicto ſuo adminiſtra
tor quandoq; & fiſco præiudicat[b]: vt cũ ante tẽ-
pus actiones inſtituit, quo caſu à iure ſuo cadit
fiſcus, licet indemnis de ipſius procuratoris fa-
cultatibus præſtari debeat. Quod ad probatio-
nem quoq; attinet, pacto adminiſtratoris fit rei-
pub. præiudicium. † Vnde ſi apocham debitori 29
reipub. fecerit, ſecurus ille erit, præſumeturque
reipſa pecuniã nu-
meraſſe[c]: † quod in 30
procuratore priua-
ti expeditũ nõ eſt[d].
Sed an talis admini
ſtrator compromit-
tere in arbitratorẽ
poterit? † Et Ange.[e] 31
non poſſe cenſuit: quia quamuis tranſigere, ſicut
& quilibet generalis cum libera procurator poſ
ſit, tamen hoc modo compromittere nõ poteſt,
cùm arbitrator de facto iudicare poſſit, & gratis
debitum liquidum remittere. Sed tamen cõtra-
ria ſententia receptior eſt: cùm enim poſſit ar-
bitrator in eius quoque fauorem iudicare, pro-
pter mutuum periculum concedi id ius debet[f].
Ego ex euentu rem diiudicare malim, vt ſi arbi-
trator pronuntiauerit debitum liquidum gratis
remitti, Angeli ſententiæ adhæreamus: alioqui
communem ſequamur, ne fraus legi noſtræ faci
lè fieri poſſit.

a d. §. fin. aut. ꝶ.
b d. l. generaliter.
c arg. d. §. ſi pater.
d l. pactum. ꝶ. de collat. Salic. l. tranſactione. ꝶ. eod.
e Barba. conſil. 40. in 4.
f d. l. pact. arg. notatorum. in l. non ſolũ. §. j. ff. de ritu nupt.
g l. j. de aut. tut.
h d. l. pactum q. 21.
i l. pactum curatoris. ꝶ. tit. j.
k l. cũ hi. §. ſi cũ his. ff. eod.
l gl. per proc. ff. de accept.
m l. ſi quis delegauerit. de noua.
n Ang. l. j. §. j. a quib. app.
o d. l. pactũ curatoris.
p l. cũ plures. §. pe. de adm. tut.
q l. ſi. ꝶ. de apochis. lib. x.
r Aret. l. qui Romę. §. Callimachus. de uerb. oblig.
s d. l. ſi. §. pe. de public.
t l. aduerſus. ꝶ. de uſur.
u Gl. l. Imperatores. ff. de pact.
x l. alienationis. de uerb. ſig.
y l. iij. ꝶ. ex qui. cauſ. ma.
z l. tutor qui r.p. §. ex cęteris. de admin. tut.
a l. qui ſemiſſes. ff. de uſur.
b l. iuſtas. ꝶ. de iure fiſci.
c d. l. ſi. de apochis. l. ne caſu. de diſcu. lib. x.
d Bar. l. ij. §. ſi ſi cer. pet.
e Ang. d. l. Imperatores.
f l. prox. ꝶ. eod. ubi Alex.

## LEX XIII.

1 *Metu & ſeruili conditione tranſactio impeditur.*
2 *Per metum geſta regulariter non tenent.*
3 *Ratum habere ad effectum pertinet.*
4 *Metus quandoq; ipſo iure contractum non infirmat.*
5 *Prætorum edicta perpetuum ius introduxerunt.*
6 *Generalis metus tranſactionem non irritat.*
7 *Metum in libello ſpecialem intelligimus.*
8 *Libellus vſq; ad ſententiam poteſt declarari.*
9 *Ad reſcindendum contractum vſurarium, ſpecialis probatio requiritur.*
10 *Fœneratores quandoq; legitimè contrahunt.*
11 *Probatio neceſſariò debet concludere.*
12 *Qualitas perſonæ magnam ſuſpicionem parit.*
13 *Metus ex amiſſione omnium bonorum probabilis eſt.*
14 *Famæ amiſſio ſaluti æquiparatur.*
15 *Officio iudicis reuocatur, quod verecundia factum eſt.*
16 *Metus excommunicationis non excuſat.*
17 *Metus carceris excuſat, quamuis non ad pœnam inuentus ſit.*
18 *Soluens timore principis, coactus ſoluiſſe cenſetur.*
19 *In aſperis prætoribus minax vultus iuſtum metũ præſtat.*
20 *In metu diſſimulato quoq; ſuccurritur.*
21 *Conſenſus reuerentiæ cauſa præſtitus, non vitiat contractum.*
22 *Actum liberum non vitiat metus honoris cauſa factus.*
23 *Filius metu patris conſentiens, reſtituitur.*
24 *In matrimonio conſenſus filij etiam meticuloſè præſtitus tenet.*
25 *Dolus excuſat qui cautũ & prudentem decipere poteſt.*
26 *Nemini dolus prodeſſe ſuus debet.*
27 *Nemini ſua malitia lucroſa eſſe debet.*
28 *Cauſa momenti magni paruo remiſſa, non inducit dolũ.*
29 *Tranſactio non reſcinditur, quamuis deceptus quis ſit vltra dimidium.*
30 *Publicè intereſt tranſactiones obſeruari.*
31 *Propter modicam læſionem actione in factũ ſuccurritur.*
32 *Tranſactio ſuper certis rebus inter dominum & ſeruum non tenet.*
33 *Tranſactio ſtatus non nuda, obligat dominum.*
34 *Promiſſio quæ pecuniæ interuentu facta eſt, efficacior eſt nuda.*

IN-



L. 13. Interpoſitas. §. Ad vim.

1 INTERPOSITAS.) a ¶ † Tranſa-
ctiõem ergo vitiant metus & ſerui
lis conditio: ſed ex metu ipſo iure
non infirmatur contractus, ob con
2 ditionem verò ſeruilem ſecùs. † Ve
rùm quanam ratio-
ne inductũ eſt, vt q̃
per metũ geſta ſunt,
regulariter ipſo iu-
re teneant? An quia
in metu volũtas ad-
eſt? & ſic rei ſubſtan
tia non deficit[a], præ
torque eatenus ſo-
lùm ꝓuidet, ne ra-
3 tũ habeat[b]: † quę di
ctio, vt aliàs admo-
nui, ad effectum ſo-
lùm ex proprietate
4 verbi pertinet: † de-
ducitur enim à ver-
bo, reor[c], meritò i-
pſo iure tales con-
tractus valent, idq; exceptis certis caſibus, quos
alibi Doctores congeſsêre[d].

### LEX XIII.

IMPP. DIOCLE-
*tianus, & Maximianus*
*Augg. Probæ.*

**INterpoſitas metus cauſa trãſactiones, ratas non haberi edicto perpetuo[a] cõtinetur: nec tamẽ quilibet metus ad reſcindenda ea, quę cõſenſu terminata sũt,[b] ſufficit. Sed talẽ metum ꝓbari oportet, qui ſalutis[c] periculũ, vel corporis cruciatum cõtineat.[d] ¶ Ad vim tamẽ[e], vel dolũ arguendũ, qualitas cauſę principalis nõ ſufficit: vnde ſi nihil tale probari poteſt, cõſenſu quæſtiones terminatas, minimè**

5 b ¶ Perpetuo.) † Quia cùm edicta prætorum
annua eſſent, à Iuliano deinde certo ordine com
poſita ſunt, & in Digeſtis relata perpetuum ius
induxerunt: quod alibi à nobis declaratum eſt[e].
c ¶ Qui ſalutis.) † Non ſufficit enim allega-
6 re metum in genere, ſed de ſpecie metus probã-
dum eſt, an talis ſit, qui periculum ſalutis vel cru
ciatum inferret[f]. Sed pone, quis in libello petiit
contractum reſcindi, quia metu initus ſit, an re-
7 ctè petiiſſe cenſebitur? † Et traditum eſt valere li
bellum: quia tale metum allegari interpretabi-
mur, qualis à iure neceſſariò requiritur, vt reſcin
8 di contractus poſſit[g]: ſufficietque libellũ ex ꝓ-
bationibus vel aliter vſque ad ſententiam decla
9 rari[h]. † Et quod hîc dicitur, ſpeciem qualitatem-
que metus probandam, ad eam quæſtionem cõ
fert, qua dubitatum eſt ad reſcindendum cõtra-
ctum tanquam vſurarium, an ſufficiat in genere
probare creditorem ipſum, qui contraxit, fœne-
ratorem eſſe. Et Alex. non ſufficere cenſuit, ſed
ſpecialem eius contractus probationem requi-
10 ri[i] †, cũ poſſint & fœneratores legitimè quãdo-
11 que contrahere. † Debet ergo probatio neceſſa-
12 riò concludere[k]. † Dubium tamẽ nõ eſt, ex qua-
litate perſonæ, ſuſpicionẽ nõ mediocrem oriri[l].
13 d ¶ Contineat.) † Sed quid in metu amiſſio-
nis omnium bonorum? Et probabilem eſſe talẽ
cauſam receptum eſt[m]. Non minus enim de bo-
nis, quàm de vita pleriq; anxij ſunt[n]. Et ideò e-
tiam ſi quis de parte maiore bonorũ ſuorũ peri-
14 clitetur, idem reſponſum eſt[o]. † Sed & famæ ti-
15 mor ſaluti ipſi æquiparatur[p]: † vnde & ei ſaltem
officio iudicis ſuccurritur, qui ne per ora homi-
num traduceretur, verecundia adductus aliquid
16 fecerit[q]. † Quid in metu excommunicationis? Et
17 tradunt non eſſe probabilem, cùm excommuni
catio nõ pœnæ, ſed pœnitentiæ medelæue cau-
ſa inducta ſit[r]. Verùm dubia hæc eſt ſententia. †
Nam & carcer ad pœnam inuentus iure noſtro
non eſt[s], & tamen probabilis eſt carceris error[t],
licet qui in eo detineatur, quantũ ſit, iudicis re-
ſpectu pari non dicatur[u]. Sed tamen prior ſentẽ
tia verior eſt. Quid in iuſſu principis, an proba-
bilis ſit eius timor? Et negari non poteſt, nimis
18 principum quemlibet concuti. † Et ideò qui prę
cepto eius pœnali ſoluerit, coactus ſoluiſſe cẽſe
bitur, iuſteq; excuſatus erit[x]. Quare & illud tra-
ditum eſt, ſi canonicis mandet princeps, vt ali-
quem eligant, iuſtam cauſam timoris ſubeſſe vi
deri[y]: ſed tamen hac in re ex moribus principis
vel qualitate rei di-
iudicandum eſt: Vir
diro ingenio erat,
aduerſus iura ex-
preſſim agebat, &
iuſt⁹ erit timor[z]: hu
manis erat morib.
& alioqui innoxiæ
iræ, & diuerſum re-
ſpondebimus[a]. † Nã 19
& in aſperis præto-
ribus vel minax vul
tus iuſtum metum
quandoq; pręſtat[b].
Nobis enim ſuccur-
rit, quoties vel ab i-
pſis iudicibus aliqđ
per impreſſionẽ fa-
ctum eſt[c], idq; non ciuili modò iudicio, ſed etiã
criminali[d]. † Sed quid in diſſimulato timore di- 20
cemus? vt cùm medicus ægrotum ad rei vendi-
tionem vili pretio compellit, dum ille veret̃ ma
lis pharmacis obcæcari, niſi ei morem geſſe-
rit. Et hoc caſu officio iudicis ſuccurri conſtat[e]:
ſicut aduerſus aduocatum, qui pendente lite cũ
cliente contraxit, ꝙ alibi annotauimus[f]. † Quid 21
in timore, quem reuerentialem vocant? Et cre-
berrimè receptum eſt, conſenſum coram eo præ
ſtitum, cui reuerentia debetur, non ideò reſcin-
di poſſe, niſi de minis conſtet[g]: vt quum filius pa
tri conſentit bona ad ſe re vel ſpe pertinentia vẽ
denti[h]. † Quod in his quoque actibus procedit, 22
qui omnino liberam voluntatem experunt. Nã
in eis quoq; non ideò metus præſumetur, ꝙ co-
ram eo geſti ſint, cui honos habendus erat[i], idq;
receptius videtur[k]. † Quoties tamẽ damnoſum 23
aliquid filius ex tacito conſenſu ſubiret, præſen
tia patris ob eius reuerentiam talem cõſenſum
excluderet[l], audireturq; filius meticuloſè tacuiſ
ſe ſe affirmãs[m]. † Quod in matrimonio nõ proce 24
dit[n], tanquam id damnoſum non cenſeatur, præ
ſumaturq; pater rectè filio conſuluiſſe[o]: quod a-
libi diffuſius attingunt Doctores[p].
e ¶ Ad vim tamen.) † Videtur hic dolus vi, i-
temq; metui æquiparari: & ideò ſicut ex metu
nemini ſuccurritur, niſi huiuſmodi ſit, qui cadat 25
in conteſtantem virum[q]: ita in dolo dicendũ, vt
non ſuccurratur, niſi in eo dolo, qui etiam cautũ
& prudentem potuit dicipere[r]. Sed hanc ſenten
tiam ego ſuprà ſecutus non ſum[s], exiſtimauiq;
ex qualitate perſonæ perpendendũ dolum, cùm
faciliùs mulieres & idiotæ decipiant[t]: † ſemper 26
enim hoc curandũ, vt dolus ſuus nemini ꝓſit[u].
Nam & id agi edicto lex ait † ne cuiquã malitia 27
ſua ſit lucroſa, aliis verò ſimplicitas damnoſa[x]:
quæ verba vix eſt, vt cõmodè reſtringi ad eũ do-
lum poſſint, qui nõ in ſimplices cadat. Illud nõ
diffiteor, ſi damnnm nullum deceptus ſentiat, ei
fatuitatem potius ſuam imputari, quàm aduer-
ſario dolum[y]. Sed quid eſt quod lex hîc ait, ad
probandum dolum, qualitatem cauſæ præcedẽ
tis non ſufficere? † Et communiter aiunt, id ſigni 28
ficari non ex eo præſumi dolum vel metum, ꝙ
quis cauſam clarum & magnæ vtilitatis, modi-
ca pecunia accepta remiſerit. Hincq; videtur ea

a l. ſi mulier. §. ſi metu. ꝙ met. cauſ.
b l. j. eod. tit.
c l. cum poſtea. ꝶ. tit. j.
d c. Abbas. extra quod met. cau.
e ꝶ. in rub. de edẽ.
f l. continet. in fi. ff. eo. tit.
g l. leges ſacratiſſimæ. ꝶ. de legib.
h l. ædita. ꝶ. tit. iij.
i colli. nos. in fine. de pig.
k l. neq; natale. ꝶ. de prob.
l c. ſemel malus. de reg. iur. in 6.
m d. c. Abbas. Bal. l. ſi ob turpem. col. fi. de cond. ob turp. cauſ.
n l. aduocati. ꝶ. tit. iij.
o l. propter lit. de excuſ. tut. c. j. de reſtit. ſpol. in 6.
p l. iuſta. de manu uind.
q l. ſi. §. j. quod met. cauſ. gl. l. nec timorẽ. eod. tit.
r gl. Abbas. c. cũ dilectus. eo. tit.
s l. aut damno. §. ſolent. ff. de pœn. l. ij. ꝶ. de exact. tribut. lib. x.
t l. qui carcerẽ. eod. tit.
u l. accuſationis ubi Aret. ꝶ. de his quę metus cauſ.

x Bart. l. creditor. in fi. de ſolut.
y gl. xxiij. q. 8. c. conuenior.
z Abb. d. c. cũ dilectus. Bart. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. 5. q. de op. no nun.
a c. inſinuante qui clerici uel uouẽ. Alex. cõſil. 16. in iij.
b Iaſ. §. quadrupli. Inſtit. de actio.
c c. pe. ꝶ. ꝙ met. cauſ.
d l. j. ff. de cõcuſ.
e l. medicus. de uar. & extra. cog.
f l. creditori. ꝶ. tit. j.
g l. ad inuidiã. ꝶ. quod met. cau.
h l. j. §. quæ onerandæ. ubi Bar. quar. rer. act. non det.
i c. j. §. porrò. de deſp. imp. in 6.
k Dd. c. cauſam matrimon. de offic. deleg.
l gl. l. filius fam. §. inuitus. de ꝓcur.
m l. pe. ff. de fur.
n d. §. porrò.
o l. ſed et ſi. ff. de ſponſ.
p d. c. cauſam. & c. quæ dotis. ſol. matr.
q l. metũ. de his quæ met. cau.
r c. cũ dilectus. extra q̃d met. cauſ.
s l. cũ poſtea. ꝶ. tit. j.
t l. j. de min. gl. c. cũ locum. de ſponſ.
u l. mora. de reg. iur. in 6.
x l. j. in prin. de dol.
y d. c. cũ dilectus.

ſententia probari, quam receptiorem pleriq; o-
29 pinantur[a], † vt trãſactio reſcindi nõ poſsit, etiãſi quis ſupra eius dimidiũ, quod penſitato dubio euentu percipere veriſimiliter potuiſſet, læſum ſe eſſe proponat[b]. Nec enim præcedentis cauſæ qualitas attendi de-
30 bet, † publiceq; intereſt tranſactiones obſeruari, vt tandẽ litiũ ſit finis[c]. Si tamen cum eo tranſactum ſit, cui reuerentia debet, aliud obſeruabimus. † Pro-
31 pter immodicam enim leſionẽ actione in factũ ſuccurreretur[d]: & ita Paulo Caſtrenſ. placuiſſe video, quẽ & nõ pauci alij ſecuti ſunt[e], quòd ſi is ſit, cui nulla reuerentia debetur, crediderim nõ ſuccurri, & legis noſtræ deciſioni ſtari: & ita cõmunit receptum Aret. hîc ſcripſit.

32 a ¶ Sed quoniam.) † Tranſactum hîc fuerat ſuper certis rebus, vt meritò non valuerit inter dominum ſeruumq; tranſactio[f]. † Sed ſi ſuper ſta-
33 tu tranſactum fuiſſet, eaque tranſactione promiſſa libertas, putauerim ego diſtinguẽdum, an nuda, id eſt, abſq; pretio promiſsio facta ſit, & nulla inde neceſsitas domino imponit[g], an verò pecunia data eſt: & ſi ab alio de ſuo eam pręſtante, dubium non eſt obligari efficaciter dominum[h]. Si verò de numis ſerui datum ſit[i], hortãdus quidem erit dominus, idque fauore libertatis, vt eũ manumittat[k]: quod ſi non fecerit, ex cõſtitutione diuorum fratrum libertatẽ ille nihilominus aſſequitur[l], meritò lex omnimodo huic ſuccur-
34 rendũ ait[m]. † Nec nouũ eſt, efficaciorẽ eſſe pmiſsionẽ, quæ pecuniæ interuentu cõfirmata eſt, q̃ quæ nudis & ſola pollicitatione conſtitit[n].

a Alex. l. ſi quis cum aliter. de uerb. oblig.
b l. Lucius §. fi. ad Trebel.
c l. fratris. l. ſub prætextu. l. ſequen. eod. tit.
d l. ſi ſuperſtitẽ. ꝟ. de dol.
e Paulus conſil. 174. contra in j. Dec. conſ. 86.
f l. uix ex certis. ff. de iud.
g l. poſt certi. ꝟ. de lib. cauſ.
h l. ſi quis ab a-lio. ff. de manu. l. ſi liber. ꝟ. de cõdict. ob cauſ.
i l. iij. ff. de manumiſſ.
k l. ſi liber. l. cum affirmes. ꝟ. de lib. cauſ.
l l. qui ſe dicit. ff. de iud.
m l. ſi ſeruũ. §. ſi quis dederit. de acq. hæred.
n Arg. l. cogi. §. ſi pater. & ſequẽti. ff. ad Trebell.

instaurari oportet.

¶ Sed quoniã[a] eũ, cũ quo te trãſegiſſe cõmemoras, ex ancilla tua natũ ſeruũ tuum eſſe aſſeueras, ſi vera ſunt, quæ precib. cõplexus es, alia ratio pactũ reformat. Nec enim dubij iuris eſt, dominos cum ſeruis ſuis paciſcentes, ex placitis teneri atque obligari non poſſe. S. iiij. Nõ. April. Bizantij, ipſis iiij. & iij. AA. Conſſ.

LEX XIIII.
IIDEM AVGG.
*Sopatræ.*

SI diuerſa pars contra placitũ agere nititur, æquitatis ratio ſuadet, refuſa pecunia[b], cũ* & tu hoc deſideras, cauſam[c] ex integro agi. PP. iiij. Nõ. Iul. ipſis iiij. & iij. AA. Conſſ.

LEX XIIII.

1 *Tranſactio mutuo conſenſu perficitur & vocatur.*
2 *Fauor litium finiendarum ipſas partes reſpicit.*
3 *Conuentioni litigantium iudex debet acquieſcere.*
4 *Trãſactio ſecũda valet, nõ itẽ ſentẽtia cõtra primã lata.*
5 *Tranſactio fit conſenſu partiũ, ſentẽtia vigore iudiciorũ.*
6 *Interlocutoriam iudex volente parte reuocari poteſt.*
7 *Iuri quæſito per ſententiam quilibet renuntiare poteſt.*
8 *Compromiſſum poſt latam ſententiã non valet, niſi ſpecialiter ſententiæ ſit renuntiatum.*
9 *Tranſactio ſolùm contrario conſenſu ſoluitur.*
10 *Condictio non datur, niſi quia ceſſauit cauſa vel indebitè ſolutum ſit.*
11 *Condictio ob cauſam, & ſine cauſa germanæ actiones ſunt.*
12 *Tranſigens renuntiat iuri ſuo, & promittit non agere.*
13 *Qui tranſigit principaliter renũtiationis cauſa id facit.*
14 *Tranſactio non debitum, in debitum neceſſarium trahit.*
15 *Nomen actionis in libello non exprimitur.*
16 *Tranſactio ſimplex priorem actionem iure non perimit.*
17 *Replicatione prima actio confirmatur.*
18 *Actio à lege in pœnã ſoluẽtis data, tranſactiõe extinguit.*
19 *Actio famoſa nudo pacto tollitur.*
20 *Extincta actione perimitur & inſtantia.*
21 *Tranſactio ſimplex inſtantiam non perimit.*
22 *Inſtantia quid ſit.*
23 *Vbicunq; agitur, ibi & inſtantiam eſſe oportet.*
24 *Propriè agit qui certam litem proſequitur.*
25 *Tranſactionẽ obijciat oportet, q agentẽ ſubmouere velit.*

SI DIVERSA.) ¶ † Sicut mutuò conſenſu tranſactio cõtrahitur, ita & mutuo conſenſu ab ea recedi poteſt[o]: † qa fauor finiẽdarum litium principaliter 1
ipſas partes reſpicit[p], vnde ei renũtiare poſſũt[q], 2
cùm in re ſua qlibet moderator, arbiterque ſit[r]. † nã & ſi inter litigatores conueniat, quomodo pnuntiandum ſit, debebit iudex ſententia ſua ei cõuentioni acqeſcere[s]. Quid 3
enim aliud agit prętor, quàm vt cõtrouerſias dirimat[t]? † Sed cur trãſactio ſecũda valet, & tñ ſententia iudex ſecunda, etiã ex cõſenſu partiũ lata, aduerſus primam nõ valet[u]? † An 4
q, Accurſ. ait, qa trãſactio mutuo cõſenſu fit, meritò ex litigatorũ voluntate, q̃uis poſteriore, robur 5
aſſumit? At ſentẽtia ex inſtãtia vigoreq; iudiciorũ, q̃ iuris publici ſunt, cõſiſtit[x]. Tã etſi quãdoq; hic partium conſenſus in ſententiis, non parùm ſuffragetur[y], veluti ex mente Accurſij, cùm dubiũ eſt an prior vlla ſententia lata fuerit[z]. † Idẽ 6
dicẽdum eſt in interlocutoriis: cùm enim in eis iudex adhuc iuriſdictione ſua functus non cenſeatur[a], poteſt earum executionum volentibus partibus reuocare, præceptumq; corrigere, vel immutare[b]. † Nam & dubium non eſt, licere vni- 7
cuique iũri, quod ex ſententia quæſitum habet, renuntiare[c]: ſicut & ſententiã incompetentis iudicis pacto cõfirmare[d], vt ſcilicet in vim pactiõis valeat. Qua ratione & iuri, quo ſententiam iudicis quis nullam dicit, renuntiare poteſt[e]. † Hinc- 8
que infert Bald. ſi poſtquam lata ſit ſententia, quæ in iudicatum tranſierit, partes compromittant, nõ valere compromiſſum[f], niſi adiecta clauſula, qua ſententiæ ipſi ſpecialiter renuntiant[g]: quamuis non ſecuto laudatiuo, ſeu lapſa inſtantia, etiam clauſulæ virtus euaneſcat[h].

b ¶ Refuſa pecunia.) † Vt tamen tranſactio 9
infirmetur, ſufficit contrarius cõſenſus: quod in contractibus annominatis regulare videtur, licet in aliis etiam retrò traditio acceptę rei neceſſaria ſit[i]. Nam niſi conſenſus ſufficeret, vt pecunia refunderetur, condici non poſſe, † cùm con- 10
dictio non detur, niſi quia cauſa ceſſauit, vel indebitum ſolutum ſit, idque, excepto Iaſone, omnes ſentiunt. † Sed qua condictione aget? Et Bar- 11
tolus, quem cæteri fermè ſequuntur, ob cauſam, vel ſine cauſa, quæ eius germana eſt[k], condicendum cenſet: tanquam pecunia ideò data ſit, vt lite in poſterum diſcedatur: q, cùm non fiat, tanq̃ cauſa futurum reſpiciens defierit, agi debeat[l]. Accurſius verò condictione indebiti repetendã pecuniam cenſuit[m]: cuius ſentẽtiam ego ſic defendi poſſe cenſeo: † qui tranſigit, duas res facere 12
videtur, alteram, quia renũtiat actioni ſeu iuri ſuo: alterã, quia in futurũ promittit nõ agere[n]: q, de facto intelligendũ: in effectu enim conſtat, propter renuntiationẽ agi non poſſe. † Ex hiſce 13
duabus dubiũ nõ eſt, principaliorẽ cauſam eſſe priorẽ, quæ ad ius refertur[o]: qui igitur trãſactionis cauſa dat, principaliter ob cauſam renuntiationis,

o l. nihil. de reg. iur.
p l. fratris. ꝟ. eo.
q l. pe. ꝟ. tit. j.
r l. in re. ꝟ. mand.
s l. ſi conuenerit. de re iud.
t l. j. §. inde quæritur. de oper. no. nunt.
u l. j. ꝟ. quan prouo. non eſt nec.
x Bar. l. duob. ff. de exc. rei iud.
y d. l. ſi conuenerit.
z l. j. quæ ſent. ſine app. re. argu. l. fi. ꝟ. eod.
a l. iudex. poſtea quã. l. quod iuſſit. de re iu.
b l. j. §. final. de præt. ſtipul.
c l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. ff. de pact.
d l. ij. ꝟ. cõmunia utriuſque iudi.
e Mod. l. ubi. ꝟ. e o. Fel. c. fraternitatis. col. ij. de hæred.
f l. poſt rem. ff. eod.
g Paul. & Iaſ. d. l. ſi tamẽ. ꝟ. eo.
h arg. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Mod. l. iij. ꝟ. de impub.
i l. ab emptione. de pactis ubi Bart.
k l. j. de cond. ſine cauſ.
l l. iij. in prin. de cond. ob cauſ.
m Arg. l. eleganter. uerſ. ſanè, de cond. indeb.
n d. eleganter. §. ſi quis poſt.
o d. uerſ. ſanè.



tionis, quæ futurum nõ reſpicit dediſſe cenſendus eſt[a], non ob cauſam futuræ deſiſtentiæ, meritò condictio indebiti potius dare debet: q, &
14 Riminaldus alia ratione cenſuit. † Cùm eñ trãſactio eius virtutis ſit, vt quod principio non debebat in debiti neceſsitatem trahat[b], conſequens eſt vt eius reſolutio cõtrarium effectũ pariat, & q, prius debebat, indebitum reddat: indebiti ergo nomine id condicendũ. Et ſic Accurſiũ tueri vtcunque poſſumus: tametſi nõ eſt vt huius rei
15 cauſa nos multũ tangat, † cũ hodie haudquã neceſſariũ ſit actionis nomẽ in libello exprimere[c].
16 c ¶ Cauſam ex integro.) † Videtur ergo ad primam actionẽ reuertẽdum eſſe, q, vtiq; certũ eſt, quũ trãſactio ſimplex facta eſt: cũ. n. cõtractus ſit innominatus & debilis, præcedentẽ actionẽ ipſo iure nõ perimit, ſed ope exceptionis tantũ[d].
17 † Vnde in excipientẽ dabitur replicatio, quæ primam actionẽ cõfirmet[e]. Sed magis eo caſu dubitat, quo prima actio ipſo iure extincta ſit, & aliq tũc ſolũ cõdici refuſã pecuniã poſſe cẽſuerũt, tã quã cauſa ob quã retrò pſtita ſit, nõ ſequat[f], niſi reus de facto cõueniri ſe ſinat[g]. Sed hanc ſententiam ferè crebriùs Doctores noſtri nõ probant. Æquitas enim dictat, vt hoc caſu actio etiã de iure detur[h], ne liberatio apud reũ abſq; cauſa ſit: †
18 & ideò diſtinguũt an actio illa à lege data ſit in merã ſoluentis pœnã: & qa talis trãſactione extincta eſt[i], meritò vtilis dabitur, cuius exemplũ Bar. accipit in magiſtratu, q̃ dolo tutorẽ dedit: quũ. n. inſolidũ propter dolũ condẽnetur, etiãſi nihil ad eũ peruenerit[k], ſententiaq; illa notã infamiæ irroget[l], † meritò tanquam pœnalis famo-
19 ſaq; ſit, illa actio nudo pacto tollit. Vnde reſciſſa trãſactiõe à lege, vtilis datur[m]: q, exemplũ ſic declaratũ, & nos probam[9]. An verò actio ex cõſenſu originẽ habeat, & acceptilatione ſublata ſit? & tũc aduerſus reũ cõcidetur[n], vt actorẽ in priſtinã obligationẽ reſtituat[o], vel pecuniam, ſi de debito priſtina ex obligatione liquear, ſoluat[p]. Sed nunquid in lege noſtra opus ſit noua inſtan-
20 tia, an duret prior? † Et videt extincta actione, etiã inſtantiã perimi: & ideò ſiue renuntiatione, ſiue acceptilatione perẽpta ſit actio, quãuis deinde partiũ cõſenſu à tranſactione diſcedat, noua inſtãtia inſtituẽda erit[q]: & ita receptũ eſt. Qđ ſi actio nondũ extincta ſit, replicationeq; adiuua-
21 ri poſsit, ſecùs eſt: † trãſactio enim ſimplex inſtãtiam nõ perimit[r], imò ad ipſius cauſæ pceſſum
22 ſimpliciter pertinere exiſtimatur[s]. † Huiuſq; cõcluſionis ratio eſt, quia inſtantia nihil aliud eſt, quã actiõis exercitatio, à litis cõteſtatione in diffinitiuã ſententiã certo tẽpore coarctata[t]. Vbi igitur agi, nec de iure, nec de facto, in caſibus à iure permiſsis poteſt[u], ibi nulla eſt inſtãtia, † at ubi
23 agitur, ibi & inſtantia eſt. Qđ ergo hic dicitur, cauſam de integro agi, intelligitur de integro,
24 perinde ac ſi nulla interceſsiſſet trãſactio[x]. † Nã & qui certam proſequitur litẽ, agere etiã pprièdicitur[y]. Fuẽre tñ aliqui, qui nunquã perimi trãſactione inſtantiam exiſtimarent, vt Martin. Syll. angelus, Riminalduſq;: quoniam lex ait, facta poſt litis conteſtationem tranſactione, ſi deinde ſequatur ſententia poſſe condemnatum, id q, ex cauſa tranſactionis dedit, repetere[z]. Vnde apparet, quamuis ſolutio tranſactioni acceſsiſſet, quo caſu extingui actio videtur[a], tñ adhuc durare inſtantiam, alioqui nec ſententia, vitali inſtãtiæ, ſpiritu defecta, ualuiſſe[b]. Ego non cenſeo eius ſolutione, quod ex cauſa tranſactionis promiſſum eſt, actionem extingui: vnde conſequẽs eſt, vt durare inſtantiã arbitrer, ſi pars non
25 obiiciat. † Neceſſaria enim eſt tranſactionis exceptio, vt agẽs ſubmoueatur. Nam & parte non excipiẽte, valet iudicium de facto[c], q, alibi attigimus[d].



a arg. d. §. ſanè. & per Rim. l. ſi. ue apud ꝟ. cod.
b l. ij. ꝟ. cod.
c l. j. ꝟ. de form.
d l. cũ propo-nas. ꝟ. tit. j.
e l. ſiue. ꝟ. e. l. pacta nouiſsima. ꝟ. tit. j.
f l. j. & ij. de cõdict. ſine cauſ.
g l. Iulianus. §. quantũ. ad exhiben.
h l. ſancimus. j. ꝟ. de ſacr. eccl.
i l. ſi tibi. §. quedam. de pact.
k l. in magiſtratus. l. ſi. in fi. de mag. conue.
l l. athletas. in fi. de his q not. infam.
m l. pupilli. §. j. de ſolut.
n l. ſi fullo. de cõdict. ſine cau. Aret. hîc.
o l. ſi quis accepto. de cond. ob cauſ.
p l. ſi mulieri. cod. tit.
q l. cũ mota. ꝟ. cod. l. poſtquã. liti. ꝟ. tit. j.
r l. ſiue. ꝟ. cod. l. eleganter. §. ſi quis poſt.
s l. tale §. j. de pactis.
t l. properandum. ꝟ. de iud.
u l. ſi Titius. de uerb. oblig.
x Gl. l. iiij. uerb. denuo. ꝟ. quo. & quan. iud.
y §. j. Inſtit. de actio.

*Pontio.*

VT reſpõſum cõgruens accipere poſsis, inſere pacti exemplum[b]: ita enim intelligemus, v-

L. 15. Vt reſpõ-ſum.
z d. l. eleganter. §. ſi quis poſt
a l. ſi reus. de procur.
b Bar. l. duobus de exec. rei iud. d. l. j. ꝟ. quando prouoc. non eſt neceſſ.
c l. poſthumus. § ſi quis. de inoffi. teſt.
d d. l. ſi Titius.

LEX XV.

1 *Tranſactio Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione firmata, actionem prorſus tollit.*
2 *Actio in rem ex dominio non conſenſu oritur.*
3 *Actio in rem actoris inhæret oßibus.*
4 *Qui factum neſcit, certi iuris nihil poteſt ſtatuere.*
5 *Ex facto ius oritur.*
6 *Quæ facti ſunt, probationibus indigent.*
7 *In articulis iuris ſine alia probatione fertur ſententia.*
8 *Sententia aduerſus conſuetudinem lata, tenet.*
9 *Conſultor ſecundum propoſita reſpondere debet.*
10 *Modici caſus mutatio ius vniuerſum ſæpe mutat.*
11 *Summa virtus eſt humanitas, doctisq; peculiaris viris.*
12 *Acceptilatione extincta actio ſuſcitari nequit.*
13 *Acceptilatio ob dubiũ euentũ non habet vim donationis.*
14 *Acceptilatio donatiõis cauſa facta, inſinuationẽ reqrit.*
15 *Actio in rem, & petitio hæreditatis, cumulari poßunt, ſi diuerſa reſpitiant.*

VT RESPONSVM.) † Qui petitione hæreditatis, vel in rem actione experiebatur, ſi tranſegit, Aquilianque ſtipulatione, itemq; acceptilatione reum liberauit, ampliùs (etiã reo promiſſa non obſeruãte) ad eas actiones redire non poterit, cùm iam extinctæ ſint[e]. & ita hoc reſcripto reſponſum eſt. Agetur ergo de dolo[f], vel præſcriptis verbis[g]. itemq; condictione ob cauſam[h], vt à nobis ſuprà diſtinctum eſt. Paulus tamen Caſtrenſis, cùm prima actio in rem eſſet, negauit condictioni ob cauſam locum eſſe poſſe, quæ rem in priſtinũ ſtatum reſtituere nõ 1
poteſt, † cùm actio in rem ex dominio non ex cõſenſu partium oriatur[i]. Sed ego aliter ſentio: nihil enim impedit, quin aduerſus acceptilationẽ condicat, vt Aquiliana ſtipulatione deinde experiatur. Sed etſi cenſuerimus Aquilianã ſtipulationem condicendam eſſe, adhuc nihil, fortè erit quod nos Pauli ratio moueat, tanquã actio in rem tali trãſactione non omnino extincta ſit. 2
† Remanet enim τῷ δυνάμει, ſeu, vt iſti vocant, habitu, actoris inhærens oſsibus[k], quia huiuſmodi contractu, nõ cenſetur actor ideo abdicaſſe dominium, ſi quod habuit[l], ſed dubij ſolùm euentus ſpẽ ęſtimaſſe, remiſiſſeq;[m], q, ſuprà attigim[9]. 3
b ¶ Pacti exemplum.) † Qui enim factum ipſum ignorat, quicquam certi iuris reſpondere 4
nequit: † quòd ex facto ius oriatur[n], & facta etiã prudẽtiſsimos non raro fallant[o], vnde ſuper fa- 5
cto pronuntiari non niſi reperſpecta poteſt[p]: † 6
quia quæ facti ſunt, probationibus indigent,

e l. qui res. §. ſi. de ſolut.
f l. actione. ꝟ. e.
g l. cũ mota. ꝟ. e.
h d. l. ſi quis accepto.
i l. ſi quis ui. §. ſi. de acq. poſſ.
k Bal. l. j. col. ij. ꝟ. de alie. iudi. mut.
l l. ſi ſuper. inſ ne. ꝟ. cod.
m l. p ſi fundo. in fi ꝟ. cod.
n l. ſi ex plag. §. in cliuo. ad leg. Aquil.
o c. j. de conſt. in vj. l. ij. ff. de iu. ignor.
p l. prouiden. C. de ueter.

7 †cùm contrà articuli iuris dicant, in quibus abſque alia probatione iudicari poteſt, quod Bald.
8 tradidit[a]. †Hincque aliqui inferunt, aduerſus cōſuetudinem, quia facti eſt, latam ſententiam valere. Inferunt & rurſus, excuſandum Iuriſconſultum, q diuerſis ſpeciebus ꝓpoſitis, in eadem cauſa diuer-
9 ſa reſpōderit: †quia ſecundum ea, quæ proponūtur, reſpōdere conſultor de-
10 bet[b], †& ex modica caſus mutatione iꝰ plerunque omnino mutatur[c]. Apparetque hoc reſcripto perquàm humaniter fuiſſe Pontio à principibus reſponſum, tametſi nimis conciſè & imperfectè eis ipſe ſupplicaſſet: debet enim ſemper quilibet modeſtè re-
11 ſpōdere, †cùm ſumma virtus ſit humanitas, qua quò doctior quis eſt, eò & pollere magis debet: vnde & prouerbialis extat ſenarius.

ἅπαντας ἡ παιδεία ἡμέρους ποιεῖ.

Humaniores reddit eruditio:

a Bald. de pace Conſt. col. 6. & ꝟ. ſępe. de appel.
b Dec. l. precib. ij. not. de impu.
c l. ea eſt. de uer bo. ſig.

trum ſola conuentio fuerit, an etiā Aquiliana ſtipulatio, necnon & acceptilatio[a] ſequuta fuerit: quæ ſi ſubdita eſſe illuxerit, nullam aduerſariæ tuæ petitionem[b] hæreditatis, vel in rem ſpecialem competere palā eſt. PP. is. kal. Aug. ipſis iiij. & iij. AA. Conſſ.

Quandoque tamen pro qualitate rei vel perſonę aliter obſeruatum videmus, vt cùm ſemel atque iterum admonitum Seruium Sulpitium parum adhuc intellexiſſe Quint. Mutius deprændit[d]: excitantur enim aliqui etiam iniuria. vel cùm Scæuolam obliquè ſeu irronicôs potius nocat Claudius Saturninus[e], & illū vice mutua Vlpianꝰ[f]: vel cū Domitio Labeoni Celſus: Aut nō intelligo, inquit, aut valde ſtatuta eſt conſultatio tua[g]. Non enim ad magnos Iureconſultos, qualis fuit Celſus,[h] (qui orator ſummus, prętorque & conſul, cuiq; Traianus Imperator ſtatuā poni iuſsit, quòd eum ſummo in honore haberet, & præ cæteris admirareť, vt Dion autor eſt) referendum eſt, vt reſponſa ſcripto edant de rebus indubitatis[i]: vt mirū ſit cur noſtrates ruſticū Celſum dixerint, rurſusque Labeonem Iureconſultum, cùm qui iura profeſſus eſt, non Domitius, ſed Antiſtius eſſet, vt Cornelius Tacitus ſcribit. Sed & ei, qui criminis alicuius ſuſpectus eſt, quandoq; ſeueriter reſpōderi nouum non eſt[k]: ſicut & ei, qui aduerſus ſuam profeſsionem aliquid extorquere precibus nititur[l]. Hoc conſtat, generaliter erga præceptores ſummam humanitatem præſtandam eſſe[m], ſicut & erga ſeniores[n]. Semper tn̄ Ariſtotelis illud obſeruandum: Amicus Socrates, amicꝰ Plato, magis amica veritas[o].

d l. ij. §. Seruius. de orig. iur.
e l. à teſtatore. de cond. & de.
f l j. de ſenat.
g l. Domitius. de teſta.
h l. ij. in fi. de orig iur.
i l. j. in fi. ad municip. l. quod Labeo. de Carbo. edi.
k l. mercalem. de cōd. ob turp. cauſ. l. ij. ꝟ. de fur.
l l profeſsio. ꝟ. de mun. patri. lib. x.
m l. dicere. de arbit.
n l. ſemper. de iure imm. l. apud Iul. de fid. lib.
o l. iij. §. ſi quis quaſi ſtatulib. uerſ. ſed ipſe Celſus. de condict. ob cauſ.

12 a ¶ Acceptilatio.) †Hoc enim caſu quamuis ſoleat dici, non ſeruanti fidem non ſeruandum[p], extincta tamen actio ſuſcitari nequit.

p l. cū proponas. ij. ꝟ. cod.

Sed dubitant hîc aliqui, quorſum opus fuit, vt Gallus Aquilius hanc acceptilationem inueniret, cùm donatione potuiſſet tale ius ſtatim extingui? Reſpondet Iaſon, potuiſſet quidē; ſed nō citra ſolennitatem inſinuationis[q], neq; adeò ſecurè, cùm certis ex cauſis donationes reuocentur[r]. Ego ſatis faterer Iaſonis ſententiam in trāſ-
13 actione procedere. †Propter dubium enim euētum acceptilatio non omnino vim donationis habet[s], vnde tranſacto negotio, nemo victus aut victor dicitur[t]. †At in re clara non dubitauerim, 14
etiam in acceptilatione donationis cauſa facta, inſinuationem neceſſariam eſſe, nec ideò minus reuocari donationes, quod acceptilatione roboratæ ſint, alioqui facillima fraudib. via reperta eſſet[u]. Aliter igitur reſponderim, nempe donationis contractum Aquilij tempore innominatum fuiſſe, nec actionem vllam protuliſſe[x], ſed ſolo rei interuentu confirmari ſolitum: At Aquilius id remediū inuenit, quod verbis qualemcunq; actionem extingueret.

q l. ſancimus ꝟ. de don.
r l. fi. de reuo. dona.
s arg. l. fi. ꝟ. cod.
t l. fi. in pri. mi.
u Alex. l. creditoris. ꝟ. tit. j.
x d. l. ſi quis argentū. ꝟ. de don.

LEX XVI.

IIDEM AVGG. CC. Cæcilio.

Cauſas vel lites[c] tranſactionibus legitimis finitas, imperiali reſcripto reſuſcitari non oportet. S. V. Id. Mart. ipſis v. & iiij. AA. Conſſ.

15 b ¶ Petitionē hæreditatis.) †Hîc annotant aliqui, eodē libello rei vendicationem cum petitione hæreditatis iungi poſſe: quod tunc concedendum eſt, cùm ad diuerſa reſpiciūt, vt ſi ſpeciem aliquam vendicem, & vniuerſam hæreditatem petam[y]: ratione autem eiuſdem rei non poſſunt iungi, niſi, vt vocant, ſubordinatè[z], quod alibi attigimus[a].

y Bald. l. ij. ꝟ. de petit. hæred.
z l. ij. ꝟ. ad ſil. l. g de inoffi. de offic.
a l. edita. ꝟ. tit. j.

LEX XVI.

1 *Reſcriptio principis tranſactiones tolli nequeunt.*
2 *Supplicans contra tranſactionem, infamia notatur.*
3 *Appellatio tam ad præſentes, q̄ præteritas trahiť cauſas.*
4 *Reſcripta interpretanda ſunt, vt nemini ius quæſitum auferant.*
5 *Publicè intereſt lites ſopiri.*
6 *Reſcriptum iniuſtum ſecundam iuſsionem requirit.*
7 *Executionem pœnarum XXX. diebus protrahitur.*
8 *Mandata cauſa lege non obſtante, etiam deciſa, reſuſcitare poteſt.*
9 *Princeps & poſt rem iudicatam ſeu tranſactionem factam, cauſam mandare poteſt.*
10 *Princeps mādando cauſam, appellationē quoq; cōcedit.*
11 *Nemini licet tertiò appellare.*
12 *Simplex principis ſcientia non ſufficit, vt iuri quæſito præiudicetur.*
13 *Reſcriptum principis, interpretationem legibus concordantem requirit.*
14 *Conteſtatione facta, propriè lis eſſe incipit.*
15 *Lis quandoq; & præparatoria iudicij reſpicit.*
16 *Vitium litigioſi, ante iudicium acceptum committitur.*
17 *Nouatio litæ pendente, ab ipſa citatione intelligitur.*
18 *Continuatur iuriſdictio à citatione.*
19 *Veteres non litem, ſed ſtlitem dicebant.*
20 *Cauſa generale vocabulum eſt, & omnia iudicia omneſque iudicij partes reſpicit.*
21 *Cauſa ſuſpenditur poſt litem conteſtatam.*
22 *Ante litem conteſtatam nulla eſt inſtantia.*

CAVSAS vel lites.) c †Trāſactiones 1 ergo reſcripto principis tolli nequeunt, ſicut nec res iudicata[b]: imò †qui aduerſus eā ſupplicat, pœ 2 nā infamiæ notatur[c]. Quod in eos annotandū eſt, qui lapſis in cauſis appellationis fatalib. inſtantiā ſuſcitare reſcripto conāť[d]. †Nā 3 etſi conditis legibus municipalib. cautū ſit, eas ad cauſas præſentes & præteritas trahi: non tamen de his actum cenſebitur, quæ tranſactione vel aliter finitæ ſint[a]. Nec enim ſtatuta huiuſmodi ad præteritas cauſas, niſi confirmationis cauſa, trahi ſolent[b]. Quorum omnium ratio illa eſt,

b l. j. ꝟ. ſent. reſcin. non poſſ.
c l. fi. ꝟ. ut lite pend.
d l. nemo. de temp. app.



4 quod alteri quæſitū ius hoc modo auferretur: † reſcripta verò ita interpretari debent, vt vniuſcuiuſque ius ſaluū ſit[c], nec lites nouas
5 inducant, †quas publicè intereſt potiꝰ ſopiri[d], alioqui nulla ſunt[e], & importunitate quadam, nimiaque ambitione extorta preſumunť, nō aūt volūtate prin-
6 cipis conceſſa[f]. †Vnde reſcriptum iniuſtum executionem à iudice non habet, niſi alia iuſsione
7 expectata[g]. †Quod & in pœnis dicēdum, in quibus ſtatutū eſt xxx. dies expectari[h]. Sed quid in caſu noſtro, ſi princeps cauſam cognoſcendam
8 mandet, lege non obſtante? †Et receptū eſt, poſſe principem hac clauſula ſopitam controuerſiā
9 ſuſcitare[i]. †Addit Aretinus idem eſſe, ſi non obſtante tranſactione dixerit: apparet enim de certa principis ſcientia[k]. Verùm hanc ſententiā Caſtrenſ. & Iaſon non probant. Sed ſæpiſsimè dubitari vidi, cùm ad libellum, quo victꝰ aduerſus rem iudicatam vel tranſactionem ſupplicabat, princeps reſcripſiſſet, audiat talis & iuſtitiam faciat, ſeu, quod iuris fuerit conſtituat, an ſuſcitaſſe his verbis cauſam videatur? Et aliqui cenſuerunt videri[l], quia aliàs id mandatū nullius effectus, ſuperuacaneumq; eſſet[m]: & cùm princeps ius reddi velit, de cauſæ ipſius iuſtitia & fine intelligendum eſt, vt cognoſcere decidereq; litem iudex poſsit[n], quod & exemplo compromittentium de iure traditum eſt[o]. † Nam & Alexander
10 reſpondit[p], cùm princeps cauſam demandaſſet, videri eum appellatione admiſiſſe, quamuis re-
11 gula iuris, †nemini tertiò appellationem concedentis obſtaret[q]. Nec me aduerſantis huic ſententiæ Iaſ. argumentum mouerit, quaſi tali iuri princeps reſcripto derogare nequeat, niſi adiecta clauſula, non obſtante, &c. [r]Reſpōdeo enim certam principis ſcientiam, quam ex ſupplicis libelli lectione habuit eius clauſulæ vim habere[s]. Mihi tamen humanior videtur hæc Iaſonis opi-
12 nio, ſecūdum quam & Dec. reſpōdit[t], †quia lex noſtra derogare futuris reſcriptis videtur, ideò ſimplex ſcietia principis non ſufficit[u], maximè cùm graue damnum diuerſæ parti infligať[x]. Adde quòd ea verba, quod iuris ſit talis conſtituat, duplicem ſenſum habere poſſunt, ſicut cùm dicimus, talis ius appellandi, vel ius operis noui nuntiandi habet. Ad principiū enim referri poſſunt, vt ſcilicet de articulo ipſo intelligant: poſſunt & ad litis finem trahi, id eſt, ad cauſæ prin-
13 cipalis ſubſtantiam[y]. †Fiet ergo interpretatio legib. concors, vt de articulo intelligať[z], nec quicquam ideò ſuperuacuum erit. Nam & cùm quis ſupplicatione petiiſſet, vt ſummatim & de plano cauſa cognoſcereť, & princeps ſimpliciter reſcripſiſſet audiat talis, concluſum fuit, non videri mandatam ſummarię cognitionis facultatē[a], idq; niſi expreſsis verbis aliam fuiſſe principis mentem appareat[b]. Arbitror igitur ſuprâſcripta in quæſtione ſolū iudici mandatū, vt perſpiciat an de aliq̄ caſu tracteť, q̄ lex iudicatū reſcindi, actamque rem rurſus agi finit[c]. Cæterùm operępretium hîc eſt docere, quænam ſit inter litē & cauſam differentia. Et lex ſentire videtur, litem ipſam pro actione capi, ſiue in rem, ſiue in perſonam, quæ in iudiciū deducta ſit[d]: †& ideò pro-
14 priè poſt conteſtationē ſolū litem eſſe receptius eſt[e]. †Largiꝰ tn̄ & pingui mineruа, quandoque
15 aliter accipiť[f], vt etiā ꝑparatoria iudicij cōtineat[g]. †Proinde vitiū litigioſi cō-
16 mitti cōſtat, etiā ante iudiciū acceptū[h].
17 †Sic & nil nouari pēdente lite, intelligitur ab ipſius citationis prima origine[i].

a l. j. §. final. ubi Bar. ad Tertul.
b Bar. l. omnes populi. ſ. q. prin ap. de iuſtit. & iur.
c l. quoties. ꝟ. de prec imp off.
d c. expoſita. de arbit.
e l. reſcripta. de prec. imp. off. l. j. ꝟ. de pet. ho. ſubla. lib. x.
g c. ſi quādo. de reſcri.
h l. ſi uindicari. ꝟ. de pœ. 11. q. 3. c. apud.
i Dd. l. fi. ꝟ. ſi cō tra ius uel uti. publ. Bart. extrauag. ad repri. uerb. nō obſtantibus.
k arg. l. ſi quis in prin. de leg. iij.
l Bar. & Barb. c. ij. de offi. leg. Feli. c. j. char. ul. de conſtit.
m l. ſi quando. de leg. j.
n Gl. & Ang. §. exhæredatos. in auth. de hær. & fa'c.
o Doct. cle. auditor. de reſcr.
p Conſ. 77 in 2.
q Butr & Imo. c. ſua nobis de appell.
r d. l. fi. & c. nō nulli. in prin. de reſcript.
s l. idem Vlp. §. j. de excu. tut.
t Conſi. 198. col. pen.
u d. l. j. de petit. bo. c. porrecta de confir. util.
x gl. l. iij. §. ſi is ꝑquo. q. quiſ. iur. Fel. c. nōnulli. col. xx.
y gl. & Bal. l. j. in pri. de oper. no. nunt.
z Fle. conſ. 94. & 198. in ij.
a Rot. dec. 368. ſi in cōmiſsione. im nouis.
b Rot. deci. 67. ſi petatur. cl. Imperatores de re iud.

LEX XVII.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Marcello.

Cum proponas, ab ea, cōtra quā ſupplicas, litem, quā tecum habuit, tranſactiōe deciſam: cāq; acceptis his, quę negotij dirimēdi cauſa placuerat dari, nunc de conuentione reſi-

L. 17. Cùm proponas.

d l. litis. de uerb. ſignif.
e c. ex parte. ij. de uerb. ſig.
f gl. auth. qui ſemel. ꝟ. quo. & quan. iud.

18 † Sic & perpetuari delegati iudicis iuriſdictionem à citatione receptum eſt[k]. †Veteres autem
19 ipſi non litem, ſed ſtlitem dicebant, vt eſt apud Feſtum. Hinc & Decemuiri ſtlitibus iudicādis. Vnde dubia eſt Iſidori etymologia, à limite dictā
20 credentis[l]. †Cauſam verò receptius eſt generale eſſe vocabulum, tam ad ciuilia, quā ad criminalia pertinēs: tam ad iudicialia, quā extraiudicialia: tam ante cōteſtationem litis, quā poſt[m]. Quo ſenſu & Græci αἰτίαν accipiūt, Sic M. Cicero, Cauſarum inquit, genera ſunt tria, demōſtratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Ex adiecto autem verbo declarať, quo ſenſu generalis ea vox reſtringenda ſit, vt cùm dicimus, cauſam perorauit: poſt litis enim conteſtationē vſque ad ſententiā acci-
21 pitur[n]. †Quapropter ſi lege municipij cautū ſit, vt propter aduocati abſentiam cauſæ ſuſpendātur, poſt litem conteſtatam accipietur, vt Bal. Salic. Riminaldusq; tradiderunt: quia tunc propriè exercent officium ſuum aduocati[o]: quæ ratio friuola eſt. Ego potius ita crediderim argumento
22 ſuſpenſionis. †Cùm enim ante litem conteſtatā nulla ſit inſtantia[p], nō poteſt ſuſtineri ſeu ſuſpēdi quod non eſt, meritò cauſæ vox reſtringitur, vt litem ſignificet[q].

g l. poſthumus. in fin. de inoff. teſt.
h auth. litigioſa. ꝟ. de litig.
i Clem. fi. ut lit. pend.
k dixi in rub. ꝟ. tit. ij.
l c. forus. de uerbor. ſig.
m d. c. forus. & ſuper quæſtio. de offi. deleg.
n l. qui cum maior §. accuſaſſe. de bon. lib.
o l rem non nouā §. j. ꝟ. de iud.
p l. properandum. ꝟ. de iud.
q Alb. & Ang. l. j. §. poſtulare. de poſtul.

LEX XVII.

1 *Stipulatio tranſactioni appoſita priorem actionem omnino perimit.*
2 *Actio prior vel acceptilatione, vel iuramento, vel pœnali pacto extincta, non reſuſcitatur.*
3 *Pœna quādo contemptū modò vlciſcitur, vtriq; remedio locus eſt.*
4 *Clauſula rato manente pacto, tacitam pœnam adijcit.*
5 *In cōtractibus bonæ fidei pœnalis ſtipulatio id, quod intereſt, reſpicit.*
6 *Libellus alternatiuus nō valet, neq; admitti debet regulariter.*
7 *Cùm agens probabiliter dubitat, petitio incerta admittitur.*
8 *Reus alternatim excipere poteſt.*
9 *Pactū traditione confirmatū, actioni parandæ ſufficit.*
10 *Pœna adiecta contractui nominato, in vtro amplius eſt, id peti poteſt.*
11 *Pœna adiecta cōtractui innominato facit, vt tantū alterū petatur.*

CVM PROPONAS.) †Cū Titia fun- 1 dum à Marcello peteret, tandē receptis ab eo centum tranſegit, ꝓmiſitq; ampliùs nō petere, & ſi cōtrà faceret, accepta reſtituere: traditur hîc, ſolū exceptioni trāſactionis locū eſſe, niſi adiecta per ſtipulationē ſit clauſula, rato manēte pacta: tūc. n. poſſe Marcellū & data petere, & nihilominꝰ eā ad fundū agētē trāſactionis exceptiōe ſubmouere[r]. †Idē addūt Doct. ſi iuſiurādū acceſſerit[s]. Idemq; cū pœna ad id tantū q̄ par- 2 ticula-

r l. qui fidem. ꝟ. cod.
s l. ſi quis maior. ꝟ. cod.

ticulariter intereſt refertur, nihil tunc oberit, & pœnæ locum eſſe, & principali quoque conuentionia. Idem ſi prior actio fuiſſet acceptilatione extinctab. Non enim ideò ſuſcitatur, quòd is, qui contrà fecit, reſtituerit data: idque receptius eſt.

3 †Nam quoties pœna non id, quod intereſt, reſpicit, ſed contēptum vlciſcit, vtrique remedio locum eſſe conſtatc, vt quia à partibus veriſimiliter actū ſit, eum, qui de facto ſolùm cōtraueniat (cū de iure propter ſublatam actionem nō poſsit) in pœnā incidered.

4 †Vnde rectè adnotāt hic plerique, clauſulam, rato manente pacto, huius eſſe effectus, vt pœnā adiectam videri faciat, quò cōtemptu ipſe puniatur, & ideò ſecundum id, qđ intereſt, non reſtringie. Apparetque Baldi ſentētiam hinc confutari, exiſtimantis in contractib. bonæ fidei ſemper tacitè hanc clauſulam ſubintelligif:

5 †id enim & lege & ratione caret, cōſtatque ferè regulariter in eis contractibus ſubiectā pœnalem ſtipulationem, id quod intereſt, reſpicere, & ideò in illud imputarig.

6 a ¶ Vel pacto.) †Cùm vtrunque hoc caſu locū haberet, videretur diſiunctiua pro coniuncta poni, vt Fulg. Paul. Alex. Iaſon tradiderunt: quod ſi verum eſſet, hac ratione defendi ſemper libellus alternatiuus poſſet, & tamen receptum eſt libellum alternatiuum non admittih, niſi pars nō opponati, aut electio ſit debitorisk, aut ex vtraque alternatiue parte intentio actoris confirmeturl,

7 †aut agens probabiliter dubitat de iure ſuom: tunc enim petitio incerta admittitur, idque ſuadente humanitaten. Idem cùm natura obligationis alternatiua eſto, quod hic Rimin. quibuſdam exemplis oſtendit: vel cùm alternatim duo remedia ſub conditione proponerentur, quorum vnum alteri ineſſetp. Ego in textu noſtro non arbitror de alternatiuo libello quicquam agi, verbaque hęc Marcelli eſſe, qui in ipſa ſupplicatione principē deſiderij ſui ſimplicitē admonuerat.

8 †Alij reum eſſe Marcellum reſpondent, licereq; reo autumant, alternatim excipere q: quæ ſentētia vera eſt, licet reclamante Iaſone.

9 b ¶ Statim.) Exiſtimant ferè Doctores idē, etiam ſi non ſtatim: ſuperfluereque hanc dictionem. Atqui argutabitur aliquis, non ſolū ſuperfluere, ſed etiam ineptè additā. †Si enim ſtatim in ipſa traditione conuentio appoſita fuit, opus non erit ſtipulatione, cùm traditione confirmetē pactum, actionique ſufficiatr. Ego ſtatim, ex No. Marcelli ſententia hic, id eſt, perſeueranter acciperem, quo ſenſu non ad tempus, ſed ad ſeriem rei geſtæ referturs.

c ¶ Exceptio.) Vbi tamen exceptio non obiiceretur, & iudex reum condemnaſſet, dabitē repetitio ex tranſactionis cauſa datorumt. Sed fac in vltimi huius reſponſi caſu, reum trāſactionis exceptionem obiecisse, actoremque ſubmouiſſe, an ſaltem eatenus agere poterit, quatenus aliqua maior vtilitas in repetitione datorum verſetur? Et Alex. ex quorundam ſententia poſſe exiſtimauitu, ſupplendumque id textui noſtro arbi-

a l. traiectitiæ. §. de illo. de actio. & oblig.
b l. ubi pactum. ff. eod.
c l. ſi quis rem. de arbit.
d l. qui Romæ. §. ff. de uer. obli.
e Bar. l. ij. §. itē ſi in facto. de uer. oblig.
f Bar. l. ſi pacto. quo pœn. 4. col. ff. tit. j.
g l. prædia. de acti. emp. l. ſi qs à ſocio. ff. pro loc.
h l. quod in hærede. §. eligere. de tribut. gl. §. aliæ. Inſtit. de actio.
i Doct. l. edita. ff. de eden.
k l. ubi. §. qui illud. de. uerb. oblig.
l c. tertio loco. de probat.
m c. cōſtitutus. de in integ. reſtit.
n l. j. §. quis aut. quor. leg.
o Bald. l. ij. ff. de reſcind. uend.
p gl. l. j. ff. quādo pro. non eſt neceſſe.
q l. nemo prohibetur. de excep.
r l. legē. ff. tit. j.
s l. j. in fi. de iure fiſ. l. ij. ff. ubi in rem act.
t l. eleganter. §. pe. de cond. indeb.
u d. l. prædia. d. l. ſi quis à ſocio.

luiſſe: ac petas, vel pacto ſtari, vel reſtitui data: perſpicis ſiquidem de his reddendis, manente tranſactionis placito, ſtatim b ſtipulatione ſi cōtrà fecerit, proſpexiſti, & xxv. annis maior fuerit, quòd

A exceptionē pacti & actionem datorum habeas: quòd ſi nihil tale conuenit, exceptioc tibi, non etiam eorū, quę dediſti, repetitio cōpetit, parta ſecuritate. PP. V. Id. Iun. ipſis AA. V. & IIII. Conſſ.

B

tratur. Contrà Fulg. Paulúsq;, ſed non firmis rationibus. †Ego quoties pœna contractui nominato & in fauorem creditoris (quod in dubio cēſendum eſt) adiecta ſit, arbitror quod in altero amplius ſit, exigi poſſex: 10

†quòd ſi contractui adiecta ſit innominato, vt in noſtra lege, vel aliàs infirmo, ſatis eſſe ſi q, in pœna eſt, ſit exactum, nec ad alterum amplius recurri poſſey, quoniam verba conditionis, ſtipulationi pœnali adiecta, non patiuntur hanc interpretationē, nec mens contrahentiū id ſuadet, quæ ſolū ſtipulatione pœnali prouideri in alterum caſum voluit, quoniam alterū, id eſt, principalem promiſsionem nō ſatis efficacem ſciebat, quod alibi declarauimusz. 11

x d. l. prædia. d. l. ſi quis.
y l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact.
z d. §. duo fratres. in fin.

## LEX XVIII.

1 *In pœnis capitalibus, quæ ſanguinis pœnam irrogant. admittitur tranſactio.*
2 *Publicè intereſt nocentes opprimi.*
C 3 *Accuſator à lite deſiſtens, & tranſigens, vt præuaricator punitur.*
4 *Quilibet vtiliter tranſigit, cui prohibitum id non eſt.*
5 *Cuiq; permiſſum eſt quocunq; modo ſuum ſanguinē redimere.*
6 *Leges pœnales extenduntur fauore reipublicæ, non ſanguinis.*
7 *Non quiuis punitur, qui accepta pecunia ab accuſatiōe deſiſtit.*
8 *Actus ſæpe valet, quāuis autor pœna afficiatur.*
9 *Reſpectu rei quæcunq; valet tranſactio.*
D 10 *Accuſator tranſigens, non punitur in pœnalibus.*
11 *Vbi tranſactio permiſſa eſt, ad abolitionis remediū nō eſt confugiendum.*
12 *Tranſigens pro confeſſo habetur.*
13 *Pacta priuatorum publico iuri non derogant.*
14 *Iure communi ex inquiſitione non proceditur.*
15 *Pœna talionis hodie ſublata eſt, & in iudicis arbitriū trāſlata.*
16 *Tranſactio ſanguinis vtriq; parti conceſſa eſt.*
17 *Pater etiam pro ſanguine filij vtiliter tranſigit.*
18 *Cognatorum intereſt, cognatum non inquietari.*
E 19 *Contumelia ad omnes cognatos porrigitur.*
20 *In adulterio non valet tranſactio, tanquam maximo crimine.*
21 *Nemo pro comperto ſtupro pretium accipere debet.*
22 *Opinio eius grauatur, qui vindictā domus ſuæ negligit.*
23 *Sublata cauſa impulſiua legis, non aufertur ipſa lex.*
24 *In raptu conceſſa eſt tranſactio mulieris non matrimonio alligatæ.*
25 *Parentes in raptum cōſentientes deportatiōe plectūtur.*
26 *De raptu mulieris aut virginis facilè cōſentiētis trāſigitur.*
F 27 *In pœnalibus non prohibetur extenſio ex latiori ſignificatione verbi aſſumpta.*
28 *De ſtupro poteſt tranſigi, de quo ſanguinis non irrogatur pœna.*
29 *Qui virginem nondum viri potentem vitiat, aut relegatur, aut in metallum damnatur.*
30 *Stuprum extra ordinem ſummo ſupplicio afficitur.*
31 *Præſumptum adulterium tranſactionem admittit.*
32 *Præſumptio iuris, veritati non ſemper æquiualet.*
33 *Præſumptio veritatem imitatur.*
34 *Fictio aduerſatur veritati.*
35 *Ante inſtitutam accuſationem de adulterio tranſigitur.*

36 Abolitio-



36 *Abolitionem præſes cauſa cognita permittit.*
37 *Pax per pactionem celebratur.*
38 *Pax via contractus iniri ſolet.*
39 *Reus proteſtatione quòd diſpendia litis ferre nequeat, iuuatur vt tranſigat vtiliter.*
40 *In arbitrio iudicantis eſt abolitionem concedere.*
41 *Quando de capitali pœna agitur, nō tenet tranſactio.*
42 *Cauſa famæ æquiparatur vitæ.*
43 *Damnati publico iudicio notantur infamia.*
44 *Cauſa amiſsionis bonorum prouerbialiter ſanguinis cauſam refert.*
45 *Pœna mēbri abciſsi eſt ſanguinis, & tranſactionē admittit.*
46 *Veteres nullam membrorū mutilationē ferre ſoliti ſunt.*
47 *Caſtigatio fuſtium ſanguinis pœna eſt, & tranſactionē admittit.*
48 *Hodie pœna adulterij eſt verberatio.*
49 *Canonicum ius nemini pœnam ſanguinis irrogat.*
50 *Pœna carceris perpetui nō æquiparatur morti naturali.*
51 *In delictis, quorum pœna pecuniaria in corporalem trāſit, locum habet tranſactio.*
52 *In criminibus priuatorum iudiciorum non tranſigitur.*
53 *Principalis læſus omittens cauſam, fiſco ſuam cauſam nō tollit.*
54 *In criminali cauſa pactum, reo non præiudicat quoad confeſsionem.*
55 *Ante cœptam litem de priuato crimine tranſigitur.*
56 *Accuſatio publico in crimine repudiari nondum inſtituta poteſt.*
57 *In crimine per deſidiam admiſſo, tranſactio eſt licita.*
58 *Confeſsio rei corrupti, vt crimen agnoſcat, facta, non cōdemnat reum.*
59 *Tranſactio rei cum accuſatore facta non præiudicat ei.*
60 *In legum diſpoſitione partiū proteſtatio non attenditur.*
61 *Reus beneficio vtens remiſsionis, ratum habere videtur contractum.*
62 *Satis dicitur nominatim citatus, qui in iudicium venit.*
63 *De accuſatione falſi non tranſigitur.*
64 *Falſi crimen ad pecuniariam æſtimationem refertur.*
65 *Iura conſtituuntur in his, quæ plerunq; fiunt.*
66 *In priuatis delictis criminaliter intentatis, non procedit tranſactio.*
67 *Pœna falſi plerunq; deportatio eſt.*
68 *Falſi, & iuris facti infamiam irrogat.*
69 *In publicis iudicijs, quæ infamiā ingerunt, nō trāſigitē.*
70 *In falſi crimine veræ probationes requiruntur.*
71 *Confeſsio præſumptam facit probationem.*
72 *Citra, priuatiua non exceptiua eſt particula.*
73 *Præuaricatio & calumnia ſpecies falſi ſunt.*
74 *De crimine falſi ante inſtitutam accuſationem rectè tranſigitur.*

## LEX XVIII.

IIDEM AVGG. ET *Ceſſ. Valentiniano.*

TRāſigere, vel paciſci de crimine capitali, excepto adul

L. 18. Tranſigere.

TRANSIGERE.) Epitomen huius reſcripti hoc diſticho clauſit Accurſius:

*Sanguinis in pœnis, niſi mœchus, tranſigit omnis.*
*In reliquis nulli liceat, niſi crimine falſi.*

Comprehendit autem duas regulas, quarū quęlibet vnam habet exceptionem: de ſingulis igitur videndum.

1 †Et in primis regula eſt: in criminibus capitalibus, quæ ſanguinis pœnam ingerunt, tranſigere licet. Videbatur autem contrarium potius ſtatuendum,

2 †quia publicè intereſt nocentes opprimia: pactum autem vel trāſactio aduerſus publicam vtilitatem nulla eſtb.

3 †Nam & accuſator tranſigens cùm à lite deſiſtat, tanquam præuaricator plectēdus videtur c, vt cōmunis ſententia habet, imò & infamia notatd: ergo credendum nō eſt, tranſactionem cōcedi, cū lex eū qui tranſegerit pœnæ afficiate. Adde q, inutilis eſſet hæc tranſactio, cùm nō ideò abſoluatē reus: poteſt enim quilibet alius de eodē crimine eum accuſaref. Sed & iudex ipſe eundem proceſſum proficere, &

A ex eo condemnare poteritg, q, Fulg. Riminaldúsq; tradiderunt. Sed tamen ſumma ratione nititur legis noſtrę regula.

4 †Cùm enim quilibet tranſigere, vel paciſci poſsit, cui id prohibitū nō eſt, debuit hoc quoque caſu id iuris nō denegarih.

5 †Et cùm ex aduerſo ſtet fauor publicus, quo delicta puniūtur, pro tranſactione verò ſit ea humanitas, qua cōceſſum vnicuique eſt ſanguinē ſuum quoquo modo redimerei, ſit & capitaliū

B pœnarum odiumk, ſanctius fuit in hanc partem inclinare, & pro valore contractus pronuntiare.

6 †Vnde quod vulgò traditū eſt, leges pœnales & odioſas extendi fauore reipub. vt delicta puniāturl, non procedere exiſtimauerim, cùm de ſanguinis pœna agitur, idq; legis noſtræ argumentom.

7 †Nec nos mouere debuit, q, accuſator deſiſtens puniatur, tanquam leges generaliter quēlibet puniāt, qui accepta pecunia ab accuſatio-

C ne deſiſtatn.

8 †Nam reſpondent Doctores, non ideò tranſactionem reſcindi, cùm & aliis caſibus quādoq; videamus actum valere, licet autor pœna afficiato, Addit Bar. in eo quoq; vtilem accuſatori trāſactionem, quia pœnam talionis, quæ in cauſis capitalibus imponiturp, euaderet, ſolaq; pecunia ex Turpil. S.C. mulctaretq. Alij ſimplicius legem noſtram accipiūt, quæ nō eſſe prohibitam tranſactionem ait, ergo nulla omnino pœna afficiēdus eſt accuſator, q propriè tranſigere,

D id eſt, ab actione trāſire dicitr, Cū, n. autoritate legis noſtrę deſiſtat, nulla affici pœna debets.

9 †Qđ ſi reſpectu rei valet trāſactio, nō ſolū vt ſanguinē ſuū redimat t, ſed etiā ne in pœnā aduerſarij corrupti incidatu, ergo & reſpectu accuſatoris valere debet, quoniā τῶν συναγόντων, id eſt, correlatiuorū natura id ſuadetx, ne alioqui videatur legislator altera manu quicquā cōcedere y, altera facientē punire: & hanc ſententiā Suzarius Riminaldúſque ſequuntur, quā & ipſe probo. Nam aut tranſ-

E actio ante inſcriptionem, vademque præſtitum inita eſt, & Petro Cynoq; cōſentiunt omnes, nulla accuſatorē pœna affici tradentibusz:

10 †aut poſt inſcriptionem, & idem ego cenſeo a, quia iura q accuſatori pœnā irrogant, aut in cauſis fiſcalibus pecuniariis loquunturb, aut in criminibus, quæ ſanguinis pœnam non irrogant c, vel in quibus tranſigere aliàs non licetd, aut generaliter in caſibus, quibus alioqui abolitio neceſſaria eſſet e.

11 †At in regula legis noſtræ, cùm permiſſa ſit tranſ-

F actio, ad abolitionis opem confugiendum non eſt. Cæterùm nec verum eſt inutilem eſſe hanc trāſactionem, imò ex ea plurima vtilitas oritur, vt quia reo pœna non infligitur, quæ aliàs accuſatorem corrumpenti infligi ſoletf.

12 Nec pro confeſſo habetur, cùm aliàs tranſigens fateri crimē videaturg. Sed nec accuſator amplius repetere id crimē poteſth, cùm alioqui nouū proceſſum, ſi tranſactio non valuiſſet, inſtruens audiendus fuiſſeti. An aūt iudex ipſe ex eo proceſſu cōdēnare reū poſsit, dubitatū eſt. Et Bar. non poſſe cēſuit, cùm tranſactum in cauſa ſanguinis eſt, quē pleriq;

a l. ita uulneratus. ad l. aquil.
b l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. ff. de pact.
c l. ij. in fin. de præuaric.
d l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ubi Bar. de adul.
e l. Gracchus. ff. de adult.
f l. qui cœtu §. fi. ad l. Iul. de ui pub. l. iij. §. pen. de ſepul. uiol.
g l. ij. ff. de aboli. c. j. & ij. de coll. detegē.
h l. nec nō. §. eis. ex quib. cau. ma.
i l. j. de bon. eo. qui ſibi.
k l. famoſi. ff. ad leg. Iul. ma.
l l. ſi uxor. de adul. Bar. l. quēadmodum. de ag. & cenſit. lib. xj.
m dixi. l. ij. ff. tit. ij.
n l. ſi fœmina. ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. ff. eod. tit.
o l. fi. ff. de diuor.
p l. fi. ff. de accu.
q d. l. iij. in fin.
r l. ij. ubi gl. ff. e.
s l. deſtitiſſe. ad Turpil.
t d. l. ff. de bo. eo.
u Alex. hic.
x l. j. de cupreſ. lib. xj.
y d. l. Gracchus.
z l. quæſitū. ad Turpil.
a arg. l. §. pe. de calum.
b l. eius qui. de iur. fiſ. l. j. ff. de. pœn iudi. qui mal. iud.
c d. l. ſi fœmina.
d l. de crimine. ff. de adult.
e d. l. ij. ff. de abolit.
f l. Imperatores. de iur. fiſc.
g l. in fiſci. ff. de iur. fiſc.
h l. iij. §. pe. de ſepul. uiol.
i Bar. d. §. ſi negauerit.

rique ſequuntur, cùm lex, quæ iudici cōcedit, vt
ex eodem ꝓceſſu condemnet, in eo caſu loqui-
tur, quo abolitionis impetratio neceſſaria fuit[a],
& conſequenter non permiſſa (vt ſuprà docui)
tranſactio: quam ſententiam ceu receptiorē hu-
manioremq; & ipſe ſequor. † Verùm cùm pacta
13 priuatorum iuri publico derogare nō poſsint[b],
non erit iudici deneganda inquiſitio, ſi de caſib.
agatur, quibus aliàs ea conceſſa reperitur. † Iure
14 enim noſtro regulariter ex inquiſitione non ꝓ-
ceditur[c], licet hodie propter leges municipiorū
pleriſq; locis aliud ſoleat obſeruari. Et ex his o-
ſtenſum eſt, ſumma ratione niti priorem hāc re-
ſcripti partem. Verùm dubitatum apud aliquos
extat, num hodie lex hæc correcta cenſeatur? &
aiebant videri correctam, cùm ratio legis corre-
cta ſit[d]. Ideò enim permiſſa eſt in cauſa ſangui-
nis tranſactio, quia reo licet ſalutem ſuam quo-
quo modo redimere[e]: licet & accuſatori, qui niſi
obtineat, pari ſupplicio in his cauſis plecti de-
15 bet[f]. † At hodie ſecùs eſt, non enim pari ſuppli-
cio punitˀ, ſed arbitrio iudicis, cùm talionis pœ-
na moribus noſtris exoleuerit[g]. Sed tamen non
tam facilè abrogatam ego hanc legem exiſtima-
uerim, cuius rationem correctam fuiſſe, verū nō
eſt. Principaliter eñ fauore rei ſe redimentis in-
ducta eſt, quæ ratio etiamnum procedit. Vnde
quamuis reſpectu accuſatoris non ſubſit ampli-
ùs ſanguinis periculum, non tamen lex abolebi
tur, cuius ratio, quod ad principalem diſpoſitio-
nem attinet, adhuc ſalua eſt[h]: qua de re à nobis
lib. de uerb. ſignif. j. diſputatum fuit. † Concludē
16 dum igitur, etiam hodie in cauſa ſanguinis per-
mitti tranſactionem, ſiue ex parte rei, ſiue ex par
te actoris, ſed quid ſi filio accuſato, pater iudiciū
defenſionemque ſuſceperit, num cum patre trā-
ſigi poterit? Et non videretur: non enim ſangui-
nem ꝓprium redimit, quod lege cōceſſum eſt[i],
ſed alienum, id eſt: filij ſui. † Rimin. tamen aliter
17 ſentit, adhucque legi noſtræ locum eſſe arbitra-
tur, idque propter coniunctionem, quæ patri cū
filio eſt[k]: quæ ſententia humanior eſt. Amplius
idem cenſuit id ius ad cognatos quoque produ-
cendum: videtur enim eos quoque aliquando
admitti, vt accuſati defenſionem, cùm ſua inter-
ſit, ſuſcipiant[l]: poterunt ergo tranſigere. † Nō pa
18 rum enim ſua intereſt, cognatum non inquieta-
ri[m], † cùm contumelia ei facta, toti agnationi fa-
19 cta videatˀ[n]. Sed quid ſi reus ipſe reclamet, an eo
inuito pater vel cognati tranſigere poterunt? Et
credendum eſt poſſe, cùm id ius tranſigendi ad
eos pertineat, nō ex rei perſona, ſed propter pro
priam affectionem[o], vt idem Riminaldus ait.
Et hæc quod ad priorem regulam attinet, ſuf-
ficiant: nūc de exceptione videamus. † Quæſtio-
20 nis igitur eſt, cur lex adulterium exceperit. Et a-
liqui ideò id factum exiſtimant, quia grauiſsimū
ſit hoc crimē[p]: ſed certè non pauca ſunt alia gra-
uiora[q]. Alij caſtitatis fauore, quam legislator ma
ximè affectat, in primis cupiens maritalem fidē
illibatam eſſe[r], vt matrimonia magis frequentē-
tur, liberiſq; hominibus ciuitas repleatur[s]: quæ
ratio crebriùs ferè probatur. At Bartolus Balduſ
que naturam criminis perpendunt. Solet enim
ſæpiſsimè & clàm committi, humaniterq; mœ-
chi ſecum actum putarent, ſi pecunia ſtuprū e-
21 mere poſſent. † Vnde lex vetuit, quenquam pro
comperto ſtupro pretium accipere[t]: ſuſpicatur-
que legislator, etiam ſi gratis remiſſum crimen
dicatur, clàm tamen pecuniam interueniſſe[u]: fa-

a d. l. iij.
b d. §. ſi paciſcar.
c l. ij. ſi publico. ubi Bart. ff. de adult.
d gl. l. j. ff. de legit. tut.
e d. l. j. de bō. co.
f d. l. final. ꝟ. de accuſ.
g Bar. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. Feli. c. ſuper col. 3. de accuſ.
h c. à multis. de ętat. & qual. Areti. l. ij. de uulg.
i d. l. i.
k l. fi. ꝟ. de impu. l. iſti. in fi. quod met. cauſ.
l l. j. & ij. de lib. Bar. cauſ. d. §. ad crimen. col. iiij.
m l. 3. §. ſed ſi mulier. de lib. ho. exhib.
n l. lex Cornelia de iniur.
o l. non tantū. de appell.
p l. codicillis. §. matre. de le. ij.
q l. fi. §. j. de public. c. at ſi clerici. §. j. de iudic.
r auth. de leno. circa prin.
s l. ſuper ſtatu. ꝟ. de quæſt.
t l. auxilium. in fin. de minor.
u l. is cuius. j. reſpon. de adult.

cilimeq; fraudē legi fieri potuiſſe, ſi ſola tranſa-
ctio, non etiam pactum prohiberetur[x]: † Cùm e- 22
tiam ſi pecunia non interuenerit, nihilominus
adhuc eius opinio grauetur, qui vindictam do-
mus ſuæ hoc caſu negligit[y]. Ego quandoque eā
quoq; rationē ꝓbaui, vt cenſerē, iure veteri pœ-
nā ſanguinis in adulteros non fuiſſe cōſtitutā[z],
& ideò ex poſteriore reſcripti capite tranſigi in
eo crimine non potuiſſe: & cùm deinde aucta ſit
A pœna, iuſſumque gladio eos feriri[a], prohibitio-
nem tamen tranſactionis durare, † quoniam ra- 23
tione legis impulſiua ſubmota, nō tamen ceſſat
diſpoſitio[b]. Fauor enim publicæ vtilitatis vt de-
licta puniantur, impulſiua eſt poſterioris huius
regulæ cauſa[c]. Sed quid in raptu cenſebimus? Et
frequentius ferè traditum, in eo conceſſam eſſe
tranſactionem[d]: † quod intelligendum quoties 24
alia mulier, quàm quæ nupta ſit, rapta eſt: alioq
in raptu adulterium quoque ineſſet[e]. Sed Iaco-
B bus, Baldus, & quidam alij diſſentiunt, negant-
que in raptu tranſigi poſſe: eſt enim atrocius cri
men. Quæ ſententia, ex his, quæ infrà de ſtupro
diſſeram, etiam mihi probabilior videtur. † Tum 25
etiam quia lex parentes, ſi patientiam præbue-
rint, ac dolorem remiſerint, deportatione ple-
ctit[f]: vt appareat nec gratis, multoque minus ac-
cepta pecunia remitti accuſationem poſſe[g]. Ca-
uillanturq;, qui ex S. C. Turpil. puniri parentes
credunt[h], vel ex præſumpto lenocinio[i], cùm nec
C Turpiliani pœna ſit deportatio, nec probabili-
ter præſumptum hoc caſu ſit lenocinium, quod
tam atroci pœna emendari debuerit[k]. Nec me
mouet, quod alibi legitur, exoratum raptæ mu-
lieris patrem remiſiſſe iniuriam[l], vel id crimen
pactione tranſmiſſum[m]: quia nō ideò dicitur va-
luiſſe remiſsionem, pactionemúe: imò dictio il-
la tranſmiſſum, ſignificat vtcunq; & de facto ne-
glectū. Tranquillus in Caligula cap. x. Quæ ipſe
patereˀ incredibili diſsimulatione tranſmittēs,
D &c. † Sed quid, ſi vis nulla facta ſit, ſtatuemus? vt 26
cùm vidua vel virgo ſpontè ſtupro conſenſerūt.
Et Alex. ait exiſtimaſſe cōmuniter Doctores in
ſtupro tranſigi poſſe, vt lex noſtra, quæ de adul-
terio loquitur, & in grauiorem eius criminis pœ
nam tranſactionem prohibet, ad ſtuprum nō ex-
tendaˀ: odia enim reſtringi conuenit[n]. Sed Bar.
hîc, Balduſque aliter ſenſiſſe ratione ſua videnˀ,
dum pretium recipi poſſe pro comperto ſtupro
negant[o]. Nec minor eſt huius criminis, præſer-
E tim cùm viduis, frequentia, quā adulterij: quod
Agatiu ꝓ‹...›et‹...› atteſtatur,

*χήρῃ ἴχει πανδήμιον ὀαριστύν.*

*Ad viduam coeunt mœchi pupillariter omnes.*

Videnturque hoc ſenſiſſe Hugol. Iacob. Cynus:
in quam ſententiam & ego tranſeo, quia lex Iu-
lia promiſcuè ſtuprum & adulterium appellat[p].
† Vnde nec in pœnalibus quidem cenſetur prohi 27
bita extenſio, quæ ex latiore verbi ſignificatio-
ne aſſumitur[q]. † Quæ noſtra ſententia tum ma- 28
F ximè procedit, cùm de ea ſpecie ſtupri agitur, vn
de nulla eſt ſanguinis pœna, tunc enim poſterio
ri legis noſtræ regulæ ſtandum eſt: † vt cùm quis 29
virginem nondum viripotentem vitiârit: quo
ex delicto honeſti relegantur, alij dantur in me-
tallum[r]. Quod procedere Azo[s] cenſuit, etiam in
eo, qui contractis nuptiis fœlici diplomate vo-
luit vti. † Fuêre & qui generaliter ſtupratoribus 30
negarent pœnam ſanguinis irrogari[t], quod &
ego fateor, lege Iulia verum eſſe, ſed extraordi-
nario iudicio conſtat ſummo ſupplicio affici[u].
Sed

x c. ſi ciuitas. de ſen. exc. in 6.
y l. miles. §. ſocer. de adult.
z l. ſi qs uidua. de q̄ſtio. l. Claudius. de his qui ut ind.
a l. quamuis. in fi. ꝟ. de adult.
b l. j. §. ſexū. de poſtulat. l. j. in pri. ꝟ. de cad. tol.
c arg. Bar. l. iiij. fi. de donat.
d l. ſi quis ſeruus. ꝟ. in quib. cauſ. ſer. pro præm. lib. l. qui cœtu. §. fi. ad l. Iul. de in publ.
e d. l. ſi quis uiduam.
f l. j. ad fi. de rapt. uirg.
g l. furti. §. pactus. de infam.
h d. l. iij. in fi. de præua.
i l. ij. §. j. de adul.
k §. penul. in authen. ut liceat matrim.
l d. l. qui cœtu.
m d. l. ſi quis ſeruus.
n l. cū quidam. de lib. & poſth.
o d. l. auxilium. in fin.
p l. inter. de adul. l. de crimine. C. eod. tit.
q l. ſi uxor, de adult.
r l. ſi quis aliqd. §. qui nondum. ff. de pœn.
s In ſumma. de nupt. col ij.
t §. ij. Inſtit. de pub. iud. Matheſ. not. 100.
u l. j. in fi. de extraor. crim.



Sed quid in adulterio præſumpto reſpondebi-
31 mus? † vt cùm aliquis aduerſus tres denuntia-
tiones vxorem alienam adhuc ſolicitat[a]. Et lex
ait, amicabili conuentione decidi poſſe[b], cenſu-
eruntque id communiter Doct. quæ interpre-
tatio etiam nobis
32 placet. † Annotan-
dumq; inde eſt, non
idem ſemper iuris
præſumptionem,
quod veritatem pollere[c], cùm tamen hoc præ-
33 ſumptio à fictione diſtet, † quòd ipſa veritatem
34 imitetur, † fictio aduerſetur[d]. Et cùm tranſigi
in præſumpto adulterio poſsit, videretur forti-
us id permittendum, quoties accuſator certus
redditur, nullum commiſſum fuiſſe, reumq; in-
nocentem eſſe[e], ideoque tali caſu legi noſtræ lo
cum non eſſe Accurſius cenſuit[f]. Qua tamen
35 in re aliter diſtinguitur: † ante enim inſtitutam
accuſationem vtrique hoc tolerari poteſt[g], pòſt B
verò ſecùs eſt; quia qui accuſat, aſſerere vide-
tur ſe exploratum facinus in iudicium deductu-
rum, ideò citra fraudis ſuſpicionem deſiſtere
36 nequit[h]. † Quapropter lex abolitionem non
niſi cauſa cognita concedi à præſidibus permit-
tit[i]. Sed num ſaltem de adulterio pacem facere,
iniuriamque remittere quis poterit? Et re-
ſpondit Bartolus poſſe[k]. Nec enim prohiberi
quis debet, quin ſimultates animique rancorem
deponat[l]. Obſtat tamen huic ſententiæ, quod C
lex ait, dolorem remitti non poſſe[m]. Sed veriſi-
mile non eſt ea lege de hoc rancore intelligi, qui
non ad forum ciuile, ſed ad conſcientiam poti-
ùs pertinet, quemque ex lege Chriſtiana abole-
37 re tenemur. † Fortius obſtat, quòd pax per pa-
ctionem celebratur: vnde qui paciſci non poteſt,
38 nec pacem facere debet[n]: † niſi reſponderis, ran-
corem quidem remitti poſſe, pacem verò, quæ
via contractus initur, fieri non poſſe: quod aliqui
ſenſerunt[o]. Hodie quoq; conſtat, poſtquam mu D
lier verberata in monaſterium detruſa fuerit, la-
pſo biennio, poſſe maritum ei reconciliari, rur-
ſusque eam recipere, quod commentitio iure Iu
ſtinianus ſanxit[p]. Quid ſi accuſator tranſigat
vel paciſcatur, idq; ſe facere proteſtetur odio li-
tium, vel quia deſit ſibi pecunia, hoc eſt, nerui li-
tigiorum? Et non iuuari eum hac proteſtatione
crediderim: tenetur enim litem proſequi[q]. Si ta-
men id ita eſſe iudici probauerit, poterit diſcer-
39 nere an abolitionem concedat[r]. † Reum verò, E
qui pacto aſſenſus ſit, hac proteſtatione excuſa-
ri, Tancredus ſenſit, ne quicquam de ſ‹...› ideatur
confeſſus, qui ex eo tranſegerit, quia diſpendia
litium ferre non poſsit[s]. † Quod ſi tam facilè
40 admitteremus, reperta eſſet legi fraus[t], & ideò
hoc quoque caſu arbitrio iudicis relinquendum
putauerim[u].

41 a ¶ In aliis autem.) † Secunda principalis hîc
refertur regula, vt quoties de pœna ſanguinis nō
agitur, ſed de alia, quamuis capitali, tranſactioni F
locus non ſit: idq; vt crimina puniātur, quod pu-
blicè intereſt[x]. Si igitur de amiſsione libertatis
vel ciuitatis agatur[y], tranſigi non poterit: vt ſi
quis in metallum, vel in opus metalli detur, vel
mulier in miniſterium ipſorum metallicorū[z]. I-
dem ſi ad alia miniſteria ſordida, vt balnearū, clo
acarumq; purgationes: item viarū munitiones,
quorum Traianus quadam epiſtola ad Plin. me-
minit. Sed quid ſi de ſolius infamiæ nota aga-
42 tur? † Et videretur cauſam famæ ipſi vitæ æqui-

a auth. ſi quis. ꝟ. de adult.
b §. fi. in auth. vt liceat matr.
c l. fi. ff. de probat.
d l. filio. quē. de lib. & poſthu.
e l. ſerui. ꝟ. de adul.
f l. ſi quidem. in gl. fi. ꝟ. de contrah. ſtipul.
g l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adult.
h l. abolitionē. ꝟ. de adult.
i l. ij. ꝟ. de abolit.
k conſil. 170. domino.
l l. ſi tibi. §. quędam. de pact. vbi Bart.
m d. l. j. in fi. de rapt. virg.
n l. j. ff. de pact.
o Albe. tractatu ſtatu. ij. parte q. 125.
p auth. ſed hodie. de adult.
q l. alimenta. ꝟ. deneg. geſt.
r d. l. ij. de abol.
s Arg. l. minorib. ff. de min. Alex. hic, in fine.
t l. in fiſci. l. eius qui. de iur. fi.
u d. l. ij. de abol.
x d. l. ita Vulneratus.
y Inſtit. de cap. dimi. §. j.
z l. aut damnum. §. inter. de pœnis.

**terio, prohibitũ non eſt. In alijs autem publicis criminibus, quę ſanguinis pœnã**

parari[a]: vnde & capitalis dicitur[b]: ſed tamen id
ex lata ſignificatione eſt: † nam & damnati publi
co iudicio, notantur infamia[c], & tamen tranſige
re non poſſunt. † Quapropter idem ſentio, ſi de 43 44
pœna amiſsionis omnium bonorum, vel maxi-
mæ partis agatur,
quia talis pœna non
niſi opinione qua-
dam vulgari ſangui
A nis cauſæ æquipa-
ratur[d]. Vnde prouerbiale carmen:

*Ἀργύριον, ψυχὴ αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.*

*Argentum, & anima & ſanguis eſt mortalibus.*

Verè enim quælibet corporalis etiam minima
pœna quacunque pecuniaria durior cenſetur[e].
Sed probabilior dubitatio eſt: Quid cùm de mē-
bri amputatione agitur? non enim hæc pœna in-
ter capitales reperitur. † Sed tamen Alex. cæteri- 45
que recentiores, fatentur ſanguinis cauſam eſſe,
B & ideò tranſactionem in ea non prohiberi, cùm
membrum abſciſſum moriatur: vnde & lex haſ-
ce pœnas tanquā ſimiles iungit[f]. Nec me mouet
quòd largo modo ſolùm ſit capitalis pœna, ide-
oq; videatur ex hac poſteriore regula non con-
cedendam tranſactionem: quia nō poteſt negari
quin ſit cauſa ſanguinis, idq; ſufficit[g]. † Licet ve- 46
rum ſit, nec inter capitales, nec vſquam quidem
iure veteri connumerari, quia nolebant antiqui
quenquam corpore mutilari: Vnde & pœna tali-
C onis in actione iniuriarū exoleuit[h]. At recentio-
res pœnas auxerunt, magis terreri ex eis facino-
roſos exiſtimantes[i]. Sed apud Thucididem lib.
III. hac ratione improbos coerceri nō poſſe, Di-
odotus Athenienſibus eleganti oratione perſua
ſit: qui natura inſtincti, ſpe falſi, impetu quodam
cęcoq; affectu feruntur, nihilq; tum minus cogi-
tant, quàm fore vt depræendantur, & ideò noua
pœnarum exempla minimè excogitanda: quod
& C. Cæſar apud Salluſtiū cenſuit. † Verùm quid 47
D in fuſtium caſtigatione dicemus? Et tum quoq;
tranſigi poſſe iidem exiſtimarūt[k]: elicitur enim
ex verbere ſanguis: cruciatuſq; corporis, cauſæ
vitæ æquiparatur[l]. † Nam & hodie adulterij pœ 48
na eſt verberatio[m], vt inde appareat adhuc in a-
dulterio de ſanguine agi, alioqui prior regulæ
exceptio correcta eſſet. Et hæc ſententia procul-
dubio humanior eſt. Ego tamen verior ne in leui
caſtigatione non ſit vera: quia fuſtuarium, ad-
monitionem potius quandam tunc reſpicit[n],
E qua ratione etiam iure canonico moderatè per-
mittitur[o]. Et tamen Pontanus, Alex. & cæteri fa
tentur ſuper pœnis, quæ iure canonico permit-
tuntur, primæ legis noſtræ regulæ locum non
eſſe, ſed poſteriori tantùm, quia huiuſmodi non
cenſentur pœnæ ſanguinis[p]. † Non enim lex 49
Pontificum pœnam ſanguinis cuiquam irrogat
[q]. Vnde factum eſt, vt nec ſententia illa approba-
ta ſit, qua traditur, iure Cano. † in pœna perpetui 50
carceris tranſigi poſſe[r], tanquam morti, æquipa-
F retur[s]. Vt enim Alex. rectè cenſuit, morti ſolùm
ciuili ſimilis eſt, non naturali, alioqui eo iure ne-
mini indiceretur[t]. Solùm ergò eo iure tunc lici
ta erit tranſactio, cùm clericus exautorandus, ſę-
culariq; iudici tradendus eſt[u], quod ob criminis
immanitatem quādoq; fieri ſolet[x]. † Sed quid in 51
delictis dicendum, quorum pœna ex lege muni-
cipali eſt pecunia, quam ſi intra menſem reus nō
ſoluerit, corporalis efficitur? Et Baldus, Salice-
tuſq; cenſuêre licitam eſſe tranſactionem, quo-
ties euenire poteſt, vt ſanguinis periculum ſit

L. 18. Tranſigere.
a l. iuſta. de manu. vind.
b l. licet. ij. de verb. ſig.
c l. j. de his qui not.
d gl. l. aduoca. ꝟ. tit. 2.
e l. in ſeruorū. in fin. de pœn.
f §. ad hæc ſancimus. authen. de collat.
g c. reos. xxiij. quæſt. v.
h §. pœna. Inſti. de iniur.
i l. iij. auth. ſeq. ꝟ. de ſer. fugit.
k d. l. aut damnum. §. hoſtes autem.
l l. interpoſitas. ꝟ. cod.
m d. authen. ſed hodie.
n l. veluti. ff. de pœn.
o c. in archiepiſcopatu. de raptu. 23. q. 5. c. circumcelliones.
p gl. ij. q. 3. §. in omnibus. Ro. ſing. 681.
q c. ſententiā. ne cle. vel mo.
r Abb. c. j. de colluſ. deteg.
s Bart. l. ij. de pub. iud.
t d. c. ſententiam.
u Butr. d. c. j.
x c. cum non ab homine. de iudic.

[a]:aliàs ſi huiuſmodi periculum probabiliter non
ſubſit, ſecùs eſt. Attendimus enim ad genus pœ-
52 næ, vt qualitate iudicij diſcernamus [b]. † Sed rur
ſus quid in criminibus priuatorum iudiciorum?
Et receptior eſt ſententia, vt neque paciſci, ne-
que tranſigere lice-
at, ſi criminaliter iu
dicium intendatur
[c]: quia accuſator de-
ſiſtere non poteſt [d],

**nõ ingerunt, trãſigere nõ licet, citra a falſi accuſationẽ. S. III. Kal. Sept. AA. Coſſ.**

reus autem pro conuicto haberetur [e]. Si verò ci-
uiliter ageretur, tunc ſuper eo crimine paciſci li
ceret, tranſigere verò non liceret: idque certis
caſibus, quibus prætor propter datam pecuni-
am infamia reum notat [f]. Sed an ideò tranſactio
ipſo iure ſit nulla? Et non videtur: licet enim re-
us tranſigens famoſus fiat, tamen contractus te-
net [g]. Fuêre tamen qui generaliter in criminibus
priuatis pactum valere diſputauerint [h], nec vlte-
rius deinde reum accuſari, vel per iudicem in-
quietari poſſe, cùm in eis regulare ſit, ne inqui-
53 rat [i]. Idem ne extraneus admittatur [k]. † Et quia
æquum eſt, vt omittente accuſationem eo, qui
principaliter eſt læſus, fiſcus quoque, qui cau-
ſam lucratiuam prætendit, conquieſcat [l], ne vi-
deatur fiſcus ad huiuſmodi lucra oculum adiice
re, in his, quæ ad correctionem morum potius
pertinent [m]: quæ ſententia vtrique diſputando
defendi poſſet, ego tamen communem ſequor
54 [n]: † niſi quòd etiam ſi criminaliter agatur, paci-
ſcente reo non arbitror vllam confeſsionem fin
gi: quia lex generaliter, In fiſci, inquit, cauſis pa-
cti, ſi pretium dederint, pro confeſsis ſunt [o]. Si i-
gitur non dederint, pro confeſsis ſunt. Quid
hoc reſtringimus, cùm criminaliter non agitur?
55 † Cæterùm ante cœptam litem dubium non eſt
tranſigere, paciſciq; de crimine priuato licere [p].
Tametſi non obſtante repudiatione paciſcens,
qui accuſare voluerit, adhuc audiri poſsit, ſi ab
56 alio præoccupatus non ſit [q]. † In crimine verò
publico repudiari quoque accuſationem ante-
quam inſtituta ſit, poſſe, ſuprà diximus [r], nec
Turpil. S.C. locum eſſe [s]. Turpiter tamen recipi
pecuniam huius rei cauſa crediderim [t], & ideo
condici poſſe [u]. Et ex his conſtat perpetuam nõ
eſſe hanc regulam, ſed quibuſdam caſibus in cau
ſis criminalibus, quæ ſanguinis pœnam non in-
gerunt, licitam eſſe tranſactionem pactionémue:
vt cùm ante litem cœptã remiſſa eſt, vt dixi, ac-
cuſatio: vel abſq; pretio in crimine priuato pa-
57 ctum eſt. † Sed & in delictis, quæ omittendo ſeu
per deſidiam commiſſa ſunt, non videtur prohi-
beri tranſactionem: vt cùm ſeruus dominum nõ
58 defendit [x]. Grauius enim facinus patrando de-
linquitur, quâm negligendo [y]. † Sed & ſi quis
tranſegerit, & pecuniam reo dederit vt crimen
agnoſcat, fateaturq;, non cenſetur rem illicitam
feciſſe [z]. Sed nunquid iudex ex tali confeſsione
ſola reum punire poterit? Et traditum eſt, non
poſſe, ſed adhuc inquirere eum debere, an deli-
ctum perpetratum ſit: quoniam ſi quis confitea-
tur ſe occidiſſe Titium, debet iudex antequam
reum condemnet, prius veſtigare, an verum ſit
periiſſe Titium [a]. Sed num idem eſt in reo tranſi-
gente data pecunia, qui pro confeſſo habetur [b]?
Et videretur idem eſſe, ne durius ageretur in præ
ſumpta criminis confeſsione, quàm in vera [c].
Qua tamen in re ego ambigo, quia lex pro con-
uicto haberi ait [d], quæ verba ad firmiſsimam le-
gis præſumptionem referuntur, quæ alia proba-

a arg. l. non intelligitur. §. ſi quis palã. de iur. fiſ.
b l. iij. vbi Bart. de pub. iud.
c arg. l. licitatio. §. quod illicitè. de pub. Bar. l. in tertio. §. rectè. de furt.
d l. & in priuat. ad Turpil.
e l. fi. ff. de præuaric.
f l. iij. ã l. furti. § pactus. ff. de his qui not.
g l. poſt deciſionẽ. ſ. de fur. l. interdũ. §. qui tutelã. ff. de furt.
h Iac. Butri. & Rim. hîc.
i l. reſcripto. §. ſi quis. de mun. & hon.
k gl. l. fi. de priuat. delict.
l l. iudex. circũuento. de min.
m l. j. verſ. nãq; ſ. de ſec. nupt.
n arg. d. l. licitatio. §. quod illicitè. de pub.
o l. in fiſci. ff. de iur. fiſc.
p l. ſi tibi. §. quædam. de pact.
q l. ij. §. pen. de ſepul. viol.
r d. §. ſi negauerit.
s l. quæſitum. ad Turpil.
t l. ſi quidem ſ. de contrah. ſtipul.
u arg. l. ſerui. de adult.
x gl. l. ij. ad Syllan. Deci. hîc.
y gl. l. ſi mora. ſolu. matr.
z gl. l. j. ſ. de pœ. iud. qui male iud.
a l. j. §. item illud. ad Syllan.
b d. l. fi. de præuar.
c arg. l. fi. de probat. & d. §. pen. in auth. vt liceat matr.
d l. eius qui. de iur. fiſ. d. l. fin.

A

tione non indiget [e]. Arbitrantur tamen Docto-
res, ſi reus de innocentia ſua probare velit, audi-
59 endum eſſe: quæ ſententia æquiſsima eſt [f]. † Et
cùm hæc confeſsio ex diſpoſitione legis induca
tur, meritò Tancredi ſententiam confutaui, non
videri cõfeſſum re-
um aſſerentis, qui
proteſtatus ſit, eò ſe
tranſigere, quò di-
ſpendia litis euitet:
60 † in legum enim diſpoſitione partis proteſtatio
non attenditur [g]. Vnde fit vt hanc captionem
probare non poſsim: ſicut nec aliam ab Alberi-
co Iaſoneq; traditam, vt notarius ſimpliciter re-
miſsionem fieri ab accuſatore ſtipuletur nomi-
ne omnium quorum intereſt, nulla ſpecialiter i-
61 pſius rei mentione facta. † Videtur enim nobis
cùm primum reus remiſsionis beneficio vtatur,
ratum contractum habere [h], atq; perinde eſſe, ac
B ſi cum eo nominatim conuentum eſſet [i]. Quod
& eo exemplo probatur, cùm generaliter citan-
62 tur, quicunq; ſua intereſſe prætendunt [k]. † & Ti-
tius in iudicium venit, ſatis dicitur nominatim
citatus [l], cùm talem citationem veniendo appro
bauerit [m].

63 a ¶ Citra falſi accuſationem.) † Sed quæ eſt
64 ratio, vt falſum exceptum ſit? † Et veteres, quia
plerunque falſi accuſatio ad pecuniariam æſti-
65 mationem refertur [n], † & iura conſtitui oportet
C in his, quæ plerunque fiunt [o]: quæ ſententia re-
66 probata eſt, † cùm etiam in priuatis delictis cri-
minaliter deductis tranſigi nequeat, vt ſuprà vi-
dimus, quæ tamen ad æſtimationem referuntur:
nec verum ſit plerunq; pœnam falſi eſſe æſtima-
67 tionem, imò eſt deportatio [p], irrogaturq; ſæpiſsi
68 mè ex alia, quã pecuniaria cauſa [q]. † Alij frequen-
tius in conſtitutum aiunt, propter grauitatem
criminis, quod non ſolùm iuris, ſed etiam facti
infamiam apud omnes irrogat, quæ macula da-
69 D mno vitæ æquiparatur [r]. † Sed & hæc ratio infir-
ma eſt, cùm in cauſa criminum, quæ infamiam
infligunt, qualia ſunt publica iudicia, tranſigi nõ
poſſe, ſuprà oſtenderimus: mirumq; ſit propter
grauitatem adulterij ſenſiſſe veteres tranſigi nõ
poſſe, propter atrocitatem falſi poſſe. Ego lib.
70 Paradox. V. cap. IX. aliter exiſtimaui, † nempe in
crimine falſi ſpecialiter id traditum, vt non niſi
ex veris probationibus condemnari quiſquam
poſsit [s], meritò ergò tranſigi poterit: quia quam-
71 E uis tranſigens loco confitentis ſit, † ea confeſsio
veram probationem non facit, ſed præſumptã,
vt ſuprà docuimus: qua tamen in re ampliùs deli
berandum videtur [t]. Et fortè lex noſtra falſi cri-
men non excipit [u], ſed eum qui tranſigit, poſſe
de falſo condemnari ſanxit, vt falſum commit-
tere cenſeatur, non ſolùm qui vera abſcondit [x],
72 ſed & qui traſigit, vt impunè quis euadat. † Quẽ
intellectum præpoſitio illa, citra, confirmat, quę
non tam exceptiua, quàm priuatiua eſt [y], & pro
73 F ſine, ſeu abſq; ponitur: cuius ſignificationis plu-
rima ſunt apud veteres exempla. † Nam & calu-
mnia & præuaricatio ſpeciem falſi habent [z]. Vn-
de & lex fallaciter accuſantes hos appellat [a], li-
cet non lege Cornelia, ſed ſenatuſconſultis aliiſ-
que pœnis puniantur, legis tamẽ Corneliæ exẽ-
plo introductis: quæ & ad temerè iudici obre-
pentes extenditur [b], & de eis nominatim loqui-
tur, qui ob non denuntiandum vel ob non dicen
74 dum teſtimonium pecuniam acceperint [c]. † Non
poterit ergò quiſquam de criminibus hiſce pu-
blicis

e c. is qui fidẽ. de ſponſ.
f d. l. ſerui. ſ. de adul. l. pen. ff. de calum.
g d. l. aliment[a].
h l. 4. ff. rem pupil. ſal. for.
i Bar. d. l. licitatio. in prin. de public.
k l. ſi eo tempore. ſ. de rem pig.
l l. de pupil. ſer. vbi Mode. de ope. noui nunt.
m gl. l. j. in prin. de ter.
n l. ipſe ſ. de fal.
o l. iura. ff. de leg.
p l. j. in fin. ff. de falſ.
q d. l. j.
r d. l. iuſta. de manu. vind.
s gl. l. iuriſgen. §. quod fere. ff. de pact. Deci. c. porrecta. de confir. vtil.
t arg. l. iubemus. ſ. de prob.
u arg. l. Lucius. ff. ad Turpil.
x c. j. de crimi. fal. gl. presbyteri. 3. de epiſ. & cler.
y l. cum dos. §. de pact. dot. l. debitor. de cõpenſ.
z l. j. §. j. & §. præuaricatorem. ad Turp.
a l. fi. in prin. ſ. de abol.
b l. ſi quis ob: repſerit. de fal.
c l. j. de fal.



blicis paciſci vel tranſigere, quin falſi damnetur,
propter calumniam ſcilicet vel præuaricationẽ:
quòd tamen ante inſtitutam accuſationem non
procedit [a].

a d. l. ipſe d. l. quæſitum.

LEX XIX.

1 *Noua instrumenta poſt reperta, non reſcindunt tranſactionem.*
2 *Iuramentum etiam comperto periurio non reſcinditur.*
3 *Sententia lata non reuocatur ob ſuperuenientem probationem.*
4 *Laudatiuum boni viri iudicio confirmatum non reſcinditur.*
5 *Probabilis ignorantia dat occaſionem reſcindendi tranſactionem & rem iudicatam.*
6 *Princeps reſcripto tranſactionem reſcindere poteſt, non doli actio.*
7 *Denuntiatione euangelica ſuccurritur læſo per tranſactionem.*
8 *Fiſcus ante triennium repertis inſtrumentis actioni reſtituitur.*
9 *Durum eſt ad ea extenſionem fieri, quæ contra regulas iuris communis inducuntur.*
10 *Facilius coacto quàm conſentienti ſuccurritur.*
11 *Lex difficulter priuatorum conſenſum, perimit.*
12 *Lex tibi ſuam, non tuam aufert prouiſionem.*
13 *Sententia inſtrumentorum vires rigore iudiciali, non exhibitorum præfinito termino, perimit.*
14 *Tranſactio inſtrumenta conſenſu extinguit.*
15 *Reſpublic. & pupilli extra ordinem pari priuilegio iuuantur.*
16 *Eccleſiæ fauor cum pupilli idem eſt.*
17 *Eccleſiæ contra Eccleſiam pari iure communi vtitur.*
18 *Tranſactio non viſo teſtamento, poſtea reuocatur.*
19 *Sententia non viſo teſtamento lata, exceptione repellitur.*
20 *Sententia non facto partium, ſed à iudice robur aſſumit.*
21 *Sententia dolo rei lata, actori priorem actionem reſtituit.*
22 *Aduerſus tertium agitur, qui ſententiæ dolum præſtitit.*
23 *Actio doli cum vtili actione poteſt concurrere.*
24 *Actio doli famam rei onerat.*
25 *Actio doli conceditur cùm nulla alia ſuppetit.*
26 *Omnia iudicia ſunt ſtricti iuris.*
27 *Tranſactio iudicium reſoluit principaliter.*
28 *Tranſactio cùm ſtricti iuris ſit, dolo non reſoluitur.*
29 *Exceptio doli eſt odioſa.*
30 *Nemo ex calumnia ſua lucrum ſentire debet.*
31 *Actore doloſè litem inſtruente, tranſactio ipſo iure nulla eſt.*
32 *Magis actori quàm reo calumnia imputatur.*
33 *Reus nunquam calumnia notatur, ſed tantùm in expenſis damnatur.*
34 *Actoris calumnia in quinque caſibus non vitiat tranſactionem.*
35 *Ad reſciſsionem tranſactionis non datur furti actio.*
36 *Subtrahendo inſtrumenta, dolus committitur, ex quo furti actio oritur.*
37 *Falſus reus eſt qui inſtrumenta deleuit aut combuſsit, aut tabulas cælauit.*
38 *Cùm falſi accuſatione criminali actio de dolo concurrit.*

LEX XIX.

IIDEM AVGG. ET *Cæſſ. Irenæo.*

**SVb prætextu inſtrumenti pòſt reperti, tranſactionem bona fide finitam, reſcindi iura non patiuntur. Sanè ſi per ſe vel per alium ſubtractis inſtrumentis,**

1 SVB PRAETEXTV.) † Hîc ergò de-
ciditur, non ideò q; quis noua inſtru-
menta repererit, reſcindi ſemel factã
2 tranſactionem. † Quod ad iuramen-



L. 19. Sub prætextu.

tum quoq; producendum eſt, cùm ſpõte partiũ,
vel accedente iudicis autoritate delatum eſt [b], a-
deò vt ſi detectum ſit periurium, ſola ſpretæ reli-
gionis pœna ſufficiat, iuramẽtum verò ipſum nõ
3 reſcindatur [c]. † Quod & in re iudicata dicẽdum
eſt: nec ea enim tali
prætextu reuocari
regulariter poteſt [d]:
q̊d intelligunt Pau-
lus & Riminaldus,
etiam ſi ſententia la
ta ſit, tanquam non
probatũ fuerit, ad-
huc ſuperueniente
probatione non re-
4 uocabitur [e]. † Idem quoq; in arbitratoris laudati
uo dicendum, quod ſi boni viri iudicio vel par-
tium homologia confirmatum ſit, ſubuerti am-
pliùs non poteſt [f], durante verò reclamandi iure
B ſecus eſſet [g]: quæ omnia ea ratione inducta ſunt,
vt tandem aliquis litium finis eſſet: & quia impu
tandum eſt ei, qui principio huiuſmodi inſtru-
menta non inuenit [h], cùm poſt dilationum pro-
batoriarum cõceſsionem lapſis temporibus lex
velit definitiuè iudicari, nec ſinat reum vlterius
ſub cultro eſſe [i]. Sed nũquid perpetua hæc ſunt,
& qui tranſegit omni remedio defectus erit? Et
5 negant pleriq;: † in primis enim ſi quis probabi
li ignorantia lapſus eſt, vt quia in ius alterius ſuc
C ceſsiſſet, omnemq; diligentiam inſtrumẽtorum
quærendorum cauſa adhibuiſſet, reſtitui in inte-
grũ à iudice ex clauſula generali poterit [k]. Nam
& ex hac cauſa reſcindi poſſe rem iudicatã Bart.
tradit [l], cùm allegat actor vel reus ſe reperti nu-
per inſtrumenti in iudicio producendi facultatẽ
non habuiſſe, quod & receptiſsimum eſt [m], vt hîc
Alex. ſcripſit, & vtcunq; in ſententia defendi po
teſt, à qua verus partium conſenſus abeſt [n]. In
tranſactione verò vix eſt, vt id ſequi ego audeam
D [o], cùm legis noſtræ mens aduerſetur: fruſtraque
hîc traditum eſſet, ad doli actionem recurrẽdum
eſſe, quæ nec ei, qui alia ratione reſtitui poteſt,
6 concedi ſolet [p]. † Ad aliud ergò remedium con-
fugiẽdum eſt: id erit, ſi princeps adeatur, qui per-
penſa rei æquitate, reſcripto ſuo reſciſsionẽ con
cedat, quod Rimi. hîc cenſuit. Nam & princeps
reſcripto ſuo reſcindere rem iudicatam non po-
teſt [q], & tamen ex cauſa nouarum probationum
E poteſt [r]. Ego de hoc quoq; dubito; quia lex ge-
neraliter negat, tranſactionem reſcripto reſcindi
[s]: & ſpeciale eſt fauore libertatis, vt princeps ad-
iri hoc caſu poſsit [t]. Et quamuis fauore abſolu-
tionis, vt innocens, qui in cauſa criminali con-
demnatus erat, liberetur, lex reſcripto principis
reſcindi ſententiam permittat [u]; non tamen con
ſequens eſt, idem concedendum vel in cauſa ci-
uili, vel etiam in criminali, qua reus condemna-
tionem euaſit: vt meritò non videam, quomodo
huic ſentẽtiæ locus eſſe poſsit, excepto cùm re-
F us accepiſſet ab actore pecunia, vt crimen fatere-
tur, atq; ita tranſegiſſet, condemnatusq; à iudice
eſſet [x], qui caſus rarò contingit. Quis enim adeò
fatuus eſt, qui pecuniam ſaluti anteponat? alia i-
7 gitur prouiſio perquirenda eſt. † Et alij tradunt
denuntiatione euangelicã poſſe ſuccurri [y], quod
ego verum faterer, ſi probaretur aduerſarium ſci
entem in tranſactione peccaſſe, læſæq; conſcien
tiæ reum eſſe. Ex eo verò, quòd deinde detectũ
fuit dubitabilior eſt quæſtio, alibi à nobis diſpu
8 tatã. † Illud conſtat, in cauſa publica aduerſus

b l. admonendi. de iureiur.
c l. quod ſi deferente. de dolo.
d l. ſub ſpecie. ſ. de re iud.
e arg. l. Iulianus de cond. indeb.
f l. iiij. in fi. ſ. de arb. Bal. in l. j. in fi. de leg. ij.
g Bar. l. ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſoc.
h l. purè. §. fi. de excep. dol.
i l. properandũ §. & ſi quidem. ſ. de iud.
k l. j. in fi. ex q; bus cau. maio.
l l. j. de ſenten. aduerſ fiſ. lib. x.
m l. ſi mater. in prin. de exce. rei iud.
n l. inter ſtipulantem. §. j. de verbo. obl.
o d. l. admonendi.
p l. j. §. idem Pomp. de dol. l. diuus. in fin. de in integ. reſtit.
q l. fin. ſ. ſenten. reſcin. non poſ.
r l. diui. ff. de pœn.
s l. cauſa. §. eo.
t l. ij. in fin. ff. ſi li. inge. eſſe di.
u d. l. diui. l. j. in fi. de quæſt.
x gl. l. j. ſ. de pœ. iudic. qui male iud.
y c. nouit. de iud.

ſententiam fiſco propter noua inſtrumēta ex diuorum fratrum reſcripto intra triennium reſtitutionem concedi [a], quod etiam ad tranſactionem hîc omnes extendunt: quæ tamen ſententia dubitabilis eſt [b], 9 † quia vt durum eſt, in his, quæ cōtra iuris communis regulas inducūtur, extenſionem fieri [c], ita duriſsimū ad ea fieri, quæ tanta ratione nō innituntur: ſententia.n. in inuitum fertur [d], 10 † tranſactio conſenſu partium conſtat: at faciliùs ei, qui coactus fuit ſuccurrendum eſt [e]: 11 † nam & ſententia iuris publici eſt, quod faciliùs à lege tollitur: tranſactio priuatorum conſenſu inducitur, quem lex difficiliùs perimit. 12 † Vnde ſolet vulgò dici, lex tibi ſuam, non tuam aufert prouiſionem [f]. 13 † Adde quòd ſententia inſtrumentorum vires, rigore quodam iudiciali, ſi intra dilationem non producātur, perimit [g]: 14 † at tranſactio non rigore, ſed conſenſu extinguit [h]. Veriſimile eſt enim à tranſigente cogitatum, poſſe inſtrumenta aliqua reperiri [i]. Vnde qui ſibi in eum caſum non cauerit, meritò ſubmouendus eſt [k]. Et hæc quidem probabilia ſunt, niſi quòd alia ſententia & receptior, & æquior quoq; eſt. 15 † Quæ ob cauſam publicam in ſententia ſpecialiter recepta ſunt in pupillis quoq; locum habent, quoniam reſpub. & pupilli pari priuilegio extra ordinem iuuantur [l]. Sunt etiam qui non in pupillis ſolùm id obſeruādum autumēt, ſed in adoleſcentibus quoq;: verùm Alex. eos ex edicto de minoribus reſtituendos potius credit, quàm ex eo reſcripto, quoties dolo aduerſarij, vel ſui facilitate inſtrumentum in iudicio nō produxiſſent [m]. 16 † Protrahitur rurſus illud reſcriptum ad Eccleſiam: & eam enim non minore fauore proſequimur, quàm pupillos [n], cùm etiam eccleſiarum cauſa publica ſit [o]: q̃d intelligendū, cùm de re eccleſiarum agitur, non ſimpliciter ipſorum ſacerdotum [p]. Item cùm Eccleſia aduerſus eum litigat, qui pari priuilegio non ſubnititur. 17 † Proinde Eccleſia aduerſus Eccleſiā litigās, quod ad reſcriptum attinet, iure communi vtetur [q]. Alia quoq; ſpeciali ratione receptum eſt, vt tranſactio fieri, niſi viſus teſtamento vel codicillis, non poſsit [r]: & ideò ſi inita ſit, eis deinde inuentis, reuocabitur [s]. Quod & in iuramento fauore vltimarum voluntatū conſtitutū eſt [t]. 18 † Sed an idem in ſententia, vt non inſpecto teſtamento vel codicillis lata non valeat? Et Pontifex ſingulariter cenſuit idem eſſe [u]: quæ opinio recepta non eſt, 19 † cùm ex tali ſententia exceptionem dari lex dicat [x]. Ratioq; cur tranſactio non valeat, nempe in odium eorum, qui ſpe tranſigendi tabulas ſupprimunt, ad ſentētiam extendi omnino non poſsit, 20 † quæ non facto partium, ſed à iudice robur aſſumit.

A ¶ Si quidem actio.) Vt quia nulla acceptilatio interuenerit [y]. Et quod in tranſactione hîc dicitur, idem in ſententia receptum eſt, 21 † quæ ſi dolo rei lata eſt, poterit actor priore actione experiri, 22 & excipienti de ſententia, replicare de dolo. † Si verò dolo tertij, ſecùs eſſet, ſolumq; aduerſus ipſum tertium, ad id q̃d intereſt, agēdum eſſet [z].

b ¶ Si verò.) Sed cur non potius vtilis actio hoc caſu reſtituitur? vel directa non exercetur, tanquam tranſactio propter dolum ipſo iure nulla ſit? vel furti, aut falſi nō agitur? Videndum itaq; de ſingulis. Et circa primam quæſtionem hîc apparet, extinctam etiam per dolum actionem non reuiuiſcere, neque vtiliter: à qua ſententia ſolus. Fulg. diſceſsit, 23 † quoniam exiſtimat poſſe actionem doli cū actione vtili concurrere, q̃d eo exēplo oſtendit, cū fideiuſſor hominem Stichum occîdit. Alibi enim dicitur de dolo agi [a], alibi vtilem actionem ex ſtipulatu dari [b]. Nam & idem videmus in actione, q̃d metus cauſa, quæ cum vtili & ipſa cōpetit [c], ſuadetq; id æquitas, vt potius vtilis detur, quā de dolo, 24 † quæ famam rei onerat [d]. Sed tamē hæ rationes me nō mouerint, vt à crebriore ſentētia deſciſcam, 25 † cū B actio de dolo à prætore non detur, niſi quando alia nulla cōpetit, idq; ipſe edicto ſuo teſtatur [e], meritò cùm vtili non cōcurrit: quod ſecùs eſt in actione metus cauſa conceſſa, quæ famoſa non eſt, & ideò non æquè odioſa [f], vt meritò lex nullo caſu vtilem concedat, quò deceptoris notam imminuat. Nec verum eſt, eodem tēpore de dolo actionē, & vtilem ex ſtipulatu, aduerſus fideiuſſorem dari, ſed diuerſis caſibus: aut enim hominem occîdit poſtquam in mora fuit, & quia C perpetua eſt ex mora actio, vtilis datur: aut ante moram, & quia nulla alia cōpetit, de dolo agendum eſt, vt rectè veteres diſtinxerunt [g]. Quod ad ſequentem quæſtionē attinet, 26 † cùm iudicia omnia ſtricti iuris ſint [h], 27 † tranſactioq; iudiciū principaliter reſoluat, ſ̃. concluſimus [i], 28 † tranſactionē ſtricti iuris eſſe, & ideo propter dolum non ipſo iure infirmari [k], meritò & hîc actione doli experiundum eſt. quod etiā defendi diſputando poſſet, quoties ex maniſeſta actoris calumnia lis inſtituta eſſet: nam tunc lex tranſactionem imper-D fectam ait, quæ vox ad ſolum [l] effectū plerunque refertur [m]. Nec me moueret quòd hoc caſu repeti poſſe, id quod ſolutū eſt, dicitur [n], 29 † cùm tamē ab eo qui exceptione odioſa, qualis eſt doli, tut9 eſt, repeti non poſsit [o]: quia cùm exceptio doli hoc caſu ex æquitate naturali, 30 † ne quiſquam ex calumnia ſua lucrum faciat, inducta ſit, fauorabilis eſt, & ideo etiā repetitioni ſufficit [p], vt Fulg. Paul. Alex. Iaſ. tradunt [q]. 31 † Receptior tamen eſt eorum opinio, qui hoc caſu, cùm actor dolo eui-E dente litem inſtruxit, tranſactionem nullam ipſo iure tradiderunt, tanquam in materia contractus deficiat: quia res dubia non eſt [r], 32 † imputaturq; actori magis calumnia quàm reo: ſiue q; actor non niſi inſtructus, & certus iuris ſui, aliū inqetare debet [s], ſiue q; reus ſe defendit, quæ defenſio velamentū aliquod aduerſus calumniam ſemper habet: 33 † quapropter nunquā de calumnia notatur [t], ſed ſatis eſſe lex exiſtimauit, ſi expenſas reſarciret [u]. 34 † Adnotat tamen hîc Iaſon F quinq; caſus, quibus trāſactio valet, quāuis actore calumniante, quos ab eo, qui volet accipiat. Nunc de tertia queſtione videndum. Et cum lex noſtra, ſubtracta à reo, ipſi actori inſtrumenta affirmet, videretur furti agi poſſe [x]. Vnde ſequitur, vt de dolo actio nulla ſit, quæ tum ſolùm competit, cùm aliter nec ciuiliter nec criminaliter actori conſuli poteſt [y]. Sed difficillima non eſt reſolutio: 35 † ad reſciſsionem enim tranſactionis, de qua hîc tractatur, actio furti nō competit, quę ad pœnam vel ad recuperandam rem ablatam datur, meritò ſolùm de dolo reſciſsionis cauſa agetur [a]: quod & Pet. ſenſiſſe videtur. Dd. aūt aliẽ multifariam diuinarunt: Accur. hîc non fuiſſe contrectata inſtrumenta primum cōminiſcitur, at abſque contrectatione nullum eſſe furtum [b]. Deinde per alium facti inſcium ſubtracta inſtrumenta credidit, quo caſu propter ſubtrahentis, qui ſolus contrectauit, bonam fidem, furti nō agi cenſuit [c]. Butrig. Bart. & nō pauci alij hîc de dolo tractari aiunt, qui celando, tranſactionemq; extorquendo committitur, ex quo furti actionem dari negant [d]: 36 ſecus ſi de dolo ageretur, † qui ſubtrahendo ipſa inſtrumenta perpetratur, vnde furti actionem oriri conſtat [e]. Sed certè lex noſtra ſubtractis, inquit, inſtrumentis. Nam & ſubtractio ipſa principalis eſt, ideoq; ſola perpēdi hac in re debuit [f]: quod in furto maximè dicendum, in quo conſtat ex quotidiana contrectatione, & clandeſtina repoſitione, nouum crimen nullum cōmitti [g]. Tum enim ille deliquit, cùm rē ſubtraxit: at poſtquam fur eſt, alia noua nota non maculatur [h]. Cæterùm quod poſtremò attingendum ſupereſt, cur falſi crimine hîc agi non poſsit [i], 37 expeditam habet reſolutionem. † Non enim quiſquis inſtrumenta ſubtraxit, falſi reus agi poteſt, ſed qui vel deleuerit, vel cōbuſſerit: ſicut & nec ille eo crimine tenetur, qui aduerſus ſolum actorem tabulas celauerit [k]. 38 † Quamuis quod ad legem noſtram pertinet, abſurdum non eſſe aliqui exiſtimauerint, ſi cum falſi accuſatione criminaliter mota concurrere ciuilem de dolo actionem concedamus [l]: eſt enim falſum ſpecies doli, ſicut & ſtellionatus [m].

a l.j.ſ̃. de ſen. ad ſiſc. l. Imperatores ff. de re iud. b arg. d. l. admonendi. c l. quod vero. de legib. d l. inter ſtip. §. j. de verb. oblig. e l. ſi fideiuſſor. §. j. qui ſatiſd. cogan. f gl. d. l. j. ſ̃. ſi aduer. ven. l. aſsiduis. qui pot. in pig. g d. §. & ſi quidem. h c. j. extra eo. i l. qui iure. de teſta. mil. k l. quicquid. de verb. oblig. l l. iiij. ſ̃. quibus ex cauſ. ma. m l. minor 25. annis cui fidei com. de mino. n c. j. de in integrum reſt. o l. j. §. publicū. de iuſt. & iur. p Abb. c. inter monaſterium. de re iud. q c. ſuborta. in fi. de re iud. r l. de his. ff. eo. s l. Imperatores. §. j. l. nō eſt. ff. eod. t l. fi. ſ̃. de rebus cred. u Ro. ſing. 195. Feli. d. c. ſuborta. x l. ſi mater. in prin. de exce. rei iud. y l. cum proponas. z l. argentarius. §. fin. de eden.

a l. ſi fideiuſſor. de dol. l. Stichū. §. tametſi. de ſolut. b l. mora. §. fin. de vſur. l. mora. de uer. obl. c l. ſi mulier. §. fin. quod met. cauſ. d l. pen. in fi. de in integ. reſtit. e l. j. in prin. de dol. f gl. l. ſi cum. §. eum qui. quod met. cauſ. g Bart. d. l. ſi fideiuſſor. & d. l. mora. h l. j. ſ̃. ſi plures vna ſenten. i dixi ſ̃. in rub. eod. k l. dolo. ſ̃. de inutil. ſtip. l l in ſumma de cond. indeb. m l. metū. §. ſed quod prætor. quod met. cauſ. n d. l. in ſumma. o l. qui exceptionem. de cond. indeb. p l. qui ſe debere. de cond. ob cauſ. q Bart. l. ij. ſ̃. q̃d met cauſ. r l. j. de tranſact. s l. qui accuſare. ſ̃. tit. iij. t l. j. ad Turp. u l. properandum. §. ſin aūt alterutr. ſ̃. de iud. x l. qui tabulas. ff. de furt. y d. l. j in prin. cum gl. ff. de dol.

a l. j. de in integ. reſt. l. arbitrio. de dol. b l. inficiando. de furt. c l. ſi is qui rem. §. ſi tu l. ſi quis perferendum. ff. de furt. d l. ei qui. de fur. e l. argentarius. §. fi. de eden. f l. ſi quis nec cauſam. ſi cer. pet. g l. ei qui. l. ij. de priuat. del. h l. iiij. §. ſed q̃d meretrici. de cond. ob turp. cauſ. i l. Paulus. ff. de falſ. k l. iij. §. ſi quis dolo. de tabul. exhib. l l. ſi quis affirmauerit in fin. de dol. m l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mand.

quibus veritas argui potuit, deciſionem litis extorſiſſe probet, ſi quidem actio [a] ſupereſt, replicationis auxilio, doli mali pacti exceptio remouetur: Si verò [b] iam perempta eſt, intra conſtitutum tempus tantùm, actionem de dolo potes exercere. Dat. IIII. Kalend. Octob. Sirmij. AA. Coss.

## LEX XX.

IIDEM AVGG. ET CC. *Antiſtiæ.*

NOn minorē autoritatem [a] tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe recta ratione placuit. Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerant, cuſtodiri. Nec enim ad reſcindendum pactum ſufficit, quòd hoc ſecunda hora noctis [b]

## LEX XX.

1 *Autoritas tranſactionis & ſententiæ eadem.*
2 *Sententia iuris ciuilis obſeruantia firmior eſt, quàm trāſactio.*
3 *Tranſactio iure naturali magis ſubnititur.*
4 *Multiplex eſt inter ſententiam & tranſactionem differentia.*
5 *Sententia faciliùs, quàm tranſactio reſcinditur.*
6 *Tempus contractuum probationem, non ſubſtantiam reſpicit.*
7 *In contractibus teſtes adeſſe & cognoſcere debent.*
8 *In re ardua noctu perficienda & probanda tria lumina requiruntur.*
9 *Nocturna probatio in iudicis arbitrio ſita eſt.*
10 *Notarius impunè partium aſſertionem circa nuncupationem ſequitur.*
11 *Inſtrumenta noctu facta, ſuſpecta ſunt.*
12 *Electio noctu facta accedentibus aliis adminiculis facilè infirmari poteſt.*
13 *Sententia iudicis noctu lata, non valet, niſi neceſsitas poſtulet.*
14 *Laudatiuum & noctu, & altera parte abſente, dici poteſt.*
15 *Arbitratoris mandatum tranſactioni æquiparatur.*
16 *Appellatur & noctu & feriato die.*





L. 20. Non minorem.

NON MINOREM.) 1 † a Par igit̃ eſt ſententiæ, tranſactioniſque autoritas: vtrūq; enim obſeruandum eſt, ſiue ſententia iudicis præceptum, ſiue tranſactione promiſſum [n]. 2 † In hoc tamen differunt, quòd ſententia propter iuris publici obſeruantiam iure ciuili firmior eſt: 3 † tranſactio propter verum partium conſenſum iure naturali magis ſubnititur: 4 † hincq; aliquæ proditæ ſunt differentię [o], ecce ſententia aduerſus ſententiam non valet, trāſactio valet [p]: ſententia ſecundum acta interpretationē recipit [q], tranſactio latius ex mente partium accipitur [r]. Ex ſententia quis ingenuus redditur, ex pactione non redditur [s]: ſententia executionem intra quadrimeſtre tempus nanciſcitur [t]: tranſactio non nanciſcitur, niſi in iudicio C facta ſit, quo caſu propter confeſsionem iudicis arbitrio tempus ſolutioni præfigitur [u]. Ex ſententia actio in factum vel perſecutio iudicis officio competit [x]: ex tranſactione cùm contractus innominatus ſit, nulla actio datur [y]. Ex ſententia ſola naturalis obligatio oritur, quæ nos parére magiſtratibus iubet [z]: ex traſactione vera, quę ex conſenſu naſcitur [a]. 5 † Vnde & ſuprà facilius putaui reſcindi propter noua inſtrumenta rem iudicatam poſſe, quàm tranſactionem [b]: excepto cū ideo reuocatur tranſactio, quia non viſis nec in-D ſpectis ſupremi iudicij tabulis inita ſit [c]: hac eñ ex cauſa res iudicata non retractatur [d].

b ¶ Hora noctis.) 6 † Nihil enim refert in contractibus, an die, an nocte celebrati ſint, quia tempus eorum ſubſtantiam non reſpicit, ſed probationem. 7 † Debent enim teſtes ipſi actui adeſſe, parteſq; cognoſcere [e], quod noctu fieri non poteſt, niſi lychnus accendatur. 8 † imò in re ſuſpecta, & grauis pōderis, tria lumina neceſſaria ſunt [f], alioqui nulla eſſet eius rei probatio. Vnde tra-E ditum eſt, reprobatos fuiſſe quoſdam teſtes, qui homicidium à Sempronio tale nocte fieri vidiſſe ſe dicebant: id enim impoſsibile eſt, niſi luna lucente, vel accenſis lychnis [g]. 9 † Ego rem omnē arbitrio iudicis relinquendam magis cenſerem: ſunt enim quidam felium oculis, qui noctu vident, quos Galenus & alij veteres nyctalopas vocant [h]. Sunt quandoq; noctes ſubluſtres, ſunt crepuſcula, quibus viſus omnino nō impeditur. Quod & in ea ſpecie cenſerem, cùm notarius in F inſtrumento atteſtatur, Arduinum mille aureos P. Ianuario ſpopondiſſe, negatq; id Arduinus, nec conſtat eum aut notario, aut teſtibus cognitum fuiſſe: cum enim nihil neceſſe ſit teſtes, qui inſtrumento adſunt, contrahentium notitiā habere [i], 10 † cùm & notarius ſolam partium aſſertionem, ita ſe nuncupari affirmantium, impunè ſequatur [k], apparet facilè poſſe falſum cōmitti, vel de alio Arduino intelligi [l]: & ideo iudex eā pręſumptionem, quæ pluralitati perſonarum aduerſatur [m], ex rei creditoriſue qualitate, cōtrariiſq;

n l. ij. de iur. iur. o l. ſub prætextu l. ſi de certa. ſ̃. eod. p l. ſi diuerſa. ſ̃. eod. q l. ij. ſ̃. de iudi. r l. ſub prætextu. ſ̃. eod. s l. diffamari. ſ̃. de ing. l. ſi iurauero. de iur. patr. t l. ij. ſ̃. de vſur. u l. ſi debitori. de iudic. x l. intra. de re iud. y l. ſiue. ſ̃. eod. z l. veluti. de iuſtit. & iur. a Bart. l. Iulian. verum. de cond. indeb. b ſ̃. l prox. c l. de his. ff. eod. d gl. l. iij. §. item ſi verb. euicerit. ff. ſi cui plus quā per leg. falcid. e l. fin. §. ſin aūt dubius. ſ̃. de iure delibe. l. teſtium. de teſti. f l. j. §. tria. de ventr. inſpi. g gl. l. ſi cum exc. §. in hac. quod met. cauſ. h l. idem Offilius. §. pen. de ædi. edict. i gl. c. cum cauſam. gl. iiij. de teſtibus. k Bald. in rub. de fid. in ſ̃. col. 5. l Bar. l. ſi in rē. de rei vend. m l. omnium. de teſta.

a l. vbi. ff. de falſ.
b ... aut in ... de tabel.
c Bald. c. j. pen. ... ſi init.
d arg. c. j. vt ec cl. benef.
e c. quia pro- inter §. i. de ele&. Abb. c. j. de ſlan deſp. Moder. tract. de cel. iij. parte. c. 37.
f c. conſuluit. de offic. deleg.
g §. ſedebunt. auth. de iud.
h l. j. ff. iij. de feriis.
i d. c. conſuluit. verſ. fi. l. ſi de meis. §. fin. l. ſi feriatis. de arbitris.
k Bal. §. itaq; in proœ. ff.
l Bar. l. more. de feriis.
m Dd. hic & d. c. conſuluit.
n Alex. hic.
o c. quintaualis. de iureiur.
p auth. hodie. vbi Bald. ff. de appel. l. j. §. dies. verſ. quis ergo. ff quan. app. ſit.
q l. j. ff. de fer.

coniecturis moderabitur[a], nec facilè tali documento credet, quod nulla negotij geſti viua atteſtatione iuuetur[b]. Non tamen par ſemper cauſa eſt actus noctu vel interdiu geſti: 11 † inſtrumenta enim noctu facta, faciliùs ſuſpecta præſumuntur[c]. 12 † Vnde & electio noctu facta, licet mero iure valere videatur[d], tamen ſuſpicione non caret, faciliusq; accedentibus aliis adminiculis infirmari poſſet[e]. 13 † Sed & ſententiam iudicis noctu latam nõ valere receptius eſt[f]: debẽt enim iudiciarij hi actus interdiu fieri, cũ & tali ſolùm tempore ſedeant iudices[g]. Quod intelligendum, niſi quãdo aliàs res tẽpore peritura eſſet[h], vel iuriſdictio finiretur[i], vel multitudine cauſarum impeditus iudex, neceſſariò in noctem negotium diſtuliſſet[k], vel ſi partes expreſsim conſenſiſſent[l]. Idem ſi tacitè, vt quia pręſens non aduerſatur, ſed ſilet[m]. Conſuetudine quoq; induci põt, vt tali tempore lata ſententia valeat, quod oẽs hîc fatẽtur. Excipit Alber. & ſententias in cauſis piis latas: alij etiam eas quæ ad voluntariã iuriſdictionem pertinent. 14 † Illud q̊q; conſtat arbitratoris laudatiuum valere, quod noctu dictum coram partibus ſit, vel etiã altera abſente, dum id iuris ei ex mandato cõpetat, vt etiã abſq; citatione decidere rem poſsit[n]: 15 † contractui enim ſeu tranſactioni arbitratoris mandatum æquiparatur[o], q̊d alibi diſputauimus. 16 † Sed & appellatio, cùm ad defenſionem pertineat, noctu interponi poteſt[p]: quid ni? cùm & die feriato appellare poſsimus[q]. Quæ autem noctu proteſtationes fieri poſsint, alibi attigimus.

proponas: cùm nullum tẽpus ſanę mentis maioris XXV. annis conſenſum repudiet. S. IIII. Kalend. Octob. ipſis A. V. Coss.

## LEX XXI.

IIDEM AVGG. *Geminiano.*

CVm ea, quę tranſactionis cauſa da- B ri aut retineri conuenit, velut emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præſcribitur, iis, quæ ſimulatè geruntur pro infectis habitis, fruſtrà ficti pretij poſtulatur numeratio. S. V. Non. Octob. ipſis AA. Coss.

## LEX XXI.

1 *Qui tranſactionis cauſa dedit, fruſtrà pretium petit.*
2 *Simulatio fieri dicitur interdum actu imaginario.*
3 *Simulatè agitur, quod falſa ſpecie honeſti tegitur.*
4 *Simulatè agitur quandoque, cùm mutata cauſa contrahitur.*
5 *Contractus ſimulatus eſt, cùm ex mente contrahentiũ ſubſtantia debiti deficit.*
6 *Simulatio regulariter non præſumitur.*
7 *Qui contractum ſimulatum affirmat, ſpecialem ſimulationis cauſam allegabit.*
8 *Contractus periurio non confirmantur.*
9 *Iuramentum ne ſimulationi aduerſemur, valet.*
10 *Iuramentum in contractu ſimulatio nullum eſt.*
11 *Iuramentum contractu ſemper eſt acceſſorium.*
12 *Iuramentum quamuis ex interuallo appoſitum, contractus naturam imitari debet.*
13 *Iuramentum in odium cauillantis ſimulatum contractum firmat.*
14 *Iuramenti deciſio in contractu ſimulato ex iudicantis pendet arbitrio.*

r l. imaginaria. de reg. iur.
s c. ad noſtram, de empt. l. iiij. ff. plus val. quod ag.
t l. ſi ex pretio. ff. ſi cer. pet.
u l. cum precibus. de proba.
x c. ſi. de renũ.
y conſil. 69. Petrus Nic.
z l. ſi ff. de reb. cred.
a Abb. c. cũ contingat. de iureiur.
b c. debitore. de iureiur. Ang. 106. domina.
c c. ſi cui. in fin. de iureiur.
d gl. d. l. iij. Dd. l. nemo poteſt. de leg. j.
e Argum. l. iij. ff. quod met. cauſ.
f Imol. & Rõ. l. qui mihi donatũ. de dona.
g 22. q. 5. c. quãcunq; & §. & his omnibus.

1 CVM EA.) † Qui rem ob trãſactionẽm dat, licet cauſam venditionis ſimulet, venditor tamen non eſt, & fruſtrà pretium petit. 2 Triplici autem modo inducitur ſimulatio: quandoque enim contrahimus id agentes, vt contractus ille omnino nullus ſit, imaginariusque hic actus appellatur[r]. 3 † Quandoque in ſpecie aliquid agimus, cauſamque iuſtam prætendimus, cùm tacitè aliquid illicitum agatur; vt cùm fœnerator quod pignoris cauſa acceptum eſt, emiſſe videri vult[s], hicque propriè contract⁹ ſimulatus eſt. 4 † Quandoque verè contrahimus, ſed ſolùm iuſtam cauſam in aliam æquè iuſtã mutamus, vt quod mutuum fuit cùm depoſiti cauſa apud nos eſſe fatemur[t], & hunc propriè ſimulatum contractũ non eſſe Barto. cenſuit, cùm ſubſtantia debiti non deficiat, licet mutata ſit cauſa. 5 † Hîc tamen apparet rectè dici cauſam ipſam ſimulatam, opinor & contractum hîc eſſe ſimulatum, cum ex mente contrahentiũ ſubſtantia debiti deficiat: actum enim erat, vt pretiũ omnino nullum deberetur, quamuis inſtrumentum venditionis nomen præ ſe ferret. 6 † Non pręſumi autem ſimulationem regulariter traditum eſt, quia inſtrumento ſtandum eſt, donec aliud probetur[u], 7 † deberq; quiſquis contractum ſimulatum fuiſſe affirmat, ſpecialẽ ſimulationis cauſam allegare, probareq;, alioqui obtinere nõ poſſet[x], quod Bartolus reſpondit[y]. Sed quid ſi in caſu legis noſtræ iuſiurandum acceſsiſſet? 8 † Et ſi iuratum ſit prædicta omnia eſſe vera, &c. nihil adhuc actum eſt, quia qui actum ſimulatum iurat eſſe verum, hoc ipſo periurus eſt, contractus autem periurio confirmari abſurdũ eſſet[z]. 9 † Sed quid ſi iurauit quis actui ſimulato non aduerſari, contrafacereue? Et valere huiuſmodi iuramentum aliqui cenſuerunt[a], idq; promiſſum videri, ne ſimulatio detegatur: & ideo in caſu noſtro, altero pretium petente, alter obiicere de trãſactione non poſſet[b], niſi abſolutione à Pontifice priùs impetrata. Sed hanc ſententiam egõ communiter approbari non crediderim. Cùm enim conſenſus propter ſimulationẽ à tali iuramento abſit, non videtur neceſſaria eſſe alia abſolutio[c]. 10 † Et ideò arbitror non eſſe recedendum à cæterorum traditionibus generaliter affirmantium iuramentum hoc in contractu ſimulato nullum eſſe, tanquã conſenſu deficiat[d]: idq; exceptis duobus caſibus. Primus, cùm celebrato cõtractu deinde iuramentum ex interuallo præſtitum fuiſſet: videntur enim partes à cõtractu vero tũc receſsiſſe, & ſimulatũ loco veri confirmaſſe[e]. 11 † Qua tamen in ratione ego ſubſiſto, cùm iuramentum ſemper contractui acceſſorium ſit, 12 † & ideo tametſi ex interuallo acceſſerit, imitari cõtractus naturam debet[f]. 13 † Alter eſt, cùm vnus ex contrahẽtibus ſolùm iuraſſet, & ob ſimulationem aliud verbis concepiſſet, quàm mente ſentiret, vel callidè in formula cauillaſſet, tunc iuramentum in eius odium valeret, & ſecundum eius, cui præſtitum eſſet, ſententiã declararetur[g], q̊d & leonino rhythmo Accurſ. expreſsit: Fallit iurantẽ iuratio facta

a gl. verb. quatuor. in auth. iuſiuran. quod præſt.
b l. Iulianus. §. ſi quis colludente. de act. emp.
c l. j. ff. plus val.

14 facta per artem[a]. † Ex arbitrio igitur recipientis iuramentum hoc caſu decidetur, an valet, an pro irrito habendum ſit[b], quod & Baldus annotauit[c].

## LEX XXII.

1 *Caſus poſitio in hac lege.*
2 *Minor an & quando aduerſus tranſactionem reſtituendus.*
3 *Quorundam intellectus ad hanc legem.*
4 *Fraus in alienatione præſumitur ex ſex coniecturis.*
5 *Decem alij caſus, in quibus fraus præſumitur in alienando. & num. 7. 8. vſq; ad fin. l.*
6 *Nimiæ cautelæ fraudis meditationem arguunt.*

## LEX XXII.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Alexandro.

A SI maior[a] tranſegiſti, ad reſcindendam tranſactionem de dolo conteſtatio non ſufficit. S. Kal. Decemb. ipſis AA. Coss. B

d l. præſcriptionem. l. ſi q. ff. de excep. l. empt. de præſcript. long temp.
e l. doli. de noua.
f l. non omnia. de minor.
g l. non poſtea. §. ſi minor de iureiur.
h l. dolum ff. de dol. l. metum. ff. quod met. cauſ.
i l. omnes. §. j. de his quæ in fraud.
k l. data ff. de donat.
l l. & ſub imagine. ff. de diſtra. pig.
m l. non exiſtimo. de admin. tut.
n l. ſi vetri. §. fi. de pri. cred.
o l. ſi ff. de ſtip. ſer. vbi Bart. gl. l. ſi quis locuples. de manu. teſta.
p l. poſt cõtractum, de don.
q l. ſi quis. ff. de reſcind. vend.
r c. quã graui. de crim. falſ. l. conſtit. in fi. ad muni.
s gl. l. ſi qs ſub cõd. de cõ. inſti.
t gl. c. j. vt beneſ eccleſ.
u §. de augmẽ.

1 SI MAIOR.) a ¶ † Petebã certũ fundum vel forte centũ, mihi ex certa cauſa à te promiſſa: excepiſti nihil te ſpõpondiſſe, cõteſtatusq; es, caſu quo quicquam promiſſum probarẽ, te fuiſſe dolo circunſcriptum: deinde tranſegimus in lite: cùm ꝓmiſſa mihi in tranſactione peterem, ſupplicaſti ad Cæſarem, vt tranſactionẽ, reſcindi iuberet, cùm de conteſtatione doli, id eſt, conditionali ipſa exceptione[d], non videretur tranſactum. Et hîc reſponſum extat, maiori nequaquam ſuccurrendũ eſſe: quo fit vt lex innuat, minori poſſe ſuccurri: quod eatenus intelligẽdum eſt, vt videat iudex, an verè prior illa promiſsio ſeu alienatio ex dolo proceſſerit: nam eo comperto, etiam poſteriorem ex tranſactione reſcindet[e]. 2 † Traditum enim eſt, non temerè minorem aduerſus tranſactionem reſtituendũ eſſe[f], niſi probata læſione, nimiaq; ſui facilitate[g]. Quòd ſi de dolo aduerſarij ſui iam ſit cõteſtatus, ſufficiet id, ne exceptio tranſactionis litis ingreſſum impediat: atque ita hoc ego reſcriptum interpretor. 3 † Alij tamen ſimpliciore & indubitato ſenſu accipiũt, ex ſola doli proteſtatione, non ideo in promiſsione alienationéue fraudem præſumi, ſed omnino ex perſpicuis indiciis probandam eſſe[h]. 4 † Sunt tamen præcipuæ ſex coniecturæ, vnde fraus in alienatione præſumi poſsit: vt cum quis vniuerſa bona alienat[i]: vt cùm coniunctis perſonis ſit alienatio[k]: vt cùm eã facta nihilominus alienãs in poſſeſsione remanſerit[l]: vt cùm donatio clandeſtina eſt[m]: vt cùm re alienata, incontinenti graue delictum quis admittit[n]: vt cũm alienatio conditionẽ habet, ſi deliquerit: apparet. n. iam de delicto cogitatũ eſſe[o]: quæ omnia alibi à Dd. congeſta, declarataq; cernere eſt[p], 5 † quos vltra & ipſe X. caſus q̃nq; annotaui. Primus, cũ in alienatiõe legitimæ ſolẽnitates minus obſeruatæ ꝓponũtur[q]; vel cõmunis ſtylus neglect⁹, inſolitęq; clauſulæ adiectæ[r], 6 † cũ & nimiæ cautelæ fraudis meditationẽ arguãt[s]. 7 † Secũdus, cũ alienatione aliqua ex cauſa celebrata, ſentẽtiã partes mutaſsẽt, & aliũ titulũ prætexuiſſent, præſumit ex variatione fraus[t]: q̊d & in digama muliere ſancitũ eſt, cõſtitutã ſemel dotẽ minuẽte[u]. 8 † Tertius, q̃n alienatio facta ſub nomine vẽditionis eſſet, nullo



L. 23. Nec intentio.

9 tis. in auth. de nupt. verb. vitricum.
x l. j. ſi mutuã. in fi. & §. quod ſi lite. ii quis in frau. pat.
y l. per diuerſas. vbi Bar. 2. q. 1. mand.
z l. qui ſic. de ſolut.
a l. ab Anaſtaſio. ff. mand.
b argu. l. ſi ita quis. in fin. de leg. ij. Guil. Cy. Bald. l. ſi tibi in prin. de pact.
c arg. l. ſi quis integris. in fin. qui & à quib.
d l. qui teſtamentum. de prob.
e l. cum quis decedens. §. pe. de leg. iij.
f Bart. d. l. ventri. §. fin.
g l. non intelligitur. §. tacitè. de iu. fiſc.
h l. iiij. ff. de fid.
i l. ſcripturas. & auth. ſi quis. ff. qui pot. in pig.
k Curt. conſ. 56. col. 4.
l l. cum hi. §. ſed & pars. ff. eod.
m l. ſi quis, ex arg. §. j. de eden. Curt. d. conſil. 56. in fin.
n Luc. l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ.

pretio corporaliter interueniẽte[x], vel modico numerato[y]: idem ſi interueniſſet quidẽ pretiũ, ſed deinde perfecto cõtractu reſtitutũ fuiſſet[z]. 9 † Quartus, quando alienatio mixtim titulo donationis venditionisq; celebrata fuiſſet, vt ſicut tali caſu ceſsio actionum eſt nulla, amittuntq; contrahẽtes ius ſuũ[a], ita in aliis contractibus ſaltem fraudis ſuſpicio oriatur. 10 † Quintus, q̊ties alienatio cõditionem haberet ex voluntate alienãtis reſolutoriã[b]. Idem ſi collata eſſet reuocatio in alicuius volũtatem, qui aliàs ſuſpectus eſſet, puta matris, vel coniuncti[c]. 11 † Sextus, cùm alienatio inter perſonas prohibitas celebrata eſt[d], cum enim neç confeſsioni quidem iuratæ ipſorũ ſtandum eſſet[e]. 12 † Septimus, cùm ante alienationem aliqua verba qs effutiiſſet, vnde dolus argui poſſet[f], quod & prouerbiale carmen indicat,

Ἡ γλῶσσ᾽ ἁμαρτάνουσα τ᾽ ἀληθῆ λέγει.

*Peccante lingua, veritas oſtenditur.*

13 † Octauus, ſi alienatio priuatis chirographis celebrata apparet[g], ſuſpecta eſt, tum quia clandeſtina, tum quia anticipata, ſeu, vt veteres dicunt, repetita die fieri potuit[h], interimq; chirographũ penes alienantem eſſe[i]. 14 † Nonus, cum alienationis inſtrumẽtum eo tempore exhibetur, quo & notarius & teſtes in eo deſcripti, in humanis eſſe deſierunt, vel qui ſuperſtites ſunt magna amicitia ei iunguntur, cui id inſtrumẽtum bono eſt, quod Curtius ſenior reſpondit[k]. 15 † Decimus, cũ ex qualitate perſonę vel rei natura, alienatio ſeu promiſsio ſuſpecta eſt: qualitas enim perſonarum præſertim inſpicienda eſt[l]: vt cùm quis humilis & deploratæ vitæ obligationem exhiberet maioris ſummæ, quàm vt veriſimile ſit eum ſperaturum fuiſſe[m]. Putauerim igitur iungi has coniecturas poſſe: ſufficereq;, ſi ita iudici ſederit, vt dolus præſumatur. Sunt & particularibus aliis caſibus pleræq; doli præſumptiones à Pyleo Moguntiaco primùm, dein à Luca Pennenſi congeſtæ[n].

## LEX XXIII.

IIDEM AVGG. & Cæſſ. Tatiano.

A NEc intentio[b] creditorum Artemidori, cui alios ſucceſsiſſe profiteris, ſi obligatus pro eo nõ fuiſti, tenere te po- B

## LEX XXIII.

1 *Caſus huius conſtitutionis.*
2 *Dubitandi cauſa.*
3 *Decidendi ratio.*
4 *Natura tranſactionis eſt, vt qui ex ea cauſa promiſit, ſoluat.*
5.6 *Duo caſus exceptiui ad hanc regulam.*
7 *Tranſactio non extenditur vltra id, de quo litigatum eſt.*
8 *Bonæ fidei poſſeſſor indemnis præſtandus.*
9 *Si tanquam hæres alicuius tranſegi, an & quomodo mihi aduerſus veros hæredes ſuccurratur vſque ad finem.*

1 NEC INTENTIO.) b ¶ † Artemidori creditores affirmãtes me eius hęredẽ eſſe, aduerſus me itẽdere cœperũt, cũ qb. ego tandẽ trãſegi, & certũ ꝓmiſi: euictã demũ mihi eſt hæreditas, declaratũq; eã ad Seiũ p-

tinere: quæritur, quemadmodum aduerſus cre-
2 ditores ſuccurſum mihi ſit? † & videretur, ſi ſol-
ui, repetere tanquam indebitum poſſe[a]: ſi non
3 ſolui, exceptionem eis obſtare. †Sed tamen hîc
contrarium reſcriptum extat, nulloq; mihi reme
dio prouideri, cùm
tranſactio litis fini-
tæ exceptio ſit, mi-
hique imputandum
ſit, ſi tranſegi: non
enim amplius hæc
quantitas à me tan-
quam hærede debe-
tur, ſed ex nouo trãſ
4 actionis titulo[b]. †
Nam id natura trãſ-
actionis inducit, vt
qui ex ea cauſa pro-
miſit, ſoluat, ſiue ex
principali cauſa de-
beret, ſiue non debe
ret: quamuis ergo
nihil origine inſpe-
cta deberem, quia
hæres non eram, tranſactioni tamen ſtandũ eſt[c].
5 †Non procedit tamen legis noſtræ deciſio duo-
bus caſibus. Primus, cùm creditores ipſi ſcientes
prudentesq; me non eſſe hæredem, manifeſta ca
lumnia me inquietaſſent[d]: quod plerique hîc fa-
6 tẽtur. †Alter eſt, cùm ego tanquã Artemidori hę-
res tranſegiſſem: attendenda enim eſt qualitas,
ſecundum quam tranſegi[e]. Vnde ſi declaretur
me hæredem non eſſe, videtur condictio indebi-
ti concedenda[f]: ſi tamen in lite apparet nihil diſ-
7 putatum, an eſſem hęres, †quia non debet tranſ-
actio vltra eius rei, qua de litigatum eſt, limites
protendi[g]. Cùm enim ſalua ſint creditorum ad-
uerſus veros hęredes iura[h], ſequeretur duplicem
eiuſdem æris ſolutionem eos poſſe recipere, à
me prætextu tranſactionis, ab hæredibus iure D
hæreditariæ obligationis: quod quidem natura
8 iniquum eſt[i], † cùm & nõ debeat bonæ fidei poſ-
ſeſſor in aliquod detrimentum incidere, ſed o-
mnino præſtandus ſit indemnis[k]: obſeruabitur
ergo reſcriptũ hoc in dubio, cùm nec ex actis cõ
9 ſtat limitatam fuiſſe tranſactionis cauſam. †Sed
nunquid mihi ſuccurretur aduerſus veros hære-
des? Et quoties poſſeſſor æs hæreditarium diſ-
ſoluit, traditum eſt, id poſſe veris hæredibus im-
putari[l], idque ſuadente æquitate[m]. Idem ſi illud E
æs non debeatur, dum tamen iuſtiſsima fuerit
poſſeſſoris opinio debêri credentis[n]. Quòd ſi
poſſeſſor condicere à creditore, quàm imputare
hæredi malit, audiendum arbitror[o], putarimque
non aliter imputare hæredi poſſe, quàm ſi actio-
nem ſeu condictionem ceſſerit, cùm alioqui tu-
tus non eſſet hæres[p]. Si verò ſimpliciter nomine
hæreditario poſſeſſor ſoluit, nec ceſsionem qui-
dem neceſſariam eſſe, quia tali ſolutione libera-
tus mox eſt verus hæres[q], quod Fulgoſius, Sali- F
cetus, atque alij hîc ſenſere. Igitur exemplo ſolu-
tionis, exiſtimandum videtur etiam in tranſa-
ctione mihi aduerſus hęredem ſuccurri, ſi nomi-
ne hæredis, ſeu tãquam hæres tranſegero, & ſol-
uero: cùm enim hoc caſu adiuuetur hæres, quia
videtur creditorem habuiſſe animum remit-
tendi contemplatione hæredis, meritò mi-
hi ſuccurri debet: qua tamen in re amplius pro-
pter legis noſtræ generalitatem, de liberan-
dum eſt.

a l. ſi pœnæ. §. j. de cond. indeb.
b l. Imperatores. §. fi. ff. eo.
c arg. l. iij. §. idẽ ſcribit. de pecul.
d l. in ſumma. de cõd. indeb.
e l. ſi cũ proponas. §. j. ff. de inoffi. teſta.
f d. l. ſi pœnæ. arg. l. de ætate. §. ex cauſa. de inter. act.
g l. age. ꝟ. co. l. ſi de certa. ꝟ. co.
h l. ſi tibi. in fin. de pact.
i c. bona fides. de reg. iur. in 6. l. ſed & ſi. §. conſuluit. l. item videndum. de petit. hæred.
k l. de hæreditate. ꝟ. de pet. hæred.
l gl. l. ſi in area. in fi. de cond.
m l. quod ſi poſſeſſor. in fin. ff. de pet. hær.
n d. l. ſi pœnæ. §. j. l. ſi à patre. ff. de cond. inde.
o l. ſi hæres pecuniam. ff. ad Trebel. l. quod ſi in diem. §. fi. de pet. hær.
p l. ſoluendo. de neg. geſt. l. de qua re. §. fin. de iud.
q l. antepen. ff. de pact. Bar. l. ſi actionem. ꝟ. tit. j.

teſt: ſed hoc integro negotio tractari conuenerat. Nam cùm A quæſtionẽ trãſactione deciſam, & à te dari placitam, numeratam pecuniã proponas, huius indebiti ſoluti prætextu, improbè tibi petitionẽ decerni poſtulas: cũ B & ſi tantùm in ſtipulationem fuiſſet deducta, indebiti promiſſi velamento defendi non poſſes. Dat. VIII. Id. Martij, C C. Coss.

## LEX XXIIII.

1 *Tranſigens certa ſumma, reliquum cenſetur remittere.*
2 *Qui ſimpliciter confitetur ſe certam ſummam debere, & in reliquo conueniri poteſt.*
3 *Quod procedit, etiamſi taxatiuè reſpondeat.*
4 *Niſi creditor huic taxationi conſentiat.*
5 *Si creditor centum petijt, quæ ſibi pro reſiduo debebantur, maiorem ſummam petere non poteſt.*
6 *Niſi errorem confeſsionis creditor alleget & probet.*
7 *Si debitor taxatiuè debitum ſoluat, & creditor ſimpliciter accipiat, an maiorem ſummam exigere poßit. & num. 9. 11.*
8 *Quoties alicui fit proteſtatio, qui aliàs iuri communi innititur, videtur ille potius iuri ſuo inhærere, quàm aduerſarij proteſtationi conſentire.*
10 *Non poteſt quis ex eo, quod ſubuertere nititur, vtilitatem conſequi.*
12 *Deciſio litis quid.*

## LEX XXIIII.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Victorino.

SIquidem ex cauſa tranſactionis acceptis ijs, quæ inſtrumento continentur, nihil amplius peti conuenit, aduerſariam tuam exceptionis auxilio defendi A perſpicis. Sin verò certam quãtitatem, quaſi ſolam ab ea debitam, reddere ſe debere ſine litis deciſione cõfeſſa eſt, tam eam, quàm reſiduam B debiti partem petere minimè prohiberis. S. V. Non. April. Sirmij C C. Coss.

SI QVIDEM.) a ¶ † Qui tranſigit cer
ta ſumma reliquum cenſetur remitte 1
re: quia ea eſt natura tranſactionis, vt
amplius non petatur. † At qui ſimpli
citer confitetur ſe certam ſummam debere, in re-
liquo quoque conueniri poterit: quod intelli- 2
gunt Doctores[r], † etiam ſi taxatiuè reſpondeat,
vt quia faſſus eſt ſe debere centum tantum, & ſu
pra hanc ſummam non teneri: vel dixit ſe pro re- 3
liquo debere tantam ſummam[s]. † Sed ſi credi-
tor ei taxationi conſenſiſſet, tunc enim ſecùs eſ- 4
ſet: nihil enim amplius peti poſſet[t]. † Vnde cùm
creditor centum petiiſſet quæ ſibi pro reſiduo 5
debebantur, à pleriſq; reſponſum eſt, maiorem
quantitatem eum petere non poſſe[u]: cui ſenten
tiæ & ipſe aſſentior, † niſi errorem confeſsionis 6
creditor allegauerit, probaueritq;[x] tunc enim
aucupatione illius verbi non eſſet eludendus[y].
† Sed quid in caſu mixto, vt cùm debitor credi-
tori dixit, ecce centũ, quæ duntaxat tibi debeo, 7
& creditor ſimpliciter accepit, an videatur exclu-
ſionis aduerbio acquieuiſſe? Et Bar.[z] argumento
huius reſcripti nõ arbitratur, ſed poſſe creditorẽ
adhuc maiorẽ quãtitatẽ petere, & ſibi debitã ꝓ-
bare. † Quoties.n. alicui fit ꝓteſtatio, qui aliàs iu
re cõmuni innititur, videtur ille potius iuri ſuo
inhærere, q̃ aduerſarij ꝓteſtatiõi cõſentire[a], me-
ritò ſilentiũ tali caſu ꝓ cõſenſu nõ habetur, cùm
præcidere illi creditor nõ potuerit, quin quicqd
vellet, effutiret[b], cũ & tacere idẽ potuerit, qa ſcie
bat ius ſuũ illabefactum durare[c]. Qua ratione e-
tiam ſuprà concluſimus beneficio diuiſionis v-
ti reum debendi non poſſe, qui pro rata ſua ſe
ſoluere dixerit, creditore ſimpliciter pecuniam
accipiẽte & tacẽte[d]. † Sed videret cum reo centũ 9
ſe duntaxat debere cõfiteretur, nõ poſſe actorẽ eã
confeſsionem diuidere, cùm eadem exceptione
ver-

r Bal. Paul. Iaſ. Moder.
s arg. l. Aurelius. §. pen. de lib. leg.
t Azo in l. rationes. C. de probat. d. l. ꝟ. de probat.
u gl. & Dd. l. ſi ex plurib. de acceptil. Dd. l. ij. ꝟ. de hær. inſtit.
x arg. l. ſi ego. ff. ſi cer. pet.
y Bar. l. non ſatetur. de confeſ.
z l. ſi cum dos. rer. amot.
a l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. Abbas c. Cumana. col. iij. de elect.
b l. Caius. de pig. act.
c l. ſicut. §. non videtur. quibus mod. pig.
d l. ſi creditores ꝟ. tit. j. verſic. 7.



verborum prolata confeſsio partim acceptari,
partim oppugnari non debeat[a], † & generaliter
traditum ſit, ex eo quod quis ſubuertere nititur,
non poſſe vtilitatem conſequi[b]: non ergo ad-
mittẽdus actor fuit, qui aduerſus taxatiuam de-
beri ſibi ampliorẽ
ſummam conten-
11 dit. † Sed reſpon-
dendum ex Baldi
Salicetique ſenten-
tia eſt, qui aduerſa-
rij confeſsionẽ ac-
ceptat teneri eam
cum connexis qua-
litatibus omnibus
acceptare[c]: at taxa-
tiua connexam qua
litatem nullam in-
ducit quia centum
illa, de quibus con-
feſsio loquitur, ſepa
rata ab alia amplio-
re ſumma cenſen-
tur[d], imò quanti-
tas, quæ ſupra cen-
tum eſt, diuerſum
corpus conſtituit,
vt minimè prioris
numeri qualitatem
reſpiciat.
a ¶ Deciſionis.)
12 † Eſt deciſio litis, i-
pſa trãſactio καὶ διά-
λυσις[e] Ciceroni pro
Roſcio. Sic & Iuue-
nalis:

*——decidere iactu*
*Cœpit cum ventis imitatus Caſtora.——*

Metaphora vel ab his, qui rem cõtrouerſam ſcin
dunt, vt æquam partem quiſque auferat, & à lite D
recedatur: vel ab ægrotis: ſiquidẽ, vt ait Ouid.

*—— immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.*

a c. cum olim. de cõſti. gl. l. 10 ſiquidem ꝟ. de except.
b c. ex eod. de regul. iur.
c Bart. d. l. Aurelius.
d l. ij. § ſed ſi mihi. de ver. obl.
e l. ſub prætextu. ꝟ. eod.

## LEX XXV.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Marcellæ & Quirillæ.

SI maiores XXV. annis cum patruo ſiue auunculo veſtro trãſegiſtis, vel ei debita donationis cau- A ſa ſine aliqua conditione remiſiſtis, non idcirco quòd hoc huius hæreditatis captãdę cauſa, ſpe futuræ ſucceſsiõis vos feciſſe ꝓponatis alijs ei ſuccedẽtibus inſtau- B rari finita debent. S. II. Idib. April. C C. Coss.

## LEX XXVI.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Dionyſiadæ.

C TRanſactione matris filios eius nõ poſſe ſeruos fieri, notiſsimi iuris eſt. S. Id. Apr. C C. Coss.

ſa hæc à iure pro nulla habetur[h], & cùm in vim
modi adiecta ſit, non impedit remiſsionem[i], me
liorq; eſt conditio poſsidentis, id eſt, eius, qui li-
berationem acquiſiuit[k]: quod ſecùs in conditi-
one eſt. Ante enim conditionis euentũ nullum
ius tranſiit. † Sed qd
4 ſi cùm ego patrui
hæreditatem capta
rem, ille vt ad trãſ-
actionem me allice-
ret, ſpem inſtitutio-
nis fecit, deinde ve-
ris tabulis nihil reli
quit, & coruum de-
luſit hiantem? Et pu
tarint aliqui actio-
ne doli ſaltem mihi
conſuli[l]. Quod &
Deci. ca in ſpecie cẽ
ſuit, cùm maritus
ſpe hæreditatis à ſo
cero conſequendæ
vxorem minima do 5
te accepiſſet[m]. † Sed
ego ſuprà hanc ſen-
tentiam non proba
ui: imputet enim ſi-
bi, qui reprobatam
à iure noſtro ꝓmiſ-
ſionem temerè ſe- 6
quutus eſt[n]. † Sed
quid ſi qui remiſit a-
ctionem, ad eã pau-
pertatem deueniat,
vt alimẽtis indigeat, an ſaltẽ eatenus
reſcindere tranſactionem poterit, vt ali poſsit?
Et dubium non eſt non poſſe, niſi tranſactio hęc
iurata, in vim donationis valuiſſet, quia liquidũ
fuiſſet remittendi ius[o]: debet enim ali donator,
alioqui reuocationi locus eſt, quod Baldus quo-
que hîc cenſuiſſe videtur[p].

L. 26. Tranſactione.
h l. pactũ quod dotali. ꝟ. tit. j.
i l. demonſtratio. §. j. de con. & demonſt.
k gl. d. l. cũ donationis. in fin.
l l. ſi quis affirmauerit. §. j. de dolo.
m Dec. d. l. pactum quod dotali.
n Bal. l. cũ Archimedoram. col. fin. ꝟ. vt in poſſ. leg.
o Dd. l. ſi cauſa. ꝟ. eod.
p l. fin. ꝟ. de reuoc. dona.

## LEX XXV.

1 *Facti ſpecies huius legis.*
2 *Exceptiones aliquot ad hanc legem. & num. 3.*
4 *Spe futuræ inſtitutionis tranſigens, ſi non inſtituatur, num retractare tranſactionem poßit. & num. ſeq.*
6 *Remittens actionem, ſi alimentis indigeat, num tranſactionem reſcindere poßit eatenus, vt ali queat.*

1 SI MAIORES.) † Tranſegeram cum pa
truo meo modica pecunia, quòd ſpera
rem fore vt me hæredem inſtitueret:
periit ille alio inſtituto, quæritur an re
tractare tranſactionem poſsim, tanquam non ſe-
quuta cauſa? Et negat Imperator finita inſtaura-
2 ri poſſe. † Sed quid ſi expreſsim adiecta conditi-
one tranſegeram, vt quia remiſſurum me actio-
nem dixerim, ſi hæres ab eo inſtitueret? Et rece-
ptius eſt, non impleta conditione remiſſam a-
ctionem non cenſeri[f]: quod & plerique hîc ſen-
tiunt, non inſtaurari ex noſtro reſcripto litẽ exi-
3 ſtimantes, quia cauſa illa expreſſa non fuerat[g]. †
Vnde conſequens eſt, vt ſi non in vim conditio-
nis, ſed ſimpliciter in vim cauſæ expreſſa eſſet, i-
dem ſentiant, nempe litem inſtaurari cauſa non
ſecuta poſſe. Qua in re ego dubito, quoniam cau

f Iaſ. l. cum donationis. ꝟ. eod.
g l. ſi repetendi. de cond. ob ca.

## LEX XXVI.

1 *Status liberorum ex contractu matris non minuitur.*
2 *Mater de ſe tranſigens, filiis non præiudicat.*
3 *Liber homo non pôt per pactum ſe in ſeruitutem dare.*
4 *Mater de filiorum conditione tranſigens nihil agit.*
5 *Filius paciſcendo nihil obeſt parentibus.*
6 *Pater nec alienare filiũ, nec de eius ſtatu tranſigere pôt.*
7 *Filiusfam. maior vendendo ſe ob famem, ad pretij participationem num patri noceat.*
8 *Filiusfa. regulariter ex omnibus contractibus obligatur.*
9 *Mater num tranſigere poßit, vt filius ad tempus citra ſeruitutem ſit in miniſterio alicuius.*
10 *Mater pleriſq; caſibus nocet filiis ſeu partui.*
11 *Si quis confiteatur ſe vaſallum alicuius, tamen filiis ſuis non nocet.*

F TRANSACTIONE.) † Status liberorũ 1
ex matris cõtractu nõ diminuitur, ſiue
ipſa de ſe trãſigat, ſiue de filiis. † De ſe 2
ẽm tranſigẽs, filiis nõ præiudicat: tũ qa
res inter alios acta, aliis non nocet[q]: tum quia ni
hil pugnat filios eſſe liberos, & tamen matrẽ ſer-
uire[r]: nec matris calamitas filio nocere debet[s]. 3
Adde q, nec ſibi tali pactione nocet, † quia nõ po
teſt liber homo per pactum ſe in ſeruitutem da-
re[t]: minus igitur nocebit alter. † At cùm de filio- 4
rũ conditione expreſsim tranſigit, alia quoq; ra-
tione nihil agit: non enim in eius poteſtate ſunt
filij

q l. matrem. ꝟ. de probat.
r l. ad probationẽ. ꝟ. de probat.
s l. & ſeruorũ. de ſtat. hom.
t l. nec ſi vol. ꝟ. de lib. cauſ. l. fin. ꝟ. eod.

filij [a], meritò quod ad eos attinet, nihil eis obeſt. 5 † Nam & filius paciſcendo nihil parentibus ſuis nocet [b]. Prodeſſe autem mater poteſt: vnde quandoq; actionem in rem, filij vindicandi cauſa habet [c]. 6 † Sed quod hîc dicitur de matre, an locum habeat in patre quoq;? Et putauerim cùm enim alienare filiũ pater non poſſit, nec quidẽ de eius ſtatu tranſigere poterit [d]. Sequitur ergò vt nõ valeat alienatio, niſi exigente famis neceſsitate, & pretij participandi cauſa [e], quod ius ſoli patri competit, cuius erga filios maior eſt autoritas quàm matris [f]. 7 † Sed nũquid filiusfam. maior XX. annis vendendo ſe ob famẽ ad pretium participandum noceat patri? Et videtur quòd amittat libertatem [g], 8 † cùm filiusfa. regulariter ex omnibus contractibus obligetur [h]; vnde ex hoc quoq; obligari pleriq; ſenſerunt [i]: putarim tamen licere patri pecuniam reſtituere, & filiũ rurſus ad libertatem redigere [k], ipſe verò in libertatem prouocare non poſſet [l]. 9 † Sed quid ſi mater tranſegit, vt ad tempus, filij in miniſterio alicui citra ſeruitutis vinculum eſſent? Et valet contractus [m], maximè ſi traditio ſequuta eſt: non tamen præiudicium fit filiis, ſed illis tranſactioni non acquieſcentibus, mater in id damnabitur, quod tranſigentium intereſt, ſicut in cæteris obligationibus factorum dici ſolet [n]. 10 † Nocet tamen quandoq; mater filiis ſeu partui ob contumaciam, vt cùm prægnans inſpici ſibi ventrẽ, ſolenniaq; edicti obſeruari non patitur [o], nocetque quantum ſit poſſeſsionis reſpectu tantùm: quod lex facilius tolerauit, tanquam cauſa momenti magno damno non ſit [p]. Nocet & quandoq; in petitore iudicio, cùm ſententiam mater paſſa eſt: nunc qualiquali præiudicio, ſi cùm ipſa tantùm actum ſit [q]? nunc in totum, ſi filius quoque in ius ſit vocatus, vel cum eo aliter de veritate apparuerit [r]. 11 † Sanè annotant huius legis argumento Dd. ſi quis ſe fiduciarum clientem, ſeu vaſallum cuiuſquam profiteatur, non tamen filiis ſuis obeſſe: quod adeò verum eſt, vt tali caſu nec parentum quidem iuramentum filiis noceat [s]: niſi tamen filij eorum hæreditatem adierint: tunc enim autorum ſuorum actis aduerſari nequeunt [t]: probato tamen confeſsionis errore, ex eorum quoq; perſona reclamare poſſunt [u].

a §. fœminæ. inſtit. de adopt.
b l. filius. ꝟ. tit. j. l. de re. ff. eod.
c l. pen. §. fin. ff. de fid. lib.
d l. j. ꝟ. ſi aduer. tranſ.
e l. ſi ꝟ. de patri. qui filios.
f l. fin. §. ſin aũt non. ꝟ. de bon. quæ lib.
g l. & ſeruorũ. §. j. de ſtatu ho.
h l. filiusfa. de acti. & oblig.
i Fulg. Guil. Rimi. Deci. l. fratres. ꝟ. eod.
k l. j & ſeq. de lib. cau. l. j. §. j. de rei vend.
l l. j. l. Licinius qui ad lib. pro cur.
m gl. l. poſt certi. ꝟ. de lib. cauſ.
n l. ſi quis ab alio. §. j. de re iud.
o l. j. ff. de ventr. inſp. §. ſi cui.
p Bar. d. §. ſi cui facit l. j. ꝟ. ſi de mo. poſſ.
q gl. j. ꝟ. de fal.
r l. j. §. ſi. ad Carbon.
s l. iij. §. pen. de iureiur.
t l. cũ à matre. ꝟ. de rei vend.
u l. nõ fatetur. de confeſſ.

## LEX XXVII.

1 *Aegritudo corporis nihil obſtat contractui, ſicut nec teſtamento.*
2 *Fallit in morbo, ſapientiæ vitium afferente.*
3 *Fallit in ſene ſurdaſtro, qui donationi omnium bonorum conſenſerat, deinde ſe notarij verba non percepiſſe allegante, &c.*
4 *Aegroti contractus cum medico initus officio iudicis reſcinditur.*
5 *Medicus cum ægroto contractum iniens, vt periurus puniri debet.*
6 *In dubio præſumitur ægrotum fuiſſe non ſanæ mentis.*
7 *Aegrotus medicos excludens, præſumitur furioſus eſſe.*
8 *Inſtrumento tabellionis creditur, in quo ſcripſit, aliquem fuiſſe ſanum mente, licet ægrum corpore.*
9 *Ei, qui allegat aliquem inſanum, probatio incumbit.*

### LEX XXVII.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Catoni.

SAnum mẽte, licet ęgrũ corpore, recte tranſigere manifeſtum eſt: nec poſtulare debueras improbo deſiderio placita reſcindi, valetudinis corporis aduerſæ velamento. S. VII. Id. Maij, CC. Coss.

SANVM MENTE.) 1 † Aegritudo ergò corporis nihil obſtat contractui, ſicut nec teſtamento, cùm & is, qui in aduerſa valetudine conſtitutus eſt, & qui ſenio extremo laborat, teſtari poſſit [x]. 2 † Sed quid ſi morbus corporis talis ſit, qui etiam ſapientiæ vitium adferat? Etenim morbus eſt, inquit Plinius aliquantiſper ſapientiam mori, libro VII. capite L. Et conſtat durante mentis vitio nihil agi [y]. Quapropter phreneticus, fatuus, lymphatus, melancholicus, & cæteri, quos veteres propriè mente captos dixêre, ex contractu furoris tempore inito non obligantur. 3 † Sed quid hac in ſpecie dicendum? Senex aliquis ſurdaſter inſtrumento donationis omnium bonorum conſenſerat, deinde allegabat, ſe verba notarij non perpeciſſe, qui ad ſurdam aurem ſitus ſibi cùm inſtrumentum recitaret erat, & linguæ terebellis rictuque tumultuabatur magis, quàm pronuntiabat, credidiſſeq; de quodam leuis pretij mandato agi, quòd ita antè à donatario perſuaſus fuerat. Et cùm hîc non ſolùm morbus corporis, id eſt, ſurditas & ſenectus, ſed etiam atypi, contractionisque linguæ in notario vitium [z], itemque donatarij dolus allegetur, putauerim reſcindi contractum poſſe, ſi iudici ita eſſe probabiliter ſedeat [a]. Quòd ſi criminaliter agatur [b], facilè ex donatarij malitia his coniecturis ad torturam indicari poterit: indicia enim huiuſmodi, plurimum in arbitrio iudicis reſident [c]. 4 † Cæterum & illud traditum eſt, ægroti contractum cum medico initum, officio iudicis reſcindendum eſſe, idque ex præſumpto metu, quo veriſimile eſt ægrotantem affici, ſi medico non morigeretur [d]. qua de re à nobis ſuprà diſputatum eſt [e]. 5 † Putarim autem medicum quoque ipſum ceu periurum puniri poſſe, cùm in tyrocinio artis, ex formula Hippocratis hi iurent, abſque mercede & vllis pactionibus infirmis ſe curam adhibituros. 6 † Sanè addit Vbertus, quoties dubitatur an quis ſanus mente fuerit, faciliùs aduerſus infirmum præſumi, quàm contra valentem & bene curatum [f]: quod & aduerſus quoſdam ſenes induci poteſt, idque ex Varronis prouerbio, Bis pueri ſenes. 7 † Illud traditum eſt, eum qui corpore infirmus medicos excludit, nec pharmaca ad ſe deferri patitur, præſumi furioſum eſſe, & mentis quoque vitio affici [g]. 8 † Sed nunquid tabellionis documento ſtandum ſit, quo ſcriptum eſt, Titius ſanus mente, licet æger corpore? Et verius eſt ſtandum eſſe, cùm hæc ſcriptura etiam præſumptioni legis concordet [h]. 9 † Ei enim qui inſanum aliquem dicit, probatio incumbit [i]. ſi verò præſumptio legis contrariis probationibus eſſet eliſa, nec aſſertioni quidem eius ſcripturæ ſtaretur: quod & Iaſ. hîc cum pleriſq; rectè definiuit.

x l. ſeniũ. ꝟ. qui teſt. fac. poſſ.
y l. j. aduerſa. de teſta. l. in negotiis. de re iud.
z l. idem Offelius. §. fin. de ædil. edict.
a l. dolum ꝟ. de dol.
b l. iij. ff. de ci. ſtell.
c Bar. l. fi. ff. de quæſt.
d l. medicus. de extraor. cog.
e l. creditori. ꝟ. tit. j.
f arg. l. fi. de in iuſt. rupt.
g gl. c. j. lxxxiij. diſt.
h l. iij. ff. de teſta.
i l. nec codicillos. ꝟ. de cod.

### LEX XXVIII.

1 *Tranſactionis pactum ceu nudum licet actionem non pariat, exceptioni tamen replicationiq; ſufficit.*
2 *Quæ ſit diuerſitatis ratio.*
3 *Tranſactio eſt contractus innominatus. & nu. 9.*



4 *Pacta quatenus veſtiantur feruore iudiciali.*
5 *Tranſactio non adiuuat, ſed extinguit iudicium.*
6 *Innominati contractus re nondum ſecuta, nec iure pontificio actionem pariunt.*
7 *Quem habeat effectum iudicij autoritas.*
8 *Statutum, contractus mulierum annullans: non facto coram iudice, quomodo accipi debeat.*
10 *Si actor cum reo trãſegerit, num illi cõcedenda ſit actio ad id quod intereſt, vel condictio ob cauſam. & num. 12.*
11 *Contractu tranſactionis id agitur, vt quis priorẽ actionem omnino remittat perimatq;.*
13 *Actio inofficioſi teſtamenti pacto perimitur.*
14 *Acceptilatione quæuis actio tollitur.*
15 *Actor ſimpliciter tranſigens, ſecuta acceptilatione cenſetur adimpleuiſſe.*
16 *Tranſactio ſuper actione de facto mota valet.*
17 *Verba in dubio ad ius referenda ſunt, non ad factum.*
18 *Simpliciter tranſigens præſentem tantùm iuris actionem remittit, non futuram facti moleſtiam.*
19 *Actor adimpleuiſſe cenſetur, cùm pro re, quam quis petit, accepta alia re, tranſigit.*
20 *Reus qui tranſactionem iniijt, contra actorem, ſi non obſeruet, actionem præſcriptis verbis habet.*
21 *Actor num adimpleuiſſe cenſeatur, cùm non ſolùm promiſit non petere, ſed etiam ſe non acturum cauet.*
22 *Quid ſi tranſactioni acceſsiſſet ſtipulatio. & numero 25.*
23 *In contractibus non eſt locus Mutianæ cautioni.*
24 *In contractu ſtricti iuris non receditur à verbis.*
26 *Si actor tranſactionem adimpleuit, an contra non adimplentem agere poſsit, vt in priſtina obligatione reponatur.*
27 *In tranſactione pœnitentiæ locus non eſt.*

### LEX XXVIII.

IIDEM AVGG. ET Cæſſ. Sapparitæ.

SIue apud acta rectoris prouinciæ, ſiue ſine actis, ſcriptura intercedente, vel non, tranſactio interpoſita eſt, hãc ſeruari conuenit. Sed quoniam vt certum quid accipias, conueniſſe te, licet ſine ſcriptura, proponis, nec huius rei cauſa ſtipulationem ſecutam eſſe, quãuis ex pacto [b] nõ potuit naſci actio, tamen rerum vindicatione pendente, ſi exceptio pacti oppoſita fuerit, doli mali, vel in factum replicatiõe vſus, poteris ad obſequium placitorum aduerſarium tuum vrgere. Dat. III. Non. Iul. CC. Coſſ.

SIVE APVD ACTA.) 1 † Tranſactionis pactum ceu nudum nullam actionem parit, tametſi in actis deſcriptum ſit, exceptioni tamen replicationique ſufficit. 2 † Sed cur non & actioni? cùm calore iudicij videamus foueri ſcripturam, & præſumi ſtipulationem [a]: ſupraque annotauerimus firmiores eos actus cenſeri, qui in iudicio fiant, idque propter iudicis autoritatem [b]. 3 † Nam & hîc conſtat tranſactionem contractum eſſe innominatum, in quo etiam re integra ſtatim propter conſenſum oritur naturalis obligatio [c], quę confirmari propter actorum robur debuit [d]. Alioqui ſi obligatio naturalis ſtatim non oriretur, nulla ſubeſſet ratio, cur adeo litibus finiendis lex faueret, vt pœnitentia recedere à tranſactione non liceret [e]. ſed tamen rectè hîc deciſum eſſe conſtat, 4 † cùm verum non eſt fauore iudiciali pactum veſtiri, niſi quatenus ipſius iudicij effectus adiuuaretur, quòd ſuprà oſtendimus. 5 † Trãſactio autem non adiuuat, ſed extinguit iudicium, vnde litis finitæ exceptio ex ea oritur [f]. Nã & quæ innominatis contractibus inſunt pactiones, propter mutuum reſpectum cæteris infirmiores cenſentur [g], 6 † & ideò nec iure quidem pontificio ex eis agi, re nondum ſequuta, poteſt [h], cùm tamen ſimplicia pacta in eo foro actionẽ pariant [i]. 7 † Adde quòd nec autoritas iudiciaria in hoc ſolet vtilis eſſe, vt actionẽ ei concedat, qui aliàs agere non poſſet [k], ſed ſolùm vt rei geſtæ probationem adiuuet, vel fraudibus obuiam eat. 8 † Quapropter magna hîc eſt inter docentes altercatio, an lex municipalis, quæ contractus mulierũ aboleat, niſi coram iudice facti, aut actis inſinuati ſint, in liberatione locum habeat, an in diſtractu, an in quaſi contractu. Et cùm ex fragilitate muliebris ſexus appareat ita conſtitutum, vt ei conſulatur, ne facilè decipi mulieres poſsint [l], crediderim latiùs verba legis accipienda eſſe, vt ad hos quoq; caſus, quatenus ratio legis hoc ſuadeat protrahantur: quod aduerſus Baldum & Alexandrum eleganter hîc Iaſon diſputat. At vbi ratio ea ceſſaret, ſecùs eſſet [m]: qua de re & alibi tractauimus [n].

b ¶ Ex pacto.) 9 † Hinc apparet tranſactionem contractum eſſe innominatum, & ideo ex eo ceu ex pacto nudo agi non poteſt, quod & ſuprà in Rubrica docuimus. 10 † Sed videretur ſi ego actor tecum tranſegerim, concedendam mihi aut actionem ad id quod intereſt, aut condictionem ob cauſam, quoniam his, qui ex parte ſua adimplent in contractibus innominatis, iis actionibus ſuccurritur [o]. Videor autem adimpleuiſſe, quia tranſigendo ab actione tranſiui. Accurſius, quem cæteri ſequuntur, negat me adimpleuiſſe, cùm ſi hodie non petam, in futurum petere poſsim [p]: quæ ratio vtique ſufficeret, ſi ſupponeremus, pactum fuiſſe ne peteretur: attendenda enim conuentionis eſſet forma [q]. Sed cùm actum ſit vt tranſigam atque ego tranſegerim, videretur me adimpleuiſſe. 11 † Ego putarim hoc contractu id agi, vt quis priorem actionem omnino remittat, perimatque, quod per id pactum non cenſetur obſeruatum, cùm actio adhuc ipſo iure ſubſit [r], quæ ratio ex verbis conſtitutionis noſtræ ſatis probatur, & Azonis, Odofr. Syllim. Alber. & plurimorum veterum autoritate confirmatum extat. 12 † Quapropter his caſibus, quibus actio perempta ſit, dicitur actor adimpleuiſſe, & ideo tunc ad id quod intereſt agit: in contractu facio vt facias, præſcriptis verbis: in contractu facio vt des, actione de dolo [s]: quòd ſuis locis ſuprà declaraui. 13 † Perimitur enim actio inofficioſi teſtamenti pacto, quòd præparationem aufert, qua præparatione ſublata nulla querelæ tranſmiſsio fit ad hæredes [t]. 14 † Perimitur & actio quælibet acceptilatione, meri-

a l. cùm oſtendimus. §. fi. de fideiuſſ. tut.
b l. pacta nouiſsima. ꝟ. tit. j.
c gl. l. petens. ꝟ. cod.
d gl. l. cum pro quo. de in ius voc. & in auth. generaliter. ver bo. conſcribat. ꝟ. de epiſc. & cler.
e l. quamuis. ꝟ. cod.

L. 28. Siue apud.

f l. fratris. ꝟ. eo.
g Bar. l. ſi pecuniam. de con. ob cauſ.
h Bal. l. cũ quis. col. x. ꝟ. d. iuris ign. & hic. Modern. rubr. de verb. oblig.
i c. j extra de pactis.
k l. omnes. §. in hac. de epiſc. & cler.
l l. ſi ad reſc. vend. de min. gl. autem. ſacramenta. aduerſ. vend.
m l. ſi. ꝟ. ſi tutor vel curator l. j. ꝟ. Bal. quando liceat ab empt.
n Rub. ꝟ. tit. j.
o l. naturalis. de præſcr. ver. l. ſi pecunia de cond. ob cauſ.
p l. eleganter. §. ſi quis petit. de cond. indeb.
q l. dedi in prin. de cond. ob cau.
r l. ſi vnus. §. pactus ne. de pactis.
s l. actionem. ꝟ. cod.
t d. l. cum mota.

15 meritò tali caſu agi ex tranſactione poterit [a], †
quod & communi ſententia receptum eſt, cùm
actor ſimpliciter tranſegit, vel promiſsionis e-
ius verba ſunt ambigua: tradunt enim, ſecuta
acceptilatione cenſeri eum adimpleuiſſe [b]. Si
verò promiſit actor non petere, plerique poſt
Bartolum diſſentiunt: quia promiſsio tractum
habet, poſſetque quis futurum petere, & tam-
etſi de iure ſublata actione non poſſet, tamen de
facto peteret [c]. At reus id egiſſe videtur, ne vl-
16 lo modo, ſiue iure ſiue de facto inquietetur [d]. †
cùm & tranſactio ſuper actione de facto mota
valeat [e]. Butr. tamen & Salicetus contrà, quæ
Axonis ſententia fuit, quam & communiter
approbari Alber. teſtatur, & nos quoque pro-
bamus, vt hoc etiam caſu ſequuta conſenſu par-
tium acceptilatione, videatur actor adimple-
uiſſe: quia non eſt veriſimile id actum inter e-
os, vt ex parte alterius nunquam adimpleri poſ
ſet [f]. Nam & iſta conditio, ſi non petierit, quã-
uis ad vnguem obſeruari debeat, tamen ex ac-
ceptilatione adimpleta cenſetur [g], videntur-
que hæc verba, promitto non petere, ad ius
17 referri debere, non ad factum [h], † cùm verba in
dubio ad ius referenda ſint [i], non autem ad fa-
ctum [k]: imò vix eſt, vt ad facti controuerſiam
reſpectum habeamus [l], cùm veriſimile ſit hunc
de facto petentem ab ipſo iudice citra vllam rei
18 moleſtiam ſubmotum iri. † Nam & qui ſimpli-
citer tranſigit, præſentem iuris actionem remit
tere cenſetur, non autem de futura facti mole-
ſtia quicquam polliceri. Vnde ea ſequuta, con-
dictio indebiti datur [m], cùm alioqui condictio-
ne ſine cauſa agendum fuiſſet [n], vt appareat hanc
facti inquietationem non perpendi. Quo fit vt
generaliter ſentiam, acceptilatione actorem cen
ſeri adimpleuiſſe, & ideo ex tranſactione actio-
19 nem ei non denegandam. † Cenſetur & tunc ad-
impleuiſſe, cùm pro re quam quis petit, acce-
pta alia re tranſigit [o]. Cùm enim dicat ſe pro re
quam petit aliam accipere, videtur loco tranſ-
actionis ſubrogari quandam permutationem,
in qua qui pro parte ſua adimpleuit, præſcriptis
20 verbis agere poteſt [p]. † Cæterùm in reo quo-
que receptum eſt, vt ei actio præſcriptis verbis
deneganda non ſit, ſi actor non obſeruet: cùm
enim ipſe adimpleuerit, agere ex regula poteſt
[q]; quia ſua intereſſe poteſt, aliter ſibi quàm ſola
exceptione conſuli. Secùs ſi de actione doli tra-
ctaretur, quæ ſubſidiaria eſt & odioſa: ideò tunc
21 alia ſit interpretatio [r]. † Sed nunquid & tunc
actor adimpleuiſſe cenſebitur, cùm non ſolùm
promiſit non petere, ſed etiam ſe non acturum
cauet? Et ſi reus ſponte hanc cautionem reci-
pit, communis eſt ſententia, videri adimple-
uiſſe [s]: ſi non recipit, ſecùs eſt: quia in contra-
ctibus innominatis talis cautio vice rei non fun-
gitur, cùm in eis nec quidem oblatio rei ſuffici-
22 at, multò ergò minus cautio [t]. † Sed quid ſi
tranſactioni acceſsiſſet ſtipulatio? Et videretur
23 non ſufficere, † quia in contractibus non eſt lo-
cus Mutianæ cautioni [u], vt ſe habet communis
ferè omnium ſententia: ergò item in hoc cauti-
one, quæ vno conditionibus vt illa, ſed modis
24 negatiuis additur [x]. † Quod maximè dicen-
dum cùm de contractu ſtricti iuris agitur, in quo
non ſolemus à verbis recedere [y], vt Bartolus hîc
25 ſenſit. † Sed tamen contraria opinio receptior
eſt: quia cùm actor perfectè implere non poſsit,
videtur id actum, vt cautio ſufficiat; idque non

a d.l. actione.
b l. ſi pro fundo. vbi Bart. ȷ. eod.
c l. vbi. ȷ. eod.
d gl. l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebell.
e l. ij. ſ. eod.
f arg. d.l. ſi pro fundo vbi Bartol. l. iij. in prin. de cō. ob turp. cau.
g l. Mutianæ. de cond. & demon.
h l. ſi filius. ȷ. de cond. inſtit.
i l. mulier. §. penul. de cond. inſtit.
k gl. c. j. in fi. de temp. ord.
l l. eo tempore. ij. reſpon. de pecul. l. ſtipulatio iſta. §. quatenus. & §. quæſitum. de verb. oblig.
m l. eleganter. verbo, ſanè. de condict. indeb.
n not. ſ. eod. l. ſi diuerſa.
o d.l. ſi pro fundo.
p d.l. naturalis.
q d.l. naturalis. §. j.
r Arg. l. j. §. ſi reus. de eo per quem fact. l. j. §. ſi debitori. vbi Bar. vt in poſt. leg.
s Arg. l. ſi rem. §. omnis verſi. ſatisfactum. de pig. act.
t gl. d.l. iuriſgentium. verb. facias.
u §. ſi quis ita ſtipuletur. de verb. obli. Dd. l. Mutianæ. de cond. & dem.
x l. ſi tibi legatum. de leg. 3. l. quibus. §. Termilius. de cond. & dem.
y l. quicquid. de verb. oblig.

tantùm in contractibus bonæ fidei procedit [z],
ſed etiam in contractibus ſtricti iuris [a], vt ex plu-
rimorum ſententia Alex. hîc diſputat. Ego quia
hic articulus à præſenti materia ſat alienus eſt,
vlterius inſiſtendum non duxi. † Sed quid ſi a- 26
ctor non præſcriptis verbis agere velit, ſed con-
dictione ob cauſam, vt in priſtina obligatione re
ponatur? Et Bartolus [b] concedendum in eo ca-
ſu cenſet, cùm actor ipſe plenè adimpleuit, a-
A ctionemque priſtinam omnino peremit, aduer-
ſariusque eſt in mora, & ea actio conſenſu inſtau
rabilis eſt [c]. Ego nullo caſu actori id licere arbi-
tror, † cùm in tranſactione pœnitentiæ locus non 27
ſit, quod alibi attingendum [d]: pleraq; enim hîc à
cæteris alieno loco diſputata, legib. ſuis reſeruo.

z l. inſulam. fin. loca.
a arg. l. ſi creditores. de priui. cred. l. creditoribus de bo. l. inter. qui ſat. cog.
b d. l. actione. ȷ. eod.
c Arg. l. ſi quis accepto. de con. di. ob cauſ. l. ſi pro fundo.
d l. quamuis. ȷ. eod.

## LEX XXIX.

1 *Facti ſpecies in hac lege.*
B 2 *Sicut nouis repertis inſtrumentis non reſcinditur tranſactio, ita nec nouis ſpeciebus.*
3 *In generali ſermone plerunque ſubeſt captio. & numero 4.*
5 *Generaliter loquens, omnis rei ſub genere contentæ meminiſſe cenſetur.*
6.8 *Huius legis diſpoſitio ceſſat, ſi allegetur error.*
7 *Error conſenſum nullum habet.*
9 *Generalis clauſula ad ignorata trahitur, non etiam ad ea, quæ errore procedunt.*
C 10 *Idem locum habet in clauſula,* Omni meliori modo, *& cætera.*
11 *Abſq; ignorantia nullus eſt error.*
12 *Facilius erranti ſuccurritur, quàm ignoranti.*
13 *Tranſactio vt generalis dicatur, oportet etiam libellum generalem fuiſſe.*
14 *In tranſactione ſpeciali non eſt locus legi noſtræ.*
15 *Si petitio & tranſactio generalis eſt, cauſæ verò proſecutio ſpecialis, num ſit locus huic legi. & numero 18.*
D 16 *Tranſactiones & ſententiæ pari iure cenſentur.*
17 *Sententia ad acta & cogitata reſtringitur. & numero 19.*
20 *Poſt conceſſam actori generaliter dilationem ad probandum ſuper petitis, ſecuta generali ſententia, ampliùs non auditur.*
21 *Quod de ſententia iudicis dicitur, idem in arbitri ſententia obtinet.*
22 *Quid in arbitratoris laudatiuo.*
E 23 *Simplex pactum, quo quis generaliter alium liberat, num à tranſactione differat.*
24 *Diſcuſſa l. emptor. § ſi. ff. de pactis.*
25 *Generalis tranſactio, ad ſpecies dolo tranſigentis interuerſas non trahitur.*
26 *Idem ſi dolus præſumptus ſit.*
27 *Remittens generaliter actionem perſonalem, non cenſetur donaſſe, quod iure dominij vendicare poſſet.*
28 *Niſi conſtaret hoc quoq; actum eſſe.*
29 *Et quando id actum cenſeatur.*
F 30 *Tranſactio generalis in tantùm perimit, quod tempore tranſactionis debebatur, non ſi quid ex noua cauſa deberi incipiat.*
31 *Tranſactio ad alterius ius non trahitur.*
32 *Generalis tranſactio ad ea, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, non pertinet.*
33 *Minor, ſi ex generali tranſactione læſus ſit, reſtitui poteſt.*
34 *Generalis tranſactio non trahitur ad non cogitata.*
35 *Poſſunt conuenire partes, vt tranſactio trahatur ad caſus incogitatos.*





## LEX XXIX.

IIDEM AVGG. *& Cæſ. Martiæ.*

Sub prætextu ſpecierum poſt repertarum, generali tranſactione finita, reſcindi prohibent iura. Error autem circa proprietatem rei apud alium extra perſonas tranſigentium tem-

1 SVB PRAETEXTV.) † Petebam à te
actione generali, puta tutelæ, nego-
tiorum geſtorũ, pro ſocio, equitium
meum, vel chorum ſeruorum: deinde
acceptis centum tranſegi, & generaliter te libe-
raui ab omni equi-
tio vel choro, vel e-
tiam ab omni quod
iure earũ actionum
petere vnquam po-
tuiſſem: quæritur, ſi
aliquis equus, vel
ſeruus inueniatur,
quẽ ego neſciebã ad
me pertinere, an po
tero eum petere? Et hîc ponitur regula cum ex-
ceptione. Ea regula eſt, non poſſe amplius quic-
2 quam peti: † quia ſicut nouis repertis inſtrumen
tis non reſcinditur tranſactio [a], ita nec nouis ſpe-
ciebus. Sibi ergo imputet, qui generaliter reum
liberauit: † non enim tam effuſo ſermone vti de-
3 buit, in quo plerunque ſubeſt captio [b]. Nec de
huiuſmodi ſpecie nõ actum allegare poteſt, cùm
ſaltem in genere cogitaſſe de ea exiſtimandum
4 ſit [c]: † quia qui generaliter loquitur, omnis rei
quæ ſub genere comprænditur, meminiſſe cen-
ſendus eſt [d]. Qui ergo aliquem ab omni equitio
liberat, ſiue à ſpeciebus, quas ſcit eum habere, ſi-
ue quas neſcit, liberare intelligitur: quia potuit
cogitare, fortè aliquas penes eum eſſe, quas ipſe
non agnoſcit. Quod procedit in ignorantia ſpe-
cierum, quę in ſe conſenſum in genere cõtinet [e].
5 † Sed quid ſi non ignorantia, ſed error, qui ab ea
plurimùm differt [f], allegetur? Et tunc ſecùs dicen
6 dum eſt: † quia error penitus conſenſum nullum
7 habet [g]. † Finge igitur tempore tranſactionis ali-
quem equũ vel ſeruum apud tertium quendam
te habuiſſe, quẽ ego illius eſſe exiſtimabam, pro-
babiliterque, quia poſſidentem eum videbam, in
dominio quoque eius eſſe arbitrabar [h], an ſaltem
illam ſpeciem, cùm ad te poſt tranſactionẽ perue
9 nerit, petere potero? Et hîc traditur poſſe. † Vn-
de hîc probatur generalem clauſulam ad ignora-
ta quidem trahi, de quibus in genere potuit co-
gitari [i]: ad ea verò, quæ errore procedunt, nõ tra-
10 hi. † Quòd & in clauſula, Omni meliori modo,
11 &c. receptius ferè eſt [k]. Rurſus quoq; probatur,
quamuis ignorans & errans plerunque æquipa-
rentur [l], quia abſque ignorantia, vt Auguſtinus
12 inquit, nullus eſt error, † tamen facilius erranti
ſuccurri, qui iuſtã erroris cauſam adducat, quàm
ignoranti. & ſic id ego reſcriptum interpretor.
13 a ¶ Generali tranſactione.) † Vt tranſactio ge
neralis propriè dicatur, oportet etiam libellum
14 generalem fuiſſe. † nam ſi libellus ſeu petitio fuit
ſpecialis, tranſactionis verba, quamuis generalia
ad petitionis cauſam reſtringerentur [m], & ideò
tranſactio ſpecialis diceretur, quo caſu legi no-
15 ſtræ locus non eſſet [n]. † Sed quid ſi petitio quidẽ
& tranſactio generalis eſſet, cauſæ verò proſecu-
tio ſpecialis? Et nonnulli exiſtimãt nec tũc qui-
dem reſcripto noſtro locum eſſe, ſed actori repli-
cationis ope ſuccurrendum, quoniam idem & in
ſentẽtia videmus [o]. † Pari autem iure tranſactio-
nes & ſententiæ cenſentur [p]. Accurſius cum ve-
16 teribus contrà [q], † quia ſententia ad acta & cogi-
17 tata reſtringitur [r], cùm in inuitum feratur: at in
tranſactionibus ſatis eſt potuiſſe in genere cogi-
18 tari, vt ſuprà vidimus [s]. † Ego ne temerè à verbis
reſcripti noſtri recedamus, generalemque proſe-

a l. ſub prætextu. ſ. eod.
b l. fin. in fin. de dot. prom.
c l. qui iure. de teſtam. mil.
d Arct. conſil. 33. Soc. 142. fin.
e d.l. qui iure.
f glo. l. de ſtatu. de teſtam.
g l. ſi per errorem. de iuriſdi. om. iudic.
h l. Titia. de ſolut. l. penul. vbi Doct. de condi. inſtit.
i Fel. c. cum ſuper. in fi. de officio deleg.
k Anch. conſil. 357. Cald. conſil. j de accuſ.
l l. ſi me. §. j. de acq. poſſ.
m l. ſi de actu. ȷ. eod.
n l. age. ſ. eod.
o l. ij. ȷ. de iud.
p l. non minorem. ſ. eod.
q Bal. Sal. Ful. Alex. hic. & cõſ. 12. in 2.
r l. ſi quis ad exhibendũ. de exc. rei iud.
s not. Ang. l. tres fratres. de pact. Ro. l. ſicut. ȷ. de teſt. milit. Alex. cõſ. 11. col. pẽ. i 2.



L. 29. Sub prætextu.

cutionem, cuius mẽtio nulla hîc eſt, effingamus,
ab Accurſio recedendum non arbitror, vt qui ge-
neraliter petiit, generaliterque tranſegit, omni-
no excludatur, cùm adhærendum ſit contrahen-
tium verbis [t]: qui etiam de eo quod adhuc in li-
te non eſt, tranſige-
re poſſunt [u], quanto
magis, ſi iam gene-
ralitate petitionis
comprændatur, ta-
metſi proſecutione
cauſæ omiſſum. † at 19
in ſentẽtia aliud eſt,
reſtringitur enĩ ad a-
cta. † Vnde poſt con 20
ceſſam actori generaliter dilationem ad proban-
dum ſuper petitis, ſecuta generali ſententia am-
plius non audiretur [x]. quia tali caſu ſententia ad
eas quoque ſpecies referri poſſet, quas proſequi
B actor neglexiſſet [y], quoniam de eis tractatum ſa-
tis dici poteſt, cùm dilatio generalis in cauſa con
ceſſa eſt [z]. † Et hinc conſequens eſt, vt quod in 21
definitione iudicis dictum eſt, ad arbitri quoque
ſententiam protrahatur [a], cùm arbitria iudiciis
exæquata ſint [b]: † ad arbitratoris verò laudum
non protrahatur, quia id tranſactioni magis acce
dit [c], quod Rim. hîc docet. Mihi videtur eandem
rationem in arbitratore ſubeſſe, quæ & in arbi-
tro, cùm & ipſius poteſtas à compromiſſo pen-
C deat [d], & ad ea, quæ partes proſecutæ ſunt, refe
ratur [e], & ideo vtriuſq; ſententiam iudicio æqui-
parari, cui ſi homologia acceſſerit, tũc fortè cùm
tranſactione conueniret, vt fauorabilior eius a-
ctus fiat interpretatio, cui partes conſenſerunt, q̃
qui ſola iuris autoritate innititur [f]. † Sed quid in 23
ſimplici pacto dicemus, quo quis generaliter a-
lium liberat? Et videretur à tranſactione differre,
quàm hîc traditur generaliter intelligi, cũ tamen
pactum etiam propter vim verborum reſtringa-
D tur ad id quod actum eſt, † idque ex Scæuolæ re- 24
ſponſo [g]. Qua tamen in re aliter diſtinguitur [h],
negatque Bartolus aduerſus vim verborum ibi
fieri reſtitutionem. Nam & in eo reſponſo libe-
ratio generalis nulla erat, ſed ſimpliciter numu-
larius ita demum tacitam ſe pecuniam reſtitutu-
rum promiſit, ſi emiſſum inſtrumentũ, id eſt, cau-
tio [i] à Titio facta, qua mandabat Seio vt CCC. pa
trono numeraret, pro irrita haberetur. Nihil enĩ
impedit, quin Titius tacitam pecuniam petat, &
E rurſus hanc ſummã, ſi adhuc patrono ſoluta non
erat, ad calculum reuocet, ſtetq; firma huius obli
gationis cauſa, quam ſeparato capite apparet ab
expenſi atque accepti rationibus diuiſam. † Re- 25
ctius igitur de legis noſtræ regula limitabimus,
quotieſcunque ſpecies aliquæ dolo tranſigentis
interuerſæ eſſent: non enim generalis tranſactio
ad has traheretur [k]. † Quid ſi dolus præſumptus 26
ſit? Et Iaſon idem eſſe hîc cenſuit, cùm pupillus,
qui generali tranſactione tutorem liberauerat, li
F neam margaritarum monileque repeteret, quod
matris ſuæ fuiſſe aſſerebat: præſumi enim clàm
dolo tutoris eas res habitas, cùm ſolummodo fa
cta tranſactione palàm ab vxore ſua deferri per-
miſiſſet: non debere autem generali tranſactio-
ne cenſeri remiſſum delictum, id eſt, dolum [l]. Ea-
dem ratione qua dolus remiſſus non cenſetur,
nec reliquorum quoq; liberatio generalibus ver
bis remiſſa cenſebitur [m]: itemque quin rem apud
ſe conſtitutã reſtituere quis domino teneatur [n].
† Quoties enim quis generaliter actionem per- 27

t l. pluribus. de acceptil.
u l. ij. ſ. eod. Alex. conſil. 11. in 2.
x l. Titia. de accuſ. l. ſi [illegible] accuſ.
y l. propera. [illegible] & ſi quidem. [illegible] bi Alex. col. iij. de iudic.
[illegible]
c auth. [illegible] ȷ. de iudic.
d l. non diſtinguemus. [illegible] offic. de arbitr.
e l. apud. §. item quæritur. de doli except.
f l. ne arbitris. ȷ. de arbitr.
g l. emptor. §. ſi. de pact.
h Dd. d. l. ſi de certa.
i l. quidam. de probat.
k l. tres fratres. ff. de pact.
l l. itaq. de fur.
m l. Aurelio. §. j. de lib. leg.
n l. ei cui. de lib. leg.

ſonalem remittit, nō tamen id donaſſe cenſetur,
28 quod iure dominij vendicare poſſet [a]: † quod in-
telligendum, niſi conſtaret hoc quoq; actum eſ-
29 ſe [b]. † Videtur autem & tūc id actum, cùm tranſa-
ctio ei actioni acceſsit, qua res illa cōprændi po-
terat, vt Pet. & Cyn.
aduerſus Placentinum tradiderūt: veluti ſi actor rei vendicationem intendiſſet, transigendo enim videtur reū ab ſoluiſſe ab omnib9 rebus, quas actor ad ſe ptinere credebat, ſecus ſi nō credebat ſuas eſſe, vt Accurſ. ſentit: tunc eñ propter errorem ei ſuc-
curreretur, quod ſuprà oſtendi, idque ex legis no B
30 ſtræ vltimis verbis. † Tametſi Pet. Cyn. Rimin. &
quidam alij aliter accipiant, vt tranſactio gene-
ralis, quod tempore tranſactionis debetur, extin
xiſſe cenſeatur, non ſi quid ex noua cauſa deberi
incipiat: vt ſi reus poſt tranſactionem ſpeciem a-
liquam à tertio poſſeſſore emat: non enim trahe-
tur ad ius futurum [c]. Quæ ſententia ſumma ra-
tione nititur: cùm enim tranſactio hæc tertiò illi
nihil prodeſſet [d], ergo nec reo, qui, quod ad rem
31 emptam pertinet iure autoris ſui vtitur [e]. † Rece C
ptum autem eſt adeò tranſactionem ad alterius
ius non trahi, vt etiam ſi pater generaliter tranſi-
gat, non tamen in rebus, quæ filiorum ſunt, quic-
32 quam afferre detrimēti cenſeatur [f]. † Sanè & hoc
conſtat, quamuis generalem tranſactionē ad ea,
quæ ex teſtamento proficiſcuntur, non pertine-
re, quoniam de his tranſigi non niſi inſpectis ver
33 bis inſtrumenti vel codicillorum poteſt [g]. † Illud
quoq; in confeſſo eſt, ſi quis ætate minor tranſe-
gerit, & ex verborum effuſione damnum ſubeat, D
34 in integrum ei reſtitutione ſubueniri [h]. † Sed &
illud dubium non eſt, quantumuis generalem
tranſactionem ad ea non trahi, de quibus veriſi-
mile ſit, nec in genere quidem fuiſſe cogitatum [i],
vtputa ad caſum qui nondum eueniſſet [k], vel ad
caſum valde inſolitum [l], vel qui aduerſus proba-
bilem contrahentium mentem eſſet [m]: qua in re
35 plurimum arbitrio iudicis tribuetur. † Poſſunt
tamen, ſi velint, partes agere, vt tranſactio ad ca-
ſus quoque incogitatos & improuiſos trahatur, E
quod Alexander reſpondit [n].

a ¶ Conſtitutæ.) Quia nomine rei extraneus eām detinebat, cùm actor crederet ab extraneo tanquam domino poſſideri, vt ſuprà declaraui. Pet. & Cyn. idem ſentiūt, ſi extraneus tanq̃ ſuam poſsideret, vendidiſſetq; reo, quia tranſactio ad ius pòſt quæſitum non trahitur [o], vt ſuprà diximus. qui intellectus in ſe eſt verus, ſed non quadrat verbis legis, cùm etiam citra erroris allegationem idem eſſet.

a l. Aurelius. §. Mæuia. eod. tit.
b gl. fin. hic.
c c. cum inter. de ren. Ro. con. 294. in fin.
d § alteri. Inſt. de inutil. ſtipul.
e l. ſi ſuperatus. de pig.
f l. de re. ff. eod.
g l. de his. l. non ferendus. de tranſact.
h l. j. §. ſi aduerſ. rem iud.
i l. cum Aquiliana. ff. eod.
k Fel. d. c. cum ſuper. in fi. Arc. conſ. 24. col. ij.
l l. fiſtulas. §. fi. [illegible] de con trah. empt. Alexan. con. [illegible] in 2. m Soc. conſ. 93. verſ. 5. obſtat ij. ratio. in iiij.
n d. con. [illegible] in 2. Rom. d. l ſicut. Ang. d. l. tres fratres.
o d. l. de tutoribus. ff. eod.

pore trāſactionis cō-
ſtitutæ [a], nihil poteſt
nocere. S. IIII. Kal. A
Octob. CC. COSS.

LEX XXX.

IIDEM AVGG. ET Cæſ. Antonino.

Tranſactione finita, cùm ex partibus tuis magis dolum interceſsiſſe, q̃ eorum, contra quos preces fundis confitearis, inſtaurari graue, necnon criminoſum tibi eſt. S. V. Idus Octobr. Crebro CC. COSS.

LEX XXX.

1 *Caſus huius conſtitutionis.*
2 *Dubitandi cauſa.*
3 *Contractus bonæ fidei ipſo iure propter dolum vitiantur.*
4 *Decidendi ratio huius legis.*
5 *Allegans proprium vel autoris ſui dolum, non eſt audiendus.*
6 *Tranſactio propter dolum ipſo iure non vitiatur, ſed actione de dolo reſcinditur.*
7 *Singulares caſus recenſentur, in quibus auditur allegans propriam turpitudinem. & num. 9. 11. 13. 18.*
8 *Lex cum confitente mitius agit.*
10 *In pari culpa potior conditio poſsidentis.*
12 *Ex contractu ſimulato, propter defectum conſenſus non tranſit aliquod dominium.*
14 *Excipiendo aduerſus alium obijci poteſt de fraude propria prius detecta.*
15 *Agendo vero nō poteſt, niſi ex conſenſu rei.*
16 *Quid iuris, ſi obijciatur replicando.*
17 *Interpretatio Alciati ad l. alias. ff. de iureiur.*

TRANSACTIONE.) ¶ † Cùm An- 1
tonius dolo malo aduerſarios ſuos
ad tranſigendum ſecum allectaſſet,
deinde fortè ita eueniſſet, vt hæc
trāſactio ſibi inutilis eſſet, ab ea re-
cedere volebat, quæritur an poſſit? † Et videba- 2
C tur poſſe, tanquam tranſactio dolo facta ipſo iu-
re nulla ſit [p]. Quod & nō pauci tradiderunt, quo-
ties ſup actione bonæ fidei interpoſita eſt. † Con- 3
tractus enim bonæ fidei ipſo iure propter dolum
vitiantur [q]: quo caſu actus nullus à quocunque,
etiam ſi allegantis fraus detegatur, improbari po
teſt [r]. Nam & ſi ipſe prima actione agat, & aduer-
ſarij de tranſactione excipiant, dolum in replica-
tione deducens audiendus videretur [s]. † Sed ta- 4
men hîc aliter reſcriptum eſt, quia pro regula tra
D ditum eſt, † eum, qui proprium vel autoris ſui do 5
lum allegat, audiendum non eſſe [t], idque etiam ſi
actus ſit nullus, dum euidentiſsimo vitio non la-
boraret [u]. Itemq; etiam ſi ſola replicatione de eo
obiiciatur, dum is, aduerſus quem obiicitur, doli
particeps non ſit, & de lucro captando nō agat [x],
† tametſi nec verum ſit, tranſactionem ipſo iure 6
propter dolum vitiari: cùm enim contractus in-
nominatus ſit, apparet eſſe ſtricti iuris, vt in Ru-
brica admonui, & ideò ſola actione de dolo re-
E ſcindi poſſe [y]. Nec me mouet quod lex ait, tranſa
cta intelligi bona fide vt valeat tranſactio [z]: quia
verbum, valeat, ad effectum refertur, cùm affirma
tiuè poſitum ſit [a]. † Sanè quod ſuprà diximus, nō 7
audiri qui proprium dedecus allegat, quibuſdā
caſibus non procedit. Primus, in damnum ipſius
allegantis: audiretur enim credereturq; noxium
ſe fatenti, vt de eo vltio ſumi poſſit [b]: † tametſi 8
lex quandoque cum confitente mitius agat, vt
ad detegenda facinora vnumquenque inuitet [c].
F † Secundus eſt, cū quis dedecus ſuum excipien- 9
do allegat, idq; aduerſus eū, qui pari macula fœ-
datus eſt: aduerſus enim doli exceptionem repli
catio doli non admittitur [d]: † quia in pari culpa 10
potior eſt poſſidentis conditio [e]. q, ſi actor à cul-
pa alienus eſt, fruſtra reus proprium dolum alle-
garet [f]. † Tertius eſt, cùm via replicationis alle- 11
garet actor crimē ſuum aduerſus participem, qui
de lucro captando agit, cū actor euitandi damni
cauſa replicauerit: quod Bar. ſenſit [g], & æquitate
non caret. Vnde infertur, ſi cū timorem confiſca-
ri, tibi

p l. j. in fin. ad Tertul.
q Bart. ff. l. ſub prætextu j.
r l. j. ff. de liber. cauſ.
s l. cū muller. ſol. matr.
t l. ſi creditoribus. ff. de ſer. pig. dat. l. fiſſos. ff. de reu. his quę in fraud.
u c. cum ſuper. de conceſ præb.
x l. viro. ſolut. matr.
y l. pen. ff. de inutili ſtipul.
z l. j. in fine. ad Tertul.
a l. vniuerſa. ff. de precib. Imp. offer.
b l. inde Neratius. ad l. Aquil. in fin.
c l. quiſquis in fi. ff. ad l. Iul. mai. auth. nouo. ff. de pœn. iud. q mal.
d l. apud. §. Marcellus. de doli ex cept.
e l. j. & ij. de cō dict. ob tur. cau.
f c. inter. de do.
g Bar. d. §. procurator. Aretin. conſ. 65. in fin.



ri, tibi bona mea vēdiderim tradiderimq;, dein-
de ea à te vendicē, tibi de emptione excipienti,
poſſe me de ſimulatione contractus in fraudem
fiſci facta replicare [a]. ſed ego id potius inductum
12 arbitror, † quia ex contractu ſimulato, ppter con-
ſenſus defectum nō tranſit aliquod dominium. Vnde fundamentū intentionis meæ in dolo nō eſt, ſed in dominio quod à me non diſceſsit: replicatio autem ſimulationis & fraudis exceptionē tuam elidit, quia ſi-
mulationi in fraudem fiſci conſenſiſti: quo fit, vt
cùm culpa mea propter culpam tuam obumbra-
ta ſit, dominiū apud me remanere debeat, apud
quem ſemper fuit [b]. Illud admittendum eſt, cùm B
non fraus, ſed credulitas nimia, & falſa in repli-
catione allegatur, non videri turpitudinem alle-
13 gari, & ideo replicantē non reijci [c]. † Quartus ca-
14 ſus eſt, quoties fraus ipſa iam erat detecta: † nihil
eñ impedit, quin aduerſus aliū de ea obijci poſ-
ſit: quod dubium non videtur, quoties excipiē-
do, ſeu ſe defendendo aliquis eam allegaret [d]: vt
cùm à munere iudicādi quis ſe excuſaret, qui de
crimine aliquo dānatus ſit [e], vel abominatus, ſa-
15 cerq; denuntiatione Pontificum factus ſit [f]. † Sed C
magis dubium eſt, quid agendo? Et nō putaue-
rim talem admittendum, niſi ex conſenſu rei: vt
cùm is, qui iurauit inſtrumentum non eſſe ſimu-
latum, nihilominus agit & ſimulationē, reo ni-
16 hil obijciente, probat [g]. † Sed quid iuris replican-
do? Et receptiſsimū eſt, ex Vulpiani reſponſo
17 admitti [h]: † Sed ego verba Vulpiani aliter inter-
pretor: cùm enim eum cuius periurium, ſenten-
tia in fauorē domini lata, detectum eſt, aduerſus
procuratorē, qui ex ſtipulatu propter cautionē D
rati conuentus erat, agentē non multū proficere
ſcribat, ſatis indicat tali replicatione non omni-
no hunc periurum adiuuari. Quapropter Baldi
ſentētiam ſequor generaliter ſentientis, nunquā
huiuſmodi ex allegatione lucrum actori conce-
dendum eſſe [i]. Amplius ego addo, nec ſarcturam
damni illi permittendā, niſi aduerſus delicti par-
ticipem, quod ſuperius oſtendimus: tanti enim
non eſſe hanc detectionē, vt ideo aduerſus regu-
18 lam quis audiatur. † Quintus caſus eſt, cùm actus E
ideò nullus eſt, quia aduerſus legem celebratus:
videtur enim cuilibet concedendum, vt actum à
ſe aduerſus legum ſcita geſtum, infirmū allegare
poſsit [k]. Quod intelligēdum eſt, niſi nullus fauo-
re alterius ſit: nec eñ ęquum eſt, ideò alteri dam
num fieri [l], quare nec libertati hoc nomine præ-
iudicabitur, nec matrimonio, nec eccleſię [m]. Non
enim hæc ab allegātis ipſius poteſtate pendent.
Idem generaliter in his, in quibus lex ad allegā-
tis voluntatem nō attendit, vt quia actus ſit nul- F
lus fauore publico, atque ita conſtet [n]. quòd ſi nō
cōſtet actum nullum fuiſſe, in re dubia reijcien-
dus eſt propriæ culpæ fiduciam allegans [o].

a Bal. l. cū profitearis. ff. de re vo. don.
b l. cum mulier. ff. ſol. matr.
c l. de tutela. ff. de in integ. reſtit. minor. vbi Bar.
d l. antepen. de ſuſp. tut. gl. c. ex pœniten. 50. diſt.
e Barto. l. ij. C. ſi ſeruus vel li. x.
f Bal. c. intelleximus. de iud.
g Bar. Sali. l. fi. ff. de non nu. pecu. Feli. d. c. tertio loco.
h l. alias. de iureiurando.
i Bal. d. c. intelleximus. Iaſ. de l. alias.
k l a diuo Pio. de ritu. nupt.
l d. l. j. & l. interrog. de lib. cauſ.
m c. lator. c. conſanguinei. de re iud. d. c. iij. de preſumpt. & 35. q. 9 quod quis.
n c. ex tenore. de conceſſ. præb. l. quemadmodū. de ag. & cenſ. lib. xj.
o c. cum ſuper. de conceſ. præben. gl. c. cū M. verb. duos de conſtit.

LEX XXXI.

IIDEM AVGG. & CC. Proculo.

SI de certa re pacto tranſactionis interpoſito hoc comprænſum erat, nihil amplius peti, & ſi nō additū fuerat eo no- A
mine, de cæteris tn̄ quæſtionib. integra permaneat actio. PP. IIII. Id. Octob. Byzātij, CC. Conſs.

LEX XXXI.

1 *Caſus poſitio in hac lege.*
2 *Dubitandi cauſa.*
3 *Decidendi ratio.*
4 *Verba generalia ſemper ad cauſam ſuā reſtringi debent.*
5 *Et quomodo cauſa cuiuſq; actus ſit cognoſcenda.*
6 *Dictio, amplius, eſt repetitiua.*
7 *Si ſuper fundo aliquo tranſegerim, me illū non amplius petiturum, an ex alia cauſa eundem petere valeam. & nu. 8.*
9 *Verba generalia adeò ſi ſint, vt citra calumniam reſtringi nequeant, verbis ipſis ſtādū eſt.*
10 *Cauendum eſſe à generali ſermone.*
11 *Nemo cogendus vt omnino generalibus verbis aliquē liberet.*
12 *Generalis tranſactio, quæ cauſam contractus egreditur, an in vim tranſactionis, vel tanquam pactum valeat.*
13 *Pactum & ad ea trahitur, de quibus nulla eſt controuerſia.*
14 *Generalis tranſactio ad cauſam ſuam reſtringenda, quomodo accipiatur.*
15 *De connexis idem eſt iudicium, item & de acceſſorijs.*

L. 31. Si de certa

SI DE CERTA.) † Petieram à te 1
fundum Sempronianum, deinde
acceptus centum tranſegi, promi-
ſique nihil amplius petere: quæri-
tur, an mihi denuò alium fundum
C petenti obſtet exceptio? † Et verba generaliter 2
accepta, videntur indicare, me omnino excludē-
dum eſſe: ſtandum eſt autem verbis, nec teme-
rè per interpretationem reſtringenda ſunt [p].
† Sed tamen hîc contrarium reſpondetur, † de- 3 4
bent enim hæc verba ad cauſam ſuam reſtringi [q]:
quod non in tranſactione tantùm, ſed & in pa-
ctis [r], in compromiſsis [s], in iudicijs [t], in calcula-
tionibus [u], in ſolutionibus [x], in renuntiationi-
bus [y], dicēdum eſt. † Deprænditur autem cogno- 5
D ſciturq; hæc cauſa quandoque ex natura actus,
vt in tranſactione vel ſententia: habent eñ præ-
cedentem petitionem, ad quam referuntur.
Quandoque ex verbis ipſorum contrahentium,
vt quia à principio contractus prefati ſunt quam
ob cauſam paciſcerentur. Quandoque & cùm in
fine ſubiecta eſt clauſula vnde id colligi poteſt [z].
Quandoque & alio modo, vt ſi aliqua ſpecialiter
expreſſa ſunt, quæ aliàs corrigerētur vel minue-
rentur, ſi generaliter verba ipſa acciperemus [a], q̃d
E Bal. rectè cenſuit: meritò igitur in propoſita ſpe-
cie hîc reſponſum eſt, poſſe me alium fundū quā
Sempronianum petere, cùm illa clauſula, nihil
ampliùs peti, commodè ad ſolùm Sempronianū
referri poſſit, † quod & natura dictionis Am- 6
pliùs ſuadet, quę repetitiua eſt [b], oſtenditq; de eo
actum, quod ſemel in iudicio deductū fuit: quod
& non abſimili in ſpecie Fulgoſius reſpondit [c].
† Sed quid ſi eundem fundum Sempronianū pe- 7
tam ex alia cauſa? Et non obſtare tranſactionem
F pleriq; ſenſerunt, idq; rei iudicatæ exemplo, cu-
ius exceptio ex alia cauſa agenti non obſtar [d].
† Contrà Accurſius cum paucis [e], quos & ego ſe- 8
quor: verba enim tranſactionis omnino obſtāt,
nec commodè hoc caſu reſtringi poſſunt: exclu-
dar igitur, etiam ſi ex alia cauſa petam, dum talis
ſit, de qua veriſimiliter ſaltem in genere potuerit
cogitari: quid enim ſi cauſa noua ſit [f]? quid ſi pe-
nitus contraria expreſſæ? vt quia tranſegerim in
querela inofficioſi, deinde falſum teſtamentum
compererim [g]. Quis credat eum qui cogitauerit

p l. j. §. & generaliter. de leg. præſtan.
q l. legatorū. §. j. de leg. ij.
r l. fi. §. idē q̃ſij t. de cond. indeb.
s d. l. ſi cū dies. §. plenū. de arb.
t l. j. ff. ſi aduerſ. rem iud. l. ij. ff. de iud.
u d. l. emptor. §. Luc. de pactis.
x l. ſi ex plurib. de ſolut.
y Bal. l. pactum §. 14. ff. de col. l. iubemus. ff. ad Vell. l. vt fund9. cōmun. diuid. l. Titia §. idem. de verb. oblig.
z l. quæſitū. §. j. de leg. iij.
a l. quoties. ff. fa. erciſ. d. l. legato. §. qui plures.
b l. ſi ſeruus. §. ſi ita. de leg. j.
c Conſ. 38. ad id.
d l. cū quęritur. de excep. re iud.
e arg. l. ſi vnus. §. pen. de pactis & not. d. l. ſub prætextu. iūcta l. ij. ff. de iudi
f l. qui cum tutoribus ff. eo.
g l. ſi ita quis. §. ij. de verb. ob.

testamentum eſſe falſum, inofficioſi teſtamenti
querelam fuiſſe propoſiturum a? Huiuſmodi igi-
tur caſibus à me ſuprà enumeratis b, communem
9 ſententiam ſequor. † Illud enim omnium con-
ſenſu receptum eſt, ſi adeò generalia ſint ver-
ba, vt citra manife-
ſtam calumniam re-
ſtringi non poſſint,
verbis ipſis ſtandū
eſſe c. Quid enim ſi
in caſu noſtro pro-
miſiſſem amplius,
nec fundum Sem-
pronianum nec a-
lium petere? Quid
ſi quis ſe non petiturum occaſione cuiuſcunque
crediti ſpopondiſſet d? Quid ſi adultus excuſſa
tutoris in vno capitulo ratione, eum ſe liberare
diceret generaliter ab omnibus quomodocunq;
in hanc diem per eum geſtis e? Intelligētur enim
hæc generaliter, exceptis caſibus à nobis rela-
10 tis f. † Quapropter temperare quiſque à tam effu
ſo ſermone debet, ne in promptum incidat peri-
11 culum g. † Vnde & traditum eſt, neminem cogen
dum, vt tam amplis verbis quenquam liberet h:
captioſæ enim ſunt huiuſmodi confeſſiones i, ſa
tiſque eſt ſi creditores in apochis eas ſolùm ge-
nerales clauſulas adiiciant, quæ ſimpliciter ſpe-
cialium vim confirment k: hiſque beneficiis ſo-
lùm renuntient, vnde actus infringi aliàs poſ-
12 ſet l, quod eleganter Baldus docuit. † Sed nun-
quid generalis hæc tranſactio, quę cauſam ipſius
contractus egreditur, in vim tranſactionis adhuc
ſuſtinebitur, an ceu pactum valebit? Et Bartolus
adhuc vti tranſactionem ſuſtineri cenſuit, quia
abſurdum non eſt, te mihi centum dediſſe, non
ſolùm vt actionē ad fundum Sempronianum re-
mittam, ſed etiā vt aliis actionib9, de quib9 liqui
dò conſtet, te abſoluam, cùm in tranſactione poſ
ſit aliud dari, vel remitti, quàm id de quo litiga-
tur m, cenſeturque tale pactum tranſactionis pars
eſſe n. Quòd ſi notarius in principio documenti
pręfatus ſit, partes ipſas ad huiuſmodi pacta, con
uentiones, tranſactionem deueniſſe, tunc nihil
neceſſarium eſt interpretari actionis liquidæ re-
miſsionem ad tranſactionem ſpectare, ſed ad pa-
13 ctum potius: qđ & Alexander reſpondit o. † Tra-
hitur enim pactum & ad ea de quibus nulla eſt
controuerſia p. Sed quantum ſit reſpectu pacti,
nūquid obſtabit exceptio q, ſine cauſa factū ſit q?
Et Alexander reſpondit, non obſtare, ſed dona-
tionis cauſam præſumi r: quę ſententia ambigua
eſt. Ego potius cauſam quoq; tranſactionis hoc
etiam caſu ſubeſſe dixerim, quæ ex eo præſumi-
tur, quòd eodem contractu cum tranſactione pa
ctum conceptum ſit s, idque & Bartolus ferè ſen-
14 ſit. † Cæterùm & illud annotandum eſt, quod
hîc traditur generalem tranſactionem ad cauſam
ſuam reſtringi, ita intelligi debere, vt non ideò
reſtringatur, quin & ad connexa ipſius cauſæ tra
15 hatur t, † cū ſoleat vulgò dici, de connexis idem
eſſe iudicium u: qđ & de acceſſoriis quibuſq; di-
cendum, qualis eſt pœna vel fructus ipſius rei x.
Idemq; ſi qua ad rei appendices pertinēt y, quod
& alij hîc tradiderunt.

a arg. l. cū qui. ꝟ. de inof. teſta. & l. pen. ꝟ. eod.
b l. ſub prætextu. ij.
c l. pluribus. de acceptil.
d Cyn. l. ſi ex maiore. ꝟ. de except.
e Bart. d. l. ſub prætextu.
f d. l. ſub prætextu.
g l. fi. ꝟ. de dot. promiſ.
h l. iij. §. contrarium. de contr. iud. tut.
i l. cum Aquiliana. ff. eod.
k Bald. d. l. pactum. q. 16.
l auth. matri. §. quādo mul. tut. off.
m l. ſi ſuper. §. eod.
n l. fundi partem. de cōtrah. empt.
o Alex. conſ. 11. col. pen. in 2.
p l. fi. ꝟ. de don. verſ. niſi ille.
q l. ij. §. circa. de dol. excep. l. creditori. §. tit. j.
r d. conſ. l. à Titio. de verb. obl.
s l. ſi ventri. §. fi. de priui. cred.
t gloſ. c. accuſatus. verb. iudicati. de hæret. in 6.
u c. tranſlato. de conſtit.
x l. ij. in princ. ſi quis caut. l. ſi. de eo quod cer. loc.
y l. ſi cum tibi. glo. fin. ad fin. ꝟ. de iud.

## LEX XXXII.

1 *Tranſactio poſt rem iudicatam nullius eſt momēti. Exempla habes num. 3. 4.*
2 *Sententia rem certam inter partes facit.*
5 *Tranſactio poſt rem iudicatam nec in vim pacti valet. & quare. & num. 6.*
7 *Sententia ſuſpenditur reſtitutione in integrum.*
8 *Pendente in integrum reſtitutione nihil nouandum eſt, & ab omni executione ſuperſedendum. contrà num. 9.*
10 *Pendente articuli quæſtione nihil nouandum.*
11 *Appellatione ſententiam ſuſpendi, quomodo accipiendum.*
12 *Damnatus non eſt in criminalibus, cuius appellatio pendet.*
13 *Caſus, in quibus tranſactio poſt ſententiam valet. & nu. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 25.*
14 *Res clara nouari poteſt, licet de ea tranſigi non poßit.*
19 *Regula: Qui vult conſequens, vult & antecedens, declaratur.*
23 *Iure ſpeciali competentia nō attenduntur, antequam impetrata ſint.*
24 *Ius clarum habere dicitur, qui regulæ innititur.*
26 *De iure ſuo docere non valens perinde habetur, ac ſi nullum ius haberet.*
27 *Compromiſſum an poſt rem iudicatam valeat.*

### IIDEM AA. & CC. Cyrillo.

SI cauſa cognita a, prolata ſententia, ſicut iure traditū eſt, appellationis, vel in integrū reſtitutionis ſolennitate ſuſpenſa b non eſt, ſuper iudicato fruſtrà tranſigi nō eſt opinionis incertę. Proinde a ſi non Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione ſub ſubſequuta competentem tibi actionē peremiſti, præſes p[ro]uinciæ vſitato more legum, rebus pridem iudicatis, effectū adhibere curabit. S. 8. Kal. Nouembr. CC. Coss.

SI CAVSA cognita.) a ¶ † Tranſa- 1
ctio igitur poſt rem iudicatam nul-
lius momenti eſt, deficit enim eius
ſubſtātia nempe incertitudo z: quia 2
ſententia rem liquidam certiſsi-
mamque inter partes facit a. † Qua ratione idem 3
Bart. cenſuit, cùm quis inſtrumēto obligatus eſt,
quo chartularij iudicis præceptū ſeu in confeſ-
ſum continetur, & tum enim res clara eſt, vt me-
ritò tranſigi nō poſſit b. † idem reſpondit Ang. c 4
in eo, qui campſoria ſyngrapha tenebatur, cùm
huiuſmodi literis ex lege municipij executio
D conceſſa eſſet. Quæ omnia & nos probamus, ſi
aduerſus id præceptū, vel haſce literas nulla obii
ci exceptio propter ſtatuti verba poterat: alioqui
putarem non omnino rem claram eſſe, & ideò va
lere tranſactionē, quod Paul. Caſtr. Alexanderq;
cenſuerunt. † Sed cur nō valet ſaltem tranſactio 5
in vim pacti? Nam vt demus quoties ſubeſt vi-
tium formæ, actum omnino nullū eſſe d: ſi tamen
aliud vitium ſubeſt, videtur ſaltem tacitum pa-
ctum continere e. Sed Bart. id in liberationibus
E admittit, non in tranſactionibus, quæ vltrò ci-
troque obligationē ſui natura continent f. † Ego 6
& non valere in vim pacti exiſtimauerim, quia
deeſt conſenſus: nec enim veriſimile eſt, eum,
quem timore litis ad tranſactionē compuli quic
quam velle donare g, quod & alibi declaraui h.
b ¶ Suſpenſa.) † Hîc apparet ſentētiam æquè 7
in integrum reſtitutione atque appellatione ſu-
ſpendi. Videturque communis ſententia appro-
bari, qua traditum eſt, † pendente in integrum 8
F reſtitutione, nihil nouandū eſſe, & ab omni exe-
cutione ſuperſedendum i. † Sed Bart. id nō pro- 9
cedere aduerſus pleroſq; ſenſit, niſi cùm incon-
tinenti probari læſio poteſt k, alioqui nō differen
dam eſſe executionem l. Propter enim præſum-
ptionem rei iudicatæ, cenſendum videtur aduer
ſarij malitia & fruſtratione reſtitutionē petitam
eſſe, & ideò ſaluo petentis iure non differendam
executionem m. Quæ ſententia forenſium ope-
rarum vſu pleriſq; in locis obtinuit, & nobis pla-
cet, quoties reſtitutio in integrum idcircò peti-
tur, quia iniuſtè iudicatum fuiſſe proponatur.
quòd ſi de facto iudicis, pro quo lex præſumit,
nulla ſit querela, tunc aliam ſententiam ſeque-
10 rer a. † Sicut & pendente articuli quæſtione: tūc
enim clarum eſt interim nihil nouandum eſſe b.
Quòd verò ad valo-
rē tranſactionis at-
tinet, ſemper in in-
tegrum reſtitutio ſu
ſpenſionis vim ha-
bet: quia tametſi fa-
cta executione, ta-
men reuocari ad-
huc omnia poſſent,
ſi reus obtineat c.
11 † Sanè quod hîc dicitur, appellatione ſentētiam
ſuſpendi, plerique interpretantur reſpectu futu-
ri: quantum enim ſit reſpectu præſentis tempo-
ris, lex extingui pronuntiatum ait d. Ego à verbis
legis noſtræ recedendum non arbitror, vt ſuſpen
di potius ſentētia dicatur e, retroq; cōfirmatoria
ad priorem trahatur: exceptis tamen cauſis crimi
12 nalibus, quibus lex pœnā damnatis irrogat: † nō
enim damnatus eſt cuius appellatio pendet f,
& ideò propter verba legis perinde eſt, ac ſi ex-
tinctum ſit pronuntiatum.
a ¶ Proinde.) † Prima hîc limitatio præceden
13 tis regulę refertur, vt licet tranſactio poſt rem iu-
dicatam non valeat, ſi tamen actio iudicati acce-
ptilatione extincta eſt, valet acceptilatio: quod
ex communi ſententia intelligendum, cùm acce
ptilatio alia ex cauſa quā tranſactionis facta eſt g.
Quæ interpretatio ſatis aliena à mente reſcripti,
ductuque verborum eſt: quapropter alij, etiam
ſi ex cauſa tranſactionis facta ſit, valere cenſue-
runt h, tanquā acceptilatio executio ipſius tranſa
ctionis ſit, vt quamuis contractus ſit inutilis, exe
cutio tamen ipſa mero iure valeat i. Quæ ſenten-
tia in executione facti poſſet defendi, non in ac-
ceptilatione, quæ à iure plurimum mutuatur k.
Ego perpenſis verbis arbitror de executione ſen
tentiæ loqui reſcriptum, quæ locum habere non
poteſt, cùm actio iudicati Aquiliana ſtipulatione
nouata, acceptilationeque perempta eſt: tunc e-
nim ordinario iudicio, id eſt, ex ſtipulatione a-
gendum videtur l: quia quamuis acceptilatio ſit
nulla, vtpote ius liquidum remittēs, nihil tamen
14 impedit valere nouationem, † cùm res clara no-
15 uari poſsit, licet de ea tranſigi nō potuerit. † Nam
& Doctores fatentur legi noſtrę locum non eſſe,
cùm in inſtrumēto notarius ſcripſit, pactum, con
uentionem, tranſactionem à partibus factam:
quia inde oſtenditur contrahentium mens, id a-
gentium, vt ea tranſactio vel in vim pacti ſuſtine-
re poſſit m. Quid obſtat quin eandem mentem
coniiciamus ſequuta nouatione, nec reſcripti
16 noſtri verba violemus? † Nam & idem cenſen-
dum, de regulaque legis noſtræ limitandum eſt,
cùm prętati ſunt tranſigētes ſe omni meliori mo
do, quo efficacius poſſunt, contrahere n: ſuſtine-
bitur enim tunc inutilis tranſactio iure pactio-
17 nis. † Idemque ſi contractum iuriſiurandi reli-
gione confirmauerint: habet enim iuramentum
prædictæ clauſulæ virēs o, quod Alexander, Ia-
18 ſon, & plerique alij hîc tradiderunt. † Sed quid ſi
partes prius ſentētiæ expreſſim renuntiauerint,
an valebit deinde tranſactio? Et Baldus, quem
cæteri ſequuntur, valere ait p: quia nihil impedit,
quin ſententiæ in ſuum fauorem latæ, renuntia-
re quilibet poſſit q. Sed mirum eſt, inquit Paulus
Caſt. cur nō ſemper valeat tranſactio, tanq̄ renun
tiatum ſemper ex neceſſaria ſequela ipſi ſentētiæ
videatur r: hæretq; hac in ſalebra recētiores. Ego,
cùm de tranſactione agatur, id eſt, de contractu
vltro citroq; obligatorio, qui in ſubſtantia defi-
cit, quia ſuper re cla
ra factus eſt, nō cen-
ſeo interpretationē
hâc admittendam,
vt videantur partes
ſentētiæ renuntiaſ-
ſe, vt actus ſuſtinea-
tur: ſed potius inu-
tilem actū celebra-
re voluiſſe, vt Bart.
hîc ſenſit s: quia veriſimile eſt eū, qui ex hoc con-
tractu debitor conſtituitur, delectari actū ſe nul-
19 lum facere, & ſcientem tacere. † Vnde quod dici-
tur, eum qui vult id quod conſequens eſt, vtique
B velle & id quod neceſſariò præcedit: in vero iu-
ſtoque conſenſu procedit, non in eo qui in ſpe-
20 ciem tantùm adhibetur. † Sed quid ſi is, qui ſen-
tentiam obtinuit, omiſſa iudicati actione, prio-
rem adhuc intendat, an valebit tranſactio? Et Bal
dus Salicetusq; ſentiunt valere: non enim p ſen-
tentiam ſublata eſt prior actio t, meritò tranſigi
ſuper ea adhuc poterit. Receptius tamen eſt non
valere, quia cū illabefacta ſtet ſententia, nec ideò
ei cenſeatur renuntiatum, apparet ſuper re clara
21 C tranſigi u. † Sed quid rurſus ſi lata ſententia, reus
fecerit iudicata, remque tradiderit? Et tranſigi
deinde poſſe aliqui tradiderunt: ſequuta ēm exe-
cutione, extincta eſt vis omnis ſententię x. Quod
intelligendum, cùm probabilis ſuberat nouæ li-
22 tis timor, vt quia minabatur reus ſe rem condu-
cturum y. † Quid ſi notarius in inſtrumento affir-
maſſet, quia lis ſuberat, vel ſubeſſe poterat, ſuper
tali negotio, ideò ad tranſactionem deuentum,
&c. an ex hac clauſula ſuſtinebitur in re clara
D tranſactio? Et Angelus ſuſtineri cenſuit, quia ta-
lis enuntiatio inter partes fidem facit z. Alij con-
trà, quia vbi lis nō eſt, eam partes fingere nō poſ-
ſunt a. Ego ſententiam Angeli eo caſu defendi
poſſe arbitror, quum aduerſus rem iudicatam po
23 tuiſſet ſpecialiter aliqua exceptio adhuc obiici,
puta in integrū reſtitutionis: † licet enim ea quæ
iure ſpeciali competunt in nulla ſint ratione, an-
tequam impetrata ſint b, licet etiam ius clarū ha-
bere dicatur, qui regulæ innititur, quique com-
E muni iure intentionē ſuam fundat c: tamen cùm
partes ipſę de ſpeciali remedio dubitauerint, eis
credendum eſt. Quod ego etiam procedere exi-
ſtimauerim, quāuis nihil partes dixiſſent, ſi pro-
babiliter credi poteſt, de tali remedio victorē du
bitaſſe: idq; legis noſtræ argumento, quæ reſtitu
tionis in integrū, ſicut & appellationis beneficiū
probabilem tranſactioni cauſam præſtare oſten-
dit d. Nec enim tunc indubitata eſt ſententia, quę
vllo remedio attentari poſſit e, capiendaq; eo ca-
F ſu hæc eſſet interpretatio vt ex neceſſario antece
dente, id eſt, huius auxilij prætextu, tranſactio
ſuſtineatur. quòd ſi probabilis non fuit huius re-
25 medij cogitatio, ſecus eſt f. † Illud ferè omnes fa-
tentur, quoties rei iudicatæ fides in promptu nō
ſit, vt quia documentum ſententiæ non reperia-
26 tur, valere tranſactionem g, † cùm qui de iure ſuo
docere nō poteſt, perinde habeatur, ac ſi nullum
27 ius haberet h. † Sed nunquid poſt rem iudicatam
valeat compromiſſum? Et ſi arbitratori, quem
græcè διαιτητὴν dicunt, mandatum ſit videretur i,

z l. j. ff. eod. l. & poſt rem.
a l. res iudicata. de reg. iur.
b Dd. c. expoſita. de arbit.
c d. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verb. obl.
d l. an inutilis. de accept.
e l. ſi acceptoli tum. eod. tit. l. ſi vnus. §. pen. de pact.
f l. tranſactio. ꝟ. eod.
g l. ſuus. ꝟ. de te pu. hæred.
h l. iij. §. ſi quis ita. de verb. obl.
i Dd. l. iiij. §. cōdemnatum. de re iudic.
k arg. l. prætor. verſ. Paulus. de iud.
l c. ſuſcitata. de in integ. reſtit.
m arg. authen. quæ ſupplicatio. §. de precib. Imp. offer.
a l. defendente. de adm. tut.
b l. j. in integr. reſt. poſt.
c d. auth. quæ ſupplicatio.
d l. j. ꝟ. fi. ad Turpil.
e l. fin. §. illud. ꝟ. de temp. app.
f l. furti. in pri. de his qui not. l. ſi quis filio. §. hi autē omnes. de iniuſt. rup.
g l. fin. §. idem quæſiit. de condict. indeb.
h Arct. Anton. Alex. Iaſ.
i l. j. §. ſi vir. de acq. poſſ.
k arg. l. fin. ꝟ. de loc. & per Bal. l. quę ſub cond. ꝟ. fi. de cōd. inſt.
l arg. l. minor. xxv. annis cui fid. de minor.
m Bar. & Alex. conſil. 11. 2.
n arg. l. ex ea. de teſtam. Dd. d. §. ſi quis ita.
o l. cūm pater. § filius matrē. de leg. ij.
p Bal. l. ſi diuerſa. §. eod.
q l. iuriſgēt. §. ſi paciſcar. de pactis.
r l. ad rem. l. ad legatū. de proc. l. illud. de acq. hæred.
s l. an inutilis. d. §. ſi quis ita.
t l. duobus. de excep. rei iud. l. j. ꝟ. de iud.
u d. l. j. ff. eod.
x l. permiſceri. §. ſpecies. de acquir. poſſ.
y l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. mand. Bart. l. j. §. & parui. qđ vi aut clàm.
z l. optimam. ꝟ. de contr. ſtip.
a l. cū hi. §. ſed cum lis. ff. eod.
b l. ergo. de fid. lib.
c l. ij. vbi Doct. ꝟ. ſi quis in ius voc.
d Fulg. & Iaſ. d. l. poſt rem.
e d. l. eleganter. §. j.
f Angel. Alex. ibi.
g d. l. poſt rem. ff. eod.
h l. duo. ff. de teſtam. tut.
i l. quintaualliſ. de iureiur.

L. 32. Si cauſa.

tanquam illud mandatum naturam quoque pa-
cti, nedum tranſactionis habeat. Quòd ſi in arbi-
trum compromiſſum eſt, non valere aiunt, niſi
adiecta ſit clauſula, non obſtante ſententia[a], vel
aliàs de ſententia nihil ſit obiectum[b].

a c. expoſita. de arbitr.
b c. inter monaſterium. de re iudicata.

LEX XXXIII.

1 *Hypotheſis præſentis conſtitutionis.*
2 *Coniunctio, Si tamen, pro aduerſatiua ponitur.*
3 *Duplex intellectus ad principium legis.*
4 *Alciati expoſitio.*
5 *Iaſ. opinio, quæ ab Alciato reprobatur.*
6 *In tranſactionibus ſpeciale eſt, vt euicta re, non tamen prima actione amplius agi poſſit.*
7 *Bartoli diſtinctio ad hanc l. eademq; reprobata. & nu. 8.*
9 *In contractibus innominatis paria ſũt, non adimplere, vel imperfectè.*
10 *Actio præſcriptis verbis ex permutatione datur ei, qui adimpleuit, &c.*
11 *Litis renuntiatione dominium non acquiritur, licet exceptio paretur.*

LEX XXXIII.
IIDEM AVGG. ET CC. Euchruſio.

A SI pro fundo[a], quẽ petebas, prædium certis finibus liberũ dari trãſactionis cauſa placuit, nec eo tempore minor xxv. annis fuiſti, licet hoc B prædium obligatum pòſt, vel alienum ꝑ parte fuerit probatũ inſtaurari[b] deciſam litem prohibent iura. Ex ſtipulatione ſanè,

1 I PRO FVNDO.) ¶†Petebat Eu-
charìſius à me fundum Titianum, at
ego qui ſatis ſciebam me malam cau
ſam fouere, cum eo tranſegi, vt loco
Titiani fundi, ei prædium aliud traderem, atque
ſecum hoc modo permutarem. Finge, euicta eſt
prædij pars, quo ei remedio conſuletur? an con-
dictione ob cauſam? Et traditũ eſt, in tranſactio-
nibus fauore litium finiendarum ei repetitioni
locũ non eſſe: ſupereſt ergo vt præſcriptis verbis
agat, quæ actio in permutatione ſola ſupereſt, cũ
res data euincitur[c]. Sed pone me nõ ita conue-
niſſe, vt prædium illud darem, ſed vt ipſum fun-
dum Titianum, quem petebas, tibi dimitterẽ, an
eo euicto agere aduerſus me poteris? Et nõ poſ-
ſe reſponſum eſt: nõ enim id egi, vt eius te fundi
dominũ conſtituerem, ſed vt penes te qualem-
2 cunque dimitterem. † Et ex hoc intellectu appa-
ret coniunctionem, ſi tamẽ, quæ aduerſatiuæ red
ditiua eſt, pro aduerſatiua poni[d]. Ouidius:

*Nunc in correctum populi peruenit in ora,*
*In populi quicquam ſi tamen ore mei eſt.*

Alij aliter intelligunt: vt Accurſ. & veteres, vt nu
per Iaſon, omnes nihil (quod dicitur) ad literam,
κατὰ πρὸς ἔπος.

3 a ¶Pro fundo.) † Subaudiunt aliqui, de cæte
ro non petendo, quo ſenſu promiſſio viuente a-
ctore nunq̃ poſſet adimpleri, quin ſi hodie nõ pe
tat, in futurũ petat[e]. Alij frequẽtiore calculo ma-
lunt, ꝓ fundo, ſcilicet apud reũ dimittendo: quo
caſu ſtatim impletur promiſſio, idq; actum eſſe,
vt promiſſio adimpleri poſſit, in dubio veriſimi-
4 lius eſt. † Ego nihil ſubaudiendũ cenſeo, cùm da
tionem hîc factam nõ appareat vt à lite ſimplici-
ter recedat: ſed verba hæc, pro fundo, id eſt, loco
fundi interpretor, vt permutationẽ factam ſigni-
ficent: & ideò ĩ. dicitur, agi præſcriptis verbis[f].
5 † Iaſ. hîc diſputat, an tranſactio hîc fuerit, an per-

c l. naturalis. §. j. de præſc. ver.
d l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium. de do. inter vir. & vxo.
e d. l. eleganter. §. ſi quis poſt.
f l. j. ff. de rerũ permut.

mutatio: concluditq; tranſactionẽ potius eſſe, vt
id qđ principio actũ eſt magis attendamus[g]. Sed
nihil opus eſt, qđ vnum eſt in duo diuidere, cùm
minimè ratio vlla repugnet, quin permutationẽ
dicamus cauſa tranſactionis factam, dedit mihi

g l. ſi quis nec cauſam. ſi cert. pet.

ſi placita ſeruari ſecuta eſt, vel ſi nõ interceſſit præſcriptis verbis[c] actione ciuili ſubdita apud rectorem prouinciæ agere potes. Si tamẽ[d] ipſas res apud te conſtitutas, (ob quarũ quæſtionem litis interceſſit deciſio) fiſcus vel alius vindicauit, nihil petere potes. S. V. Idus Nouem. Melantiadæ, CC. COSS.

Eucharìſius fundũ
Titianum, qui ad ſe
verè pertinebat, vt
ego illi vice mutua
prædium darẽ, am-
boque litigare deſi-
neremus.
b ¶Inſtaurari.) †E- 6
uicta igitur re, non
tñ prima actione,
amplius agi poteſt,
idq; ſpeciale in trãſ-
actionibus, vt litiũ
finis ſit. Quapro-
pter nec condictio
ob cauſam, quæ in
contractibus inno-
minatis regulariter
conceditur[h], locum
vllum habebit, cùm
huiuſmodi contra-
ctus ex cauſa tranſa
ctionis initi fuerint[i], qđ Pet. Cyn. tradiderunt. In
tranſactionibus eñ cũ actori actione præſcriptis
C verbis conſuli poſſit, ad condictionẽ tranſeundũ
nõ fuit, qđ & Guil. & recentiores ferè omnes hîc
ꝓbant, nec Bar. alibi dubitauit[k], † licet hîc diſtin 7
guat, an reus vllo modo adimpleuerit, & tũc dari
condictionẽ cenſeat[l]: an verò eo modo adimple
uit quo potuit, & tunc nõ dari, legiq; noſtræ locũ
eſſe: † quæ diſtinctio meritò recepta frequentius 8
non eſt, † cũ in contractibus innominatis idẽ ſit, 9
ſiue quis omnino non adimpleat, ſiue imperfe-
ctè[m]: euidensq; legi noſtræ fieret calumnia, ſi reũ
D feciſſe quicquid potuit ſomniaremus. Cur enim
cùm fundum liberum tam ex pacto, q̃ ex diſpoſi-
tione legis[n] dare teneretur, eum à domino non
redemit? cur ſi verebatur ne ob hypothecã euin-
ceretur, creditori non ſatisfecit[o]?
c ¶Præſcriptis verbis.) † Quæ actio ex per- 10
mutatione datur ei, qui adimpleuerit, aduerſus
eum qui non adimpleuit, id eſt, qui dare debuit,
ſeu dominium transferre[p]. Prędio autem euicto,
apparet reum non dediſſe: quod ſi actor nõ adim
E pleſſet, vt quia promiſiſſet non petere, nulla ei
præſcriptis verbis actio daretur[q], cũ ſi hodie nõ
petat, in futurum petere poſſit, & conſequenter
nunquam adimpleuiſſe dicatur.
d ¶Si tamen.) Si igitur vice verſa relictus tibi
eſſet fundus Titianus, quem petebas, isque ab a-
lio euictus eſſet, nulla tibi à reo præſtaretur eui-
ctio. Sed quæ ratio huius rei eſt? Et communiter
traditur eum qui tranſigit, id feciſſe cenſeri, vt à
lite recedat, non vt ius aliquod transferat: ideò
F tali contractu non agi, vt dominium transfera-
tur. Vnde conſequens eſt, vt nec euictio vlla præ-
ſtetur. † Nam & illud receptum eſt, litis renun- 11
ciatione dominium vllum non acquiri, ſed ſo-
lùm exceptionem parari, qua renuntians exclu-
datur[r]. Et ita in caſu dubio ſemper exiſtiman-
dum eſt. Quòd ſi verba liquidò oſtendant id a-
ctum vt dominium transferatur, ſecùs eſt: vt in
principio legis, cũ actor conuenit, vt pro fundo
Titiano quẽ petebat, alius ſibi daretur: apparet
eñ permutationẽ eſſe, & ideo id actum, vt fundi
Titiani

h l. ſi quis accepto. de cond. ob cauſ.
i l. iij. in princ. cod. tit.
k Bart. l. ſi quis aliam. de ſolut.
l l. fin. de cond. ob cauſ. l. ob eã. de præſcr. verb.
m d. l. ff. j. reſp.
n l. ex prædiis. ff. de euictio. l. in venditione. ff. de act. empt.
o l. nõ dubium. §. fi. de leg. iij.
p l. j. de rerum permut.
q d. l. ſiue. d. l. cum proponas.
r dixi l. poſtq̃. ff. tit. j.



Titiani dominium in reum trãsferretur: alioqui
aliud prædium præſtitum, non pro fundo, vt hîc
dicitur, ſed pro renuntiatione litis fuiſſet. Idem
ſi pro re dimiſſa quis acceperit litis æſtimatio-
nem[a]: ſimilis eñ venditori is eſt, vnde & euictio-
ne pręſtat[b]. Sed &
ſi cauſa præceſſerit
quæ dominiũ tranſ-
ferre ſoleat, non eſt
dubium, eum, qui
rem dimittit, titu-
lum ipſum transfer-
re: quod Bald. hîc,
& Alexand annota-
runt[c].

a l. ſi donatæ. de don. int. vir.
b l. huius rei. l. hoc ſi res.
c l. ſi ſponſalib. §. j. de iu dot. gl. ſtipulatio iſta. verb. ſucceſſores. de verb. oblig.

L. XXXIIII.

1 *Facti ſpecies in hac lege.*
2 *Dubitandi, decidendique cauſa. & num. 4.*
3 *Volenti nõ fit dolus.*
5 *Areti ratio ad deciſionem huius legis.*
6 *Sub conditione, ſi nos hæredes inſtitueris, facta liberatio tutoris, an valeat. & num. 8. 10.*
7 *Spe præmij nemo ad inſtitutionem inuitandus. & nu. 11.*
9 *Spe lucri ad matrimonium quenq; inuitare licet.*
12 *Reſpondetur Alexandri rationi.*

LEX XXXIIII.
IIDEM AVGG. & CC. Cyrillo. & Ptolemaidi.

A CVm donationis, ſeu tranſactionis cauſa, adminiſtratę tutelæ debiti ſciẽtes vos obligationem fratri veſtro remiſiſſe ꝓponatis, B nec vnquam volentibus dolus inferat, fruſtrà de dolo queri mini: nec adimplẽdum promiſſum, hęreditatis ꝓprię pollicitatione quiſquam adſtringit. PP. VI. Id. Nou. CC. Conſs.

1 VM DONATIONIS.) ¶ † Ex
tribus fratribus, qui natu maximis
erat, aliorum minorum tutelam
adminiſtrauit: cùm de redditione
rationis litigaſſent, tandem tranſ-
egerunt, renuntiaueruntq; adulti actioni tute-
læ, & tutor eos hæredes cùm moueretur, promi-
ſit inſtituere, quod tamen non fecit: quæritur, an
2 adultis ſuccurri aliquo modo poſsit? † Et vide-
retur de ſolo actione ſuccurri[d]: ſed id falſum eſt,
3 † quia volenti prudentique non fit dolus: ſciue-
runt autem hi aut cõſultis peritioribus ſcire de-
buerunt, neminem futuræ ſucceſsionis pacto al-
ligari, quod lex aduerſus bonos mores eſſe in-
4 terpretatur[e]. † An igitur alio remedio conſule-
tur? Et Baldus tranſactionem nullam dici poſſe
cenſuit, cùm ex pacto tutoris nihil ſit adultis da-
tum[f]. Sed Salic. Paul. Alex. contrà, cùm ſufficiat
ſpes ſucceſsionis, licet à voluntate tutoris pen-
5 deat[g]. † Aret. alia ratione tranſactionem nullam
cenſuit: quia modus ille loquendi, vt nos hære-
des inſtituas, &c. impoſsibilis eſt de iure no-
ſtro[h], vnde actum vitiare debet. Si enim conditio
impoſsibilis contractum vitiat[i], cùm tamen con
ditio nihil diſponat, ergò multò fortius modus
impoſsibilis, qui grauatum arctiùs alligat. Sed
& hoc falſum eſt: cùm enim diſpoſitio per mo-
dum non ſuſpendatur, ſed ex ſe efficax ſit[k], mo-
dus ipſe impoſsibilis vel turpis reijcitur, diſpo-
ſitio remanet, quod in conditione non eſt, vt hîc
6 Accurſ. ſentit, quem & cæteri probant[l]. † Diffici-
lior igitur quæſtio eſt, quid ſi ſub conditione fa-
cta eſt liberatio? vt quia adulti dixerunt, libera-
mus te ſi nos hæredes inſtitueris. Et Bulgar. quẽ
Bart. Angel. Paul. Caſt. Alexand. probauerunt,
nullam eſſe liberationem cenſuit, etiamſi ſi con-
7 ditio adimpleta, ipſique inſtituti fuerint: † quia
ſpe præmij inuitari nemo ad inſtitutionem de-

d Dec. l. pactũ quod dotali. §. tit. j.
e l. ſtipulatio hoc modo. de verb. oblig.
f l. tranſactio. eod.
g l. ſi ſuper. §. e.
h l. nõ ſolum. de act. & oblig.
i l. impoſsibilis. de verb. oblig.
k l. quib. §. Termilius. de cond. & dem.
l Bart. auth. ingreſsi. §. de ſacroſan. eccleſ.



bet[m]. † Contrà alij plures numero, ſed inferiores 8
autoritate: ſecuta enim inſtitutione, confirmari
propter conditionis euentũ ipſam liberationẽ[n].
Et ſicut in hoc reſcripto valet renuntiatio purè
facta, cenſendum etiam valere ſub conditione,
poſtquam conditio
euenerit[o]. Nec ab-
ſurdum videri ſpe a-
licuius lucri, ceſſan-
te omni captione, a-
liquẽ ad inſtitutio-
nem allectari, † cùm 9
& in matrimonijs
ſumma libertas re-
quiratur, & tñ ſpe lu
cri ad matrimoniũ
quenque inuitari li-
ceat[p]. † Sequamur & 10
nos hanc ſententiã,
quia rationes, cur
hæreditas pacto nõ
detur, à nobis ſuprà
relatę[q], hoc caſu lo-
cum non habent: i-
deoque nihil impe-
dit, in conditione id poni, quod in diſpoſitione
poſitum, non arctaret[r]. † Nec verum nobis videt, 11
ſpe præmij ad inſtituendum neminem inuitari
poſſe: nulla enim lege id cauetur, niſi cùm inſti-
C tutio captatoria, vel in fraudẽ S. C.[s] eſſet, vt in eo
exemplo: Titius ſi Męuium hæredem inſtituat,
hæres eſto[t]: incidit enim hæc ſpecies in S. C. ſen
tentiam. Quid enim ſi teſtator cum Męuio collu
dat, vt poſtquam Titius eum inſtituerit, alias ta-
bulas condat, quibus ipſi Titio nihil relinquat?
† Nec me mouet Alex. ratio, exiſtimantis in Titij 12
teſtamento clauſulã ſubintelligi, rebus ſic ſtan-
tibus[u]: quia cùm purè Męuio relinquat, capiẽda
potius fuit præſumptio ex affectione inſtitutio-
D nem ꝓceſsiſſe, quã vt conditionẽ impleat[x], ma-
ximè cùm in alterius damnum ſoleat ea clauſula
aduerſus apertam vim verborum intelligi[y]: alio-
qui hęc ratio, captatoriarum inſtitutionum pro-
hibitionem ſuperuacuam magna ex parte oſten-
deret. Sed hæc alibi latiùs.

L. 35. Trãſactionem.

m l. ille autem in fi. de hęre. inſtit.
n l. ſi maiores. verb. conditione. §. eod.
o l. Seius. ad leg. falcid.
p l. Titio centũ. §. j. de cond. & demonſt.
q d. l. pactum q̃ Dd. l. ſi. §. tit. j.
r l. vxorem. §. hęres. de leg. iij.
s l. j. in fi. de his quę ꝓ nõ ſcript.
t d. l. ille autem.
u l. ſi ſeruus. de cond. ob cauſ.
x l. nec. adiecie.
y l. Lucius. de eã. uict.

LEX XXXV.

1 *Tranſactio coram amicis facta, non præſumitur contracta per metum.*
2 *Idem coram ſanguineis & coniunctis.*
3 *Autoritas iudicis contractui accedens metum vel dolum elidit.*
4 *Quod de metu dicitur hic, an idem in dolo ſit.*
5 *Præſumptio doli contra tutores num elidatur ob amicorum præſentiam, relinquitur arbitrio iudicantis.*
6 *Exemplis illuſtratur præcedens dictum. & 7.*
8 *Quoties lex aliquid ad formam pertinens inducit, eo omiſſo, quamuis ratio ceſſet, vitiatur actus.*
9 *Stante ſtatuto, vt mulier non contrahat, niſi cum conſenſu agnatorum, ſufficit ſi qualeſcunq; agnatos adhibeat, etiam nõ proximiores. & de ampliori huius ſtatuti interpretatione vide num. 12.*
10 *Affines autem vel maritus non ſufficerent.*
11 *Sed nec procuratorem agnati conſentire ſatis eſſet.*
13 *Agnati præſentes & tacentes, an conſenſiſſe videantur.*
14 *Qua ratione lex proximiores agnatos requirat.*

LEX XXXV.
IIDEM AVGG. & CC. Ammoni.

TRanſactionẽ, quę dominij translatione vel actione parata ſeu perempta finem accepit, cũ eam

RANSACTIONEM.) a ¶ † Quoties 1
igit̃ corã amicis cõtracta eſt tranſactio,
nõ eſt veriſimile meticulòsè celebratã
eſſe: vnde q̃ id allegat, apertioribus ꝓba-

tionibus, tanquam non veriſimilia adducens, v-
2 ti debet[a]. †Et quod de amicis dicitur, in conſan-
guineis quoq; & coniunctis locum habet, quos
lex non arbitratur curam ſuorum facilè omiſſu-
3 ros[b]. †Sed quid in iudice, an autoritas iudicis,
quæ contractui ac-
ceſſerit, metus vel
doli præſumptionē
elidet? Et traditum
eſt elidere[c]. Sed &
id ex qualitate iudi-
cis diſcernēdum A-
ret. cenſuit, quod a-
libi tradidimus[d].

**amicis etiam interue-**
**nientibus re vera o-**
**ſtēditur proceſsiſſe,**
**metus velamēto re-**
**ſcindi poſtulātis pro**
**feſsio detegit impro**
**bitatem. S. IX. Ka-**
**A lend. Decembris**
**Nicomediæ, C C.**
**Conſs.**

4 †Sed quod hîc in metu traditum eſt, an idem &
in dolo ſit? Et videretur eſſe idem: vnde in-
ſtruunt tutores captioſi aduocati, vt cùm aliquid
pro pupillo gerunt, procurent in inſtrumento
deſcribi, coram eius matre coniunctiſue aliqui-
bus factum: non enim tunc quod hoc modo pa-
làm geſtum eſt, poterit tutori ceu dolo factum
imputari[e]. Sed tamen hac in re plurimum ego
arbitrio iudicis tribuendum arbitror, qui ex in-
5 dicijs dolum perpendat. † Nec mihi ſit veriſi-
mile præſumptionem doli, quæ certis caſibus à
lege aduerſus tutores inducitur[f], ex eo conuelli,
quòd in præſentia amicorum res geſta ſit: po-
tuerunt enim illi conſilium tutoris ſequi, ad quē
res principaliter pertinebat[g], nec alieno in ne-
gotio valde curioſi[h] eſſe. Religioni enim iudican
tis hac in re ſemper plurimum tributum eſt, qui
præſumptionis huius vires ex argumentis ex-
trinſecus accedentibus vel intendat, vel eleuet.
6 † Quid enim ſi is qui metū infert, huiuſmodi ſit
qui nihil præſentiam amicorum vereatur, vt ty-
rannus? Reſpondit enim hoc caſu Angelus,
non ideò minus præſumi metum[i]. Nam & Sa-
7 licetus cenſuit, † ſi filiafa. propter præcedentes
patris minas deinde coram amicis contraxerit,
non ideò minus metum, quem vocant reueren-
tialem, præſumi[k]: quia veriſimile eſt eam plus
patri tribuiſſe, in cuius manu erat, quàm vllis a-
micis: quæ ſententia vera eſt, ſi præceſsiſſe pa-
tris concuſsionem probetur: alioqui cum Alex.
& recentioribus ſentiendum[l], non magis ex ſo-
lo cōtractu metū inter patrem & filiam præſumi
atteſtantibus, quàm inter nurum & ſocerum[m],
quamque inter maritum & vxorem[n]. Nam & à
quibuſdam traditum eſt, ſi mulier lege munici-
pij prohibeatur abſque duorum conſanguineo-
rum præſentia contrahere nihilominus cum pa-
tre ſuo abſq; ea ſolennitate ritè contraxiſſe cen-
ſeri[o]: hîc enim apparet, talis ſtatuti rationem eſ-
ſe, ne facilè mulieres circumueniri poſsint, quæ
ratio propter paternæ pietatis præſumptionem
locum ſibi non vendicat[p]: qua de re à nobis ſu-
8 prà diſputatū eſt[q]. †In præſentia hoc dixiſſe ſuf-
ficiat, quoties lex aliquid ad formam ſeu ſolen-
nitatem pertinens inducit, quamuis ratio ceſſet,
tamen nihil de ſolennibus omittendum, aliàs a-
ctus eſt nullus[r]. Quod proculdubio in hoc caſu
cēſendum, ſi ſtatutis cautum eſſet, vt ad literam
intelligerentur, ſeu nihil extrinſecus in eorum
interpretatione adſumeretur[s]. Nec enim dubiū
eſt in hoc ſtatuto in primis vim verborum inſpi-
9 ciendam eſſe. †Vnde ſi in eo ſimpliciter ſcriptum
ſit, vt non niſi cum conſenſu agnatorum mulier
contrahat, ſufficiet, etiam ſi alios quàm proxi-
miores agnatos accerſiuerit: licet enim æquius
eſſet proximiores adhibere[t], tamen quia ſtatu-

a l. non eſt. ff. q met. cauſ.
b l. hæc autē. §. j ex qui. cau. in poſſ.
c l. j. ȷ̄. de præd. cur. lib. x.
d l. pacta nouiſſima. §. tit. j.
e Bald. l. Polla ȷ̄. de his quib. vt indig. Cur. conſil. 43. col. 6.
f l. j. ȷ̄. ſi tutor inter.
g l. fi. ff. vbi pupillus. l. j. §. fi. de ventr. inſp.
h l. doli. in fi. de nouat.
i Ang. conſ. 280. reperitur.
k l. j. §. quæ honorandæ. ff. qua re.
l c. cauſam. ij. de offi. deleg.
m l. qui à parētis. ſol. matr.
n c. cum contingat. de iur. iu.
o Bald. l. pactū. q. 21. ȷ̄. de col.
p l. Aurelius. §. Titius. de lib. leg.
q l. præſes. ȷ̄. eo.
r l. ſi fundus. de reb. eod. c. j. de reb. eccl. in 6.
s Dixi lib. ij. de verb. ſignif.
t Bal. & Doct. l. ij. ȷ̄. de verb. ſig.

tum generaliter loquitur[t], receptius eſt qua-
leſcunque ſufficere: agnati enim ſunt, & qui re-
motiores ſunt. Quapropter ſufficiet horum con
ſenſus, etiam ſi minores XXV. annis ſint, dum
impuberes non ſint, ſed indole bona ingenioq;
præditi[u]. † Quòd 10
ſi non conſangui-
nei ſeu agnati, ſed
affines ſint, propter
verba ſtatuti nō ſuf-
ficeret. Differunt e-
nim affines ab a-
gnatis, itemque à
propinquis[x]. Vnde
nec conſenſus mariti ſufficeret, qui principium
affinitatis eſt. † Nam & ſi agnatus per procu- 11
ratorem conſentiret, fruſtra conſentiret, quoties
ſtatutum præſentiam eius requireret[y]: in con-
ſenſu verò maior eſt ambiguitas[z]. Quòd ſi mu-
B lier procuratorem ad contractus generaliter cō-
ſtitueret, accedente conſanguineorum conſen-
ſu, adhuc ex particularibus contractibus non
obligaretur, cùm lex conſenſum agnatorum i-
deò requireret, vt in ſingulis ſpeciebus ipſi cau-
ſam perpendere poſsint vtilitatemque fœminæ
procurare: quæ ratio in generalis mandati con-
ſenſu ceſſat[a]. † Fit tamen quandoque amplior 12
huius ſtatuti interpretatio dummodo verba o-
mnino non aduerſentur. Quid enim ſi nullos a-
C gnatos mulier habeat? nónne interpretabimur
vt cum conſenſu agnatorum cōtrahat, ſi habet[b]?
Quòd ſi in ſtatuto conditio expreſſa ſit, ſi ha-
beat, intelligetur quatenus habeat, poterit-
que tali caſu ſcindi conditio, quod Bartol. cen-
ſuit[c]. Quid ſi habeat quidem, ſed abſentes, &
qui ſi expectarentur, mulieri periculoſam mo-
ram facerent? Et non expectandos Bald. cen-
ſuit[d]. Interpretandum enim ita eſt ſtatutum, ne
in mulierum damnum vergat[e]. Quid ſi ſint præ-
D ſentes, ſed conſentire nolint? Et non valet con-
tractus niſi quatenus probatur eos abſque iuſta
cauſa id officium detrectaſſe[f]. Quid ſi eos mu-
lier adhibere noluit, quia ſuſpecti eſſent? Et non
debuiſſe eos hoc caſu aduocari credendum eſt[g]:
quapropter eorum operam ſupplebit iudex, ſi-
cut & ſupplet quoties extant quidem agnati,
ſed inepti & conſenſui non idonei[h]. †Quid au- 13
tem ſi præſentes contractui eſſent, & tacerent,
nunquid dicerentur conſenſiſſe, & cenſeretur
E ſeruata forma legis? Et nō putarim[i]. †Sed quam 14
rationem eius legis cenſebimus, quæ non con-
ſenſum ſimpliciter requirit, ſed agnatorum pro-
ximiorum? Et Barto. ideo eos requiri ait, quia
propter ſpem ſucceſsionis, eſt veriſimile dili-
gentiorem eos curam adhibituros[k]. Ego non ar-
bitror ſpem hanc hæreditatis viuentis perſonæ
à legiſlatore perpenſam, ſed potius, quia quò
quiſq; gradu iunctior eſt, eò & magis amare pro-
curareq; rem coniuncti præſumitur[l].

u Bal. l. Inter iunctio. ȷ̄. de nupt.
x l. j. ȷ̄. vnde vir & vxor.
y Bal. Rom. l. j. ȷ̄. qui admin.
z Ang. l. apud. §. fi. ex qui. cau. in poſſ.
a Iaſon. l. j. §. et plurib. de acq. poſſ.
b Bal. d. l. in con iunctione.
c l. ſi Stichū qui. de leg. j.
d arg. c. j. ne ſe de vacan. l. vbi abſunt. de tut. & cur.
e Felin. c. ex parte. de reſcript.
f Iaſ. l. j. qui admin.
g Bal. l. viduæ ȷ̄. de nupt. Aret. l. cum hæres. de acq. hære.
h Corn. d. l. j.
i Bald. & mod. l. ij. §. voluntatem. ſol. matr.
k l. j. de legi. tut.
l l. lege Iulia. de teſtib.

F
## LEX XXXVI.

1 *Facti ſpecies in hac lege.*
2 *Nominati contractus quamuis ab altera parte non adimpleantur, firmi tamen manent.*
3 *In contractu tranſactionis ſpeciale eſt, vt in eo pœnitentiæ non ſit locus.*
4 *Varij intellectus ad hanc legem.*
5 *Verus intellectus huius conſtitutionis. & num. 7.*
6 *Si tranſactum ſit, & reus promiſſa non ſeruet, an purgare moram poſsit, hic articulus tribus caſibus explicatur. & num. 8. 9.*

Si



1 SI MAIOR annis.) ¶ † Conue-
neram te vt centum dares, deinde
tranſegi pro quinquaginta: cùm
eam mihi ſummam non redderes,
ruſus te in iudicium traxi, & cen-
tum petij: hîc tradi-
tur exceptione tibi
ſuccurri, ne ſupra
quinquaginta exi-
garis. Et ſi ponamus
tranſactioni additā
ſtipulationē, quod
Suzarius arbitratus
eſt, res dubium non
2 habebit, † quia no-
minati contractus
quāuis ab altera par
te non adimpleant,
firmi tn̄ remanent,
& ſola actione ex cō
tractu agi poteſt[a].
Sed ſi pacto nudo
tranſactū ponamus,

## LEX XXXVI.
IIDEM AVGG. *& Cæſſ. Archillor.*

**SI maior annis X-**
**XV. trāſegiſti, q̄-**
**uis dari tibi placita**
**rep̄ſentata necdū ꝓ-**
**bēt, nec offerāt hi, q**
**conuenerunt, ne quid**
**ampliꝰ ab ipſis exigi**
**poſsit, exceptionis**
**ꝑficit equitas. S. VI.**
**Id. Dec. C C. Conſs.**

reſolutio difficilior erit, quia hoc caſu prima a-
ctione agi conſtitutiones dicunt[b]. Sed Fulgoſius
agi quidem prima actione cenſet, ſed tn̄ non exi-
3 gi, niſi quatenus tranſactum eſt: † cùm enim ſpe-
ciale in contractu tranſactionis ſit, vt in eo pœni-
tentiæ locus non ſit[c], meritò vltra ſummam, quę
ſemel in tranſactione placuit, non poterit reus
exigi, idq; & Guil. Per. Cy. Alexan. alijsq; recen-
tioribus viſum eſt[d], quos & ipſe ſequor: quoniā
abſq; manifeſta calumnia hæc lex aliter intelligi
4 nequit: † diuinantq; notabiliter alij in reſcripti
ſenſu: vt veteres, qui adiectam ſolutioni diem
fingunt, & ea elapſa in iudicio pecuniam oblatā:
vt alij, qui antequam dies veniſſet, ab actore pe-
titum comminiſcuntur: vt Lud. Pont. qui acto-
rem ipſum nunquam acquieuiſſe trāſactioni ait,
& ideò nullam reo moram impingi potuiſſe: vt
Syll. Salic. q;, qui de fructibus promiſſæ pecuniæ
hîc agi ſolùm cenſuerunt: vt Iac. Aren. qui pro
parte tantum petitionis tranſactum, non ſuper
omni ære petito opinatus eſt: quas ego phanta-
5 ſias miſſas facio, † ſolūq; primi intellectus expla-
nationem, quamuis contextis hîc verbis nō con
6 ueniat, proſequor. † Finge igitur tranſactum eſſe,
& reum promiſſa non obſeruaſſe, ideoq; in mo-
ra conſtitutum, quatenus purgare moram pote-
7 rit? Et hîc diſtinguēdos arbitror tres caſus. † Pri-
mus eſt, cùm tranſactio pacto nudo celebrata cer
tam diem non habet, & tunc cùm exceptio trāſ-
actionis peremptoria ſit, poterit quandocunq;
ante ſententiam aduerſus primam actionem op-
poni[e], quo caſu iudex non niſi quod ex tranſa-
ctione debetur, in condemnatione deducet, nec
alia oblatio neceſſaria eſt: hęcq; vera eſt legis no
8 ſtræ hypotheſis, † Sequens caſus eſt, cùm certam
diē habet, & ante litem ſuper prima actione con
teſtatam celebrata eſt: & Barto. cum paucis qui-
buſdam vſq; ad conteſtationem litis in prima a-
ctione dilui moram poſſe arbitratus eſt[f]. Contrà
pleriq; cenſuerunt, vt vſq; ad ſentētiam reus au-
diatur, non enim propriè is in mora eſt: non ex
prima actione, quæ per tranſactionem ferè eliſa
eſt[g]: non ex ipſa tranſactione, quæ pacto nudo
celebrata eſt: ex quo cùm actio non detur, nec
mora vlla inde propriè committitur[h], meritò er-
go vſque ad ſententiam & opponi hæc exce-
ptio, & purgari mora poterit. Quòd ſi tranſa-

a l. in ciuile. ȷ̄. de rei vend.
b l. ſiue §. eod. l. cum proponas. ij. §. tit. j.
c l. quāuis. ȷ̄. eo.
d l. ſi pro fundo. §. eod.
e l. peremptorias ȷ̄. de exce.
f arg. l. ſi inſula. de verb. oblig.
g c. j. de tranſ.
h l. nuda. ȷ̄. de cō trah. & con ſtipul.

ctioni ſtipulatio acceſſerit, opinor vſq; ad execu-
tionem purgari poſſe, & hoc eſſe q̄d lex noſtra
ait, non ampliùs exigi, quàm quod in tranſactio-
ne conuentum eſt, quod & Accurſ. ſenſit[i]. Cùm
enim ſtipulatio acceſsit, fruſtrà de prima actione
quærimus, quæ ex-
tincta eſt: & cùm ex
ſtipulatu agendum
ſit, nec vllus ſit pœ-
nitentiæ locus, me-
ritò etiam lata ſen-
tētia, offerēdo reus
quod petitum eſt, li
beratur[k]: atque hoc
eſt .j. quod Suzarius
ſenſit. † Tertius ca- 9
ſus eſt, cū tranſactio
ſimplici pacto poſt
litē in prima actio-
ne conteſtatā inita
eſt, & tum quoq; vſ-
que ad ſententiam
purgari moram poſ-
ſe, non obſtante die, ab omnibus ferè receptum
eſt, ſiue quòd nec tum mora propriè dici poteſt[l],
ſiue quòd qualiſcunque mora ſit poſt conteſta-
tionem ſolùm orta eſt: vnde ſicut ipſa exceptio
quandocunq; vſque ad ſententiam ceu perem-
ptoria obijci poteſt, ita & mora purgari[m]. Secùs
C ſi ceu dilatoria obijcietur, quia non niſi vſque ad
primum actum, qui poſtea fieret, opponi poſſe[n].

L. 37. Promiſsis

## LEX XXXVII.
IIDEM AVGG. & *CC. Baſilliſſæ.*

**A PRomiſsis tranſ-**
**actionis cauſa**
**non impletis, pœ-**
**nam in ſtipulationē**
**deductam, ſi contrà**
**factum fuerit, exigi**
**poſſe cōſtat. S. XII.**
**B Kalend. Ianuarij Ni-**
**comediæ C C. Con-**
**ſulibus.**

i l. ſiue in gl. fi. §. cod.
k §. fin. Inſtit. de perp. & temp. actio. l. ſi verò. §. fi. ſol. matr.
l d. l. nuda.
m l. peremptorias ȷ̄. ſent. reſc. non poſſ.
n l. ij. de conſor. eius. l. nullam. ȷ̄. de procur.

## LEX XXXVII.

1 *Huius legis hypotheſis.*
2 *Quatuor dubitandi cauſæ in hac lege. & nu. 4.*
3 *Largè & impropriè qui non facit, facere dicitur.*
5 *Definitio huius legis, eiuſq; ratio.*
6 *Tolluntur dubitandi rationes. & num. 7.*

D
PROMISSIS.) ¶ † Petebam fun- 1
dum à Titio, deinde trāſegi remi-
ſique actionem, & ipſe domum
mihi dare pacto promiſit, & ſi ad-
uerſus ea factum eſſet, ſtipulatus
ſum certam pœnam: deinde eo negligente, cùm
pœnam peterem, obiecit mihi has exceptiones.
† Primum, quòd contractus tranſactionis pœ- 2
nitentiam non recipit[o], & ideò debere me do-
E mum petere, non pœnam. Secundum, quòd e-
tiam ſi pœnam petere poſsim, tamen id non niſi
disiunctiuè facere debui, cùm electio debitori au
ferenda non ſit[p]: qui enim domum promittit, &
ſi domum non dederit, pœnam, ſimilis eſt illi,
qui domum aut pœnam promittit[q]. Tertium,
quia pœna debetur ſub conditione, ſi contrà fa-
ctum ſit: at ille nihil fecerat, ſed neglexerat exe-
qui, igitur verba conditionis pro reo erunt, ne e-
ueniſſe videatur: quod & ſimili caſu Anch. ex fa-
F cto reſpondit[r]. † Largè enim & impropriè qui nō 3
facit facere dicitur[s]: at in pœnis abuſionis hu-
iuſmodi nullus eſt reſpectus. † Quartum, quia 4
pœna hæc dationi adiecta, videtur in fraudem
vſurarum adiecta eſſe[t], & ideò exigi non poſſe,
niſi quatenus intra legitimam taxationem redi-
gatur[u]. † Sed tamen hîc reſcriptum extat, nihil 5
obſtare quò minus pœna ipſa exigi poſsit.
Quamuis enim non ſit permiſſum, vt à con-
tractu tranſactionis quiſquam recedere va-
lear, tamen & hæc pœnæ promiſsio pars eius
contractus

o l. quamuis. ȷ̄. eod.
p §. plus. Inſtit. de act.
q l. ij. qui & à quib. l. cum ita. de opt. leg. qui id quod. de
r l. vbi autem. §. verb. oblig.
s l. qui nō facit. de reg.
t l. Iulianus. §. idemq; Papin. ff. de act. empt.
u l. cos. ȷ̄. de vſu.

contractus eſt a, qua videntur contrahentes egiſ-
ſe, vt aduerſus non obſeruantem actor pœnam e-
ligere poſſit b: hæc enim conditio, Et ſi domum
non dederis, &c. indicat id actum, vt liceat do-
mum non dare caſu, quò ad pœnam agatur c. Si-
cut cùm pater filio-
famil. inſtituto hæ-
rede ſubſtituit, ſi hæ-
res non erit, &c. cen
ſetur abſtinendi po
teſtatem feciſſe d. Si
igitur domus ipſa
data non ſit, poterit
actor pœnam petere, ſaluo tamen reo ipſi iure
moram purgandi e. cenſetur autem ipſius actoris
fauore adiecta pœna, quapropter obligatio hæc
ab alternatiua diſtat f, quæ rei fauorem vt pluri-
6 mùm reſpicit g. † Nec verum eſt verba conditio-
nis propriè eum non comprændere, qui non fe-
cit, id eſt, non ſoluit: cùm enim promiſerit do- B
mum dare, ſi non dat, aduerſus ea quæ promiſit,
proculdubio facit h, Ancharanique id negantis,
reſponſum illud, crebriore calculo confutatum
7 eſt i. † Tandemque nec illud obſtat, quòd pœna
dationi adiecta, in fraudem vſurarum promiſſa
cenſeatur: quia id verum, cùm ſolutioni quanti-
tatis adiecta eſt k. At hîc non quantitas, ſed ſpe-
cies, id eſt, domus debebatur. Quòd ſi fingamus
quantitati adiectam, tunc abſurdum non puta-
uerim ita diſtingui, vt ſupra legitimũ vſurarum C
modum peti pœna non poſſit: quæ ſententia re-
ceptior eſt. Nam & idem in pœna, quam compro
miſſarius iudex adiecit, exiſtimatum eſt l, quod
& nos alibi attigimus m.

a l. fundi partẽ. de contr. empt.
b l. ij. ff. de arbit.
c arg. l. ſi quis locuples. in fin. de man. teſt.
d l. iam dubitari. in fin. de hær. initit.
e ſ. l. prox. & l. obligationũ ferè. § fin. de act. & oblig.
f l. eum qui certarum. § fin. de verb. oblig.
g l. plerunque. in fi. de iur. dot.
h l. ſi quis maior. ſ. eod. l. continuus. § penul. de verb. oblig.
i d. § qui id qd' dixi. ſ. Cato. 4. notab.
k d. § idem Papin. reſpõdit. & l. cum allegas. ſ. de vſur.
l c. ſuã. de pœn. Com. conſ. 156.
m l. v. § fin. de verb. oblig.

LEX XXXVIII.

IIDEM AVGG. ET Cæſ. Theodotioni.

A TRanſactio, nullo dato, vel retento, ſeu promiſſo, minimè procedit. S. VIII. Kal. Ianuarij. Nicomediæ CC. Coss.

LEX XXXVIII.

1 *In tranſactione, mutua præſtatio requiritur.*
2 *Sufficit in tranſactione vel ſolam ſpem ſubeſſe.*
3 *Sufficit item promiſſum eſſe, licet non præſtitum ob culpam aduerſarij.*
4 *In tranſactione nõ refert, quomodo verba concepta ſint, modò vtrinq; ſit acceptum.*
5 *Si ex altera parte quid minimum interueniat, an videatur tranſactio. & num. 6.*
7 *Etſi reus actori nihil dederit, niſi quatenus facti moleſtiã ſubmoueret, tranſactioni tamen locus eſt.*
8 *Si partes in inſtrumento tranſigere ſe dicant, & tamen ex eius lectione appareat, nihil inuicem præſtitũ eſſe, num contractus valeat. & num. 10.*
9 *Quoties ſubſtantia contractus deeſt, contractus eſt inualidus.*
11 *Tranſigere ſignificat quoquo modo finire.*
12 *Arbitrator ſuo laudatiuo reũ in omnem ſummam condemnans, vel abſoluens, num eius ſententia valeat.*
13 *Bonus iudex, ſi de alterius partis iure ſibi certò conſtet, non debet per medium diuidere.*

TRANSACTIO.) a ¶ Pars hæc cu-
iuſdam reſcripti eſt, quod diffuſius
infrà habemus n, hîc quatenus ad
propoſitum argumentum attinet,
1 relata, † nempe vt hinc ſciamus in
tranſactione mutuam præſtationem requiri, &
ideò ſuprà concluſimus contractum innomina-
2 tum eſſe. † Sufficit autem ſi ex parte vnius vel ſo-
la ſpes ſubſit, quamuis vana & à iure non perpen
ſa: vt ſi remitto actionem, quia promittas me hæ
3 redem inſtituere o. † Item ſufficit promiſſum eſ-
ſe, licet nõ præſtitum ob culpam aduerſarij fue-

n l. ſuus. ſ. de re pu. hæred.
o l. cum donationis. vbi Alex. ſ. eod.

rit p. † Item nihil refert quemadmodum verba 4
concepta ſint, dummodo vtrinque acceptum ſit.
Vnde ſi cùm mihi centum deberes, quinquagin-
ta recepi, & alia quinquaginta confitear me cau-
ſa tranſactionis recepiſſe, licet inſpectis confeſ-
ſionis verbis nihil
videar tibi remiſiſ-
ſe, tamẽ ad effectum
potius reſpicimus,
& tranſactio valet q,
nec exceptionẽ nõ
numeratæ pecuniæ
obiicere potero, qd
Baldus & Alexander rectè probant. Sanè addit,
ex aliorum ſententia Iaſ. r nec id tranſactionem
impedire, quod etiam plus quàm petitũ ſit præ-
ſtitum à reo fuiſſe proponatur, cùm potuerit rei
intereſſe omni modo à lite ſe extricare. Sed ego
ſolutionem veteris obligationis id eſſe potius,
B quàm nouum tranſactionis cõtractum exiſtima-
uerim s. † Sed quid ſi ex altera parte quid mini- 5
mum interuenerit? Et videretur tranſactionem
non eſſe, cùm haudquaquam differat, parum an
nihil præſtetur t. † Sed tamen aliud Baldus tra- 6
didit, quia qui cùm nihil deberet, aliquid vel mo
dicum præſtat, tranſigere dicitur u. Sed ego nec
hoc quidem caſu propriè tranſactionem eſſe cre-
diderim, ſed imagine quadam potius x, & ideò
tali caſu videri partes potius donaſſe. † Sed quid, 7
C ſi reus actori nihil dedit, niſi quatenus facti mo-
leſtiam inquietudinemq; ſubmoueret y. Et cùm
tranſigi ſuper actione irrita poſsit, ſatis credi po-
terit, tum quoque tranſactioni propriè ex ſenten
tia noſtratium Doctorum locum eſſe, quamuis
Decius dubitauerit, quod ſuprà attigi z. † Cæte- 8
rùm probabiliter diſputari poteſt, quid ſi partes
in inſtrumento tranſigere ſe dicant, & tamen ex
eius lectione appareat nihil inuicem præſtitum
eſſe, ſed ad alterum omnia pertinuiſſe?
D Et Paulus Caſtrenſis, Riminaldus, Iaſon con-
tractum non valere affirmant a, nec in vim qui-
dem pacti: † quia quoties ſubſtantia contractus 9
deeſt, nullo modo ſuſtinetur, ſed omnino cor-
ruit b. † Quæ vera & ipſe fateor, quoties conſtat 10
id actum eſſe, vt contractus in vim veræ tranſa-
ctionis valeat, alioqui ex ſimplici denominatio-
ne non præſumemus id actum, ſed potius cenſe-
bimus voluiſſe partes paciſci vel donare c, † cùm 11
& tranſigere latius quandoque accipiatur quo-
E quo modo finire, etiã nullo viciſsim dato d. con-
iectabimur autem animum tranſigere tantùm vo
lentis, non donare, ex coniecturis, vt ſi ſuus hæ-
res eo modo contrahat cum aduerſario: nõ enim
eſt veriſimle quenquam voluiſſe erga eum, cùm
quo litigat munificentiam exercere e. † Sed quid 12
in arbitratore dicemus, qui laudatiuo ſuo reum
in omnem ſummam petitam condemnauerit,
vel abſoluerit? Et Bart. quem cæteri ſequuntur f,
valere huiuſmodi ſententiam exiſtimauit, quia
F tale laudatiuum propriè tranſactio nõ eſt, ſed ad
eam tantummodo ſignificationem refertur, cùm
litis finem ſignificat: quoquo modo ergo litem
diremerit, ſatis eſt. † Nam & illud traditum eſt, 13
non debere bonum iudicem, ſi de alterius partis
iure ſibi liquidò conſtet, μεσίδιμον eſſe, id eſt, per
medium diuidere, ſed omnem cauſam pro iuſti-
tia vni adiudicare g: antequam verò ſibi liqueat,
boni viri munere fungetur, qui ad concordiam
litigatores, quò ad eius fieri poterit, & citra vl-
lam fruſtrationem alliceat.

p l. ſi ſuper. ſ. e.
q l. intereſt. ſ. de ſolut.
r Bald. l. fin. ſ. de exec. rei iud.
s arg. § fi. Inſt. de perp. & tẽp. act.
t l. etiam. de petit hæred.
u l. Lucius. § fi. ff. ad Treb. Bal d. l. fin.
x l. ſi quis conduxerit. ff. loc.
y argum. c. dilectus. de ſimon.
z l. ij. ſ. eod.
a d. l. ſuus.
b Bart. l. ſi cauſa. ſ. eod.
c l. iniuriam. de præſcr. verb.
d l. tranſact. de verb. ſign.
e d. l. ſuus.
f Bart. l. quod ſi Epheſi. de eo quod cer. loc.
g Doct. c. j. de mut. petit.





LEX XXXIX.

1 *Tranſactionis contractus non admittit pœnitentiam. & num. 13. De ratione vide num. 2. 3. 4.*
5 *Tranſactio an prætextu enormis læſionis reſcindi poſſit.*
6 *Alciati ea in re ſententia.*
7 *Confirmatur Iaſonis ſententia pleriſq; argumẽtis. & numero 8. 9.*
10 *In tranſactione an ex capite rei non ſecutæ, ſeu ex mora condictioni locus ſit.*
11 *In eo themate non eſt conſtituenda differẽtia inter reum & actorem, contra communem.*
12 *Vlpiani reſponſum in l. in ſumma. ff. de cond. indeb. diſcutitur.*
14 *Caſus exceptiui, in quibus in tranſactione pœnitere licet. & num. 15. 16. 18.*
17 *In tranſactione commiſſoriæ legi locus eſt.*

LEX XXXIX.

IIDEM AA. & Cæſ. Martianæ.

A QVamuis eum, qui pactus eſt, ſtatim pœniteat, trãſactio reſcindi, & lis inſtaurari nõ poteſt: & qui tibi ſuaſit intra certũ tempus licere à tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit. S. Kal. Ianuar. Sirmij CC. Coss.

1 QVAMVIS.) ¶ † In contractu ergo
tranſactionis nullus eſt pœniten-
tiæ locus, etiamſi ſtatim, poſt abſo
lutum tamẽ contractum, alter de-
ſciſcat. Sed cũ in contractibus in-
nominatis traditum ſit pœnitentiæ locum eſſe a, C
quę eſt ratio vt in tranſactione idẽ non dicamus?
2 † Et aliqui veteres id fauore liberationis inductũ
crediderunt: quod falſum eſt, cùm in donationi-
bus quibuſcunq; ante Iuſtinianũ licita eſſet pœ-
nitentia b, & tamẽ hîc apparet ante eum nõ fuiſ-
ſe in tranſactione permiſſam. Nam & condictio
ob cauſam fauore liberationis, ſi cauſa ſequuta
non ſit, non impeditur c: ergo nec ex capite pœ-
nitentiæ impediri debet. Sed & quis credat, ſi id
ita eſſet, non potius de liberatione verba legis D
concipi debuiſſe, q̃ de tranſactione? cùm tranſa-
ctio ſemper contractus innominati ſpecies ſit,
cumq; vltro citroq; obligationẽ inuehat, iuriſq;
vinculo eũ alliget, q ſolùm de facto fortè inquie-
tabatur d, & ideò propriè contractus eſt, impro-
priè verò ratione ſolius iudicij diſtractus eſt e: i-
mò quandoq; tranſactio ſolius obligationis, nõ
3 autẽ liberationis cauſa fit f: † Iaſ. g id potius com
muni ex regula inductũ credidit. Nam à contra-
ctibus innominatis re nõ integra recedere nõ li- E
cet h: at vbi tranſactũ eſt, reuſq; pecuniam actori
dedit, exceptionemq; aduerſus actorem acquiſi-
uit, apparet iam rem amplius non eſſe integram.
Sed certè Iaſ. dictum ipſum pro ratione, de qua diſ-
putamus, aſſumit i: id enim quærimus, cur exce-
ptioni locus ſit, & non potius pœnitentiæ, ſicut
in cæteris innominatis contractibus, concedat:
itemq; cur actori q adimpleuit, actionẽ remitten-
do pœnitere aduerſus reũ tergiuerſantẽ non li-
ceat k: tunc ẽm res, quod ad reum attinet, integra F
4 eſt. † Bart. quẽ cæteri ſequunt, litium dirimenda-
rum fauore inductum cenſet l: quæ ſententia ve-
ra eſt: qua ratione nec per reſcriptum tranſactio re-
ſcinditur, nec prętextu reperti deinde inſtrumẽ-
ti, aut ſpecierũ nouiter inuentarũ, vt ſ. vidimus.
Sed nec in ea, exceptioni nõ numeratæ pecuniæ
5 locus eſt m. † Sed an prætextu enormis læſionis
reſcindi poterit? Et Bart. poſſe cenſuit n, dum de-
trimentum illud computemus, habita non ad id
qd' verè debetur æſtimatione, ſed ad id qd' veri-

a l. ſi pecuniã. ff. de condi. ob cauſ.
b l. ſi quis argẽtum. de donat.
c d. l. ſi quis accepto.
d leg. ij. ſ. eod.
e dixi ſ. in rub. ſ. eod.
f l. ſi ſuper. ſ. e.
g Iaſon l. iij. de cond. ob cauſ.
h d l. ſi pecuniã.
i l. qui interrogatus. de petit. hæred.
k d. l. ſi pro fundo. & ſ. l. prox.
l l. fratris. ſ. eo.
m l. ſi trãſactionis. ſ. de non nu. pec.
n l. ij. ſ. de reſc. vend. l. ſi quis cũ aliter. de verb. oblig.

ſimiliter dubio ex litis euentu potuiſſet percipi:
hancq; ſententiam Seuer. crebrius receptã affir-
mauit o, ſed Aret. Alexanderq; contrariam rece-
6 ptiorem tradiderũt p. † Ego hiſce in Dd. alterca-
tionibus adhęrere ſoleo, q citra cauillationẽ ſub-
auditionemque ali-
quam verba legum
interpretantur: quo
fit, vt in poſtremam
hanc & ipſe cũ Iaſ.
hîc tranſeam. † Nam 7
Scæuola ait, eum q
tranſegerit, etſi in
quadruplum læſus
ſit, amplius agere
nõ poſſe q: at inter-
pretari quadruplum perpenſa veritate, non autẽ
perpenſo dubio litis euentu, nónne apertè com-
mentitium eſt? Rurſus ſ. traditur, ſi filia dolo pa-
B tris in tranſactione immodicè læſa eſt, ſolùm ei
actione in factũ ſuccurri r. Atqui alia ratione re-
ſcindi tranſactio potuiſſet s: & q interpretantur,
immodicè, non tñ infrà dimidiam, vel immodicè
reſpectu veritatis, nõ autẽ reſpectu dubij euẽtus,
nónne vim verbis reſcripti faciũt? Atqui dubius
litis euentus vel in primis perpendi huiuſmodi
æſtimationibus ſolet. Quis ẽm adeò fatuus eſt,
vt rem litigioſam nõ multò minoris propter du-
bium euentũ emat t? † Huc pertinẽt & leges, quę 8
C generaliter tradunt, eum q titubanti animo cau-
ſa tranſactionis omnino indebitũ ſoluit, nihil re-
petere u, idque etiam ſi res nulla ſit x. † accedit & 9
ſimilitudo, quę cũ iuramento ſententiaq; tranſa-
ctioni eſt, vt ſicut illa eo prætextu non reſcindun
tur y, nec tranſactio quidem reſcindi debeat z. &
hæc quidem hactenus. † Sed cũ hîc tradatur, con 10
dictioni ex capite pœnitentię locũ non eſſe, quid
ex capite rei nõ ſecutæ, ſed ex mora cenſebimus?
& in actore receptior videtur ſententia, nõ com-
D petere ei condictionem, ſed agere eũ debere pręe-
ſcriptis verbis, vt promiſſa ſibi adimpleantur a:
quod ex fauore litium dirimendarum receptum
eſt, & nos ſ. aduerſus Bart. ſententiam defendi-
mus b. Maior ſubeſt in reo difficultas, & compe-
tere ei condictionẽ omnes ferè ſentiunt. Vnde cũ
reus dat pecuniam ne ad iudicẽ eatur, ſi vocatus
ſit, ex Vlp. reſponſo cõdicet c. † Ego nec reo qui- 11
dem cõpetere id remedium arbitror, cũ ſatis con
ſultum ei exceptione ſit d, & cũ eadẽ ratio in reo
E locum habeat, quę in actore, nempe idem litium
finiendarum fauor, nec temerè debeat differẽtiã
inter actorem & reum conſtitui e. Nam & lex qd'
ob tranſactionem à reo datum ſit, nunquam repe
ti ait, niſi euidens calumnia detegatur f. † Nec me 12
Vlp. reſponſum mouet, quia vt in eo legitur, non
tranſactio illa fuerat, ſed quaſi deciſio, ſeu im-
propria tranſactio. Nec enim actor remiſerat a-
ctionem, aut ius aliquod ſuum, ſed nudum fa-
ctum promiſerat, ſcilicet ad iudicem nõ ire, dein
F de contrafecerat, meritò quia facta infecta fieri
nõ poſſunt, condictio competit. Sed quando re-
miſſa eſt actio, apparet illam facti moleſtiam prin
cipaliter nõ perpendi, ſed in conſequentiam re-
miſſionis, quæ cùm alia ratione ſuſtineri poſſit,
non fuit neceſſarium condictionem permitte-
re g. In eo igitur reſponſo propter tranſactionis
ſimilitudinem pœnitentiæ locus nõ eſt: ſed quia
inquietudo facti principalis in contractu dedu-
cta, quum facta fuerit, infecta fieri non potuit,
neceſſariò condictio conceſſa eſt. Si enim id,

L. 39. Quãuis.
o tract. tranſac. quæſt. 12.
p Aretin. d. l. ſi quis cum. Alex. conſ. 42. in 1.
q l. Lucius. § fi. ad Trebel.
r l. ſi ſuperſtite. ſ. de dol.
s d. l. ij.
t l. propemodum. de verb. ſign.
u l. fi. ſ. de cõd. ind. l. nec intentio. ſ. eod.
x l. in ſumma. de cond. ind. in princ.
y l. nã & poſtea. § ſi damnetur. de iurei. l. ſi deferente. de dol.
z l. ij. de iureſ.
a l. ſi pro fundo. ſ. eod.
b d. l. ſi pro fundo. & l. actione. & l. ſiue. in fi. ſ. eod.
c l. iij. in prin. de cond. cau. dat.
d l. j. § ſi debitori. vt in poſſ. leg.
e l. de die. qui ſat. cog. vbi Dd.
f d. l. in ſumma.
g d. l. ſi pro fundo.

quod ſua intererat, quodque præſcriptis verbis actione conſequi potuiſſet, reus perpendiſſet, nō ita conueniſſet, ne ad iudicem iretur, ſed vt lis ſibi & actio remitteretur. 13 † Concludendum eſt igitur ſecundùm legis noſtræ regulam, in tranſactione nullum pœnitentiæ locum eſſe, 14 † excepto cùm reus ſimpliciter de facto conuenit, quod ſibi obſeruatum nō ſit [a].

a d.l.iij.

15 † Idem cùm manifeſta calumnia detegitur [b], vel dolo celebratus ſit contractus: datur enim eo caſu actio reſciſſoria ad id quod intereſt [c]. 16 † Sed & volente vtraq; parte nō eſt dubium recedi ab eo contractu poſſe [d]. Quapropter ſi poſt tranſactionem adhuc litiget, & nō oppoſita exceptione iudicatum ſit, quod cauſa tranſactionis datum fuerit, condicetur [e]. Qui enim exceptionem nō obiecit, tacitè renuntiaſſe fauori ſuo videtur. 17 † Qua ratione in tranſactione quoq; commiſſoriæ legi locum eſſe credendum eſt: poſſunt enim partes à principio id agere, vt re non ſecuta, pro nō tranſacto ſit [f]. Quid ni? cùm & ex poſt facto poſſint [g]. 18 † Sed & ſi tranſactioni addita ſit pœna, & maluerit quis pœnam habere, cum quicquid ex tranſactione conſequi potuiſſet, remittere æquum eſt, ne & pœnam, & rem habeat [h]. Qua de re & ſequenti lege aliquid attingemus.

b d. l. in ſumma.
c l. ſub prætextu j. ſ. eod.
d l. ſi diuerſa. ſ. eod.
e l. eleganter. §. fi. de cond. ind.
f Com. conſ. 156 facta.
g d. l. ſi diuerſa.
h l. cum propoſitas. l. promiſſis. vbi not. ſ. eod.

## LEX XL.

### IMPPP. GRAT. VAL. Theod. Auggg. Eutropio. P.P.

## LEX XL.

1 *Facti ſpecies in hac lege.*
2 *Determinatio præmiſſæ hypotheſis.*
3 *Determinationis ratio in hac lege.*
4 *Actor acceptilatione reum liberans, nō poteſt extinctam actionem amplius ſuſcitare.*
5 *Adiectio pœnæ in huius legis caſu quid operetur.*
6 *Pœna contractui etiam ſtricti iuris adiecta, licet propriè non nouet contractum præcedentem, tamen limitat, quouſq; ei locum eſſe oporteat.*
7 *Ex ſolutione vera non ſemper prior actio perimitur.*
8 *Acceptilatione perimitur (quæ eſt ficta ſolutio) non ſemper tollitur prior actio.*
9 *Azonis, Bartoli, & aliorum reiecta ſententia ad hanc legem, qui coniunctim reo huius legis remedia concedebant.*
10 *Vera ſententia huius legis eſt, vt hæc remedia diſiunctim reo dentur.*
11 *Pactum & tranſactio an differenter in textu ponantur.*
12 *Obligatio non petendi, acceptilationi ineſt.*
13 *Is qui accepto tulit, naturaliter obligatur non petere: & quæ ſit eius ratio. num. 14.*
15 *Bartolus putat hanc obligationem non ex conſenſu, ſed ex æquitate eſſe.*
16 *Cur lex dicat in hac ſpecie pœnam vnà cum datis, ante cognitionem inferendam eſſe.*
17 *Exceptio rei, qua pœnam dataque repetit, præiudicialis eſt.*
18 *Prius agens, prius dimittendus eſt, ſi de iure agat, non de facto.*
19 *An actor in præſenti caſu poſt litem motam moram purgare poſſit.*
20 *Dictio, Aduerſarius, bifariam hic exponitur. & num. 21.*
22 *Quibus rationibus defendatur Azonis Bartoliq; in hac l. ſententia.*
23 *Reſpondetur horum rationibus. & num. 25.*
24 *Libertas iuris publici eſt.*
26 *Doctorum diſtinctio ad hanc legem reprobatur.*
27 *Iudex non cogitur non petenti officium impartiri.*
28 *Iudicis officium nunquam ſe vlterius extendit, quàm æquitas ſuadeat.*
29 *Conuentio illa, qua aliqui mutuò promittunt, ſe ſententiam, compromiſſum, aut quemuis contractum non allegaturos, irritum nullúmve eſſe, iure ſubſiſtit.*
30 *Quoties dubitatur, an ex eo, quod de facto contrauentum eſt, incurrat quis conuentionalem pœnam, dicendum regulariter nō incurrere. fallit vt numero 33.*
31 *Quilibet actus ſecundum iuris diſpoſitionē cēſendus eſt.*
32 *Illud ſolùm poſſumus, quod de iure poſſumus.*

A Vbi pactum [a], vel tranſactio ſcripta eſt, atq; Aquilianæ ſtipulationis, & acceptilationis vinculis [a] firmitas iuris innexa eſt, aut ſubſecutis ſecūdum leges accommodandus eſt conſenſus, aut pœna vnà cum ijs, quæ data probātur ante cognitonem [b] cauſæ, ſi A aduerſarius [c] hoc maluerit, [d] inferēda eſt. Dat. III. Non. Iun. Conſtantinopo. Eucherio & Syagrio. COSS.

VBI PACTVM.) a † Cùm Titius à 1 me fundum peteret, acceptis centum tranſegit, & quicquid ei debebam Aquiliana ſtipulatione præcedente accepto tulit, ſtipulatiq; deinde ſumus alter ab altero, vt ſi quiſquam noB ſtrûm ei ſtipulationi contrafeciſſet, tantùm pecuniæ pœnæ nomine ſolueret. Finge, Titius contrafacit, & à me rurſus fundum petit, quæſitū eſt, qua ope mihi ſuccurratur. † Et hîc reſcriptū ex- 2 tat, alterum me eligere poſſe, vt vel exceptione tranſactionis eum excludam, vel centum ei data vnà cum pœna, antequam vlterius procedatur, exigam. Si enim acceptilatio non acceſſiſſet, data repetere, pœnamque exigere, non niſi diſcuſſo principali negotio potuiſſem [i]. Sed cū acceptilaC tio acceſſerit, lex non ſinit actorem vlterius progredi, q̄ prius petenti reo data pœnamq; reſtituerit. † Sed qua ratione id inductum? Et ſciendum 3 eſt ex communibus iuris noſtri regulis, † cùm a- 4 ctor reum acceptilatione liberauit, nō poſſe eum extinctam actionem intendere, ampliusq; ſuſcitare [k]. Sed quia addita hoc caſu fuit ſtipulatio pœnalis, aliud à partibus videtur actum [l], & ea facultas cōceſſa, vt ſoluta pœna, adhuc agi poſſit, meritò ante cognitionē cauſæ pendenda prius eſt pœD na, datorumq; reſtitutio facienda. Nec obſtat, q, actio extincta ſuſcitari amplius nequeat [m]: quia reſpondeo non fuiſſe omnino ab acceptilatione extinctam: † quia adiiciendo pœnam, videtur id 5 tacitè actū à partibus, vt prioris actionis ſpes in perpetuum nō perimeret [n], ſed ſoluta pœna agi adhuc poſſet [o]: cùm enī pœna ſub conditione adiiciatur, ſi amplius egerit, & contrauenerit, videntur partes tacitè egiſſe, vt conditio illa euenire poſſit [p], quod & ſ. declaraui [q]. † Hincque eſt, q, licet 6 E pœna cōtractui, etiam ſtricti iuris, ſubiecta, propriè non nouet contractum præcedentē, tamē declaret, limitetque quouſq; ei locum eſſe oporteat [r]: quod in caſu noſtro maximè dicendum eſt, cùm aliàs reus & pœnā habere, & rem, id eſt, commoditatem acceptilationis poſſet, quod lex iniquū exiſtimauit [s]. Quòd ſi ob cauſam ſecuta ſentētia ex poſt facto lex conditionē conceſſit, ne vtrunque reus habeat [t], quanto magis à principio re integra interpretari id actū eſſe debemus? & ideò F prioris actionis ſpem non omnino fuiſſe peremptam. † Videmus non paucis exemplis ex ſolu- 7 tione vera priorem actionem non omnino perimi, quoties aliqua coniectura contrariæ mentis contrahentium probabiliter aſſumitur [u], † cur 8 non & idem in ficta hac ſolutione imaginarioq; acceptilationis actu producendum [x]? Porrò id quoque videtur ſenſiſſe Iuriſconſultus, qui conſultiſſimum eſſe tradit, ſi pacto conuēto in Aquilianam ſtipulationem acceptilationemque deducto, etiam pœna adiiciatur, vt reſciſſo fortè pacto

i d. l. eleganter. §. j. d. l. promiſſis.
k l. qui res. §. fi. de ſolut.
l arg. l. ij. ff. de arbitr.
m l. fin. ff. de acceptil.
n arg. l. actus. de reg. iur. & d. §. fin.
o arg. l. pupilli. §. j. de ſolut.
p l. ſi quis locupletes. in fine. de man. teſt. l. iam dubitari. in fin. hæred. inſt.
q d. l. promiſſis.
r l. obligationū. ferè. §. fi. de act. & oblig.
s l. reſcripto. §. ſi pœnā. de pactis. gl. d. l. promiſſis.
t d. l. eleganter. §. penult.
u l. etiam. ſolut. matr. l. Iulia. §. i. de verb oblig. l. Paulus. de ſol.
x l. ſi inter. ff. de ſolut.



cto pœnæ ſit locus [a]. Quibus verbis oſtenditur, ſiue acceptilatio ex aliquo iure, ſiue ex electione rei reſcindatur, tunc pœnæ locum fore, aliàs 9 id actum credi, ne vtrunq; præſtetur. † Quo fit vt Azonis, Bartol. aliorumq; ſententiam probare non poſſim, qui plerique numero tradiderunt omnia hæc remedia reo coniūctim competere, & ei licere actorem à quo pœnam & data exegerit, nihilominus exceptione reijcere: quę opinio diſiunctiuam in lege noſtra poſitam violat [b], & cauſæ cognitionem, cuius in textu mentio, abolet: itemque verbum, maluerit, quod ad electionem pertinet, ſubuertit [c]. Sed & caſum tali ſenſu lex noſtra decideret, qui nunquàm euenturus ſit. Quis enim adeò fatuus eſſet actor, qui contrauenire auderet, ſi ſoluendam ſibi pœnam, reſtituendaq; accepta ſciret, & nihilominus fore vt exceptione ſummoueatur [d]? Adde quòd inhumana eſt ea ſententia, & tam graui ferè pœna hunc actorem afficit, quàm ſi contrauentioni acceſsiſſet etiam 10 periurium [e]. † Meritò igitur ego in diuerſam partem eo, & Bulgarum, Alber. vetereſq; omnes ante Azonē interpretes ſequor, quos Petrus, Cyn. Rayn. Fulg. & non pauci recentiores probāt, diſiunctim hæc remedia reo ſolùm concedi aſſeuerantes: ſatis enim ei eſſe debet, quòd electio ad ſe pertineat, vtrum malit pœnam habere, an exceptione uti [f].

a l. pacto. ff. de tranſact.
b l. hæc verba, ille. de verb. ſig.
c Dd. c. j. de iud.
d l. iura. ff. de leg.
e j. l. ſeq.
f l. cum propoſitas. ſ. eod.

¶ † PACTVM, De re liquida, tranſactio de du- 11 bia, Bal. [g] Alij tamen communiter diſiunctā pro expoſitiua accipiūt [h], & de ſola tranſactione hîc agi arbitrantur. Ego pactum intelligi debere arbitror ante litem motam, quod licet tranſactionis vim habeat [i], tamen omnino propriè tranſactio non eſt: nec enim de lite incerta ſit. cùm adhuc lis non ſit [k], vnde lex quaſi decîdi eo caſu ait [l]. Cùm enim adhuc non agit, utiq; nec tranſigit: quo ſenſu exiſtimo hæc verba in lege quoq; ſequenti accipi.

g l. j. ff. eod.
h gl. l. ij. ad leg. Aquil.
i l. ij. ſ. eod.
k l. j. de tranſac.
l l. iij. in prin. de condit. ob cauſ. verb. quaſi.

12 a ¶ Vinculis.) † Hinc annotant pleriq;, vinculum, id eſt, obligationem [m] nō petendi, acceptilationi ineſſe, 13 † & ideò eū, qui accepto tulit, naturaliter obligatū eſſe non petere, ſicut & is, qui dixit, profiteor te non teneri [n], naturaliter non petere obligatus eſt: hincq; eſt quod lex ait, 14 eum, à quo debitor liberatus eſt, teneri [o]: † cùm enim aliquis accepto fert id quod ſibi debetur, videtur id agere, vt debitor liberatus ſit, ipſeque non petere obligetur: quia vt in eadem perſona idem actus obligationem parere liberationēq; non poteſt, ita in diuerſis perſonis poteſt [p], imò F contrariorum regula hoc ſuadet [q]. Ex Aquiliana enim ſtipulatione debitor dicitur obligatus dare, creditor cēſetur obligatus accipere, vnde lex mutuo nexu eos teneri ait [r], reumq; credendi nō minus quàm reum debendi appellat [s]: igitur acceptilatio quæ eas obligationes reſoluit, in contrarium caſum reſoluere debet, vt qui fuit debitor amplius dare non teneatur, qui fuit creditor teneatur non accipere, & conſequenter nec pe- 15 tere. † Cenſuit tamen Bar. propriè hanc obligationem ex conſenſu vero non eſſe, ſed ex quadā æquitate: cuius ſententiā & ego probo, quia lex ait, ex acceptilatione id actum tacita pactione videri, ne peteretur [t]: quæ verba ſubintellectum quendam & commentitiam obligationem ſignificant: apertus enim conſenſus, qui hanc obligationem inducat, ex verbis propriè non accipitur [u]: & ideò alibi lex ait, in acceptilatione inutili pactum non eſſe [x].

m Inſti. de obli. in prin.
n l. tale. de pac. ol. Mæuia. §. fi. ſol. matr.
p l. ſi pupillus. ad l. falcid. vbi Bartol. & l. in numerationib. verſ. itē ſi vſuſfructus. de ſol.
q l. aliquādo in fi. de condit. & demonſt.
r l. j. de accept.
s l. j. de duo. re.

L. 40. Vbi pactum.

t l. ſi vnus. §. penul. de pact.
u l. v. §. ſtipulatio. de ver. ob.
x l. an inutilis. de accept.

16 b ¶ Ante cognitionem.) † Sed qua ratione hoc? Videretur enim potius expectandam ſententiam definitiuā, cū pendente cauſa, nō B videatur data repeti poſſe [y], & ideò potius expectandum eſſe finē, vt qui prius egit, priùs dimit- 17 tatur [z]. † Sed reſpondendū eſt, exceptionem rei, qua pœnam dataq; repetit, pręiudicialem eſſe [a]: cùm enim extincta ſit actio, quæ nō niſi in caſum ſolutæ pœnæ conualeſcit, priùs ſoluenda eſt pœna antequàm vlteriùs procedatur. 18 † Et hoc eſt quod veteres aiebant, Qui prius agat, prius dimittendū, ſi de iure agat, non de facto, qualis hic qui contrauenit in noſtro caſu, qui non priùs de C iure agere poteſt, quàm pœnam & accepta præſtiterit. Quapropter nec antè cauſa pendere dicitur, cùm conſtet actionem huic non competere, liqueatq; tranſactioni eum contrà feciſſe. Alij aliter varijs modis diſſoluunt, legemq; noſtrā magis intricant, quàm explanent. 19 † Sed an actor hic poſtquàm litem mouere cœperit, & ſic aduerſus tranſactionem fecerit, purgare moram poſsit? Et Bart. non poſſe cenſuit, quia ſtatim commiſſa eſt pœna [b]. Cùm enim delictū in perpetrando commiſerit, id eſt, actionem facti intentando, tale cri D men grauius eſt, & ſecum executionem pœnæ trahit [c], vnde mora dilui nō poteſt. Quod & Ang. Salicetuſq; cenſuêre, licet Fulg. Alex. q; contrà, quorū ſententia tunc defendi poſſet, cùm de delicto ageretur, quod tractum haberet, & adhuc perfectum nō eſſet [d], vel quod negligendo committeretur [e], quod in caſu noſtro non eſt: ſtatim enim actor de facto litigans cōſummaſſe delictū videtur, quod & lege ſequenti traditur [f].

y l. quod Seruius. l. dedi. de cō. cauſ. da.
z l. qui prior. de iud.
a auth. quæ ſupplicatio. ſ. de prec. Imp. off.
b l. j. §. ſi rem. de poſſ. c. j. quid iuris ſi vaſ. feud. alie. recup.
c l. qui ea mente. de furt.
d arg. l. ſi in lege. §. colonus. loc. l. ſequitur. §. item Labeo. de vſucap.
e l. ſi cū ancillis. vbi Bald. col. penult. ſ. de inceſt. nupt.

20 E c ¶ Si aduerſarius.) † Id eſt, reus, qui tranſegit, & qui actore aduerſus tranſactionem faciente, repetere data & pœnam poteſt: ad eum enim ex regula pertinet electio remediorū, vtrum velit agentem exceptione tranſactionis ſummouere, an pœnam petere [g]. 21 † Alij aduerſariū hîc actorem ipſum intelligunt, qui antequàm contrà faciat, poteſt vel parêre, vel contrafaciendo in pœnam incidere: qui intellectus defendi poteſt. Prior tamen magis verbis conſtitutionis applaudit, quæ cùm velint data inferri, ſatis indicant F actorem ipſum inferre debere, qui ea accepit [h]: ergò eius aduerſarius intelligendus eſt reus, qui ipſe dedit, vt actionem ſibi actor remitteret, & à lite recederet. Non tamē negauerim, ſi actor ipſe reo dediſſet, quod quandoque cōtingit [i], & reus deinde contrafacere vellet, adhuc legi noſtræ locum eſſe: quod Fulg. quoq; tradidit.

f Purp. l. ſeq. 7. notab.
g l. quod in hæredem. §. eligere. de tribut.
h l. traditio. de acq rer. do.
i l. ſi ſuper. ſ. eod.

d ¶ Hoc maluerit.) Magis voluerit elegeritq;. 22 † Azo tamē, quem Bar. & pleriq; alij ſecuti ſunt, coniunctim omnia hæc remedia reo competere cenſuit, idq; tribus rationibus. Prima, in odium

tam ſolennem liberationem retractantis [a]. Secunda, quia ipſo iure ſublata eſt ab acceptilatione quælibet actio [b]. Tertia, quia iudex cùm viderit eum abſque actione agere, ex officio ſuo actorem repellet [c], cùm nemo abſque actione experiendo audiatur [d]. Fortius vrget alia ratio: cùm enim extincta actione de iure agi non poſſit, adiectio pœnæ in eum tantùm caſum facta cenſetur, quo de facto agatur, contemptumque reſpicit, quo caſu & rem & pœnam coniunctim præſtari conſtat [e]. Sed tamen nos ſuprà oſtendimus, id actum ſuadente æquitate inter partes cenſeri, ne vtroque remedio & tranſactionis & pœnæ reus vtatur [f], & ideò ex eorum mente agi adhuc poſſe.

23 † Nec quicquam refert quòd actio per acceptilationem ſublata ſit, quia id non extinguit eam æquitatem qua quis vtrunq; conſequi prohibetur [g].† Nec verum eſt, pœnam quę

24 non niſi in caſum facti committatur, ideo contemptum reſpicere, & coniunctim cum re exigi: imò ſi res apud contrafacientem non remanent, pœnæ nullus eſt locus: quod Gordiani lege apparet [h], vbi quia manumiſſor libertatem de iure

25 conferre nequit, nulla incurritur pœna: † libertas enim iuris publici eſt, in qua non poteſt actum cenſeri, vt de facto quis ſit liber, quò electio pœnæ ad ſtipulatorem pertineat. At in caſu reſcripti noſtri facilius id actum in contractibus præſumitur, qui plurimum ab arbitrio partium

26 pendent. † Nam quod aiunt Doct. diſtinguendum, an partes ad effectum reſpexerint, vel an ſtipulator ex tali facto inquietetur, eiuſq; idcirco interſit, diuinatorium vtrique reſcripto eſt [i]. Quòd ſi actorem non exceptione rei, ſed facto iudicis ſummoueri dicas, qui agentem abſque actione audire non debet: reſpondebit, & rectè, ſanus aliquis, hunc intellectum legi noſtræ non conuenire, in qua nihil diſtinguitur, an iudex actorem ipſe reijciat, an id minus. quid enim ſi nõ

27 reijciat? † cùm non cogatur non petenti officiũ impartiri [k], vt rectè Paul. Caſt. ait. Sed & vbi lectum eſt, ſi pars ipſa reijcere agentem non poſ-

28 ſit, in re priuata concedendum id iudici [l]? † Atqui iudicis officium nunquam ſe vlterius extendit, quàm æquitas ſuadet [m]: hîc autem nullam ſubeſſe æquitatem ſatis probatum eſt. Nec probabiliter iudicis intereſt, quòd agi de facto videatur, quia cùm ſemel actio iure competierit, & partium conſenſus accedat, non debet hac in re ſcrupuloſus eſſe [n]. Cùm enim agens de facto ſolum litigatoris ius inquietet, iudiciumq; non ſit eluſorium, non debet iudex ex ſe quicquam ſupplere [o], niſi in manifeſtaria actoris calumnia [p], quæ hoc caſu nulla eſt, propter præſum-

29 ptum partium conſenſum. † Et cùm dubium nõ ſit, quin ea conuentio valeat, qua aliqui mutuò promiſerint ſe ſententiam, compromiſſum, vel quemlibet contractum non allegaturos, irritum nullumúe eſſe [q], vt Bart. fateatur, & receptiſſimum eſt [r], cumq; talem conuentionem iudex ſeruare teneatur [s], cur non & idem hoc caſu dicimus, quo id à principio tacitè actum videri poteſt? Qui enim pœnam appoſuerunt, cùm ſcirent utriq; remedio locum non eſſe, conſequenter id egiſſe videntur, vt altero exacto, alteri locus nõ ſit [t], hicq; conſenſus, qui à principio voluntarius fuit, etiam ex poſt facto voluntarius cenſetur [u]. Et hoc modo aduerſus Azonem defenditur vltima veterum, quæ ab Accurſio refertur, ſententia, quamq; & ipſum probaſſe veriſimile eſt [x], & Pet. Cyn. Fulgoſ. Paul. Caſt. Rimi. & non pauci recentiores ſequuntur, à qua etiam effectu non diſſident Alberti aliorumq; veterum hîc relatæ opiniones, quæ quo modo defendi & ipſæ poſſint, oſtendi paradox. lib. V. cap. XII. † Et ex his conſequens eſt, vt quoties dubitamus an ex eo quòd de facto contrauentum ſit, incurrat quis conuentionalem pœnam (de legali enim à nobis alibi diſputatum eſt [y]) concludamus regu-

A lariter non incurrere [z], quia verba ad ius potius, quàm ad factum referri debent [a], † cùm quilibet actus ſecundum iuris diſpoſitionem cenſeatur [b], & promiſſiones cõtrahentium ſignificationem verborum ſecundum iuris intellectum recipiant [c], non à facto: quia quæ facti ſunt, pro nihilo reputantur [d]. † Et illud ſolùm poſſumus, quod de iure poſſumus [e]. Vnde & adimpleuiſſe conditionem non petendi dicitur, qui ita prouidit, ne de iure petere poſſit, licet de facto poſſet [f]. † Nõ

B procedit prædicta concluſio, cùm apparet aliud à contrahentibus actum, vt quia expreſſim hoc proteſtati ſunt [g], vel verba appoſuerunt, quæ ad factum referantur [h]. Quòd ſi verba dubia ſunt, ſed non niſi de facto contrà veniri poterat, vt in reſcripti noſtri caſu, tunc pœna quoq; committitur: ſed ne ſtipulator utrunq; habeat, conuentio facti iuris effectũ habet, quia id actum cenſetur. Quòd ſi id actum videri non poſſit, vt quia de re tractetur, quæ non ex mente partiũ, ſed ex iure

C publico principaliter pendeat, vt eſt datio libertatis, cùm tali caſu contrauentio facti iuris effectum habere non poſſit, ne & rem & pœnã quis conſequatur, nullus eſt locus pœnæ [i].

a arg. l. ſeq.
b l. ſi vnus. §. pactus ne pet. de pact.
c arg. l. qui cum maior. §. ſi patris. de bo. lib.
d l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. geſt.
e l. ſi quis rem. de arbit.
f d. l. cum proponas.
g l. nihil intereſt de reg. iur.
h l. ea quidẽ. ſ. ſi mancip. ita fue. alien.
i arg. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. ob.
k l. non quicqd. de iud. Paulus, Ang. Aret. Alex. hic.
l Bart. l. non ſolũ. §. quanquã. de iniur. Felin. c. dilecti filij. col. iiij. de exce.
m l. qd ſi Epheſi. de eo quod cert. lo. l. cæteræ. fam. ercíſ.
n l. Iul. §. quantum. ad exhib.
l. ſi poſt acceptum. e. e rei vendic.
o l. poſthumus. §. ſi quis ex his de inoffic. teſta. l. cum putarẽ. fam. ercíſ.
p Abb. c. ij. de purg.
q l. ij. ſ. cõmunia vtriuſq; iud.
r Ang. cõſ. 202. A. & B. Alex. cõſ. 174. Iaſ. hic.
s Gl. l. qui habebat. ff. de manu. teſta.
t l. illud. de acq. hæred.
u l. & ideò. de cond. fur. Bart. l. de pupillo. §. ſi procurator. de op. no. nunt.
x l. qui filiũ. §. Sabinus. ad Trebell.
y l. fin. ſ. tit. ij.
z l. cõtinuus. §. cum quis. l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. de verb. oblig. §. his igitur. in auth. de hære. & fal.
30 a l. 4. §. cõdemnatum. de re iud. l. nõ putauit. §. non quæuis. de contra tab.
31 b l. ſi duo. de acquir. hæred.
32 c l. ſi filius. inſ. de cond. inſtit.
d l. non dubiũ. ſ. de leg. c. non præſtat. de reg. iur. in 6.
33 e l. nepos. de verbo. ſign. l. iij. de teſta. tut. l. eo tempore. de pecul.
f l. Mutianæ. de cond. & dem.
g l. fin. vbi Alb. ſ. de act. empt.
h l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebell.
i d. l. ea quidem. ſ. ſi manci. ita fue. alien.

## LEX XLI.


1 De Rufino & Stilicone aliqua annotantur, tutoribus Arcadij & Honorij Impp.
2 Contra tranſactionem Dei nomine iuratam veniẽs olim non puniebatur, ſecus ſi per genium aut ſalutem principis firmata erat.
D
3 Argumentum ſiue epitome huius legis.
4 Vltio periurij ratio eſt huius legis.
5 Hanc legem poſitiui iuris eſſe.
6 Veteres Dei iudicio permittebant periurij vindictam.
7.8 Hæc lex an ſit fauorabilis, extendiq; valeat.
9 In eo qui fictæ pro maiore habetur, non procedit.
10 Quo ad pœnam, iure Canonum non habet locum.
11 Leges ſeculares de iuramento aliquid ſtatuentes hodie non obtinent.
E
12 Hæc l. habet ſolum locum in eo, qui dolo malo periurus eſt. & num 48.
13 Periurium an & quando ex lata culpa committatur.
14.15 Hæc cõſtitutio an et in muliere locũ habeat, et ruſtico.
16 In vniuerſitate num ſit locus legi noſtræ.
17 Vniuerſitas eſt fictum corpus iuris intellectu repræſentatum.
18 Huic legi non eſt locus in minore, qui ætatis beneficio renuntiauit.
F
19 Item nec in minore qui veniam ætatis impetrauit.
20 Nec in eo, qui minor iurauit, & iam maior factus contrauenit.
21.22 An hæc conſtitutio in omnib. contractib. locũ habeat.
23 Pactum in genere etiam nulla re vltro citro data, fit.
24 Pactum in genere etiam tranſactionem continet.
25 Diſiunctiuæ naturæ eſt, vt inter diuerſa ponatur.
26 Legi huic non eſt locus, ſi quis coactus tranſegerit.
27 Idem in compromiſſo coacto dicendum. & quando id fallat num. 29. 31.
28 Spontè factum id non dicitur, ad quod cogi quis potuit.


30 Commu-




30 Communiter non niſi ſponte compromittitur.
32 Cogitationis pœnam nemo patitur.
33 Interpellando iudicẽ fit contrauẽtionis actus in hac lege.
34 Interpellationis verbum parte citata intelligi ſolet.
35 Lites apud veteres duplici modo inſtituebantur.
36 Ex citatione ſola, quæ abſq; mandato iudicis fit, nõ eſt locus pœnis huius legis.


## LEX XLI.

IMPP. ARCAD. ET Honorius Rufino. P.P. A


37 Actus contrauentionis ſupplicãdo principi in hac lege.
38 Exponitur l. iij. in prin. ff. quod quiſq; iuris.
39 Si pontifici ſupplicans in precibus mentionem iuramenti faciat, petatq; eius ſibi gratiam fieri, non incidit in pœnas huius legis.
40 Idem olim erat, ſi à principe ſæculari petebatur licentia contraueniendi, ſecùs tamen eſt hodie. num. 42.
41 Idem, ſi quis antequam contraueniat, epiſcopum adeat, temporariamq; diſpenſationem, vt litigando audiatur, impetret. B
43 Non ſemper ex iudicis interpellatione vel ſupplicatione, etiam citato aduerſario, quis in pœnam huius legis incidit. & 45.
44 Ante litem conteſt. propriè quis non dicitur petere.
46 Vt quis in pœnam legalem incidat, non ſufficit primus contrauentionis actus, ſed expectanda eſt ſententia.
47 Non implens promiſſa tum demũ incurrit pœnam, poſtquam in moram incidit.
49 Fides propriè quomodo definiatur. C
50 Fides iudici facta quando dicatur.
51 Fides apud Euangeliſtas.
52 Promittens per fidem Chriſti, vel religionem fidei, iuraſſe dicitur.
53 Simpliciter promittens ſub fide, an iuraſſe cenſeatur.
54 Confeſſionis verba ambigua ſecundum intentionem confitentis declarari debent.
55 Spondens ſe daturum in verbo veritatis, an iuraſſe cenſeatur.
56 Caſus ſpecialis, vbi periurus ſit infamis. D
57 Periurus regulariter infamis non eſt.
58 Teſtis falſum dicens ipſo iure non eſt infamis.
59 Scholaris Rectori parére iurans, ſi id non ſeruet, infamis non eſt.
60 Qui iurauit ſoluere vſuras, ſi non ſoluat, licet periurus ſit, non tamen infamis.
61 In caſu legis noſtræ licet infamia ipſo iure incurratur, tamen neceſſaria eſt iudicis declaratio.
62 De qua actione hæc conſtitutio intelligatur. & num. 63.
64 Textum hunc etiam de actione in rem intelligi poſſe. E
65 Pactum nudum iureiurando veſtitur, actionemq; producit iure ciuili. Contrarium vide num. 66.
67 Iure Canonico ex pacto iurato agi poteſt.
68 Reſtituta pœna, in textu, quomodo intelligatur.
69 Exponuntur verba textus, rerum proprietate, &c.
70 De quo emolumento lex ſentiat.
71 Reiecta Matheſilani ſententia circa verbũ, emolumento.
72 Seuerinatis exemplum ad idem verbum.
73 Pœnæ huius legis an ipſo iure committantur.
74 Purgatio moræ in huius legis caſu non conceditur. F
75 Dictio, mox, quomodo in iure accipiatur.
76 Promittens iuramento, extra caſum huius legis, nec ſoluens, ſi doli reus non ſit, an purgare moram valeat.
77 Hac in quæſtione conſiderantur ab Alciato tres caſus. & 79. 80.
78 Iuſta cauſa excuſat à mora.
81 Purgatio moræ ex æquitate inducta eſt.
82 Eadem eſt vis iuramenti, quæ illius clauſulæ, rato manente pacto, &c.
83 Ad pœnas huius legis agere volens, neceſſe eſt, vt ex parte ſua omnino adimpleuerit.
84 Si promiſſor, qui ad pœnam conuenitur, in minimo defecerit, an in pœnam huius legis incidat.
85 Si is, qui ad huius legis pœnas agere potuit, reſiduũ contractus adimplendi cauſa ſimpliciter recipit, renuntiaſſe pœnis cenſetur.
86 Quid in eius, qui trãſegit, hærede dicendũ, an huius legis pœnis teneatur.
87 Actio ex hac lege an contra ſingularem ſucceſſorem tranſeat.




L. 41. Si quis maior.

SI[a] quis[b] maior annis XXV. aduer-

SI QVIS maior.) a ¶ Conſtitutionem hanc Arcadius Honoriusq; ad præf. præt. Rufinum, Olibrio & Priminio COSS. miſit. † Is eſt Rufi- 1
B nus, quem Claudianus poëta improbum legum venditorem appellat, duobusq; libris inſectatur: tametſi mihi veriſimile ſit, non tam ipſos Imperatores, quàm Rufinum huius latorem legis fuiſſe. Siquidẽ autor eſt Suidas, cui & Eunapius Sardianus, & alij illius ætatis tutores conſentiunt, Rufinum & Stiliconem à Theodoſio Imper. Arcadio Honorioq; filijs ſuis impuberibus tutores curatoresq; relictos fuiſſe, è quibus alter, nempe Stilicon: Occidentis imperiũ,
C quod Honorio dederat, adminiſtraret: alter verò Rufinus Arcadium, Orientemq; curaret, atq; ipſos tutores omnia rapinis fœdaſſe, emiſſarios circum ſe habuiſſe, à quibus clàm admonebantur, ſi quid vſquam gentium precioſi pulchriúe eſſet & quæ quis feraciſſima latifundia haberet: confeſtim enim fictis accuſationibus, per ſubornatos calumniatores colore aliquo iuris, dominos priuabant, cùm ipſi iudices eſſent, ut qui in ſua manu omnia iudicia, tam publica, quàm pri-
D uata haberent, cernebanturq; ſubitis imaginib. repẽtinaq; felicitate Rufini adulatores adeò florere, ut qui priùs viliſſimis officijs adducti, quiq; tabernis, gradibus, pauimentis purgandis operam præſtare ſolerent, eius gratia euicti, iam purpurea chlamyde, aureis fibulis, balteisq; ornati incederent, cùm veteres opulentæq; familiæ ad incitas interim redigerẽtur, omnia ad ſe trahentibus tutoribus, quòd alij metu calumniarũ, alij vt nouum aliquem magiſtratũ adipiſcerentur,
E impunitatemq; diripiendarum ciuitatũ impetrarent, omnia in illos prodigebãt: neſciebantq; Imperatores ipſi harum rerum quicquam, vt qui omnibus libellis edictiſq; promiſcuè ſubſcriberent, quæ Rufini aut Stiliconis nomina præ ſe ferrent, nec quicquam curabãt habebantúe, niſi quod ex eorum autoritate illis licebat: adeò à parentis ſui Theodoſij ingenio animiq; vigore degenerauerant: donec tandem reſipuẽre, ſublato priùs impetu militari Rufino, tandem & Stilico-
F ne, ſed non abſq; magno malo: nã mox capta eſt à Gothis Roma, cùm priùs obſeſſa Conſtantinopolis fuiſſet: vt appareat, horum tutorum fraude tanta indole partum Rom. imperium, in procliue datum, mox corruiſſe.

b ¶ Si quis maior. † (Cùm olim iure veteri qui 2
aduerſus iuratam tranſactionem quicquam feciſſet, ſi dei nomine firmata erat, nulla afficeret [a] pœna, ſed ipſius Dei iudicio relinqueretur: ſi per genium vel ſalutem principis, fuſtibus ſubijceretur, græceq; ei indiceretur προπετῶς μὴ ὄμνυε, id eſt,

a l. nam ſufficit. de dolo.

3 temerè ne iura[a]: † demũ lata eſt hæc conſtitutio pœnam indicens augensq́;, nempe vt is, qui aduerſus pactionem iuratam per Deum vel principem fecerit, infamia notetur, actionem perdat, pœnam ſoluat, rerum proprietate careat, emolumentum omne quod ex cõtractu percepit, amittat: quæ omnia ei concedantur, qui ipſe obſeruauerit. 4 † Sed quæ huius legis eſt ratio: nempe vltio periurij. 5 † Vnde apparet commentitij, ſeu, vt vulgò dicimus, poſitiui iuris[b] hanc eſſe legem: ita enim viſum eſt legislatori periurium vindicare, 6 † cùm aliter veteres cenſerent, Deiq́; iudicio vindictam permitterent[c], qui rarò id crimen dolo malo commiſſum, ſinebat inultum, vt ex reſponſo Pythiæ vatis oſtendit Satyr. XIII. Iuuenal. Sed an id potius ob reuerentiam Dei inductum dicemus? Et nõ videtur, cùm hîc idem conſtitutum appareat in eos, qui per ſalutem principis iurant: niſi ita cenſeamus reſpectu diuini numinis tum quoq; iuratum cenſeri, quod verius eſt[d]. 7 † Sed an hæc lex fauorabilis, ideoq́; interpretatione iuuanda ſit? Et Iaſon eſſe fauorabilẽ cenſuit, quia ad animę noſtrę ſalutem pertineat, vt iuſiurandum ſeruetur[e]. 8 † Ego quod ad obſeruationem iuramenti promiſsionisq́; attinet, ſatis id faterer, nempe vt promiſſa iurataq́; adimplere quilibet teneat: ſed vt pœnas ſubeat, quarum hîc eſt mentio, non fauor verti, ſed odiũ potius videtur[f]. Et cùm conſtitutio hęc & correctoria & pœnalis ſit, extra vim verborum nõ eſt extendenda[g]. 9 † Vnde Bart. hîc cenſuit, cùm de maiore loquatur, ad eum minimè producendam eſſe, qui fictè vel iuris interpretatione pro maiore ſit: quem & cæteri ſequuntur. 10 † Quapropter nec iure pontificum, quod ad pœnam attinet, huic legi locus eſt[h]: admittunt enim canones purgationem huius moræ, ne quis in pœnam incidat, lucrumq́; inhoneſtum exiſtimant, quod ex tanto rigore deſcendit[i]: quod Alexander, & quidã recentiores tradiderũt, quib. & nos cõſentimus[k]. 11 † Fortius Butrius & Tudiſcus cenſuerũt[l], leges ſæcularium etiam ad ſacramenti confirmationẽ pertinentes, hodie nullius eſſe momenti, quòd ea cognitio eccleſiaſtici, non autem ſecularis iudicis ſit[m]: at qui cognoſcere, non poteſt, nec legẽ quidẽ ferre poteſt, cùm ius legẽ ferendi iuriſdictionis ſit[n]. Sed ego id faterer quantũ eius obligationis reſpectu ſit, quæ directo ex iureiurando Deo ipſi acquiritur[o]: quantum verò reſpectu ſubſequentis obligationis, quæ parti ipſi prouidet, non dubitauerim cognitionẽ ſæculari quo- 12 que iudici permiſſam eſſe[p]. † Addit Bal. huic legi locum nõ eſſe, niſi aduerſus eum qui dolo malo periurium commiſerit, tum quia periurium quod hîc punitur, abſq; dolo malo, vt pœnis legalibus locus ſit, nõ committitur[q]: tum quia hîc infamię nota irrogatur, ſed ex culpa nemo fit infamis: quantum enim ad eam irrogandam ſit, lata culpa nõ æquiparatur dolo[r]. Secundũ quam Bal. ſententiam reſponſum quoq; ab Alex.[s] extat, hocq́; modo duram legem interpretatio prudentium frangit. 13 † Nec me mouent eorum rationes, qui periurium ex lata quoq; culpa quandoque committi aiunt[t], quiq́; in his qui ipſo iure infamia notantur, latam culpã dolo parem cenſeri exiſtimãt[u]: quia ad procedere in his legibus poſſet, quæ correctoriæ ſimulq́; pœnales non eſſent, & nõ tanto iuris rigore inniterentur. Nam & plerunq; vidi eos, qui ſpeciali mandato principis, ſola æquitate attenta, ius dicere debent[x],

a l. ſi duo.§. fin. de iureiur.
b Arg. auth. vt non luxur. verbo, & ſacramẽta.
c l. ij.ff. de rebus cred. auth. decernit.ff. de arbitris.
d l. qui per ſalutem de iur. iu.
e Bart. auth. ſacramenta puberum.ff. ſi aduerſ. vend.
f Aret. Rimin. Tau. hic. Corn. 246. 266.3. Dec. 254.
g l. fi.§. de ſacr. ſan. eccleſ. & auth. ibi.
h 23.q.j.c. apud.
i c. ſuam. de pœ.
k c. fi.ij. vbi Ab. 4 not. de teſt.
l Butr. & Abb. c. cum contingat. de iur. iur. col. x. verſ. vnũ tamen.
m c. tuã. de ord. cog. Feli c. cum ſit. col. v. de foro comp.
n l. nulli.ff. de ſent.
o l. debitores.ff. de iureiur.
p c. licet. vbi Paulus, Anch. Domi. de iureiur. in 6.
q Dd. l. qui iuraſſe. de iureiur.
r §. ſuſpectus. Inſtit. de ſuſp. tut. gl. l. in actionibus. ff. de in litem iur.
s Alex. conſ. 92. & l. fin. in fin. qui ſatiſ. cog.
t c. fi. de ali. feu. pater c. licet. ſi de feu. fuer. cõt. inter. do et agn.
u l. liberorũ.§. notatur. de infam.
x Bar. l. j. in fin. vt quæ deſ. ad Guid. Pa. q. 29.

tenus ad obſeruationem contractus ſpectat propter iuramẽti uim legem quidem noſtram exequi ſolitos: quod verò ad pœnas pertinet, ceu duram negligere: quapropter nec rerum proprietatem, nec ſi qua commoda inde actor percepit auferre.

**ſus pacta[a] vel tranſactiones nullo cogente imperio[a], ſed libero arbitrio, & voluntate cõfectas putauerit[b] eſſe veniendum, vel interpellando iudicem, vel ſupplicando principibus, vel**

Quod generaliter in foro cõſcientiæ ſeruandum arbitror: in eo enim hiſce pœnis non eſt locus[y], quoties ſupra crimen ſeu maiores delicto ſunt, quod eleganter Decius cenſuit, etiam ſi ipſo iure infligerẽtur: quid enim hoc ad naturalem æquitatem, quæ ſola totum illud forum regit[z]?

14 ¶ Si quis.) † Quid in muliere? quid in ruſtico? Et cùm lex lapſum XXV. annorum requirat, apparet integritatẽ ſenſus ſpectari, vt in eam quis committat, & ideò Fulg. & Purp. non procedere in muliere quandoq; exiſtimauerunt, maximè cùm verbum, ſi quis, fœminam in rigore iſto iuris poſitiui non comprændat[a]. contrà Iaſ.[b] mulieri non magis, quàm alijs ſuccurrendum cenſuit[c]. Alij recentiores diſtinguunt, an negligendo peccauerit, vt quia non adimpleuit conuenta, & legi noſtræ locum non eſſe[d]: an verò perpetrando, & tunc veram Iaſ. eſſe ſententiam. 15 † Ego quatenus ad iuramẽti obſeruationem pertinet, putauerim mulierem hac lege contineri: quatenus verò ad odiũ irrationabile amiſsionis proprietatis & commodi ſecùs eſſe. Idemq́; in ruſtico diſtinguendum, vt & ei hoc caſu ſicut nõ paucis alijs ſuccurratur[e]. 16 † Sed quid in vniuerſitate? Et Iaſ. viatorio quodam conſilio, reſpondit in eam legi noſtræ locum eſſe[f], contra omnes recentiores, 17 † cùm vniuerſitas quoddam fictũ corpus ſit[g] iuris intellectu repręſentatum, quod alligari periurio non poteſt[h]: quam ſententiam & nos ſequimur, niſi cùm de vniuerſitate maiorũ XXV. annorum, puta collegio doctorum loquemur, qui omnes iuraſſent, & deinde omnes contrauenirent[i]: nec enim hoc caſu ſufficeret quòd maior pars contrauenirer[k].

18 ¶ Maior.) † Sed quid ſi minor iurauerit ratione ætatis, vel alia, non contrauenire, an quia ætatis beneficio renuntiauit, locus erit legi noſtræ? Et receptiſsimum eſt non eſſe: quia qui ita iurauerit, interpretatione ſolùm legis pro maiore habetur[l]: at lex noſtra pœnalis in eo qui verè maior eſt, intelligi debet[m], non qui fictè. Sacramentũ tamẽ erit obſeruandum, licet pœnis noſtræ legis locus nõ ſit. 19 † Qua ratione cenſuerũt alij[n], nec in eo quidem minore locum hiſce pœnis eſſe, qui ætatis veniam impetrarit[o]: lex enim noſtra correctoria & pœnalis, ad talem non eſt extendenda: licet ſecus ex aliquorũ[p] ſententia fortè eſſet, ſi pœnã ſolùm irrogaret: quòd non probo, niſi cùm citra vllam extenſionem interpretatio illa aſſumeret[q]. 20 † Sed quid ſi minor iurauit, ſed iam factus maior contrauenerit? Et dubium non eſt, hunc caſum legis noſtræ verbis nõ comprændi, quæ, Si quis maior, inquit, pacta iuramẽto ſolidauerit: oportet igitur tempore quo ſolidet eſſe maiorem[r].

21 a ¶ Pacta.) † Sed an in omnibus contractibus locum ſibi vendicabit conſtitutio? Et Bar. ſimpliciter in omnibus pactis procedere ait: alijs generalius in omnibus contractibus, quia pacti appellatio generalis eſt[s]. Quapropter ſi in emphyteuſeos contractu adſit iuramentum, ſunt qui tradiderint, non expectari bieunium, aut triennium, ſed

y gl. c. fraternitas. 12.q.2.
z Bald. auth. ad hæc. de vſur. col. 2.
a l. j.§. quoties. de ven. in poſ. mit.
b gl. l. cum pro pœnas.§. eod.
c l. fin.ff. de iur. & fact. ign.
d l. j.§. fi. de edil.
e l. ij.§. de in ius voc. vbi not.
f l. nihil. ad Maced. l. ergo. inf. ex qui cau. ma.
g l. mortuo. de iud.
h arg. c. Romana.§. fin. de ſenten. excõm. 6.
i Feli. c. dilecte. de except.
k l. j. vbi Bal. de mag. conuen.
l auth. ſacramẽta.ff. ſi ad ven.
m l. 3 §. hæc verba. de neg. ge.
n Iaſ. Rim. Dec. conſ. 248. col. iij.
o l. fin.§. de his qui ven. ætat.
p Dec. c. ex parte M.§. de ap.
q auth. ſi captiui. vbi Bald. 4. not.§. de epiſc. & cler.
r l. in delictis.§. ſi extraneus. de noxal.
s l. j.§. j. de pac.



ſed confeſtim poſt moram cadere[a]. Sed & Matheſil. idem in eo qui fundum emerit, & pretij reliquã partem certa die ſe ſoluturũ iurauerit, deinde conſtituta die nõ fecerit, cenſuit cadere 22 eum à iure petendæ euictionis[b]. † Sed tamen Rimin. hîc, & Purp. aliter ſentiunt: quia in materia odioſa & pœnali, dictio illa, pactum, reſtringenda eſt[c]: quam ſententiam & ipſe probo, cùm in lege pręcedenti, vbi ſimilis eſt loquẽdi modus, pactũ intellexerimus, quod de re liquida vel ante litem conceptum ſit, tranſactionem de dubia[d]: quæ interpretatio ex natura huius rubricæ, ſub qua lex noſtra poſita eſt, veriſimilior eſt[e]. Probatur & ex verbis legis, dum accepta reſtitui iubet 23 † cùm pactum in genere, etiam nulla re vltro citroq́; data, fiat[f]. Probatur & quia aliàs tranſactionis mẽtio in lege ſuperflua eſſet[g], 24 † cùm pactum in genere etiam tranſactionem comprændat: nam & in diſpoſitione præſertim pœnali verba in ſpecie potius accipi, quàm in genere debẽt[h]. Adde, quòd disiũctiua inter genus & ſpeciem impropriè poſita cenſeretur, & pro expoſitiua tantum acciperetur[i], 25 † cùm tamẽ eius natura ſit, vt inter diuerſas ſpecies collocari debeat[k]. Suadet id & ratio: cùm enim tranſactiones reuocari fauore dirimẽdarum litiũ lex nolit[l], idemq́; ſit in pactis, cùm vel res dubia ante litem cœptam, vel res liquida potius remittitur, quàm quis facti iurgijq́; tędiũ ferre velit, non videt lex noſtra his de caſibus loquẽs generaliter ad omnia pacta trahenda eſſe, in quibus non eſt eadem ratio[m]. Quæ ſententia & ea lege probatur, qua traditũ eſt, illuſtrem virum qui promiſit iudicio ſiſti, iurauitq́; ita ſe facturũ, deinde neglexerit, non tamen in legis noſtræ pœnas incidere[n], nec tantum vim iuramentum habere, quãuis ex eo & pars læſa ſit, & contempta diuina autoritas, & ſpeciale beneficium periurus iam conſecutus eſſet, cui renũtiare potuiſſet[o]. Sed tamen ſatius eſt in hac re diſtinguere, vt quod ad ſacramenti obſeruationem, pactum generaliter hîc accipiatur: quod verò ad pœnas attinet, ſpecialiter, cùm remiſsio rei liquidæ ſit, vel etiam dubiæ, antequam lis ſit cœpta. Quapropter Matheſil. deciſionem arbitror verã non eſſe, & in emphyteuta Iaſ. rectius tunc cenſuiſſe[p], cùm tradidit propter iuramentum, non ideò ante terminum ex mora cadere.

26 a ¶ Nullo cogente.) † Si igitur præcepto iudicis vel municipalis ſtatuti iuſſu, quis coactus trãſegerit, nec tunc legi noſtræ erit locus. 27 † Idemq́; Bart. cenſuit ſi compromiſſum fuerit, & id enim ad litis deciſionem pertinet, & pacti appellatione propriè comprænditur[q]. Sanè quoties iuſſus tam præciſe additus eſſet, vt ei renuntiari à partibus non poſsit, nõ eſt dubium compromiſſum neceſſarium cenſeri, parteſq́; videri metu legis compromiſiſſe[r]: & ita Decij Riminaldiq́; ſententia defendenda eſt[s]: 28 † non enim ſpontè factũ id dicitur, ad quod cogi quis potuit[t]. Si verò ei legi renuntiari potuit, tunc ſecus eſſe, nec videri metu legis quicquam factum[u]: quo caſu Saliceti Alexandriq́; opinionem ſequor: † quo fit vt ſi ſtatutũ compromitti ſolùm iubeat, caſu quo 29 aliqua partium petierit, reſpectu petẽtis coactio nulla cenſeatur[x]: niſi cùm id ab eo factum appa-

a Bald. Felin. c. querelam. de iureiu. Alex. conſil. 85. non puto.
b Matth. not. 51.
c c. odia. de reg. iur. 6.
d Bal. Rim. Moder.§. l. prox.
e arg. l. Imperatores. de in diẽ adiect. l. ſi ſuper.§. eod.
f gl. iij. l. mancipia.ff. de ſeruis fugit.
g l. ſi quãdo.ff. de leg. j.
h l. hoc legatũ. vbi Bart. de lega. iij.
i §. l. præced. l. 2. ff. ad l. Aquil.
k l. j. de reb. du.
l l. fratris.§. eo. l. quod ſi deferẽte. de dol.
m l. adigere §. quãuis. de iur. patr.
n l. penult.ff. de dig.
o Arg. l. eũ qui. de iureiur.
p Iaſ. l. ij. 4. q. j. de iur. emph.
q l. ij. de arbit.
r l. 4. de reg. iur. l. Titia. in fin. ad leg. falcid.
s Conſil. 24. & Deci. c. cum M. col. 16. de conſt.
t l. ij. vbi Doct. §. eod.
u Inno. c. cũ M. de conſtit. Bart. l. huiuſmodi.§. cũ pater. de leg. j.
x l. j.ff. de his q. Purp. hic.

L. 41. Si quis maior.

reat, vt alium præoccuparet: ſufficit enim quod veriſimiliter dubitauerit cogi[y]. In dubio tamen ſit interpretatio, vt tale ſtatutũ locum habeat ita demum, ſi pars petierit compromiſſum[z]: 30 † nam communiter non niſi ſpontanea voluntate compromitti ſolet[a]. 31 † Idem dicendum vt voluntarium videatur cõpromiſſum, quoties quis compromiſit ijs in caſibus, in quibus ſtatuto locus nõ erat: vt quia in tempore petitum nõ fuiſſet compromiſſum[b], vel quia res eſſet clara & liquida[c]: nulla enim nec his caſibus poteſt eſſe coactio. Sicut & cùm quis ſpontè ſententiam arbitri homologia ſua iuratus approbauit[d]: quod Fulg. Alex.q́; tradiderũt: nec enim ſtatutum iubẽns cõpromitti, ideo iubet homologiam ſeu ratihabitionem addi. Poſtremus igitur hic ſpontaneus actus, præcedentis compromiſsi coactionẽ diluit, omniaq́; ſpontè videntur celebrata[e]. Qua tamen in re Iaſ. Aret. Riminal.q́; diſſentiũt, quoniã hæc lex coniunctim duo requirit, & pactũ ipſum ſpontè initum, & etiã iuramentum: vnde alterum nõ ſufficit[f], nempe iuramentũ ſpontè præſtitũ, homologiaue. Sed ego & hoc caſu ſecundũ ſupradicta diſtinguo, vt quod ad iuramenti obſeruationem attinet, prior ſententia verior ſit, quod ad alias pœnas, poſterior præualeat.

32 b ¶ Putauerit.) † Quoniam cogitationis pœnam nemo patitur[g], neceſſariò id verbum ad effectum refertur[h], meritoq́; ſubijciuntur tria gerundia, triplicẽ contrauentionis actũ ſignificantia[i]. 33 † Primus eſt, qui interpellando iudicem ſit, quod Paul. Caſt. & Iaſ. interpretantẽ poſt libelli oblationẽ citatæ ipſi parti factã. Contrà Alex. & recentiores alij, tanquã odio periurij id inductũ ſit: meritò ergo cùm in lege nulla ſit citationis mentio, ſubaudiendum nihil eſt. Ego propter æquitatem prioris ſententiæ nõ arbitror à Caſtrenſe Iaſoneq́; diſcedendum: cùm enim ſola iudicis interpellatio nullum parti damnũ adferat, iniquũ eſt huiuſmodi ex facto in pœnã quenquã incidere[k]. Nec Alexan. adiuuat interpellationis verbum, 34 † quoniam parte citata intelligi ſolet[l], cùm in iudicijs quæ parte non citata gerantẽ, pro nullis habeãtur[m]. 35 † Ego apud veteres ſcio duplici modo ſolitũ fuiſſe lites inſtitui, aut interpellatione iudicis denuntiationeq́; ſubſequente, aut principalis reſcripti editione, quod etiamnum in Theodoſiano Codice apparet[n]. Hodie legẽ Iuſtiniani hæc abolitã ſunt[o]. 36 † Illud conſtat, ex ſola citatione, quæ abſq; iudicis mandato facta fuerit, non eſſe his pœnis locũ: quod ferè omnes probant[p]. 37 † Secundus modus eſt, cùm ſupplicando principi quis contrauenit: qua in re eadem poteſt eſſe dubitatio: & ideo Caſt. & Iaſon ita demum nocere ſupplicationem aiunt, ſi ea actor ipſe vſus fuerit[q]: nam & qui iudicem impetrare ſub pœna prohibetur, in pœnam tum demum incidit, cùm impetratione vti cœperit, reumq́; conuenerit[r]: quod & Card. reſpondit[s]: iniquũ enim eſſet eum plecti, qui adhuc aduerſarium vllis laboribus non fatigaſſet, vexaſſetue[t]. Contrà tamen Alexan. & pleriq; recentiores eadem ratione: nempe, quia lex hæc nimis reſtringeretur, & quia periurium committitur etiam abſente parte, cùm principaliter patretur in

y gloſ. l. nouiſſ. quod fal. tut. aut.
z gl. l. vniuerſa.ff. de prec. Imp. offe.
a Felin. c. fin. de re iud.
b Ang. l. cũ hi.§. ſi cum his.ff. eod.
c Bartol. l. poſt rem.ff. eod.
d arg. l. ne in arbit.ff. de arbit.
e l. ij.ff. qđ met. cauſ.
f l. ſi hæredi plures. de cond. inſtit.
g l. cogitationis. de pœn.
h l. fi. de re. di.
i Bart. de edẽ. in rub. l. fin. de rer. diuiſ.
k l. pen.ff. de fal.
l l. à procedẽte.ff. de dila. l. j. in fi.ff. de nat. lib.
m l. de vno. de re iud.
n Rub. de denũcia. l. poſt celebratam.
o §. appellamus. Inſtit. de actio.
p arg. l. quãuis. de in ius voc.
q l. libertus. ij. de in ius voc. Alec. conſ. 34. j.
r c. cæterũ.§. verum. de reſcr.
s Card. conſ. 27.
t gl. cle. j. in fi. de reſcript.

Deum [a]. Ego quod ad pœnas attinet, magis Pau-
lo adhæſerim. † nec me mouet quòd edictũ præ-
38 toris aduerſum eum, qui ius iniquum impetra-
uerit, locum habeat, etiam ſi eius iuris vſus nul-
lus acceſſerit [b], quia id opinor intelligendum,
dum tamen in actis
& cõſequenter par-
te vocata [c] talis im-
petratio producta
ſit: nõ enim potuit
quis cogi vt produ-

**non implendo pro-
miſſa a: ea autem in-
uocato b dei omnipo-**

A

cerer, imò ante ei impetrator renunciare etiam
in aduerſarij præiudicium potuit [d], tametſi fre-
quentiùs Doctores aliter illud reſponſum expo-
nant, nempe vt ſpeciale illud in odium impetra-
toris ſit [e], qui crimen ſaltem quantũ ſit iudicis re
ſpectu conſummauit: quod in noſtro caſu diuer-
39 ſum eſt. † Sed quid ſi is qui pontifici ſupplicauit,
in precibus mentionem iuramenti fecit, petijtq́;
eius ſibi gratiam fieri? Et Card. reſpondit [f], in pœ B
nas huius legis non incidere, qui non niſi licito
modo contrauenire uoluit, id eſt, autoritate
Pontificis, qui iuramentum remittere poteſt [g]:
idq́; & Iaſ. autumauit, ſentitq́; & Accur. † etiam
à principe ſeculari petita eſt licentia contraue-
40 niendi: nec enim dubiũ eſt hoc iure ſolidos Im-
41 peratores à iuramento abſoluere [h]. † Sed quid ſi
antequàm quis contraueniat, epiſcopum adeat,
temporariamq́; diſpenſationem vt litigando au
diatur, impetret [i]? Et cùm hodie hæc diſpenſatio C
etiam parte nõ citata concedi ab epiſcopo ea ex
cauſa ſoleat, vt interim agnoſci poſsit, an iura-
mẽtum licitè præſtitũ fuerit [k], videtur pœnas le-
gis noſtræ ceſſare, quæ in periurij odium con-
ceduntur: at hic periurus non eſt, niſi cùm dein-
42 de apparuerit licitum fuiſſe iuramentum [l]. † Sed
quid ſi quis hodie principi ſæculari ſupplicaue-
rit, mentionemq́; iuramenti fecerit, & is reſcri-
pto ſuo ius contraueniendi conceſſerit? Et puta-
uerim quidem pœnas ab hac lege conſtitutas D
tollere eum reſcripto ſuo poſſe [m], tamen periu-
rum cenſeri, & his pœnis plectendum, quibus
leges pontificum periuros damnant: poteſt e-
nim princeps hiſce pœnis, quæ parti concedun-
tur, derogare [n]. Quòd ſi princeps ſimpliciter iu-
dicem dederit, receptiſsimum eſt, non videri
43 aduerſus haſce pœnas quicquam indulſiſſe [o]. †
Sanè perpetuum non eſt, vt ex iudicis interpel-
latione, vel ſupplicatione, etiam citato aduerſa-
rio quis in pœnam incidat, ſed ſtipulationis pœ- E
nalis verba inſpicienda ſunt. Quid enim ſi quis
promiſit non petere, & ſi petierit, promittit cen-
tum? non prius committetur pœna, quàm litem
44 conteſtatus ſit: † antè enim propriè non dicitur
petere [p]: quod & ferè omnes hîc tradiderunt:
nec hæc ſententia legi noſtræ aduerſatur, quæ
eum plectat, qui cõtrauenerit: at ſi quis promiſit
non petere ante litem conteſtatam, non dicitur
contrauenire, ergo nec pœnæ legis noſtræ locus
45 eſt. † Quid item ſi quis promiſit quòd Titius ra- F
tum habebit? Intelligentur hæc verba quę de fa-
cto alterius concipiuntur, quòd ratum habebit,
de iure [q]: vnde ſi de facto contrafecerit, nulla cõ-
mittetur pœna, quod Alex. hîc cenſuit. Secus ſi
46 geminatis verbis ratum firmumq́; habiturũ pro-
miſit [r]. Nam & illud conſtat, † vt quis in pœnam
legalem incidat, nõ ſufficere primũ contrauen-
tionis actum, ſed expectandam eſſe ſententiã [s]:
quod ſecùs eſt in legis noſtræ caſu, idq́; ſpeciali
iure propter peierantis odium.

a Gl. c. quoties cordis. j. q. 7.
b l. 3 in princip. quod quiſq; iur.
c c. quoniã contra. de proba.
d c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. vbi Dd.
e Alex. Iaſ. Dd. de leg. iij.
f Card. conſ. 22.
g arg. d. c. cæterum. de reſcr.
h l. adigere. §. ff. de iure patr. l. quæ ſub conditione. ff. de condi. inſtit.
i Old. conſ. 120. Anch. 18. Pau. 217.
k c. j vbi Feli. de iureiur.
l Bal. l. ſi ex ſcriptura. de con. et dem.
m Gl. hîc.
n But. Abb. d. c. cum contingat. Soci. cõſ. 66. col. pen. j. Cardin. conſi. 32. col. fin.
o Salic. Alb. Fulgo. Alex.
p l. amplius nõ peti. rẽ rat. hab.
q l. ſi ſine. §. cũ autem. rem rat. hab.
r Gl. l. id quod pauperibus. ff. de epiſ. & cl.
s l. qui cum maior. §. accuſaſſe. de bon. lib. l. Papin. §. meminiſſe. de inoffic.

tentis nomine eo, au
tore ſolidauerit, non
ſolùm notet infamia c

a ¶ Non implendo promiſſa.) † Poſtquam 47
tamen iam incidiſſet in moram: non enim abſq;
mora locus eſt pœnæ [t]. Quid enim ſi iuſta ali-
qua cauſa eueniſſet, quæ eum excuſaret [u]? quid
ſi vterq; fuiſſet in mora? compenſarent enim mu
tuam culpã [x]. quid
ſi præcepto iudicis
territus promiſſor,
non obſeruaſſet [y]?
quod hîc latiùs Iaſ.
attingit. Fortius pu
tauerit aliquis, ſi qualicunq; credulitate facilita
téue nimia reus ſoluere neglexerit, ei aduerſus
pœnas huius legis ſuccurrendum eſſe: † cùm ſu- 48
prà Bal. cæterorumq́; ſententiam approbaueri-
mus, qui legi noſtræ locũ non eſſe, niſi aduerſus
eum, qui dolo malo parêre detrectauerit, tradi-
derunt: at clarum eſt, ab huiuſmodi dolo legiti-
mã eſſe ex facilitate, credulitate, imperitiaq́; ex
B cuſationẽ [z], ſi Iaſoni credim⁹, quẽ & ego ſequor,
cùm in his committimus, quę ſolo ciuili iure, nõ
etiã naturali prohibita ſunt [a].
b ¶ Inuocato.) Quid ſi aliquis ſimpliciter pro
miſiſſet, ſub fide ſe daturum? † Et ſciendum, fi- 49
dem propriè definiri, ut ſit dictorum conuento-
rumúe conſtãtia & veritas: dicta, quòd fiat quod 50
dictum eſt [b], ut M. Cic. & D. Auguſt. tradiderunt.
† Vnde & facta fides iudici dicitur, quando pro-
batum ei eſt, vera eſſe, quæ affirmata ſunt. Hinc
C rubrica de fide inſtrumentorum. † Inde etiam
factum eſt, vt cùm veteres illi Chriſtiani ea, quæ 51
de Chriſto commentarijs Euangeliſtarum pro-
dita erant, veriſsima ducerent, fidem appella-
rent [c], id eſt, vt Lucas ait, πεπληροφορημένων ἀσφάλειαν,
nempe compertiſsimam veritatis certitudi- 52
nem. † Igitur ſi quis promiſerit per fidem Chri-
ſti, vel per religionem fidei, dubium nõ eſt eum
iuraſſe cenſeri, qui promiſsionem ſuam hac re- 53
ligione firmauerit [d]. † Quòd ſi ſimpliciter pro-
D miſit ſub fide ſua, ambiguè loquitur, an de fi-
de Chriſti, an uerò de ſuæ promiſsionis con-
ſtantia intellexerit: & ideò quod ad promiſsio-
nis obſeruantiam attinet, tutior capienda eſt
præſumptio, qua animæ magis conſulatur, vt
ſcilicet iuraſſe cenſeatur [e]. quantum verò re-
ſpectu pœnarum ſit, ſecùs arbitramur: † de- 54
bet enim fieri interpretatio pro promittente [f],
vt confeſsionis verba ambigua, ſecundum con-
fitentis intentionem declarentur [g]. † Sanè & 55
E eodem modo diſtinguendum arbitrarer, cùm
quis ſe daturum in verbo veritatis ſpopõdiſſet:
& id enim verbum ambiguum eſt [h], nec ad iura-
mentum, niſi interpretatione quadã referri po-
teſt, quod aduerſus Baldum diſputauimus [i].
c ¶ Infamia.) † Caſus hic eſt ſpecialis, quo 56
periurus infamia notatur, cùm in contractu iu-
rauit, & ſe nõ contrà venturum ſpopondit. † Re- 57
gulariter enim periurus infamis non eſt [k], cùm 58
in edicto prætoris nihil de tali cautum ſit [l]. † Te
F ſtis igitur qui falſum pro teſtimonio dixit, non
ideò ex ipſo periurio ipſo iure infamis eſt [m]:
† nam & ſcholaſticus qui iurauerit parêre re-
ctori, ſi id non ſeruet, infamis non eſt, quia in 59
contractu non iurauit. † Sed & qui iurauit ſol- 60
uere vſuras, promiſsione neglecta, periurus 61
quidem dicitur, infamis tamen non eſt [n]. † Illud
quoque conſtat, licet infamiæ pœna ipſo iure
in caſu legis noſtræ ſubeatur, neceſſariam ta-
men deinde iudicis declarationem eſſe [o]: quid
enim ſi iuſta cauſa ductus iſte contraueniſſet [p]?
Sed

t l. ſi duobus ſin. vbi Bar. de conſtit pec.
u l. quod te. ſi cert pet. vbi Doct.
x l. viro. ſol. ma.
y l. fi. de leg. cõmiſſ. l. Imp. ad municip.
z l. igitur. §. poteſt. de lib. ca. l. iij. §. ſi quis ignorans. ad Syllan.
a l. j. de abig. l. antepen. ff. ad l. Fa. de plag. vbi Ang.
b l. j. ſi cert. pet. l. græcè. de fideiuſſ. §. venditi. Inſtit. de rerum diuiſ.
c ff. de ſum. trin. & fid. cath.
d c. ij. de fid. Abbas c. ad aures. quod met. cauſ. Dd. c. cum tempore. de arbit.
e gl. c. j. de ſeru. Dd hîc communiter. Spec. tit. de arbit. §. fin.
f l. quicquid. de verb. oblig.
g l. ſi quis intentione. de iudi. Ioan. Fab. Inſtit. de act. §. item ſi quis poſtul. Corl. rub. de iureiur. q. 7.
h gl. c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur.
i Bal. rub. ff. rer. inter ali.
k l. quoties. ff. de dig. lib. 12.
l l. j. de his qui not. infam. Dd. c. teſtimonium. de teſti.
m l. Lucius. de his qui not. inf.
n c. debitores. de iureiur. Feli. d. c. teſtimoniũ.
o c. cũ ſecundũ. de hæret. in 6.



Sed quid ſi contrauenit quis ſub iudice, qui ex
ſtatuto pronuntiãdi quidem in cauſa pecuniaria
ius habet, de infamia ceu grauiori cauſa nõ poſ-
ſit? Et putarem neceſſario maiorem iudicem ade
undum, qui infamem eũ effectum eſſe declaret:
non enim is iudex
caſũ infamiæ ſentẽ
tia ſua omittens, eũ
ideo abſoluiſſe cre
di põt [a], cũ id ad ei⁹
cognitionẽ nõ pti-
neret, quare & re-
ſeruatio oĩs hac in
re ſupflua fuiſſet [b].
a ¶ Actione pri-
62 uatus.) † De triplici actione hîc intelligi poteſt,
& in primis de actione quam hîc ex ipſo contra-
ctu iurato habuiſſet: & ita aliqui interpretantur,
quoniam reſpectu aliarum actionum quas ex cõ
tractu hîc habuiſſet, nullam incidere in pœnã de
buit [c]. Sed hic intellectus non omnino cõuenit:
cùm enim ex trãſactione agere nequeat, qui ipſe
adimpleuit [d], hicq́; non adimpleuerit, ab agẽdo
repellitur, non in pœnam, vt hîc dicitur, ſed iu-
63 re cõmuni [e]. † Aliter ergo intellexit Accurſ. quẽ
cæteri ſequũtur, vt actione priuetur, nempe per-
ſonali, ſuper qua tranſactum erat, quæ quidem
tranſactio ipſo iure eam nõ perimebat [f]: nũc aũt
64 in pœnã perempta cenſetur. † Ego etiã de actiõe
in rem intellexerim, quæ ſi tranſactione tranſ- C
miſſa ſit, non tamen ipſo iure perempta eſt, nec
amiſſa proprietas [g]: ſed tum demum amittitur,
cùm quis adverſus iuramentum facit. & hic ſen-
ſus ſequentibus verbis, dum de rerum proprieta
65 te lex loquitur, convenit. † Annotantque hîc ali-
qui à iureiurando pactum nudum iure noſtro ve
ſtiri muniriq́;, vt actione ſufficiat: quod defendi
poteſt, quoties pactum ad deciſionem litis ſpe-
ctat: vnde & ex deciſorio iuramento actionẽ ori-
ri conſtat [h]: ſic & ex pacto nudo compromiſsi iu D
rato actio naſcitur [i], vt meritò idem quoque in
66 noſtro caſu dicendum fuerit. † Sed tamen hanc
ſententiam plerique non probant, quos & ego
ſequor: quoniam id ſpecialiter inductum eſt in
iuramẽto liberti, qui libertatis cauſa iuret [k], quo
caſu excepto, nunquam iuramentum conuen-
tionem nudam actionis cauſa fulcit [l]. Nec lex no
ſtra quicquã obſtat, quin potius efficaciter ſen-
tentiam noſtram adiuuat: cùm enim priuari a-
ctione perſonali, ſuper qua tranſactum fuerat, eũ E
qui contrafacit, dicat: apparet, ex ipſa tranſactio
re, quamvis iurata, non fuiſſe adhuc eam actionẽ
peremptam: quod falſum eſſet, ſi pactum iureiu-
rando veſtiretur, id enim ſicut & ſtipulatio ipſo
iure præcedentem actionem perimit [m]. Rurſus,
nec nos mouet, quòd pœnam pactis incluſam pe
ti poſſe hîc dicitur: quia hanc vim iuramento tri-
buere non poſſumus, cùm pœna ipſa iurata non
fuerit: loquitur enim lex noſtra, cùm ſuper prin-
cipali conventione iuratum eſt: ſequitur ergò vt F
pœna alia ratione peti poſsit, quàm iuramenti.
Vnde intelligendum videtur, per ſtipulationem
pœnam promiſſam fuiſſe: quia quamvis princi-
palis quæſtio nudi pacti finibus ſtaret, ſolebant
tamen veteres pœnæ ſubiectæ ſtipulationem ad
dere [n], quod rectè hîc Alex. & non pauci alij cen
ſuerunt, cùm alioqui pœna ex pacto deberi non
67 poſsit [o]: † iure tamen Canonico, in Pontificio fo
ro dubium non eſt, ex pacto iurato agi poſſe [p]:

a Bar. l. ſi plures. de fideiuſſ.
b Bar. l. à procedẽte. ff. de dila.
c l. j. §. q adver. de poſtul.
d l. cum proponas. ff. ff. tit. j.
e l. iuriſgentiũ. de pact.
f l. ſiue apud. ff. eod.
g l. ſi ſuper. in ff. ff. eo. gl. l. ſtipul. iſta habere. de ver. oblig.
h l. j. ſ. l. iuſiurãd. quod ex convẽ. de iureiur.
i l. nec in arbitris. l. cum antea. verſ. excep. ff. de arbi.
k l. vt iuris. de oper. lib.
l l. ſi quis pro eo. promiſerit. vbi Bart. de fi. l. in l. ſi vnus. §. pactus ne. ff. de pact.
n l. ij. de arbit. l. promiſsis. ff. eod.
o l. quãuis. ff. de vſur. l. ſer. ea. l. ff. de ſer. expor.
p c. j. de pact. c. cum veniſſent. d. inſtit.

**uerũ etiã actione pri-
uatus a, reſtituta pœ-
na b, quæ pactis pro-**

A

**batur inſerta, rerum
proprietate c careat,
& emolumento d, quæ**

quod ad forum quoque ciuile producendum L. 41.
eſſe, apud alios diſputatum extat [q].

**Si quis maior.**

b ¶ Reſtituta pœna.) Doctores reſtitutam in-
terpretantur, id eſt, datam: quod exemplo non
caret [r]: quùm enim pœna ſoleat in inſtrumentis 68
addi, vt id, quod in-
tereſt, ad certam
æſtimationem de-
ducat [s], dicitur re-
ſtitui, quia iam cre-
ditoris intereſt eã
habere: nam &
craſsiore minerua,
id quod intereſt
pœna appellatur [t].

**ex pacto vel tranſa-
ctiõe illa fuerit cõſe-**

A

**cutus: itaq; omnia eo
rum mox commodo e
deputabunt eis, q in-
temerata pacti iura**

c ¶ † Rerum proprietate.) Suprà expoſui 69
de eo intelligendum, qui actionem in rem re-
miſit, quique ſola exceptione ſubmoveri poteſt,
quia proprietatem habet [u]. Alij tamen exem-
plum adducunt, vt cùm conuentus rei vendica-
B tione promiſit, actori domino rem reſtituere,
dum tamen aliquid prius ſibi ab eo præſtaretur,
iurauitque ille ſe præſtiturum: ſi enim neglexe-
rit, dominium amittet. Alij etiam hanc hypothe
ſim fingunt: Vendidi Titio iuratus fundum me-
um, deinde alteri, & tradidi: valet venditio, cen-
ſeorque priuatus dominio, & ideo in ſecundum
emptorem per traditionem illud transferre non
potero [x]. Sed id exemplum crebriore docto-
C rum calculo non probatur: quia lex noſtra in a-
ctione in rem, proprietateque loqui videtur,
quæ propter exceptionem effectu iam invtilis
erat [y], ſcrupuloſitatemque illam iuris ſolùm
aufert, vt abſque exceptionis obice renuntiatur
periurus.
d ¶ Emolumento.) † Id eſt, vtilitate ex con- 70
tractu proveniente, veluti ſi ſibi aliquæ ſpe-
cies vel certa ſumma data ſit, cum ipſe vice
mutua remiſerit actionem, iurauerítque adver-
D ſus ea non facere: ſi enim periurium arguatur,
ſpecies ipſas vel ſummam reſtituet, emolumen-
toque illo carebit, vt Accurſ. ait. At Matheſil. [z]
generalius intelligit, vt ſi fundi emptor iuratus
venditori certa die reſiduum pretij promiſerit,
deinde non ſoluerit, de evictione actionem amit
tat. † Quæ ſententia nobis non placuit: nam & 71
actio de evictione emolumentum contractus
non eſt: aliudque eſt emolumentum, id eſt, lu-
crum & vtilitatem non conſequi, aliud damnũ
E facere [a], & ea amittere quæ ex natura contractus
ſibi debentur [b]. Quo fit, vt minus eorum opinio
nem probem, qui eũ, qui iuratus Titio vẽdidit,
deinde alteri, amittere dominium tradiderunt,
Titioque acquiri, nec iam adverſus Titium id
pretium agi poſſe: huic enim caſui nec verba
nec mens legis noſtræ conveniunt. † Melius Se- 72
verinatis exemplum fortè quadrabit: Aliquis
tranſigendo iurauit ſe aureos LXX. æquis por-
tionibus VII. annis ſoluturum, & vno anno non
F ſoluit, hunc confeſtim conveniri vt totum præ-
ſter poſſe ait [c], ſicque temporis emolumentum
perdere: qua in re ego dubito: cùm enĩ dies pars
ſit ſummæ [d], ex hac lege non conſtat periurium
in eo puniri, vt plus præſter quàm promiſerit [e].
e ¶ Mox commoda.) † Adnotant hîc pleriq;, 73
pœnas haſce omnes ipſo iure committi [f]: quod
indubitatum eſt in infamiæ pœna, itemque in a-
ctionis priuatione, quæ nullã executionem facti
requirunt [g]: maior difficultas in alijs pœnis eſt.
Sed tamen receptius videtur & verius, paris

q Cor. auth. ſacramenta q. 14.
r l. j quor. lega. Iaſ. rub. ſol. matri. col. v.
s l. fin. de præt. ſtipul.
t l. nouiſsima. ff. iud. ſol.
u d. l. ſiue apud.
x l. quoties. de rei vend. vbi Iaſ. 1. q.
y d. l. ſiue apud.
z Notab. 51.
a l. fi. ff. de cod.
b Gl. pacta. de contrah. emp.
c Tract. tranſ. quæſt. xv.
d §. plus. Inſt. de actio.
e l. ſtatuliberos. §. Stichus. de ſtatulib.
f auth. inceſt. ff. de inceſt. nup.
g arg. not. l. fi. ff. loc. Bal. Paul. Salic. hic.

cauſæ omnes eſſe, & ipſo iure in has quoq; inci-
74 di [a], tametſi declaratio iudicis neceſſaria ſit [b].† Hincq; infertur, purgationem moræ non conce-
di, † cùm ex dictione, mox, appareat executioné
75 ipſo iure fieri [c]: & ita eſt receptiſsima opinio, quá & ipſe in caſu legis noſtræ propter dolū peieráris ſequor: alioqui me nō latet dictiōé, mox, ĩ iure ἐν πλάτει accipi, nec illud modicū tempus excludere, q; diluēdæ moræ cauſa
76 cōcedi ſolet [d].† Sed maior eſt ambiguitas in eo, qui extra caſum huius legis iuramēto promiſerit, & nō ſoluerit, an ſi is doli reus nō ſit, purgare morá poterit? Et Iaſ. cenſuit idem eſſe, nec purgationé admitti [e]: nam (inquit ille) iuramentū vim litis conteſtationis,
B itemq; nouationis habet [f], at poſt litem cōteſtatam, vel nouationé factam dilui mora nō poteſt. Sed hæc ratio in iuramento quod litis decidendæ cauſa pſtitū eſſet, vtiq; defendi poſſet: hoc autē quod quis cōtractus confirmādi cauſa ſubijt, futuramq; obſeruationem reſpicit, nihil cum litis conteſtatione nouationéve habet cōmune [g]. Ego Petri Beſutij ſentētiam ſequi malim purga-
77 tioné hoc caſu admittentis.† Et in primis ſciēdū eſt, receptiſsimum eſſe, quoties iuſta ex cauſa
C quis impeditus fuit, quò minus iurata præſtaret, circunſcripta mora debitorem admittendum
78 [h]:† iuſta enim cauſa excuſat à mora, & in eius ſe-
79 quelam à periurio [i].† Rurſus & illud ſciendum eſt, eum qui iurauerit inſulam facere, purgando magis adimplere quod iurauit, quàm non purgando [k]: iurauit enim facere, non autem id quod intereſt præſtare: & ideo cùm purgatio non adverſetur verbis iuramenti, debet admitti [l]. Nec
D ab hac ſententia Bart. diſsidet, ſi thema quæſtio-
80 nis, quam ille proponit, rectè perpendatur [m]:† ſupereſt igitur ſolùm pbabilis dubitatio, cùm ex purgatione moræ quis verbis iuramenti adverſaretur: & adhuc cum Beſutio ſentio, quia ſpecialiter in caſu legis noſtræ propter dolum aliud
81 conſtitutum eſt: † & quia purgatio moræ ex æquitate inducta eſt [n], quam æquitatem iuramentū nō tollit, ſed adiuuat potius [o]. Accedit his, q, iuramentū ad pontificiū forum rem trahere ſolet [p]: at in eo receptius eſt purgationi moræ lo-
E cum eſſe, legiſque noſtræ rigorem non attendi [q], quæ omnia nos alibi diffuſius tractauimus.
82 a ¶ Seruauerint.) † Hîc annotant oés eádé iuriſiurandi vim eſſe, quæ & illius clauſulæ, rato manente pacto, vt vtrūq; & principale & pœnā conſequatur, qui cōventioni paruit: q, an generaliter in omnib. cōtractib. iuratis verū ſit, ſuprà à nobis diſputatū eſt: qui enim iurat fundū dare, & ſi nō dederit, promittit centū, nō niſi in defectum
F prioris promiſsionis ex vi verborū pœnā pmittit, à qua propria verborū ſignificatione etiā iurameñtū interpretationé recipit [r]: vt meritò ſpecialiter id in pactis trāſactionibusq; introductū
83 videri poſsit, quæ ad finē litiū pertinēt. † Debet aūt ille, qui ad haſce pœnas agit, ex parte ſua omnino adimpleuiſſe, vt hîc dicitur, & in eo ſe cautū præſtare vt id probet [s], q, pleriq; hîc tradiderunt: adeò vt ſi vel in minima re defecerit, beneficio huius legis frui nequeat [t]: quia verū eſt, interemerata pacti iura nō ſeruaſſe: vnde & ſi vno capi

a l. iam hoc iure de vulg.
b c. cū ſecūdū. de hære. l. eius qui de iur. fiſ.
c l. qui ob rem. de cond. inde.
d l. ratū. l. quod dicimus. de ſolut. Bal. l. cum ancillam. col. fi. §. de inceſt. nupt.
e Iaſ. l. ſi inſulā. de verb. oblig. fl. nam & poſtea. §. ſi is qui tēporali. de iureiur. l. qui iuraſſe eo. tit.
g Iaſ. l. ſi pecuniam. col. viij. de cond. ob ca. Dec. c. j. de iudi. col. 20.
h Imol. d. l. ſi inſulam. Ang. d. l. & ſi poſt. Deci. conſil. 138. col. fi.
i l. ij. ſi quis cau. l. ſi qui latiſ. cog.
k d. l. ſi pecuniā.
l c. ex parte tua de cler. nō reſid.
m Bar. d. l. ſi inſulam. q. 5.
n l. ſi ſeruum. acq. de ver. obl.
o c. & ſi Chriſt. de iur. iu.
p l. fin. vbi Ioā. And. de for. cōpet. 6.
q c. ſuā. de pet. c. potuit. de locat.
r c. penul. extra. de iureiur.
s Corn. conſil. 246. in 3.
t l. pen. §. de his quib. vt indig. Dd. auth. qui rem. de ſac. eccleſ.

ſeruauerint a. ¶ Eos etiam huius legis vel
A iactura dignos eſſe iubemus vel munere, qui nomina noſtra placitis inſerentes, ſalutē principum cōfirmationē initarum iu-
A rauerint eſſe pactionū. D. V. Id. Octob. Cōſtant. Olybrio & Probino CONSS.

te non fuerit ſeruatū, perinde erit, ac ſi in nullo prorſus ſeruatum eſſet [u]. † Sed quid ſi promiſſor 84
ipſe qui ad pœnam cōuenitur, in re minima peccaſſet? Et cùm ſuprà cenſuerim, non incidere in pœnā huius legis, niſi qui dolo malo ceſſauit, putauerim ex minima re præſumi potius incuriam, errorémve, quàm dolū [x], ideò pœnis legis noſtræ locum nō eſſe. † Quod ſi is, 85
qui ad haſce pœnas agere potuit, reſiduum cōtractus adimplēdi cauſa ſimpliciter recepiſſet, an renūciaſſe pœnis cēſebit? Et ſunt q cēſeri crediderint [y], q̄ ſententia æquiſsima eſt. † Sed quid in eius, qui trāſ- 86
egit, hærede dicemus? Et ſi ex delicto autoris ſui,
B qui ipſe nō obſeruauit, cōveniat, traditū eſt, pœnas oés tanquá pecuniarias exigi ab eo poſſe [z]: quæ verò infamiā irrogat, perſonā autoris nō egredi [a]. Quòd ſi ex proprio delicto cōueniat, nullū legis noſtræ pœnis locū eſſe: quia cū ipſe non iurauerit, nō poteſt ceu periurus puniri [b]; quantū verò ad principalis cōtractus obſeruationem, tenebit [c], qa talis iuramēti effectus ad hæredem trāſit [d]. atq; ita Ang. Pauliq;, à recētiorib. diſſentientiū, reſpōſa interpretor. † Sed nūquid adverſus 87
C ſingularē ſucceſſorē trāſibit ex hac lege actio? Et cū is qui contrafecit, ipſo iure dominio priuet, idq; alteri applicetur, ſatis putarim vtiliter rem vēdicari, adverſus huiuſmodi ſucceſſorē poſſe [e], tametſi hac in re diſſenſerit quandoq; Alex. [f].

u Pau. conſ. 111. videtur. col. 1.
x l. quamuis rationes. de cond. & demon. Iaſ. d. auth. qui rē.
y l. poſt diē. de leg. commiſſ.
z l. iij. §. q aūt. quiſque. iur.
a l. Caius. in fin. ad Syll.
b c. veritatis. de iureiur.
c c. cū à nobis. ij. in fin. de ſent. excomm.
d Ang. 95. Paul. 97. Mod. hîc.
e l. ſi eum vend. de pig. actio.
f Alex. cōſ. 92. j.

LEX XLII.

1 *Tranſactio quāvis iurata, retractatur, quatenus cauſa alſiſ*
D *inſtrumenti celebrata eſt.*
2 *Vani timoris non habenda ratio.*
3 *Si inſtrumēta iactata, nō ſint in iudiciū producta, an retractationi ſit locus.*
4 *Nemini dolus ſuus patrocinari debet.*
5 *Tranſactio an retractari poßit, ſi adverſarius dolo nihil egerit.*
6 *Tranſactio ex falſis inſtrumentis inita & iurata etiam hodie retractari poteſt, non impetrata abſolutione iuramenti.*
E 7 *Quo caſu Caſtrenſis opinio defendi poßit, hodie ſimpliciter abſolutionem neceßariam exiſtimantis.*
8 *Tanſactio, cui cauſam dolus vel falſitas dedit, mero iure valet.*
9 *Sententia per falſas probationes lata, ipſo iure tenet.*
10 *Sententia ex falſis probationibus lata, intra quadriennium retractanda ope reſtitutionis in integrum.*
11 *Idem dicendum de tranſactione ex falſis inſtrumēta inita.*
12 *Reſtitutio in integrum etiam incidēter implorari poteſt.*
13 *Simplex exceptio de falſo contra actorem, qui reum ad*
F *tranſactionem cogit, non eſt ſufficiens, ſed neceſſaria prius eſt reſtitutio. In contrarium diſputatur nu. 15.*
14 *Reſtitutio in integrum à iudicis officio pendet, non à iure quod in parte ipſa reſidet.*
16 *Elegans Bartoli diſtinctio circa præmiſſam quæſtionem, an ſimplex exceptio ſufficiat, vel neceſſaria ſit reſtitutio retractandam tranſactionem ex falſis inſtrumentis initam.*
17 *Tranſactio retractari poteſt, quoties quis querelam criminaliter detulit, incidenterq; petijt tranſactionem reſolui.*

18 Datur



18 *Datur & in factum actio illi, qui tranſactionem inijt ex falſis inſtrumentis.*
19 *Falſum quod vni tranſactionis capitulo cauſam dedit, ad aliud capitulum non trahitur, vt illud reſcindatur. Limitationem vide num. 21. 22.*
20 *Reſcriptum in vna parte ſubreptitiū in alia tamen non vitiatur.*
23 *Publicū inſtrumētū in vno capite falſum, an in totum pro faſo reijciatur. num. 25.*
24 *In notatrio nō præſumitur dolus.*
26 *Falſum præſumptum alia capitula non infirmat.*
27 *Falſum circa acceſſoria principalē diſpoſitionē nō irritat.*
28 *Falſum in demonſtratione aliqua aut finibus, an in reliquis inſtrumentum vitiet. & num. 29.*
30 *Quòd ex falſa in vna parte cōmiſſo reliqua infirmatur. ex præſumptione inductum eſt: & quomodo talis præſumptio tollatur.*
31 *Teſtis in vno falſum dicens, infirmat totum teſtimoniū.*
32 *Fallit duobus caſibus. & num. 35.* *(num. 34.*
33 *In teſte falſum dicēte in dubio dolus præſumitur. Fallit vt*
36 *Teſtis ſuper generalibus rectè reſpondens, cùm tamē ſanguine coniunctus eſſet, euitat periurium. Et an eius dictum etiam probet, vide num. 37.*
38 *Ad cauſam pertinere dicuntur, quæ vtcunq; etiam leuiter adminiculantur.*
39 *Teſtis, qui iurauit ſe ad omnes iudicis interrogationes vera reſponſurum, ſi in appendicibus falſum dixit, vitiatur eius teſtimonium.* *(nihil probat.*
40 *Si teſtis ſolùm in dicti ſui cauſa vel ratione falſum dixit,*

LEX XLII.

IMPP. LEO ET Anthemius AA. Acrachirio *præf. præt.*

SI ex falſis inſtrumētis tranſactiones vel pactiones initæ fuerint, quāvis iuſiu-
A randum de his interpoſitum ſit: etiam ciuiliter falſo reuelato eas retractari a præcidi.

1 SI EX FALSIS.) ¶ † Tranſactio quāvis iurata, retractatur, quatenus cauſa falſi inſtrumēti celebrata eſt. Vnde apparet ſi eiuſmodi fuiſſent ea inſtrumēta, quæ ad victoriam nihil facerent, quod eorum prætextu factū eſſet, non retractari: idq; Suzarius, Alexander, &
2 aliqui recentiores probant, † quia vani timoris nulla eſt habenda ratio [a]. Idemque Albericus cē-
3 ſuit, † cùm hæc inſtrumenta in iudicium propoſita nō fuēre, ſed credidit aliquis ſimplici adverſarij ſui iactationi [b]. Sed hæc ego interpretatione temperanda arbitror, vt legi noſtræ locus ſit, ſi inſtrumenta non omnino aliena à cauſæ victoria eſſent, ſed qualitercunque adminicularentur [c], veriſimiliterque inde timere quis potuit deteriorem litis ſuæ conditionem fieri. Nec credibile eſt eum ſola iactatione contentum fuiſſe, penes quem re ipſa falſa inſtrumenta reperiuntur: quinimò quamvis in iudicio ea non exhibuerit, potuit tranſigens decipi, & ſibi timere, cùm ſciret facilimum adverſario fore, vt ea exhiberet [d]. Et licet nulla ſit metus ratio, qui in conſtantem virum non cadat, tamen in dolo aliud
4 videtur: † Nemini enim dolus ſuus prodeſſe de-
5 bet, quod alibi attigi [e]. † Sed quid ſi adverſarius dolo malo nihil egit, vt quia neſciret falſa eſſe inſtrumenta, quæ cauſam ſuam adiuuarent? Et Butrius, Alex. Iaſon, tali caſu nō retractari cōfeſtim tranſactionem cenſuerunt, ſed prius adverſus eū agendum, qui illa confecit [f]: quæ ſententia apud me ambigua eſt, quia ſpecialiter hoc inductum fauore libertatis videtur, vt adverſus tertium cuius dolo lis deciſa eſt, agatur [g]. Nam & Bartolus

a l. ſi quis ab alio. de reg. iur.
b l. ſi maior. j. §. cod.
c c. iij. de teſt. l. duo. §. ij. de iureiuran. vbi Iaſon.
d l. nouiſsimè. quod falſ. tut. vbi Bald.
e l. interpoſitas. §. cod.
f Iac. But. l. ſi. §. ſi ex falſ. inſt. arg. l. fin. de co per quem fact. dolo.

& cæteri hîc locum legi noſtræ eſſe ſimpliciter putauerunt, etiam cùm adverſarius dolum nullum cōmiſit, dùm beneficio reſtitutionis in integrum retractari tranſactionem aiunt, quæ neceſſaria adverſus doloſum non eſſet [h]. † Sed nūquid 6
hodie idē ſit, cùm in iuramētis ad iura pontificum attēdamus, quibus nemini cōceditur adverſus pprium iuſiurādum, etiā prætextu falſi venire, niſi impetrata prius abſolutione [i]? Et dubitauit hac in quæſtione Riminaldus. At ipſe iuramentum ipſo iure nullum crediderim, cùm deficiat ex dolo conſenſus, quo caſu abſolutionis petitio neceſſaria non eſt [k]: exuberare enim bonam fidem in iureiurando propter religio-
B nis reverentiam oportet [l], licet aliter in metu ſoleat diſtingui [m]. † Putauerim tamen ſi adver- 7
ſarius doli alicuius reus non ſit, vt qui inſtrumēta vera eſſe exiſtimaret, abſolutionem hodie eſſe neceſſariam, Paulique Caſtr. ſentētiam hoc caſu defendi, ſimpliciter hodie abſolutioné neceſſariam exiſtimantis.
a ¶ Retractari.) † Valēt enim mero iure 8
tranſactio propter conſenſum, cui quamvis
C cauſam dolus vel falſitas dederit, nō tamen ipſo iure infirmatur actus [n]. † Sicvt & in ſententia 9
dicimus, quæ per falſas probationes lata ipſo iure tenet, quia probationes ad ſententiæ ſubſtantiam non pertinent, vnde non ideò eſt nulla [o]: † meritò igitur reſtitutionis in integrum opē 10
ſolùm reſcindi debet, idque ex Cæſarum conſtitutionibus [p], qui reſtitutionem illam concedentes exemplo prætorij edicti conceſsiſſe creduntur [q]. & ideò intra quadriennium peti,
D impetrarique debet [r], alioqui in lapſo amplius peti non poſſet, quod adverſus Pauli Caſtr. ſententiam frequentius hîc receptum eſt [s]. † Sed 11
quo remedio retractabitur tranſactio? Et traditum eſt exemplo ſententiæ, etiam tranſactionem per reſtitutionem in integrum retractari poſſe, ſiue principaliter ea reſtitutio implorata ſit, ſiue incidenter, oppoſita exceptione, vel replicatione falſi [t]. † Nec enim dubium eſt poſſe 12
incidenter quoque id beneficium implorari [u].
E † Sed quid ſi adverſus actorem, qui falſis inſtru- 13
mentis reum ad tranſactionem compulit, ſimpliciter exceptum de falſo ſit? Et non ſufficere hanc exceptionem Alexander poſt pleroſque alios hîc diffuſè oſtendit, ſed neceſſariam prius eſſe reſtitutionem, aliàs excipi aut replicari non poſſe [x], † quia reſtitutio hæc à iudicis officio 14
pendet, non autem à iure, quod in parte ipſa reſideat: & ideò ante eius impetrationem nullum eſt partis ius, fruſtrà ergò exciperet replicarétve
F [y]: quod in minore, qui ex contractu vel iuramenti delatione læſus ſit, reſponſum extat: ante enim impetratā reſtitutionem fruſtrà exciperet [z]. Accēdit his, quòd ſi exceptione vel replicatione conſuli decepto diceremus, ad beneficium reſtitutionis in integrum non eſſet recurrēdum 15
quod ſubſidiarium eſt [a]. † Sed nobis ſcrupuloſa nimis videtur hæc opinio, & non paucis legibus adverſari, quibus ſimpliciter excipi adverſus talem ſententiam poſſe dicitur [b], violantque

L. 42. Si ex falſis.
h l. in ſumma. de cond. indeb.
i c. ſi vero. de iureiur.
k c. cū cōtingat. de iureiur.
l Bal. §. item ſacramenta. vlt. col. de pac. te. in c. j. e. verum. cod. tit.
n l. pen. §. de inutil. ſtipul.
o l. prolatam. §. de ſent.
p l. diuus. de re iud.
q l. j. in fin ex qui. cau. maio.
r l. ſi. §. de temp. in integ reſtit. pet.
s arg. l. j. vt ex leg. & S.C. & l. j. de bon. poſſ. hær. pet.
t l. nā poſtea. §. ſi minor. de iureiur. vbi Bar.
u l. defendente. de aut. tut.
x gl. l. qui agnitis. de except.
y d. §. ſi minor.
z d. §. ſi minor. excep. ij. in fi. de exce. l. nec ratio. §. pen. ex quib. cauſ. maior. inſtit.
a l. diuus. in fi. de in integ re. b d. l. qui agn. l. j. l. ij. l. ſi. §. ſi ex fal.

earum

earum verba, qui implorari prius reſtitutionem ſubaudiunt. Vnde & Canoniſtę cõmuniter hanc ſubtilitatem reiecerunt, & quandocunq; excipi vſq; ad XX. annos cõtra talem ſententiã poſſe cẽſuerunt [a], idq; etiam adverſus eũ, qui falſum ipſe non perpetrauit, doliq; reus non eſt, vt appareat faciliꝰ hoc remedio in ipſũ falſariũ ſuccurri [b]. Cũ.n. exceptio ex ſola ęquitate oriatur [c], quis nõ videt ſummã ęquitatẽ in fauorẽ decepti eſſe vt accipere poſsit, tametſi adhuc reſtitutionẽ nullã impetrauerit?
16 † Vnde & Bar. diſtinxit, vt ſi deceptus ſimpliciter velit trãſactionẽ elidere, id ſimplici exceptione vel replicatiõe facere, & ſe tueri poſsit: ſi verò hoc nõ cõtẽtus, velit omnino tranſactionẽ, vel ſententiam diffinitiuè aboleri, plenarieq; ſibi ſuccurri, tunc neceſſariũ ſit in integrũ reſtitutionẽ prĩcipaliter vel incidẽter obtinere [d]. quę diſtinctio vera eſt: nã aut is q obtinuit ſentẽtiam, falſum cõmiſit, & tũc ſubeſt ęqtas, vt exceptione doli reijciat̃ [e], vt ſicut agẽdo poteſt deceptus reſtitutionẽ in integrũ poſtulare, ita excipere & de dolo poſsit: licet.n. nõ cõcurrat actio de dolo & reſtitutio [f], tñ nihil impedit quin exceptio ipſa cõpetat, quæ generalis eſt, & cũ omni exceptione cõcurrit [g], nec adeò odioſa ſicvt actio [h]. Adde q, & tali caſu exceptio facti, ſeu (vt vocant) intẽtionis cõpeteret, cũ ꝑpter evidentẽ dolũ tranſactio eſſet nulla [i]. Aut qui obtinuit, doli reus nõ eſt, vt quia ab alio perpetratum ſit falſum, & tũc eo ipſo quod excipiẽtẽ nõ admittit, idq; agit vt alteriꝰ delictũ ſibi ꝓſit, dolo quoq; ipſe agere videt̃, ſubeſtq; æquitas, vt exceptione ſummoueri poſsit [k].
17 † Sanè retractari poteſt & trãſactio, quoties quis querelã criminaliter detulit, & incidẽter perijt retractari tranſactionem [l], quod Innoc. & Imol. ſentiunt [m].
18 † Poterit & actione in factum, is, qui deceptus eſt ciuiliter, experiri [n]: ſed eo iudicio id, quod ſua intereſt falſum factum non eſſe conſequetur, non autem directam tranſactionis reſciſsionem. Et cùm tot remedijs decepto hac in ſpecie tam ciuiliter quàm criminaliter ſuccurratur, apparet maiorem ſubeſſe hoc caſu æquitatem: pluſque in eo iuris eſſe, quàm cùm minor ex contractu vel delatione iuramenti læſum ſe allegat: illi enim omnino in integrum reſtitutio neceſſaria eſt, cùm aliter res ei ſalua eſſe non poſsit [o]. At is qui falſo inſtrumento circumventus eſt, firmiore innititur iure, vt etiam citra reſtitutionis beneficium indemnis eſſe poſsit.
19 a ¶ Ita demum.) † Falſum ergo quod vni tranſactionis capitulo cauſam dedit, ad aliud capitulum non trahitur, vt illud reſcindi poſsit: ſiue quia ſeparatorum ſeparati ſunt effectus [p], ſiue quia in his, quæ coniuncta non ſunt, ſed diuiſionem recipiunt, quod vtiliter geſtum eſt,
20 propter inutile non vitiatur [q]: † qua ratione & ſi vna parte reſcripti ſubreptionis vitium adſit, non tamen aliam vitiari traditum eſt [r]. Quod

a c. cũ venerabilis. de except.
b c. licet cauſ. de prob.
c l. qui æquitatis. de dol. exce.
d Bar. hic, & d. §. ſi minor.
e Iacob. de Are. Cyn. Alb. Sal. l. querelam ꝟ. de fal. Iaco. Alb. Socin. d. l. qui agnitis.
f d. l. diuus. in fi.
g l. ij. §. & generaliter. de doli except.
h l. apud. §. adverſus. de doli except. in fin.
i d. l. in ſumma.
k arg. l. eleganter. §. pen. de dol. Bar. d. §. ſi minor.
l l. interd. §. qui furem de fur.
m Imo. d. l. diu.
n l. qui nomine. de falſ.
o d. §. ſi minor. d. l. excep.
p l. Papinia. exuli. de min.
q l. ſancimus ꝟ. de donat.
r c. ſi eo tempore. de reſcri. in 6.

pimus. Ita tñ vt ſi quidem de pluribus cauſis vel capitulis eædem pactiones ſeu trãſactiones initę fuerint, illa tantũmodo cauſa vel pars retractetur, quæ ex falſo inſtrumento compoſita cõuicta fuerit, alijs capitulis firmis manẽtib. niſi fortè etiã de eo, ꝙ falſum dicitur, controverſia orta deciſa ſopiatur. Datum Kalend. Iul. Conſtant. Martia. & Zenone CONSS.

adeò verum eſt, vt etiam ſi plura cõiunctim narrata ſint aliquaque ex eis ſint falſa, adhuc reſcriptum in veris ſuſtineatur [s].
21 † Quæ tamen omnia temperamento indigent, nempe vt non ſolùm capitulum, cui cauſam falſitas dedit, retractetur, ſed etiam ſi quod illi connexum coniunctúmve eſt [t].
22 † Sed & ſi id ſolum capitulum cauſam tranſactioni omnibusque alijs capitulis dederit, æquum eſt eo retractato cætera quoque retractari, vt Paulus Caſtrenſis rectè cenſuit: videntur enim ei alia B connexa fuiſſe, cum alias niſi ſaluo eo tranſacturus ille non fuiſſet [u], quod adverſus Alexandrũ Riminaldus diſputat: qua tamen in re plurimum arbitrio iudicis tribuetùr, qui diſcernat, quænam capitula pro connexis ex voluntate contrahentium habita ſint [x].
23 † Sed nunquid publicum documentum, quod vno in capite falſum ſit, in totum pro falſo reijcietur? Et concludendum ex lege noſtra, non reijci:
24 † præſumendum enim in notario non eſſe dolum [y], abſque C quo nullum eſt falſi crimen [z]: & potius credendum per errorem ita ſcripſiſſe, vel falſum partium affirmationem ſecutum [a].
25 † Quòd ſi vitium notarij arguatur, vt quia in his quæ ad officium ſuum pertinerent, deliquiſſet, ſecus eſſet [b], dum tamen de falſo dicta cauſa conſtaret [c]: ſi enim ex ſola contumacia damnatus ratione alicuius capituli eſſet, nihil quod ad aliud capitulum attinet, præiudicaretur [d], niſi aliter de eius quoque capituli falſitate appareret [e]. D Procedit id cùm de falſo agitur, quod verè perpetratum eſt:
26 † nam in falſo præſumptio aliud ſolet tradi: non enim ad alia capitula eius nota porrigitur [f].
27 † Sed & falſitas circa acceſſoria, puta pœnam, vel vſuras, aut fideiuſſores, principalem ipſam documenti diſpoſitionem irritam non facit [g].
28 † Sicvt & cùm in demonſtratione aliqua aut limitibus confinibúſve falſum commiſſum eſt, non hebetatur inſtrumenti in reliquis fides, dum tamen de veritate rei ali E quid ex demõſtrationibus conſtare poſsit [h]:
29 † alioqui ſi vel ad ſubſtantiam rei falſum pertineat, vel de veritate propter incertitudinem loci aut confinium conſtare nequeat, ſecùs eſſet [i].
30 † Generaliter enim dicendum eſt ex falſo in vna parte commiſſo, reliquam infirmari, quadam ex pręſumptione inductum eſſe. Vnde ſi de reliquæ illius partis veritate appareat, tollitur præſumptio [k], quam veritati tanquam potentiori cedere æquum eſt [l] Qua ratione traditum eſt, vt ſi ad F verſarius aliquod capitulum falſum dixerit, in reliquis verò inſtrumentum acceptarit, ſua eum confeſsio teneat [m].
31 † Sed quid in teſte dicemus, qui in vno falſum dixerit? Et traditum eſt in totum falſum cenſeri, quia fides indiuidua eſt [n], ideoque nihil intereſt an capitula ſeparata, an cõnexa ſint: teſtimonium enim huius omnino fide caret, quia propter dolum periuriumq;, fundamentum atteſtationis, nempe fides ipſa, ſubvertitur.
32 † Excipiuntur duo caſus. Primus eſt cùm citra dolum, ſeu ignorans, teſtis falſum dixiſſet

s But. c. exhibita. ad ſi. de iud. Iaſ. hic.
t gl. c. accuſat. verb. iudicari. de hæret. in 6. d. xi. §. l. j.
u l. Aurelius. §. idem quæſijt. vbi Bart. de lib. leg.
x Imol. conſ. 19 col. fin.
y l. quoties. §. ſed ſi. vbi Bart. de hæred. inſtit.
z l. nec exẽplũ ꝟ. de falſ.
a Bald. c. ad audientiam. de reſcript.
b l. ſi aliquod ꝟ. de ſuſcep & arca. lib. x. l. ſi quis ex arg. §. j. de eden.
c Bal. l. fin. ꝟ. de fid. inſtr.
d l. ſi ideo. de eui.
e l. ij. verb. abſens. de contr. iud. tute.
f l. iubemus. vbi Bal. ꝟ. de teſt.
g l. ij. vbi Bald. ꝟ. de falſ.
h Imol. c. fraternitatis. de hæred. Bar. l. cos de falſ.
i Innoc. c. cũ iure peritus. de offi. de leg.
k Cyn. Sal. Riminal. hic.
l l. diuus. de in integ. reſtit.
m Ba. d. l. ij. Bar. l. poſt. leg. de his quib. vt indig.
n c. pura. 3. q. 9.



33 dixiſſet [a]. † Præſumetur autem in dubio dolus, quoniam debet quilibet ea pro teſtimonio dicere, quæ vidit, vel ſenſu corporis certa eſſe percepit, vt meritò excuſatio ignorantiæ admittenda non ſit [b], quod Specul. Ang. itemque Aretin. conſuerunt, quos & ipſe ſequor: quià in his quæ diligentiam pręcedentem requirũt, ſi ea adhibita non ſit, dolus præſumitur, nec ignorãtię aut erroris excuſatio prodeſt [c]: quod in teſte maximè perpẽdendum eſt, qui non niſi conſultò, & præcedente deliberatione iuſiurandum aliquod ſubire debet [d]. Adde quòd teſtis falſi reus adverſus diuina naturæque iura delinquit, vnde ignorantia non excu-
34 ſat à dolo [e]. † Hac tamen in re non parum tribuetur arbitrio iudicis, qui ex qualitate rei vel perſonę, vel dolum, vel errorem quandoq; cõijciet. In ruſtico enim idiota faciliùs imprudentiã, quã dolũ præſumet [f]. Quid item ſi ſenex aliquis obliuioſus, in re multum implicita & antiqua mendax reperiatur? credibile erit erraſſe potius, quã decipere voluiſſe [g]. Quid in eo qui iurauerit aliquid corã ſe geſtum non eſſe? Si contrariũ probetur, nõ tamẽ falſi damnabitur: ſubauditur enim in tali affirmatione, corã ſe geſtum nõ eſſe, quod ipſe ſciat [h]. Quid item ſi teſtis de his rogatus ſit, quæ ad peritiam artis pertinẽt? Si enim à plurib. conuincatur, non dolus, ſed imperitia aguitur [i]: in his enim probabilior eſt error, quàm quoties de viſu vel alio corporis ſenſu affirmandum eſt
35 [k]. † Secundus caſus eſt, quoties falſum nõ in principalis rei ſubſtantia vertitur, ſed in aliquo extrinſecùs accedẽte: tunc enim non vitiatur teſtimonium [l], vt Angelus ſenſit, opinor quia exiſti-
36 mauit nec tali caſu dolum præſumi, † vt in teſte qui ſuper generalibus rectè reſpõdit, cùm tamẽ ſanguine coniunctus eſſet [m]. Sed ſciendum hanc ſentẽtiam ſatis probabilem eſſe, cùm eò agitur, ne teſtis ipſe criminali iudicio legitima pœna ceu falſus puniatur. & ita loquuntur hîc aliqui
37 [n] †. Num verò fidem faciat, maior eſt ambiguitas: & ſi hic teſtis in gradu tam propinquo erat, vt minus ei fidei propter cõiunctionem haberi deberet, verius eſt falſum cenſeri, nihilq; ei credi [o]:
38 falſus eñ eſt in eo quod ad cauſam pertinebat: † dicunturq; pertinere etiam ea, quæ vtcunq;, ta-
39 metſi leuiter, adminiculãtur [p]. † Nam & Baldus, ſi teſtis iurauerit vera ſe ad omnes iudicis interrogationes reſponſurũ, & ſuper veſtibus vel qualitate temporis huiuſmodiq; appendicibus falſum dixerit, vitiari omnino eius teſtimoniũ tra-
40 didit [q]. † Sed quid ſi teſtis, quod ad dictum principale attinet, de falſo non convincitur, ſed ſolùm in dicti ipſius cauſa vel ratione? Et putauerim nihil probare [r]: ipſe tamen tanquam falſarius legitima pœna plecti non poteſt, quoniam falſo, non falſa pro teſtimonio dixerit, vt Anchar. reſpondit [s], quem recentiores ferè ſequuntur.

a d. l. nec exemplum. Bald. & omnes hic.
b Spec. tit. de teſtib. §. j. in fin. verb. itẽ quod aliquid. Ang. l. pro hærede. de pet. hęred. Aret. c. in noſtra. col. iij. de teſt.
c gl. c. ad falſariorũ. vbi Ana. de crim. falſ.
d c. ex reſcripto de iureiu. Alex. rub. de ver. oblig.
e l. plag. ij. ꝟ. de plagia Salic. l. ſenatus ꝟ. de his qui ſibi in teſta.
f §. & licet. in auth. de teſt. vbi Ang.
g Aret. d. c. in noſtra. Feli. d. c. fraternitatis.
h 8. q. 3. Artald.
i l. ij. ꝙ quiſque iuris.
k c. cũ cauſam. de probat. vbi Doct.
l Iac. But. l. Lucius de his qui not. infam.
m Conſil. 194. col. ij.
n Iaſ. Mod. l. j. §. pen. de verb. oblig.
o Bart. conſ. 88. Cep. conſil. 3.
p c. iij. de teſtib. Aret. d. §. pen.
q Bald. hic. & in rub. de controverſ. inueſt. in feud.
r arg. l. iij. ꝟ. de fal. Bald. in Spe. de ſent. col. x.
s An h. conſil. 24 Rimi. hic, Felin. d. c. fraternitatis.

LEX XLIII.

1 *In cauſa ſtatus licita eſt tranſactio.*
2 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
3 *Decidendi ratio.*
4 *Licet in cauſa ſtatus compromiſſum non ſit, poteſt tamẽ tranſigi, poteſtq; arbitratori de hoc mandari. & num. 5.*
6 *Arbitrator non imitatur iudicem, ſed ex bono & æquo partes componit.*
7 *Multa in dubijs tolerantur, quæ in caſu claro non permitterentur. Varia exempla require num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Valet tranſactio nõ modò cùm pro libertate conventum eſt, ſed & ſi pro ſervitute, contra Bartolum & Accurſium.*
19 *Extenſio prædictæ doctrinæ. & num. 20. 21. 22.*
23 *Tranſigi ſuper procuratione viſitatorum, itemq; ſuper decimis poteſt.*
24 *In cauſa monaſtici ſtatus non poteſt tranſigi.*
25 *In matrimonio num tranſigere liceat.*

LEX XLIII.
IMP. ANASTASIVS
*A. Thomæ præſ. præt. per Illyricum.*

L. 43. Iubemus.

IVbemus, in omnibus litigijs iã motis, & pendentibus,

IVBEMVS.) † In cauſa ergo ſta- 1
tus licita eſt tranſactio. † Qua 2
in re dubitationẽ prima fronte faciebat, quia de tali compromiſſum non valet, quod tamen nihil aliud quàm pactum eſt [t]. Addit Accurſ. commodum ex eo nullum acquiri, ei qui verè ſeruus eſſet, cum ſtatim quicquid iuris illud eſſet, ad dominum transiret [u]. Nam & generaliter traditum eſt, pactum quo quis ſe in ſeruitutem alicui tradit, contra ius naturale eſſe, ideò nullius momenti haberi [x]. † Sed 3
tamen hîc deciditur contrarium: lex enim ait, valere tranſactionem pro conditione ſeruili. † Nec 4
obſtat quòd compromiſſum non valeat, quia priuilegium harum cauſarum eſt, vt per maiores magiſtratus iudicialiter cognoſcantur. quòd ſi evitare quis controuerſiam velit, & cum adverſario tranſigere, prohibendum id nõ fuit. † Qua- 5
propter arbitror arbitratori de hoc mãdari poſſe, valiturumq; laudatiuum, cui partium homo- 6
D logia acceſſerit [y]. † Nec enim iudicem imitatur arbitrator, quod arbiter facit, ſed ex bono & æquo ad concordiam partes conciliat. Sed & non obſtat, quòd ſeruo acquiri commoditas iure non poſsit, quia reſpondent plerique ſaltem conniuentibus domini oculis poſſe [z]: conſtituitur enim ex tali tranſactione bonæ fidei. quòd ſi extraneus hominis poſſeſſor per ſeruum bona fide poſſeſſum ſibi acquirit, cur hoc caſu ad ipſum ſeruum hoc non protendamus [a]? Rurſus nos non mouerit, quòd pactum pro conditione ſeruili non valeret: quia non ideo conſequens eſt nõ valere tranſactionẽ, quæ 7
in re dubia locum habet: † receptumque eſt multa in dubijs tolerari, quæ in caſu claro non per- 8
mitterentur: quod quibuſdam exemplis oſtendi poteſt. † Lex executionem concedit inſtrumẽtis publicis, intelligitur ſi cõſtet eſſe publica: at ſi dubiũ ſit, ſuſpendet̃ executio [b]. † Lex trãſigi 9
caſibus claris vetat, ſed in dubijs non vetat [c]. † 10
F Mora per interpellationem committitur, niſi debitor ſoluerit: & tamen ſi probabiliter dubitat, vt quia confuſæ ſint rationes, ſecùs eſt [d]. † Be- 11
neficiarius, quem Vaſallum vocant, pro domino aſſumere arma debet, niſi cùm conſtat iniquam cauſam eum fouere. In dubijs enim adiuuare dominum debet, in aperta violentia non debet [e]. † Sic inter hoſtes manucapti vtrin- 12
que capientibus acquiruntur, non ex culpa ſua quiſquam lucrum facere videtur [f], cùm propter dubium iuris æquali cauſa quilibet agere

t l. nõ diſtinguemus. §. de liberali ff. de arbi.
u l. interpoſitas. in fin. ꝟ. eod.
x l. nec ſi volens. ꝟ. de lib. cauſ.
y Moder. l. fratris ꝟ. eod.
z l. 4. de manumiſ. l. cũ in fundo. de iur. dot.
a arg. l. ſingularis. ſi cert. pet.
b l. diuus. vbi Bar. de teſt. mil.
c l. poſt rem. ff. eod.
d l. ſtatuliber ratione. de ſtatuli.
e Abbas c. ſicvt. vlt. de iureiur.
f l. quod Seruius. quod vi aut clam.

> ſeu poſtea ſup ſeruili vel adſcriptitia conditiōe mouēdis, trāſactiones celebrādas vel iam celebratas (ſi non alio iuri cognito modo, eas vacillare contigerit) vires ſuas obtinere: nec ob hoc videri tenorē earū titubare, ꝙ ꝓ conditione ſeruili vel adſcriptitia confectæ ſunt. Datum XV. Kalend. Decemb. Patritio & Hypatio COSS.

13 re cenſeatur. † Hinc barbara lex, quæ hominis
aggreſſorem, monomachia fortunam experiri
iubebat, ſi conſtaret vter iure feciſſet, locum
14 nullum habebat [a]. Sic & ei, qui in pote-
ſtate eſt, tutor dari non poteſt: quòd ſi hoc
ipſum dubium
ſit, ſuſtinebitur tu-
15 telæ datio [b]. † Sic
ſententia adverſus
ſententiam de qua
conſtet, nulla eſt: at
ſi de ea probabili-
ter dubitatur, va-
let, vt Accurſius
16 ſenſit [c]. † Sic mariti
crimen lenocinij
cōtrahunt, qui ad-
ulteram depræn-
ſam retinent, non qui in ſuſpecta ambigunt [d]. †
17 Nam & generaliter traditum eſt, quotieſcunque
lex qualitatem aliquam requirit, ita demum ei
locum eſſe, ſi de qualitate ipſa conſtet, non ſi
18 dubitetur [e]. † Meritò igitur receptior eſt adver-
ſus Accurſium, Bartolumque inducta expla-
natio, vt hîc decidatur, valere tranſactionem,
non ſolùm cùm pro libertate conventum eſt,
ſed & ſi pro ſeruitute. † Quæ ſententia ad ſimi-
19 les quoque caſus producenda eſt: vt cùm litiga-
tur an quis ſit filius, licita enim erit & eo caſu
tranſactio [f], non vt ideo filius ſit, qui non erat,
20 ſed vt pro filio habeatur [g]. † Sic & ſi de Curiali
conditione litigetur, ſeruandam tranſactionem
putauerim, quod nouella conſtitutione Theo-
21 doſius ſanxit [h]. † Nam & à pontificibus conſti-
tutum eſt, tranſigi ſuper procuratione viſita-
torum poſſe [i], itemque ſuper ipſis decimis [k]. †
22 quibus argumentis ſi dedititij homines, vel ali-
quæ ciuitates certis fœderibus in manum prin-
cipis ſui convenerint, traditum eſt, ea conven-
tionum capita ſeruanda eſſe, & ſucceſſores quo-
33 que eis alligari [l], † Sed nunquid etiam in cau-
ſa monaſtici ſtatus idem dicemus? Et receptum

a c.j. de pace tenen. vbi Bald.
b l. ſi putas. ff. de pet. hæred.
c l. ſi diuerſa. ff. eod.
d l. crimen. ff. de adult.
e c.j. de homine. in σ. vbi Ioan. Ang. Bart. l. j. §. & parui. quod vi aut clam.
f Alb. d. §. de liberali.
g l. ſi filius. ff. de probat.
h l. ij. de bon. de cur. C. Theod.
i Cle. ij. de teſti.
k c. ex multiplici. de decimis.
l Pa Caſt. hic. B ſi l. l. digna ff. de leg.

A

eſt, hanc cauſam ſpiritualem cenſeri, & ideò
pecuniam dari citra ſimoniaci ambitus vitium
non poſſe [m]. Accurſius tamen licere ex epiſcopi
autoritate tranſigi cenſuit, vt quis ad mona-
ſterium non revocetur, idq; vt arbitror propter
incertitudinem.
Nam ſi conſtaret
eſſe monachum, ſo
lus Pontifex, & qui
dem non niſi ma-
gna ex cauſa diſpē-
ſare poteſt, vt abiu-
rata profeſsione v-
xorē ducat [n]. † Sed 24
rurſus quid in ma-
trimonio dicendū?
valebitne inter cō-
iuges tranſactio? Et
B ſi ita tranſigatur, ne in coniugio remaneat, quæ
verè vxor non erat valere id conſtat [o]: ſi verò id
agatur, vt in matrimonio perſiſtat, adhuc non
valere tranſactionem Rim. cenſuit, quaſi pecu-
niam dari vxori à marito non liceat, ne matri-
monia videantur venalia [p]: quam ſententiam
& alij recentiores probant, licet crebrius aliud
receptum ſit, cui receptæ opinioni in his caſi-
bus erit locus, in quibus licitè pecuniam muli-
er accipit: vt ſi non à marito, ſed ab extraneo de-
tur [q], vel ſi dotis aut donationis propter nu-
C ptias nomine daretur [r], vel ſi ex iuſta aliqua
cauſa [s]. Idem putarim & ſi iuramentum pro-
miſsioni acceſſerit [t]. Nam & receptius eſt, ta-
li caſu inter virum & vxorem donationem va-
lere [u]. Sed tamen melius eſt ſimpliciter Barto-
lum ſequi, vt propter rei ambiguitatem tranſ-
actio generaliter ſuſtineatur, quoties pro matri-
monio interponitur.

D Et hæc quidem ſexcentis auditoribus dicta-
bat ALCIATVS in florentiſſ. Bituri-
gum academia, pridie Cal. Se-
ptemb. M. D. XXX.

m c. ſuper eo. c. fin. de ſimo.
n c. cum ad monaſterium. de ſtat. monach.
o c. lator. de re. iudic.
p l. ſi ſtip. fuerit ſiſti. §. ſi de verb. ob.
q l. Titio centū. §. Titio. de condi. & dem.
r Gl. d. §. fin.
s l. credit. §. Lucius. mand. l. § ſi vir. cum ſeq. de donat. int. vir.
t c. de illis. de cond. app.
u not. in l. pacta quæ contra. ff. tit. j.

COMMENTARIORVM AND. ALCIATI IN
Tit. Cod. De Tranſactionib.
FINIS.

Conſultiſſ.



# CONSVLTISS. VENERABILIQVE PATRI GVLIELMO CAMBRAICO AND. ALCIATVS S.

*CVm nuper inclytæ huius vrbis Quartum viri, Regijq; magiſtratus adoptandum me in regentiū doctorum (quos anteceſſores à Iuſtiniano appellatos arbitror) collegium procuraſſent, & ex ampliſsimi illius ordinis lege, publicè mihi de iure reſpondendum eſſet: accepi conſtitutionem, de quinq; pedum præſcriptione, interpretandā: quam quo ſucceſſu declarauerim, tu ipſe optime noſti, qui ei diatribæ pro cancellarij, quā ſuſtines perſona, non interfuiſti ſolùm, ſed & præfuiſti. Cæterùm cùm qui aderant omnes, factum ſibi ſatis non arbitrarentur, niſi quæ tradideram excipientibus dictarem: malui potius per chalcotyporum formulas ea publicare, vt quæ tum in academia ſolis auditoribus diſſerueram, in omni omnium profeſſorum theatro poſſent innoteſcere. Quod me hèrcle non à me idcirco factū eſt, quòd dignas haſce noſtras invētiones arbitrer, quæ per doctiſsimorū manus verſentur, & quod dici ſolet, Mineruæ in arce collocentur, ſed vt qualicunq; meo exceptorū labori conſulerem, & quod magis me trahebat, vt Biturigum magiſtratuum erga me merita omnibus teſtatiſsima facerem. Duxit honori Alexander ille Magnus poſt tot victorias ſibi ius ciuitatis à Corinthijs oblatum. Non recuſauit Iul. Cæſar in collegium poetarum adſciri, & illo in ordine infra multos ſedere, cùm extra eum locum ſuper omnes longè primus eſſet. At ego alienigena, & de patriæ meæ vel omnis Italiæ potius incendio ereptus, non ſummi beneficij loco id reponam, eum mihi honorem habitum, vt publico impendio ad hunc gradum promouerer, quo honeſtiorem nec ſperaui quidem vnquam? Digeſsi itaq; in numerum quæ dixeram, aliquantulumq; locupletaui, & in libellum coacta, tuo nomini dicare conſtitui, quòd inſigni vir probitate, ſummaq; humanitate præditus adeò me tibi devincias, nouiſq; quotidie erga me officijs vetera augeas, vt omnem paginam rationum mearum impleueris, planeq; feceris, vt mihi in tuo hoc ære ſit conturbandū. Addidi & præſignia Baccalaureorū Licētiatorūq; (vt vocāt) argumēta, quibus concluſiones illas noſtras ſubvertere cōati ſunt: tū quòd & memoratu digna, & inſtituto operi neceſſaria exiſtimarē, vt ſummotis obicibus traditionum noſtrarum veritas magis eluceſceret: tum & quòd viderem noſtræ huius academiæ famam ſic quoq; potiſsimum propagari poſſe, ſi ad manus curioſorum & hæc peruenirent, vnde agnoſci poſſet qua indole, quo ſucceſſu huiuſmodi ſtudia ab hiſce λύταις καὶ προλύταις tractentur, qui noſtris auſpicijs militant. Tu vale, & Alciatum tibi addictum, mutuò, quod facis, ama.*

*Biturigibus, nonis Auguſti, M. D. XXIX.*

## ORATIVNCVLA AD OMNIVM FACVLTATVM DOCTORES ſubſequenti diſputationi adſtantes.

QVI regentium doctorum ſacris initiantur, ampliſſ. patres, quiq; exhauſti in legum ſtudijs laboris præmium illud accipiunt, ſolent ab initio non pauca de profeſsionis ſuæ laudibus diſſerere, quò ſcilicet animos audientium ad capeſſenda huiuſmodi ſtudia alacriores efficiant, ſuamq; omnibus operam commendent, Quod & ipſe diligenter facturus fuiſſem, ſi aut tali hortatione indigere auditores meos cognouiſſem, aut ſatis virium mihi ad eam rem cōdignè tractandum ſupereſſet. Sed cùm ſponte ſua veliſq; & remis eos currentes videam, non eſt quòd rem actam, adverſus vetus iuriſperitorum proverbium, in præſentia agamus. Diſciplinarum verò laudes ſi recenſeam, onus humeris meis longè maius ſuſcepero: quæ, vt in ſe clariſsimæ ſunt, & ſideribus quoque ipſis lucidiores, ita etiam non parum fulgoris à profeſſoribus ipſis accipiunt. Quis enim diuini, quis pontificij, quis ciuilis iuris, quis rerum naturalium prudentiam non ſummæ exiſtimationis eſſe ducat, quæ à vobis celeberrimis Theologis, Iureconſultis, Philoſophiſq; tanta cum laude pertractetur? Meritò igitur ſatius apud me & verius erit, huiuſmodi ſilentio, quod de Carthagine Salluſtius ait, præterire, quàm pauca dicere. Qua in re & præſtantiſſimum Philoſophum Ptolemæum imitabor, qui cùm de cæteris diſciplinis diligentiſſimè ſcripſiſſet, Theologiam Phyſicenque omiſit, quòd ſcilicet ſupra ingenij ſui captum eas artes eſſe iudicaret. Quid enim ipſe de veſtris virtutibus verba facere audeam, & ſolem, quod aiunt, facibus illuſtrare? præſertim cùm hodie ad clepſydram mihi dicēdum ſit, & vnius horulæ ſpacio longiſsima legis noſtræ materia explicanda. Neceſſariò igitur hæc omnia, vt præcipuus Poetarum inquit, ſpacijs excluſus iniquis, Prætereo, atque alijs poſt me memoranda relinquo.

LEX V.

lib.3.tit.39. Argumenta in librum Alciati, de quinque pedum præſcriptione.

1 *Difficultas huius conſtitutionis.*
2 *Azonis Accurſijq; interpretatio ad hanc legem.*
3 *Quinque pedes dicuntur paſſus terræ, ſecundùm Azon. & Accurſ.*
4 *Reiecta Azonis & Accurſ. explanatio. & de quinq; pedũ ſpacio inter fines olim iudicium fuiſſe conſtitutum.* A
5 *Iſidorus malus latinitatis autor.*
6 *Etiam de re minima actiones olim datæ ſunt.*
7 *Quinque pedum exceptioni locus olim fuit in iudicio finium regundorum.*
8 *Petrus Crinitus repræhenditur in expoſitione huius legis, qui in ea Solonis & Caij legem corrigi putabat. & num. 9. 10.*
11 *Verus & nouus intellectus ad hanc legem. & num. 18. 19.*
*Ibid. Ex lege XII. tabul. inter vicinorum prædia conſtitutis finibus, erat relinquendũ ſpacium quinq; pedum.* B
12 *Tale ſpacium eadem lege vſucapi prohibebatur.*
13. & 17. *Lex Manilia de eligendo agrimenſore, ſi controverſia de quinque pedibus eſſet.*
14 *Si lis erat vltra quinq; pedes, cognoſcebat olim prætor.*
15 *Declaratur locus Ciceronis lib. 1. de legib.*
16 *Agennius Vrbicus de conſtitutionibus agrorum ſcripſit.*
18 *Referuntur verba huius conſtitutionis longè diffuſiora, quàm ſint in Codice.*
20 *Omnis actio, omnis res acquiretur ſpacio X. XX. XXX. XL. annorum.*
21 *Vſucapio inter quinq; pedes etiam hodie non habet locũ.*
22 *Inter quinq; finium pedes, nulla eſt præſcriptio ſeu vſucapio.*
23 *In diœceſium parochiarum finibus vſucapio non habet locum.*
24 *In regni vel imperij confinijs ceſſat præſcriptio.*
25 *Agri limitanei adverſus milites, quibus aßignati ſunt, nũquam vſucapiuntur.*
26 *Ratio, quare quinq; finium pedes non præſcribantur.*
27 *Arbitri, in quos compromiſſum eſt, vt ſecundum æquitatem ius dicant, præſcriptionis exceptionem non debent admittere.* D
28 *Vſucapio an ſit contra naturalem æquitatem.*
29 *Hæc verba, Vſucapio bono publico introducta eſt, ne dominia rerum ſint in incerto, quomodo accipienda.*
30 *Alberici circa hoc ſententia reprobatur.*
31 *Item Pauli Caſtrenſis.*
32 *Alciati declaratio ad prædicta verba.*
33 *Vſucapiens rem bona fide, ſi dein notitiam rei alienæ habeat. an ſit tutus in foro conſcientiæ.*
34 *In foro conſcientiæ nullus eſt locus litibus.*
35 *Hæres peccat nõ ſeruãdo voluntatẽ teſtatoris, tametſi nõ (ſolennem.*
36 *Codicilli, etſi defuerint quinq; teſtes, obſeruandi ſunt.*
37 *Stipulatio de iure ciuili irrita, in foro conſcientiæ valet.*
38 *Electus ad ſacerdotiũ, licet nõ ſolenniter, in foro conſciẽtiæ propter eligentium voluntatem tutus eſt.*
39 *Debitor in foro conſcientiæ non eſt abſolutus, etiamſi creditor cadat vi legis è iure ſuo.*
40 *Contradicens pacto nudo, diuino iudicio reus cenſetur.*
41 *Hæres inventarium facere negligens, in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis non tenetur.* F
42 *Qui damnũ culpa leuißima dedit, iure diuino excuſatur.*
43 *Iure fori licet contrahentibus ſe inuicem decipere, non iure poli.*
44 *Cui furtum factum eſt, lege diuina ſorte contentus eſſe debet.*
45 *Exceptione rei iudicatæ tutus, ante Deum non eſt tutus.*
46 *Mater ab hæreditate filij per ſubſtitutum expreßè datũ excluſa, poteſt in foro conſcientiæ quadrantem iure naturæ ſibi debitum petere.*
47 *Mulier ſine agnato cõtrahens licet ſtatuto non teneatur, ſecus quoad conſcientiam.*
48 *Teſtamentum cũ duobus teſtibus munitũ iure poli valet.*
49 *Cùm pater filio, ſi decederet ſine liberis, fratrem ſubſtituit, isq; religionem voverit in foro diuino ſubſtitutioni locus eſt.*
50 *Sola præſcriptionis exceptione tutus, in foro conſcientiæ non eſt tutus.*
51 *Præſcriptio pro exceptione, ſecundum Accurſ.*
52 *Præſcriptio eſt rerum immobilium vſucapio.*
53 *Præſcriptionis definitio à recentioribus tradita.*
54 *Impugnata eadem definitio.*
55 *Ignorans non rectè dicitur negligere.*
56 *Præſcriptio non ſemper finem litibus imponit.*
57 *Defenſa vſucapionis definitio in l. iij. de vſucap. tradita.*
58 *Vſucapio tam mobilium quàm immobilium rerum eſt.*
59 *Vſucapio quare dicatur dominij adiectio. & num. 61.*
60 *Adiectio bonorum, pignorum, in diem.*
62 *In definitione vſucapionis non eſſe neceſſariam tituli vel bonæ fidei expreßionem.*
63 *Exceptio & præſcriptio quomodo invicem differant. & 64. 65.*
66 *Modus concipiendarum exceptionum apud veteres.*
67 *Præſcriptio vnde dicta.*
68 *Præſcriptiones moratoriæ, militiæ, & præſcriptio fori.*
69 *Exceptiones litis ingreſſum impedientes propriè præſcriptiones dicuntur.*
70 *Exceptio ex vſucapione proveniens, præſcriptio dicitur. & num. 71.*
C 72 *Error recentiorum circa verbum, præſcribere.*
73 *Actio præſcripta dicitur, quæ tempore excluſa eſt.*
74 *Dictio, locorum, qualiter in textu accipiatur.*
75 *Quæſtio loco plerunque non ad agrimenſores, ſed ad ius ordinarium pertinet.*
76 *Locus, fundus, ager, poſſeßio, quõ invicem diſcernãtur.*
77 *Invehitur Alciatus in Laurentium Vallam, Modeſtinum Iuriſconſultum repræhendentem.*
78 *Repræhenſio Vallæ in Modeſtinum.*
79 *Defenſus Modeſtinus à calumnia Vallæ.*
80 *Aelius Gallus inſignis Iuriſconſultus.*
81 *Poſſeßionem eſſe vſum fundi aut ædificij, quomodo accipiendum. & num. 83.*
82 *Vſucapione non vera proprietas, ſed adiectio quædam dominij transfertur.*
84 *ἰκτῆσις quid ſignificet apud Ciceronem.*
85 *In emptionibus dominium legitimum ſex modis perfici; ex Varrone.*
86 *Poſſeßio definitur eſſe vſus rei appræenſæ à iure ſeparatus. & num. 92. 95.*
E 87 *Declaratur prædicta poſſeßionis definitio.*
88 *Vti poſſumus etiam citra nomen poſſeßionis.*
89 *Appræenſio propriè poſſeßionis eſt, græcè κατοχὴ dicta.*
90 *Poßidere dicitur q poteſt ſedere, et ſic qui rẽ appræendit.*
91 *Poſſeßio & vſus pro eodem.*
93 *Poſſeßio nihil commune cum dominio ſeu proprietate habet.*
94 *Explicatur §: nihil commune. l. naturaliter. de acquir. poſſ.*
95 *Poſſeßio facti eſt, non iuris.*
96 *Poſſeßionem etiam iam ortam & acquiſitam facti eſſe. & 98. 99. 100. 101.*
97 *Poſtliminium in his procedit, quæ dum acquiruntur facti ſunt, & quæſita ſunt iuris.*
102 *Poſſeßio iure naturali inventa per appræenſionem & animum ſimul.*
103 *Quæ facti ſunt, iure ciuili, quò minus ſint, fieri nõ poteſt.*
104 *Serui iure gentium non multum à liberis differebãt, idq; aliquot exemplis declaratur. & num. 105.*
106 *Poſſeßio iure gentium ſeruis non fuit inhibita.*
107 *Quoties lex ciuilis cauſam improbat, ea naturalis poſſeßio iniuſta dicitur, ac pro nulla habetur.*



108 *Poſſeßio naturalis iniuſta, ciuilis iuſta quare dicatur.*
109 *Ciuilis poſſeßio naturali in ſubſtantia non differt.*
110 *Poſſeßio eſt principaliter naturalis, ſed per approbationem ſit ciuilis.*
111 *Item ſit ciuilis poſſeßio per nouam formam, à lege illi traditam. Exempla habens num. 112. 113.*
114 *Poſſeßio naturalis facti, ciuilis verò iuris eſt, & naturalis ac ciuilis poſſeßio non ſunt ſeparatæ ac diuerſæ omnino ſpecies.* A
115 *Frequenter in legibus quæ à iure naturali vel gentium inducuntur, facti, quæ à iure ciuili, iuris eſſe cenſentur. Rationem vide num. 116.*
117 *Refelluntur argumenta, quæ adverſus diffinitionẽ vſucapionis à Iurecõſulto traditã obijci poßũt. & 118. 119.*
120 *Peragi veteres dixerunt perfici.*
121 *Peragere reum, peragere litem quid.*
122 *Intentio libellum petitionémue ſignificat, & intendere agere eſt.*
123 *Intentionis definitio apud rhetores.*
124 *κατάφασις & ἀπόφασις.*
125 *Intentio & depulſio vnde formentur.*
126 *τὸ κρινόμενον quid.*
127 *Intentio & depulſio quid apud Iuriſconſultum.*
128 *Exceptio intentionis.*
129 *Vdalrici Zaſij honorifica mentio.*
130 *Intentionem & in reo dici poſſe.*
131 *Nouus intellectus ad reſponſum Vlpiani in l. generaliter. ff. de except.*
132 *Diſputationum vtilitas.*

L. 5. Quinquē pedum.

# AND. ALCIATI IVRISCONSVLTI DE QVINQVE PEDVM PRAESCRIPTIONE LIBER.

1 HAEC conſtitutio tam breuis conciſaq; eſt, vt neq; diuiſionẽ, neque in ſumma cõpendiũ aliquod admittat. † Adeò aut exiſtimata eſt difficilis, vt Petrus Bailardus non B incelebris tẽpeſtate ſua profeſſor, ingenuè faſſus ſit, eã
2 à ſe non intelligi.† At Azo Accurſ.q; dignũ fama nominis ſui rati, nihil videri in iure quod à ſe perceptum nõ fuerit, exiſtimauerũt hac lege caueri finium regundorũ iudicium, tum quoq; dari, cùm de leuißima, nulliusq; æſtimationis re agitur, idq; hac conſtitutione expreſſum, quòd antea agenti ſoleret exceptio quinq; pedũ obijci. Quid
3 enim vilius paſſu terræ?† id nanq; ſunt quinque pedes, nempe quantum paſsis, id eſt, apertis brachijs efficere quis poteſt, vnde dictus paſſus. Horum ſententiæ autor videri potuit Iſidorus, qui Etymologicôn libro v. cap. XXV. Finium regundorum, inquit, actio dicta eſt, eò quòd per eã regantur fines, vtrique ne diſsipentur, dummodo non anguſtiore quinque pedum loco ea contro
4 verſia ſit.† Sed hanc ego interpretationem probare non poſſum, quòd mihi non ſit veriſimile de quinque pedibus inter fines iudicium olim non conſtitutum, diuinantque id interpretes
5 nullius legis argumento ducti. † nec Iſidorum quidem adducunt, qui, vt ſcimus omnes, malus eſt latinitatis autor, olim apud proauos magno in pretio fuit, nunc deorum beneficio repulſa ignorantiæ caligine, & inſtauratis Græciæ latinæque linguæ ſtudijs, nequaquam idoneus ha
6 betur, quem lectione ſua docti dignentur. † Sed & qui credemus de quinq; pedibus non redditum olim iudicium, cùm de modica glande [a], de piſce, de ouo conſtitutæ ſint actiones [b]? Atqui traditũ cõmuniter eſt, omni tempore de re minima actiones à prætore conſtitutas, iusq; tum prouocandi indultum [c], præterquã cum extra ordinario iudicio quis experiri velit, vel adverſus ius commune intẽdere [d], quorum neutrum hoc
7 caſu erat. † Adde quòd quinque pedum exceptioni locum fuiſſe in iudicio finium regundorum Caius Iureconſultus, ex Solonis lege eſt autor [e], cùm eum qui in finibus ſui prædij arborem plantat, iubet quinque pedum ſpacium relinquere: nec adeò vilis ſit quinque pedũ ſpacij æſtimatio, vt de ea reddi non debuerit iudiciũ, cùm plerunque ex qualitate loci & communitate vicini intendatur augeatúrve pretium: quo fit vt omnino videatur

a l. j. de glan. legen.
b §. gallinarũ. Inſtit. de re. di. c l. ſi proprietarius. de dam. infect.
d l. ſi oleum. de dolo.
e l. fi. ff. fin. regundo.

LEX V.
IMPPP. VALENT.
*Theod. & Acad. Auggg.*
*Neoterio præf. præt.*

QVinque pedum præſcriptiõe ſubmota, finalis iurgij

Accurſij hęc ſentẽtia reijcienda, quãvis Bal. Paul. Salic. & pleriq; alij in eã
8 iuerint. † Hinc factum, vt Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib. xxv. cap. iiij. ad Caij. Solonisq; legum reſcriptum id referẽdum exiſtimauerit, quo loco verba legum tanquam à Decemvirorum fuerit cõſilio, ex formula recenſet, atq; adeò leges ipſas gignit, oblitus apud Caium in Pandectis ſuis Florentinis nuſquã quinq; pedes legi, ſed duos, τὰ ἢ ἄλλα ὀργυιὰν δύο Imò legitur in Pan. Flo. πέντε, πόδας. Tametſi Bulgarus itemq; Plutarchi in Solone interpres aliter ſenſiſſe videantur, quod alibi à nobis traditũ, nec in præſentia diſputandum
9 eſt.† Cæterùm & hæc interpretatio explodenda eſt, quæ correctionem inducit, & eam Caij legẽ ſumma editam ratione abolet. Cur enim credamus hîc conſtitutũ; vt vicinus in cuius finibus intra ſtatutũ terminũ plantata ſit arbor, exceptionẽ huius rei cauſa edens nõ audiatur? Atqui videmus alijs quoq; recentioribus principũ ſanctionibus hãc rẽ nõ neglectã, vt cùm Arcad. & Honor. inter meniana, quæ Græci ὀρσοθύρας vocant, liberi aeris ſpaciũ pedũ decẽ iubent relinqui [f]: vel cùm Theodoſius iunior arbores nullas intra totidẽ pedes iuxta aquæductus plãtari pręcepit
10 [g]: quæ omnia ſumma ratione cõſtituta haud ita facilè abrogari ea correcta poſſe credendũ eſt. † Verùm nec verbis legis hæc Criniti expoſitio cõvenit: cùm enim is, qui intra quinq; pedes arborẽ ſerit, in ſuo ſerat, quorſum opus eſt eum quicquã intẽdere, quin potius adverſariũ ſuũ actorẽ facit, & agentem exceptione, quòd lex Caij abrogata ſit ſummouet? non ergo præſcriptio ipſa ſummota, ſed intentio, id eſt, vicini actio eſſet: meritò igitur diffinimus nõ eſſe bonum iuris interpretem hunc Crinitum, ſed conſultius eũ facturum fuiſſe, ſi intra ſtudiorum humanitatis cãcellos conſtitiſſet, memor illius ſenarioli, Quã
11 quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat. † Scien-

f l. meniana. C. de ædi. pri.
g l. omnis. C. de aquæd. lib. xj.

**vel locorum libera peragatur intentio. PP. VIII. Kalend. Augusti Arcadio A. II. & Rufino CONSS.**

dum itaq; lege duodecim tabularum cautum, vt
inter vicinorũ prædia conſtitutis finibus quinq;
pedum ſpacium relinqueretur, quò ire, agere v-
terq; dominus poſſet, itemq; vt circumverti ara-
12 trũ facto eatenus ſulco valeret. † Id ſpacium vſu-
capi eadem lege ꝓ-
13 hibetur: † deinde
poſt Decēviros la-
ta eſt lex Manilia,
quę quoties de his
quinq; pedibus cō-
A
trouerſia eſſet, eligi arbitrum ſeu agrimenſorem
iuſsit, qui fines eos regeret, & ex arte ſua conſti-
tueret. † Vltra verò quinq; pedes, quoniam lis tũ
14 non finalis, ſed proprietatis videtur, prætor erat
adeundus, quod & quadam epiſtola ad provin-
15 ciales Imp. Conſtantinus declarauit. † Hinc M.
Cicero lib. de leg. j. in emēdatis codicibus, cùm
docuiſſet Peripateticos ab Academicis non reb.
ſed verbis diſſentire: Controverſia, inquit, de fi-
B
nibus nata eſt, in qua quoniam vſucapionē XII.
tabulæ inter quinq; pedes eſſe noluerunt, depa-
ſci veterem poſſeſsionē academiæ ab hoc acuto
homine non ſinemus, nec Manilia lege ſinguli,
16 ſed nos tres arbitri fines regemus. † Oſtēdit idē
& Agennius Vrbicus, qui de cōſtitutionibus a-
grorũ ſcripſit & huius argumēti Iunij * Nypſi li-
bellum eſt interpretatus. Cùm eñ Iunius Nyp-
ſus docuiſſet de rigore & fine controverſiã eſſe,
quoties inter duos pluréſve terminis ordinatis,
C
ſecundum legem Maniliam intra quinq; pedes
17 agitur, ſubiecit ille hæc verba: † De fine lex Ma-
nilia quinq; aut ſex pedum latitudinem præ-
ſcribit, quoniam hanc latitudinē, vel iter ad cul-
turas accedens occupat, vel circumactus aratri,
quod vſucapi nō poteſt: iter enim nō quà ad cul-
turas pervenitur, capitur vſu, ſed id quod in vſu
18 bienniò fuit. † Refert Iulius Frōtinus ad Celſum
in libello de iure limitum tit. de fin. regun. con-
ſtitutionis huius verba longè diffuſiora, vt appa-
D
reat à Triboniano conciſam, & in Iuſtiniani Co-
dice magna ſui parte mutilatam fuiſſe. Ea olim
ſic erat: Quinque pedum præſcriptione ſummo
ta, finalis iurgij vel locorũ libera peragatur intē-
tio. Sola ſit igitur huiuſmodi legibus vna præ-
ſcriptio, quæ improbi petitoris refrenare poſsit
inuidiam, ſi veteribus finem cum ſignis limes in
cluſus congruum erudita arte præſtiterit: nec ve-
rò prolixioris temporis in huiuſmodi locum ha
E
bebit vlla præſcriptio, cùm diuturno ocio alie-
ñum rus quiſque aſſerat ſe diligentius coluiſſe,
quãdo omne huiuſmodi iurgium ſolo pręcipuꝰ
iure diſcindi, quo artis huius, peritis omni com
miſimus ſub fideli arbitratione iudicium. Datũ
VII. Cal. Aug. Auguſto & Batone COSS. Refertur
ibidem & huius tituli lex vltima his verbis: Cun
ctis molitionibus & machinis amputatis, finali-
bus iurgijs omnem modum quē præſcribimus,
ac de eo tantum ſpacio, hoc eſt, quinque pedum,
qui veteri iure præſcripti ſunt, ſine obſeruatio-
F
19 ne tēporis arbitros iuſsimus iudicare. † Quibus
verbis apparet, priore cōſtitutione nō hoc fuiſſe
actũ, vt præfinitio illa quinq; pedũ tolleretur (ꝙ
& infra diſputaturus ſum) ſed vt ſecundũ limitē
ab agrimenſoribus iudicaretur, reiecta omni vſu
capione ſeu præſcriptione, quæ ex poſſeſsione
20 diutina vicino acquiſita diceretur. † Quávis eñ
per recentiorum Cæſarum leges generaliter fuiſ
ſet cōſtitutum, vt omnis actio, omnis res ſpacio
X. vel XX. vel XXX. vel XL. annorum acquirere-

* Rectius, Iulij Frontini, qui libellum de iure limitũ ſcripſit: & hæc dicit ſub titulo de controverſijs.

tur, huiuſmodi tamen generales conſtitutiones
ad eum caſum trahendæ non ſunt in quo ſpecia-
liter lege veteri proviſum erat [a]. † Vnde ſequitur 21
vt cùm ſpecialiter XII. tabulæ vſucapionem in-
ter quinq; pedes eſſe noluerint, nec hodie quidē
quávis prorogato
tēpore, vſucapioni
ſit locus, & noua
lex à vetere declare
tur. Et ex his prima
concluſio, quam di
ſputandã propoſui, defendi poteſt. *(In hac qui-
dem conſtitutione ita laborãrunt pleriq; Iuriſ-
conſulti, vt referat Accurſ. neſcio quē Petrũ Bay-
lardum, qui omnes ſe leges intelligere gloriatus
fuerat, de hac interrogatum obmutuiſſe. Senſus
itaq; huic textui ita videtur adſignandus. Scribit
Iulius Nypſus in mēſuris agrorũ ad C. Celſum le
gē 12. Tab. apud Rom. fuiſſe, qua cauebatur inter
cōfines vicinorũ agros quinq; pedũ ſpaciũ relin
quēdũ eſſe, vbi aratrũ circũuerti, & iter fieri poſ-
ſet: intra ꝙ ſpaciũ nũllus eſſet vſucapioni locus:
ꝙ & Cic. lib. j. de legi. oſtendit. Hãc igitur pręſcri
ptionē antiquatã hac cōſtitutiōe crediderim, eo
dē Nypſo autore.) † Annotandum in primis eſt, 22
inter quinq; finiũ pedes nullã eſſe pręſcriptionē
ſeu vſucapionē, ꝙ M. Cic. & Agēnius Vrb. teſtan
tur, & relatũ erat in ſequenti Theod. Arcadij, &
Honorij cōſtitutione: † cui fortè non abſimile, 23
quod & iure pontificio traditũ eſt, in diœceſum
& ſacrarũ præfecturarũ, itēq; parochiarũ finib. [b]
vſucapioni locũ nō eſſe, idq; cauſa evitandę (vt
interpretes aiũt) confuſionis [c]. † Sed & in regni 24
vel imperij confinijs pręſcriptioni locũ nō eſſe
verius eſt, † et agros limitaneos adverſus milites, 25
quib. aſsignati ſunt, nũquã vſucapi [d], ꝙ ſcilicet
publicè interſit ad ſolos milites eos pertinere, q
fortius pro repub. decertabũt, longiusq; hoſtes
ſubmouebũt, ſi etiã de propria ipſorũ re agatur:
quã rationē in Alex. vita Ael. Lãpridius refert.
Cæterũ cũ hæc exēpla diuerſis rationib. ſubnixa
ſint, apparet diſsimilia à caſu, quo de agit, eſſe. † 26
Putauerim igitur idcirco ꝓhibitã inter quinque
pedes vſucapionē, quoniã q intra eos poſsidet,
iure cuiuſdã facultatis poſsidere videt [e]. Nec. n.
fuit æquũ in id vicinos ãdigere, vt fines accuratè
cuſtodiant, invicemq; qualibet hora digladien-
tur ne limes excedat, cùm huiuſmodi rixas lex
abhorreat, ceu longè omniũ pernicioſiſsimas [f].
nam & vetuſtiſsimus poeta Phocylides,

ἀγροῦ γειτονέοντος ἀπέχεο, μηδ᾽ ἄρ᾽ ὑπερβῇς.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ᾽ ἀλεγειναί.
*Vicini caue tranſilias confinia fundi.*
*Optimus in rebus modus, vſurpatio praua eſt.*

In his enim iurgiis inter vicinos plerunque
videmus, vt qui humanior & melior fuerit, ne-
ceſſe habeat ſuccumbere: qui verò deterior eſt,
lucrum faciat [g]. meritò igitur inhibita eſt vſuca-
pio, iubeturque vt ex limitibus ſolis res iudice-
tur, cùm quicquid vltrà poſſeſſum ſit, iure vicini
tatis & amicitię videatur potius vſurpatũ [h]. Ac-
cipienda enim hæc eſt interpretatio ſuadēte hu
manitate, cùm alioquin qui vſucapioni vel præ-
ſcriptioni innititur, impio remedio vti videatur
[i]. † Vnde & arbitri in quos hac lege cōpromiſſũ 27
eſt, vt ſecũdũ ęquitatē ius dicant, pręſcriptionis
exceptionē nō admittēt, ꝙ à pleriſq; traditũ, in
pręſentia ſubvertere nō attinet [k]. † Receptius ta- 28
mē videt, vſucapionē adverſus naturalē ęquita-
tē nō eſſe [l], cũ lex bono publico introductã aſſe
rat,

a l. ſciendum in prin. qui ſatiſ. cog.
* Hęc verba his notis ( ) incluſa in alijs exēplaribus erant in adnotamentis ad l. quidã de decurion. ff. li. x. vbi nō erat comm ſedes: ideoq; huc aduocauit cōgruē Pratēis & proprio loco reſtituit.
b xvj. quæſt. iij. quicunque.
c c. ſuper. de par.
d l. agros. C. de fund. limit.
e l. ij. de via pu. f l. cũ oportet. ff. de bon. quæ lib.
g l. ij. de donat. int. vir. & vx.
h l. qui iure. de acq. poſſ.
i §. habeat. in auth. vt eccl. Rõ.
k Felin. rubr. de præſcr.
l gl. c. ius generale. j. diſt.



29 rat, ne dñia rerũ in incerto ſint [a]. † Sed quomodo
hęc verba intelligemus? an quia aliàs difficulter
dominiũ probari poſſet, niſi ex poſſeſsione quæ
reret? quę ſentētia Iac. Alberici, aliorũq; veterũ
30 fuit. † Et nō arbitror: quid enim publicè hoc in-
tereſt, cùm omino penes alterutrũ, vel poſſeſſo-
rē vel actorē, remanere res debeat: nec reipub. in
tereſt vnũ magis quã quēlibet aliũ eã habere, dũ
31 municeps ſit [b]. † an, quod Paul. Caſt. videtur ſen
ſiſſe, vt quilibet poſſeſſor dominij ſui ſit certus?
tum enim diligentius colet. Et neq; hoc probo,
cũ cultura vtilitatem ſingulorum annorum re-
præſentet: quæ res colonos quoq; & partiarios
noſtros diligentes efficit. Adde quòd nec tanta
hæc eſt vtilitas, vt ideo priuari iure ſuo quiſquã
32 debuerit. † Crediderim igitur in eo verti bonũ,
ne dominia ſint incerta, quoniam huiuſmodi ex
incertitudine lites oriebantur [c], quas finiri pu-
33 blicè intereſt. † Et hac ex ratione videtur illa
quæſtio eſſe decidenda, qua dubitatum fuit, an
is qui bona fide rem vſucepit, ſi deinde cognoue
rit ad quem rei dominium pertineret, in foro cō
ſcientiæ (vt vocant) reſtituere teneatur? & mihi
viſum eſt teneri [d], quoniam hoc in foro ceſ-
ſat ratio legis, quę vſucapionem induxit, vt litiũ
34 finis eſſet: † at in eo foro nullus eſt litibus locus
[e], ſed debet quilibet Chriſti ſacris initiatus bo-
nam fidem agnoſcere, & vltrò rem ad dominum
deferre: quibuſcunque enim verbis lex loqua-
tur, iubeat, fingat, præſumat, [f] nunquam natu-
ralem illam iuſtitiam abolere poteſt, in qua car-
do omnis, fundamentumq; euangelicæ verita-
tis reſidet. Hinc videmus, quòd ſi lex prohibeat
vxori vltra centum relinqui, ſi quis ſuprà legiti-
mum modum illi reliquerit, monachosque in-
ſtituerit, debebunt hæredes ſcripti Chriſtiana
pietate admoniti, conniuentibus oculis permit
tere, vt qualiſcunque teſtatoris voluntas obſer-
35 uetur [g], † Peccat enim hæres, qui voluntatem
teſtatoris non ſeruat, tametſi non ſolenniter
36 factam [h]: † quapropter etiã ſi in codicillis quin-
que teſtes non intervenerint, obſeruandos ta-
men eſſe Cor. cenſuit [i]: nam & Pli. Cæcilius
epiſt. lib. v. Legatum, inquit, reipublicæ factum
ſi ius aſpicias, irritum: ſi defuncti voluntatem,
ratum & firmum: mihi autem defuncti voluntas
(vereor quam in partem iureconſulti quod di-
cturus ſum accipiant,) antiquior iure eſt. † Hinc
37 ſtipulatio alteri facta in eo foro obligat, cùm iu-
38 re ciuili ſit irrita [k]. † hinc ſi qs ad ſacerdotij opu-
lēti munus ſit deſignatus, tametſi ſolenniter ele-
ctus nō proponatur, & ideo iure humano deſti-
tuatur, in cōſcientię tamē foro ꝓpter eligentiũ
39 volũtatē eſt tutus [l]. † Sed & ſi creditor à iure ſuo
legis iuſſu ceciderit, non tamē ideo in eo foro de
bitor abſolutus cēſebitur, niſi re aliena demum
40 reſtituta [m]. † Sic & qui ſolùm pactione nuda cō-
tradixit, & iure ciuili conveniri non poteſt, di-
41 uino tamen iudicio reus cenſebitur [n]. † Et hęres
qui inventarium ritè non confecit, ſupra hære-
ditatis vires diuina lege non obligatur [o]. cùm a-
liter ſit à Iuſtiniano cautum: & eius calculus qui
dignum elegit, omiſſo ſciēter digniore, iure pō-
42 tificũ valet, in foro conſcientiæ periculoſè e-
giſſe dicitur [p]. † Sic qui alicui damnum culpa le
uiſsima dedit, humano foro reſarcire id adver-
ſario debet, diuino non debet, quòd eius ignorã
43 tiæ in eo ſuccurritur [q]. † Sic & vulgò dici ſolet, li
cere contrahentibus, vt invicem ſe decipiant: ꝙ
44 iure fori, nō iure poli eſt [r]. † Sic iure ciuili cui fur

a l. j. de vſucap.
b l. ſed & ſi. §. cōſuluit. de petit. hæred.
c l. fin. pro ſuo.
d Bar. in extrau. ver. denunciationem.
e c. nouit. de iudic.
f Bald. auth. ad hæc. C. de vſu.
g Bal. conſ. 419. vol. 5.
h Ang. l. quidã. § illo. C. de neceſſer.
i Cor. conſ. 119. vol. ij.
k Feli. in proœ. Greg.
l Innoc. c. innotuit. de eo qui furt.
m Bar. l. ſi pœn. de cond. inde.
n Bal. c. j. de pa.
o Doct. rub. de acq hæred.
p Abb. c. cōſtit. de appel.
q c. j. de cōmod. Innoc. c. ſicvt. de homicid.
r But. c. pen. de empt.

tum factum eſt, duplum vel quadruplum exige- L. 5.
re poteſt, at lege diuina, ſorte contentus eſſe de-
bet [s]. † Eadem ratione qui exceptione rei iudica
tæ tutus eſt, ante deum nō erit tutus, ſi aliquo tē
pore ſciuerit rem petitoris fuiſſe: cuius ſcientiæ 45
ꝓbatio nulla alia erit, quàm ex ipſius confeſsio-
ne [t], cùm alioquin ignorantiam allegare poſsit,
& præſumptionem legis, quę ex ſententia orit,
ſequi. † Hinc etiã ſit vt mater ab hęreditate filij 46
A
per ſubſtitutum pupillo expreſsim datum exclu
ſa, poſsit tamen in foro conſcientiæ quadrantē
iure naturæ ſibi debitũ petere, ꝙ in eo caſu ini-
qua duraq; ſit lex ciuilis, vnde ipſa omnino reij-
citur: cuius ſententiæ aſſertor eſt Archid. [u] Cor.
Deciusq; [x]. † Sic & mulier, quę nō autore agna- 47
to cōtraxit, tametſi lege municipij nō obligetur,
foro tamen diuino cenſebitur obligata [y]; dum
decepta nō proponat. † Sic generaliter videtur 48
cōſtitutũ, in eo foro obſeruandũ eſſe teſtamen-
tũ, quávis in eo ſoli duo teſtes ſint adſcripti [z], qa
B
diuina ſanctione dicitur: in ore duorũ vel triũ eſt
omne verbũ. Et ideo pleriſq; viſum eſt, hęredē q
nō ſolenni teſtamēto ſcriptus eſt, ſi de voluntate
teſtatoris certus ſit, iuſtè eo in foro adire poſſe,
fructusq; vero dominio acquirere [a]. † Quapro- 49
pter & cùm teſtator filio, ſi decederet ſine liberis
fratrē ſubſtituiſſet, isq; religioni nomē dediſſet,
reſpōſum à pleriſq; ſcio, diuino in foro ſubſtitu-
tioni locũ eſſe: quoniã Iuſtiniani ſanctio, qua mo
C
naſteriũ prætulit [b], voluntati teſtatoris adverſa-
tur, cuius ſumma ratio apud myſtas eſſe debet. † 50
Et ex his videtur probabilis eſſe noſtra cōcluſio,
vt qui ſola præſcriptionis exceptione eſt tutus,
in foro cōſcientiæ tutus non cenſeatur: nam ſi
neſciat rem ad aliũ pertinere, præſumptioniq;
adhæreat, quam lex ex temporis lapſu induxit,
is non ſola præſcriptione eſt tutus, ſed ignoran-
tia, quæ apud Deum veniam meretur [c]. Quòd ſi
qua pronũtiato huic noſtro adhuc adverſentur,
D
à me inter diſputandum ſubmouebuntur.

† Annotandum iterum eſt, ex Accurſii ſen- 51
tentia, præſcriptionem hìc pro exceptione ac-
cipi, videnturque noſtrates exiſtimaſſe idem
prorſus eſſe præſcriptionem quod & exceptio-
nem [d]. Hinc in rubrica dicitur, de exceptioni-
bus ſeu præſcriptionibus. Et alibi, præſcri-
ptiones fori à principio litigatoribus opponen-
das [e]. Et alibi, omiſſam præſcriptionem dilato-
riam poſtea exerceri non poſſe [f]. Rurſus præ-
E
ſcriptio moratoria. Et ibidem, præſcriptio per-
emptoria [g]. Item, præſcriptio quinquennalis
adverſus tabulas non iure perfectas [h], & præ-
ſcriptio inſtrumenti falſi [i], & præſcriptio adver-
ſus appellationem, in qua adverſarii nomen
non ſit expreſſum [k], & præſcriptio militiæ, qua
miles officio procuratoris fungi prohibetur [l].
Sed & Iulianus, Nihil, inquit, proponi cur præ-
ſcribere curator poſsit in cognitione ſuſpecti
tutoris [m], &c. Hinc lex præſcriptionem, quate-
F
nus vſucapionem complectitur, etiam ſimpli-
ter exceptionem appellat [n]. Hinc rubrica de
annali exceptione, & alibi exceptionem XXX.
annorum, &c. Quibus omnibus ſatis oſtēditur,
idem præſcriptionem & exceptionem eſſe. Sed
tamen contraria ſententia ex eo probabilis
eſſe videtur, † quia propriè præſcriptio rerum 52
immmobilium, vſucapio eſſe cenſetur, quam

Quinque pedum.

s 12. q. 2. fraternitas.
t Abb. c. nouit.
u c. ſi pater. de teſta. 6.
x l. precibus. C. de imp.
y Abb. c. relatum. ij. de teſta.
z c. cùm eſſes. de teſta.
a Ancha. regul. poſſeſſor. de regul. iur. in vj.
b Auth. niſi. C. ad Treb.
c 11. q. [illegible] & ſeq.

d Mod. rubr. de except. e l. ſi. C. eo. f l. pen. eo tit. g l. ij. de pre. Imp. h l. cōtra. C. de inoffi. teſta. i l. qui agnitis. ff. de except. k l. cio. de app. l l. ita. C. de pœ. m l. fin. de ſuſpe. tut. n l. pen. § fin. C. de præſcript. xxx.

53 ἐσμοτηκωταλως ſic recentiores diffiniunt [a]: † Eſt
a In rub.de præſcript.extra.
quoddam ius ex tempore congruens, autori-
b l.quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. xj.
tate legum vim capiens, pœnam negligentibus
inferens, finem litibus imponens. Qua ex diffinitione in noſtra lege ſuprà hanc vocem accepi, dum vſucapionem inter quinque pedes ſubmoueri arbitratus ſum. Nec negari poteſt,
hanc quoque ſignificationem huius dictionis
54 eſſe [b], † tametſi ea diffinitio mihi non ſatis pla-
ceat, cùm quandoque etiam adverſus eum præ- A
55 ſcribatur, qui nullius negligentiæ reus eſt [c], †
c l.ſi.c.de præſcript.lon.
qualis eſt qui ignorat [d]: is enim ex proprietate ſer-
monis, quæ in diffinitionibus obſeruanda eſt,
56 non rectè dicitur negligere: † nam & non ſem-
d c.quia diuerſ. de cōceſſ.præ.
per præſcriptio finem litibus imponit, imò ple-
runque litis ingreſſum non impedit, eiusque probatione
57 bationc opus eſt [e]. † Adde quòd Iureconſulti
e Bar.l.fin.pro ſuo.
finitionem ſufficere verius eſt, qua ille vſucapionem eſſe dixit [f] acquiſitionē, vel adiectionē do-
minij per continuationem temporis lege diffi- B
58 niti. † Quæ diffinitio & in rebus mobilibus, &
f l.iij. de vſuca.
in immobilibus procedit, cùm vtranque indiffe-
renter, & promiſcuè Iureconſulti vſucapionem
59 appellent. † Dicitur autem adiectio dominij,
quia verum dominium ex conſenſu non trans-
60 fertur, ſed ex autoritate legis. † Vnde & adiectio
g Inſt.de eo cui lib.cau.
bonorum vbi propriè non eſt hæreditas, ſed ſo-
la principis autoritate quis pro hærede habetur
h l.à diuo.§.ſi pignor.de rei iu.
[g]: & adiectio familiæ M.Cicero & Corn. Tacito
lib.XVII. & adiectio pignorum in cauſam iudi- C
cati captorum, cùm venduntur autoritate iudi-
cis, domini conſenſu non expectato [h]: & adie-
ctio in diem, quòd translatio dominij verè non
fiat, vtpote quòd in alium, qui licitatiōe ſupera-
61 uerit, transferri poſsit. † In vſucapione enim lex
i l.quis ergo.de pecul.
veri domini autoritatem, atque eius perſonæ &
medullis ius inhærens omnino auferre non po-
tuit [i], licet illud inefficax reddiderit, & quod-
dam inſtar eius dominij alteri adiecerit, quod
dominium directò acquiri vſucapione rerum D
mobilium, vtiliter in rebus immobilibus bona
fide poſſeſsis, per exceptionem tantum, quando
mala fides ſuberat, communiter traditum eſt,
quod vt verum concedamus, omne eius adie-
62 ctionis appellatione continetur. † Nec in ea dif-
k l. naturaliter de vſucap.
finitione fuit neceſſaria tituli, vel bonæ fidei ex-
l l. iuſto.§.etſi poſſ.
preſsio, quod Paulus Caſt. credidit, cùm hæc ſub
ſtantiam vſucapionis intrinſecus non reſpiciāt,
ſed ſola poſſeſsio referenda fuit. Vnde vſuca-
pio dicitur, id eſt, acquiſitio per vſum, id eſt, E
poſſeſsionem: hincque fit vt defectus poſſeſsio-
nis quandocunque ſuperveniens vſucapionem
interrumpat [k], cùm in bonæ fidei defectu ſe-
cus ſit [l]: eſt autem vſucapio vox ipſa effectus ſi-
gnificatiua, vt meritò non debuerit per cauſam
ſuam ſimpliciter definiri. Et hæc quidem ve-
ra ſunt, ſed tamē nō ideo adhuc declaratum eſt,
quæ propria ſit præſcriptionis ſignificatio.
63 † Sciendum igitur exceptionem generale no-
m l.antepen.C. de except.
men eſſe cuiuſcunque defenſionis quoquo mo- F
do actioni obiectæ [m]: præſcriptionem verò eam
dici, quæ directè intentioni non adverſatur, ſed
ſolùm de ea militat. Fab. Quintil. lib. VII. capite
VI. Cùm ex præſcriptione lis pendet, de ipſa
re quæri non eſt neceſſe: vt cùm ignominioſo
patri filius præſcribit, de eo ſolo iudicatio eſt,
an liceat: quoties tamen poterimus, efficien-
dum eſt, vt de re quoque bene ſentiat. Et paulò
inferius. Sed frequentius etiam quæritur de in
64 tentione, & quæ ſequuntur. † Quibus verbis ap-
paret exceptionem intentionis eſſe, quæ dire-
ctò agenti repugnat: præſcriptionem, quę inten
tionem quidem non negat, ſed eam reſtringit,
vt eo in caſu quo agitur, non procedat. † Victori 65
nus præſcriptionem eandem appellari poſſe &
exceptionem ab Oratoribus ait: in iure autem
præſcriptionem dici ipſum ius propoſitum: ex-
ceptionem autem, cùm ius ipſum propoſitum
ab actore, aliter reus accipit, interpoſita aliqua
A cōditione, &c. † Solebat enim exceptionum o- 66
mnium ſic formula concipi, vt per dictionem Si
n l.apud.§.item quæritur.de doli except.
non, vel ſimilem obijcerentur. Vnde illud: Ex-
tat Neruæ & Atilicini ſententia, dicentium ita
o l.ſi quis rē.de exce.rei iud.
eſſe excipiendum [n], ſi inter me & te non con-
venit vt vniones reddantur. Et alibi: Adverſus
p l.ſi debitor.de pig.
exceptionem hanc [o], ſi non eius ſit res, replica-
tione adiuuabitur, aut ſi res iudicata non ſit. rur-
ſus dabitur poſsidenti hæc exceptio [p], ſi non cō-
venit vt eadem res mihi quoque pignori eſſet:
B iterum & ille excipiat, ſi non convenit vt ſibi ſit
res obligata. Igitur ſi exceptio oppoſita, hu-
iuſmodi eſſet, vt intentioni non adverſaretur,
quia etiam ſi intentio vera fuiſſet, nihilominus
exceptio procederet, non erat aliter de veritate
intentionis quærendum, ſed ſtatim de exceptio
ne cognoſcebatur. † Et ideo præſcriptio dicta 67
eſt, quòd antequam actor probaſſet, ea ſcripta
obiectaque in controverſiam deducebatur. † 68
Hinc moratoriæ præſcriptiones dictæ, & præ-
C ſcriptio militiæ, & præſcriptio fori Iureconſul-
tis. Sic Quintil. in declamationibus: Accuſator
q l.ij.de adult.
præſcribit, quòd bis in eadem re agere non li-
cet. Sic Vlp. [q] Marito iure mariti accuſanti illa
præſcriptio obijcitur, ſi non legem prodidiſſe di
catur. Et alibi: Præſcriptiones quæ obijci ſolent
accuſantibus adulterij, antè ſolent tractari quā
r l.ſi maritus.§.pen.eod.tit.
quis inter reos recipiatur [r]. Hinc & Cicero de
finibus bonorum & malorum: Omnis autem in
quærendo quæ via quadam, & ratione habetur
D oratio, præſcribere primum debet, vt quibuſdā
in formulis ea res agatur. Hinc Quintil. lib. III.
cap. VIII. Præſcriptiones, inquit, in quibus maxi-
mè videtur manifeſta translatio, eaſdem ſpecies
habent, quas hæ leges, quibus agitur de nomi-
ne, de ſcripto, de ſententia, de ratiocinatione,
&c. Victorinus quoque in Rhet. Cicero non
multum diſtare translationem à præſcriptione
refert: ſicvt & Fortunatianus, qui translationem
transferre actionem ſcripſit, præſcriptionem
E perimere: ea enim à principio probata, extingui
tur actio. Quo fit vt potiſsimū de dilatorijs præ-
ſcriptio dicatur, ſiue à perſona, ſiue à re, ſiue à lo-
co, ſiue à tēpore pręſcribamus, cuius rei exēpla
latius ille proſequitē. † Verùm & exceptiones q̄ ſi 69
probatę eſſent litis ingreſſum impedirēt, præſcri-
s l.peremptorias. C.ſent.reſc.
ptiones propriè dicūtur [s], quoniā & hę à principio
ante litis cōteſtationē obijciūt, ſitq; earū cōteſta
t l.præſcriptiones.cum l.ſeq. C.de except.
tio deinde poſt iudiciū acceptū actor intētionē
ſuā probat [t], tumq; reus cōteſtatā præſcriptionē
F quandocūq; proſequi poteſt. † Hinc eſt quòd ex 70
u l.emptor. C. de præſcript. lon.temp.
ceptio ex vſucapione proveniens, præſcriptio
dicitur [u], quia agēti rei vendicatione domino à
principio præſcribitur, ſitq; cōteſtatio, ſi nō tē-
pore à lege diffinito poſſediſſem, deinde lite cō-
teſtata, & probato ab actore dominio, poſſeſſor
ſuam exceptionem probat, & abſoluitur.
† Cæterùm quia aliæ exceptiones, quæ litis 71
x l.tranſacta.de verb.ſig.
ingreſſum impediunt, ſemper ferè in prom-
ptu habent probatioem, vt rei iudicatæ, tranſa-
ctæque [x], itemque iuriſiurandi: vſucapionis ve-
rò



rò non item (nec enim ſolent publica documen-
ta confici quo quiſque tempore poſſederit) ideo
frequentiore vſu receptum eſt, vt vſucapionis
præſcriptionem dicamus: præſcribendum enim
conteſtandumque aduerſus dominum erat, de-
inde poſt eius probationes, de præſcriptionis
a l.nam poſtea.de iureiu.
veritate ordinario iudicio docendum [a]. Et hæc
propria eſt præſcriptionis ſignificatio, quam ve-
72 teres Iureconſulti obſeruarunt. † Recentiores
verò quoſdam ex pontificibus imitati, hoc non A
ſatis percipientes in eam corruptelam incide-
runt, vt ſe præſcripſiſſe fundum vel domum dicerent: cuius locutionis non arbitror exemplū
73 apud certæ fidei autores reperiri. † Nam & cùm
lex præſcriptam actionem ait, non vſu acquiſitā,
b l.ſi non.C. de iniur.
ſed tempore excluſam ſignificat [b]. Hîc igitur ap-
paret, præſcriptione quinq; pedum, exceptionē
intelligi, quā quis obijcere voluiſſet, quia quin-
74 que illos pedes ſe vſucepiſſe atteſtaretur. † Rur-
ſus annotandum eſt, dum lex ait, vel locorum, B
non ſimpliciter de quocunq; loco vel poſſeſsio-
ne hîc accipiendum. Agennius Vrbicus, Omnis,
inquit, controuerſia coram agrimenſoribus eſt
aut de fine aut de loco: de fine eſt, quatenus intra
quinq; pedes continetur: de loco eſt, quicquid
75 eam latitudinem excedit, † & ideo quæſtio loci
plerūq; ad ius ordinariū pertinet, quia in ea lo-
cum habet vſucapio, olim biennij, hodie longi
temporis, rarumq; eſt vt menſor ipſe de ea diju-
dicet: quod quadam epiſtola ad prouinciales C
Imp. Conſtantinus conſtituit in hæc verba: Si fi-
nalis controuerſia fuerit, tum demum arbiter
non negetur, cùm intra quinque pedes locum
de quo agitur apud præſidem eſſe conſtiterit:
cùm de maiore ſpacio, cauſa, quę non finalis, ſed
proprietatis eſt, apud ipſum præſidem debeat
76 terminari, &c. † De loci quoq; ſignificatione Iu-
c l.locus.de verbor.ſig.
reconſ. ita diſſeruit [c], vt locus portio ſit fundi,
qui & latêre poteſt, quia ſuos fines adhuc non
habeat, idcirco determinandus, diffiniendusq; D
ſit: Fundus verò omne ſit, quicquid ſolo contine
tur. Ager autem ſpecies eſt fundi, quæ ad vſum
d l.quæſtio.eo. tit.
hominis comparatur [d]. Poſſeſsio ab agro iuris
proprietate diſtat: quicquid enim apprændi-
mus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut
nec poteſt pertinere, hoc poſſeſsionem appella
mus. Poſſeſsio ergo vſus eſt, ager proprietas loci
eſt. Quæ eleganter tradita à Iureconſulto diffe-
77 rentia, repræhenſore non caruit: † nec erubuit Lau
e Cap.458.
rentius Valla [e] ea in re Modeſtinum ridiculum E
imperitumq; appellare. Perpendamus igitur pa
rumper quid ſibi audaculus hic accuſator volue
rit, & cùm lege XII. tabul. intra quinque pedes
æterna ſit autoritas, non ſinamus diutius alie-
nos eum intra fines vagari, qui eos non ſolùm
vſurpare, ſed etiam terminos ipſos exarare, &
iuſto cultori diem confidentiſsimè dicere auſus
fuerit. Quod etſi à nobis alibi quoq; factum eſt,
tamen & hîc diffuſius attingere, clariuſq; ſen-
tentiam noſtram explicare, non ab re erit: ſiqui- F
78 dem quod Græci dicunt. δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. † Ait
Laurentius ineptè agere Iureconſultū, qui cùm
differentiam inter agrum poſſeſsionem, præ-
diūq; reddere velit, de poſſeſsione, id eſt, de vſu
rei loquatur, quam Græci κατοχὴν dicunt, nec de
ea ſignificatione quicquā agat, cùm idem quod
prædium vel fundus ſignificat, vt apud Cice-
ronem, cùm prata & areas poſſeſsiones appel-
lat, & apud Quintil. cùm de Priuernati, Al-
bano, Tiburtinoque fundis, requirebat, inquit
vbi eſſent hæ poſſeſsiones. † Sed ſciendum nec 79
hanc quidem ſignificationē Iureconſultis igno-
ratam fuiſſe, ſicut in eo qui poſſeſsiones ſuas le-
f l.interdum.eod.tit.
gaſſet, reſponſum eſt [f], quod & alijs exemplis
g l.filij.§.fin.ad mun.l.fin.C.de fid.mi.l. ab execut. C.quorum ap.
à me oſtendi poſſet [g]. Sed Modeſtinus eo in re-
ſponſo poſſeſsionem definit, & quatenus pro-
prietatem quandam ſignificat, & quatenus eti-
am appræhenſionem & vſum. De primo ſenſu pri-
us videndum, vt Vallæ rationes ſubmoueri poſ-
A ſint: de alio deinde in gratiam noſtrorum docto-
rum aliquid ſubijciemus. † Igitur Aelius Gallus 80
iuris autor, quem & Gellius, & alij frequenter
autorem laudant, & cuius nos in digeſtis plera-
que reſponſa etiam nū habemus, † poſſeſsionem 81
apud Feſtum definit, uſum eſſe fundi, aut ædifi-
cij: quæ verba idem Feſtus paulò inferius decla-
rans, poſſeſsiones dicit appellari agros latè pa-
tentes, publicos priuatóſue, quia non mancipa-
tione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque occupa-
B uerat, poſsidebat: vt inde probetur poſſeſsionē
fundum dici, qui nobis per vſucapionem eſt ac-
quiſitus, & cuius proprietatem non habemus,
† cùm, vt ſuprà oſtenderimus, vſucapione nō ve- 82
ra proprietas: ſed adiectio quædā dominij tranſ-
feratur. † & in hac ſignificatione hîc accipit poſ- 83
ſeſsionē Modeſtinus, ſicut in Honorij cōſtitutio
ne [h]: Cùm rura, inquit legislator, & poſſeſsiones
quas curiales quodlibet ex pacto, publicatis a-
pud acta Prouincialia deſiderijs ſuis vel relique-
C rint, & poſsidere alios permiſerint, penes eos,
qui excoluerunt, remaneant. Sic & M. Cælius ad
Ciceronem: Sum, inquit, χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ At-
tici noſtri: ergo fructus eſt tuus, mancipiū illius.
† κτῆσιν appellat, id eſt, poſſeſsionem, ius ipſum 84
vſu acquiſitum, quod à mancipio non admodū
diſtat. Lucretius:
Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vſu. 85
† Varro de re ruſt. in emptionib. dominium le-
gitimum ſex ferè modis perfici autor eſt, hære-
D ditatis iuſtæ aditione, mancipio, iuris ceſsione,
vſucapione, ſub corona, ſub haſta emptione: quę
latius à Boëthio Seuerino in Topicis declarata,
hîc repetere non eſt otij noſtri, quandoquidem
hęc, quod ad Vallam attinet, ſatis & ſuper. (Sunt
& alia permulta, quæ longiore egent interpreta
tione velut quid ſit nexus apud Imperatorem l.
h l.rura.C.de om.ag.de ſer. lib xj.
vnica. C. de vſu. transfo. quid item ibi res manci-
pi, & nec mancipi, & quid teſtamentum per æs
& libram. Nam qui Boëthium non viderit, haud
E quaquam intelliget.)
NVNC de ſecunda ſignificatione aliquid di-
camus. † Et videtur Modeſtinus poſſeſsionem 86
ſic diffiniſſe, vt ſit vſus rei appræhenſæ à iure ſepa-
ratus: † & videtur hîc vſus generis, appræhenſio 87
proprij, ſeparationis à iure, locum differentiæ
tenere. Vſus enim eſt generis hîc nomen, † quia 88
poſſumus vti etiam citra nomen poſſeſsionis, vt
qui iure familiaritatis [i], vel amicitiæ [k], vt qui iu-
re facultatis viæ publicæ vſum retinet [l]: ſi quis
F opera amici vtitur, ſic vtor beneficio tuo, & ſi
qua ſimilia. Ouid. Metamorph. lib. VIII. Vtorq;
Acheloë domoq;, Conſilioq; tuo reſpondit, &
vſus vtroque eſt. † At appræhenſio proprium vide- 89
tur poſſeſsionis, quæ & ideo κατοχὴ græcè dici-
tur [m], & à iure gentium inde orta eſt, & nomen
quoq; ex eo habet. † Dicitur enim poſsidere, qui 90
poteſt ſedere, & ſic qui rem apprēndit, & ea pro-
pter appræhenſionem vtitur. Cornel. Fronto: In

i l.qui iure.de acquir.poſſ. k l.j de obſeq. l l.ij. de via public. m d.l.j.

habente, inquit, onus, in poſsidente vſus eſt.
Corn. Tac. in lib. Germaniæ? Poſſeſsione & vſu
91 haud perinde afficiuntur. † Sic Aelius Gallus a-
pud Feſtum poſſeſsionem dixit eſſe vſum agri,
quòd ſuprà oſtendi. Hinc vſucapio, id eſt, acqui-
ſitio quæ per vſum, id eſt, poſſeſsionem fit. Inde
alibi Iuriſconſultus: Iniquiſsimum, inquit, eſt
auferre dominium, quod vſus non abſtulit [a]: in-
telligitur enim poſſeſsio. Cicero lib. 1. Top.
A Quoniam vſus autoritas fundi biennium eſt, ſit
& ædium. Et rurſus: Quarum rerum annuus eſt
92 vſus. † Quod ſubijcitur, à iure ſeparatus: duplici-
ter poteſt intelligi: à iure, id eſt, ab vſu, quatenus
eſt ſeruitus [b]: itemq; à dominio, quia & domi-
nium eſt iuris [c]. † Poſſeſsio autem nihil commu
93 ne habet cum dominio ſeu proprietate [d]: vnde
& rei, cuius dominium ad nos non pertinet, nec
pertinere poteſt, poſſeſsionem tamen habere
94 poſſumus: † loquiturq; Iuriſconſ. [e] eo in loco de
B re, quæ ad alium pertinet, non quòd dominus
rem propriam poſsidere non poſsit, ſed ut diffe-
rentiam agri & proprietatis, à poſſeſsione ſim-
plici declaret. Secundo modo poteſt intelligi, à
95 iure ſeparatus, † quia poſſeſsio ſit facti, non au-
tem iuris. Quapropter Paulus, pupillum poſſe
incipere poſsidere, exiſtimauit: eam enim rem
facti, non iuris eſſe [f]: ſubijcitq; idem poſſeſsio-
nem rei à coniuge donatæ transferri, quoniam
res facti infirmari iure ciuili non poteſt [g]. Sic &
C Scæuola: Poſſeſsionem hæreditas nõ habet, quę
facti eſt & animi [h]. Sic & Papin. Poſſeſsio, inquit
plurimum facti habet, cauſa verò facti non con-
96 tinetur poſtliminio [i]. † Nec me mouet receptiſsi
ma noſtratium Doctorum diſtinctio, qua tradi-
derunt, poſſeſsionem dum naſcitur, & ad eſſen-
tiam ſuam perducitur, facti eſſe: at vbi iam acqui
ſita eſt, eſſe iuris: nam pleraq; ex prędictis reſpon
ſis de poſſeſsione verba faciunt quatenus iam
orta, acquiſitaq; eſt. Si enim pupillus poteſt poſ-
D ſeſsionem acquirere, quia eſt facti, vtiq; & acqui
ſitam conſeruare poteſt, cùm non poſſet, ſi ac-
quiſita iuris eſſet. Sic & in poſtliminio non con
tineri cauſam poſſeſsionis lex ait, quoniam facti
eſt [k]: quod procedit etiam in poſſeſsione acqui-
ſita: † nam in his, quæ dum acquirũtur facti ſunt,
97 & quęſita, ſunt iuris, poſtliminium procedit, ve-
luti in contractibus, itemq; in hæreditatibus,
98 quorum acquiſitio eſt facti [l]. † Neceſſariò igitur
dicendum, poſſeſsionem etiam adeptam, facti
E eſſe. Atqui ſi fateamur poſſeſsionem dum acqui-
ritur vel amittitur, facti eſſe: eodem modo con-
cedendum erit, dum iam nata eſt, eſſe facti, ne di
camus acquiſitam à principio ſubſtantiam amit
ti, nec in ea qualitate rem perſiſtere, quam pri-
99 ma origine aſſumpſit. † Tametſi etiam cauillo
non careat hæc interpretatio: cùm enim lex ſim-
pliciter dicat poſſeſsionẽ eſſe facti, quid nos de
eius acquiſitione loquimur? cũ abſq; dubio hæc
à poſſeſsione differat, ſicut natiuitas & mors ho-
F
100 minis ab ipſo homine. † Adde quòd ſi dicere-
mus poſſeſsionem iuris eſſe, quia ex ea iuris
effectus ſequeretur, nihil penitus ab alijs re-
bus differret poſſeſsio. Lex ait, ſtipulationem
iuris eſſe [m], & tamen dum producitur, eſt facti [n].
Eadem ait, è contrario pactiones ſimplices fa-
cti, non iuris eſſe, & tamen dubium non eſt hu-
iuſmodi pacto dari exceptionem, quæ iuris
eſt. Lex ait, contractus emptionis, venditio-
nis, & cæteros iuriſgentium, facti eſſe [o], & ta-
men ex his oritur obligatio iuris vinculum.

a l. nec vtilẽ. ex quib. cau. ma.
b Inſtit. de reb. corporalib.
c l. ſi quis vi. §. differentia. de acquir. poſſ.
d l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſeſſ.
e d. §. nihil commune.
f l. j. §. j. de acquir. poſſ.
g §. ſeq.
h l. j. §. Scæuola. ſi quis teſta. lib.
i l. deniq;. ex quib. cau. ma.
k l. in bello. §. factæ. de capt.
l l. pro hærede. de acq. hære.
m l. ſi vnus. §. pactus ne. de pactis.
n l. j. de verb. oblig. in prin.
o l. cõſilio. in fi. de curat. fur.

Lex ait, animum eſſe facti [p], & tamen ex animo
& conſenſu naſcitur obligatio. Sic fundus re ip-
ſa eſt corporalis, & tamen lex appellat iura fun-
di [q]. Sic corporalis detentatio eſt meri facti, &
nihilominus quandoque ius detentionis [r] legi-
tur: nam & vulgò generaliter traditum eſt, ex
101 facto ius oriri [s]. † Quamuis igitur lex quandoq;
dicat ius poſſeſsionis non videri peremptum [t],
non tamen ſequitur poſſeſsionem iuris eſſe: qua
A ratione iudex, cui mandatum eſt vt de Titij iure
cognoſcat, etiam de poſſeſsione cognoſcet: quia
quamuis poſſeſsio ſit facti, cognitio tamen ad
quem illud factum pertineat, eſt iuris [u]: nam &
qui interdicto meri poſſeſſorij iudicij experitur,
de iure ſuo docere debet [x].
† SCIENDVM igitur poſſeſsionem iure natu 102
rali inuentam eſſe, per appræhenſionem & animũ
ſimul, quorum utrunque eſt facti, & ideo locum
habet etiam in his in quibus iure ciuili non con-
B ſiſtit obligatio: † quoniam quæ facti ſunt, iure ci 103
uili quo minus ſint, fieri non poteſt. Et ideo ſiue
cauſa à iure improbetur, vt in donatione inter
coniuges, transfertur poſſeſsio: ſiue res ipſa pro-
hibita ſit poſsideri, vt liber homo, naturalis ta-
men poſſeſsio non videtur impediri [y]: ſiue per-
ſona poſsidentis à iure ciuili pro nihilo habea-
tur, vt ſeruus: nam & is videtur poſſe naturaliter
poſsidere [z]. † Iure enim gentium ſerui pro nihi- 104
lo non habentur, imò non multum à liberis dif-
C ferebant, præterquàm quòd in manu & poteſta-
te domini erant: † vnde eo iure legitimam in iu- 105
dicio aduerſus dominos ſtandi perſonam habe-
bant, vt in Biblijs proditũ eſt, & dominis abſque
prole decedentibus ſuccedebant: item militiæ
nomen dare poterant, & bona propria poſside-
bant, & ſi paulò opulentiores fuiſſent, nec à mu-
nerum quidem publicorum adminiſtratione
reijciebantur: quod Politicorum IIII. cap. XV.
Ariſtoteles cenſuit. Sic & apud Germanos, in-
D quit Tacitus, ſuam quiſque ſedem, ſuos penates
regit, ſeruis frumenti modum dominus, aut pe-
coris, aut veſtis vt colono iniungit, & ſeruus ha-
ctenus paret. † Vnde ſatis arguitur, iure gentium 106
poſſeſsionem ſeruis non inhibitam fuiſſe, cùm
eorum ſtatus ſolùm iure ciuili diminutus ſit [a]. †
Cæterùm quoties lex ciuilis cauſam improbat, 107
ea naturalis poſſeſsio iniuſta dicitur, & commẽ-
titio iure perinde cẽſetur, ac ſi nulla eſſet [b]. Qua-
propter ſi clàm poſſeſsionem meam apprędas,
E habebis quidem veram poſſeſsionẽ naturalẽ [c]:
ſed quia reſpectu eius à quo quis clàm, vi, vel pre
cario poſsidet, lex hanc poſſeſsionem reprobat,
iniuſta dicetur, & interpretatione legis pro nul-
la erit [d]: reſpectu verò cuiuslibet alterius, tanquã
naturalis conſiſtet, nec quicquã referet iuſta an
iniuſta ſit [e]. † Et hinc eſt quòd lex poſſeſsionẽ na 108
turalem iniuſtá vocat, ciuilem verò iuſtam: quo-
niam quoties naturalis iuſta eſt, eam lex appro-
bat, & per approbationẽ eam qualitatem ſumit,
F vt ciuilis dicatur: † non enim ciuilis à natura- 109
li in ſubſtantia differt, ſed eiuſdem eſt gene-
ris [f]. Et ideo lex ſimpliciter ait, poſſeſsionis
duplicem eſſe rationem [g]: † eſt enim poſſeſsio 110
ipſa principaliter naturalis, ſed per approba-
tionem fit ciuilis, † quandoq; & per nouam il- 111
li traditam à lege formam, vt in poſſeſsione
quàm à ſeruo acquiri ſuprà diximus, quia iu-
re ciuili pro nihilo habetur, & quicquid acqui-
rit, domino acquirit: huiuſmodi dominus ci-
uiliter poſsidere exiſtimatur: quòd ſi iniuſta
ſit

p d. l. pro hærede.
q l. quid aliud. de verb. ſig.
r l. ſi finita. §. ſi quis metu. de dam. infect.
s l. ſi ex pl. §. in cliuo. ad legem Aquil.
t l. peregrè. de acquir. poſſ.
u l. nõ eſt mirũ. de pig. actio.
x l. pen. de aq. quot.
y l. cũ hæredes. §. fin. de acq. poſſ.
z l. ſtipul. iſta. §. hæc quoq; de verb. ob.
Iob. cap. 31. Gen. c. 15. & 14. Reg. c. 9. & 16.
a l. qđ attinet. de reg. iur.
b l. ſi eum. de do nat. int. vir.
c l. iiij. §. è contrario. de acquir. poſſeſſ.
d §. qui ad nundinas.
e l. ſi duo vti poſsid.
f l. iiij. §. genera. de acqu. poſ.
g l. nemo. C. eo.



ſit ſerui poſſeſsio, cùm lex talem non approbet,
112 poſsidere non cenſetur [a]. † Et quod in ſeruo di-
cimus, idem generaliter in quolibet qui in alie-
na poteſtate ſit: quamuis enim iure naturali ipſi
poſsideant, tamen interpretatione legis poſſeſ-
ſio patris vel domini eſſe cenſetur. Et ideo lex
ait, eam poſſeſsionem non ſolùm corporis, ſed
113 & iuris eſſe [b]. † Eòdem pertinet & poſſeſsio quã
colonus noſter, inquilinus, fructuariusq;, & qui
precario rogauit, habet: licet enim ipſi naturali-
ter inſiſtant rei, & ideo craſſa Minerua dici poſ-
ſint naturaliter poſsidere [c], tamen quia nomine
domini poſsident, is iuris interpretatione poſsi
det, non autem colonus vel fructuarius. Hinc
lex, Is, inquit, qui precario rogauit non poſsidet,
ſed poſſeſsio apud eum qui cõceſsit, remanet [d]:
nam & fructuarius, & colonus, & inquilinus
ſunt in prædio, & tamen non poſsident. Et ali-
bi: Vſufructuarius vſucapere ſeruum non poteſt,
quia non poſsidet [e]. Et alibi: Rei depoſitæ apud
deponentem remanet poſſeſsio, niſi & ea apud
ſequeſtrum depoſita ſit [f], & actum vt neutrius
poſſeſsioni id tempus procedat. Talem autem
poſſeſsionem domini lex ait plurimum ex iure
114 mutuare [g], † quo fit vt generaliter cõſtituere poſ-
ſimus, poſſeſsionẽ naturalem facti eſſe, ciuilem
verò iuris eſſe, non quòd diuerſæ ſint omnino
ſpecies, ſed quod qualitas ciuilis interpretatio-
nis ipſi naturali accedens, facit vt ciuilis nomen
115 accipiat. † Nec nouum videri debet, quod à iure
naturali vel gentium inductum eſt, facti exiſti-
mari: quod verò à iure ciuili, iuris eſſe: nã & hoc
in pacto nudo uidemus [h], quod facti eſſe lex ait:
idem in contractibus iuris gentium [i], cùm tamẽ
ſtipulationem quia iure Quiritum introducta
116 eſt, iuris eſſe dicat. † Cuius rei eſt ratio, ꝙ quę iu-
ris naturalis vel gentiũ ſunt, lex intra meri facti
cancellos reliquerit, quæ quoties interpretatio-
ne extra veteres terminos porrigit, vel noua for-
ma fulcit, iuris efficere dicitur. Et hæc ad diffini-
tionis declarationem ſatis ſint: nam ſi recentio-
rum commenta hac in re velim referre, haudqua
quàm facilè eſſet modum reperire, cùm XV. dif-
finitiones ex ſe noſtrates confinxerint, dum ſuo
ingenio mauult quilibet credere, quàm Iurecon
117 ſulti placitis acquieſcere. † Nec me mouent quæ
aduerſus diffinitionem hanc intorqueri poſſent
argumenta: qualia ſunt, ſeruus, colonus, fructua-
rius vtuntur re domini, & tamen non poſsident:
nam reſpondeo eum vſum nomine domini eſſe,
& ideo iuris interpretatione ipſum poſsidere,
quod ſuprà declaraui. Rurſus adducitur, poſſeſ-
118 ſio abſque animo non eſt [k], & tamen in diffini-
tione nulla animi habetur mentio, ſed cùm is,
qui re apprẹnſa ſuo nomine vtitur, animum poſ-
ſidendi habere præſumatur (vt enim ſolet dici,
τῶν ἐκτὸς εἰκὼν ἐκτός, ab exterioribus deprændimus
quid intrinſecus ſit) quorſum opus fuit id ex-
119 primere, quod omnino tacitè inerat? † Rur-
ſus qui detinet, vt qui in poſſeſsionem miſſus
eſt, vſum rei appræhenſæ habet, & tamen non
poſsidet: ſed falſum eſt eum vti, cùm ſolius
cuſtodiæ cauſa in poſſeſsione ſit [l], atqui domi-
nus ipſe retinet vſum poſſeſsionemúe. Poſ-
ſent & huiuſmodi alia adduci, quæ quòd le-
uiter ad rem faciant, non fuit operæpretium
recenſere.
POSTREMO declaranda ſunt illa verba,
120 peragatur intentio: † & peragi veteres dixe-
121 runt perfici: † vnde peragere reum dicitur, qui

a l. quod ſeruus. eod. tit.
b l. poſſeſsio. eo. tit.
c l. j. §. deijcitur. ff. de vi & vi arm. d. l. naturaliter. iiij. ad exhiben.
d l. certè. de precar.
e l. acquiritur. in fin. de acq. re. dom.
f l. licet. depoſ.
g d. l. poſſeſsio.
h d. l. ſi vnus. §. pactus.
i d. l. conſilio.
k l. quemadmodum. de acqu. poſſ.
l l. iij. in fin. eo. tit.

accuſauit, & facinoris conuicit, damnauitq; [m]. L. 5.
Et alibi: Permittendum eſt procuratori litem Quinq;
peragere [n]: id eſt, ad effectum ad finem perduce- pedum.
re. † Intentio verò libellum petitionemúe ſigni-
ficat: quapropter intentio actoris propriè dici- 122
tur. Si ex locato actum erit, inquit lex [o], dicen-
dum eſt nec tenere intentionem. hinc Intende-
re verbum, agere ſignificat. † Rhetores inten-
tionem eſſe diffiniuerunt, ex qua ſtatus princi- 123
A pium habet, & quæ depulſione conficitur, dici-
turq; apud eos ſimplex, cùm de vno tantum fa-
cto proponitur: coniuncta, cùm de pluribus, vt
lib. VII. Quintil. oſtendit: Quid eſt, inquit con-
ſultus Fortunatianus, intentio? quod prima pars
proponit, quæ facit litem, † quod Græci vocant 124
κατάφασιν. Quid eſt depulſio? quod ſecunda pars
reſpondet, Græci ἀπόφασιν vocant. † Formatur au- 125
tem intentio ex ætio, id eſt, cauſatiuo litis, pro-
pter quod res in iudicium deducitur: depulſio
B ex ſynechonte, id eſt, eo, quod omnem defenſio
nem continet: † ex ſynechonte autem & ætio 126
oritur τὸ κρινόμενον, de quo iudicandũ eſt. quę Rhe-
torum traditiones non multùm à noſtris diffe-
runt: † nam & apud Iureconſultos intentio actio 127
eſt; depulſio verò eſt exceptio intentionis: actio
ex cauſa oritur, exceptio ex qualibet defenſio-
ne. † quapropter ſiue quis de facto, ſiue de iure 128
agat, quæ illi exceptio obijcitur directò aduer-
ſans, intentionis dicitur. Hinc Vlpi. ſimplici-
C ter ait exceptionem eſſe, quod interponitur ad
excludendum intentionem [p]: tametſi Accurſius
exceptionem intentionis eſſe exiſtimauerit, quę
de facto agenti obijcitur. Sed hæc ſententia vera
non eſt, & ante nos † à Zaſio germanæ ſolidæq; 129
doctrinæ Iureconſulto (quem virum honoris
cauſa nomino) confutata eſt. † Cæterùm vide- 130
tur intentio quoque in reo dici poſſe, ſicut apud
Græcos ἀγωγὴ διμερής. Generaliter, inquit Vlpia-
nus [q], in præiudicijs actoris partes ſuſtinet, qui
D habet intentionem ſecũdùm id, quod intendit.
quod noſtrates doctores accipiunt, vt id, velut
in præiudicialibus actionibus vel exceptioni-
bus, eum probare debere, qui aſſerit. Quæ ſen-
tentia vt in iure vera eſt, ita reſpõſum illud ille-
pidum reddit & ocioſum: † quare nos aliter in- 131
pretandum cenſemus, & ibi de præiudicijs tra-
ctari arbitramur, id eſt, exceptionibus, quæ agen
ti obijciuntur, quòd præiudicium maiori liti
non fiat. Nam ſi de ea maiore lite non ſolùm ex-
E cipiatur à reo, ſed intendatur, ipſe incipiet acto-
ris partes ſuſtinere, ſopieturque interim actoris
petitio. Exempli cauſa: Petis à me centum au-
reos tanquàm Titio debitos, cuius fuiſſe te hæ-
redem aſſeris: ego excipio, eius me potius Titij
hæredem eſſe, intendoque petitionem hæredi-
tatis, incipio actoris perſonam ſuſtinere, quia
hæc exceptio eſt præiudicialis. Is igitur, qui in-
tentionem habet, reus dicitur, quia ei datus eſt
libellus: ſed tum fit actor, cùm ea intentio eſt ſe-
F cundùm id, quod intendit: id eſt, exceptione
præiudicij ſubmoueri poſsit, quia fit ſecundùm,
id eſt, poſt id, quod ipſe intendit, nempe exce-
ptionem ſuam, quæ maiorem litem intendit,
& ideo priori præiudicat. Cùm enim inten-
tio ſit prima pars quæ proponitur, ſi illi alia
intentio maior obijciatur, ceſſat & obijciens,
qui reus in fronte videbatur, actoris partes
ſuſtinet. Plinius quadam epiſtola, Rogo, in-
quit, intentionem ſcribentis accommodes, id
eſt, habeas, aſſumas. Et hæc interpretatio πα-
ρέργως

m l. ij. de adult.
n l. qui procul. de procur.
o l. j. ſi menſor falſ.
p l. ij. de except.
q l. generaliter. eod. tit.

εὑγνὼς à me approbata qualisqualis ſit, vulgatiore probabilior eſt.

132 SED hæc quidem hactenus. † Vos verò auditores optimi, vt rectè omnia atque ordine fiant, traditumq; à maioribus morem obſeruemus, ad diſputationis aleam inuito, atq; prouoco, Laudat lex Herennium Modeſtinum[a], qui pleraſq; iuris noſtri difficultates diſputãdo bene, & optima ratione diſſoluerit, receptumq; eſt hoc argumentandi genere pleraq; certius, omnia clariùs percipi poſſe? dum tamen ſenarij illius, quem P. Mimo tribuunt, non obliuiſcamur,

*Nimium altercando veritas amittitur.*

Et quoniam à prudentibus inſtitutum eſt, non minus honoris præceptori, quàm parenti tribuendum, ne in me agentes aduerſus prætoris edictum committatis, veniam vobis experiundi libenti animo concedo, isq; apud me ſummam gratiam acquiret, qui & validius noſtra dicendo ſubuerterit. Agitè igitur, & factitium hunc Herculem aggredimini, non tanquam Pygmæi, quorum ille quamplurimos apud Philoſtratum tergo leonis inuoluit, ſed tanquam athletæ illi, qui aduerſus duos in Olympicis decertare audentem ſuperarunt: vnde factũ prouerbium; Ne Hercules quidam aduerſus duos: quanto minus Alciatus aduerſus plures?

a l. fin. de mun.

## CONCLVSIONES PROPOSITAE, SINGVLAE DE ſingulis vniuerſitatis profeſsionibus.

### AD IVRECONSVLTOS.

L. quinq; pedum. C. fin. regun. hactenus non intellectam: nos dabimus verum intellectum.

### AD THEOLOGOS.

Sola præſcriptionis exceptione aduerſus dominum agentem tutus, in foro conſcientiæ non eſt tutus, cõtra Doct. in c. vigilãti. de pręſcript.

### AD CANONISTAS.

Pręſcriptio propriè quid ſit, adhuc per Doctores non inuentũ, & communis diffinitio non eſt vera, in Rubrica, extra de præſcript.

### AD ARTIVM MAGISTROS.

Quid poſſeſsio ab agro differat, rectè per Modeſtinum iureconſul. declaratum in l. quæſtio. de verb. ſignif. & falli Laur. Vallam lib. elegantiarum, cap. CCCCLVIII.

### PETRVS CASTELLANVS.

SVNT iſta quidem à te grauiter & copioſè diſputata, vir clariſsime, ſingulaq; tam disertè atque dilucidè tuis rationibus probata, vt hoc omnium ſilentium nihil aliud planè ſit, quàm ſummi omnium aſſenſus confeſsio. Nemo quicquam ex iſto ampliſsimo profeſſorum ordine deſiderat in his, quæ hodie abs te aut dicta, aut facta ſunt. Baccalaurei, ſcholaſticiq; reliqui omnes, veritatis conſcij, ab omni diſputandi controuerſia videntur velle abſtinere. Ego quoque, ſi qua mei habenda eſt ratio, quòd vel ſolus, vel primus, è tuis diſcipulis in harenã hanc deſcendo, & perinde ac ille Pindarus apud Homerum, hæc altæ fœdera pacis confundo, non eſt quòd minus ſit mihi abs te abundè ſatisfactum in ijs, quæ ad inſtituti mihi ſtudij rationem pertinent: ſed ne hanc prætercam occaſionem, qua ipſe te virum nactus incredibilis in omni genere literarum doctrinæ, non pugnans quidem tecum, ſed conſulens, abs te non paulò doctior redire poſſum. Sed hactenus datum ſit procemio, nunc ad rem. Modeſtinum Iureconſ. aduerſus Laur. Vallæ ſententiam defendendum ſuſcepiſti, cui non video quo modo ſuc illo in reſpõſo bonam cauſam habere poſsit: nam vt hinc exordiar, videtur mihi quater eo in loco peccaſſe. Primum, quòd agrum ſpeciem fundi eſſe dixit, quæ ad vitam hominis comparatur: rurſusq; eundem ſpecie prædij, cùm in Pomponij reſponſo, quo territorium definitur[b], eſſe vniuerſitatem agrorũ, apparet agros accipi etiam eos, qui alio in vſu, quàm hominis ſunt. Alterum eſt, quòd poſſeſsionem cùm vſus eſt, tanquam fundi formam eſſe fecit, & ab agro ſeparauit, cùm eo caſu vel in genere generaliſsimo (vt Dialectici noſtri vocãt) diſcrepent. Rurſus poſſeſsionem vſum definit, agrum proprietatem, cùm omnes veteres autores poſſeſsiones fundos ipſos dixerint: quod eleganter Valla ex Cicerone & Quintiliano oſtendit. Sed & idem Cicero ad Atticum lib. XIII. Credas mihi velim, maiori offenſioni eſſe, quàm delectationi, poſſeſsiunculas meas. Idem in oratione pro A. Cæcinna: Atq; in poſſeſsionem veſtigium fecero. Sed & Iureconſul. Papinianus aquam pro modo poſſeſsionum ad agros irrigandos diuidi oportere ait[c]. quibus locis nemo ſanus poſſeſsionem pro vſu acceperit. Nam & agrum ad proprietatem magis, quàm ad poſſeſsionem non referri, T. Liuius grauiſsimus eſt autor, qui lib. II. belli Punici in Fabij inuidiam iactatum fuiſſe refert, quòd agrum ſuum legionibus Romanis defendiſſet. Apud Demoſthenem quoq; in oratione aduerſus Androtionem appellatione κτημάτων, id eſt, poſſeſsionum, apparet & domus & τὰ χωρία, id eſt, vt Papinianus interpretatur[d], agros contineri, καίτοι εἴ τις ἤρετο αὐτὸς τὰς εἰσφορὰς πότερον τὰ κτήματα ἢ τὰ σώματα ὀφείλει. & quæ ſequuntur. Nam & quod poſtremum ait poſſeſsionẽ vſum eſſe, debuit definire, quò de vſu loqueretur. Eſt vſus, qui à fructu ſeparatur, eſt vſus in conductore, in eo, qui commodato vel precario poſsideat, eſt & vſus pro vſucapione, vt cùm Cicero pro A. Cæcinna, Lex inquit, vſum & autoritatem fundi iubet eſſe biennium. Et in Topicis: Quoniam vſus autoritas fundi biennium eſt, ſit & ædium.

b l. pupillus. de verb. ſign.

c l. Impp. de ſeru. ruſt. præd.

d l. diuus. commun.

### ALCIATVS.

NON exiſtimaſſem te Caſtellane hominem ſtudijs græcis Ariſtotelique præſertim addictum, paucis hiſce diebus, quibus operam iuri ciuili dare cœpiſti, adeò profeciſſe, vt νομοθέτην noſtrum Modeſtinum multò oppugnatum venire poſſes: veniſti tamen, & veteranum tyro, arte & ingenio confeciſſes, ni ille potiorem cauſam haberet. Quatuor illum machinis aggreſſus es, quas non adeò ualidas oſtendam, vt inde ſperare τὸ βραβεῖον debueris.

Et ſciendum legem XII. interpretari hîc Modeſtinum, eiusque ſententiam & Varroni & Feſto & cæteris grammaticis antiquis conuenire, &, quod non minùs me mouet, per argumentum etymi, vnde proprietatem verborum agnoſci Bartol. tradidit[e], defendi. Fundus enim generalius eſt nomen, continetque omnem locum, in quo aliquid fundari poteſt. Sic & Plautus fundum potiorem dixit, quod nos efficacius fundamentum ferè dicimus. Sunt & Fundi populi M. Ciceroni in oratione pro Cor. Balbo, quibus populi Rom. beneficio conceſſum erat, vt lege quã populus Rom. habebat, eadem & ipſi tenerentur, in eisq; ceu in fundo, reſideret. Ager verò ab agendo dictus, quòd eum paterfamil. emerit, vt exerceat (vt meritò dixerit Modeſtinus) in vſum patrisfam. comparatum: neceſſarioq; dicendum ſit, mancipij iure ab emptore detineri, cùm alioquin à poſſeſsione non differret. Prædium tàm vrbanum, quàm ruſticum eſt, vt ego ſentio, quaſi hæredium, quòd in ſucceſſorem ius eius tranſmiſſum eſt. Apparet igitur Fundum generalius nomen eſſe, Prædium non ita generale, rurſus Agrum etiam minus, vt quod vrbana prædia non comprændat, nec enim in illis agitur, ſeu cultura exercetur. Poſſeſsio verò à ſedibus dicta eſt: vnde & fixiſſe ſedes dicitur, qui apprændit, & cœpit vti: qui vſus cùm per tempus à lege definitum proceſſerit, poſſeſſori ius quoddam quaſi proprietatis confert, defenditurq; is autoritate legis: Hinc M. Cicero pro A. Cæcinna: Nam vt perueniat, inquit, ad me fundus, teſtamento alicuius fieri poteſt: vt retineam, ſine iure ciuili non poteſt. Fundus à patre relinqui poteſt, at vſucapio fundi, hoc eſt, finis ſolicitudinis ac periculum litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus, à quibus rata autoritas ſumitur. Quo loco & quędam de poſſeſsione hac in ſignificatione refert. Quapropter dum poſſeſsionem diſcrepare à prædio, etiam in genere generaliſsimo ais, nequaquam tibi aſſentior, cùm Modeſtinus non ſolùm naturalem poſſeſsionem definiat, ſed etiam poſſeſsionem, quatenus ex vſu capta eſt, & proprietati concordat: quo fit, vt quandoque autores quos adduxiſti, poſſeſsiones pro ipſa proprietate acceperint, quod interdum fieri nec Iureconſultos quidem noſtros latuit[a]. Nam quę vltimo de vſu tanquam ambigua confutas, ex definitionis verbis ſummouentur, dum dicitur eſſe vſum à iure ſeparatum: quo fit, vt de ſeruitute vſus accipi non poſsit. Sed nec locator, conductor, precario poſsidens, vſum poſſeſsionemue habere propriè dicuntur, qui non ſuo, ſed alieno nomine poſsident, quod diffuſiùs in ipſius legis interpretatione docui.

e l. omnes populi. de iuſtit. & iur.



a l. interdũ. de verb. ſig.

### FRANCISCVS CHAMBARDVS.

ANNIBALEM ſcribit M. Cicero, ſpectatiſsime præceptor, cùm Epheſius Rhetor Phormio coram ſe de imperatoris officio omniq; re militari copioſè diſſeruiſſet, quid de eo ſentiret, interrogatum reſpondiſſe, multos à ſe deliros ſenes ſæpe conſpectos, ſed qui magis quàm Phormio inſaniret, vidiſſe neminem, qui (vt ne quid aliud dicam) coram Annibale, vir in ocio & vmbra educatus, auderet de ducis pugnatorisque officio differere. Idem & mihi ne vſu veniret dubitaſſem, qui vix doctoralis infulæ candidatus, vt Græci dicunt πρωλύτης, coram te legum clariſsimo anteceſſore diſputare auderem. Sed excuſat me conſuetudo, & mos antiquitùs apud nos traditus, quo ſicut olim Saturnalibus ſerui in patresfamil. exercebant imperium, ſic apud nos hac celebritate in magiſtros inſurgunt diſcipuli: nec aliter conſtant hæc ſacra. Feres igitur æquo animo, & de ſecunda concluſione tua dubitantem, eruditione tua inſtrues. Affirmaſti eũ, qui ſola vſucapionis perfectione ſit tutus, ſi malę fidei deinde efficiatur, in foro conſcientiæ tutum non eſſe: qua in re videretur aliud cenſendum: nam cùm vſucapio tam lege ciuili quàm pontificia approbetur, & pro legitimo titulo habeatur, eum, qui vſucepit, videtur iuſtũ dominũ eſſe. Cùm enim leges ore principum diuinitùs promulgatæ ſint[b]: cùm Petrus in epiſtola, obedire nos principibus iubeat, tanquam à Deo miſſis: cùm in Regum cap. XIIII. ſcriptum ſit, Qui non paruerit principi ſuo, morte moriatur, id eſt, criminalis (vt vocãt) delicti ſit reus: ſatis oſtẽditur qui iure ciuili vel canonico tutus ſit, diuino quoq; iudicio potiorem eſſe. Quapropter hęres qui ex lege Falcidia vel S. conſulto Trebelliano quartam præter teſtatoris mentem deduxit, cùm iure ciuili non damnetur, in foro quoque conſcientiæ non damnabitur[c]. Sic mulieri vel pupillo, quibus aduerſus propriam promiſsionem vel Velleianum S. C. vel lex ipſa conſulit, diuina quoq; lex conſulere exiſtimatur. Sic filius extraneo cohæres non ſolenni teſtamento patris datus, nihil illi in foro conſcientiæ præſtare tenebitur, quia in ciuili non tenetur[d]. Sic idem filius iuſtè retinebit quod mendicantibus fratribus à patre eſt relictum: cùm enim ex lege hi capere non poſsint, nec in foro quidem conſciẽtiæ capient[e]. Sic fiduciarius cliens, quam vaſallum vocant, cùm patronum ſeu regem ſuum defendere iure ciuili teneatur, etiam apud Deum iuſtè egiſſe cenſebitur, non diſtincto bonam cauſam rex foueret, an id minus: quod Paul. Caſt. cenſuit[f]. Poſſem & his ſimiles pleraſq; deciſiones adducere, ſed hæc ſatis & ſuper.

L. 5. Quinq; pedum.

b 97. diſt. c. Imperator. 16. q. iij. c. vlt.

c Bart in extrauag. ad reprimen. verb. ad denuntiationẽ.

d Bald. Iaſ. l. ſi poſt. C. de iuris ignor.

e Bald. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.

f l. ex hoc iure. de iuſt. & iur.

### ALCIATVS.

VIDETVR nobis poſſe his omnibus argumẽtis eum reſpondere, qui rationem perpenderit, qua ego adductus ab aliorum ſententia deſciui. Sed quia tu fortè illi non acquieſcis, alijs quoq; modis aduerſantia ſubmouebo: & ex Bartoli aliorumq; ſententia diſtinguendũ cenſeo[g], quænam ſit legis ipſius ratio. Nititur æquitate naturali? & in foro conſcientiæ obligabit. Non nititur, & aliquid inducit vnde cum aliena iactura quis locupletaretur, vel aduerſus obligationem naturalem? & hoc diuina iuſtitia non approbat. Quo fit, vt mulieri, vt pupillo opem ferat[h]: quid enim æquius & naturæ magis conſentaneum, quàm illi ſexui, illi ætati ſeſe præſtare indulgentem, quæ propter imbecillitatem multorũ fallacijs ſubijcitur[i]? Nam & cur hęredi in quartæ deductione non ſinat Deus à lege ſuccurri, cùm legatarij de lucro agant, & publicè interſit aliquo præmio prouocari hæredes ſcriptos, vt teſtatorum voluntates exitum habeant[k]? Sed & filius cum cohærede extraneo non ſolenni teſtamento ſcriptus, iuſtè omnem hæreditatem ſibi habet: quia veriſimile exiſtimare poteſt, eam fuiſſe patris ſui mentem, non tam vt inſtitueret, quàm vt extraneum illuderet: alioquin cur ritè teſtatus non fuiſſet? meritò igitur & lege diuina tutus eſt. Quòd ſi certus voluntatis paternæ ſit, verius eſt, niſi eam obſeruauerit, peccare.

g Bart. d. verb. ad denuntiationem.

h l. j. ad Velleia.

i l. j. de minor.

k l. vel negare. quemadmodũ teſta.

### CLAVDIVS VVLCOPIVS.

ACVTE tu quidem, clariſsime Comes, Licentiato Chambardo reſpondiſti. Sed nihilominus reſidet adhuc apud me ſcrupulus, quem

te

te oportet eximere. Ais, quoties lex obligationi naturali innititur, in ciuitate quoq; cœlitum (vt Plautino verbo vtar) obligare. Videtur hæc diſtinctio ſententiam tuam ſubuertere, quoniam vſucapionis exceptio ex conſenſu domini robur accipit: qui enim permittit vſucapi, vix eſt, quod Paulus ait [a], vt non videatur alienare: ſicut & eum alienare dicimus, qui non vtendo amittit ſeruitutem. cùm igitur hîc adſit conſenſus, conſequens eſt obligatione naturali confirmatam cenſeri vſucapionem [b]. Cæterùm & in eandem ſententiam me decretalis conſtitutio trahit, qua proditum eſt, abſq; bona fide nullam valere præſcriptionem [c], cùm aliàs poſſeſſor mortalis peccati nexibus irretiretur: vnde oportet eum, qui præſcribit, nulla temporis parte vllam habere rei alienæ notitiam. quibus verbis arguitur, notitiam quidem rei alienæ, dum res vſucapitur peccatum inducere: at re iam per vſum capta, non inducere, alioquin nec iure canonico conſultum eſſet poſſeſſori: quis enim credat ius pontificium, quod maximè in id intendit, vt animarum periculis obuiam eat [d], vſucapionem hanc permiſſurum, ſi id crimini aut noxæ apud Deum eſſe poſſet? Quæ pauca volui, præſtantiſſime præceptor, adduxiſſe, non quòd de te palmarium commereri ſperem, ſed exercendi ingenij cauſa, vel vt Diogenem Cynicũ imitarer, qui Corinthijs pro vrbis tutela ſatagentibus, & ipſe gurguſtiolum, nempe vas illud ſuum, cœpit ſurſum deorſum agere, ne cæteris laborantibus ſolus quieſcere videretur.

a l. alienationis. de verb. ſig.
b l. j. de poſtul.
c c. fin. de præſcrip.
d c. j. de cõſti. σ.

A

B

C

ALCIATVS.

QVOTIES verè naturali obligationi lex innititur, tum & in ciuitate cœlitum (vt ais) obligat. quòd ſi naturalis illa obligatio legis fictione inducta ſit, non obligat [e]: dominus enim aduerſus quem per vſum poſſeſſor rem capit, verè non conſentit, tametſi lex eum alienare interpretetur: meritò igitur legale id commentum nullius apud Deum eſt momenti. Quapropter ſolet dici, quoties lex ex fictione vel præſumptione aliquid conſtituit, nullius eſſe in cœlitibus efficaciæ, cũ Deus ex veritate iudicet, qui & ipſe ſumma ſit veritas. Lex enim, quę facta hominum plerunq; non nouit, coniecturalem ſtatum recipit: Deo omnia cognita ſunt: nam vt dicitur græco ſenario,

*ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾷν.*

*Oculus acutus eſt Dei, videt omnia.*

e c. Is qui fidẽ. de ſponſ.

D

E

Vnde Innocentius, Iudicium, inquit [f], Dei veritati (quæ non fallit, nec fallitur) ſemper innititur: iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit, & falli: quo fit vt quandoq; ligatus apud Deum, ab Eccleſia ſit ſolutus, & è contrario. Nec me mouet decretalis, quam adduxiſti, conſtitutio, in qua ſolùm declaratur, malæ fidei poſſeſſorem nunquam vſucapere, ſi bonæ fidei ſit vſucapere: quia vſucapione perfecta tutò poteſt præſumptionem legis ſequi, & ſe verum dominum arbitrari, nec quicquam ea in re tum peccat: ſed ſi deinde cognoſcat verè alium eius rei dominum, lex quidem ſuo eum iudicio, ſuæ conſcientię relinquit, nec quicquam, quod ad hunc caſum pertineat, attingit: aliũde igitur finienda fuit, quàm ex ea decretali hæc controuerſia. Et quamuis pontifices id maximè agant, vt animarum ſaluti conſulant, hoc iuxta ſupraſcripta accipiendum, in his, quæ ad eorum ſcientiam referuntur: at poſtquam poſſeſſor vſucepit, nõ eſt quod ipſi vltrà veſtigare velint, & nouas lites, & nunquam finiendas controuerſias excitare: meritò igitur conſultius fuit, ſuæ eum συντηρέσει relinquere: ſiquidem non omnia decidere magiſtratus poſſunt, & de occultis non iudicat Eccleſia, & conſcientia, quod dicitur, mille teſtes. Vnde & Iuuenalis:

f c. à nobis. ij. de ſent. excomm.

F

*—Hos duri conſcia facti.*
*Mens habet attonitos, & duro verbere cædit,*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum.*

A

VIRGILIVS PHRISIVS.

MINVS verecundè, eruditiſsime præceptor, in hanc ſcenam prodirem, niſi coram te iuriſperitorum Roſcio loqui deberem. Quid, quòd etiã ea eſt auditorum expectatio, vt qui lubenter tibi ſemper aſſenſerimus, nunc palàm diſſentire debeamus? Sunt autem hæc de quinque pedum controuerſia, quæ antea omnibus ignota erant, dilucidè explicata, copioſiusq; à te diſputata, quàm in ſpecie præ ſe ferebant: tamen vbi eorũ nobis latifundia aperuiſſes, preſsiùs quædam, &, vt Homericè dicam, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως dicta à te eſſe animaduerti: idq; idcirco factum videri poterat, quòd valde anguſtum ſpatium tibi ſcholaſtica iſta diſſerendi conſuetudo præſtituerat, niſi & eam orationis virtutem in cęteris tuis monimentis affectaſſe te obſeruaſſem. Exiſtimaſti hac conſtitutione quinque pedum vſucapionem in XII. tabul. eſſe ſummotam: at mihi ſimilius vero videretur, ipſos potius quinque pedes aboleri, & ſolam finalis termini rationem habendam præcipi: quod ex nomine præſcriptionis ſuadetur, cùm præſcribere ſit præfinire, & præſcriptio pręfinitio: quo ſenſu ipſe Aggenius, de fine, Lex, inquit, Manilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit: non enim poteſt hîc de vſucapione vel exceptione intelligi, quanto igitur rectius ipſam præfinitionem intelligemus? cùm & reliqua conſtitutionis verba, quæ ab Aggenio referuntur, belliſsimè huic quadrent expoſitioni. Sed & ex dictione, ſubmota, apparet hanc legem correctoriam eſſe, & ius antiquum ſubmouere: cùm ex interpretatione tua non ſubmoueret, ſed legi XII. tabul. concordaret. Tametſi nec ſatis videtur adhuc probatum inter quinque pedes ex XII. tabul. vſucapionem non fuiſſe. Cicero enim, quem tu allegas, in vulgatis codicibus, XII. tabulæ, inquit, inter quinque pedes vſucapionem eſſe voluerunt. Adde quòd nuſquam alibi apparet, iſtius vſucapionis prohibitionem ab ea lege inductam, cùm apud autores ſimilium caſuum ſit mentio: vt cùm lib. Officiorum primo Cicero ex XII. tabul. dixit, Aduerſus hoſtem æterna autoritas eſto: indicans ius vſucapionis inter ſolos Rom. ciues eſſe: aduerſus verò eos ab his, qui peregrini ſunt, & alio iure vtuntur, nunquam vſucapi poſſe, licereq; domino & autori, iure ſuo quandocunque vti. Sic lex Attinia apud Gellium libro XVII. cap. VII. Quod ſurreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto. Quibus verbis rei furtiuæ inhiberi vſucapionem Antiſtius Labeo interpretatus eſt [g]: vnde & libro XVII. ſtipulationum Venuleius autoritatem pro actione euictionis accipit [h]: at de autoritate inter quinq; pedes nuſquam exiſtit mentio, quod ipſe ſciam, niſi tamen aliter tibi videtur, doctiſsime præceptor.

B

C

D

E

F

g l. ſequitur. de vſucap.
h l. fin. de euict.

ALCIATVS.



ALCIATVS.

NON arbitror probabiliter ambigi, qui inter quinq; pedes iure veteri nulla eſſet vſucapio, cũ & Aggenius Vrbicus clariſsimè hoc atteſtetur, & M. Cicero lib. de legibus primo: cuius ſenſus nõ conſtaret, ſi quod tu arbitraris, voluerunt, legeremus, & nõ potius, noluerũt, videturq; mihi Petrus Crinitus locũ quidẽ oſtendiſſe, ſed quod citaret nõ ſatis intellexiſſe: nã & huc alluſiſſe videtur in And. Terentius eo carmine:

A

Tute ipſe ijs rebus finem præſcripſiſti pater. q. ſicut intra quinq; illos finiũ pedes vicinis arbitratu ſuo ire agere licet citra vſucapionis periculũ, ita iuueni ante ductã vxorẽ omnia liceãt. Verũ vt non negauerim præſcriptionem pro præfinitione accipi, nec eam interpretationẽ huic legi omnino abſonam abſurdámue eſſe, ita quæ nos prodidimus, cõuenientiora arbitramur. Primũ quoniam ex ſubſequenti Theodoſij conſtitutione, quàm Aggenius refert, apparet inter quinq; pedes, nec poſt hãc quidem legem potuiſſe vſucapi. Deinde, quia ſi permiſſam hîc vſucapionẽ concedamus, iniqua hæc lex eſſet, cùm plurimis rationibus oſtenderim, eã legis XII. tabul. prouiſionẽ optimo iure inductã. Adde quòd huiuſmodi noſtra interpretatio lõgè eſt, vt ita loquar, notabilior: cùm enim pluribus caſibus æterna ſit (vt tu loqueris) autoritas, quos pontificij iuris ſcholiaſtes diffuſim refert [a], non debuit & hîc de finibus omitti, qui ſi hæc conſtitutio non eſſet, noua lege debuiſſet induci, adeò iure omni & æquitate confirmatur. Sed & in ambiguis eã interpretationẽ accipere ſatius eſt, qua legum veterum correctio omnis euitetur. Nec ab hac ſententia dictio, ſummota me diuerſum trahit, cùm, vt oſtendi, antea erãt qui generalibus cõſtitutionibus legem XII. tabul. correctam opinarentur, quibus cautum fuerat, XXX. vel XL. annis omne ius, omnem autoritatem extingui: nam & id ſubmoueri dicimus, quod in ſpecie tantũ adeſt, tametſi verè ſit extinctum [b]. Sed & fortaſſe poſſet vtraque ſentẽtia conciliari, vt ſi quæramus, Num menſor quinq; pedum præfinitionis in finali iurgio rationem ducere debeat; an verò menſuram ipſam ab ipſo termino ordiri: verius ſi eius præfinitionis rationem nõ habendã, & tuæ ſententię ſit locus. quòd ſi iam quinq; pedũ ſpatium inter vicinos fuerit relictum, & eorum alter vſucepiſſe ſe id alleget, ſubmoueri huius vſucapionis exceptionẽ ex noſtra interpretatione credendũ ſit: ſuſpicorque Tribonianum reliqua huius legis membra de Iuſtiniani Codice reieciſſe, quòd videret generaliter intra hęc verba coactam conſtitutionem, vtrunque ſenſum poſſe accipere, vtrunque etiam verum.

a Gl. c. cum nõ liceat. de præſcript.
b l. ij. ff. de cõp. §. fin autem. Inſtit. quibus alie. non lic.

B

C

D

E

NICOLAVS REGIVS DIVIONENSIS.

INCIPIAM quidem à fabula, ſeuerasque aures tuas tali ludicro, humaniſsime pręceptor, demorabor: ſed hæ nugę, quod illè inquit, ſeria ducent. Prouocauerat in pugnam cætera animalia ferociſsimus leo, ſeq; virium ſuarum merito ad regni faſtigium euectum volebat oſtendere: iam ſe caudæ verbere ſtimulauerat, iam omnib. erat formidabilis, cũ detrectantibus cæteris, inſectũ culex modicum, & de cuius ſexu inter Politianũ & Plautũ adhuc ambigitur, horribile claſsicũ concinuit: mirabãtur omnes, vnde tanta vox tã puſillo in corpore, vnde tubam illã inflaret, neſciebãtq; an ore caneret, an quod apud Ariſtoph. Socrates exiſtimauit, ἐκ τ' ἐμβρυγῆς. vtcumque βοὴν ἀγαθὸν εἶναι id eſt, quòd voce pręſigne animal eſſet, ſtrenuum quoq; arbitrabãtur, idq; vel Homeri teſtimonio: aderat enĩ ex Pythagorico dogmate in pauũ conuerſus. nec fefellit culex expectationẽ: interſepto narium leonis affixus, hoſtem aculeo fodiebat, miſereq; ſtimulabat, qui quò ſe magis tueri, & aggreſſorẽ reuellere conabatur, hoc ſeipſum vnguibus proprijs magis conficiebat, lancinabatq;: ſic extorſit palmam culex, moxq; arbori ſidens vocalem illam tubam rurſus inflauit, epiniciaq; ſua hac lege de Saturni tabulis accepta clauſit:



L. 5. Quinque pedum.

A

*Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum,*
*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*
*Ergò aude, in medio poſuit Deus omnia campo,*
*Vincere ſi nequeas, at voluiſſe ſat eſt.*

Vides quẽ attentos hoc apologo reddiderim auditores, vtq; Demoſthenica hac inuẽtione de te cõmeritus ſim, vt libenti me animo auſcultes, nec tametſi leuiter argumentantẽ, faſtidias. Docuiſti quid apud veteres eſſet præſcriptio, negaſtiq; latinè dici poſſe, nos huiuſmodi rem præſcripſiſſe, quòd pręſcriptio ipſa vſucapio non ſit, ſed vſucapionis exceptio: & vt fatear ſententiã hãc pleriſq; legibus conuenire, videor tamẽ mihi vnum itemq; alterum locũ annotaſſe, vbi interpretatio hæc non poteſt accipi. Et in primis Iabolenus, Si is, inquit [c], qui pro hærede fundũ poſsidebat, domino eũ locauit, nullius momẽti eſſet locationẽ, quia dominus rẽ ſuã cõduxit. Sequitur ergò, vt nec poſſeſsionem quidã locator retinuerit, ideoq; longi tẽporis pręſcriptio nõ durabit, &c. hæc enim verba, non durabit præſcriptio, id eſt, vſucapio, intelligi debẽt, q. & thema ipſum indicat: interogatus enim fuerat Iureconſultus, an durare vſucapionẽ putaret: nec dubiũ eſt ex interrogationis formula declarari reſponſionẽ [d]. Alterũ eſt, q. Diocletiani cõſtitutione ſic legitur: In ſeruorũ proprietatis negotio cũ vſucapio locũ habeat, ad quæſtionẽ lõgi tẽporis præſcriptionis ſuperfluò peruenitur [e]. Quib. verbis & diſtinctio à Doctorib. noſtris tradita probatur, & cõfutari opinationes tuæ videntur. Adde q. & tua illa de adiectiõe paradoxa nõ ſat firma ſunt, cũ iãdiu Laurentius Valla docuerit addictionẽ legendũ: cui ſententiæ & nuper impreſsi codices omnes adſtipulantur.

B

C

c l. ei à quo. de uſucap.

d l. ſi defenſor. §. j. de int. act.

D

e l. ij. C. in quib. cau. long. tẽpo.

ALCIATVS.

ACVTE tu quidẽ & facetè mecũ agis Regi, qui nos iã fatigatos fabella excitaueris, & doctis rationib. ceu aculeo quodã pupugeris. Præſcribere apud veteres, q. ſæpenumero admonui, præfinire, pręſtituereq; eſt qua in ſignificatione & Cicero vtitur, & alij omnes: vnde & actio de præſcriptis verbis in iure. Cùm igitur Modeſtin. definiat vſucapionẽ, acquiſitionẽ dominij eſſe per cõtinuationẽ poſſeſsionis tẽporis lege definiti, qd obſtat quin Iabolenus de ea tẽporis definitiõe intelligiatur, quã ipſe præſcriptionẽ vocet? ea enĩ præfinitio eſt, quæ nõ durat, & quæ vſucapioni neceſſaria eſt, vt ſatis apparet non diſsidere à rogato reſpõſionẽ: ſolentq; ſæpiſsimè veteres vſucapionem ipſam περιφραστικῶς longi tẽporis præſcriptionẽ, id eſt, definitionẽ appellare. Verũ & conſtitutio Diocletiani aliò reſpicit, quã tu arbitreris: non enim in ea hoc agitur, vt differentia verborũ declaretur, ſed vt de re ipſa decidatur, ſerui trienniõne vſucapiantur, an longi tẽporis pręfinitio expectanda ſit: pluribus enim reſponſis

E

F

probari poteſt, etiam longi temporis vſucapionem dici, quod à me ſuprà demonſtratum fuit. Nam quæ ex Laur. Valla adducis, minimùm me mouent, cùm veteres codices noſtræ ſententiæ aſſentiantur, eamq; tot tibicinib. fulcire poſsim, vt præiudicium Vallæ mihi timendum non ſit, multoq; minus chalcotyporum recentium, quibus mos eſt quęcunq; ille comminiſci voluit, alba amuſsi dijudicare: adeò graui periculo falluntur hi, quorum ſacroſancta eſt autoritas. Siquidē ſciendum eſt, omnem magiſtratuum ordinariorum iuriſdictionē tribus verbis conſtare, Do, Dico, Addico: quorum primum ad actiones perſonales attinebat, cùm actum erat aliquem dare facere oportere: ſequens ad rei vendicationem, vltimum ad executionem, quæ in ciuilibus non ſolùm addictio dici poteſt, ſed etiam adiudicatio[a]. In criminalibus verò eſt legis actio, qui modus loquendi vnde ortus ſit, alibi à nobis explicabitur. Ouidius:

a l. aliud. de verbor. ſign.

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.*
*Faſtus erit, per quem lege licebit agi.*

Liuius lib. 36. Fuluius, inquit, præconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet: ita de his, qui Calibus erant, ſumptum ſupplicium. Et rurſus: Lictor viro forti adde virgas, & in eum primùm lege age. Tacitus libr. xij. Auguſtus apud equeſtres, qui Ægypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent. Quoties igitur in iure legimus, quid fieri non poſſe, niſi apud eū, cui adiudicatio data eſt, vel legis actio[b], de magiſtratu ordinario intelligimus, cui ius exequēdi, id eſt, merum vel mixtum imperium competat. Vnde apparet venditionem, quę in diem fit, propriè addictionem non eſſe, in qua nulla iudicis neceſſaria ſit exequutio, ſed potiꝰ adiectionem. quod ſi quando rem addictam reperimus, vel ex emendatione Vallæ deprauati ſunt codices, vel μεταφορικῶς accipiendum. In pignore tamen prætorio addictioni propriè locum eſſe non negauerim, quoniā ea ſolutio iure executionis fit[c]: adijci tamen dominium potius quàm transferri. Hinc & Rubrica C. ne pro dote mulieris bona quondam mariti adijciantur: quo loco alij addicantur, alij abdicentur, eodem ſenſu legunt. Itēque alia, de fide inſtrument. & iure haſtę fiſcalis, & de adiectionibus.

b l. 3. de offi. procons. l. j. de off. iud. Alex.

c l. pro debito. C. de bon. aut. iud.

CAESAR CASATVS MEDIOL.

NON duces graue ſeu moleſtum, præceptor incomparabilis, ſi lampada, quam mihi nūc per manus (quod aiunt) traditam vides, alacriter ſuſcepero, feſſosq; hos ac valde concuſſos commilitones meos in agmē recepero, tuumq; ſimul impetum audacter ipſe ſubiens excepero: cùm pręſertim non ea me hercle cauſa huic palęſtræ me accingam, quòd ea, quæ perdoctè à te & eleganter dicta ſunt, nec probem, nec commēdem: ſed vt in quo mihi quidem familiariter roganti, aut quærenti nunquam ſoles deeſſe, in eo nunc potiſsimum diſputanti adſis, aliquidq; non paruo nobis vſui futurum laceſsitus in medium afferas, & ex opulentiſsimo legalis prudentiæ ſacrario te dignas traditiones expromas, qui non in libellis, vt apud Cic. inquit Mutius, ſed in maximis cauſis, & in hoc iuſtitiæ domicilio, iuriſque peritorum cœtu, ſis conſilio, lingua, & eruditione cum paucis facilè princeps, vt cuius veſtigia perſequi cupimus, eius ſententiam ſciſcitemur, reſponſaq; efflagitemus. Sed iam cōmittamus, & ad manus (quod dicitur) veniamus: Et quoniam non ita ieiunè inconſiderateque in his agendum eſt, in quibus aliquod, ac præſertim ſalutis æternæ verſatur periculum, neque tam facilè à maiorum noſtrorum vnanimi ſententia abſcedendū, propoſui mihi ex pronuntiatis tuis infirmādum illud maximè, confutandumq;, quo exceptione vſucapionis tutum poſſeſſorem, ſi deinde malę fidei ſit effectus, negas in hoc, quod A dicunt, conſcientiæ foro tutum eſſe. Mouent me contra id quàmplurima, ſed tria præcipua, quib. præ cæteris nitar. Primum illud eſt, quòd cum aſſeras rationem, qua in primis introducta fuit vſucapio (nempe vt aliquis eſſet litium finis) hoc in foro ceſſare, nobis videtur id haud ſatis defendi poſſe, cùm lege euangelica à noſtris pontificibus, vt in omnibus reliquis, ita & in hoc capite recepta, publicaq; ſanctione confirmata, admoneamur, ſi qua inter nos oriatur controuer- B ſia, poſteaquam eum, qui iniquè agit, ſecreta monitione tentauerimus ab inſtituto ſcelere auocare, nihilq; nos propterea obtinuiſſe animaduerterimus, Eccleſiæ tum demum omne quicquid eſt inter nos iurgij contentioniſq;, exploratum notumq; facere: cuius arbitrij deinde ſit ac notionis, ſontem nocentemq; coercere. Qua ex re planum eſt ac manifeſtum, locum adhuc litibus in his conſcientiæ finibus fore, cùm ad id nullo alio quàm conſcientiæ iure adſtringamur. Alte- C rum eſt, quòd Moſæ legib. ab ipſo Deo antiquitùs traditis, ei qui prædium vrbanum venundederit, præſcriptum vnius anni tēpus ac pręfinitū conſtat, vt Leuitici cap. 25. ſcriptum eſt, intra quod ſi id non redemerit, nulla ſit ei ampliùs emptorem inquietandi facultas: vt hoc argumento nemo ſit, qui non fateatur non delinquere illum, qui prædium illud tanquam vſucaptum non reſtituat, tuamq; conſequenter ſententiam ambiguam cenſeat. Extremum quod me pupugit, vt tecum non ſentirem, eſt, quoniam iure pontifi- D cio[d], quod diuino ſubnixum eſt, conſtitutum videmꝰ, vt qui in tam diutina libertatis poſſeſsione fuerit, vt eam longo vſu potuerit cepiſſe aduerſus quemcunq; agentem, hac exceptione tutū ſe intelligat, ac de reliquo nulla queat ei quęſitæ libertatis adimendi cauſa fieri moleſtia. Quapropter tam ex hoc, quàm ex cæteris à me aduerſus hoc axioma tuum in medium productis hæſitaturos nonnullos arbitror, num tibi ſuffragentur, contracturosq; gradū, ne priùs in ſen- E tentiam tuam pedibus currant, quàm tuum reſponſum perceperint: neq; enim ambigo, quin te audito, vniuerſi ſint in tuam partem tranſituri. Apud me tu quidem, præſtantiſsime pręceptor, eum locū ſine controuerſia tenes, in quo Pythagoras à diſcipulis ſuis omnibusq; ſui temporis ſtudioſis viris, ſumma cum laude, ſummaq; cum gloria ſolitus eſt haberi: nam poſt multas tandē altercationes diſceptandi magis, quàm tibi reſiſtendi inter nos ortas, tibi ſemper, vt ſcis, atque F par eſt, ſoleo cedere, tecumque conuenire, in primiſque illud non iniuria pręidicare αὐτὸς ἔφα. Reliquum eſt nunc, ne, quæ tua eſt humanitas, diutius nos ſuſpenſos opperienteſq; detineas, votoque ac expectationi noſtræ inſigni aliquo reſponſo, atq; ex interiorum literarum ſecretioriſque doctrinæ penu exprompto, facias, vt ſoles ſemper, ſatis.

d c. cum olim. de priuil.

ALCIATVS.

SVBTILITER argumentaris, ſed non tamen vt



vt aphoriſmos meos penitus conteras. Ais in foro conſcientię adhuc conſiſtere rationem vſucapionis, cùm in eo quoque litibus locus ſit: at ipſe illa Euangelij verba, Si non audiuerit dic Eccleſię, non eò dicta arbitror, vt hoc caſu nos ad iudicium relegent, liteſque coram epiſcopis nouas inſtrui velint, ſed Eccleſiæ dicendum, vt multis delictum innoteſcat, qui deteſtationi peccātem habeant, quo opprobrio adactus ille bonam fidem agnoſcat: ſicque eum locum Matthæi cap. XVIII. Hieronymus interpretatē, ſic & cæteri veteres Theologi. Nec enim Pontificia conſtitutio ſemper in foro conſcientię locum eſſe denūtiationi Euangelicæ iubet, cùm de occultis Eccleſia non iudicet: hoc autem occultū eſt, cùm lapſo tanto tempore, ne vllus ſit litibus locus, quēquam audire amplius nolit, ſed diuino relinquat iudicio: nam & Pontifex ipſe ſummus, denunciationi illi non ſubijcitur, quoniam de eo Eccleſia nō iudicat, & tamē diuino iudicio alligatur. Sic exiſtimarem in eo qui rei iudicatę exceptione eſt tutus: nō enim vlteriore lite vexandus eſt, cū ſatis ei futura ſit diuina vltio: quo fœdere, veterum hac in re altercationes cōciliari poſſunt. Quod verò ex Biblijs adducis, non ſanè difficilē habet reſolutionem, cùm eo in caſu conceſſa ſit vſucapio, quoniam à vero domino domus comparatur, nec emptor vnquam malæ eſt fidei: quomodo enim rem alienam eſſe credet, quā à vero domino ipſe emit? nec hîc de rei alicuius corporalis vſucapione agitur, ſed de iure redimendi, & ne iubilæo quidem anno reſtituendi: quod ius lex vtiq; auferre poteſt, cùm non ideo aliena cū iactura locupletetur quiſquam, nullaq; naturalis ęquitas repugnet. Sed & haudquaquam ipſe cōceſſero, quicquid Hebræorum lege traditū, iuris diuini ita eſſe, vt nos in foro conſcientię obliget: alioquin non iure Quiritum nos viuere, ſed Moſaico oporteret, cū ea dogmata à nobis Chriſtianis admiſſa ſint, vt ἀλληγορικῶς ea obſeruemus, nō, quod dicitur, ad literam, quæ, vt inquit Paulus, occîdit, cùm ſpiritus viuificet. Quod ad extremū atinet, cùm nihilo fortius vrgeat, quā pleraq; alia à nobis ſubmota, poſſem ea reſponſione cōtentus eſſe, vt dicerem, in ciuili vel in pontificio foro eam decretalem latam eſſe, non in cœleſti. Verùm & aliter diſſolui hic nodus poteſt, diſtinguendumque arbitror inter rerū vſucapionem, & libertatis. Qui rem vſucepit tutus nō eſt, quoniam domino iniuriam facit, cuius dominium lege quoque diuina approbatū eſt. At qui libertatis ius acquirit, nihil aduerſus diuinam legem molitur: ſiquidem cùm terram & animantia creaſſet Deus; Faciamus, deinde dixit, hominē, qui eis dominetur vt autem homo homini imperet, diuini iuris nō eſt, ſed gentium potius, quo bella orta, & captiuitates ſequutæ ſunt. Qui igitur A dominiū alteri aufert, ius illi à Deo conceſſum aufert: qui iuriſdictione ſe per vſum liberat, is non Deo aduerſatur, ſed hominum conſtitutionibus: vt meritò alter diuina ſententia tutus ſit, alter non ſit. Nec noua videri debet hæc differētia, cùm & alijs in caſibus idem obſeruatum appareat, ex quibus vnum exempli cauſa propoſuiſſe ſatis erit. Ecce tibi, ſęcularis (vt vocant) ſeu non initiatus decimas perſonales vſucapere poteſt, prædiales non poteſt: quoniam quæ ex prę- B dijs debentur, iuſſu diuino præſtandæ ſunt: is enim dominia rerum, quæ mortalibus dederit, hac affecit obligatione: at perſonas Deus creauit liberas, ſuaque ipſorum hominum improbitas, vt alter alteri ſeruiat, effecit. Quo fit, vt perſonales decimæ non iure diuino, ſed humano potius inductæ à pleriſque cenſeantur, quod in præſentia diffuſis attingere operæpretium non eſt, præſertim cùm clepſydra me admoneat coronidem diſputationi huic noſtrę tandem appo- C nendam, & grauiſsimos hoſce patres, qui honoris cauſa nobis aſsiſtunt, nō vlterius morandos.

L. 5. Quinque pedum.

GRATIARVM ACTIO.

SVPEREST vt vobis, ampliſsimi patres, gratias agam, non quidem quas ego vellem, ſed quas poſſum: maiora enim incomparabili veſtra humanitate de me meruiſtis, quàm quę ipſe mediocri vir ingenio poſsim verbis exprimere, nedum factis rependere. Aeſchinis igitur erga Socratem exemplo, cùm nihil vobis dignum quod D præſtare poſsim habeam, hocque ſolo nomine paupertatem deprecer, quod vnum habeo meipſum vobis trado: feciſtis enim (quod Furn. ad Auguſtum Cæſarem dixit) vt & viuerem, & morerer ingratus, qui tot beneficijs in me collatis paria facere nunquam potero. Dixi.

OPERVM
# D. ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENSIS, I. C. CELEBERRIMI
# Tomi III. Pars II.

*Titulos explicatos & leges Codicis aliquot continens.*

## Qui admitti ad bonorum poſſeſsionem poſſunt, & intra quod tempus.

† Cic.lib.6. tit.9.

*Rubrica.* †

1 *Diſputata definitio bonorum poſſeßionis.5.*
2 *Hæreditas variè aditur.*
4 *Perſecutio quid.*
7 *Decretum in bonorum poſſeßione neceſſarium.10.*

*Qui admitti ad bonorum poſſeßionem a poſſunt, & intra quod tempus.*

1 QVAERIT Glo. quæ† eſt de-
a finitio bonorum poſſeſsio-
nis a? reſpondet ſecundum
l. iij. §. j. ff. de bon. poſſeſſ.
Contra illam definitionem
obſtat primò, quia compe-
tit petitioni hæreditatis: B
ſed reſponde, vt hîc in gloſ.
Sed ſecundum gl. obſtat: quia hoc modo decla-
rata competeret hęreditati: propter hoc contra-
rium gloſſa addit definitioni vnum verbum, ſci-
licet ius prætorium. Iſtam additionem reprobãt
Bart. Alex. Cor. & Mod. qui tamen non ſuſtinẽt
definitionem Iuriſconſulti. Ego ſuſtinebo, nihil
omnino addendo. Quare debemus ſcire, quòd
vbi aliquis mortuus eſt, ante aditam hæreditatẽ
in mortui locum ſuccedit quoddam ius defun- C
cti perſonam referens: iſtud ius dicitur hæredi-
tas: ita declarat Bart. in rub. ff. de acquir. hæred.
2 Hoc† ius aliquando aditur ex lege XII. Tabula-
rum, vel ex Senatuſconſultis: aliquando aditur
per bonorum poſſeſsionem, quæ vt plurimũ eſt
de iure prætorio. Illud ergo ius eſt introductum
3 ad petẽdam poſſeſsionem bonorum. Et† quam-
uis quis habeat corporalem poſſeſsionem, verũ-
tamen neceſſe eſt quòd adeat prætorẽ, & implo-
4 ret officiũ iudicis, qui decernat ſuper ea. Illa† im- D
ploratio officij iudicis dicitur perſecutio, l. pecu
niæ verbum. §. perſecutionis. ff. de verbb. ſignif.
5 not. Bart. in l. j. ff. de iur. om. iud. Bonorum† poſ-
ſeſsio ergo eſt ius perſequendi retinendiq́; : Ius,
eſt genus: Perſequendi, retinendiq́; ſunt diffe-
rentiæ, nam per poſſeſſoriã hæreditatis petitio-
nem rem retinemus, non perſequimur: ſicut nec
per hæreditatem perſequimur, quod retinemus:
in bonorum poſſeſsione ſic: quia quamuis ha-
beam rem, tamen neceſſe eſt perſequi, & implo-
rare officium iudicis, propter decretum. Et hoc
eſt verũ de iure Digeſt. quo iure facta fuit illa de-
finitio: de iure verò Codicis nõ videtˀ neceſſariũ
decretum, per l. fi. j. eo. & ita ſe habet communis
opin. Ipſe contrariũ tenui in l. j. ff. de iur. om. iud.
quem articulum (quoniã ibi latè tetigi) hîc non
refero, & ſic ego ſuſtineo definitionẽ Iuriſc. pro
qua facit, quia tex. dicit† ius retinendi perſequẽ- 6
diq́;, nã de natura copulæ eſt, vt coniungat: quo
caſu requiritˀ concurſus vtriuſq; copulati, l. ſi hæ-
redi plures. de cond. inſtit. Bart. in l. j. ff. de
iuſt. & iur. l. ſi is q ducenta, §. vtrũ. de reb.
dub. aliàs Iuriſc. dixiſ A
ſet perſequendíve, quo caſu ſuſtentabilior eſſet
opin. gl. & ſic habes, q bonorũ poſſeſ. eſt ius ad-
eundi bon. poſſ. hær. per. ius, per quã adimus: &
hoc eſt de mẽte Bar. in d. l. 3. & in l. j. j. e. licet Dd.
non aduertant, & Bulg. in rep. impugnet, ſed ma
lè. Ex iſta definitione ſic declarata reſultat cõclu
ſio, q† in bon. poſſeſ. requiratˀ decretum. quæ o- 7
pin. eſt cõmunis, & eam oẽs tenent in l. imperiũ.
ff. de iuriſ. om. iud. Mod. tñ Rep. hîc dicũt hoc eſ-
ſe verũ in bon. poſſeſsionib. q̃ non tribuunt ius: B
ſecus in his, quæ tribuunt ius. Mouentur primò
per tex. in l. 3. §. ſi cauſa. ff. de bon. poſſ. tit. genera
li, ponderando cõditionẽ poſitam in prin. d. §. ſi
cauſa, quę denotat regulã in contrariũ. Sed iſtud
fundamentũ nil facit: quia aſſumptũ eſt falſum.
Item quia illa conditio eſt poſita reſpectu extra-
ordinarium, in† quibus aliquando non requi- 8
ritur decretum, vt in l. 3. §. duæ. ff. de Carb. edict.
veluti quando cognoſcitur niſi ſemiplenè: & ita
C intelligit gloſ. in d. §. ſi cauſa. facit, quod not. in l.
cognitio. §. fi. ff. de offi. eius, cui. & ita reſponde-
tur etiã ad tex. in l. ij. §. dies. ff. quis ordo in bon.
poſſ. ſer. item mouentur per text. in l. cùm qui-
dam. ff. de bon. poſſ. Sed intellige eum agnouiſ-
ſe bonorum poſſeſsionem edictalẽ tantùm, non
decretalem. Item adducunt tex. in l. j. §. ſufficit.
ff. de bonor. poſſ. ſec. tab. vbi dicitur, qđ† bono- 9
rum poſſeſsio ſecundum tabulas agnoſcitur nõ
prolatis, vel apertis tabulis. Sufficit (inquit Iuriſ
D conſ.) extare tabulas, etſi nõ proferantur, & pòſt
paulò, Nec enim opus eſt aperire eas, &c. & ſic
abſq; cauſæ cognitione: ergo ſine decreto. Sed
reſponde, quòd imò requiritur cauſæ cognitio,
non ſuprà dictæ, ſed aliæ. Item negatur conſe-
quentia, Non requiritur cauſæ cognitio, ergo
nec decretũ, per text. in d. l. ij. §. dies. ponderan-
do alternatiuam. Item mouentur per text. in l. ij.
§. ſi quis ex liberis. ff. ad Ter. ibi, bonorũ poſſeſ-
ſio facti denotatur per verbum Decreto. Sed re-
ſponde, quòd per hoc nõ negat, quin decretum
requiratur in alijs: & ita reſpondent ad alia qua-
tuor fundamenta per eos relata. Quintò alle-
gant tex. in l. fin. §. nos itaq;. C. de cur. fur. ſed ad
eum vide, quæ poſui in l. j. ff. de iur. om. iud. vbi
tenui, quòd† hodie in bonorum poſſeſsione re- 10
quira-



quiratur decretum, ſicut olim. Ex qua opin. re-
manent claræ duæ quæſtiones, relatę hîc per A-
lex. & Mod. Peruſ. vide per eos.

LEX I.

2 *Hæreditatis & bonorum poſſeßionis differentia.*
4 *Ignoranti an hæreditas delata dicatur.*
6 *Furioſi maior, quam abſentis fauor.*
10 *Voti & pollicitationis diſcrimen.*
15 *Pater per filium non niſi interdum obligatur.*
19 *Tacitum quandoq; plus expreſſo nocet: eiuſq; declaratio.*
25 *Quomodo per præſcriptionem patri præiudicetur.*
26 *In correctoriis fauorabilibus locus eſt extenſioni.*
29 *Verbum Amittitur, denotat ipſo iure.*
34 *Filiusfamilias poteſt implorare officium iudicis ſine patris conſenſu.*
37 *Aduentitiorum ratio quoad acquiſitionem.*
44 *Furioſus qualiter tacitè ratum poßit habere.*
47 *Ratihabitionis in hæreditate non eſt operatio.*
48 *Filius tempore excluſus vt filius, an admittatur vt agnatus.*

LEX I.

*Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Macrinæ.*

BOnorum a poſſeſsio filiofamilias delata (cùm igno-
A rante quoque patre poſsit peti) emolu-

a
Notab.I. BONORVM a. ¶ Nota primò, q
1 † quando filius in poteſtate inſti-
tuitur hæres ab aliquo, dicitur illi
delata ſucceſsio. Sed contra hoc
not. inſtatur. Illi dicitur delata hæ-
reditas, qui adeundo eam conſequi poteſt, l. de-
lata. ff. de verb. ſig. ſed filius non poteſt conſequi
abſque iuſſu patris. ergo, etc. Fortiùs videtur,
quòd imò illi ſpes, quam habet filius, non ſit ap-
probata à iure, ex quo conſiſtit in voluntate ho-
minis, per text. vbi Bart. not. ff. ad leg. Fal. l. pre-
2 tia rerum. Vnde† ego pro ſolutione ſatis puto,
quòd ſi loquimur in hæreditate, nõ dicatur pro-
priè filio delata, niſi poſt iuſſum patris, ſecundũ
l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred.
In bonorũ poſſeſsione verò etiam ante iuſſum:
quia ſatis eſt ratificatio, vt hoc tex. Sed contra id
vltimum inſtat Lanc. hîc, ex quo iſtam bonorum
poſſeſsionem filius non conſequitur, ſed tendit
ad patrem. l. placet. ff. de acquir. hæred. Non di-
cimur enim conſequi, quòd apud nos non rema
net, l. fin. §. fin. C. de bon. quæ lib. Sed reſponde,
3 quòd† imò filius conſequitur, licet poſtea in a-
lium tendat. Nec obſt. d. §. fin. quia fateor eſſe
paruam vtilitatem, ſed tamen conſequitur. Ex
4 his dubitant Doct. vtrùm† ignoranti dicatur de-
lata hæreditas? Circa quam quæſtionem Alex.
& Imol. in l. is poteſt, de acquir. hæred. tenẽt par
tem affirmatiuã. pro quibus facit: quia furioſus
& abſens, & ſic ignorans, æquiparantur, l. furio-
ſus. ff. de re iudic. Sed furioſo dicitur delata hæ-
reditas, l. j. ff. de bon. poſſeſſ. quę fur. infan. ergo,
etc. Sed ad hoc reſponde, quòd imò non eſt de-
lata, l. j. §. furioſi. ff. de ſuc. edi. ſed eſt ſpecialis in
5 eo, quòd† lucrum & vſusfructus defertur furio-
ſo, vt ibi not. eſt enim extraordinaria, quæ non
6 nititur cõmunibus regulis. Item† plus fauetur
furioſo, quàm abſenti, l. diuus Marcus. ff. de offi.
præſ. Secundò pro hac parte adducitur tex. in l.
Pantonius. ff. de acquir. hæred. vbi reſtituitur i-
gnorans in integrum, & filio abſenti dicitur de-
lata hæreditas. Sed reſponde, quòd aliud eſt in
ignorante, nam cùm aditio hæreditatis & bono
rum poſſeſsionis multùm conſiſtant propter a-
nimum, certè ignoranti non dicetur delata. Ex
his tamen concludunt Doct. quòd in ſtatuto di-
cente, quòd hæreditas delata tranſmittatur ad
quoſcunque, hæreditas delata abſenti tranſmit-
tetur. Quod verum puto, ſi ſcierit ſibi delatam:
ſecùs, ſi ignorauerit. Picus tamẽ hîc
conatur indiſtinctè
tenere opin. Alex.
q̃a ratio ſtatuti eſt
ꝓpter varias occu-
pationes hominũ,
vt illis ſubueniat, & cùm ſit vnica, debet haberi
ꝓ expreſſa, l. quãuis. C. de fideicom. Et poſſumus
ex ea arguere, vt ibi not. & per Alex. in l. ſi con-
ſtante. ff. ſol. mat. Sed hoc fundamentũ eſt truſ-
fatoriũ, quia hoc modo etiam occupato per du-
bitationem diceretur delata hæreditas: quod
eſt contra l. nec nos. C. de poſtli. reuer. l. quòd ſi
B dubitet. ff. de acquir. hæred. arg. de dubitatione
ad ignorantiam, arg. not. per Bald. in rub. de con
trouerſ. inueſt. & not. per Alex. in l. quãdiu. j. eo.
Bal. in c. j. per quos fiat inueſt. facit text. in l. fin.
§. ſin autem. C. de furt. et tex. in l. manifeſtiſsimi.
§. tales. C. de furt. & in l. fin. C. de cond. inde. Itẽ
poſſet negari illa doctrina gl. in d. l. quamuis. Et
contrariũ tenuit Bart. in l. liberorum. ff. de verb.
ſig. & dixi in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de
lib. & poſthu. Item eſt diuerſa ratio: fortaſsè ille
C abſens & ignorans ſi ſciuiſſet, repudiaſſet. vnde
non videtur, quòd cõpræhendatur in ſtatuto.
Contrariam igitur opi. tenet Iaſ. hîc, & Mathe-
ſil. in quodam not. & alij relati per eos: pro qui-
bus facit, quia furioſo propriè loquendo non eſt
delata hæreditas, d. §. furioſi. ergò nec ignoranti
rerum, etc. Ad hoc tamen poteſt reſponderi, ma-
iorem rationem impedimenti eſſe in furioſo, q̃
in ignorante. nam furioſus habet impedimentũ
naturæ, quod fortius eſt, l. ſi quis poſthumos. ff.
D de lib. & poſt. Secũdò facit d. l. Pantonius. retor-
quẽdo eam. nam† tibi ideò ſuccurritur, quia iam 7
à procuratore erat deſtinata ſaltem ſpe, & erat
propriè delata, ect. ¶ Nota ſecundò, ſecundum Notab.II.
Alex. quòd† filiusfamiliâs in petenda bonorum 8
poſſeſsione habet intergram perſonã. Quod de-
clara, vt hîc per Bar. & Alex. Aduerte tamẽ, quia
ea petita, iſta bonorum poſſeſsio nullum habet
effectum, donec ratificetur à patre. Imò nec obli-
gat filium, cùm tamen aliàs obligetur ex omni-
E bus contractibus præter mutuũ & votum, l. tam
ex ff. de iud. l. filiusfamilâs. ff. de act. & ob. Sed
ad hoc reſpondet Bar. in l. vj. ff. de acq. hær. quòd
talis agnitio eſt par voto, cùm pendeat ex mera
voluntate: & filiusfamiliâs voto non obligatur,
l. ſi quis. de pollicitat. Iſtam rationem impugnat
Caſt. in l. inuitum. ff. de acq. hær. quem ſequitur
Alex. & Aret. & Iaſ. in d. l. vj. Alex. et Iaſ. hîc, quòd
imò non æquiparatur voto, ex quo votum con-
ſiſtit in ſola voluntate, aditio† verò requirit de- 9
F clarationem animi: not. in l. xx. ff. de acq. hær. &
colligiur ex doctrina Bar. l. cùm hæredes. ff. de
acq. hær. In ſuſtinendo Bar. dic, quòd Caſtr. non
intellexit, quid ſignificet votum, in d. l. ſi quis.
nam† inter pollicitationẽ & votum hoc inter- 10
eſt quòd pollicitatio fit reipublicæ, vel ciuitati;
votum verò fit principi: vtrunq; tamen expreſ-
ſis verbis. nam de iure ciuil. ex ſolo animo nemo
obligatur, l. cogitationis. ff. de pœnis. Non ob-
ſtat, quòd not. in d. c. iij. quia aliud eſt in voto fa-
cto Deo, qui eſt ſcrutator cordium, & qui ſolam

mentem conſiderat, de pœnit. diſt. j. c. nunquid
Cаim. & xiiij. q. v. ſi quid inueniſti. Aliam tamen
rationem aſsignant Raph. Imol. Paul. Caſtr. &
Alexan. in d. l. qui in aliena. quòd illud eſt, quia
cùm filius ipſe non acquirat ſibi, l. placet. ff. de
acquir. hæred. non
debet itaque obli-
gari, l. ſecundũ na-
turam. ff. de regul.
iur.

**mentum etiam patri allatura, ſi ratam[a] petitionem pater habuerit, amitti-**

A Iſtam impu-
gnat Aretin. in d. l. qui in aliena. & Iaſ. hîc: quia
eadem hæc procederet in contractibus vltrò ci-
troque obligatorijs. quod tamen eſt contra d. l.
tam ex contractibus. Tertia ratio aſsignatur
per Dec. Seniorem in l. iuris. j. eod. Iaſ. hîc, & in
11 d. l. qui in aliena. quòd † filius non obligatur ad
onera, quia hæreditas eſt quid indiuiduum, l. ij.
ff. de acquir. hæred. vnde cùm non habeat hono-
res filius, nec onera ſubire habet. Contra iſtam
rationem poſſet induci gloſ. in l. j. §. furioſi. ff. de
ſuc. edict. & in l. j. ff. de bon. poſſ. quæ fur. infan-
ti, &c. Et hoc modo intelligendo impugna, vt
hîc per Philip. Dec. Sed mihi videtur, quòd Iaſ.
æquiuocet. non enim quærimus de oneribus i-
pſius hęreditatis, prout ipſe intelligit, ſed vtrùm
filius ipſe ex eo quaſi contractu, qui eſt factus per
aditionem hæreditatis, obligetur creditoribus
hæreditarijs ad aliquid, non vigore debiti hæ-
reditarij, quo caſu poſſet procedere opinio Iaſ.
ſed vigore illius ſui quaſi contractus. Quarta
ratio aſsignatur per Aretin. in d. l. pluries alle-
gata, qui licet obſcurè loquitur, tamen in effe-
ctu vult dicere, quòd filius nõ obligatur, ex quo
nihil ſibi acquirit, nec agit tam propter ſe, quàm
propter patrem, ita quòd in filio eſt ſolùm quæ-
dam facultas adeundi, quæ eſt impropriè ius:
vnde in iuribus bene obligatur: allegat text. in
l. acquiritur. §. j. ff. de acquir. rer. dom. iſta ratio
ſatis placet, & eſt eadem cum ſecunda, ſi ſecun-
da bene intelligatur. pro hac facit, quia etiam
merus executor in nihilo obligatur, vt eſt text.
in l. alio. vbi not. ff. de alim. & cib. leg. In quan-
tum tamen Aret. dicit, quòd ius adeundi reſidet
in patre, & in domino, non in filio, aut in ſeruo,
iſtud ego puto falſum, per textum in l. pretia re-
rum. ff. ad l. Falc. & ea, quæ not. Bart. in l. is. po-
teſt. alleg. hîc per Decium Iunior. Secundam ra-
tionem aſsignat Decius Iunior, quia filius adit
pro patre, & ſuæ intentionis non eſt ſe obliga-
12 re. vnde † non debet remanere obligatus præ-
ter ſuam intentionem, arg. l. nõ omnis. ff. ſi cert.
per. & l. multum intereſt. ff. ſi quis alteri, vel ſi-
bi. Sed contra has quatuor vltimas rationes ob-
ſtat: quia idem eſt in contractibus. nam & con-
tractus indiuidui ſunt, l. ſi quis aliam. ff. de ſolut.
l. quòd ſi vno. ff. de in diem addict. Item ius ad-
eundi eſt ius, ſicut etiam in contractibus ineſt
ius, d. l. pretia rerum. Item videtur agere pro pa-
tre, ex quo illi acquirit. Item in contractibus e-
tiam, cùm acquirat patri, & ſciat iura, vel præ-
ſumatur ſcire, l. leges. C. de legib. non poteſt di-
ci obligatus præter voluntatem. Poſſet tamen
fortè dici, quòd ſi mens filij eſt, vt ſe obliget, va-
leat obligatio: aliàs ſecùs. nam textus in l. final.
circa princ. ff. quis ord. non multum obſtat, vt
hîc per Decium. Aduerte tamen circa rationem
Bart. primo loco aſsignatam. nam contra eam
adducit Picus hîc, quia ſatis poteſt procedere
in hęreditate: in bonorum verò poſſeſsione non
videtur bona, cùm tunc non æquiparetur voto,

ex † quo in bonorum poſſeſsione vltra animum 13
requiritur etiam factum, veluti etiam decretum
iudicis, &c. l. fin. j. eod. Poſſet dici, quòd bono-
rum poſſeſsio acquiritur animo: decretum ve-
rò adhibetur ratione confirmationis. Vnde con-
firmãs nihil de no-
uo dare cenſetur, l.
more. ff. de iuriſ-
dict. omn. iud. vbi
Modern. facit, quod
not. Bald. in l. qui indignus. ff. de ſenat. Et quòd
tale decretum ſit confirmatorium, tenet Bulg.
Sen. in rubr. huius tituli, quem ſequitur Philip-
pus Decius. Probo viuo fundamento: nam † de- 14
cretum iudicis eſt auctoritas à iudice interpoſi-
ta, l. j. C. de præd. min. iuncta rub. C. quando de-
cre. opus non eſt. ſi igitur eſt auctoritas, ergo ni-
hil de nouo dat, ſed ſolùm confirmat. Vnde di-
cimus, quòd auctoritas poteſt interuenire etiam
B poſt factum, l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi Notab. III.
Scrib. ff. de acq. hæred.[a] ¶ Nota tertiò ex textu, a
ibi, *ſi ratam*, &c. quod † per filium patri ignoran- 15
ti bonorum poſſeſsio non quæritur. ratio vide-
tur, quia eſt illi admixtum onus: ſecùs, vbi de ſo-
lo lucro ageretur, prout etiam in ſeruo inuito di
citur, l. iij. C. de pact. Sed arguo primò contra
not. ſecundò contra rationem ipſius: pater † po- 16
teſt obligare pupillum in his, quæ habent per-
mixtum onus cum honore, licet ad merum o-
C nus non: ita concludit Bartol. in l. fin. §. j. ff. de
verb. oblig. ergò pariformiter deberet idem eſ-
ſe in filio, vt licet non poſsit obligare patrem
in damnum, poſsit tamen, quando damnum
eſt permixtum lucro, arg. vigore correlationis,
circa quam in ſimili adducunt Mod. multas de-
ciſiones in rubr. ff. de acquir. poſſeſ. Sed ad i-
ſtud poſſet reſponderi, quòd quæſtio Bartol. in
d. §. j. loquitur, quando filius adeſt, & pater præ-
ſtat auctoritatem: ſed in noſtro caſu pater abeſt,
D & ignorat. Iſta tamen ſolutio poteſt ignorari:
quia licet filius ibi adſit, adeſt ob maiorem cau-
tionem: nam alioquin eſt tanquam abſens, l. pu-
pillus. ff. de acquir. hæred. quare dic, quòd ma-
iorem libertatem habet pater in filium, quàm fi-
lius in patrem, l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. l. li-
be. in fin. ff. de verb. ſign. Porrò contra rationem
not. inſiſtit hîc Philip. Decius, quia non videtur
vera, quia ea attenta filius acquireret donatio-
nem patri inuito, quod eſt contra l. hoc iure §.
E non poteſt. ff. de donation. Propter hoc recurrit
Philip. ad ſolutionem Ang. in §. item vobis. In-
ſtit. per quas perſ. nob. acqui. quòd aut agimus
de acquiſitione reuocabili: & procedit d. §. non
poteſt. & reg. l. inuito. ff. de regul. iur. aut loqui-
mur de acquiſitione irreuocabili, & tunc ſecùs.
Hanc ſolutionem tenent hîc Mod. Papienſes,
& fuit primò glo. in l. etiam inuitis. ff. de acqui-
rend. rer. dom. & Ioan. Fab. in d. §. item vobis.
Mihi non ſatisfacit, quia † verba cum effectu 17
F ſunt intelligenda, l. penult. §. docere. ff. ne quis
eum, qui. l. j. §. fin. ff. quod quiſque iur. Qua-
re aliàs in d. l. ij. C. de pact. dedi aliam ſolutio-
nem, quòd beneficium, vel donatio non con-
fertur inuito: quia ſi conferatur, non cenſetur be
neficiũ, vel liberalitas, ſed onus, vt eſt tex. quem
ad hoc ſingulariter no. Ange. in apoſt. ad Bartol.
in l. ne quis. C. de decur. libr. x. facit contrario Notab. IIII.
ſenſu l. Sabinus. ff. comm. di. ¶ Not. quartò ex
18 fi. tex. iuncta l. fin. in prin. j. de bon. quæ lib. quòd
† filius repudiãs bonorũ poſſeſsionẽ tacitè, & ſic
per



per præſcriptionem, nocet patri: & hoc probat
text. noſter in fin. ibi, amittitur tranſacto tem-
pore: ſecus, ſi expreſsè. Et ex hoc corollariè in-
19 fertur, quòd † plus nocet tacitum, quàm expreſ-
ſum. vltra allegata hîc per omnes Mod. eſt text.
in l. filiusfamiliâs. §. veterani. ff. de procur. Ratio-
nem aſsignat Bald. de qua hîc per Mod. Vltra
eum potes dicere, quòd quando filius expreſsè
repudiat, nulla culpa poteſt aſsignari patri: ideo
A illi ſuccurritur. Sed quando repudiat permit-
tendo præſcribi, tunc bene poteſt imputari illi
culpa, quia fuit negligens deſinendo tranſire
tempus. Vnde vigilantibus, non dormientibus
leges ſcriptæ ſunt. l. pupillus in fin. ff. quæ in
fraud. credit. Pro hoc not. facit deciſio Bart. &
aliorum in l. cùm mota. C. de tranſact. vbi vo-
20 lunt, quòd regula, quæ habet, quòd † per litis con
teſtationem actio tranſmittatur ad hæredes, pro
cedit, niſi illi ſit renuntiatum per teſtatorem ex-
B preſsè, vt ibi: ſecùs, ſi tacitè, puta per præſcri-
ptionem, licet Aret. ibi videatur tenere contra-
rium. Sed vide, quæ ibi dicuntur: non eſt no-
ſtra materia. Aduerte tamen, quia contra iſtud
not. eſt communis regula firmata per Ioan. And.
in Mercur. c. ſcienti. de reg. iur. & per do. Abb. in
c. dilecti. de foro compet. vbi volunt, quòd plus
non operatur tacitus conſenſus, quàm expreſ-
ſus: idem tenet Aret. in d. l. cùm mota. & Aret.
in l. ex duobus. la j. ff. de duob. reis: idem tenet
C Bartol. in l. ſi conſtante. in prin. in vj. quæſt. j.
partis, ff. ſol. matri. In contrarium etiam obſtat
doctrina Bart. in l. item quia. ff. de pact. Iſta ma-
teria egeret maxima declaratione: tamen pro
21 nunc breuiter dic, quòd ſi † loquimur in tacito
præſcriptionis, illud poteſt plus operari, quàm
expreſſum, vt hac l. & l. ſi inter. ff. de ſer. vrb.
præd. & c. ij. de donat. iuncto c. de quarta. de
præſcrip. Regula tamen eſt, quòd pariter ope-
ratur, l. aduerſus. C. de vſur. l. præſes. C. de tranſ-
D act. iunctis his, quæ ibi dixi. Fallit in caſu ſingu-
lari l. nam ſatis. §. ſed ſi is fundus. ff. quemad.
ſer. amit. vbi non poteſt quis præſcribere par-
ti ſeruitutis, & tamen poteſt per pactum re-
mittere: idque ratione impoſsibilitatis, vt ibi
videbis. Si vero loquamur de tacito naturali,
hoc eſt, quod ineſt ex natura contractus, il-
lud veluti non plus operatur, ſed pariter, l.
cùm quid. ff. ſi cert. per. In tacito verò præſum-
pto plus operatur expreſſum, quàm tacitum:
E licet in contrarium faciat l. hæreditatem. ff. de
donat. Iſtud patet in pupillari expreſſa, quæ
excludit matrem, non tacita, l. precibus. C. de
impub. & ita procedit etiam gl. in cle. ſæpe. in
verbo, partibus, ad fin. de verb. ſig. quam alle-
gat hîc Phil. Decius in tacito negligentiæ tunc
poteſt operari plus, quàm expreſſum, l. filiusfa-
miliâs. §. veterani. de procur. l. ij. §. ſed quia ve-
remur. C. de iureiur. propter calum. dan. iun-
cto textu in c. j. de iur. cal. lib. vj. gl. in c. moli-
F ta. xj. q. j. cum ſimilib. facit textus in c. ſi di-
ligenti, de foro comp. iuncto c. Romana. §. con-
trahentes. eo. tit in vj. Aut loquimur in taci-
to conſequenti ad expreſſum: & poſſunt fieri
multa tacitè, quæ non expreſsè, l. actus. ff. de
reg. iur. l. expreſſa. ff. de cond. & demonſt. Eſt
verùm quòd regula eſt, quòd par ſit virtus, vt
patet ex not. per Bartol. in l. item quia. in prin.
ff. de pactis: ſi verò loquimur quo ad vitandum
actum, plus operatur expreſſum, l. ex diuerſo.
§. ſi in iudicio. vbi gl. & Mod. ff. ſol. mat. cum

ſimilibus allegatis per Iaſ. in d. l. cùm qd. vbi cir-
ca hunc articulum multa cumulat. Conſideran-
do tamen diligentius videtur, quòd hodie iſta
lex, & conſequenter iſtud not. ſit correctum per
l. fin. in princ. ff. de bonis, quæ lib. vbi † filio re- 22
pudiante expreſsè admittitur pater: ergò pa-
riformiter, ſi repudiet tacitè: pro qua parte e-
tiam facit, quia † præſcriptio non extenditur 23
de capite ad caput, & ſic nec de re ad rem, l. j. §.
ſciendum. ff. de ſucceſ. edi. not. do. Alex. in l.
quandiu. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. licet. C.
de iure delib. Ergò tanto minus de perſona, &
ſic de filio ad patrem. iſtud probatur ex l. Titius.
ff. de lib. & poſthu. l. ſi ita quis. §. penult. ff. de
teſta. tut. not. Aretin. in l. Gallus. §. quid ſi is. &
Ruin. in §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſtu.
Et hanc partem tenendo reſpondetur ad fun-
damenta in contrarium adducta. Primò, dum
do. Alexand. dicit, quòd d. l. fin. loquitur ſo-
lùm in repudiatione expreſſa: ergo non debet
intelligi de tacita, cùm plura tacitè permittan-
tur, etc. reſpondeo, quòd quamuis ſatis poſsi-
bile ſit, quòd plus operetur præſcriptio, quàm
pactum, tamen regulariter vtriuſque par eſt vir-
tus, vt dixi notare Ioan. And. in c. ſcienti. de re-
gul. iur. cum ſimilib. Item dico, quòd præſcri-
ptio non poteſt habere locũ in noſtro caſu. nam
cùm filius priùs poſsit petere bonorum poſſeſ-
ſionem, quàm pater, antequàm petat, pa-
ter ipſe petere non poteſt: vnde illi nullum ius
eſt delatum: quare nec debet habere locum præ-
ſcriptio contra illum interim, dum filius poteſt
petere, ſed tunc demum incipiet, cùm filius pe-
tere non poterit, vt in ſimili dicimus in caſu d.
§. ſed videndum. & ſecundum not. per Alexan.
in d. l. quandiu. Secundò, in contrarium pro com
muni mouetur Alexan. quia etiam de iure vete
ri erat regula, quòd filius repudiando non no-
ceret patri, l. is qui hæres. §. neque filius. ff. de
acquir. hęred. & tamen ea intelligebatur niſi ex-
preſsè, non tacitè, vt hac l. ergò pariformiter de-
bet d. l. fin. intelligi niſi expreſsè, etc. Facit, quia
† iura correctoria debent recipere limitationem 24
ſecundum iura antiqua, gl. in l. ſciendũ. in prin.
& ibi Bartol. ff. qui ſatiſd. cog. not. Aret. in l.
illud. C. de collat. Ad iſtud fundamentum di-
ſputando primò poſſet reſponderi negando,
quòd † per præſcriptionem præiudicaretur pa- 25
tri. Nec obſtat iſte textus, quia habet nouum
intellectum. nam hîc ſolùm quæritur de præ-
ſcriptione aduerſus filium, non contra vtilita-
tem patris. Nec obſtant illa verba, emolumen-
tum etiam patri, etc. quia videbatur, quòd non
poſſet præſcribi contra filium, qui petierat bo-
norum poſſeſsionem, & ſic non fuerat negli-
gens, licet pater: ſic tamen textus determinat
contrarium hoc caſu: ſed quando filius non pe-
tiit, & ſi pater non eſt negligens, certè non vi-
detur, quòd debeat illi præſcribi: & eodem mo-
do poteſt reſponderi ad l. fi. ff. quis ordo in bon.
poſſeſ. Vel dic, ibi fruſtrà, quo ad filium: nec
hæc interpretatio eſt abſurda per l. verbis ciuili-
bus. ff. de vulg. & pupil. & ibi not. Secundo mo-
do poteſt reſponderi, quòd hodie argumentũ fa-
ctum per Alex. non cõcludit. nam olim ideò filio
permittẽte præſcribi pater nõ admittebatur, qa
erat ſolùm data hæreditas filio, nec alius poterat
adire: vnde recuſante filio adire, pater non pote
rat eum cogere, l. cùm proponas. C. de hær. inſt.
not. Bartol. in l. j. ff. de vulg. & pup. hodie verò ſi

filius recuſet, pater habet remedium, quòd ipſe poteſt adire: quod non erat olim, d.l.fin. §.ſin autem in ſecunda. C. de bon. quæ lib vnde olim ſi præſcribebatur in filium, præſcribebatur etiam in patrem, ex quo pater nullum habebat remedium abſque filio: hodie verò habet, & ſic iſta declaratio

**tur⁴ trāſacto tēpore.**

de iure veteri ad ius nouū, quam facit Alex. non videtur bona, ex quo eſt diuerſa de vno ad A aliud. Tertiò, pro iſta communi argumentatur Bart. in d.l. is, qui hæres. §. neque filius. ff. de acqui. hæred. quòd d.l. fin. eſt correctoria: & ideò ſi loquitur de expreſſa renuntiatione, non debet trahi ad tacitam, l. præcipimus. C. de appel. Sed ad iſtud fundamentū reſpondeo tripliciter. primò nego, quòd in hoc puncto ſit correctoria, tenendo, quòd etiam de iure veteri tacita repudiatio filij non præiudicabat patri. Ad hunc text. & ad l. fin. ff. quis ordo in bon. poſſeſ. reſpon- B deo, vt ſ. dixi. Secundò dico, quòd imò debet fie-
26 ri extenſio, iſtud probo, quia † in correctoriis fauorabilibus fit extenſio, l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. not. in authent. quas actiones. eod. tit. vnde etiam in ſtatutis fauorabilibus fit extenſio, ſecundum Iaſon. in l. qui ſe patris. verſic. ego autem. C. vnde lib. qui dicit idem tenere ibi Bald. & Paul. de Caſt. cui adde Bal. in conſil. cclxxxvj. lib. iij. Quòd autem non præſcribatur, eſt fauora- C bile: nam † præſcriptio eſt odioſa, §. j. vbi gl. Inſt.
27 de vſucap. deſtructio autem odij eſt fauorabilis, l. ij. vbi not. ff. de lib. & poſt. ergo, etc. Item quòd debeat fieri extenſio, probo: regula iuris antiqui eſt, quòd par ſit virtus taciti & expreſſi: & licet dentur aliqui caſus in contrariū, illi tamen ſunt ſpeciales, & regula remanet firma, vt per Ioan. And. in d.c. ſcienti. de reg. iur. in Mercur. & dixi ſ. Modò ex vigore iſtius regulæ paſſiua extenſio licita eſt etiam in correctoriis, vt not. Alexan. D in l. j. & ij. ff. de leg. j, per gl. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. Tertio modo reſpondeo, & hæc reſponſio videtur verior: quia ratio huius legis in hoc correcta eſt per d.l. fin. declarando, vt ſ. dixi. vnde correcta ratione legis, corrigitur lex, l. j. ff. de legit. tut. vbi gl. not. Aretin. in l. moribus. ff. de vulg. & pupil. Pro communi opin. adducit quartò Bartol. quia ſi filius ante aditam hæreditatem moreretur, pater non poſſet adire, l. ſi infanti. arg. à ſpeciali, C. de iure delib. ergo nec ſi permittat præſcribi. Sed reſponde, quòd iſtud fun- E damentum concluderēt idem, ſi filius renuntiaret expreſſè: quod tamen eſt falſum, d. l. fin. ergò conſequenti deſtructo falſum eſt fundamentum. nam ſi filius moritur, pater non adit, propter regulam impedientem, quæ eſt, quòd hæreditas non adita non tranſmittatur, l. ventre. vbi Bart. & Doct. ff. de acquir. hæred. iſta ratio ceſſat repudiante filio tacitè. Quintò pro com-
28 muni adducit Aret. in d. §. neque filius. quòd † d. l. fin. loquens de repudiatione expreſſa, eſt cor- F rectoria: ergò nō debet trahi ad repudiationem tacitam. nam repudiatio tacita per præſcriptionem eſt renuntiatio ficta, l. Clodius Clodianus. ff. de acquir. hæred. ſed in correctorijs non fit extenſio de caſu vero ad fictum, l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. cum ſimilib. Ad hoc argum. poteſt dari ſ. reſponſio ex ſuprà dictis, quas dedi ad tertium fundamentum. Vel nega, quòd ſit ficta repudiatio. Vel dic, quod ſaltem comprehenditur ſub generalitate vocabuli recuſatio.

Vnde etiam in correctoriis licita eſt extenſio, l. filium habeo. ff. ad Maced. not. in authen minoris debitor. C. qui dar. tut. Vel ſolue, vt patet ex gl. in c. j. in verbo, eligitur. de elect. libro vj. Vel dic, quòd non eſt correctoria d. l. fin. ſed limitatoria, vt tenet Iaſon in d. §. neque filius[a]. Notab. V. a

**Sine die & conſule.**

¶ Nota quintò ex verbo, amittitur, quod † iſtud verbum 29
A importat ipſo iure. quam opinionem tenet Alexand. hîc cum concord. Sed aduerte: quia diſputando poſſet teneri contrarium per regulam, quæ habet quòd † præſcriptio non tollit 30
niſi ope exceptionis. quam opinionem latè examinat Salicetus in l. traditionibus. C. de pactis. Nec valet reſponſio Alexand. quòd hæc regula procedit, quando quis præſcribit ius quæſitum, non quærendum, vt in noſtro caſu: quia iſta reſponſio non videtur bona: quia cauſa, B cur non oriatur niſi exceptio, eſt mala fides, vt concludunt Doctor. Inſt. de vſucap. in princip. quæ æqualiter in vtroque militat. Item non eſt verum, quòd in noſtro caſu non ſit ius quæſitum. non enim præſcribens præſcribit hæreditati, ſeu bonorum poſſeſſioni delatæ filio; ſed præſcribit iuri adeundæ hæreditatis, ſeu bonorum poſſeſſionis, quod iam acquiſitum eſt filio, l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. Nec C obſtat fundamentum Alex. dum dicit quòd ſi præſcriberetur, niſi per exceptionem, non haberet locum ius accreſcendi. quod eſt contra l. j. ſ. tit. j. & text. in l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. quia dico, quòd imò etiam habet locum ius accreſcendi in eo, quod admittitur tantùm per exceptionem. Caſus eſt in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. nec reſponſiones illi datæ aliquid valent, vt per Iaſ. in rep. l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Non obſtat textus in d. l. ſi duo. quia reſponſio illi aſſignata per gl. non eſt D bona, ſed ea, quam ponit gl. in l. communi liberto. ff. de bo. lib. An tamen iſtud vltimum ſit verum, videbimus latius in l. j. in gl. in verb. accreſce. ſ. tit. j.

¶ In gl. *ignorante*. ibi, l. fi. etc. Not. ex hac gl. ſecundum Alex. quòd ſi † filius petierit bonorum 31
poſſeſſionem, & pater nolit ratum habere, licet tranſeat tempus in præiudicium patris, tamen in præiudicium filij olim non tranſibat. Vnde factus ſui iuris poterat etiam adire. ita tenet Alex. E hîc, quæ opin. hodie eſt nullius vtilitatis. Tamen diſputando in hoc puncto videtur verior opin. Ful. qui tenebat contrarium per text. in d. l. fin. in verſic. præteritis. Nec obſtat aliqua ſolutio data per Alex. inducendo illum text. hoc modo: In † verſic. ſuperiori loquitur text. quan- 32
do dies cedunt filiofamiliâs: deinde ſequitur, præteritis autem, etc. de natura aduerſatiuæ eſt, vt loquatur ſecundum terminos præcedentis clauſulæ, §. item lapilli. vbi gl. Inſtit. de rerum F diuiſ. not. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Alexan. in l. ſi filius. ff. de lib. & poſthum. debet igitur d. verſic. præteritis. intelligi, quando dies filiofamiliâs cedit: & ſic ibi eſt caſus pro opin. Fulgoſ. Non obſtat textus in l. is, qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred. allegatus hîc per Alexand. quia fateor. quòd pater renuntiando expreſſè abſque filio, non nocet illi. ratio eſt, quia adire non poteſt, l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. nec illi eſt delata hæreditas, vt hoc tex. ſed tacitè bene poteſt: quia facit,



facit, vt filius adire non poſſit, & ſic ne ille ſit delata. facit pro hac ſolutione doctri. Bartol. in d. §. fin. dum tenet, quòd non habeat locum in tacita repudiatione. Item pro opin. Fulg. facit, quia ſicut filius poterat iure veteri præiudicare patri tacitè, vt hac lege, ergo pariformiter pater filio, per ea, quæ not. Aret. & Mod. in rub. ff. de acq. pol. Sed vtrùm hodie excluſo filio tempore ignorante patre, intelligatur etiā excluſus pater, an poſſit ipſe adire? Alex. hîc tenet, quòd ſic, arg. huius legis: ſed errat meo iudicio, quia longè diuerſa ratio eſt hodie. nam ſecundum hanc legem pater non poterat adire, niſi per filiū. Vnde eo inuito pater remanebat excluſus, l. cùm ꝓponas. C. de hæred. inſtit. Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. in j. q. princ. vnde ſemper filio erat delata hæreditas, vt hac lege: hodie verò repudiante filio pater poteſt adire, & illi delata eſt hæreditas, l. fin. §. neceſſitate. C. de bonis, quæ lib. vnde ſtatim quòd excluſus eſt filius, incipit includi pater, & contra eum debet opus eſſe noua præſcriptione. Nec eſt aliqua ratio, cur in d. neceſſitate non debeat licitum eſſe argumentum de repudiatione expreſſa ad tacitā, per l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. & not. per Ioan. And. in d.c. ſciēti. & dixi ſ. in q. not. Et aduerte, quia opin. Alex. non videtur utilis, ex quo pater poſſet petere reſtitutionem in integrū probando de ignorantia, per ea, quæ ponit Bar. in l. j. §. ſi quis autem. ff. de itin. actuq; priua. & Bar. Angel. Alex. Soci. in l. cùm filius. §. fi. ff. de verb. oblig. ¶ In ea, ibi, *vel hîc in acqui-*
33 *rendis*. Vult dicere gl. quòd † quādo agitur de præſcribendo aliquid acquiſitum, tunc præſcriptio non operatur aduerſus non valentē agere: & ita ꝓcedit d. l. j. in fin. ſ. de ann. excep. ſi verò agimus de præſcribendo ius nondum quæſitum, bene tunc operatur præſcriptio etiam aduerſus nō valentē agere. ratio eſt, quia faciliùs perditur nondum acquiſitum, quàm acquiſitum, l. fi. C. de acquir. poſſeſ. Et ſic declarando hanc gl. non videtur obſtare ratio Iac. But. Salic. & Paul. de Caſtr. hîc, qui impugnant hanc ſolutionē, dum dicūt; ſi filius poteſt eſſe in iudicio ad acquirendum, quanto magis ad acquiſitum conſeruandū: quia non videtur intellexiſſe gl. nam gl. tenēdo hanc opin. præſupponit, quòd non valeat filius agere. vnde non admittitur ad conſeruandum acquiſitum, ex quo opus non eſt, cùm præſcriptio contra eum nō currat, qui non valet agere. ¶ In ea. ibi, *iudicis officio*, etc. Iſta ſolutio cōmuniter tene-
34 tur. & ſic habes, quòd † filiusfamiliâs poteſt implorare officium iudicis abſq; cōſenſu patris. Et an filiusfamiliâs poſſit eſſe in iudicio abſq; conſenſu patris, vide latè Bar. in l. fi. §. neceſſitate. C. de bonis, quæ lib. Ratio autē, cur in noſtro caſu poſſit filius eſſe in iudicio, dicit Pic. hîc, q, eſt, qa cùm prætor dederit modicum terminū ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem reſpectu hæreditatis, l. j. §. largiùs. ff. de ſucceſ. edi. l. fin. ff. quis ord. in bon. poſ. l. licet. C. de iur delib. voluerit in hoc ſuccurrere, arg. l. cum, qui. ff. de iureiuran. Vnde data hac ratione poſſet filiusfamiliâs petere bonorū poſſeſſionē etiam quando eſſet legitimus cōtradictor, quod negant hîc Bal. Salic. Iaſ. & Alex. Pro Pico tamē facit, quia ſi iudex poteſt bonorum poſſeſſionē decernere abſenti; ergò tanto magis poterat habilitare filiumfamiliâs. Mihi tamen nō placet ratio eius. quare dic; quòd multa permittuntur imploranti officiū iudicis, quæ tamen non permitterētur agere volenti:

ti: Alex. & Iaſ. adducunt quaſdam deciſiones, tu vide multò plures allegatas per Iaſ. et Remi. in l. j. ff. de iur. om. iud. & Lanc. Inſt. de act. in prin. & addit rationē, quia in officio iudicis, in quo non ſit cōtradictor, non eſt neceſſaria citatio, vt concludit Bart. in l. iij. §. ſi cauſa. ff. de bo. poſ. tit. generali. Vnde mirum uideri nō poteſt, ſi admittitur etiam filiusfamiliâs: facit, quod not. Bald. in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tut. off. & A- A ret. hîc, dum dicūt, quod † in iſtis iudiciis volun- 35
tariis & extraordinariis iudex poteſt iudicare ſecundum conſcientiam ſuam. vnde videtur vera illa concluſio Doctorum, quòd ſi eſſet contradictor, gl. hæc non haberet locum. Quod limita forſaſſe, niſi pater abeſſet, per l. ſi longiùs. §. j. ff. de iudi. In quantum tamen Alex. refert hîc deciſionem quandam Speculatoris in tit. de actore. in §. j. verſicul. liij. quid, ſi cōuenitur. quia illa deciſio non ſit vera, quia in officio iudicis, in quo B ſit cōtradictor, requiritur conſenſus patris, vt firmant hîc Doctor. & probatur in l. cùm filius. ff. ſi cert. pet. & in d.l. ſi longiùs. per locum à ſpeciali, niſi reſpondeas, vt patet ex not. per Bart. in d. §. neceſſitatem. vbi dicit, quòd in caſibus, in quibus actiones remanent apud filium pleno iure, patris conſenſus non requiritur, l. miles. §. j. ff. de caſt. pec. & hoc agendo: nam omni caſu defendere ſe poteſt, l. iij. §. ſed vtrùm. ff. de minor. cum ſimilib. ¶ In ea ibi, *l. filius*. Doct. tenent penult. C ſolut. contra quam tamen Picus hîc inducit tex. in l. ſi is, qui hæres. §. neq; filius. ff. de acq. hær. vbi † hæreditatem ſibi delatam filius non poteſt 36
repudiare in præiudicium patris, & tamen illud eſt ius quærendum. Poſſet pro ſolutione dici, quòd imò eſt etiam ius quæſitū ſaltem ſpe. nam ex quo iura diſponunt, quòd hæreditas delata filio acquiratur patri, ius, quod eſt acquiſitum ſpe filio, dicitur etiam acquiſitum patri, l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. vnde de eo iudicamus, ſicut de D quæſito re, ſecundum not. per Bart. in l. fin. C. de pact. cum concord. Circa autem iſtam regulam, quòd filius poteſt præiudicare in quærendis patri, ſicut etiam ſeruus, vide Iaſ. in l. ſeruus. C. de pactis. ¶ In gl. *emolumentū*. Habes ex hac gl. quòd † olim aduētitia in totum quærebātur patri: ſed 37
hodie ſecus in bonis maternis. videtur textus hîc in cōtrarium, ponderando dictionem *Etiam*, quæ implicat. & hanc opinionem tenuit Richar. Mal. quem referunt Cin. & Bart. hîc, in l. E is, qui hæres. §. fin. ff. de bon. poſſeſ. pro qua concluſione facit fortiter textus in l. filiusfamiliâs. in princip. ff. de inoffic. teſt. ibi, quoniam alij commodum victoriæ parat. Nec videtur bona reſponſio Bart. quòd debet intelligi commodum victoriæ, id eſt, ius adeundi, quod acquirit filius, licet poſtea ipſa bona acquiſita quærantur patri. nam certè in effectu commoditas eſt patris, l. iij. §. item ſi quis. ff. de leg. præſt. qui re fruitur, quòd eſt cōtra illum tex. Et poſito, quòd ſit commodum filij, non poteſt negari, quin ma- E ius commodum ſit patris, ex quo filius habet niſi commodum quoddam leue, quod momento non reſidet penes eum, l. placet. ff. de acquir. hæred. non igitur veriſimle Iuriſconſultum per dictionem *alij*, excluſiſſe patrem, in quo erat maius lucrum, & incluſiſſe filium, in quo erat minus. Vltra Richard. addo facere textum in l. penult. ff. ad Tertyl. ponderando verbum *pertineat*, iuncto eo, quòd verba cum effectu ſunt intelligenda, l. j. §. fin. ff. quod quiſque iur.

Item

L. j. Bonorū poſſeſsio.

Item quia hoc verbum non debet intelligi, Perti
neat, ſcilicet momentaneè, per l.ſi.in ſi.C.de bo.
quæ lib. facit doctri. Bartoli in l.ſi quis ex argen-
tariis.§.pertinere.de eden.vbi dicit, quòd illud
dicitur ad nos pertinere, quòd ſpectat noſtrã vti
litatem. Certè data communi pro vera nulla vti-
litas eſſet filio in poteſtate, ſi patri acquireret, ni-
ſi quædam ſpes, quę nõ habetur in conſideratio-
ne. Bart. in l.ſi. de pact. in l. is poteſt. ff. de acquir.
hæred. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. idem Bar.
l. poſt emancipationẽ.§.illud quęri.ff.de lib.leg.
verſic. nota, quòd non. Inducitur etiam d.l.pen.
alio modo: nam niſi illa lex ius nouũ induceret,
text. nõ dixiſſet, cauetur, & malè attribuiſſet cau
tioni principis, quòd iam antè cautum erat, cùm
nefas ſit aliquem legum à ſe latarũ titulo defrau-
dare, l.ij.§.tanta.C.de ver.iur.enucl. ſed ille text.
ſi teneamus communia, nil induceret, præter il-
lud, quod iam ex S.C. Orficiano cautum erat. vn
de non videntur Doctores bene dicere. Facit e-
tiã, quia Iulius Capitolinus, hiſtoricus egregius,
in vita M. Antonini Imperatoris, qui regnauit v-
nà cùm Antonino Pio, & ſolet à Iuriſcõſultis ap-
pellari diuus frater, ſcribit eum legem tuliſſe de
bonis maternis. vnde non videtur, quòd Conſtã
tinus fuerit ipſe primus, vt tenet gl. facit etiã pro
hac opin. tex. in l.ij.C. ad Orfic. Et hanc partem
tenendo reſpondetur ad l.ſi filius meus. ff.ſi quis
omiſ.cauſ. & ad l. filiusfamiliâs. ff. de acquir. hær.
quòd illæ leges latæ ſunt ante orationẽ diui An-
tonini. nam Iulianus auctor d.l.ſi filius meus. flo
ruit tempore Hadriani aui huius Antonini Impe
ratoris, vt eſt apud Aelium Spartianũ in vita Ha-
38 driani. Vel† reſpondendo aliter, potes dicere pri-
mò ad d.l.ſi filius meus. quòd ibi nil dicitur, ꝙ ac
quireretur hæreditas patri, ſed bene ibi dicitur,
quòd pater petit bonorũ poſſeſsionem nomine
filij. quod ſatis fateor, cùm bonorũ poſſeſsio poſ
ſit peti etiam per extraneũ procuratorem, l. Pau-
lus. l. qui in aliena. in princ. vbi gl. ff. de acq. hær.
& ideo ibi dicitur de bonorum poſſeſsione, non
de hæreditate: tãtò magis debebit poſſe peti per
patrem: & ſic illa verba, Filij nomine, interpreta-
buntur, eo mandante, vt etiam facit gl. & Bart. &
communiter Doct. in l.ſi. ff. de bon. poſſeſ. nã ſi il-
le tex. intelligeretur, quòd pater occupaſſet pro-
prio iure, non tanquam procurator, neceſſe eſſet
ſubintelligere ratihabitionem filij. Nec contra
hũc intellectum obſtat ille tex. dum dicit, actio-
nem legatorum dari debere in patrem: quia non
dabitur tanquam in dominum, ſed tanquam in
procuratorem, arg. l. filiusfamiliâs. ff. de procu.
& l. fin.§.vbi autem. & §.ſeq. C. de bonis, quę lib.
& l.j.C. de bon. mater. Ad l. filiusfamiliâs. reſpon
detur primò illũ tex. nil dicere, niſi fotaſſe à con
trario ſenſu: quod argumentũ induci non debet,
quando reſultaret legum correctio, l. conventicu
la. C. de epiſcop. & cler. l.ij.C. de cód. inſert. not.
in l. ij. ff. de offic. eius, cui. induceretur enim cor-
rectio d.l. filius. & d.l. pen. item induceretur cor-
rectio, quia ea arrẽta dicendum eſſet, quòd d.l.j.
& ij.C. de bo. mat. corrigatur ius Digeſtorum: er-
gò, etc. Vel ſecundò dic, quòd etiam à contrario
ſenſu ille tex. non facit in contrarium. nam tenẽ-
do opin. Rich. cùm bona acquirerentur nepoti-
bus, & ipſi petiiſſent iuſſum patris, tanquã ſi ac-
quirerentur illi, & ſic tãquam illi donaturi, dicit
tex. quòd nil actum eſt: & pro opin. Rich. etiam
f..cit tex. in l. cũ oportet. in princ. in verbo, vete
ris iuris, C. de bo. quæ lib. Ad l. filiusfamiliâs. ff.
de pet. hæred. reſpondet tamẽ Aret. in d.l. filiuſ-
familiâs. ff. de acq. hær. limitãdo: ſed fruſtra labo-
rat, vt vidiſtis. Eſt verum, quòd † ad hunc tex. in 39
verb. Etiam, poteſt reſponderi, quòd debet intel-
ligi, etiam, id eſt, quamuis: quod ſatis placet. nã
aliæ reſponſiones datæ per Doct. violãt tex. ¶ In
gl. in verb. *ratam*. Quòd† pater tacitè ratum habe- 40
re poteſt, tenet gl. hîc, & alij communiter, vt hîc
per Alex. Bal. tenet contrarium: quia iſta ratifica-
A tio fieri non poteſt: quia eſſet in præiudicium a-
liorum, quibus trãſacto die bonorũ poſſeſsio de-
fertur, per l.ſi indebitũ.§.ſi.ff. rem rat. hab. Alex.
hîc reſpõdet contrariũ ꝓcedere in fictione, quæ
eſt ſuper certo: ſecùs in præſumptione, vt in no-
ſtro caſu: quia lex præſumit conſenſiſſe. Contra
hanc ſolutionem inſtat hîc Dec. Iunior, vt hîc per
eum, ſed videtur, ꝙ Alex. verũ dicat, ex quo faci-
liùs lex permittit aliquid in dubio, quàm faciat
in claro. vnde videmus, ꝙ † certus quis nõ poteſt 41
B per pactũ fieri ſeruus, l. nec. ſi volẽs. C. de lib. cau.
ſecùs, ſi ſit dubius, l. pen. vbi Alex. C. de tranſ. In
quãtum etiam Bal. dicebat, quod d.l. filius. C. de
pet. hæred. nil facit, quia loquitur in hæreditate,
tu dic, quòd ita bonorũ poſſeſsio acquiritur ani-
mo, ſicut hæreditas, licet in bonorũ poſſeſsione
requirat decretũ iudicis confirmatorium, vt di-
xi. Nec obſtat de termino longiori, l. licet. C. de
iur. delib. quia hoc tollit reſponſio Alex. ¶ In ea
gl. dum allegat l.ſi.ff. de bo. poſ. tit. generali. Ful.
C & Iaſ. hîc dicunt, ꝙ † illa lex nil facit, ſed certè ſe- 42
cundum intellectũ communem multũ facere vi-
detur. nam ibi, quis petierat bonorũ poſſeſsionẽ
pro alio, qui mox inſaniuerat, & ſic cõſentire nõ
potuit, & tñ fingitur tacitè cõſenſiſſe: ad quod fa-
cit tex. ibi, conſenſiſſe videri. & ſic tacitè, qui eſt
fictus conſenſus, vt dicit Bart. in l. Clodius Clo-
dianus. ff. de acq. hęr. nam verbum Videri, impor
tat fictionem, Bar. in l. nemo ff. de reſtit. in integ.
& ſic iſte tex. non violabitur diuinando, vt dicit
D Picus. Poteſt† etiam dari nouus intellectus, ꝙ ille 43
tex. loquatur, quãdo ipſe procurator, poſtquam
petiit ratihabitionem, factus eſt furioſus, ſecun-
dum l. bonorum. in ſi. ff. rem rat. hab. Et hoc mo-
do intelligendo, dum tex. dicit, is, cui, debet in-
terpretari, cui, id eſt, à quo: & dum dicit, ratũ ha-
buiſſe, debet intelligi paſsiuè. Tenendo tamẽ ſu
periorem intellectũ, qui ſatis placet, & cũ tenet
gl. hîc, in quantum dixi, ꝙ † furioſus poteſt ratum 44
habere tacitè per præſcriptionẽ: opponit hîc Pi-
E cus, quia lex non fingit impoſsibile de iure, l. ta-
lis ſcriptura in ſi. vbi gl. ff. de leg. j. ſed impoſsibi-
le eſt, ꝙ furioſus conſentiat: ergò, etc. reſpõde tri
pliciter. primò, ꝙ regula illa eſt falſa & cõtra tex.
in l.ſi infanti. C. de iure delib. vbi dixi, in ij. not.
ſecũdò dic, tenendo communia, ꝙ imò poſsibi
le eſt in potentia, quod eſt ſatis, ſecundum quod
declarat Bar. in l. eãdem. ff. de duob. reis, in auth.
hoc ita. C. eo. tertiò reſponde, quòd illa non eſt
fictio, ſed potius diſpenſatio, quæ† bene habet lo 45
F cum in impoſsibilibus, nõ ſolùm de iure: ſed etiã
de natura, ſecundũ tex. in l. qui in vtero. ff. de ſtat.
hom. Imol. & Alex. & l. Gallus.§.ſi eius. ff. de libe
ris & poſthu. Mod. in l. ſi is, qui pro emptore. ff.
de vſucap. Et hæc gl. debet intelligi, quãdo filius
adiuit intra tempus ſtatutũ, puta centum dierũ,
tunc pater decidendo poteſt ratificare tacitè: ſe-
cùs, ſi filius tranſacto termino vellet adire, vt te-
net hîc Cornæus, & eſt mera veritas. Philippus
tamen Decius hîc aliter diſtinguit, vt hîc per eũ.
¶ In ea ibi *ergò ignorante*, etc. Habes ex gl. ꝙ † filius 46
poteſt



poteſt agnoſcere bonorũ poſſeſsionẽ ignorante
patre, quia etiã eo inuito id ſibi licet: & hęc eſt cõ
munis opinio, vt hîc per Alex. & pro communi,
& Accurſij opinione eſt tex. in regula, qui poteſt
inuitis. ff. de regul. iur. Contrariũ tenuit Ang. hîc,
& Raph. Cum. in conſilio relato hîc per Iaſ. & v-
trunq; Dec. item Iaſ. hîc, & in l. qui in aliena. ff. de
acq. hær. & dicit Corn. hîc, ꝙ hæc opinio non eſt
abſurda. Et vltra allegata per Doctores aduerte,
quia præcipuum fundamentũ Scribentiũ in hoc
articulo, eſt ex regula l. qui poteſt inuitis. ſ. alleg.
ergo & ignorantibus. Ergo l.ſi.§.ſin autẽ recuſan
te. C. de bonis, quæ liber. quę loquitur de inuito,
debet trahi ad ignorantem. Ang. negat hoc, quia
illa lex eſt correctoria: ergò, etc. Sed Imol. & A-
lex reſpondent, ꝙ iſtud fiet virtute extenſionis
paſsiuæ, de qua per Bar. in l. ij. ff. de leg. j. cum ſi-
milib. Mihi hęc reſponſio nõ placet, quia falſum
eſt, ꝙ in correctoriis habent locũ extenſio paſsi-
ua, & eſt contra tex. in l.ſi. cum auth. ſeq. vbi Bar.
C. de ſacroſ. eccleſ. vbi Bar. tenet contrariũ. idem
tenet Ana. in conſ. xxvij. Paul. Caſtrẽſ. in l.ſi quis
ſeruo. C. de fur. & Aret. in l. ex duobus. in princ.
ff. de duob. reis, Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſa
croſ. eccleſ. & aliàs dixi in l. Gallus.§.& quid ſi tã.
tùm. ff. de liber. & poſthu. Præterea iſta regula ꝓ-
cedit, qñ vtrunq; reperiretur æquiparatũ in eadẽ
materia, vt declarat Paul. de Caſt. in d.l.ſi quis ſer
uo. ſed non reperitur in iure, ꝙ in materia acqui-
rendæ bonorum poſſeſsionis iura fecerint hanc
ęquiparationem: ergò, etc. Et licet iſta opinio mi
hi placeat, fundamentũ tamen Iaſonis non mul-
tum vrget. nam dum dicit Iaſ. pater eſt legitimus
adminiſtrator in his bonis, d.l.ſi. ergo non debet
poſſe adire eo ignorante: quia reſpondeo negan
do conſequẽtiam, nam quamuis filius agnoſcat
ignorante, non tamẽ illi præiudicatur in ſua par
te, quoad vſumfructum: ex quo ſi ratũ habuerit,
acquiret ſuã adminiſtrationem, vt tenet hæc gl.
in ſi. & iamiam dicã. Nec ſimile adductũ per Iaſ.
aliquid facit, dum dicit, ꝙ mulier vetita ſtatuto
contrahere ſine conſenſu duorũ conſanguineo-
rum, ſi eos requiſiuerit, & nolint cõſentire, pote-
rit contrahere abſq; illis, ſecundũ Bar. in l.ſi cùm
dotem.§.eo autẽ. ff. ſol. mat. cum ſimilibus: quia
reſpõdeo, quòd tũc iudex ſupplex defectũ con-
ſanguineorum, & ſatis habet locum ratio ſtatuti:
quod non eſt in noſtro caſu: not. Iaſ. in l.ſi. in iij.
not. C. de iudic. ¶ In eadem gl. ibi, *ſed tamen ratiha
bitio*, etc. Iſta gl. tenetur ab omnibus, quòd etiã ſi
filius adiuerit hæreditatem ignorante patre, ho-
die pater poterit ratum habere, & acquirere ſibi
vſumfructum. Contra iſtam gl. arguo tribus mo-
dis: ſic clarum eſt, quòd ſi filius adiiſſet patre inui
to, acquireret ſibi omnia, etiam quoad vſumfru-
ctum, d.§.ſin autem recuſante. nec ratificatio pa-
tris poſtea ſuperueniens aliquid operaretur: er-
go idem ignorãte patre, per regul. d.l. qui poteſt.
Et ſic retorqueo fundamentum gl. contra ipſam
Sed ad hoc reſponde, quòd diuerſa ratio eſt de v-
no caſu, ad alium. vnde argumentum ab æquipa
ratis non procedit, ſecundum gl. in §. omnem. in
auth. de litigioſ. nam pater inuitus priuatur vſu-
fructu, quia noluit conſentire. quæ ratio ceſſat in
ignorante. Item ignorans & abſens non æquipa
rantur eo modo, quàm dixi. Secundò arguo: rati
habitio† non operatur in hæreditate, l. qui alien.
47 in princ. ff. de acquir. hęred. & dicemus j. in gl.ſi.
ergo in noſtro caſu in hæreditate nil debet ope-
rari: nam in bonorum poſſeſsione hæc gl. eſt in-
dubitata nõ ſolùm hodie, ſed etiã olim. Sed po- L.j.
tes reſpondere, prout in ſimili hîc facit Bar. refe- Bonorũ
rens Iacob. Butrigar. quod fundamentum proce poſſeſſ.
deret in filio de iure veteri: quia tunc non erat
perſona habilis, hodie ſic, per d.l.ſin. Tertiò ar-
guo actus hæreditatis adeũdæ eſt legitimus, nec
poteſt ſtare in pendenti, l. actus. ff. de regul. iur.
Bald. Alex. Aret. in d. l. qui in aliena. Sed ſic eſt,
quòd data opin. gl. pro vera penderet: ergo, etc.
A nam pẽdet interim, quoad vſumfructum, an pa-
ter velit ratum habere: ergo, etc. Illud fũdamen
tũ mihi videtur vigere, quia quamuis lex ſi. con-
ceſſerit filio, vt adeat hæreditatem, non tamen
tollit regulas iuris cõmunis, ſicut hæc, quod hæ-
reditas non pendeat: facit in argumentum l. ſin.
C. de inſtit. & ſubſt. Potes dicere, quòd filius ac-
quirit iure proprio omnia: tamẽ ſi pater velit, te-
netur illi vendere vſumfructum, qui tũc incipit,
non cùm aditur hæreditas, nam tunc eſt coniun-
B ctus cum bonis: ſed quando pater vtetur, quoti-
die enim vtendo conſtituitur vſufructus, l.j. ff. de
vſufruc. accreſc. & ſic nihil interim ſtat in pendẽ-
ti. Cogita. ¶ In gl.ſi. Facit iſta gl. ad illam quæ-
ſtionem, vtrum, † ſi filio ſit delata hęreditas, & ſte 48
terit per xxx. annos, quòd non adiuerit, quo ca-
ſu præſcribitur iuri adeũdi, l. licet. j. de iur. delib.
an habeat alios xxx. annos ad ſuccedendum, vt
agnatus, & totidem ad ſuccedendum, vt cogna-
tus? Bald. in d.l. licet. verſic. tertiò quæro. tenet
C quòd ſic: allegat Bart. in conſil. cxxix. incip. qui-
dam habuit vxorem, pro qua confeſſus, etc, & i-
dem tenuit Alex. in l. ij. ff. de acquir. hæred. & in
conſil. lxxxix. in ij. vol. incip. viſo puncto. & in
conſ. ſeq. in cauſa. in lite vertente, etc. Tu aduer-
te, quia licet Doct. ita ſimpliciter tranſeant, con-
trarium in terminis conſuluit Franciſcus Tigri-
nus de Piſis in conſil. incip. prædictæ rationes.
quod eſt inſertum in conſiliis Bart. nu. clviij. vbi
reſpondet ad fundamenta Bar. & credo, quòd cõ
D ſulerit veritatem. nam fundamentum Doct. nõ
multum videtur vrgere, quia tex. in §. ſed viden-
dum infrà, l.j. ff. de ſuc. edict. loquitur conſidera-
to iure prætorio, quod hęreditatẽ defert per tria
capita: ſed conſiderato iure ciuili videtur ſecus,
ex quo ius ciuile tribuit hæreditatẽ filio, non vti
agnato, aut cognato, ſed vti filio. vnde filius emã
cipatus de iure ciuili nõn ſuccedit, §. emãcipati.
Inſt. de hæred. quę ab inteſt. Eſt verum, quòd illa
deciſio eſt communis: aduerte tamen, quia Fran.
E Tig. in d. conſilio videtur tenere vnã opin. quam
ad hunc diem nullus tenuit præter Ang. in rep. l.
qui ſe patris. j. vnde lib. ſcilicet ꝙ d.§. ſed viden-
dum. & conſequẽter gl. noſtra hodie ſit correcta:
& ſic, quòd excluſus à capite Vnde agnati, cenſe-
bitur etiã excluſus à capite Vnde cognati. moue-
tur, quia hodie differẽtia agnationis & cognatio
nis eſt ſublata, vt in titulo in auth. de hær. ab in-
teſt. per totum. vnde ſi quis non poteſt venire vti
agnatus, nec venire poterit vt cognatus. quæ opi
F nio eſt multùm noua, nec tacta ab aliquo. Tamẽ
† ſuſtinendo communẽ, cogitabã poſſe triplici- 49
ter reſponderi: primò, quòd illa auth. facta eſt, vt
ſucceſsiones amplietur, & cognati æquiparẽtur
agnatis. vnde nõ debet operari reſtrictionẽ, arg.
l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. quod fauore.
C. de legib. nã illud authenticũ nõ venit ad reſtri
ctionẽ temporũ, ſed ſolùm æquiparat agnatos &
cognatos. vnde ex vtroq; capite debebũt habere
pro ſingulo annũ, & ſic erãt ęquiparati. Vel & ſe-
cundò dic, ꝙ ille text. diſponit, qñ ſunt diuerſæ
pecto-

perſonę; ergo nõ debet extendi in eadē perſona, quæ habeat diuerſas qualitates, cùm in correctoriis diſpoſitio loquēs in ſimplicibus, nõ trahatur ad caſum mixtũ, l. ſi ita facta. ff. de iniuſt. rupt. & not. Mod. poſt Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. ff. de lib. & poſthu. Bart. & Mod. in l. ij. in princ. ff. de verb. oblig. Tertiò admittēdo definitionem Fr. Tigr. potes dicere, q; illud authenticũ non corrigit niſi reſpectu iuris ciuilis. vnde deciſio s. relata per Bal. in d. l. licet. redditur falſa, ſed quantũ ad ius prætoriũ attinet, illud authēticũ nil inducit. nã diſpoſitio etiã fauorabilis mutatoria iuris ciuilis nõ debet trahi, vt corrigat ius prętoriũ, arg. §. repetitio. Inſtit. de ſeruil. cogn. facit, quod not. Alex. & Aret. in l. neceſſariis. ff. de acq. hęr. dũ reſpondent ad l. cùm in antiquioribus. C. de iur. delib. nã ius prętoriũ & ciuile ſunt diuerſa iura, & vnũ non corrigit aliud, niſi expreſsè dicatur, Inſt. de bo. poſſ. in prin. vide Alex. in l. ſi. j. vnde leg. Aduerte etiã ad hãc gl. in prin. quæ vult, q; filius repudiãs primo capite, habebit annũ ad ſecũdum caput: itē aliũ annum ad tertiũ: de qua multùm dubito, vt dicã j. in leg. ſeq. ¶ In ea gl. ibi, *l. ſed & ſi plures*. Not. hãc

50 gl. q; † nihil in profectitiis eſt immutatũ. tex. tñ allegatus per gl. nil facit, quia loquitur de iure Digeſtorũ. melius tamen facit l. ſi. in prin. C. de bo. quæ lib. & circa hanc gl. quia Bar. eſt contrarius, vide hîc Alex. qui rectè loquitur, licet Iaſ. fruſtrà laboret, quē vide. ¶ In ea. gl. ibi, *non decretalis*. Ad

51 † declarationē huius gl. vidēdũ eſt, quę ſit bonorũ poſſeſsio edictalis, & quę decretalis. Et primò in quantũ Doctores conſtituunt differentiã inter bonorũ poſſeſsionē & poſſeſsionē bonorũ, vt p Io. Fab. in rub. Inſt. de bo. poſſ. & per Mod. hîc: aduerte, quia hęc declaratio eſt contra multa iura: primò, cõtra tex. in l. cognitio. §. vt poſſeſsio. ff. de off. eius, cui mand. & cõtra rub. ff. de poſſeſ. hær. per. tex. l. octaui. ff. vnde cog. & tex. in l. ſi emancipatus. ff. de bo. poſſ. contra tabul. & facit tex. in l. Pãtonius. in prin. ff. de acq. hęr. & tex. in l. ſi duobus. in prin. ff. de contra tab. & in l. liberto ſuo hęrede. ff. de bo. lib. & tex. in l. j. in prin. ff. quor. bonor. & hos ego põderaui: alios etiã adducit Phil.

52 Dec. hîc. Quare dic, q; † ſecundũ ſubiectã materiã debet intelligi nũc, prout eſt ius, nunc prout eſt factũ, arg. l. ſi vno. ff. loc. Quid verò ſi bonorũ poſſeſsio edictalis & decretalis, declarat Bar. in l. iij. §. à municipibus. ff. de bo. poſſ. tit. gener. Bulg. tñ Sen. in rep. rub. huius tit. in ij. q. attentauit vnam

53 opin. nouã, q; † edictales dicãtur bonorũ poſſeſſiones, quæ tribuũt ius, quia cõpetunt ante ex edicto prætoris: decretales verò dicũt extraordinariæ, veluti Carboniana, quę vētris nomine, bonorũ poſſeſsio cauſa lit. agnoſ. etc. quia hęc non cõpetunt niſi tũc, cùm decretæ ſunt per iudicē, & incipiunt ab eo, non aũt antè, prout edictales. Et pro hac opin. eſt caſus in l. j. §. decretalis. ff. de ſucc. edic. ad quē non põt reſpõderi bene, ſi inducatur, prout facit Bulg. Eſt verũ, q; iſta contentio non eſt vtilis, quia qñ cõſtat de re, ſuper nomine non eſt diſputandũ, l. ſi. C. de conſt. pec. vbi gl. vtrunq; vide per eũ, quia per multa tenet hãc opi. ¶ In ea. gl. ibi, *item quare*. Circa hãc rationē vide latè Alex. in l. qui in alie. in princ. ff. de acq. hær. & Phil. Dec. hîc: & licet vterq; impugnet rationem Bar. tñ eſt ſuſtentabilis, vt dixi s. in ij. not. Et per hanc gl. quid deciderim, vide, quę poſui in l. ij. ff. de bo. poſſ. item aliud in l. Gallus. in §. forſitan. ff. de liber. & poſthu.

## LEX II.

*Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Criſpino.*

SI bonorum[a] poſſeſsio tibi duntaxat competit proximitatis nomine: habuiſti ſpacium centũ dierũ vtiliũ, ex quo eum defunctũ ſciſti, ad bonorum poſſeſſionē amplectendã. D. III. Non. Nouemb. Geta COS.

LEX II. (vis.

1 *Dictionis Duntaxat,*

2 *Exempla non reſtringunt regulam.*

3 *Agnatus ignorãs poſt xxx. annos agnoſcit.*

4 *Hæreditatis petitiõi xxx. annis præſcribitur.*

SI BONORVM[a]. ¶ Not. q; † dictio taxatiua Duntaxat, nõ excludit caſus ſingulares. nã filij, qui ſunt excluſi à capite Vnde liberi, à capite Vnde legitimi, habēt annum, l. pe. ff. quis ord. in bo. poſſ. & l. j. in ſi. ff. de ſuc. edic. & tamē illis bonorũ poſſeſsio cõpetit dũtaxat proximitatis nomine: & hęc fallentia ad regulã taxatiuarũ addenda eſt ad not. per Doct. in l. j. in prin. ff. ſi quis ius dic. nõ obtem. vbi Iaſ. in j. gl. latè. Et iſtud notabile procedit, intelligendo Competit, in tempore præſenti: ſed meliùs eſt, vt intelligamus Competit, pro competiit. nã tunc filius non compręhenditur, quia bonorũ poſſeſsio illi non cõpetit ſolo nomine proximitatis, ſed qa filius, & quia agnatus. Et hunc intellectũ tenuit gl. hîc, licet Iaſ. eam nõ intellexerit, & reprobet, ſed malè, qui etiã tenet, q; ſi quis eſt agnatus tantùm, & ſic excluſus ab Vnde legitimi, poterit tamē iterũ venire per Vnde cognati. iſtud dictũ eſt multùm not. ſi eſt verum. Mouetur Iaſ. per text. in d. l. j. in §. quibus. iuncto §. ſeq. ff. de ſuc. edic. nã tex. in §. quibus. loquitur generaliter: deinde in §. ſeq. dicit, q; vna parte excluſi filij poterũt venire per ſequens caput. Iſtud quod dicit de filio, eſt exemplum. vnde cùm exempla nõ reſtringant regulã, debemus dicere, q; & d. §. ſeq. loquitur generaliter, ſicut præcedens: & ſic, vt compręhendatur etiã quilibet agnatus. Mihi videtur in contrarium etiam veritas, q; imò ſimplici agnato excluſo ab Vnde legitimi non competet Vnde cognati. moueor primò per rationē Fr. Tigr. in conſiliis Bar. in cõſ. clviij. vbi dicit, q; ſi darentur tot capita, eluſoria fuiſſet diſpoſitio prętoris cõcedentis niſi centum dies. vnde ipſe etiã reprobat aliã deciſionē Bar. cuius meminit Bal. in l. licet. j. de iure deliber. Secundò & fortius obſtat tex. in d. l. j. §. largius. & in d. l. pe. nam cur filio datus ſit annus, & cur excluſus ab vno capite, iucluditur ab alio, etiã in honorem perſonæ & ſanguinis, q vocatur ad propria bona, hæc ratio ceſſat in alio agnato: ergò, etc. Nec obſtat fundamentum Iaſ. quia

2 † quamuis exempla non reſtringant regulã l. j §. quod vulgò. ff. de vi, & vi arm. tñ declarant, l. nunquã. in j. gl. ff. de priua. delic. nã nõ eſt veriſimile, q; ſi Iuriconſultus voluiſſet idem etiã in ſimplicibus agnatis, omiſiſſet hoc: quia poſuiſſet caſum minùs dubitabilē, & dubitabiliorē tacuiſſet, contra l. qđ Labeo. ff. ad Carb. Qui vellet tamē tenere opin. Iaſ. poſſet reſpondere ad meũ fundamētum, q; ratio ſanguinis iuduxit, vt daretur annus filio: & ita loquitur tex. ſed quòd iſta delatio trium capitum daretur propter illud, tex. hoc nõ dicit. Et pro hac opin. eſt text. in §. placebat. Inſt. de



Notab. II. de leg. agn. ſucceſſ. ¶ Not. ſecundò, quòd tēpus in bonorũ poſſeſsione non currit, niſi ſcienti. &

3 ex hoc colligitur vtilitas, quia † etiã poſt xxx annos, ſi agnatus ignonauerit ſibi delatam bonorũ poſſeſsionem, poteſt eam agnoſcere: ſecus in hęreditate, ſecundum Bal. s. in rub. Alex. & Iaſ. hîc. Sed contra hãc opin. adduco. nam longinquitas temporis facit, vt qui non conſenſit, & ſciens fuit in mora, etiam in damnum alterius præſumatur conſenſiſſe. ita tenet Bar. Paul. Alex. Iaſ. & alij, in l. præced. ergo tantò magis ignorãs debet præſumi ſciuiſſe in odium ſuæ negligentiæ. Item facit, quia poſſeſſor malæ fidei per longinquitatem tēporis præſumitur retrò fuiſſe bonæ fidei. ita tenet Bart. in l. fin. in ſi. C. vnde vi, Bar. in l. ſi ſuper. C. de præſc. lon. temp. Alex. & Iaſ. in l. is, qui putat. ff. de acqui. hæred. certè quantò magis debet præſumi ſcientia. Fortifico iſtud fundamentũ: quia ſi præſcriptio facit, vt regula, poſſeſſor malę. de reg. iur. lib. vj. circumueniatur etiã cum onere conſcientiæ, quantò potius faciat, vt limitetur regula c. præſumitur. eo. tit. confirmatur, quia non debet melioris conditionis eſſe vir malæ fidei, quàm bonę fidei: ſed in caſu noſtro ſatis poſsibile eſt, qđ ille, qui poſſedit, eſſet bonę fidei: ergo, etc. Nec obſtat hîc text. quia reſpõdeo dando eãdem ſolutionem, quam refert Bart. in l. j. s. eo. in alio propoſito, & s. dixi. Et per hoc tollitur fundamentum Iaſ. quòd ignorãs reſtituitur aduerſus præſcriptionem, ſecundũ Bart. in l. j. §. ſi quis propter. ff. de itin. actuq; priua. not. Doct. in l. cùm filius. ff. de verb. oblig. quia reſpondeo, quòd lex præſumit ſciuiſſe. vnde nõ reſtituetur, niſi in caſibus, in quibus pręſumptio iuris admitteret probationem in contrarium, quos enumerat Alex. in l. à diuo Pio. §. ſi pignora ff. de re iud. vbi ponit tres caſus, quibus adde quartum, quem ipſe ponit in l. inter ſtipulantem §. j. ff. de verb. oblig. & hæc puto vera in præſcriptione lõgi tēporis, qualis eſt caſus relatus hîc per Fulg. & Iaſ. aliàs non videtur. quòd debeat induci iſta præſumptio. quod not. Contra communem conclu-

4 ſiõem etiam facit, quia † ſi aliquis cum bona fide per xxx. annos occupaſſet res hæreditarias, certè debet eſſe tutus contra poſſeſſoriam hæreditatis petitionem, per regul. l. ſi. C. de præſc. xxx. an. & debuit poſſe pręſcribi tali actioni. Eſt verũ, quòd quidam ſocij reſpondebãt ad hoc, quòd iſta poſſeſſoria hæreditatis petitio oritur ex bonorũ poſſeſsione, vt dicunt Doct. s. in rub. in definitione bonorũ poſſeſsionis, vnde oritur niſi vbi competit bonorũ poſſeſsio, & ſi poſtquam delata fuerit poſt xxx. annos: actioni autem nondum natæ non debet poſſe præſcribi, l. ſi. C. de ann. except. Sed ad hoc reſpondetur, quòd iſti potētiæ, quòd naſcatur poſſeſſoria hæreditatis petitio, debet poſſe præſcribi, ſicut præſcibitur potētiæ, quòd quis offerat, d. l. ſi. & gl. in l. petens. C. de pact. Et ante quàm præſcriptio currat aduerſus ignorantem, vide Bar. in l. ſi. ff. ſi qs teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. Alex. cùm concord. in l. quandiu. j. eod. Item cõtra prædictam reſpõſionem facit, quia ſi per præſcriptionem xxx. annorũ tollitur ius quæſitum, tanto magis quærendum, vt tenet gl. in l. j. s. eo. Item facit, quod not. Alex. in l. vnica, j. quando non per par. in l. ij. ff. de acqui. hæred. Soc. in l. ſi filius, qui patri. in iij. not. ff. de vulg. & pup. vbi dicunt, quòd exiſtētiæ ſui hæredis non præſcribitur, licet ſecùs petitioni hæreditatis.

## LEX III.

*Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. *Creſcentio.*

INfantis[a] nomine agnitã bonorũ poſſeſsionem, & antequàm loqueretur, diē defuncti, rectè cõpetere nulla dubitatio eſt. S. Kalend. Ianua. Maximo II. & Aquilino. COSS.

L. 5. Infantis.

LEX III.

1 *Infans trãſmittit bonorũ poſſeſsionem ad ſucceſſores ſuos eiuſq; ratio. 4.*

5 *Pater infanti ſuccedit etiam nõ facta agnitione.*

7 *Infantiæ terminus quis.*

INFANTI[a]. ¶ Iſte tex. eſt dubius, & obſcurè loquitur, vtrùm agnita bonorum poſſeſsione nomine infantis per tutorem eo infante mortuo, pertineat ad hęredes infantis. an ad proximiores prioris defuncti? & text. hîc in verbo, Competere. poteſt induci pro vtraque parte, vt hîc per Lanc. Dec. Cõmunis opin. eſt, q;

1 † pertineat ad ſucceſſores infantis. Tex. tamē in l. ij. §. ſed ſi infanti ff. ad Tertyl. ſuper quo ſe principaliter fundãt gl. Bar. & Doct. non videtur multùm vrgere. nam ille tex. loquitur in infante ſuo. Iſtud patet, quia niſi loqueretur in ſucceſsione paterna, nõ obſtaret matri patris, & ſic auiæ ſuæ. Modò fateor, quod bonorum poſſeſsionē in bonis paternis poteſt acquirere tutor infanti in totum, vt eo moriente pertineat ad hæredes infantis. nam idem eſt etiam in furioſo, quando ſuccedit patri, l. Antiſtius. §. fin. ff. de acquir. hære. quē ita intelligunt Alex. & Iaſ. hîc, & eſt tex. in l. fin. §. nos itaq;. C. de cur. fur. ſed nos loquimur, quan

2 do † defertur bonorũ poſſeſsio in bonis non paternis, ſed in extraneo. nam tunc videtur, quòd non trãſmittat infans bonorũ poſſeſsionem ad ſuos hæredes, ſed ad eos, qui ſucceſſuri erant illi extraneo, ſicut videmus in furioſo, d. l. fin. §. fin autē in furore alleg. hîc per gl. Nec † obſtat d. §. ſed

3 ſi infanti. dum videtur conſtituere differentiã inter infantē & furioſum: quia reſpondeo, quòd ille verſus, non enim ſimilis, etc. non venit ad cõſtituendã talem differentiam, ſed vt diuerſificerà caſu præcedenti reſpectu facti. nam in verſic. igitur præcedēti. dicitur, quòd ſi furioſus moriatur antequàm bonorũ poſſeſsionē petierit, & ſanus factus ſit, nõ obſtat matri: deinde ſequitur de infante: qui caſus non eſt ſimilis, quia furioſus, ſeu eius curator non petiit, infans petiit. Et quòd ita debeat intelligi ille tex. probo primò ex d. verſi. igitur. ibi, & bonorũ poſſeſsionē petieris arguendo à contrario ſenſu, quòd ſi petiiſſet, obſtetiſſet matri, & ſic idem iuris fuiſſet de illo, quòd de infante. Secundò probo ex d. verſ. non enim. quia niſi intelligamus, prout ipſe declaraui, certè tex. diceret, quòd in ſucceſsione patris curator furioſi nõ poſſet perfectè acquirere furioſo bonorum poſſeſsionē: quòd eſt falſum, & contra d. l. Antiſtius. in §. ſi. & notant Doct. hîc: & ſic hæc opin. cõtra communem de facili poſſet ſuſtineri, licet

4 Doct. non aduertant. Tenēdo † tamen communē videnda eſt ratio differentiæ. Iaſ. hîc refert quinque rationes, vt hîc per eũ: Bart. dicit, quòd iſtud eſt, quia maiorem poteſtatem habet tutor infantis, qui principaliter datur perſonæ, quàm curator furioſi, ect. Iſta ratio non eſt bona, quia etiam curator furioſi principaliter datur perſonæ, vt

declarat Salic.in l. in copulãdis. C. de nup. Item
impugna per aliud, vt hîc per Lãcel. Mihi magis
placet ratio Ang.de quo hîc per Iaſ.Non omitto,
quòd pro cõmuni opin.huius gl. facit text.in l.ſi
5 infanti C. de iure delib.nam † tibi ſi infanti delata

LEX IIII.

*Impp.* DIOCLETIA. & MAXIM.AA. & CC. *Marcello.*

A EMancipata[a] ſi nõ agnouit intra annum VNDE LIBERI bonorũ poſſeſsionem: nullam ad hæredes vindicationem ſucceſsionis trãſmittere potuit. D. III. Kal. Maij, Heracliæ, CC. COSS.

ſit hæreditas, vel bo
norum poſſeſsio, &
ante eam agnitam
moriatur, tamẽ trãſ-
mittit eã ad patrẽ:
& ſic pater ſuccedit
in bonorum poſſeſ-
ſione nõdum agni-
ta. quantò magis in
agnita, prout in no-
ſtro caſu? Nec ob-
ſtat, ſi dicas, quòd eſt ſpeciale in patre. quia niſi
dicamus bonorũ poſſeſsionẽ agnitam per tuto-
res infantis transferri ad eius hęredes, concurre-
B rent in prædicto caſu duo ſpecialia: quod eſt con
tra l.j.C.de dot.prom.not.per Bart.in rep. l.ſi is,
qui pro emptore.in fi.ff.de vſucap. Primum ſpe-
ciale, vt non agnita tranſmitteretur: ſecundum,
vt remaneret apud eum, apud quem etiam ſi ab
infante eſſet adita, non remanſiſſet: facit, quia nõ
plus operatur fictio in caſu ficto, quàm veritas in
vero, Bart.in l.j.§.hoc autem ſenatuſcõſultum.ff.
6 ad Syllan. Quęro hîc retenta communi, an † filius
C infans & idem furioſus bonorũ poſſeſsionem a-
gnitam per tutorem, ſeu curatorem, tranſmittat
ad hæredes ſuos? ego puto non trãſmittere, & ſic
æquiparari furioſo ſimplici potiùs, quàm infanti
ſimplici. nam quotieſcunq; cõcurrunt regula ne
gatiua & adfirmaiua, præualet negatiua, ſecun-
dũ Bar. in l.ſi quis in graui. in iij. not. ff. ad Sylla.
Mod.Sen. in l. ij. in princ. ff. de verb. oblig. & eſt
tex. in l.Sabinus. ff.cõmuni diuid.Bald.in proœ.
Greg.ſed pro furioſo negat.per tex.in d.§.ſin au-
tẽ in furorem.argumentũ.Facit alia regula, quo-
D tieſcunq; concurrit cauſa perpetua & cauſa acci-
dẽtalis, attẽditur perpetua: Bar. in l.ſeruus.C. de
pœnis, in l. ſi adulteriũ. §.fi. ff. de adul. Rim. Fer-
rar.in rub.ff. de iur.om.iud.facit regula l.q habẽt
ff. de tutel.& quod not.Bal.Alex.Mod. in l. ſed ſi
plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil.Soc.in l.
ij.in iij.cõcluſ.prin.ff. de verb. oblig. Sed fauor
eſt ppetuus, ſaltẽ præſumptione, vt hîc per Ang.
7 Cor.& Iaſ.infantia nõ, quia † ſeptẽ annis termina
tur, l.ſi infanti.j.de iure delib.& hãc partẽ tenuit
E hic Ang.licet Bal. & Raph. Fulg.& Paul.de Caſt.
tenẽãt contrariũ, moti per rationẽ Bar. quæ non
videtur bona, vt ſ. dixi, & reprobat eam Decius.
Aduerte etiã, quia ratio Bal. poſſet ſuſtineri. nã ad
hoc, vt curator furioſi poſsit agnoſcere bonorum
poſſeſsionẽ delatã furioſo, iſtud eſt cõceſſum mi
ſerationis cauſa, vt tenet hîc Iaſ.& Cor. vnde plus
ſolet ſuccurri illi, cui debet aliquid ordinariè, q̃
miſerationis cauſa. iſtud ꝓbatur in l.ſi cùm mili-
ti.§.j.ff. de cõpenſ. Cętera vide hîc per Cor.& Iaſ.

F LEX IIII.

1 *Ratio, cur hæreditas non adita intranſmiſsibilis ſit.*
2 *Ius adeundi eſt in bonis noſtris.*
3 *Adita hæreditas pertinet ad hæredis patrimonium.*
9 *Lex iiij. an ſit mutata hodie.*

a EMANCIPATA[a]. ¶ Quærit hîc
Iaſ. quæ † ſit ratio, cur hæreditas nõ
adita nõ trãſmittatur & refert qua
tuor rationes, quarũ primas tres im-
pugnat, vt hîc per eum: quarta eſt,
quia ius adeundi nõ eſt in bonis noſtris, l.pretia
rerũ.ff.ad l.Falc. ergo nõ poteſt tranſmitti ad no-
ſtrũ hęredẽ, l.reperitur.ff.ad l.Fal. Sed aduerte vl-
trà Iaſ. quia iſta ratio nõ eſt bona. nã aſſumptum
eſt falſum: quia † imò ius adeundi eſt in bonis no-
ſtris, & talis ſpes eſt
cõſiderata à iure, vt
declarat Bar. in d. l.
pretia rerũ. nã quã-
do eſt nobis delata
hæreditas, certè il-
lud ius eſt in bonis
noſtris: ſecùs, ſi ſit
delata ſeruo noſtro
vt dicit ille tex. ra-
tio colligitur ex
not. per Bart. ibi, & in l.fin. C.de pact. & aliàs la-
tiùs dixi in l.Gallus.§.& quid.ſi tantùm. ff. de li-
ber.& poſth. Quare omiſsis aliorum rationibus
B cogitabam, ſi poſſet dici, quòd ratio eſt, quia † hæ 3
reditates dantur perſonæ, quã teſtator elegerit.
iſtud probatur ex l.nec adierit.ff.pro ſoc. Vnde ſi
illa perſona non viuit, certè nõ debet dari alteri,
quem fortaſſe teſtator ignorabat. nã ſi ego mãdo
alicui, vt aliquid det certæ perſonæ, mãdatarius
non petierit dare alteri, quia fines mandati, etc.
l.ſi procurator. l ſi maritus. C.de procur. Item † di 4
ſpoſitio loquens in vna perſona, regulariter non
C trahitur ad aliã etiã in fauorabilibus, l. Titius. ff.
de lib.& poſthu.l.ſi ita quis.§.pen.ff.de teſta.tut.
Aret. in d.§. & quid ſi tantùm. Item quod fit ſpe-
cialiter alicui perſonæ, prout hæreditas, d.l. nec
adiecit. cenſetur perſonale: ideo perſonã non e-
greditur, l.ſi tibi darem.§.pactũ conuẽtum. ff. de
pactis. Nec obſtat, ſi diceres, quòd hęc ratio mili-
taret etiã poſt aditam hæreditatem, ne tranſmit-
terẽtur talia bona. quia reſpondeo, q, adita hęre-
ditate deducta eſt in perfectionẽ voluntas teſta-
D toris, quæ niſi expreſſa ſit, non extẽditur, cùm † a- 5
dita hæreditas ſit patrimonium hæredis, non hæ
reditas, l. ſed ſi plures. §. filio. ff.de vulg. & pup.
not.Bart.in rub.ff.de acqui. hæred. Et quòd iſta
ratio ſit vera, vltra dicta adduco tex.in l.vnica, C.
de his, qui ante aper.tab.in fin. vbi † auitũ deſide- 6
rium videtur eſſe cauſa trãſmiſsionis. Ecce ergo
quòd ideo regulariter nõ fit trãſmiſsio, quia mẽs
teſtatoris eſt dare ſua bona alicui, non eius hęre-
di. Vnde quia mens parentũ eſt, vt bona ſua trãſ-
eant in nepotes, ſit tranſmiſsio, d.l.vnica. Secun-
E dò, quia ratio, cur legata tranſmittantur, eſt pro-
pter voluntatẽ teſtatoris, vt tenet Bal.& Iaſon.in
l.iij.in iiij.not.ff.de leg.j.vbi Soci.in j.not. quem
omnino vide. Eſt verũ, quòd iſta ratio eſt aliqua-
liter mitigata per legumlatores, veluti in caſu l.
cùm in antiquioribus. C. de iure delib. nã quam-
uis voluntas teſtatoris eſſet, vt acquirerẽtur bo-
na hæredi; tamẽ quando hæres habet iuſtam cau
ſam, cur ſtatim non acquirat: tranſmittit ex veri-
ſimili mente eius, quæ ſi vixiſſet, adiuiſſet: & ne
F videatur fraudatus auctoritate legis, arg.l. memi
nimus. C. vnde vi. Vnde videmus, quòd quoties
hæres ex facto alterius, vel timore pœnæ legalis
impeditur adire, trãſmittit: quia in iuſto impedi-
mẽto excuſari poteſt. Itẽ quilibet ſuus trãſmittit,
l.iij.C. de iure delib. ratio eſt, quia præſumitur i-
ta voluiſſe teſtator, l. ſcripto. in fin. ff. vnde lib. l.
nam & ſi parẽtibus. ff. de inoff. teſt. & quia hæres
eſt ipſo iure. Vnde ſi eſſet illi datus ſubſtitutus,
quia mẽs teſtatoris eſt in opoſitum, nõ trãſmit-
tit, & tollitur ſuitas, l.ſi filius, qui patri. ff. de vulg.
& pup.



& pup. Idẽ eſt in infante: quia præſumitur, ſi vi-
xiſſet & fuiſſet habilis, eum fuiſſe aditurum. Itẽ
quia pręſumitur teſtatorẽ non minùs amaſſe pa-
rentẽ, ex quo illi relinquebat hæreditatẽ ſaltem
mediatè per filiũ. Vnde non tranſmittitur illa hæ

LEX IX.

*Imp.* CONSTANTIVS A. *ad Populum.*

A VT verborũ[a] inaniũ excludimus captiones: ita hoc obſeruari decernimus. A vt apud quẽlibet iudicẽ, vel etiã apud duũuiros, qualiſcunq;[b]

reditas ad alios, q̃a
teſtator non præſu-
mitur id voluiſſe, d.
l.ſi infanti.§. paren-
te. C. de iure delib.
idẽ eſt in caſu d.l.
vnicę, C. de his, qui
ante aper. tab. Sed
in contrariũ facit, quia hac ratione attenta ius fi-
deicõmiſsi vniuerſale nõ trãſmitteretur. Sed iſta
opin. nõ eſt abſurda, & eſt cõmunis apud gloſſa-
tores, licet Bar. tenuerit contrariũ in l. cùm filio.
in v. quæſt.ff.de leg.j.ſed tu tene opin.gl. q̃a fun-
damenta Bar. non vrgẽt, vt per Lanc. Dec.in d.l.
B cùm filio. vbi etiã Iaſ. Vel tenendo communẽ opi
7 nionẽ potes reſpondere, q, † in fideicõmiſſo vni-
verſali non tã cõſideratur mens teſtatoris nolen-
tis aliquid peruenire ad hæredẽ hęredis ſui, ſicut
in hæreditate. nam ſi voluiſſet hęreditatẽ dari vi-
gore beneficiorũ, ſecundum d.l.nec adiecit. certè
dediſſet directò; non fideicõmiſſariè. Eſt verũ, q,
mihi placet opin.gl. in d.l. cùm filio. contra Bart.
& communem. Et de iſtis tranſmiſsionibus vide
Bar. vbi Ang.Lud.Imol.Aret.in l.ventre.ff.de ac-
C quir.hær. & euidentialia Iaſ.hîc. Et ex hac decla-
ratione remanet clara opin.Bald. quam refert &
ſequitur Cornæ. Alex.& Iaſ.hîc, qui tenebat. l.v-
nic.C.de his, qui ante aper.tab.non habere locũ,
vt tranſmittatur bonorũ poſſeſsio cõtra tabulas,
8 quia † illa bonorũ poſſeſsio eſt expreſsè cõtra mẽ
tem teſtatoris, & cõtra auitũ deſideriũ, in quo ſe
fundat illa lex. In iure verò dicẽdi nullum, eſt ſe-
cùs. nã tranſmittitur nõ beneficio d.l.vnicę, quia
ceſſat ratio deſiderij auiti, & ideo etiã legis diſpo
D ſitio: ſed beneficio l.iij.C.de iur.delib.cũ ſimilib.
& hodie in emãcipato, beneficio l. meminimus.
C.de ſuis & leg.hær. licet Bar. dubitauerit in. d.l.
ventre. & ſic remanet ſublata opin.Lanc.hîc, qui
in hoc tenebat cõtra Alex.& cõmunem. ¶ Nota,
q, emãcipata tranſacto anno moriẽs nil tranſmit
tit: rectè dicit emãcipata quaſi ſi fuiſſet ex ſuis hæ
redibus, trãſmiſiſſet, l.ſi fratris. C.de iur.delib.ra-
9 tionẽ dixi ſ. Sed † vtrũ hodie hæc lex ſit correcta
per §.nullã verò.in auth.de hær.ab int.ven.Bart.
E dubitauit in d.l.ventre. Tamẽ cõmunis cõcluſio
eſt, q, non, vt per Aret.in d.l. ventre & l. Gallus,
in §. & quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſthu.& not.
Doct. præſertim Corn.in l.ſi emãcipati. j. de col-
lat. licet contrariũ teneant quidam. mod.Rep.in
10 d.§.& quid ſi tãtùm. Limita † tamẽ, & hæc eſt v-
tilis limitatio ad hanc l. quando hæc mulier eſſet
emãcipata in ſui commodũ, ſecundũ l. multi non
notæ.ff.de liber.& poſthu. vel melius in his, qui
ſunt exẽpti à patria poteſtate propter aliquod of
F ficiũ, puta in monacho, in epiſcopo, & ſimilibus.
nam hi tranſmitterẽt ius, quod habẽt, ſecundum
Aret.in d.§.& quid ſi tãtùm. quẽ etiã ibi ſequun-
tur Rep. Secundò limita in beneficio d.l. vnicæ,
C.de his, qui ante aper.tab. ſecundũ Bal & Mod.
hîc, & in d.l.Gallus. Eſt verum, q, quãdo hæc lex
fuit facta, ꝓcedebat indiſtinctè, ſed limitata fuit
per leges ſequentiũ Imperatorũ, Theodoſij & Iu
ſtiniani, in l. Deo nobis. C. de epiſ.& cleric. & in
auth.ſed epiſcopalis dignitas. C. eod.tit. Eſt ve-
rum, q, in hoc ego aliàs contrariũ tenui in d.§. &



quid ſi tantùm.
¶ In gl. ſuper verbo, nullam. dum allegat l.il-
lud.§.fi.ff.de bo.poſſ. cõtra tab. vide hîc Alex. &
Iaſ.& Bulg.Senenſ.in rep. huius rub. in ij. quæſt.
dum reſpondet ad l. ventre. vbi etiã Aret.& dixi
in l.j.de iur.om.iud.
& nota hãc gl. quæ
dicit, bonorum poſ-
ſeſsionem non trãſ-
mitti, niſi in caſu,
cuius ipſe meminit.

L.9. Vt verborum.

LEX IX.

1 *Præſentia iudicis in agnitione bonorum poſſeſsioni cur requiratur.*
3 *Libelli & teſtationis differentia.*
8 *Aditionis & agnitionis conuenientia.*
10 *Hæres non comprehendit bonorũ poſſeſſorẽ: nec ecõtrà.*

VT VERBORVM[a]. ¶ Ad perfectã a
cognitionẽ huius legis neceſſe eſ-
B ſet inueſtigare de tribus quęſtioni-
bus. Prima, vtrùm in bonorũ poſſeſ
ſionibus hodie requiratur decreti
interpoſitio? ſecunda, qui iudices poſsint bono-
rũ poſſeſsionem dare? Tertia, vtrùm petẽs bono-
rũ poſſeſsionẽ in dubio cenſeatur impetrare ius
nouum, vel vetus? quas quęſtiones quia latè teti-
gi in l.j.ff.de iur.om.iud.hîc non examino. An
autẽ hæc lex procedat in excommunicato, vide
Bal.in c.cùm.inter de except.facit, quod no.in c.
C qua frõte. de appel. vbi Bal. ¶ Quærit hîc Iaſ. cur
† in agnoſcẽda bonorũ poſſeſsione de neceſsita- 1
te requiritur præſentia iudicis: ſecus in adeunda
hæreditate? & refert quaſdã rationes, quas impu-
gnat. ipſe addit aliã, q, nullo iure quis obligatur
ex ſola voluntate, niſi de iure ciuili. vnde poteſt
quis adire hæreditatẽ abſq; alio: ſed in bonorum
poſſeſsione eſt ſecùs, quæ eſt de iure prætorio.
Sed iſta ratio peccat in multis. Primò falſum eſt
aſſumptum, quia etiã de iure canonici quis obli
D gatur ex ſola voluntate, toto tit. extrà, de vot. Itẽ
etiã de prætorio, tenendo illam opin. q, decretũ
prætorium ſit confirmatoriũ in bonorum poſſeſ-
ſione, nõ autẽ de nouo det, vt dixi ſ. in l.j. Eſt etiã
falſum, q, in hęreditate quis obligetur ſolo ani-
mo: quia imò requiritur etiã factum extrinſecùs,
l.pro hærede.ff.de acquir.hær. no. Alex. & Paul.
Caſtr. in d. l. qui in aliena. ff. eo.tit. Alex.in l.j.ſ.
eo. Paul.Caſt.in l.mutũ.ff.de acquir.hæred. Item
iſta ratio nõ valet ad tollendã definitionẽ: quia
E etiã data veritate aſſumptorũ potuiſſet facere Iu-
riſconſultus, vt obligaretur quis in bonorũ poſ-
ſeſsione faciẽdo aliquid aliud extrinſecus, ſicut
in cõtractibus, l.tã ex cõtractibus. ff. de iudi. Item
iſta ratio concludit, q, in bonorũ poſſeſsionibus
de iure ciuili nõ requireretur decretũ. qđ eſt fal-
ſum. nã dantur etiã bonorũ poſſeſsiones de iure
ciuili, vt not. omnes in rub. ſ. eo. Quare quærẽda
eſt alia ratio: & vtinã ſimus tam prompti in inqui
renda veritate, ſicut in refellẽdo falſo. Cogitabã,
F ſi poterat dici, q, † in bonorum poſſeſsionibus re- 2
quiritur decretũ: quia eas dedit prętor, & ideò in
eis adhibere voluit maiorẽ diligentiã. Et ſi dicas,
cur ius ciuile nõ adhibuit parẽ diligentiam? re-
ſpõdeo, decretum eſt propriè prętoris: Iuriſcon-
ſulti autem non habent illud in ſuo ære: facit in
ſimili, quia videmus, q, ius ciuile fouit ſtipula-
tionem, quia erat creatura ſua: prętor autem non
fouit pactum, quia erat creatura iuriſgentium,
non ſua, vt dicit Bald. in l.fin. C.ad l.Falc. Nicol.
de Neap.& Iac.Butrig.in §.de conſtituta. Inſt. de

a actio [a]. ¶ In text.ibi, *teſtatio*.& ſic iſte text. non
tollit decretum, ſed ſolùm petitionē, & ſic libel-
3 lum.nam†hoc intereſt inter libellū & teſtationē,
ꝙ libellus dicitur in ſcriptis factus: teſtatio verò
in voce, vt dicit Bart.in l.non ſolùm. in §. morte.
ff.de op.nou. nunt.
facit l.ij. ff. de naut.
fœn. Et hanc partē
tenuerunt quidam
antiqui, vt per gl.in
l.fi.§.nos itaque. C.
de cur.fur. & Mod.
Sē.do.Bulg. in rep.
rub. ſ. eo. in quadā
4 ſolutione. Eſt † ve-
rum, ꝙ contra hanc
opin. obſtat tex. in
d.§.nos itaq;.in ver
bo, quę antea ex de
creto dabatur. Sed
ad illum tex. reſpō-
de, vt dixi, in l.j. ff.
de iur. om. iud. vel
aliter, ꝙ ibi non eſt
ſumendū argumentū à contrario ſenſu, ne indu-
catur legum correctio, l.conuenticula. C.de epiſ.
& cler. l.ij. C. de condi.inſert. Vel tertio modo re-
ſponde, quòd ibi, quod dicitur, quæ antea ex de-
creto, etc. debet intelligi reſpectu bonorū poſſeſ-
5 ſionis ſolùm quæ decernebatur furioſo: & † erat
illud decretum diuerſum ab aliis: quia nō decer-
nebatur niſi bonorū poſſeſsio facti tātùm, vt fru-
ctus caperet, etc. ſecundū gl.in l.j.ff.de bon. poſſ.
inf.fur.ſur. cæco comp. & gl.in l.j.§.furioſi.ff. de
ſuc.edic. & in illa requirebatur maxima cauſę co
gnitio: vnde ſpecialiter leges ſolent eam diiudi-
care per epithetum decreti, vt eſt tex.in l.ij.§.igi-
tur.ff.ad Tertyl. & firmat Bulg. in d. reper. Erat
6 † autem aliud decretum extraordinariū. quia in-
terponebatur, non vt alia ſolebant, ſed cognoſcē
do circa perſonam curatoris & ius, an poſſet pe-
tere, vel nō, & vt ſatiſdaret, etc. modò ille text.in
d.§.nos itaq;.voluit declarare eſſe illam eandem
bonorū poſſeſsionē, quæ & olim. Nec obſtat, qđ
ſequitur, cùm bonorū petitio lege Cōſtantinia-
na, etc. quia illud dictū eſt ad declarationē verbi
Habere, quod eſt latiſsimū, l.ſtipulatio iſta, habe
b re licere.ff.de verb.oblig.& dixi in d.l.j [b]. ¶ In
7 tex.ibi, *qualiſcunque*, etc. intellige † tamen, apta: &
pro hoc vide multas deciſiones relatas per Iaſ.in E
d.l.quandiu.ſ. eod. & de dictione Quicunq;, vi-
gularis: & ita loquitur etiã, d. l. j. §. j. ff. de col. bõ.
ſed ſic eſt, quòd de communibus regulis inducta L. j.
eſt prę̨ſcriptio: ergo, etc. Aduerte tamẽ, quia cùm Quoties
iſtud beneficium abſtinẽdi ſit introductũ de iu- pluribus
re prætorio, videtur quòd ſit niſi annale, Inſt. de liberis.
perpet. & temp. act. §. j. Nec obſtat reſpõſio Alex.
in l. neceſſariis. ff. de acqui. hęr. dũ dicit, quòd ea,
quę ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua
ad excipiendum, l. licet. C. de excep. l. j. §. fi. ff. de
dol. excep. quia reſpõdet Picus & Curt. quòd† d.
A regula eſt vera, quando exceptio non poteſt pro- 39
poni, niſi propoſita actione: ſecus ergo, quando
exceptio ꝓpriis viribus ſubſiſtit, veluti hæc quę
oritur ex beneficio abſtinendi, allegat Bar. in l. ij.
ff. de except. Sed ſuſtinendo opin. Alex. aduerte,
quia quãdo aliqua exceptio eſt facta reſpectu ſo-
lius actionis, & eſt fundata virtute actionis, tunc
procedit opin. Bar. veluti in exceptione cõpenſa
tionis, quia hęc non eſt perpetua: ſed quando ex-
ceptio ſtat de per ſe, tũc eſt perpetua, nec attendi
B tur actio: ita declarant Inn. & Car. in c. ſin autem.
de reſcrip. Soci. in l. ij. ff. de excep. Nec attẽditur
ratio Bar. ꝗ in poteſtate noſtra eſt, quando talis
exceptio exerceatur: quia in omnibus exceptio-
nibus idẽ eſſet, vt patet ex not. per gl. & Bar. in l.
ſi cõtendat. de fideiuſ. iũcto c. ſignificauit. & ibi
Doct. de teſtib. & propterea tollũtur duo obie-
cta, quæ cõtra communẽ faciebãt præfati Doct.
Primũ eſt, quòd trãſacto anno filius amplius nõ
poſsit abſtinere: & conſequenter, quòd non poſ-
C ſit præſcribi tali exiſtentiæ ſuitatis tranſacto an-
no. iſtud eſt falſum: quia etiã à principio incipit
præſcriptio, vt ſ. dixi. Secundũ eſt pro Salic. in l.
apud hoſtes. C. de capt. ꝗ dicebat vtilitatẽ illius
dubitationis, an beneficiũ abſtinendi ſit de iure
ciuili, vel prætorio, eſſe, quia ſi eſſet de iure præ-
torio, eſſet niſi annale: ſecùs, ſi de iure ciuili. nam
iſta vtilitas eſt falſa, vt per Lud. Roma. Alex. Are-
tin. in d. l. neceſſariis. ff. de acquir. hęred. quorum
opin. eſt vera, ſi ſuſtineatur, prout dixi. Teneas
D ergo ex ſuprà dictis, quòd licet quis ſuus ſit ipſo
iure hęres, & teneatur creditoribus hęreditariis,
vt not. in d. l. neceſſariis. & eſt tex. in d. l. ſi filius,
qui patri. in verbo, ſuſceptis. & in verbo, liberare,
Si† tamen non immiſceat ſe per triginta annos 40
præſcribitur tali iuri immiſcendi, & per lapſum
tanti temporis præſcribitur, quòd vſq; à princi-
pio vſus fuerit remedio abſtinendi ſibi indulto à
prætore: & ideo nil refert, quantum ad hunc ca-
ſum, an beneficium abſtinendi ſit de iure ciuili,
E an de iure prætorio. Quem articulũ ſatis imper-
tinẽter refert hîc Iaſ. vbi. adduxit omnia, quę an-
te eum dixerit Alex. in l. neceſſariis. ff. de acquir.
hæred. In quantum tamẽ contra cõmunem & ve
ram opin. Cato Sacchus hîc mouetur, quòd imò
tale beneficiũ ſit de iure ciuili, quia quando ali-
quid additur iuri prętorio per ius ciuile, ſit ius ci
uile. l. ius ciuile. ff. de legib. not. Ange. Lud. Alex.
Aret. Iaſ. in l. j. §. cùm adiicitur. ff. de verb. oblig.
Sed beneficio abſtinendi additũ eſt à iure ciuili,
F videlicet quòd non habeat locũ, niſi quando eſt
vtile filio, d. l. ſi filius, qui patri. ergo, &c. Item ꝗ
ſicut tranſmittitur hæreditas, ita beneficium ab-
ſtinendi, l. ſi quis filium. ff. de acquir. hęred. ergo,
&c. Sed ad hoc fundamentum reſpondet Iaſ. qđ
contrarium procedit, quando aliquid additur in
ſubſtantia: ꝗ non eſt hîc. Sed iſta reſponſio non
placet. nã ſi eſſet vera, eſſet pulchra limitatio ad
d. l. ius ciuile. Moueor per tex. in d. §. cùm adiici-
tur. nã ſi interrogauero te, promittis centũ, & ad
ieceris plus, eſt noua ſtipulatio, & tamẽ adiectio
non

non variat ſubſtantiã,quia de ſubſtantia ſtipula-
tionis nõ ſunt plus x. quàm xx.ad idem eſt gl. in
d.l.ius ciuile.in j.gl.in fi. Secũdò reſpõdet Iaſ. q
illud ſolùm,quod adijcitur,eſt de iure ciuili. Sed
hoc eſt falſum,& contra d.§.cùm adijcitur indu-
ctum,vt ſ.& contra d.l.ius ciuile.in gl.& contra-
riũ tenet etiã Bar.in l.edita.C.de edẽ.& patet ex
not.per eundẽ Iaſ.in d.l.ius ciuile. Quare tu po-
tes reſpõdere alio modo,q imò nil adiicitur iuri
A prætorio, ſed ſolùm declaratur, quo modo ha-
beant locũ:& ita tenet Lud. Rom. in cõſ.xlv.in-
cip.ſuper eo.Vnde ſolet dici,quòd qui declarat,
nil de nouo inducit,l.hæredes palàm.§.fin.ff. de
41 teſt.cũ ſimilib.Præterea ego puto,quòd† quam-
uis iuri prætorio aliquid addatur per Iuriſcõſul-
tos,non tamen fiat ius ciuile.nã hoc dato omne
ius prætorium eſſet Iuris ciuilis. Sed debet ſanè
intelligi,quando aliquid additur illi per cõſtitu-
tiones,per ſenatuſcõſulta, quæ ſunt propriè ius
B ciuile:item quãdo ſenatuſcõſulta,vel cõſtitutio-
nes ſunt factę principaliter,vt addant,&ſic,vt il-
lud ius facerẽt ſuũ : aliàs bonorũ poſſeſsio Vnde
cognati,quæ datur filio in bonis maternis, ho-
die eſſet iuris ciuilis:q nõ eſt dicendũ Ratio au-
tẽ,cur reſponſa Iuriſperitorũ non alterãt ius prę
torium,eſt,quia principaliter facta ſunt, vt illud
interpretẽtur non vt alterent,§.reſponſa Inſt.de
iure nat.gen. & ciuil. & ſic tene opi. cõmunem.
¶ In ea.glo.ibi,*& ſic fruſtra*.Habetis ex glo. quòd
C cùm filij ſint ipſo iure hęredes,nõ poteſt dici in-
ter eos accreſcere:& ſi ſubtiliter inſpiciatur hæc
gloſ.vult,q inter ſuos hæredes non ſit locus iuri
accreſcendi hodie. nam quãuis habeant benefi-
ciũ abſtinẽdi,tñ illud beneficium non facit, quia
ipſo iure non ſint hęredes:& iſtud videtur eſſe ſa
tis ad impediendũ ius accreſcẽdi:ſicut videmus,
q tale nomen hæredis operatur multa alia.nam
confirmat tabulas pupillares:confirmat exhęre-
dationem,& alia multa operatur, quæ ſolẽt no-
D tari per Doct.in d.l.ſi filius,qui patri.& in l.apud
Iulianum.§.Iulianus.ff.ad Treb. & hanc partem
tenet hîc Curtius.Contrariũ eſt de mẽte Bart.in
l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.& in l. ſed cùm
patrono.in fi.ff.de bo.poſſ.Et hanc partem puto
42 veriorẽ.moueor,qa†p ius accreſcendi portio ac-
cedit portioni,l.ſi Titio.ff.de vſuſ. & l. ſi totã ff.
de acq.hęr.ſed ſic eſt,q hęres vigore ſuitatis ante
quàm ſe immiſceat,eſt hæres ſolo nomine, non
re.& ideò cùm non iure accreſcendi non attẽda-
E tur ſolũ nomẽ mirum videri non debet, ſi res ad
aliũ tranſit.Et hæc procedunt, quãdo filius abſti
nuit,quia illud nudum nomẽ hæredis non ſolet
aliquid regulariter operari:& ideò nõ debet im-
pedire ius accreſcẽdi,vt hîc per Iaſ. Quid autem
ſit antequàm abſtineat,Bal.tenet,quòd non im-
peditur,ſi repudiauit de iure prætorio. Lud Ro.
tenet cõtrarium.dicã j.dum referam quintũ in-
tellectum.¶In ead.ibi,*vel dic tertiò*. Iſte eſt tertius
intellectus gl.quem reprobant Doct. hîc per ra-
tionem,de qua hîc per eos.Not.tñ,quòd ex lege
F facti narratiua non eſt licitum ſumere argumen-
tum ad idem facit gl.vbi Bar.in l.ij.C.de acquir.
poſ.cũ ſimilib.allegatis hîc per Mod. facit, quia
43 †non eſt arguẽdum ab exẽplis,ij.q. v.monoma-
chiam.vbi gl.Limitat hanc regulam Iaſ.qñ inten
tio legiſlatoris fundaret ſuper facto. nã tũc lici-
tũ eſſet arguere:allegat Alex.in l.j.ff. de off. eius,
cui.& hęc limitatio eſt ſatis bona:cui adde Petr.
de Anch.in cle.j.in princ. de probat. Sed quid in
dubio,vtrùm legiſlator, præſumatur motus ex
verbis facti narratiuis?puto,quòd ſic,per tria:Pri
mò per regulã,q ex facto ius oritur,l.Neſennius.
ff.de neg.ge.& l. ſi ex plagis.§. in cliuo.ff.ad leg.
Aquil.vnde debemus dicere, q illud ius ſit indu
ctum ꝑpter factũ:& ideo nõ eſt diſcedendũ à fa-
cto:facit,q not.Spec.in tit.de aduoc.in §. iiij. q
plerunq; ex breuiſsima facti mutatione totũ ius
mutatur:facit l.interpoſitas.C.de tranſ. Secũdò
facit,qa ſi nõ eſſet licitũ argumentũ,verba in du-
A bio nõ importarẽt iuris myſteriũ:quod eſſe non
debet,l.ſi quando.ff.de leg.j.Tertiò & fortiùs in
Decretalibus Gregorianis licitum eſt arguere in
narratiõe facti, quia totæ ſunt deciſiuæ,vt refert
hîc Iaſ.in ij.limitatione. Sed in dubio idẽ debe-
mus dicere in reliquo corpore iuris, q debet eſ-
ſe deciſiuũ,nec poteſt aſsignari ratio diuerſitatis
ergo,&c.Et ex his habes duas limitationes poſi-
tas hîc per Iaſ.Adde tertiã quãdo lex ꝓcedit per
modũ deciſionis,licet poſsit trahi ad narrationẽ
B facti, tamẽ in dubio ſumeẽ argumentũ: caſus eſt
hîc ſecundũ ſolutionẽ Bar.Alex.& aliorũ.Quar-
tò fallit, quãdo legis ratio generalis reſtringiẽ à
facto ſuprà relato. nã tũc licitũ eſt argumẽtum à
narratione facti:caſus eſt in l.generali.vbi gl.fin.
C.de tabul.lib.x. Quintò fallit in verbis narrato
rijs indefinitè prolatis, ſecundũ Inno. in c. rece-
pimus.de priuil. & exceſ.priuileg. alleg. not. in
authen.ſi quis in aliquo.C.de eden. Sextò fallit.
quãdo ageretur de re nõ multum importãti, per
C ea,quæ ponit Fel.in c.nonnulli.de reſcrip.Septi
mò iſtud procedit,quãdo ſequeretur cõtraria de
ciſio:ſecùs,ſi non ſequereẽ, vt tenet Paul. Citad.
in tract.de iure pat.in iij.part.prin. in v. cauſa, in
j.q.Et circa ſecundam limitationem Iaſ. q in De
cretalibus Gregorianis licitum ſit argumentũ à
narratione facti.licet Iaſ.nõ dicat,&nemo aduer
tat,contrarium tenet do.Card.in cle.ſi ſummus.
quæ eſt cl.fi.§.ſimiliter.in iij.no.de ſent. excom.
¶ In ea.ibi,*vel planiùs d.c*,&c.Iſte eſt quartus intel
D lectus gl.in ſe verus,ſed ideo reprobatus, qa in-
dubitabilis,vt hîc per Iaſ.Ex hoc tamẽ notandũ
eſt, q ius accreſcẽdi impedit ſucceſſoriũ edictũ:
de quo dixi ſ.in ij.not.Fallit † hoc not.quãdo cõ
currerẽt ambo,qui haberẽt ius accreſcẽdi, & ſuc 44
ceſſorium edictũ,vt in auth.præterea.dixi ſ. Sed
quærit hîc Iaſ.an ius accreſcẽdi impediat tranſ-
miſsionẽ?de quo dic,vt dixi ſ.in ij.not.Nõ omit
to,in quantũ Iaſ.concordat Bar.in l.ſed cum pa-
trono. in fi. ff. de bon.poſſ. quòd malè intelligit
E Bart.nam ibi dictum Bar.non procederet ab in-
teſtato,quod eſt abſurdũ:ſed dic,vt dixi,vbi ſ. &
ex his ſint expediti iiij.intellectus glo. ¶Alium
†intellectũ ad hũc tex.tenuere Salic.Lud. Rom. 45
quòd tex.velit dicere, quòd quoties quis poteſt
venire de iure ciuili, etiam q repudiauerit de iu-
re prætorio,tamẽ non accreſcit portio repudia-
ta alijs:ſecus ceſſante legitima ſucceſsione,ſi nõ
poſsit ampliùs venire de iure ciuili: & iſte intel-
lectus eſt multùm realis.In hoc tamen pũcto cũ-
trariũ tenuit Bal. hîc, & Alex. & Iaſ. qui adducit
F multa friuola.Pro eis fortiter facit tex.in l.ſi im-
pubes.§.fin.ff.de Carb.edic. in teſtamẽto q ſpe-
raẽ rũpi,non habet locũ,ſecundũ tabulas,l.illud
in fi.ff.de contratab.l.ventre.ff.de acquir. hęred.
ſed ſi filius repudiet Vnde liberi, & ſic nõ poſsit
ampliùs rũpere de iure prætorio,licet de iure ci
uili,ſic datur ſecundum tabulas,d.§.fin.ergo illa
ſpes de iure ciuili non impedit ſecundum tabu-
las:& conſequenter ſi quis repudiauerit de iure
prætorio,portio repudiata accreſcet aliis,nõ at-
tento



tento quòd poſsit venire de iure ciuil. Ad iſtud
fundamentum reſpõdet Lud.quòd nil facit,quia
loquitur in diuerſis terminis.nã ibi ille filius non
erat coniunctus nec rẽ,nec verbis: iſtud clarũ eſt:
nec coniunctione legali,quia non eſt ſucceſſurus
ab inteſtato cum hęredibus ſcriptis:ergo non fa-
cit in propoſito. Iſta reſponſio non eſt bona,quia
fundamentũ probat ab identitate rationis, quæ
eſt in caſu ſimili,ſi datur ſecundum tabulas:ergo
A & ius accreſcẽdi. nam bonorũ poſſeſsio ſecundũ
tabulas oritur ex quodam ſucceſſorio edicto : &
hæc eſt inductio Alex. Potes reſpondere ſuſtinẽ-
do Lud. quòd infirmius eſt ſucceſſoriũ edictum,
quàm ſit ius accreſcẽdi : & ideo lex faciliùs illud
cõcedit. Ad prædictũ fundamentũ reſpõdetur a-
lio modo,ſecũdum Imol. quòd ideo datur ibi ſe-
cundũ tabulas,quia dubiũ erat, an filius eſſet ve-
rè filius:& propterea dum dicitur, quòd nõ habe
tur in conſideratione,quòd poſsit venire de iure
B ciuili,ne quis hoc.nam ibi falſum eſt,filius poſſet
venire de iure ciuili, ex quo dubitabatur,an eſſet
filius:& ideo parificando terminos bene fateor,
quòd quãdo dubium eſſet, an filius poſſet venire
de iure ciuili,tũc accreſceret portio repudiata a-
liis:ſecùs in caſu claro. Nec obſtat huic intelle-
ctui fundamentũ Alex. q imò iſtud non erat pro
pter dubietatẽ. nam eo attento potuiſſent ſcripti
hęredes venire ad ſecundũ tabulas,antequàm e-
laberetur tempus contra tabulas cõpetens pupil
C lo:quia reſpondetur vno modo, & hîc per Lanc.
Vel dic, q plus impediunt duo obſtacula, quàm
vnum,l.j.C.de pact.vbi not.Vel dic, & meliùs, q
illa dubietas tranſacto anno magis trahit, eóque
adducit iudicem,vt nõ credat pupillũ verũ filiũ,
ex quo per annum nihil probauit : ſed tamen nõ
tantũ perſuadet iudici, vt inde poſsit vitari Car-
boniana. Iſte tamen intellectus Imo. eſt paulùm
violatiuus, quia in illo text.diſiunctiua poſita vi-
detur aliqualiter refragari. Tertiò principaliter
D ad illud reſpondet Lanc. quòd ibi ſunt termini
diuerſi, quia ibi non conſideratur,quòd filius ve-
niat contra voluntatẽ patris, hîc verò veniret,ſe-
cundũ eam:quinimò hîc dũ filius poteſt admitti
aliquo iure, ſi portio aliis accreſceret, eſſet cõtra
voluntatẽ defuncti : q regulariter nõ fit,l. ſi duo-
bus.ff.de teſtam.milit.Vel certè tenendo intelle-
ctũ cõmunem iſta opin.Bal.Alex. Iaſoniſq; limi-
tanda eſſet,vt nõ accreſceret portio, niſi demum
trãſacto anno, cùm ratio d.§. fi. ſit præteritio an-
E ni ſecundũ Bar.ibi.Secundò pro opin.Bal. Alex.
Iaſ. facit, quia ſucceſſorium edictum inuentũ eſt,
ne creditores fruſtrentur,l.j.in prin. ff.de ſucceſ.
edict.ſed dato, quòd poſſet filius etiam venire de
iure ciuili,multùm fruſtraretur:quod non eſt di-
cendum. Sed reſponde, q ſi noluit fruſtrari,habe
bunt remediũ iuris deliberãdi,de quo in l j.§.j.&
in l.ſi quis ſuus.ff.de iure delib. Cætera circa hãc
lecturã vide hîc per Alex. & Iaſ.qui dat aliũ intel-
lectũ,qui aduerſatur literæ,nec eſt dignus relatu,
F ideo omitto.Et ad fundamentum Iaſ. q credito-
res fraudabuntur,reſpondet & Aret. hîc per not.
per Bar. in l. quandiu.la ij.ff. de acquir.hæred.&
46 ideo tenet ipſe communem. ¶ Alium†intellectũ
dedit hîc Curtius, q in ſucceſsione paterna,quã-
do ſuccedunt emancipati & ſui, repudiante emã
cipato,ceſſat legitima ſucceſsio,& ſic legitimi hę
redes:ſed illa portio accreſcit ſolùm emancipa-
tis:per regulam,q inter ſuccedentes diuerſo iure
non habet locũ ius accreſcendi, l.ſed cum patro-
no.ff.de bon.poſſ. Iſte intellectus non eſt bonus,

L. 1. Quoties pluribus liberis.

quia diuinat ad hũc text.& procedit ſolùm, quã-
do emancipatus repudiaret. quid enim, ſi repu-
diaret ſuus quod eſt ei permiſſum, vt not. Doct.
ſuprà in ij. lectura. Item illa regula nil facit, quia
imò etiã filij ſui poſſunt venire de iure prætorio,
§.j.Inſtit.de bon.poſſ.ſed ad hoc reſpõdet, quòd
cenſentur diuerſa iura,ex quo quãdo ſuus ſucce-
dit,ius prætorium eſt auxiliatiuũ: quãdo verò e-
mancipatus eſt,correctiuum,vt per Bar. in l. Au-
A relius.§.idẽ quæſiit.ff.de lib.leg.ſed hęc reſpõſio
non eſt tota: quia q ſit correctiuum illud ius, vel
nõ,eſt quædã qualitas,cuius diuerſitas non ſolet
impedire ius accreſcẽdi,l.ſi totam.vbi Aret. ff. de
acquir.hær.Itẽ iſte intellectus eſt contra l. ſi duo-
bus.in prin.ff.de cõtratab.nec ille tex.eſt reſtrin-
gẽdus ad emãcipatos, ex quo etiã ſuo præterito
datur cõtra tabulas,l.ij.j. de cõtratab. ad idẽ tex.
in l.iiij.ff.vnde liber. Itẽ modò ſuccedant de eo-
dẽ iure,non attenditur,an ſuccedant correctoriè,
B vel nõ:probatur ex dictis Bar. in l. re cõiuncti. ff.
de leg.iij.in l. ſi mulieri & Titio.ff.de cõd. & de-
mõ.vbi habet locũ ius accreſcẽdi inter ſucceden
tes de iure ſpeciali,& ſic limitatorio,& ſucceden
tes de iure communi:itẽ inter habẽtes iura vtilia
& iura directa,eſt locus iuri accreſcẽdi:facit,quia
militat ratio iuris accreſcendi:ergo,&c.¶ Alium
intellectũ retulit Picus, quòd quando mulier re-
nuntiauit legitimæ ſucceſsioni,pũta paternę, ta-
C mẽ eius filiis excluſis ſuccedunt agnati auuncu-
li,& portio matris accreſcit illis:idem in patre:&
ideo inferebat ad practicã:quædam mulier renũ-
tiauerat hęreditati paternæ ſecundũ formam c.
quãuis.de pact. lib.vj. dicebãt, quòd nepotes ex
illa excluderentur ab auunculis, per hunc tex. Li-
mitauit hoc Picus, vt poſsint ſuccedere vnà cum
filiis auunculorum,ex quo vtriq; diſtant pari gra-
du,id eſt,in ſecundo.Breuiter iſta quæſtio tracta-
tur per Alex.& alios in l.pactum,quod dotali. C.
de pact.& l.pactum dotali.C.de collãt.Bar. Paul.
D Aret.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hær. Et com
munis concluſio eſt,quòd ſi filia moriatur viuen-
te patre,non excluduntur nepotes:imò ſuccedũt
cum auunculis:ſecus,ſi moriatur poſt patrẽ, vt i-
bi.Et illorum dictis adde,quod videtur, quòd fi-
lij iſtius Titiæ omninò excludantur, per ea, quæ
not.Bal.in c.j.§.& quia.per illũ tex.qui feud. da-
re poſ.vbi dicit,quòd†pactum factum per filiam, 47
includit etiam eius prolẽ:quia excluſa cauſa, ex-
cluditur cauſatũ, vt ibi dicitur. ſed iſtud dictũ eſt
E nimis generale. Ego puto poſſe teneri illam opi.
quòd imò etiã moriẽte filia poſt mortẽ patris an-
te aditam eius hæreditatẽ nepotes admittantur
cum auunculis. nam repudiatio filiæ nõ eſt facta
niſi de perſona:quia excludit ſolã ſuam perſonã.
ergo nõ debet trahi ad gradum,ſicut† exhæreda- 48
tio facta de perſona nõ trahitur ad gradum, l. iij.
§.filius autẽ.ff.de lib.& poſth. Modò quãuis ma-
ter ſit excluſa,remanet tamẽ gradus, de quo ſuc-
cedunt filij ex propria perſona,l.ij.C.de lib.pręt.
F & ſic ipſi admittẽtur,& concurrent cum auuncu-
lis,& cõſequẽter etiam cũ filiis auunculorũ.nam
non videtur aliqua differentia inter hos filios &
patres,cùm ſuccedãt in illorũ gradũ,licet ex pro-
pria perſona, ꝑut declarat Bar.in d.l.ij.C. de lib.
pręt.& in l.ij.§.ſi ſit.ff.de col.dot.l.ij.§.ſi filius. ff.
de cõiung. cum emanc.lib.Aret.in d.l.qui ſuper-
ſtitis. & in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. Alex.
Paul.Iaſ.Repet.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.in
fi.gl.ff.de lib.& poſth.Pet.Phil.Cor. in auth. poſt
fratres.C.de legit.hær.Conſidera tamẽ diligen-

tiùs,quia hęc eſt lõga materia:dicã fortaſſe in d.l. pactũ,quod dotali. ¶ In gl.fi.ibi,l.*ſi cum patrono*. Iſta gl.in quantum dicit,ꝙ † inter ſuccedentes di- 49 uerſo iure non eſt locus iuri accreſcendi ipſo iure,ſed petendo ſic,reprobatur hîc per Lanc. quia tunc non eſt locus iuri accreſcendi. Nec obſtat d. l. ſed cùm patrono. quia illud eſt per deuolutionem hęreditatis,nõ periure accreſcendi, declarando, vt hîc per eum. Et ꝓ declaratione huius gl.aduerte ſecũdum Sal.hîc in j. q. & Iaſ. in l.re coniũcti.ff. de legat. iij. ꝙ ratio huius regulæ eſt,ne diuerſa cẽſeantur eadẽ, l.Papinianus exuli.de min.ſed iſta ratio eſt puerilis,ſicut & illã,quã aſsignat Dec. ꝙ in habẽtibus ſymbolũ facilis eſt trãſitus,l.in rẽ.§. itẽ quæcũq;. ff.de rei vẽd.Dicit tñ Sal.ꝙ diuerſo iure cẽſentur venire,qñ aliqui veniunt per ſecundũ tabulas, alij per cõtratabulas,vel quidã veniũt de iure prętorio,quidã de iure ciuili,vel quidã ex teſtamento,quidã ab inteſtato,vt ibi per eos. Tu aduerte, quia imò inter ſuccedentes diuerſo iure, ſiue ciuili,ſiue nõ,ſiue per cõtratabulas, ſiue per ſecundũ tabulas,eſt locus iuri accreſcẽdi,dũ modò veniãt ex inſtitutione,ſiue ex eodẽ titulo,puta titulo hęreditario,& hoc,ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus: quia illud ius nõ tam reſpicit titulos,quã portiões,l.à Titio.ff.de vſufr. Nec obſtat l.ſed cũ patrono.quia ibi ille non erat cõiunctus aliquo modo à teſtatore,nõ quia præteritus ex lege,nõ qa hęres veniebat iure inſtitutionis:patrono aũt nõ debetur quarta iure inſtitutionis,l.etiã.§.ſi debita.ff.de bo.li.portio itaq; patroni accreſcit hæredi,ſicut etiã portio legatarij nõ eſt cõtra l.eã,quã.C. de fideic. Credo itaq;, ꝙ Sal.malè intellexerit iſtã regulã, quia nõ attenditur diuerſitas iuriũ,vel remediorũ, ſed diuerſitas tituli,alioquin ille tex.vrgeret in oppoſitũ:nã portio patroni accreſcit hæredi,& tñ veniunt di- 50 uerſo iure.Limita † prædictã regulã,ſecũdũ Aret. in d.l.ſi totam.ff.de acq.hær.vt fallat, qñ quis eſt ſubrogatus ei,q veniebat eodẽ iure,licet ipſe veniat diuerſo.Et hanc limitationẽ tenet Iaſ.in d. l. re coniuncti. & in col. lvij. & Mod.hîc: ſed circa hanc dic,vt dixi ſ. Secũdò limita, vt etiã ſi aliqui veniant diuerſo iure,ne tñ quis ſit pro parte teſtatus,& pro parte nõ,ſemper habet locũ ius accreſcendi.Fortiùs,etiã ſi quis ſuccederet de iure ſpeciali:quæ eſt magna limitatio ad l.mulieri & Titio.ff.de cõd.& dem.Ita tenet Bal.in l.j. C. de indic.vid.tol.Rom.hîc.Alex. in conſ. ij. in j. vol. & ſecuti ſunt poſteriores Scribẽtes hîc:& hæc eſt ratio.l. j. C.de teſt. milit. Et in quantum Mod. tangunt hîc, an teſtator poſsit prohibere ius accreſcendi? dic,quòd ſic,modò non decedat pro parte teſtatus,etc.l.quoties.§.ſi duo.ff. de hæred. inſtit. & vide Iaſ. in d.l.re coniuncti. verſic. nonus caſus. ¶ In ead.gl.ibi, *nunquid inuitis*,etc.Iſta ratio 51 facit,quòd † prohibitus capere ex relicto, non intelligatur prohibitus capere ex iure accreſcendi. quam opin.tenet Aret. hîc, licet contrarium tenuerit Bald.hîc,& fortè meliùs:quod facit ad ſtatutum, etc. cætera dic, vt per Mod.

# De bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas†.

†C.lib.6.tit.11.

*Rubrica.*

*De bonorum poſſeſsionibus ſecundum tabulas a.*

L. I.

*Imp.* ALEXANDER *A. Vitali.*

A Pendente *b* appellatione à ſententia, qua falſum teſtamentum pronuntiatũ eſt:incerto adhuc, an defunctus inteſtatus deceſſerit: proximitatis nomine bonorũ poſſeſsioni locus non eſt. D. I I I. Kal. Maij, Max. II. & Aeliano COSS.

1 *Bonorum poſſeſsionis ſecundum tabulas vſus.*
4 *Dubitans de valore teſtamenti, bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas petere poteſt.*

B QVAERO hîc, cuius † vtilitatis eſt hæc bonorum poſſeſſio a? Reſpõdeo, ſi loquimur in ea,quę eſt ſecũdũ tabulas vtilitas eſt,quia olim ex teſtamento in ſcriptis nõ dabatur hæreditas, prætor introduxit, vt detur bonorũ poſſeſsio ſecundũ tabulas:ſi † loquimur in ea,quæ datur ſecundum nuncupationẽ,poſsit teneri, olim C erat pauca vtilitas,& hoc introductũ ſit à prætore cauſa adiuuandi iuris ciuilis,declarãdo, vt per Paul.Caſt.ſ.in rub.C.qui admit.vbi etiã Bald. In † vtraque tamen poſſent eſſe hæ vtilitates: quia ſi quis renuntiaret de iure ciuili, poſſet venire de prætorio, ſecundum communem in l. ſuum.j.de iur.delib.Item quia præſcriptio nõ curreret contra ignorantẽ, ſi venire velit de iure prætorio, licet ſecùs de iure ciuili,vt not.in l.j.ſ.tit.ij. & tangit Bald.in d.rub.Tertia vtilitas poteſt eſſe: quia D † dubitans de valore teſtamenti non poſſet adire, 4 l.cùm falſum.ff.de acq.hær.& fortè poſſet petere bonorũ poſſeſsionem ſecũdum tabulas, arg. l. fi. ſ. tit.ij.cùm hodie nulla requiratur cauſæ cognitio.De quo tamen dic,vt in l.j.j. eo. tit. & vide in j.not.in l.fi.j.vnde leg.& Bar.in l.cùm in ſecũdo. circa med.ff.de iniuſt.rup.Aliam vtilitatem vide per Iaſ. in l. planè. §. ſi coniunctim,ff, de leg. j.

LEX I.

1 *Indefinita negatiua non æquipollet vniuerſali.*
4 *Ablatiuus reſoluitur in conditionem.*
5 *Quæſtio falſi impedit petitionem bonorum poſſeſsionis.*

E PENDENTE b. ¶ Nota ex hoc tex. iuncta l.cùm quidam. ff. de bonor. poſſeſ. ꝙ † indefinita negatiua legis non æquipollet vniuerſali. nam illa verba, locus non eſt bonorũ poſſeſsioni proximitatis nomine, quãuis ſint negatiua, tamen non includunt eum, qui ipſe accuſa- F uit,& propterea certus eſt. is enim bonorum poſſeſsionem petere poterit,d.l.cùm quidã.Et iſtud eſt notandũ, cùm indefinita legis affirmatiua æquipolleat vniuerſali, vt per Bar.in l. ſi pluribus. ff.de leg.ij.hîc.eſt ſecùs in negatiua: & tñ plus negat negatiua, quàm ponat affirmatiua, l. hoc genus.vbi gl.& Paul.de Caſt.ff.de cond. & demon. Alex.hîc,dũ reſpõdet ad l.cùm falſum.ff.de acq. hær.videtur velle euitare contrariũ diſtinguẽdo: aut † quærimus, vtrùm currat tẽpus accuſatori certo?& dicẽdum eſt,quòd ſic,d.l.cùm quidam. aut 2 quæ-



quærimus,vtrùm currat tẽpus, quoad interpoſitionẽ decreti? & tunc ſecùs, vt hac lege. Sed iſta diſtinctio non tollit difficultatem: quia tex.dicit, locus non eſt bonorũ poſſeſsioni:& ſic de bonorum poſſeſsione loquitur,non de decreto. Itẽ videtur falſa hæc diſtinctio:quia quando nõ poteſt interponi decretũ, non currit neq; dies reſpectu bonorũ poſſeſsionis. caſus eſt in l.iij. §. dies. ff. quis ordo in bo.poſ.ſer.Mihi tamẽ videtur vera opin.Bar.hîc, ꝙ hodie cedet dies,ex quo iudex nõ habet decernere bonorũ poſſeſsionẽ cauſã cognita: olim nõ ceſsiſſet,per d.§.dies.nam ibi videbatur, ꝙ cucurriſſet tẽpus,ex quo ſciebat ipſa: text. determinat contrariũ,quia videbatur impeditus, ex quo iudex non poterat decernere, quia dubius de viribus teſtamẽti. Vnde illa dubietas adiuuat etiam accuſatorem,vt videatur agnouiſſe, licet nõ perfectè,quia requireret præterea decretum iudicis, quod eſt cõfirmatoriũ,vt dixi in l.j.ſ.tit.ij. Ad iſtũ tex.reſpondetur, ꝙ non eſt locus bonorũ poſſeſsioni perfectæ,ex quo nõ poteſt interponi decre- 3 tum,& † nil dicitur factũ,cùm quid ſupereſt ad agendũ,l.cùm Syllanianũ.C.de his, quibus vt indig.Aduerte tñ, quia iſta vltima ſolutio videtur probari meliùs ex iſto text. ex verbo, incerto ꝙ † eſt ablatiuũ, & reſoluitur in cõditionẽ,l. à teſta- 4 tore.ff.de cond.& dem.l.ab emptione. vbi Mod. ff.de pact. Ergo ſi proximus certus ſit de viribus teſtamenti,puta quia ipſe accuſauit, debet eſſe locus bonorũ poſſeſsioni:ſed intellige imperfectè. 5 ¶ Nota ſecundò, ꝙ † pendẽte quæſtione falſi quis non poteſt petere bonorũ poſſeſsionem. Quod limita, vt non habeat locũ in poſſeſsione facti, ſecundũ l.ij.C.de edict.diui Had. tol. Corn. hîc.

L. II.

*Imp.* GORDIANVS *A. Cornelio.*

A BOnorum *a* quidem poſſeſsionẽ ex edicto prætoris,

L. 2. Bonorũ.

LEX II.

1 *Identitas rationis par ius conſtituit.*
6 *Dictionis Niſi, vis. 9.*
8 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas non competit ex omni teſtamento.*
11 *Diuerſitas rationis impedit extenſionem paſsiuam.*
15 *Petens ius directum pro vtili ſuccumbit.*
16 *Bonorũ poſſeſsionis ſecundũ nuncupationẽ explanatio.*
22 *Duo teſtes probandæ ſolennitati ſufficiunt.*
23 *Voluntatis facilior, quàm ſolennitatis probatio.*
28 *Ratio requiſitorum ſeptem teſtium in teſtamento.*
29 *Pro teſtamentorum ſolennitate præſumitur.*
30 *Animus teſtantis variè oſtenditur.*
36 *Duo teſtes vbi in teſtamento ſufficiant, non obſtante voluntatis quæſtione.*
41 *Contractuum & vltimæ voluntatis, quoad numerum teſtium, differentia.*
44 *In probanda inueſtitura feudi vnus teſtis ſemiplenè probat.*
47 *Extrinſeca ſolennitas diuturnitate temporis præſumitur.*
48 *Pro teſtium depoſitione præſumitur.*
49 *Singularitas teſtium in acceſſoriis tolleratur.*
51 *Teſtis mendax quandoque non incurrit periurium.*
53 *Duo teſtes quando probent teſtamentum.*

a Notab. I. 1 BONORVM a. ¶ Nota primò, ꝙ † diſpoſitio legis loquentis in vno caſu,trahitur ex mẽte legis & ſimilitudine rationis ad caſum ſimilẽ, vt hîc per Alex. Sed iſtud nota, non colligitur ex hoc tex. quia eſt falſum,ꝙ ex mente prætoris eſſet comprendere caſum, qñ ſit teſtamentũ per nuncupationem.nã ſi eſſet verum, daretur ex tali teſtamento bonorũ poſſeſsio ſecundũ tabulas vtilis,per not.in l.curatori. C. de neg. geſt.quod eſt falſum,& contra hunc tex.Item diceretur dari ex edicto l.nominis & rei.ff. de verb. ſig.quod negat hîc text. Item de natura aduerſatiuæ eſt,vt aduerſetur in qualitatibus, ſecundum Bal. in l. omnes populi.ff.de iuſt. & iur. Alex. in l. ſi filius,q patri.ff. de lib.& poſth. ¶ Cùm † igitur in prima parte tex. 2 loquatur de ea bonorum poſſeſsione, quæ venit ex mente,certè in ſecunda parte,vbi eſt dictũ aduerſatiuũ,non debet dici,ꝙ loquatur de ea, quæ etiã veniat ex mente.& hãc partẽ tenet hîc Corn. & Lanc. Dec.hîc. Nec obſtat reſponſio Aret. hîc ad ſecundum fundamentũ d.l.nominis. ꝙ aut illa extenditur ad aliã perſonã ſimilẽ, & tunc pro- B cedit d.l.nominis.aut ad caſum,& tunc eſt ſecùs, vt hîc.Sed iſta diſtinctio eſt falſa lege & ratione. nã primò eſt contra tex.in l.prętor ait.& ibi gl.in verbo,expreſſum.vbi etiã Bart.ff.de op.no.nunt. Item ſi extenſio de perſona ad perſonã eſt ex mẽte,quantò magis de caſu ad caſum? cùm faciliùs permittatur extenſio de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonã;l.Titius.ff. de lib. & poſthu. Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.ff. eo. tit. Nec obſtat text.in l.ſi ita ſcriptũ.§.fi.ff.eod. allegatus C hîc per Phil.Dec.quia ſatis fateor,ꝙ ſentẽtia prętoris eſt,vt ſeparetur bonorum poſſeſsio.ſed non ſequitur, ergo poſtquã bonorũ poſſeſsio ſecundum nuncupationẽ ſeparata à bonorũ poſſeſsione ſecundũ tabulas eſt ex ſententia prætoris, ſeu prætoria.Et ſic probatũ eſt,ꝙ † hęc bonorũ poſ- 3 ſeſsio ſecundum nuncupationẽ non eſt ex mẽte edicti. Nũc probo, ꝙ nõ habet neq; ſimilitudinẽ rationis. nam maioris auctoritatis eſt actus factus in ſcriptis,quàm ſine ſcriptis, l. nolumus. C. D de teſta. auth.generaliter.C.de non num. pec. Et ꝙ ſit maior auctoritas in teſtamento in ſcriptis, quàm ſine ſcriptis,tenet expreſsè Sal.Fulg.Alex. in auth.quod ſine.C.de teſta. Nõ ſequitur igitur, prætor conceſsit,vt daretur bonorũ poſſeſsio ex teſtamento in ſcriptis:ergo eadẽ ratione ex teſtamento ſine ſcriptis:quia eſſet arguere de maiorĩ ad minus: & propterea errat Alex. dum dicit, ꝙ hi caſus ſunt ſimiles.nam iſtud eſt falſum,quia ſimile dicitur, in quo eſt par,vel maior ratio,vt per E Bal.in l.illud.C.de ſac.ſan.eccl.Alex.in d. l. Gallus.in §.& quid ſi tãtùm.ff.de lib. & poſth. ſed in noſtro caſu eſt minor ratio. Quid ergo dicemus? puto,ꝙ † bonorũ poſſeſsio ſecundũ nuncupatio- 4 nem ſit nec ex verbis,nec ex mente prætoris, ſed ſit introducta à iure ciuili ad ſimilitudinẽ prætoriæ.nã ſaltem conſiderato iure ciuili tãtum valet teſtamentũ ſine ſcriptis, ſicut teſtamentũ in ſcriptis de iure prætorio:& ideo ratione æquiparationis eſt introducta,maximè cùm text.ipſe poſ- F ſit extendere aliquid etiã ex minoritate rationis, ſecundũ not.in d.§.& quid ſi tantùm.facit l. proſpexit.ff.qui,& à quibus man. Hodie tñ quia ius ciuile & prętorium communicauerunt remedia ſua,videtur,ꝙ poſsit dici prætoria, Inſt. de teſta. circa med.Vnde dico,ꝙ propriè loquendo videtur,ꝙ iſta bonorũ poſſeſsio ſecundũ nũcupationem ſit de iure ciuili: quod facit ad ea, quæ not. per Mod.in rub.C.qui admit.Eſt verum,ꝙ in hoc vltimo,tenẽdo communem,poſſet dici, ꝙ † quã- 5 tis teſtamentũ per nũcupationem valeat de iure

ciuili,&ſic ab eo introductū,tñ ipſa bonorū poſ-
ſeſsio,quæ inde datur,ſit prætoria:& ſic,ꝙ in hoc
ius prætoriū adiuuet,Inſt. de bon. poſſ. in princ.
Nec obſt.hîc tex.in verbo,ex edicto. quia fateor,
ꝙ non datur nec ex mente,nec ex ratione edicti,
ꝙ loquitur de bo-
norū poſſeſsione ſe
cundū tabulas, ſed
ex nouo edicto, vel
ex clauſula genera-
li,§.ſufficit.in l. j. ff.
eo.de quo iam dicā
Notab.II. poſt alios. ¶Secun-
6 dò nota, ꝙ † dictio
*Niſi*, ponit: ꝙ facit
contra deciſionem
Bal.in c.cùm nobis
olim. de elect. de
qua hîc per Iaſ.qui ſaluat Bald. ſed nihil eſt: nam
illa deciſio nō eſt vera,& facit cōtra not. per Bar. B
a in l.actione.C.de tranſact.vbi Iaſ.[a]. ¶Tertiò no-
Notab. III. ta,ꝙ†bonorū poſſeſsio ſecundū tabulas nō cōpe
7 tit niſi ex teſtamento ſignato per ſeptē teſtes: &
8 propterea infertur,ꝙ†in teſtamento, quod ſigna
tū eſt.per minorē numerū teſtiū,puta in teſtamē-
to,in quo ſint inſtituti veniētes ab inteſtato,ſecū
dum l.hac cōſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de te
ſta.nō cōpeteret bonorū poſſeſsio ſecūdū tabulas
ordinaria, ſed extraordinaria ſic: ita tenet Lud.
Ro.in l.certū.vbi etiā Bal.ī.vnde legit.Contrariū C
tenet Odofr.Corn.Alex.Phil.Dec.hîc, qui hūc ar
ticulū latè diſputat,ſicut etiā Iaſ.Ego teneo opi.
Bal.& Lud.primò per hūc tex.in verbo,non niſi.
9 nā†dictio Niſi,eſt exceptiua,l. ſi cū. §. ſi. vbi Bart.
10 ff.ſi quis caut.in iud.&†exceptio firmat regulā l.
nā quod liquidæ.§.ſi.ff.de pe.leg. Secundò facit,
quia ſequerētur duo ſpecialia,cōtra l.j.C.de dot.
prom.Primū eſt,ꝙ bonorū poſſeſsio, quæ eſt in-
troducta à prætore,detur in teſtamento,quod va
let niſi de iure ciuili, puta nuncupatiuè, ſecundū D
ꝙ detur in eo, in quo ſint pauciores teſtes. Ter-
tiò facit iſte tex.nā hîc ꝓbatur(vt dixi ſ. in j.not.)
ꝙ bonorū poſſeſsio ſecundū tabulas nō datur in
teſtamēto nūcupatiuo,& bonorū poſſeſsio ſecū-
dum nūcupationē nō eſt nec ex mēte,nec ex ver-
bis,nec ex ratione prætoris:ergo tātò minùs illa,
de qua nos loquimur. Quartò facit gl. quam oēs
ſequuntur,in l.ſciendū. in prin. qui ſat. cog. quæ
probat,ꝙ leges etiā generaliter loquētes nō extē
duntur ad caſus ſpeciales.Et per hoc vltimū fun- E
damentū Iaſ.hîc videtur tenere cōtra cōmunem.
Eſt verū,ꝙ poteſt euitari.nā bene eſt verum,ꝙ lex
generalis correctoria nō intelligitur colligere ca
ſus ſpeciales:ſed nō eſt bonū argumentū de odio
ad fauorē,nec obſtāt huic opin. cōtra cōmunem
quædā fundamēta relata per Iaſ.& primò de mi-
lite,per l.j.§.ſed ſi filius familiâs. ff. eo. quia nego
illā bonorū poſſeſsionē eſſe ordinariā. Vel dic, ꝙ
ibi loquitur,qñ fecit teſtamentū ſecundū ius cō-
mune:nā ibi nō queritur, niſi quia filiusfamiliâs. F
Vel dic.ſecùs eſt in milite,ex quo diſpoſitio trahe
tur faciliùs ad ius militare,quod iā erat tēpore, ꝗ
factū erat edictū, quàm ad ius nouū Iuſtiniani,ex
quo non potuit diuinare. Non obſtat ſecundum
11 de extēſione paſsiua:quia † illa extēſio nō habet
locū,vbi eſt diuerſa ratio: gl.in §. omnē. in auth.
12 vt litig.nā†in teſtamēto,quod valet de iure præ-
torio,requiruntur ſeptē teſtes,& in illo bene da-
tur bonorū poſſeſsio ſecūdū tabulas.& idē in nū
cupatiuo,ſcilicet ſaltē vtilis, ex quo nūcupatiuū
participat de iure prætorio reſpectu ſeptē teſtiū,

non niſi ſecundū eas tabulas,quæ ſeptē teſtium[a] ſignis ſignatæ ſunt,peti poſſe,in dubiū nō venit. A Verùm ſi eundē numerum adfuiſſe, ſine ſcriptis teſtamēto condito, doceri poteſt: iure ciuili teſtamentum factum videri, ac ſecundum nuncupationē bonorum poſſeſsionem deferri, explorati iuris eſt. PP. XII. Kalend. Martiano Attico & Prætextato COSS.

vt Inſt.de teſta.circa med.hoc non eſt in caſu no-
ſtro.Non†obſtat tertiū fundamētū de §. alij.& in
§.quos aūt.Inſt.de bon.poſſ. quia debet intelligi 13
de teſtamēto rectè facto ſecundū ius cōmune, nō
ſecundū ſpeciale,cùm ſpecialia nō cōſiderētur,l.
iiij.ff.de fid. lib.Nō
obſtat quartū de fa
uore: quia per hoc
teſtamentū non rū
pitur,ex quo poteſt
venire de iure ciui-
li,& p bonorū poſ-
ſeſsionē extraordi
nariā,§.ſeptima. In
ſtit. de bon. poſſeſ.
Non obſtat quintū
de §. ſi priùs. quia
nil facit ſecundum
intellectū,quē illi dedi in l.poſthumo.ī.tit.ij. Itē
habet alios xij.intellectus, vt p Mod.in l. ſi filius,
qui.ff.de lib.& poſth.vnde pōt euitari p l. in am-
biguo.vbi Bar.ff.de reb.dub.Vel reſponde, vt hîc
per Iaſ.Nō obſtat l.omniū. in §. ne qd ſanè. C. de
teſta.quia debet intelligi ſecundū alias leges,vt p
Aret.in l.illud.C.de collat.in j.not. Vel † illud eſt 14
propter præſentiā Imperatoris, & plus importat
præſentia,quàm ſimplex factū ſecūdū legē: ſicut
pl⁹ importat præſētia iudicis, quā ſimplex factū
eo abſente,& iubēte,l.ſiue apud acta.vbi not.Iaſ.
C C.de trāſact.Cætera per Mod.hîc expedita habe-
tis. ¶Not.quartò ſecūdū cōmunē opin. ꝙ ſi†in li Notab. IIII.
bello intento petitionem iuris directi, cùm mihi 15
cōpetat vtile, etiā in iudicio extraordinario de-
beo ſuccūbere.nā probatur hîc, ꝙ ſi cui cōpetat
bonorū poſſeſsio ſecundū nuncupationē, & pe-
tat ſecundū tabulas,ꝙ malè facit, quia nō pōt pe
tere:& ſic tex.negat potētiā petendi:quo caſu li-
bellus eſt nullus,l.nō dubiū. C.de legib.& tñ bo-
norū poſſeſsio ſecundū nūcupationē eſt bonorū
D poſſeſ.ſecūdū tab.vtilis. ſecūdū gl. & cōmuniter
Doct.hîc:pro hoc facit deciſio Io. And. relata per
Aret. in l.ſerui.§.ſi.ff.de leg.j.In cōtrariū facit pri
mò tex.in l.ſi quis mihi bona. §. ſed qd mādauit.
ff.de acq.hęr.& ibi not.Aret.ꝙ mādatū de iure di
recto trahitur ad acquiſitionē iuris vtilis,& eſt cō
tra.idē not.Aret.Dec.& alij,in l.Gallus §. & qd ſi
tantùm ff.de lib.& poſth.Fortiùs facit, quia ſi il-
lud eſt in mādato,ꝙ ſtrictè intelligitˀ,l.maritus.&
ibi gl.C.de proc.tātò magis etiā in libello, q etiā
E im ꝓpriiſsimè pōt intelligi,vt not.in l.j.ī.vnde li.
Bal.in l.& ſine.C.ad Treb. Contra iſtud not. etiā
faciūt plures deciſiones relatę per Iaſ.in l.ſed& ſi
poſſeſſori.§.itē ſi iurauero. ff. de iureiur. & p Rō.
in l.j.de op.no.nunt.ex quibus notatur totū con
trariū.Quid dicemus? poſſet reſpōderi ad noſtrū
tex.ꝙ†imò bon. poſſ. ſecundū nuncupationē nō 16
ſit ſecūdū tab.vtilis:vt dixi ſ.Vel dic,ꝙ iſtud prin
cipiū ꝓcedit,qñ quis haberet bonorū poſſeſsio-
nem ſecundū nuncupationē, & peteret ſecundū
F tabulas ex edicto.nā iſta qualitas Ex edicto, non
conuenit bonorū poſſeſsioni ſecūdū nuncupa-
tionē:ſecus, ſi peteret ſecundū tabulas ſimplici-
ter.Sed etiā cōtra iſtā ſolutionē poſſet inſtari te-
nendo cōmunem Interpretū ſententiā:qa ſi eſt v-
tilis,iſta verba Ex edicto,ſatis verificant. Cogita.
¶Not.quintò poſt Lud.Rō.hîc,ꝙ †valet argumē- Notab. V.
tū de teſtamēto ſecūdū nūcupationē, & teſtamē- 17
to in ſcriptis:ꝙ facit in l.poſthumus. ff. de iniuſt.
rupt. teſt. quæ†loquitur in teſtamēto in ſcriptis,
quòd habeat locū in nūcupatiuo.Lāc.Dec. hîc te 18
net, ꝙ ſic; ꝓ quo vltra eū adducitur, quia ſi illud
eſt in



eſt in teſtamento in ſcriptis,in quo attenduntur
tot ſolennitates,& ſcrupuloſitates, Inſt. de teſta.
per totum, quantò magis in teſtamento nūcupa-
tiuo,in quo non attenditur? Iaſ.hîc tenet contra-
rium per gl.in l.ſciendū.ff.qui ſat.cog.quæ nil fa-
cit,vt dixi ſ.in iij.not.Mihi tamen placet eius o-
pin.ponderando,ꝙ ille tex.loquitur conditiona
liter,ſi tabulæ ſint ſignatæ:ergo,&c.facit,quia cō
ditiones legis ſolent importare ſolennitatē non
leuem,Bal.in auth.matri & auiæ. C. qñ mul. tut. A
off.fung.cum cōcord.Nec obſtat iſte tex. quia te-
nendo opin. quā tenui in j.not.non probat. Item
quia maior ratio eſt in teſtamento in ſcriptis, ex
quo eſt maioris auctoritatis, vt per Salic.Fulg.A-
lex.in auth.ſiue.ī. de teſta.Itē quia ſolenniora fa-
ciliùs ſuſtinētur,l.diuus.ff.de in integ.reſt.Nō ob
ſtat ſecundū fundamentū, quia in teſtamento in
ſcriptis, ex quo principaliter eſt introductū à prę
tore,non in tantū attenditur vitiū præteritionis,
ſicut in teſtamēto nuncupatiuo,quod eſt de iure B
ciuili.nā inſtitutio,vel exhæredatio filij eſt intro-
ducta à iure ciuili,nō à prætorio. Mirū igitur ne-
mini videri debet, ſi prætor eā non tātùm curat,
ſicut ius ciuile. Vnde nuncupatiuū teſtamentum
non reconualeſcit.Hæc probātur ex his, quæ po-
nit Iaſ.in l.poſthumo.C.de bo.poſſ.cōtra tab. vbi
19 concludit,ꝙ†de iure pretorio maior eſt defectus
teſtiū, quàm præteritionis: licet ſecùs ſit de iure
ciuili,vt ibi per eum.nam quòd tex.Inſt.de teſta.
ordin.non loquatur in præteritionis ſolennita- C
te,tenet Lud.Rom.in d.l.poſthumo. per tex. In-
ſtit.de exhæred. lib. in princip.

¶In gl.j.in ſi.Poſſet teneri noua opin.per iſtum
20 tex.indiſtinctè loquentem,ꝙ † dum modò teſta-
mentū ſit ſignatū ſeptem teſtibus abſq; aliis ſolē-
nitatibus,ꝙ tñ ex eo poſsit dari bonorum poſſeſ-
21 ſio ſecundū tabulas. nā † tunc valebit tantùm de
iure prætorio:quia habebit niſi ſolēnitates ab eo
introductas,Inſt.de teſt.ord.§.ij.& ſicut qñ teſta-
mentum valet niſi de iure ciuili, datur bonorum D
poſſeſsio ſecundū nuncupationem,pariformiter
dabitur ſecundū tabulas,quādo non valebit niſi
de iure prætorio. Et pro hac opin. inducitur iſte
tex.ponderando exceptiuam Non niſi,quæ data
opin.communi pro vera nō exciperet omnia. Et
hanc opin.tenuēre quidam Mod. hîc. ¶In gl. in
22 verb.*doceri poteſt*.Habes ex gl.ꝙ†in caſibus, in qui
bus poteſt probari ſolēnitas abſq; voluntate, tūc
eſt ſatis duobus teſtibus,puta qñ hæres cōfitetur
teſtamentū factum,ſed nō ſolenniter:ſecùs, quā- E
do omnino negaret.& hanc gl.ſequitur Bar. hîc,
& in l.hæredes palàm.in prin.ff.de teſta. & vtro-
biq; omnes ſequuntur.Sed primò videnda eſt ra-
tio.tu dic,ſecundū do.Pet.de Beſ.in d.l. hæredes
palàm,ꝙ ratio eſt, quia faciliùs probatur ſolenni
tas, quàm ipſa eſſentia, & ſic voluntas: probatur
in l. ſciendū. ff. de verb. oblig. Contrarium tñ in
hac ratione videtur tenere Bald. in d.l.hæredes.
23 quē refert Alex.hîc:quia † imò faciliùs probatur
volūtas, quàm ſolennitas: allegat l.fin.ff.de reb. F
cor.& l.in teſtamento.ff.de fideic.lib. Sed ad illa
iura reſpōdet Imol. vt hîc per Alex.Facit ꝓ prędi
24 cta ratione,quia†ſeptē teſtes introducti ſunt pro
pter probationem ad obuiandum falſitatibus, l.
fin.in ſi.C.de fideic.Lud.Alex.Mod.hîc.Certè qñ
agitur niſi de probāda ſolennitate, ceſſat iſta ra-
tio,maximè cùm ſit minoris præiudicij.Sed con-
tra iſtam communem opin.arguit Aręt.in d.l.hæ
redes.& Iaſ.hîc,& Phil.Dec.nam quādo eſt quæ-
ſtio ſolùm de ſolennitate,puta quia hæres cōfeſ-



ſus eſt teſtatorem eſſe teſtatū,ſed negat ſolēniter L. 2.
teſtatum,certè iſta cōfeſsio eſſe teſtatorem teſta- Bonorū.
tum,videtur ꝙ debeat præiudicare abſq; alio. nā
numerus teſtiū eſt de ſolennitate probatoria, vt
not.Bar.in l.cùm quis.C.de iur.& fac.ig. cū mul-
tis hîc allegatis per Iaſ. Sed ſolēnitas probatoria
non attenditur,qñ conſtat de actu per confeſsio-
nem partis,Bald.in auth.ſed nouo iure.C.ſi cert.
pet.Ad iſtud fundamentū reſpondet Aret. quem
A ſequuntur alij,ꝙ dictū Bal.non procedit,quando
ſolennitas requiritur, & vltrà annullatur actus,
veluti in caſu noſtro:quia tunc eſt forma, & for-
mæ nil addi,vel minui poteſt,l.j.vbi Bal.& Mod.
ff.de lib.& poſth. Tu caue: quia quando iſta for-
ma eſſet introducta in fauorem priuatum, poſſet
tunc renuntiari, vt eſt gl.in c. tuis. de teſtib. cum
aliis not.per Iaſ.in l.nemo poteſt.ff.de leg.j. Qua
re tu clariùs dic,ꝙ dictum Bal.procedit in ſolen-
nitate probatoria introducta fauore priuato,non
B publico, vt eſt in noſtro caſu. nā numerus teſtiū
eſt de iure publico,vt not. in d.l. nemo poteſt. v-
bi Iaſ.ſequitur Aret. in vtraq; lectura. Secūdò mo
do reſpondetur, ꝙ imò numerus teſtium non eſt
de eſſentia.quam opin.tenet Iaſ.hîc cum cōcord.
Phil.Dec.reprobat, quia ſine ea nō cōſiſtit teſta-
mentum:ergo eſt de eſſentia. Sed iſta conſequen
tia non eſt bona,per tex.in c.j. de reb.eccl.non a-
lien.lib.vj.& tex.in l.obligari.§.tutor. ff. de auct.
tut.Eſt verum,ꝙ Bar.in d.l.nemo poteſt tenet, ꝙ
C imò ſit ſolennitas eſſentialis:& ea videtur eſſe cō
munis opin.de qua tamen dic,vt ibi per eū.Prior
ſolutio videtur tutior,& declarata, prout ego fe-
ci,tollit fundamentum, quod facit hîc do. Phil.
Dec.de l.ſi.C.de fideic.Sed vltra ſuprà dicta con-
tra communem videtur facere tex.in l.pen.C.de
fid.inſtr.allegatus hîc per gl.nam ibi in chirogra-
pho,in†quo requiritur probatio triū teſtium, qñ 25
ſemel ſubſcripſerunt,ſatis eſt,ꝙ duo poſtea depo
nant.Certè ſi intellexerimus illum tex.loqui,niſi
D quando dubium erat de ſolennitate,reſtringetur
nimis.Fortiùs:impoſsibile eſt, ꝙ ita intelligatur.
nam ſi demus ibi partem cōſenſiſſe chirographū
factum, ſed non ſolenne, talis cōfeſsio ſatis pro-
bāret,nec eſſet opus producere illos duos teſtes,
per doctri.Bald.in d.auth.ſed nouo iure. ſ. alleg.
Sed ad iſtum tex.reſpondetur, ꝙ ibi duo probāt
per ſe,tāquam ſinguli,& collecti probāt tertium
interfuiſſe iuncta ſubſcriptione illius. Item non
videtur,ꝙ ibi ſit ſolēnitas, ꝙ illi tres teſtes inter-
E eſſent,vt in noſtro caſu.Item contra communem
fortiter facit, quia imò videtur,quòd † etiā quòd 26
pars fateatur teſtamentū factū,ſed nō iure, & ſic
ſolenniter factū, ꝙ tñ non ſint ſatis duo teſtes ad
probandā talem ſolennitatem:quia ſemper mili-
tat ratio gl.hîc.nā ſi veniens ab inteſtato fateatur
teſtamētum factū,ſed non ſolenniter, eſt tanquā
ſi diceret, ꝙ teſtator noluit facere teſtamentum.
nam teſtator omittēs debitas ſolennitates, vide-
tur nolle teſtari,l.ſi.§.illud quoq;.C.de codic. Vn
F de pars,quæ dicit eum omiſiſſe ſolēnitates, quā-
uis fecerit teſtamentū,videtur etiā dicere, ꝙ no-
luit teſtari,ex quo hæc eſt conſequentia introdu-
cta à iure, & in omnibus quantūcunq; odioſis ve-
niunt huiuſmodi conſequentiæ,l.ij.vbi not.ff.de
iur.om.iud.l.illud. ff. de acq.hęr.Igitur†teſtis de- 27
ponēs de ſolēnitate,dicitur etiā deponere de vo
lūtate.quare fundamentū gl.etiā militat.Itē con
tra communem vrget:quia non videtur, ꝙ cōfeſ-
ſio venientiū ab inteſtato aliquid faciat. nam fa-
ctio teſtamenti eſt iuris publici, l. iij. ff. de teſta.

nec pars poteſt facere, quòd teſtamentũ abſq; ſo-
lennitate valeat, vel econtrà, vt eſt tex. in l.fi.ff.de
ſuis & leg. in l.nemo poteſt.ff. de lega.j. Vnde quã
uis quis fateatur teſtamentũ factum, ſed non ſolẽ
niter, iſta confeſsio non debet per hoc facere, q
cenſeatur teſtamentum factũ, ex quo non poſſet
pars eius facere, & ex quo eſt præſumptio, q tale
teſtamentum, licet ſit factũ, tamẽ mutata ſit poſt-
ea volũtas teſtatoris, d.§.illud. & iſtud fundamẽ-
tum multùm facit contra communem. Quare eã A
ſuſtinẽdo limita opin. Bart. & communem poſſe
procedere, quãdo pars dixiſſet teſtamentũ factũ,
& voluntatem non mutatã, licet non fuerit ſolẽ-
niter factũ: nam tunc poſſet procedere, per not.
per Bar. in l.fi.C.de fideicom. Sed fatuus eſſet il-
le veniẽs ab inteſtato, qui hoc diceret: quia para-
ret arma contra ſe. Nec puto, q hoc caſu hæres in
ſtitutus poſſet probare per duos teſtes eum in vo
luntate manſiſſe: tum, quia militat ratio gl. nã in-
ciperet probare de voluntate, quod non poteſt: B
tum, quia illa videtur præſumptio legis, quæ nõ
admittit probationẽ in contrariũ, l. ſiue poſside-
tis. vbi not. C.de probat. imò admiſſa nil videtur
quod releuaret, per d.l.fin.ff.de ſuis & leg. & d. l.
nemo. Hinc dixit hîc Phil. Dec. q, ſi talis veritas
ab inteſtato fatetur teſtamentũ factum, ſed nõ ſo
lenne, & propterea teſtatorẽ mutaſſe voluntatẽ,
q tunc hæres nil poſſet probare per duos teſtes:
& dicit ita fuiſſe conſultũ. Tu fortiùs teneas, etiã
ſi non ſit dictũ nihil de mutatione volũtatis: quia C
hæc venit in neceſſariã conſequentiã, vt dixi. Cõ
28 tra communẽ etiam facit, quia † ratio, cur in teſta-
mentis requirantur ſeptẽ teſtes, eſt, ne quid falſi-
tatis incurrat, vt eſt text. in l.fi.C.de fideicom. ſe-
quitur Lud.Rom. Alex. Iaſ. hîc, & alij omnes: cer-
tè iſta ratio militat etiã in probanda ſolennitate,
cùm tantũ præiudicetur deficiente ea, ſicut ſi de-
ficeret ipſa voluntas, ex quo actus, in quo non in-
teruenit debita ſolennitas, eſt ipſo iure nullus, l.
hac conſultiſsima. §.ex imperfecto. C. de teſta. l. D
j.ff.de lib. & poſth. nec l.ſciẽdũ.ff. de verb. oblig.
allegata per do. Pet. de Beſ. in d. l. hæredes mei.
nil facit, quia non loquitur de ſolennitate intrin-
ſeca, vt eſt ſolennitas numeri teſtiũ: imò lex pro-
bat noſtrã opin. & ſic videtur, q opinio gl. indi-
ſtinctè, prout ipſa loquitur, ſit vera, quicquid di-
cat Bar. & alij. Illud tñ ſciendũ eſt, q veniens ab
inteſtato debebit probare teſtamentũ eſſe nõ ſo-
29 lẽnе, ex † quo in dubio teſtamẽta præſumũtur ſo-
lennia, l. & ſi poſt diuiſionẽ. vbi gl. Bart. Bal. C. de E
iur. & fact. ig. de quo vide do. Phil. Dec. in cõſ. xj.
& hoc ſatis erit reſpectu venientis ab inteſtato:
quia eo ipſo, q hoc erit probatum, ſuccedet præ-
ſumptio iuris, q mutauerit voluntatẽ: & hæc vi-
dentur vera, qñ deberet probari aliqua ſolẽnitas
eſſentialis, vel etiam probatoria: ſecùs fortaſse in
ſolẽnitate aliqua leui, puta q teſtes eſſent rogati:
& ita procedat opin. Bal. Paul. Caſt. Alex. Iaſ. hîc
quicquid dixerit Bal. in l.hęredes. relatus hîc per
Alex. Eſt verum, q per ſuprà dicta poſſet etiã te- F
neri opin. Bal. in d.l.hęredes. ¶In ea gl. ibi, *nec ob-
ſtat*, &c. Iſtã reſponſionẽ Bulg. reprobat Bar. quia
30 † eo ipſo, q quis inſtituit hæredẽ, videtur habere
animũ teſtãdi, l.nec codicillũ. C.de codicil. Item
quibuſcunq; verbis quis legat, videtur, q habeat
animũ teſtãdi, l.omne verbũ. C. cõmunia de leg.
2 Sed iſta reprobatio Bart. non videtur vrgere, nec
etiã vera, cõtra gl. Et circa primũ dictũ, licet eius
opin. nõ probetur in d.l.nec codicillũ. probatur
tñ in l.illud. §.tractati. vbi hoc not. Bart. ff. de iur.
codic. & fortè Bart. voluit allegare l. nec codicil-
lũ. C.de teſta. Sed ſuſtinendo gl. dic, q † eius opi- 31
nio procedit, qñ poſtea finiuit teſtamentũ. Sed ſi
non adhibet ſolennitates debitas, videtur eũ pœ
nituiſſe talis inſtitutionis. Vnde veniens ab inte-
ſtato, qui dicit teſtatorẽ nõ feciſſe teſtamentũ ſo-
lẽne, videtur etiã dicere, q pœnituerit eũ: & ideo
erit quæſtio hoc caſu etiã de volũtate. Iſtud pro-
batur, vt dixi in l.fi.C.de fideic. in l.j.ff.eo. tit. vbi
A teſtator faciẽs teſtamentum, quod non poteſt va-
lere niſi iure codicillorũ, quia non eſt perfectũ, tñ
nõ valet, niſi appoſita ſit clauſula codicillaris: cer
tè deberet valere, ſicut cõtractus, in quo habet lo
cũ clauſula codicillaris, ſi nõ valet vt ago, valeat,
vt valere poterit, l.an inutilis. in princ.ff.de acce-
ptil. certè nõ poteſt aſsignari alia ratio, niſi quia
pręſumitur pœnituiſſe: aliàs ſequeretur, q fauora
biliores teſtamẽtis eſſent contractus, quod eſt cõ
tra l.ſemper in teſtamẽtis.ff.de reg.iur. Secundò
B facit regula, q quotieſcũq; quis nõ perficit actũ,
videtur pœnituiſſe, ſi põt illũ actũ perficere, l. fi-
deicommiſſa. §.ſi rẽ.ff.de leg.iij. l.pe.C. de inſt. &
ſubſt. cũ ſimilib. not. per Iaſ. in l.Stichũ, qui meus
erit.ff. de leg. j. ſed in noſtro caſu ſemper potuit
perficere, ſaltẽ vt valeret iure codicillorũ. nã ad-
dere illa verba, ſi nõ valet iure codicillorũ, &c. eſt
res facilis, & poteſt fieri etiã in vltimo vitæ ſpiri-
tu, l.fi.ff.de cõd.inſt. ergo, &c. Facit, quia † volũtas 32
non perfecta, nõ eſt voluntas, l. cùm Syllanianũ.
C C.de his, quib. vt indig. facit l.hęredes. §.fi.ff.de
teſta. In quãtũ etiã Bart. dicit, q in caſu noſtro te-
ſtes deponentes debẽt coarctare dictũ ſuũ, ita vt
de neceſsitate cõcludant, de eodẽ teſtamẽto actũ
nõ eſſe: not. Doct. q licet pluralitas actuũ regula-
riter non præſumatur, pręſertim teſtamentorũ, l.
omniũ. C.de teſta. & vide Bal. in l. ij. C. de errore
aduoc. & Dec. in c. in præſentia. de probat. tamẽ
fallit, vt † teſtes reducãtur ad concordiã ad euitan 33
dum periuriũ, vt hîc per eos. Aduerte primò, quia
D non videtur, q iſta præſumptio habeat locum in
noſtro caſu: quia ſi actor produxit teſtes, qui dice
rent teſtamentũ ſolẽne, reus produxit teſtes, qui
dicerẽt contrariũ, certè debet intelligi, q intelle-
xerint de eodẽ teſtamẽto. Iſtud ꝓbatur ex not. ꝑ
Bar. in l.inter ſtipulantẽ. §.j.ff.de verb.obl. vbi di-
cit, q in iudiciis lex præſumit, q reus ſenſerit de
eo, q ſenſit actor. Sed reſpõde, ſuſtinendo opin.
Bar. quæ ꝓbatur per tex. in c.cùm Ioan. vbi Abb.
de fid.inſt. & in c.cùm tu. de reſt. q maior pręſum
E ptio eſt pro teſtibus in noſtro caſu cauſa euitãdi
periurij. vnde tollit præſumptionẽ, de qua ꝑ Bar.
in d.l.inter ſtipulantẽ. & ſic limitatur illud dictũ
Bar. nã † maior præſũptio minorẽ tollit, l. diuus. 34
ff.de in integ.reſt. Aduerte etiã, q a cõtra iſtã cõmu
nẽ opin. ſcriptorũ facit tex. in l.fi. C. de reb. cred.
nã † ibi quidã iurauerat ſibi aliquid legatũ in te- 35
ſtamẽto, & ideo illud cõſecutus erat: deinde in-
uentũ eſt quoddã teſtamentũ, in quo nõ reperie-
batur, q illud eſſet illi legatũ: certè lex præſumit
F eum periurũ, non autẽ præſumit facta fuiſſe duo
teſtamenta, vt ille euitet periũriũ. Sed reſpõde, q
illud teſtamẽtum repertũ erat illud, de quo ſenſe
rat iurans, & hoc cõſtabat: quod probatur ex illo
tex. ibi, poſtea autẽ manifeſtũ, &c. nã aliàs nõ fuiſ
ſet manifeſtũ, ex quo fuiſſet poſsibile, q feciſſet
deinde aliud teſtamentũ, in quo legatũ eſſet ali-
quid illi, qui iurauit. Eſt verũ, q iſta ſolutio nõ o-
mnino ſatisfacit, qa iſtud non potuit eſſe manife
ſtũ, ex quo eſt quædã negatiua, q quis non fece-
rit aliud deinde teſtamẽtum, quę non poteſt eſſe
mani-



feſta, l.iij.ff.de teſtib. l.ij.ff. de probat. facit,
quod not. Bar. in l.ſi conſtante.ff. ſol.mat. Itẽ fuit
poſsibile, q in primo teſtamento fuiſſet legatum
aliquid illi iuranti, & poſtea in ſecũdo non: certè
reperto ſecundo potuiſſet lex credere facta fuiſſe
duo teſtamenta: & quamuis iurans teneretur ad
reſtitutionẽ, non tamen eſſet periurus, ex quo re-
ctè iuraſſet ſibi relictum legatũ, licet eo inſcio eſ-
ſet poſtea reuocatũ. Et ſic ille tex. multũ facit cõ-
tra iſtam opinionem, quæ eſt cõmuniter appro- A
bata. Cogita, & circa hanc deciſionem vide Alex.
36 conſ.cv. in ij.lib. Addit † Iaſ. hîc duos caſus, in qui-
bus teſtamentũ probatur per duos teſtes, etiam
ſi quæſtio eſſet de voluntate. Primus eſt, quando
teſtator fecit teſtamentũ inter liberos, & legauit
alicui, quæ legata ſtipulatus eſt dari illi ab hære-
de: quod fieri poteſt, ſecundum Bar. in l.hæredes
palàm. §. fin. ff. de teſta. certè hoc caſu ſufficerent
duo teſtes ad probandum, quia eſt cõtractus, per
reg. l.vbi duo.ff.de teſtib. Sed contra iſtam opin. B
ego credo etiam veritatem, quia non videtur, q
teſtator poſsit ſtipulari legatario, per l.ſtipulatio
iſta. §.alteri.ff.de verb.oblig. Nec obſtat l.in tem-
pore. §.j.ff.de vſucap. allegata hîc per Iaſ. quia be-
ne eſt verum, q ſingularis ſucceſſor repræſentat
perſonam defuncti, ſed non eſt contrà. Nec l.fin.
allegata per Bar. in l.nemo poteſt. habet hunc in-
tellectũ, vt ibi patet per Aret. in d.l. nemo. tamen
videtur, q hæc opin. ſit communis, & propterea
in practica tenẽda. Contra eam etiã arguit Iaſ. de C
l.j. §.ſi quis ſub cõditione.ff. vt leg.nom. cau. quia
ſtipulatio debet regulari ſecundũ naturã eius, in
quo interponitur. Sed ad hoc reſpondent quidã
Mod. q iſtud eſt verum de ſtipulatione producta
in eſſe: ſecùs de producenda: allegat in ſimili, q
magna differentia ſit, quando aliquid eſt in fieri,
vel quando eſt factum, veluti donatio cauſa mor-
tis, de qua in l.j.ff.de leg.j. ſtipulatio quę eſt facti,
prout eſt in fieri, ſecùs, vbi eſt facta, l. ſi vnus. §.pa-
37 ctus, ne peteret.ff.de pact. legata, quæ † æquiparã- D
tur fideicommiſsis, quando ſunt facta: ſecùs, qua-
do ſunt in fieri, ſecundum Raph. Com. & Aret. in
l.j.ff.de leg.j. Sed iſta reſponſio non eſt bona, ex
quo non poteſt aſsignari ratio diuerſitatis inter
vnum caſum & alium: item quia non agitur de in
eſſe producendo, ſed de probando iã in eſſe pro-
ductum. Quare tu dic, q ſtipulatio regulatur ſe-
cundum naturam teſtamenti, quoad hoc, ne plus
exigatur, vel minus: ſecùs, quoad hoc vt ſit vali-
dior, & conſequẽter, quoad probationes. Iſta eſt E
diſtinctio, quam tradit do. Alex. in l.j. in fin. ff. de
pact. & in effectu ſequitur Iaſ. in rub. ff. de verb.
oblig. Mod. in l.cùm mota. C. de trãſact. Sed quã-
uis huic fundamento Iaſ. ſit reſponſum, tñ primò
non videtur poſſe bene reſponderi. quod funda-
mentum fortiùs inducitur. nã aut inſtitutus non
erit hæres, & tunc nec valebit ſtipulatio, nec de-
bebitur legatum, l.eam, quan. C.de fideicom. aut
erit hæres, & tunc etiã ipſe refert perſonam teſta-
toris, ſicut legatarius in re legata, d.l.in tẽpus. vn- F
de ſi talis ſtipulatio eſſet facta per teſtatorem, &
valeret, ipſemet fictè eſſet obligatus ſibimet, ex
quo & hæres & legatarius ſuã perſonã referunt.
Iſtud eſſe non poteſt, per not. per Bar. in l.frater à
fratre. ff.de cond. indeb. vbi filius non poteſt eſſe
obligatus patri, nec eſt contrà, quia eſſet ſibimet
debitor & creditor. & hæc fundamẽta facere qui
38 dam Mod. hîc: quod tñ poteſt euitari. nã † imò po-
teſt quis duos actus cõtrarios, ſeu correlatiuos in
eadẽ perſona agere, vt eſt tex. melior de iure in l.
iij.ff. de rit.nup. & eſt doctri. Bar. in l. ſi quis mihi L.2.
bona. §.iuſſum.ff.de acq.hęr. Nec obſt. qđ dicitur Bonorũ.
de filio in d.l.frater à fratre. qa illud eſt, quia per-
ſona filij nõ habilis ad ſuſtinendã obligationẽ pa
tris, ex quo oĩa iura acquirit illi, l.ea, quę ciuiliter
ff.de acq.rer. dom. vnde reſpectu ſuimet pater nõ
poteſt eſſe ſibi obligatus, ſed bene poteſt facere,
q duo, qui fictè eum referũt, ſint inuicẽ obligati.
Cogita ſuper præmiſsis. Secundus † caſus eſt, qñ 39
A inſtrumentum teſtamenti eſſet amiſſum. nã hoc
caſu poterit probari volũtas per duos teſtes pro-
bata amiſsione inſtrumenti, vt tenet Bal. in l.te-
ſtium. per illum tex. C. de teſtib. Corn. hîc tenet
contrariũ. idem tenet Aret. in d.l.hæredes. vbi di-
cit, q iſtud dictum non admitteretur in practica.
mouẽtur, quia d.l.teſtium. loquitur in aliis inſti-
tutis, & ideo non eſt trahenda ad teſtamentũ, in
quo requiruntur plures teſtes, & in quo cautiùs
agitur, d.l.fi. C.de fideicom. Ad iſtud fundamen-
B tum reſpondet hîc Phil. Dec. q imò d. l. teſtium.
debet habere locum iſto caſu, quia in d.l.teſtium.
probatur amiſsio inſtrumenti: idem hîc: & licet
mediatè plus præiudicetur in noſtro caſu, quàm
illic, tñ iſtud non debet attendi, per not. per Bal.
in l.j.C. quib. ex cauſ. ſer. pro præ. lib. accip. cum
ſimilib. Sed iſta reſponſio non eſt bona, quia vo-
lũtas teſtatoris nec directè, nec in conſequentiã
poteſt probari per duos teſtes, vt tenet gl. hîc cõ-
muniter approbata; & quia regula eſt, q † illud, 40
C quod fieri nõ poteſt immediatè, non poteſt neq;
mediatè, l.oratio.ff.de rit. nupt. cum ſimilib. Te-
neo itaq; opin. Aret. & Corn. pro qua facit tex. in
c.j. & ibi Bal. quid ſit inveſtit. in vſib.feud. vbi qñ
agitur de probanda voluntate, quæ interuenerit
in contractu feudi, amiſſo inſtrumento debẽt re-
quiri tot teſtes, quot interfuerunt ipſi inſtrumen-
to. Secundò facit tex. & ibi gl. in l.ſicut. C.de fid.
inſtr. vbi dicit, q quamuis requirãtur duo teſtes,
q probant dato iuramento in ſupplementũ pro-
D bationis: ſed in noſtro caſu non poteſt deferri iu-
ramentũ in defectũ, ſecũdum Bal. quem refert &
ſequitur Alex. Iaſ. & alij hîc, & ĩ. dicam: ergo, &c.
Et certè non puto, q gl. in d.l.teſtium, quæ dicit,
quòd ſatis ſunt duo teſtes, dicat verum, quia imò
videtur, q numerus ſit determinatus, per text. in
d.c.j. & per reg. d.l.omnino. Non omitto vnũ di-
ctum Bal. in c.j.ſi de inveſt. inter dom. in vſib.feu.
vbi dicit, q † in teſtamento, quod importet, puta 41
centũ aureos, requiruntur ſeptẽ: in contractu ve-
E rò, etiã ſi importaret mille, ſatis ſunt duo: dicit ra-
tionem eſſe, quia teſtamẽto probatur de volunta
te eius, qui iã eſt mortuus: ſecùs in contractu: qđ
not. facit, quod not. Io. Fab. in §.omnis. Inſtit. de
verb.oblig. Bar. in l.j.ff.de iur. codic. ponit Alex.
conſ.xxviij. Adde etiã, quod not. Bald. in c.j. §.ſa-
cramentũ. de conſue. rect. feud. q quamuis pro ſo
lennitate requirãtur duo teſtes in inueſtitura feu
di, tamẽ ſi vnus deponat de ſolennitate, faciet ni
ſi ſemiplenã probationem: quod videtur facere
F cõtra communem opin. hîc. Sed dic, q † iſtud eſt, 42
quia non reperitur, quòd vnus teſtis faciat plus
quàm ſemiplenam probationem. vnde ſi in inue-
ſtitura requirerentur tres teſtes, certè, ſecundum
communem, duo probare poſſent ſolennitatem,
per reg. d.l. vbi numerus.ff. de teſt. Aduerte etiã,
quia ſi aliqua ſolẽnitas interueniſſet in teſtamen
to, & non eſſet ſcripta, purà quia teſtator rogauiſ-
ſet teſtes, & notarius, ſeu ipſemet teſtator nõ ſcri
pſiſſet hoc, quia nõ videtur, q † nec ſeptem teſtes 43
poſſent probare talem ſolẽnitatem interueniſſe

& hoc in teſtamẽto in ſcriptis, in quo requiritur
ſcriptura pro forma, l.probatorias. C. de diuerſ.
off.lib.xij. Bal.in c.j.in prin. per quos fiat inveſt.
Imo.in l.quidam conſulebant.ff.de re iud. Mod.
in c.ſtatutum.per gl.ibi,in verbo, literarũ. de re-
ſcrip.lib.vj. & hęc eſt magna limitatio ad tradita
per Doct. hîc.miror, quòd Doctores non tangãt.
Et hoc intellige, quando nõ proueniſſet iſtud ex
errore, per ea, quę habentur in l.quoties.§.j.ff.de
hæred.inſt.in l.ſi librarius. ff.de reg.iur. facit pro A
hoc, quod not.hîc Bald. quem refert & ſequitur
Lud.Rom.Alex.Iaſ. Dec. Sen. quòd vbi in teſta-
mento eſſent niſi ſex teſtes, in defectũ probatio-
nis non defertur iuramentum, quia actus eſt nul-
lus, ex quo requiruntur ſeptem pro ſolennitate:
idẽ tenet Bar.in l.admonendi.ff.de iur.iur. & ibi
Iaſ. in repet. Contra iſtud dictum Bal.facit, quia
44 † in inueſtitura feudi pro ſolennitate requirũtur
duo teſtes, & tamen vnus facit ſemiplenam pro-
bationem, ſecundum Bald.in c.j.§.j. de conſuet. B
recti feud.& s̃.dixi: & contrarium videtur tenere
Corn.hîc. Sed diſtinguendum eſt, an fuerint niſi
ſex teſtes & hæres: & hoc caſu procedit doctri.
Bal. quia peccatum fuit in forma omittendo te-
ſtem, pręſertim quia non præſumeretur rogatus,
ex quo eſt ſolennitas extrinſeca, d.l.hęredes.§.ſi.
l.ſciendum. de verb.oblig. aut hæres dicit, ꝙ in-
teruenerãt ſeptem teſtes rogati, & probat de vo-
luntate, & ſolennitate per ſex teſtes: certè hoc ca
ſu deferetur iuramentum in defectum probatio- C
nis, per ſuprà dicta, ſecundũ Corn.& per not.per
45 Bal.in d.§.j. Dixit etiã Bal.hîc aliud not.ꝙ ſi † te-
ſtes deponant ſuper teſtamento, ꝙ talis fecit te-
ſtamẽtum, & inſtituit talem hæredem, ſed quòd
non recordãtur, qui alij teſtes tũc adeſſent, & ſic
quilibet particulariter de per ſe deponat, quòd
tamen tales teſtes plenè probãt, & præſumũtur
fuiſſe conteſtes: & hanc deciſionem refert hîc &
ſequitur Paul.de Caſt.Iaſ.& Alex.qui allegat cõ-
cord.vt hîc per eum circa principale dictũ. Lud. D
Rom.hîc tenet contrarium, & vltra alia mouetur
forti fundamento. nam quòd iſti teſtes affuerint
eodem tempore, & ſic quòd fuerint cõteſtes, eſt
quid facti, & ideo eſt ſolennitas extrinſeca, quæ
in dubio non præſumitur, vt eſt tex.in l.ſciendũ.
ff.de verb.oblig.in §.fin. Inſtit.de fideiuſ.& licet
Alex.dicat, quòd fundamẽta Lud. parũ faciunt,
iſtud mihi videtur vrgere, & dicit Cor.hîc, quòd
in puncto iuris opin.Lud.eſt vera. Suſtinẽdo cõ-
munem poſſet dici, ꝙ quamuis regulariter ſolen E
nitas extrinſeca non præſumatur, tamen fallit,
quando iſta ſolennitas haberet aliquam præſum
ptionem nouam pro ſe, puta quia aliàs præſume
retur pluralitas actuum, quod regulariter nõ fit,
l.fin.C.de reb. cred. Item quia aliàs actus annul-
laretur, l. quoties.ff.de reb.dub. Item quia de fa-
cili iſta ſolennitas potuit interueniſſe, l.j. in fi.ff.
de vent. inſpic. Item quia frequenter ſolitum eſt
ita fieri, & ſic ſolita eſt interuenire, l.fin.ad fin.C.
46 de fideiuſ. Aret.in c.j.de teſtib.nam † licet ſingula F
hæc non iuuent, tamen collecta videtur quòd iu
uent, arg.l.ſi familia.ff de iur.om.iud. Iſtud tamẽ
dictum Bal. Rom.hîc habet pro indubitabili, qñ
concurreret diuturnitas temporis, per l. qui in a-
liena. verſic. ſed ſi non adierit. ff. de acq.hær.ſed
in hoc contrarium tenet hîc Cornæus. Iſta quæ-
47 ſtio dependet ab illo articulo, an † ſolennitas ex-
trinſeca præſumatur, per diuturnitatem tempo-
ris? In quo puncto communis opin. omnium eſt,
quòd ſic, licet ſolus Abb.in c.Alberic9. de teſtib.
teneat contrarium: vide Iaſ.in d.l.ſciendum. Ex
iſto dicto Bal. Iaſ.hîc infert duo dicta not. Primũ
eſt, quòd † teſtes in dubio præſumuntur depone- 48
re de eodem actu: de quo dic.vt hîc per eum. Se-
cundum eſt, quòd ſufficit, quòd teſtes recorden-
tur de eo, quod eſt ſubſtantia negotij, licet nõ re-
cordentur de acceſſoriis. Pro hoc vltra Doct. hîc
facit regula cõmunis, quòd eſt ſatis, quòd teſtes
concordent in principali, quamuis in acceſſoriis
A ſint varij, vel contrarij, vt not.Bart.in l.eos. ff.de
fal.& † ideo ſingularitas teſtiũ, quæ non eſt in fa- 49
cto principali, nõ nocet, Bal.in l.de quibus. ff.de
legib.& falſitas, quæ nõ tangit dictũ principale,
non facit reprobari dictum teſtiũ: Sal.in l. pe.cir-
ca fin.C.de tranſact. Item modica contrarietas in
facto principali non nocet, Ant.de But.in c.ij.de
reg. Alex.in conſi.v.in cauſa inquiſitionis. lib.j.
Dec.in conſ. cv. & in conſ.c.vbi dicit, quòd ſi te-
ſtis deponat Titiũ iuiſſe cum vno ſocio, alter di-
B car cum duobus, quòd tamen iſti teſtes ſuſtinen-
tur, nec dicuntur contrarij. Item † teſtis, qui dicit 50
ſe in acceſſoriis nõ recordari, non ſolùm nõ præ-
ſumitur falſus, ſed etiã ſi ſponte veritatem celet,
nõ punietur de falſo, niſi iurauiſſet dicere, l. preſ-
byteri. C.de epiſ.& cler. Vnde Bal.in c.j. ſi de in-
ueſtit.inter dom. & vaſ.lis or. dicit declarãdo gl.
in l. Lucius.ff.de falſ. quòd quamuis illa dicat, ꝙ
reprobatur dictũ teſtis, qui non plenè narrat fa-
ctum, ꝙ debet intelligi, reprobatur, id eſt, non ap
C probatur. Et † quando teſtis in acceſſoriis mẽdax
dicatur periurus, vide Bal.in rub. de cõtrouerſia 51
inueſt.in vſib.feud.vbi dicit, ꝙ ſunt quædam ſub
ſtantialia fidei teſtis, vt omnia includãtur ſub iu-
ramento. (Aretin.conſil.lxxj.) vnde in vno men-
tiens non valet (vide omnino Aretin.in c.in no-
ſtra.extrà, de teſtib.) in aliquo: ſicut ſi officio iudi
cis interrogetur ſuper extraneis, puta ſuper nubi
bus cœli.nam licet ſit mendax, nõ tamen eſt per-
iurus. Idem tenet Innoc.in c.fraternitatis. de hę-
D retic. Item teſtis deponens non conuenientia ne
gotio, ſeu naturæ negotij, nõ facit fidem, l.ob car
men.§.fi.ff.de teſtib. And.Barb.in d.rubrica in a-
poſt.ad Bal. Item teſtis productus ſuper poſſeſſo
rio, ſi in petitorio contraria & diſſidentia dicat,
nullã facit fidẽ, in eodem: in poſſeſſorio ſic, etiã ſi
plures teſtes idem faciant, vt dicit Paul. de Caſt.
in l.fi.C. qui leg.perſ. ſtan.in iud. &c. ¶ In ea.gl.
ibi, *tu diſtingue*, &c. Ex hac gl.not. quod † aut quæri 52
mus, vtrùm teſtamentum ſit factum? & ſatis ſunt
E duo: aut vtrùm ſit rectè, vel ritè factũ? & requirun
tur ſeptem: & ſic iſta gl.tenet opin.contra Bar. &
alios Mod. Et aduerte, quia in prima parte iſta gl.
non videtur vera, ex quo teſtamentum non dici-
tur, niſi ſit ſolenne, l.iiij.§. hoc interdictum.ff.de
tab.exhib. Probare autem teſtamentũ, eſt proba-
re ſolenne: quod non poſſunt duo teſtes, vt vulg.
j̃.gl. Sed dic, quòd † gl. debet intelligi de teſtamẽ-
to ſimplici, & in genere, quod non eſt neq; ſolen 53
ne, neq; conſtat quòd non ſit: iſtud probant duo
F teſtes. Eſt verum, quòd nõ poterit ex eo adiri hæ
reditas, niſi poſtea probatũ ſit per ſeptem teſtes
eſſe ſolẽne, & rectè factum. debet igitur intelligi
gl.de teſtamento impropriè, l.ij.§.j. ff. quemad.
teſta.aper. ¶ In eadem gl.in fi. Bal. Lud. Rom.&
alij damnant hanc gl. quia cùm probatio duorũ
teſtiũ non ſit bona, at imò dubia, nihil debet re-
leuare. l.nõ hoc.j̃.vnde leg.c.in pręſentia.de pro
bat. Sed Salicet. Alexander, Cornæus, Iaſon,
ſaluant gl.quando duo teſtes depoſuiſſent de te-
ſtamento, & reliqui quinq; eſſent abſentes, quòd
interim



interim non poterit adiri, ſed debebit expectari,
54 quòd alij veniant, vt hîc per eos. In † generalibus
intellige gl.nam ex qua per probationem duorũ
teſtium teſtamẽtum redditum eſt dubium, quia
ſi ſeptem poſtea non deponunt, annullabitur, hę
res dicitur dubius
de viribus teſtamẽ-
ti, & ideo non pote
rit adire, nec bono-
rum poſſeſsio pete-
tur, l.j.s̃.eo.l. nec is.
l. quòd ſi dubitet.ff.
de acquir. hæred.
Nec obſtat funda-
55 mentũ Bal. quia † li-
cet talis ꝓbatio nõ
probet, facit tamen
dubiũ in animo hæ
redis: quod eſt ſatis,
ne poſsit adiri hære
ditas, vel bonorũ poſſeſsio peti dictis iuribus: fa
cit l.is, qui putat.ff.de acq.hær.& quod not. Bar.
in l.is poteſt.eod. tit. vbi ex literis amicorum fit
quis dubius, vel certus de teſtamẽto defuncti, ex
quibus poteſt adire poſtea, vel non, vt ibi: certè
iſtud debet eſſe etiam in duobus teſtibus, qui iu-
rati deponunt. Cætera vide per Corn.hîc.

*De bonorum poſſeſsione contra tabulas.*
L. II.

*Imp.* ALEXANDER *A. Claræ.*

Poſthumo[a] nato[b], qui neque hæres
inſtitutus à patre, ne-
que nominatim exhę
redatus eſt, teſtamẽ-
tum rumpitur[c]. Et ſi
A cõtra tabulas bono-
rũ poſſeſsio infantis
nomine à tutore peti
ta eſt: ſecundum ta-
bulas poſſeſsio lo-
cum habere non po-
teſt. D. Kal. Mart. Iu-
liano II. & Criſpino
COSS.

# De bonorum poſſeſsione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur†.

†C.li.6.tit.12.

*Rubrica.*

LEX II.

1 *Poſthumi & filij in rumpendo differentia.*
2 *Poſthumus nondũ verè natus, quãdoq; pro nato habetur.*
5 *Non ſemper poſthumus rumpit teſtamentum: & quid in poſthumo ciuiliter.* 7.
13 *Poſthumus hodie non poteſt exhæredari.* (ſit. 29.
16 *Inſtitutus qualiter beneficio præteriti cõtratabulare poſ-*
28 *Reſciſsi teſtamenti per querelam vis.*
31 *Cur præteritio matris pro exhæredatione habetur, ratio.*
32 *Matris præteritio quõ hodie exhæredationis vim habeat.*
34 *Correcta ratione legis, non cenſetur correcta lex.*
36 *Nõ ſemper cõpetit cõtratabulas ei, qui nullũ dicere põt.*
38 *Præteritione annullatur teſtamentũ: exceptis caſibus.* 39.
42 *Verbi Valere, vis.*
47 *Dicendo teſtamentum redditur nullum.*
51 *Formæ defectus ſine partis petitione vitiat actum.*
56 *Inſtitutioni quando renuntiari poſsit.*
57 *Formæ priuato fauore introductæ renuntiatur.*
60 *Carboniani poſſeſſoris & ſcripti hæredis concurſus.*
64 *Quomodo contratabulationi locus ſit, teſtamento præteritione annullato.*
67 *Præteriti approbatione reconualeſcit teſtamentum de iure ciuili.*
72 *Conditionalis particulæ, Si, vis.*
74 *De concurſu bonorum poſſeſsionis ſecundum, & contra tabulas.* 75, 76.

a POSTHUMO[a]. ¶ In tex.ibi, *nato*.[b].
b Not.primò, quòd † poſthumus
Notab.I. non rumpit teſtamentum, niſi
1 vbi natus fuerit: filius verò, vbi
eſt præteritus, rumpit, Inſt. de
exhæred.lib. in princ. ratio eſt,
ne lex fruſtratoriè fingat, quæ
non ſolet fingere, niſi quando ſubeſt neceſsitas,
2 l.deniq;.ff.ex quib.cau.maior. & † ideo vbi ſub-
eſt æquitas, habetur pro nato, & rumpi poteſt te- L.2. Poſthumo nato.
ſtamentum etiã ante quàm verè natus ſit: & hæc
eſt ratio l.illud.§.fi.ff.de contratab.l.ventre.ff.de
acq.hær. Alium effectum operatur etiam, donec
eſt in vtero.nam licet nõ ſit in poteſtate, niſi vbi
natus ſit, tñ adhuc
in vtero eſt ſuus:
probatur ex dua-
bus legibus iunctis
l. poſthumo. j̃. de
collat. §. poſthumi.
Inſt. de hæred. quæ
ab inteſt. Tene con
trarium: quia † vbi 3
non eſt patria pote
ſtas, ibi non eſt ſui-
tas, vt latè dixi in l.
Gallus. §.ſi eius. ff.
de lib.& poſthu.itẽ
per rationes, de qui
D bus hîc per Iaſ. Sed dubitat Picus, ꝙ imò poſthu-
mus non debeat poſſe inſtitui: quia quando inſti
tuitur aliquis, qui non ſit in rerum natura, inſtitu
tio eſt caduca, l.vnica, §. in primo. C. de cad. tol.
& dicit rationẽ eſſe, ſecũdũ Paul. Caſt.hîc, ꝓpter
fauorem poſthumi, l.qui in vtero.ff.de ſtat. hom.
Sed iſta ratio non eſt bona: quia hoc dato, nõ poſ
ſet exhęredari: quod eſt falſum, l.poſthumorum.
ff.de iniuſt.rupt. Tu dic, ꝙ ſi † loquimur de iure ve 4
C teri legis XII. Tabularũ, nõ poterat inſtitui, §.in-
certis.& §.ſeq. Inſt.de legat. ſi loquimur de iure
poſt Gallũ, inſtituebatur per regulã l. in tempus.
ff.de hæred.inſtit. Nec obſtat d.§.in primo. quia
tũc teſtamentũ eſt caducum, qñ teſtator inſtituit
aliquem, qui non eſt in rerũ natura, ſed exiſtimat
eũ eſſe: ſed in noſtro caſu ſcit poſthumũ non eſſe,
ſed confert inſtitutionẽ in tempus habile. Vnde
cùm habeat locũ prouiſio teſtatoris, lex nil ꝓui-
dit, l.ex facto.§.ex facto. ff. de vulg. & pup. Ratio
D aũt cur poſthumus ante Gallũ nõ poſſet inſtitui,
erat, quia erat incerta ꝑſona, d.§.in certis. & hanc
rationẽ tenet Raph.& Soc.in d.l.Gallus.in prin.
Et ſi diceres, hæc ratio nõ eſt ſufficiẽs, quia poſt-
humus ſuus poterat inſtitui, l.placet. ff. de lib.&
poſth.& hoc tenet Alex.ibi: reſpondeo negando
hoc. quã opin.tenet Cato in d.l.placet, & in d.l.
Gallus.in prin.quia iura loquentia in contrariũ,
loquuntur poſt Gallũ: & ꝙ non fuerit iſtud intro
ductũ tẽpore legis XII. Tabularũ, ꝓbo per §. nũc
E de lege.in d.l. Gallus. nã aliàs illud primũ caput
eſſet ſuperfluũ. Nec eſt dicẽdum, ꝙ cõſulat, prout
dixit Picus: quia iſtud eſt contra illũ tex. & alia,
quæ ibi dixi: non refero aliter pro nunc[c]. ¶ Not. c
ſecundò, ꝙ poſthumo nato rũpitur teſtamẽtum. Notab.II.
limitat † hoc do. Iaſ. primò, vt nõ ꝓcedat, qñ talis 5
poſthumus naſceretur abortiuus, l. vxoris abor-
tu.j̃.de poſth.hær.inſt.de quo tex. vide latiſsimè
Soc.in l.cùm auus.ff.de cõd.& dem. Secundò fal
lit in poſthumo nato ex filio emancipato, l.ij.§.ſi
quis ex literis.ff.ad Orfic. ſecũdũ Fulg.& Iaſ.hîc.
F Sed dubitari poſſet, vtrùm hæc hodie procedãt,
cùm ſublata ſit differentia emancipationis & pa
triæ poteſtatis, l.meminimus.C.de leg.hær. Di-
ceret aliquis, ꝙ ſic, ex quo non eſt ſublata condi-
to teſtamento, vt tenet gl.in auth.ex cauſa. C.de
lib.præter. Sed reſpõde illã gl.procedere, quãdo
clarum eſt valere teſtamentũ: ſed in modo rum-
pendi videtur, ꝙ etiã procedat d.l. meminimus.
vt tenet Bar.Bal.Ang. Paul.de Caſt.Alex.Aret.&
alij in l.Gallus.§.& qd ſi tãtùm.ff.de lib.& poſth.
Tertiò

Tertiò fallit, ſecundum Iaſ. quando poſthumus
eſſet natus viuo teſtatore, & mox mortuus: quia
tunc reconualeſcit, l. poſthumus. ff. de iniuſt. rupt.
6 Poſſet † etiam teneri, ꝙ d. l. poſthumus. non pro-
cedit, niſi inſtitutis agnatis: & ſic quãdo cauſa te-
ſtati fouet cauſam inteſtati. nam ille tex. in verſ.
idem & circa. loquitur quando inſtituti ſunt ve-
nientes ab inteſtato: ergo idem in priori caſu: nã
dictio Idem ſolet æquiparare caſum ſequentem:
& in æquiparatis diſpoſitũ in vno, cenſetur diſ-
poſitum in alio, l. ij. ff. de leg. j. Secundò ad idem
facit, quia illa conditio, Si bonorũ poſſeſsio da-
ta fuerit, &c. eſt in fine poſita. vnde habet locum
regula, ꝙ clauſula ĩ fine poſita refertur ad omnia
præcedentia, l. iij. §. filius. ff. de lib. & poſthu. &
hæc opi. optimè poteſt teneri, licet gl. Bar. Din.
Bal. Cato, Pau. de Caſt. in d. l. poſthu. teneant cõ-
trariũ, pro quib. poſſet induci ille tex. in verbo, fi
deicommiſſum & legatum. Sed reſponde, ꝙ de-
bebantur venientibus ab inteſtato, arg. l. hęredes
mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & l. j. ff. de leg. prǣſt. Vel
dic, ꝙ illa debebuntur in cõſequentiam, per tex.
in l. cùm ex oratione. §. fi. ff. de excuſ. tut. Fallit
7 † quartò in poſthumo ciuiliter: qa hîc prę̨teritus
non rumpit, gl. in l. non putauit. §. ſi quis emanci-
patum. ff. eod. not. Ang. Iaſ. Lancel. hîc. In hoc pũ
cto teneo contrarium. nam ſi loquimur in eo, in
quo olim erãt iura naturalia, puta in emancipa-
to, qui poſt teſtamentum arrogatur, clarum eſt,
ꝙ hîc rumpit: aliàs text. ille quæreret de re inuti-
li, dum quærit, an exhæredatio valeat? Si verò lo-
quimur in extraneo, dico, ꝙ, licet tali præterito
prætor non det cõtratabulas, tñ poteſt ſuccedere
rupto teſtamento per ius dicẽdi nullum de iure
ciuili. Nec obſtat, ꝙ non habeat contratabulas,
quia prætor conſiderauit iura naturalia. vnde cũ
in huiuſmodi extraneo nõ ſint talia iura, mirum
non eſt, ſi illi non ſuccurrit pro contratabulas, §.
emancipati. Inſt. de hæred. qual. & differ. Sed per
hoc non ſequitur; ergo non habent ius dicendi
nullum. Et ꝙ de iure ciuili rumpatur, eſt tex. in l.
filius in poteſtate. §. j. ff. de lib. & poſth. Sed potes
ſaluare Ang. vt eſt de mente Iaſ. ꝙ teſtamentum
rumpatur de iure ciuili, non de pręturio. Sed cre-
8 do, ꝙ † filio arrogato cõpetat contratabulas non
ad reſcindendum, ſed ad declarandũ nullũ: ſecũ-
dum quod dicũt etiam Doctores de contratabu-
las quæ datur filio in poteſtate præterito, de qua
videbimus. j. poſt alios. Moueor, quia regula eſt
iuris antiqui, quę habet, ꝙ ex teſtamento, ex quo
de iure ciuili datur ius dicẽdi nullum, de iure prę
torio datur bonorum poſſeſsio contra tabulas, l.
is, qui in poteſtate. in prin. j. de leg. præſt. & j. vi-
debimus: & hæc opi. eſt expreſsè gl. in d. §. ſi quis
emancipatum. quæ vult æquiparare hũc arroga-
tum vero poſthumo, dum allegat hanc l. Item fa-
cit, quia arrogatus in omnib. ęquiparatur filio in
poteſtate legitimo & naturali, l. cũ in adoptiuis.
9 §. fi. C. de adopt. Non † obſtat, ꝙ prætor nõ agno-
ſcit iſtos filios ciuiles: quia hoc eſt verum per cõ-
tratabulas ad reſcindendũ, quæ eſt inducta con-
tra ius ciuile: ſed de ea, quæ datur ad declaran-
dum nullum, non, cùm hæc ſit introducta ad cor-
rectionẽ iuris ciuilis, vt concludunt Doctores j.
10 ¶ Not. tertiò, ꝙ † ille dicitur præteritus, qui non
Notab. III. eſt neq; inſtitutus, neq; exhæredatus: idem not.
Lud. Alex. Iaſ. & alij: & ideo ſi in teſtamento fa-
cta ſit mẽtio filij, puta quia illi legatum ſit, vel fi-
deicõmiſſum, vel quia ſubſtitutus, dicitur pręte-
ritus, §. eandem. Inſt. de hęred. quæ ab inteſt. Lita

tñ. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. l. quidã. vbi Bar. j.
de fideic. not. Mod. in auth. ex cauſa. C. de lib. pt.
Si quis tñ non ſit rectè inſtitutus, nõ dicitur præ-
teritus: ita tenet Raph. Com. Are. Iaſ. in l. Gallus.
§. forſitan. ff. de lib. & poſth. Sed eorũ opin. eſt fal
ſa, & contra not. per Doct. in d. auth. ex cauſa. & 
contra text. in d. §. eandem. Fortius eſt de mente
Ang. quem ſequuntur in hoc & Raph. & Moder.
in d. l. Gallus. §. ille caſus. ꝙ inſtitutus in teſtamẽ
A to, quod eſt nullum ob defectũ ordinis, ſeu ſolẽ-
nitatis, dicitur præteritus. quod eſt multũ nota-
bile, nec reperies alibi. Eſt verum, ꝙ in hoc con-
trarium ibi tenet Aret. in iij. notab. vbi etiam ipſe
tenui contra Angelum, licet pro eo multũ faciat
ille textus, vbi probatur, ꝙ † inutiliter inſtitutus 11
dicitur præteritus: ſed reſponde, vt ibi dixi in ij.
not. Aduerte tñ, quia contra cõmunẽ opin. Doct.
in hoc puncto, dum dicũt, ꝙ etiam ſi filio ſit lega-
tum aliquid, dummodò non ſit inſtitutus, dice-
B tur filius præteritus, videtur tex. in §. ſed fœmini-
ni. Inſt. de exhæred. liber. vbi legatũ relictũ facit,
ne filius videatur eſſe præteritus. Sed dic, ꝙ di-
ſtinguendũ eſt de præterito, prout capitur in iu-
re noſtro, & de præterito per obliuionem. Adde
etiam, ꝙ exhæredatio largo modo dicitur pręte-
ritio, vt per Bart. in d. authẽ. ex cauſa. C. de liber.
præter. Bart. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt.
Quod aũt dixi de non rectè inſtituto, ſanè intel-
lige. nã filius inſtitutus in minori portione, quã
C in legitima, nõ eſt rectè inſtitutus, qa poteſt que-
relare, vt per Bar. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff.
de inoff. teſt. ſed tñ non eſt præteritus, ſed exhæ-
redatus. qđ patet, quia aliàs nõ daretur illi que-
rela, l. filiũ. ff. de bon. poſſ. cõtra tab. Item filius in
ſtitutus à matre in dote, dicitur rectè inſtitutus,
quoad illã: & tñ eſt præteritus, vt per Bal. in l. ſci-
mus. vbi & Paul. de Caſt. C. de inoff. teſt. tangunt
Mod. hîc. ¶ Not. quartò, poſthumũ † poſſe exhæ- Notab. IIII.
redari. & hoc intelligunt Doct. de iure veteri: qa 12
D tunc, quamuis requireretur cauſa, l. cùm ratio. ff.
de bon. dam. tñ nõ requirebať ita ſpecifica, ſicut
hodie. Idẽ eſt de iure Iuſtiniani, l. maximũ vitiũ
j. de lib. pręt. nam olim propter defectum matris
poterat exhæredari, & illa erat iuſta cauſa, l. ſi qs
in ſuo. §. fi. C. de inof. teſt. licet † hodie ſecùs: quia 13
in eo non põt reperiri iuſta cauſa ingratitudinis,
relata in §. aliud quoq;. in auth. vt cùm de appel.
cog. & hanc opin. omnes tenent hîc, & in l. maxi
mum vitium. in fi. & in auth. non licet. C. eo. Vi-
E deretur tñ, ꝙ poſsit dari caſus, in quo valebit ex-
hæredatio, veluti qñ pater eſſet reus læſæ maie-
ſtatis. nã auus poſſet exhæredare nepotẽ poſthu-
mũ. Iſtud ꝓbatur tenendo, ꝙ d. auth. nõ licet. ha-
beat locum in proditore. quæ opin. eſt cõmunis,
vt ibi per Alex. & Iaſ. Item illa auth. fuit introdu-
cta in fauorẽ filiorũ, vt tenent Mod. in l. inter cæ-
tera. ff. de lib. & poſth. vnde cùm ceſſet fauor, (nã
talis nepos nõ poſſet ſuccedere: imò ſi ſucceſsiſ-
ſet, priuaretur, l. quiſqs. §. j. C. ad l. Iul. maieſt.) de-
F bet ceſſare diſpoſitio l. adigere. §. quãuis. ff. de iu-
re patro. Tertiò, quia ſi pater præterit filiũ inca-
pacem, teſtamentũ nõ rumpitur, vt concluditur
in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. vbi Bar. ff. de lib.
& poſt. Sed hîc nepos eſt incapax, d. §. j. ergo, &c.
nam faciliùs qs ꝑmittitur acquiſitũ tenere, quàm
de nouo acquirere, l. patre furioſo. ff. de his, qui
ſunt ſui. Raph. tñ Fulg. tenuit vnã opin. ꝙ etiam
hodie teſtamentũ, in quo poſthumus exhæreda-
tur, valeat, licet rumpi poſſet per querelam: quã-
uis contrarium ſit in aliis filiis, qui ſi exhæreden-
tur.



tur non expreſſa cauſa, teſtm̃ eſt ipſo iure nullũ,
vt d. §. aliud quoque capitulũ. not. in §. exhæreda
tes. in auth. de hæred. & Fal. Bar. & Are. ĩ l. j. ff. de
teſta. mouetur in d. l. ſi quis in ſuo. quia in poſthu
mo nec de iure Digeſtorũ cadebat cauſa, d. l. ſi qs
in ſuo. §. fi. ꝗ iure non poterat aliquis exhęredari
ſine cauſa, l. cùm ratio. ff. de bo. dam. & tñ pote-
rat exhęredari poſthumus, in rub. ff. de li. & poſt.
cum ſimilib. ergo idem debemus dicere hodie.
Pau. de Caſt. in d. l. dicit, ꝙ opi. Rapha. non vide-
tur ſibi bona, licet fundamentũ vrgeat, nec aliter
reſpondet. Ego teneo opi. Raph. per regulã, quæ
14 habet, ꝙ † lex noua corrigẽs non corrigit caſus
ſpeciales de iur. veteri, gl. eſt ſing. in l. ſciendũ. in
gl. j. & ibi Bar. ff. qui ſat. cog. quàm ibi referunt &
ſequuntur Alex. & Iaſ. idem tenet Aret. in l. illud.
C. de collat. Alex. in l. j. C. qui adm. Vnde cùm de
iure veteri poſthum⁹ poſſet exhæredari etiã abſ
q; cauſa, & ſic caſus eſſet exceptus ab aliis, in qb.
requirebatur cauſę expreſsio, licet, nõ tãta, ſicut
hodie, d. l. cũ ratio. & no. gl. in d. §. aliud quoq; ca
pitulũ. ſequitur, ꝙ nec hodie compræhendetur
poſthumus: & hęc opi. eſt multũ diſputabilis. Cę
tera not. vide per Mod. & partem tãgemus in gl.
15 ¶ In gl. j. Not. ꝙ † inſtitutus beneficio pręteri-
ti poteſt cõtratabulare, l. poſt mortem. §. fi. ff. eo.
vtilitas eſt duplex, vt hîc per Alex. & Iaſ. Sed pul-
16 chrum dubium eſt, vtrùm † poſsit inſtitutus con-
tratabulare antequàm præteritus ipſe incipiat?
& primò ſi loquamur in caſu huius legis, Ang. in
l. ventre. ff. de acquir. hęr. & in l. mater decedens.
ff. de inof. teſt. tenuit, ꝙ antequàm filius præteri-
tus dicat nullum, vel contratabulet, inſtitutus
non poterit cõtratabulare. mouetur optimo fun
damento, cui non poteſt reſpõderi, tenendo opi.
Bart. nam contratabulas non datur in teſtamẽto
nullo, l. nam & ſi ſub conditione. verſ. poſt defe-
17 ctum. ff. de iniuſt. rup. Sed † teſtamentum ante-
quàm filius approbet, eſt omni iure nullũ, vt not.
in l. filio pręterito. ff. de iniuſt. rupt. & j. dicemus.
Ergo antequàm filius approbet, non poterit cõ-
tratabulare, quia nullum. & hoc eſt de mẽte Bar.
hîc: & hoc modo dicit limitãdam & declarandã
eſſe. l. ſi duo. ff. de leg. præſt. per quã contrarium
tenuit Imo. & Are. in l. ventre. ff. de acq. hær. & d.
Alex. hîc. Sed tenendo communẽ neceſſe eſt ne-
gare doc. Bar. hîc, quã etiã reprobat Pau. de Caſt.
Alex. Iaſ. & alij, vt videbimus j. circa principale
dubium. Bar. in d. l. poſt mortem. §. fi. tenet, ꝙ nõ
poſsit inſtitutus contratabulare, niſi poſtquam
præteritus incepit, licet poſtea non proficiat: &
mouetur principaliter per tex. in l. filio præteri-
to. qui † loquitur in iure dicendi nullũ, & pariſor
18 miter in beneficio contratabulandi. nam valet ar
gumẽtũ de vno ad aliud, l. j. §. vocatur. ff. eo. nam
in d. l. filio. dicitur, ꝙ non dicẽte nullũ filio, volũ-
tas teſtatoris ex bono & ęquo tuebitur, loquitur
ille tex. cõditionaliter, ſi ſe bõis abſtinuit, &c. ꝙ
volũtas tuebitur: ergo debet expectari cõditio, ſi
ſe abſtineat, vel nõ: & ſic ſi dicet nullũ, vel aſſen-
19 ſerit tacitè, vel expreſsè: qa † de natura cõditionis
eſt, vt expectetur, qñ euenit, l. quib. diebus. §. Ter
milius. vbi Bar. ff. de cõd. & dem. facit, qa cõditio
in lege poſita nunquam intelligitur continere
paucã ſolennitatẽ, Bal. in auth. matri & auiæ. C.
qñ mul. tut. off. Are. in c. in cauſis. extrà, de teſtib.
d. Ale. in l. fi. in fine principij, C. de iure delib. ſed
aliàs cõtineret modicam vtilitatẽ, ſi poſſent alij
dicere nullũ: ergo, &c. & ad hunc tex. ita inductũ
prout ipſe feci, difficillima eſt reſpõſio. Bar. tñ in

d. §. fi. & Alex. hîc, reſpondet, ꝙ voluntas teſtato- L. 1. Poſthumo nato.
ris ſeruabitur, quoad legata, non quoad inſtitu-
tũ: quia poterunt alij dicere nullũ, vel cõtratabu-
lare. Sed iſta reſponſio non eſt bona: primò, quia
non tollit inductionẽ, quam ipſe feci: ſecũdò, qa
† voluntas teſtatoris principaliter cõſiſtit in hæ- 20
redis inſtitutione: & ideo eſt magna abſurditas,
ꝙ illa lex reſtringatur ad minimã volũtatẽ, omiſ-
ſa principali: quod eſt cõtra l. nõ aliter. ff. de leg.
A iij. & l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & not. per
Aret. in l. cùm lege. ff. de teſtã. & certè, ſecundum
Aret. in l. & ſi cõtra. ff. de vulg. & pup. iſta reſpon-
ſio nimis reſtringit tex. Quare ſecundo modo re-
ſpondet Ang. in l. Papinianus. §. j. ff. de inoff. teſt.
quem ſequitur Aret. in d. l. & ſi contra. dicens, ꝙ
ibi teſtm̃ valet, quia iam erat adita hæreditas per
fratres: & ideo ipſi non poſſunt ampliùs contra-
tabulare, qui ſemel approbauerunt voluntatem
teſtatoris. Et dicit Aret. ꝙ iſta reſpõſio vera vide-
B tur bona ad d. l. filio. quia ibi fratres adierant hæ-
reditatẽ: quod probatur ex illis verbis, partẽ hæ-
reditatis auocent. Sed certè iſta inductio non eſt
bona, quia eſt diuinare, ꝙ in illo tex. fratres ſe im
miſcuerint. Nec obſtant illa verba, quia etiam ꝙ
filius nondum ſe immiſcuerit, tñ poteſt cõtra eũ
agi rei vendicatione, quia beneficium abſtinen-
di non operatur niſi exceptionem, vt eſt tex. in l.
ſi filius, qui patri. in verbo, ſuſceptis. & in verbo,
liberare. ff. de vulg. & pup. not. Bar. & alij oẽs, in
C l. neceſſariis. ff. de acq. hær. & eſt communis opi.
Præterea dato etiam, ꝙ fratres ſe immiſcuiſſent,
tñ illud fuit de contingentia facti, & ideo nõ eſt
licitũ argumentum ſuper eo, quia ea, quæ ponit
gl. & ſequuntur Mod. in l. vnica, C. qñ non per.
part. nam ſuper illo facto nõ eſt fundata deciſio
tex. ſed quia filius præteritus abſtinuit. vnde in-
diſtinctè procedit d. gl. vt eſt in cle. j. de ꝓcur. iũ-
cto c. ſi papa. de procurat. in vj. & tangit Ioan. de
Imo. in c. cùm apoſtolica. de his, quæ fiunt à pręl.
D ſine cõſen. ca. Pet. de Anch. in cle. j. in prin. de ꝓ-
ba. & ſic patet, quòd ille textus fortiter vrget pro
Bart. Tertio modo reſpondet Imola in d. l. filio
pręterito. quem ſequitur Alex. hîc in alio articu-
lo, ꝙ † ibi ideo teſtm̃ valet omnino, quia fratres 21
inſtituti erant, inſtituti in maiori parte, quàm eſ-
ſent ſucceſſuri ab inteſtato: ideo nõ contratabu-
labunt. iſtud probatur ex illis verbis, Auocabit
partẽ à fratribus. quia aliàs debuiſſet auocare ab
extraneo ſubſtituto. Sed iſta reſpõſio videtur pe-
E ior aliis: primò, quia ſe fundat ſuper illis verbis
narratiuis, Auocabit partem, &c. vnde refellitur,
prout etiam ſuperior: ſecũdò, quia præſupponit
& diuinat datum fuiſſe ibi cohęredem extraneũ:
quod eſt cõtra not. per Bar. in l. ſi filius, qui in po
teſtate. ff. de lib. & poſth. & cõtrariũ tenuit idem
d. Alex. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filius. ff. de lib.
& poſt. nam poſito etiam, ꝙ fratres inſtituti ha-
beãt minorem partẽ, quàm habituri eſſent ab in-
teſtato, puta quia legatis exhauſta, tñ filius præte
F ritus vẽdicare poterit à fratribus, vt poſteà ęqua-
liter defalcẽt legata. nec hoc eſt dubiũ. Itẽ iſta re-
ſponſio præſupponit, ꝙ inſtituti non poſsint cõ-
tratabulare, niſi qñ agitur de ſua vtilitate, quod
nullibi probatur: imò videtur diſponi in ſua me-
ra voluntate, d. l. poſt mortẽ. §. fi. Item nõ poſſunt
ipſi contratabulando in aliquo damnificari, niſi
ponamus datum cohęredem: quod eſt diuinare.
Pro opin. Bart. etiam facit tex. in l. ij. §. ſi conſan-
guinea. ff. ad Tertyl. de quo text. multa ponunt
Mod. Peruſ. in l. fin. C. de ſuis & leg. hær. ſed quia
ad

ad illum reſpõdet Alex. non refero. Ad idẽ facit
l. Papinianus. in princ. ff. de inoff. teſt. q tñ lex nõ
multùm vrget, vt hîc per Alex. Fortiùs facit d. l.
filio, cui. Tamẽ videtur poſſe colligi ex dictis A-
22 ret. in d. l. ventre. noua reſponſio, ꝙ † ille text. lo-
quitur de iure dicendi nullum, non de contrata-
bulis. & quamuis cõtratabulæ dentur, ſicut de iu
re ciuili ius dicendi nullum, l. j. §. vocantur. ff. eo.
tñ non ſequitur è conuerſo, &c. per not. per Bart.
in l. j. ff. de leg. j. Sed iſta reſponſio nil facit: quia ſi A
illud eſt diſpoſitum in iure dicendi nullũ, ergò in
contratabulis, d. §. vocantur. Nec hîc arguimus è
conuerſo, licet credã, ꝙ etiam tale argumentũ va
leret. Et hanc partem tenendo, reſpondeo ad iu-
ra allegata per Mod. in contrarium: & primò ad
tex. in l. poſt mortẽ. §. fi. ff. eod. reſpondet Aret. in
23 d. l. & ſi contra, ꝙ † illa verba, ſi illi nõ petant, de-
bent intelligi cũ effectu. non enim ad cõſequen-
dã bonorum poſſeſsionem eſt ſatis petitio, niſi
perſeueretur in ea. & pro hoc inducit Aret. illum
text. in verbo, ſi non acceperit. ex quibus patet,
ꝙ non eſt ſatis ſola petitio, ſed requiritur perſe-
uerãtia, ita ꝙ in effectu acquirat. Tu pro opi. Are.
fortiùs indue illũ text. dũ loquitur de inſtitutis,
& dicit, illi quoq; petere poſſunt. nam illa dictio
Quoq;, eſt implicatiua ad verbũ Accipiatur, & id
eo debet intelligi ſimilitudinariè ad illud verbũ,
per not. per Bar. in l. iij. ff. de pact. & ſic in effectũ.
vnde ſubſequens verbum, ſi illi nõ petant, debet
etiã intelligi ſecundũ naturã alterius verbi Pete- C
re, l. qui filiab. in prin. l. ſi ſeruus pluriũ. in fi. ff. de
leg. j. facit, quia verbũ Petere, in dubio debet in-
telligi cũ effectu: & ſic, ſi perſeuerauerit petere,
arg. l. j. §. fi. ff. quod quiſq. iur. l. pe. §. pe. ff. ne quis
eum, qui. & vtrobiq; Mod. multa cumulãt, facit l.
eos. ff. de decur. & ibi gl. in verbo, petere. Præte-
rea cùm ille tex. loquatur in expugnãdo teſtamẽ
to, ſuper quo olim requirebat cauſæ cognitio, ſi
debuiſſet concedi talis bonorũ poſſeſsio cõtra-
tabulas, certè debemus intelligere, Petant. i. poſt D
litem cõteſtatã, cùm tũc demũ quis dicatur rectè
petere, Bart. in l. ampliùs. ff. rem rat. hab. in l. ſi x.
cùm petiero. ff. de ver. ob. Mod. in l. ſi poſteaquã.
C. de pac. Et ꝙ in illo tex. præteritus petiiſſet, li-
cet non perſeuerauerit, probatur in d. §. ibi, cùm
ſemel beneficio aliorũ fuerint admiſsi, ponderã-
do dictionẽ Semel. nã tũc dicũtur admiſsi, cũ p-
teritus petiit bonorũ poſſeſsionẽ. & hæc vltima
videtur realis ſolutio. Secũdò nõ obſtat tex. in l.
nõnunquã. ff. de leg. pſt. quia rñdeo, ꝙ debet in- E
telligi ſcdm alia iura: p quo facit ille tex. in ver-
bo; omiſſam. qđ ppriè videt prædicari de re in-
cepta, ſed nõ ad exitũ pducta, l. de pupillo. §. ſi is,
cui. vbi gl. ff. de op. no. nũt. & pbat etiã iſta rñſio
in illo tex. in verbo, occaſio. Nã ꝙ filius præteri-
tus incipiat contratabulare, & poſtea pœniteat,
eſt quædã occaſio & fortuna. ſi verò nunquã in-
cepit, nõ eſt occaſio: qa occaſio eſt, quę oblata ſta
tim fugit & elabitur, vt dicit Auſonius. Non ob-
ſtat tertiò tex. in l. illud. in fi. ff. de cõtratab. quia F
ille abſq; dubio eſt caſus ſpãlis, declarando rõnẽ
ſpecialitatis, vt per Are. in d. l. & ſi contra. Vel re-
ſpõde alio modo, ꝙ antequã naſcatur poſthum.
permittitur contratabulare inſtituto, ex quo ve-
riſimile eſt poſthumum præteritum cõtratabu-
laturũ. nã ille §. fin. fundatur ſuper præſumptio-
nib. vt etiã dicit ibi gl. & gl. Bar. & alij in l. vẽtre.
vbi idẽ caſus, ff. de acq. hær. ſed qñ filius iã eſt na-
24 tus, tunc † in claris nõ eſt opus pſumptionibus, l.
cõtinuus. ff. de verb. oblig. & ideo expectatur, ꝙ

ipſe incipiat dicere nullũ, vel cõtratabulare. Nõ
obſtat quartò tex. in l. fi. vbi Bal. ff. de lib. & poſt.
& tex. in l. j. ad fi. ff. ſi tab. teſt. nul. extab. qa licet
Alex. & Are. faciãt magnũ fundamẽtũ, ſuper hoc
tñ nil faciũt, qa loquũtur in exhæredato: & clarũ
eſt, ꝙ † exhęredato nõ datur ius dicendi nullum, 25
nec ius contratabulãdi, neq; ex perſona ſua, neq;
ex pſona aliorũ, d. l. poſt mortẽ. §. liberi. & l. non
putauit. ff. eo. ergo nõ faciũt ad ppoſitum. Ratio
A aũt dictorũ iuriũ eſt, quia emãcipatus erat omni
auxilio deſtitut⁹, & ideo lex illi ſuccurrit, vt poſ-
ſit ſuccedere ab inteſtato, prout declarat Lu. Ro.
hîc, quem ſequitur Iaſ. in fi. ff. de lib. & poſt. licet.
d. Ale. in hoc ęquiuocet, vt j. dicã. Nõ obſtat. quin
tò tex. in l. ſi duo ff. de le. pſt. quia rñde, vt per Are.
in d. l. & ſi contra. nã quamuis dicat commiſſum
eſſe edictũ inſtituto, nõ tñ declarat, an ſtatim, an
verò incipiente pterito petere. vnde debet intel-
ligi ſcdm alia iura: & ſic teneo indubitanter opi.
B Bar. tanquã veriorẽ. Are. tñ in d. l. ventre. poſuit
nouam opi. ꝙ † aut filius præteritus approbauit 26
teſtm̃ expreſsè, vel tacitè: & tunc inſtitutus non
poterit dicere nullum, & conſequenter nec con-
tratabulare: aut non approbauit tale teſtm̃, & tũc
procedat opin. contrariã: & hæc opi. videtur eſſe
non abſimilis ab ea, quã poſuit Fran. de Rãpon.
in rep. d. l. filio. quã reprobãt ibi Imo. & Alex. hîc.
¶ Secunda q̃ſtio eſt, an † filius præteritus poſsit 27
approbare teſtm̃, ita ꝙ per talem approbationẽ
C filius inſtitutus impediatur cõtratabulare teſtm̃?
Iſta quęſtio tota pendet ex ſuperioribus dictis in
præcedenti articulo: & Alex. tenet, ꝙ non: con-
trarium tenent Bart. & Are. in d. l. ventre. alij di-
ſtinguunt, vt hîc per d. Alex. Omittendo verba
inania, pro Alex. faciunt omnia iura ſuperiùs al-
legata contra Bar. ſed eſt ad illa reſponſum. Qui-
bus adde, ꝙ etiam probent, ꝙ inſtitutus poſsit
contratabulare: non contratabulante præterito,
illud eſt verum: ſed filio demum approbante nõ
D poterunt, quia talis approbatio retròtrahitur, vt
etiam à principio dicatur teſtamẽtum validum,
d. l. filio præterito. Secundò pro Alexan. adduco,
quia nos videmus, quòd † reſciſſo teſtamẽto per 28
querelam, aperitur via non ſolùm inſtitutis ve-
nientibus ab inteſtato; ſed etiam non ſcriptis: &
ſic effectus reſciſsionis, tranſit ad omnes non at-
tenta voluntate querelantis, quem veriſimile eſt
non paſſurum libenter, vt fiant tot partes in hæ-
reditate paterna, l. mater decedens. vbi glo. ſing.
E & Ang. ff. de inoff. teſt. Are. in d. l. ventre. Ita pari-
formiter dicere debemus, ꝙ in teſtamento à prin
cipio nullo debeant omnes admitti, etiam non
attento, ꝙ filius pro parte ſua approbet. Confir-
matur, quia approbatio facta per filium, tendit
in fauorem voluntatis teſtatoris, d. l. filio præte-
rito. Si ergo non fauetur illi, quando ſeruauit te-
ſtamenti formam, quia exhæredauit filium, certè
tantò minùs debebit illi faueri, qñ deliquit: quia
non ſeruauit formam prætereundo, l. inter cæte-
F ra. ff. de lib. & poſth. Quid dicemus? Puto iſtud
fundamentum non eſſe concludens, quia qñ ex-
hęredatus reſcindit teſtamentum per querelam,
ex quo interuenit auctoritas iudicis iudicantis,
reſciſſum tunc operatur gñaliter, quoad omnes:
nec reperitur, ꝙ filio exhęredato data ſit licentia
approbandi poſtea tale teſtamentum, ex quo iu-
dicium procedit etiam in inuitum, l. inter ſtipu-
lantem. §. j. ff. de verb. oblig. Sed in filio præteri-
to eſt ſecùs, quia lex illi conceſsit licentiam ap-
probandi: vnde ne iſta licentia ſit eluſoria, & pe-
nè



nè nullius momẽti, debemus dicere excludi de-
bere alios, præſertim ſi in iſta nullitate nõ inter-
ueniat ſententia iudicis, vt in præcedenti caſu: &
regulariter actus factus in præſentia iudicis ſit ge
neralior, quàm alij, per not. per Iaſ. in l. pacta no-
uiſsimas. s̃. de pact. in l. ſiue apud acta. s̃. de tranſ-
act. Pro opin. Bar. eſt tex. in d. l. filio præterito. ad
quem tex. refert Alexan. tres principales ſolutio
nes, ſed non ſunt bonæ, vt latiùs dixi s̃. in præce-
denti quæſtione: & ſic etiam in hoc reſideo cum A
Bar. limitat tñ Alex. d. l. filio. vt non poſsit filius
approbare in præiudicium filij exhæredati, ꝙ il-
le præſtet legata: & ſic hæc eſt vna limitatio ad
opin. quam teneo. Mouetur Alex. poſt Fran. de
Ramp. quia exhæredatus ſuccedere poteſt ab in-
teſtato: nec illa l. filio. loquitur in exhæredato,
ſed in inſtituto. Sed aduerte, quia exhæredatus
non ſuccedit ab inteſtato, niſi ex quadam neceſ-
ſitate, quando eſt priuatus alio remedio, vt con-
cludit hîc Lud. Rõ. & Iaſ. in l. fi. ff. de lib. &. poſth. B
Vnde approbante filio non poteſt habere nec cõ-
tratabulas, nec ius dicendi nullũ, l. poſt mortem.
§. exhæredati. l. non putauit. ff. eod. Vnde dicen-
dum eſt, ꝙ aut inſtituti in teſtamento adiuerunt,
& filius præteritus approbauit, etiam tunc emã-
cipatus debebit querelare, d. §. emancipati: quo
caſu reſciſſo teſtamento vanum eſt cogitare de le
gatis, ex quo omnia corruũt, l. Papinianus. §. pe.
& §. fin. & l. ſi filio. ff. de inoff. teſt. not. Mod. in l. j.
s̃. eod. tit. aut inſtituti non adiuerunt, & tunc va- C
na eſt approbatio filij, quia teſtamentum non
aditione hæredis fit irritum, l. j. ff. de iniuſt. rup.
nec legata debentur, l. eam, quam. C. de fideiuſ.
& ideo fatuum eſt quærere, an iſte exhæredatus
teneatur ad legata, qui ſucceſſurus eſt ab inteſta-
to in omnibus. Suprà dicta tñ opi. Bar. quam ego
tenui indiſtinctè, eſt indubitabilis vno caſu, ſci-
licet qñ fideicõmiſſum eſſet relictum filio præte-
rito. nam non poterit inſtitutus contratabulare
in pręiudicium fideicõmiſsi relicti prętereito, per D
regulam, quam tradit Bar. in l. peredæ. C. de tẽp.
in integ. reſt. pet. & per l. amiciſsimos. in fi. de ex
cuſ. tut. & eſt tex. in l. ita tñ. §. qui rogatus. ſecun-
dum vnum intellectum, ff. ad Treb. Alex. hîc, &
in d. §. qui rogatus. qui tñ dicit d. intellectum nõ
conuenire literæ, ſed in ſe eſt verus: vide hîc cæ-
tera per illum. Et in quantum concludit d. l. filio
præterito. habere locum etiã in inſtitutis extra-
neis, dic contrarium eſſe verius, vt ipſe tenet in l.
ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de lib & poſthu. E
& s̃. dixi. Non eſt noſtra materia: ideo vide in d. l.
& vide Corn. hîc, qui etiã ipſe aliis modis repro-
bat ſolutiones Doct. datas ad d. l. filio præterito.
cætera dic, vt hîc per Alex. & Iaſ. ¶ Sed circa iſtã
gl. poſſet aliquis non abſurdè dubitare, quæ eſt
29 ratio, ꝙ † inſtituto competit bonorum poſſeſsio
contra tabulas beneficio præteriti, & tñ non cõ-
petit querela beneficio exhæredati, l. mater dece
dens. cum gl. vbi Ang. ff. de inof. teſt. Lanc. Dec.
hîc refert quatuor rationes, quas omnino impu- F
gnat, tñ ex iſtis tres videntur tolerabiles. Prima
eſt, ꝙ querela eſt magis odioſa, quàm contra ta-
bulas: & hoc tenet Bal. in l. certum. C. vnde leg.
Iaſ. in l. fi. ff. de lib. & poſth. Ratio odij patet ex
no. per Doct. in l. j. s̃. eo. nam rupto teſtamẽto ex
naturali æquitate reſeruãtur legata quibuſdã p-
ſonis coniunctis, per tit. ff. de leg. præſt. & tamẽn
qñ eſt reſciſſum per querelã, nõ. Item querela eſt
remedium iuris ciuilis: & ideo magis rigidũ: re-
media verò prætoria ſunt æquiora, §. emãcipati.



Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. & Inſt. de bo. poſ. in L. 2. Poſthumo nato.
prin. l. j. in prin. de leg. pſt. cum ſimilib. Itẽ eſt ma
gis odioſa querela, qa cõpetit exhęredato, qui p-
ſumitur peior, quàm præteritus. nam vix eſt, vt
qui iudicio patris damnatus eſt, reperiatur bo-
nus, l. iij. ff. de inof. teſt. l. maximũ. C. de lib. pręt.
Hinc eſt, ꝙ de iure veteri præſumebatur filius ex
hæredatus ingratus, niſi probaſſet ſe gratũ, l. libe
ri. C. de inof. teſt. Itẽ ꝙ querela ſit odioſior, nõ pa
A tet: qa leges eam non permiſerũt niſi deficiente
nõ remedio, l. maximũ vitiũ, vbi Mod. Peruſ. not.
C. de lib. prętér. & hæc vltima fortaſſe eſt melior
ratio. Secũda ratio aſsignata per Dec. eſt qa q̃rela
pſupponit iniuriã pſonalẽ, l. Papi. ff. de inof. teſt.
l. ſi filius. eo. tit. & ideo non egreditur perſonam.
Nec obſtat, ꝙ etiã præteritio ſit iniuria, §. cæterũ.
in auth. vt cùm de appel. cog. qa reſpondeo, ꝙ nõ
eſt ita affixa perſonæ, ſicut exhæredatio, quæ ſit
nominatim: vnde eſt grauior iniuria, l. iij. ff. de li-
B ber. & poſth. l. his verbis. ff. de hær. inſt. vbi gl. di-
cit, ꝙ grauior eſt iniuria facta in ſpecie, quàm in
genere. Itẽ in præteritione lex præſumit potiùs
obliuionem, §. j. Inſt. de exhær. lib. quod nõ eſt in
exhæredatione. Tertia ratio aſsignatur per De-
cium: quia querela nõn cõpetit niſi adita hæredi
tate, l. filiũ. §. ſed cùm exhęredatio. ff. de cõtratab.
Vnde cùm hæredes adierint, non poſſunt ampli-
ùs querelare, l. ſi duobus. in prin. ff. de contratab.
Sed hãc reprobat ipſe, qa nõ pcederet, qñ eſſent
C plures hæredes inſtituti. nam cùm vnus adiſſet,
quod ſatis debet eſſe ad querelãdũ, l. etiã. §. vt pa
tronus. ff. de bo. lib. deberent alij poſſe querelare
beneficio exhæredati. Poſſet fortaſse reſponde-
ri, ꝙ lex noluit hoc pati, ne melioris conditionis
eſſet, qui tardauit adire, quàm qui primus fuit, ne
quis ex negligentia lucretur, l. Seruius etiã. ff. qđ
vi, aut clàm. Meliores tñ ſunt duæ præcedentes
rationes, quas tenet Iaſ. in d. l. fi. ff. de lib. & poſt-
hu. Ego addo aliã, quia querela eſt remediũ ſub-
D ſidiarium, vt eſt tex. in d. l. maximum. vbi Corn.
& ideo non porrigitur ad alios: ſecùs in cõtrata-
bulas. Sed dicet aliquis, cur prætor non adinue-
nit remediũ cõpetens exhæredato? Reſponde, vt
hîc per Dec. in v. notab. & Iaſ. vel dic, ꝙ † odia nõ 30
ſunt adiuuãda, l. cùm quidã. de lib. & poſt. per ra-
tiones ſuprà dictas. Non inſiſto, quia Iaſ. latè tan-
git. ¶ In gl. *nominatim.* in prin. Declara hîc, quæ ſit
exhęredatio inter cęteros & nominatim: de quo
per gl. Inſt. de exhær. lib. in verbo, exter. ibi vide
E Ioan. Fab. & Scrib. in l. Titius. in prin. ff. de lib. &
poſthum. ¶ In ea. ibi, *quando pro exhæredatione, etc.*
Quærit hîc Lud. Roma. quę eſt ratio, ꝙ † præteri 31
tio matris olim habebatur pro exhæredatione,
nõ aũt præteritio patris? & refert Bar. in l. in ſuis.
ff. de lib. & poſth. & in l. pater filiũ. ff. de inoff. te-
ſta. tenere, ꝙ iſtud ſit, quia in bonis maternis non
continuatur dominiũ, ſicut in paternis. Sed ipſe
impugnat hãc rationẽ, quia in emancipato, item
in filio emancipati non continuatur dominiũ: &
F tñ per præteritionẽ non cenſentur exhæredati:
quia aliàs illis non daretur bonorũ poſſeſsio cõ-
tratabulas, l. non putauit. in prin. ff. eo. quod eſt
lij.nã ſi aliud eſt,puta quia non interueniunt de-
bitæ ſolennitates, tale teſtamentum eſt nullum:
& ideo contratabulari non poteſt,l.nam & ſi ſub
conditione. verſ. poſt defectum. ff. de iniuſ. rup.
& ſic iſti hęredes ſcripti poſteriori teſtaměto di-
cuntur potiores eo : quia iſtud teſtamentum va-
54 let,& ſunt ſucceſſuri.nam † potiores dicũtur,qui
fruuntur re,& anteponuntur aliis,arg.rub.ff.qui
pot.in pig.hab. nam intelligere potiores, id eſt,
venientes ab inteſtato,eſt fatua interpretatio, &
reperi poſtea,ꝙ iſtum intellectum tenet etiã Soc.
in d.l.ſi filius,q in poteſtate.& Pet.Phi. Cor. hîc,
& eſt veriſsimus.Sed etiam poſito,ꝙ opi.Bar.nõ
probetur per illum text.tamen poteſt ꝓbari hoc
fundamento,cuius aſſumptum in alio propoſito
firmat hîc do.Iaſ. Clarũ eſt,ꝙ maior eſt defectus
teſtiũ reſpectu iuris prætorij,quàm defectus pręte-
ritionis,vel ſaltě pars probatur Inſt. de exhær.
lib.in princ.dum ſe refert ad titulum præceden-
tem: ſed teſtamentum,in quo ſit defectus nume-
ri teſtium,valet de iure ciuili,l.hac cõſultiſsima.
§.ex imperfecto.C.de teſtam. ergo idem in præ-
teritione.Eſt verum,quod contra hanc.opi.Bar.
inducit Raph.Com.in rep.d.l.ſi filius, qui in po-
teſtate.tex.in l.Gallus.§.idem credendum. verſ.
nam ſi filius. ff. de lib. & poſthu.Vltra ſolutioně,
quam dedi ad illum text.ſ.in j.cõcluſione,in vlt.
fundamento,dic,ꝙ ibi non valet teſtamentũ, qa
fauore venientium ab inteſtato ſperatur pręteri-
tum approbaturum tale teſtamentum:quare do
nec dicat nullum, ſuſtinetur propter illam ſpě.
ſed eo mortuo omnis illa ſpes tollitur: & ideo i-
pſo iure teſtamětum eſt nullum.Nec obſtat,ſi re-
plicares,prout eſt, de mente Bar.hîc, ꝙ illa ſpes
non habet effectum, donec deducatur ad actum,
l. ſi ſub conditione. ff. de ſolut. l. quoties, ff. de
nouat. quia iſta ratio Bartol. concludit, ſpem
nunquã operari aliquid, quod eſt euidenter fal-
ſum, nam poteſt emi,l.ſi iactũ.ff.de act.emp. po-
teſt vendi,l.nomina.ff.de hæred.vel act.věd. po-
teſt donari,l.ſpem. C.de donat.itě operatur mul
ta alia, de quibus in l.is poteſt. ff. de acq.hæred.
Nec obſtant iura Bart.quia ſatis fateor, ꝙ vbi rę-
quiritur res ipſa,non ſatis facit ſpes,vt in illis ꝓ-
batur.Sed ꝙ ſpes nil operetur,hoc eſt falſũ. Pro
Bart.etiam facit d.l.ſi duo.ad fin.ff. de leg. præſt.
quæ l.qa ĩ.in alio articulo veniet latiùs diſcutiě-
da,ideo hîc non curo referre.nam tangitur in gl.
VI. fi.in fi. ¶ Circa ſextam & vltimam concluſioně,
55 quę eſt, Quòd † teſtamentũ,in quo filius in pote
ſtate eſt præteritus, eſt ipſo iure abſq; alio facto
hominis omni iure nullũ,dic, ꝙ hæc cõcluſio cõ
muniter tenetur ab omnib. pro qua parte faciũt
cõplura,quæ adducta ſunt ſ.in ij.cõcluſione, ꝙ-
bus tñ eſt ſatis ſufficiěter reſponſum, & ꝓpterea L.2. Poſthumo nato.
articulus eſt multùm dubius, nec audeo decerne
re,quæ pars ſit verior.Iſtã tñ cõmunem opi.limi
tat primò do Alex.hîc, vt non procedet in teſta-
mento, in quo ſit præteritus filius de ſuo conſen
ſu:quia tunc valebit teſtamentũ,& filius non po
terit dicere nullũ.& hanc opi.tenet Lud.Ro. hîc
cũ aliis relatis per Iaſ. in l. inter cætera. ff. de lib.
& poſth.Vltra dicta latiſsimè ibi per illum,adde,
A ꝙ contra iſtã opi.facit tex.in auth. vt cùm de ap-
pel.cog.§.aliud quoq;.iũctis not.p Doct.in auth.
non licet.C.de lib.præter.vbi dicitur,ꝙ filius nõ
poteſt aliquo modo priuari ab hęreditate pater-
na,niſi per quatuordecim cauſas ibi relatas : nec
etiam ſatis eſſet alia,in qua ſit maior ratio,vt no.
in d.auth. non licet.ſed cõſenſus filij non eſt vna
de quatuordecim cauſis:ergo,etc.Facit, quia illę
quatuordecim cauſæ introductæ ſunt ex delicto
filij. Et nos habemus regulã, ꝙ plus perdit qs ex
B delicto, quàm perderet ex conſenſu:probatur in
l.Attilicinus.ff. de pact. dot.iuncta.l.quinq;.ff.de
bo.dam.& l.cùm mulier.ff.ſol.mat. & propterea
tollitur reſponſio dicětium,ꝙ d.auth. vt cùm de
appel.loquitur in eo, qui priuatur inuitus,nũ vo
lens,vt in noſtro caſu quia ſi nõ poteſt priuari ex
aliis cauſis, quàm ex illis xiiij. inuitus, ergo nec
volens,per ſuprà dictã regulã. Secũdò cõtra pręe-
dictam opi.facit tex.in l.fin. ff. de ſuis & leg. vbi
pactũ cõpræhenſum in inſtruměto dotis, ne filia
C ſuccedat,nil valet,qa pacta priuatorũ iuris aucto
ritate non cenſentur.& hanc rationem tenet do.
Chriſt.de Caſtel.in l.pacta quæ cõtra. C. de pact.
Areti.& Lanc. in l. fi. C.eo.tit Nec ad illũ tex.vi-
detur poſſe reſponderi.ꝙ loquitur, qñ filia exclu
deretur inuita : quia iſta reſpõſio eſt ſ.ſublata. I-
tem quia eſt contra rationě legis, quę non atten-
dit volũtatě priuatorum,facit gl.in c.ſtatutũ. de
reſcrip.lib.vj.allegata hîc per Mod. Item non eſt
bona reſponſio, quæ colligitur ex not.per Bart.
D in d.l.fi.& Soc.in l.pactũ,quod dotali.C.de pact.
ꝙ ille text.loquitur,qñ tollitur libera teſtamenti
factio reſpectu teſtantis: quia per tale pactum nõ
videtur, ꝙ pater per hoc priuetur,quin poſsit e-
tiam inſtituere hæredě filium, ex quo eſt factum
in ſuum fauorě,arg.l.quod fauore. C. de legib.l.
veteribus.vbi not.ff.de pac.Din.in c. qđ ob gra-
tiam de reg.iur.lib.vj.Et hæc concluſio eò magis
procederet,qñ filius,qui conceſsit ſe pręteriri,ni
hil habuiſſet ex hæreditate paterna:quia tũc ſta-
E tutũ nõ poteſt priuare illum. & tale ſtatutum nil
valeret,vt concludit Bar. & Doct. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta. ff. de ver. oblig. Aret. Rim.
& alij in d.l.fi.C.de pact. Si ergo tale ſtatutũ non
valet,ſequitur,ꝙ nec pactũ,gl.in rub. C. de decr.
dec.lib.x.cum ſimil.per Rim.in d.l. fi. Eſt verum
ꝙ ad hoc poſſet reſponderi, quia hoc caſu inter-
uenit conſenſus filij:quod non eſt in ſtatuto.Sed
pro declaratione huius quæſtionis videndũ eſt,
an † iſta inſtitutio, vel exhęredatio filij ſit intro- 56
F ducta pro forma in fauorě publicum,an in priua
tum. nã † licet ſit introducta pro forma, ſi tñ hoc
ſit fauore priuato,poteſt illi renuntiari,vt eſt tex. 57
& gl.in c. tuis quæſtionib.in verb. apertè.extrà,
de teſtib.Bar.in l. non dubium.C.de teſta. in l. j.
§.ſed & ſi filius.ff.de leg.iij.Bal.in l.j.§.j.ff.de fer.
Iaſ.in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Alex. in cõſ.xcvj.
viſis narratis.in iiij.vol.Mod.in l.ſi quis in cõſcri
bendo. C. de pact. & propterea hac reſponſione
tolluntur quatuor fundamenta Iaſ. hîc relata ex
diuerſis gl. quæ volunt, quòd formæ non poteſt
renun-

renuntiari:quas etiam refert hîc Ludou. Rom.&
Iaſ.in d.l.inter cætera.& in d.l.ſi quis in conſcri-
bendo.& in l.pacta, quæ contra. C.de pact. nam
illæ gl. debent intelligi, quando illa forma non
eſt inducta in fauorem priuatum, ſed in publicũ.
l.ius publicũ.ff.de pact.& ita illas declarãt Mod.
in d.l.ſi quis in conſcribẽdo.& ſatis vult. Pau.de
Caſtr.in d.l.inter cętera.Nec obſtat gl.in l.à diuo
58 Pio.ff.de ritu nupt.quam allegat Iaſ.hîc,&d.l.in-
ter cætera.quia † ne filia liberti iungatur ſenato-
ri,non eſt introductum in fauorem ſenatoris:pa-
tet,quia poſſet eſſe odium. quid enim ſi eſſet be-
ne nummata, & ipſe non curaret honorem? ſed
eſt introductum in vtilitatẽ publicam, ideo non
poteſt renuntiari:facit,quod not. in c. ſi diligen-
ti.de fo.comp. Et quòd iſta inſtitutio, vel exhæ-
redatio ſit introducta in fauorem priuatum, te-
net Bart.in d.l.non dubium.C.de teſta.Bar.in l.j.
§.ſed & filius.ff. de leg.iij. Ang. in l. qui ſe patris.
in rep.j̃.vnde lib.Angel.in l.ſi quis poſthumos.§.
j.ff.de lib.& poſth.Paul.de Caſtr. in d.l.inter cæ-
tera.& in l.j.ff.eo.tit.Aret.Iaſ.in rub. & Alexã. in
d.l.ſi quis poſthumos.§.j. ff. de lib.& poſth. & ꝓ
hac parte adducunt principaliter text.in l. filio
præterito.ff. de iniuſt.rup.ad idem l.ſed ſi impu-
bes.§.quæſitum.ff.de Carb.edic. Sed illum text.
in contrariũ retorquet Aret. in l. nemo poteſt. ff.
de leg.j.& in l.ſi filius,q in poteſtate. ff. de lib. &
poſth.quia ſi vera eſſet opi.Bar.ſequeretur, quòd
teſtamentum approbante filio reconualeſceret
etiam de iure ciuili rigoroſo,non ſolùm de bono
& ęquo.Sed reſponde,ſecundum Iaſ.in d.l. inter
cætera. quòd ibi ideo reconualeſcit de bono &
æquo,quia cùm à principio eſſet nullum, de ri-
gore non potuit conualeſcere, l. quod ab initio.
ff.de regul. iur. & propterea militat adhuc ratio
Bart.Contrariã opi. videtur in hoc tenere Lud.
Ro.hîc,dum dicit,quòd ad hoc, vt teſtamentum
ſit nullum reſpectu præteritionis, eſt inductum
per tria,fauore filij,defectu ſolennitatis,odio pa-
ternæ fatuitatis.Primũ probatur in d.l.filio præ-
terito.ſecundum in l.inter cætera.tertium in l.ſi.
C.de poſthum.hær.inſt.& tenentes contra Bart.
ſemper confugiunt ad hanc diſtinctionem. Sed
aduerte,quia licet hanc opin.ſequatur etiam Iaſ.
cum alijs per eum relatis,& mod. Rep. in l. Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.ff. de lib. & poſth. tamen
iſta dicta non videntur vera: quia videtur, quòd
vera ſit ſolùm illa principalis ratio, ſcilicet fauor
filiorum,pro qua vltra d.l.filio. eſt text. in §. hoc
autem diſpoſuimus.in authen. vt cùm de appel.
cog.vbi dicit tex.hæc autem diſpoſuimus,vt pa-
rentes & liberos à teſtatorum iniuria liberos red
damus. & paulò j̃. ſola enim eſt noſtræ ſerenita-
tis intentio,à parentibus & liberis iniuriam præ
teritionis & exhæredationis auferre. nam ex his
verbis ſatis & ſuper probatur opin. communis,
quòd teſtamentum eſt nullum fauore filij. Nec
obſt. quòd ille text. dicat etiam fauore parentis:
quia debet intelligi,prout incontinenti ſe decla
rat in verſ.ſeq.et fortiùs vrget in verbo,ſola ergo.
Aliæ rationes non habent locum.Nec dicat ali-
quis,quòd illa dictio non excludit ſimilia,ſecun-
dum gl.in l.cùm notiſsimi.C.de præſcr. xxx. an.
in prin.quia illæ aliæ rationes nullam habent ſi-
militudinem cum prima de fauore filij: & ſic ille
text.vrget ineuitabiliter: & propterea non ob-
ſtat ſecunda ratio, quia illa forma eſt inducta fa-
uore filiorum,& ideo poteſt renuntiari illi, vt ſ̃.
dixi.Nec obſtat tertia ratio,ſcilicet odio paternę

fatuitatis,quia depẽdet à prima.Vnde ſi filius re-
nuntiauerit,certè nõ debet dici fatuus pater, qui
non inſtituerit eum nolentem,ex quo potuit re-
nuntiare ſuo fauori:& ſic tollũtur rationes Lud.
Aret.Iaſ.Lanc.hîc.Et tenendo hanc opi. quæ eſt
cõmunis,neceſſe eſt reſpõdere ad tex.in l.ſi.ff.de
ſuis & leg.quæ l. proculdubio terribiliter obſtat
contra hanc communem Doct.ſentẽtiam, etiam
ſerui quacunq; ratione illius l. quarum quinque
A refert Lud.Ro.in l.pactum.C.de collat. Et vltra
ſuprà dicta poſſet dici,quòd teſtamentũ valebit,
quia poteſt filius renuntiare fauori ſuo: ſed tamẽ
ſi pœnituerit,& voluerit ſuccedere, poterit, per
d.l.ſi.& hoc modo ſuſtinetur cõmunis opin. Vel
dic,quòd pactũ de futura ſucceſsione repudian-
da,non valet:renuntiatio verò,ſeu permiſsio ex-
hæredationis,& conſequenter præteritionis ſic,
l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.ff.eo. nam aliàs
ſi intelligamus d.l.ſi.ita generaliter,obſtabit his,
B quæ not.per Dd. in l.ſi quando. §. & generaliter.
C.de inof.teſt.& d.l.in prin.& d.§.ſi quis ſua ma
nu.Alia quædam adducit Iaſ.quæ quia ſunt ſatis
leuia,non refero,neq; reſpondeo.Secundò prin-
cipaliter prædictam concluſionẽ limita, ſeu de-
clara potiùs,vt procedat vſq; ad annum. nam † ſi 59
filius præteritus tacuerit per annum, reconuale-
ſcit teſtamentum,& cenſebitur filius in totũ ex-
cluſus omni iure.ita tenet Bar. in l. filio præteri-
to.ff.de iniuſt.rup.& in l.vxoris.C.de poſth. hęr.
C inſt.idem tenet Bar.in l.ſi impubes. §.quæſitum.
ff.de Carb.edic.per illum text. quoniam dicit ibi
Bart.non poſſe aliter intelligi. Bal. tamen hîc re-
probat Bart. per plura, quorum potiſsimum eſt,
quia quamuis lapſum ſit tempus iuri prætorio,
non tamen cenſendum eſt eum renuntiaſſe iuri
ciuili,quod eſt xxx.annorũ, l.licet.C. de iur. de-
lib.alleg.tex.in l.j.§.nunc videndum. ff.de ſuc.e-
dict. Quod fundamentum poteſt intelligi ſatis
procedere in cauſa inteſtati,prout loquuntur di-
D cta iura:ſed in cauſa teſtamenti non, ex quo per
lapſum anni præſumitur approbaſſe:quæ appro
batio eſt ſatis ad excludendum filium veniẽtem
quolibet iure,d.l.filio præterito.& credo, ꝙ hæc
fuerit mens Bart.qui non fuit tam craſſus,vt non
præuideret hoc fundamentum. Secundò contra
Bar.inducit Angel.d.§.quæſitum.nam illi,quem
conſtat filium quantuncunq; bonis probationi-
bus,ſi tamen ſit exluſus tẽpore, denegatur Car-
boniana,l.j.§.j.& l.ij.eod.tit.ſed ibi non denega-
E tur Carboniana: ergo non erat excluſus per an-
num.Sed ad hoc reſponde,& eſt de mente Bar.i-
bi,quòd erat excluſus,ſed poterat reſtitui in inte
grũ,quia minor.Nec obſtat reſpõſio Alexã. quòd
iſta reſtitutio non habeatur in conſideratione, l.
iiij.ff.de fid.lib. quia imò habetur in conſidera-
tione, quando aliàs præiudicaretur de præſenti
ipſi,qui debet reſtitui:nec hoc caſu loquitur d.l.
iiij.facit, quod tenet do. And.Barb.in c. Raynu-
tius.de teſta.vbi tenet contra dictam regulã,& al
F legat duo iura in l.intercidit.ff. de cond. & dem.
& in l.non quocunq;.§.j.ff.de leg. j. vt ibi per eũ.
Tertiò contra Bart.adducit Salic. in d. l. vxoris.
tex.in l.ij.§.j.ff.de ſecundum tab. ibi, quæ tuitio
ei,qui emancipatus eſt,neceſſaria eſt.Sed reſpon
de,quòd ibi in ſuo non eſt neceſſaria, quia pote-
rit ante annum reprobare,& dicere nullum: ſed
ſi taceret,eſſet neceſſaria.Eſt verum,quòd tex. in
d.§.quæſitum.habet plures intellectus: & princi
paliter intellectus Bart. etiam declaratus, prout
cõmuniter tenet̃, ſcilicet ꝙ ſcriptus poterit pe-
tere



tere tranſacto anno ſecundum tabulas, per quas
acquireret ius reuocabiliter,vt hîc per Alex.& eun
dem in l.vnica,C.quando nõ pet.par. nõ videtur
poſſe procedere, ex quo præſupponit pupillum
tempore excluſum à contratabulis:quod eſt im-
poſsibile,per l.ſi.C.in quib.cau.in integ. reſt. nõ
eſt neceſ.cum ſimilib.& hoc tenet Imol. Fran.de
Ramp.in d.l.filio.& Rom.hîc,qui circa hũc text.
immoratur. Quare ipſi alio modo intelligũt illũ
tex.quòd ibi fuit cõceſſum hæredi ſcripto,vt ha-
beret ſecundum tabulas,non quia filius eſſet ex-
cluſus,ſed quia nemo oppoſuit, vel, dicit Rom.
quia iam ſcriptus adierat,nec filius poſtea pote-
rat eum repellere, ex quo non conſtabat plenè
impuberem eſſe filium defuncti, & ideo reſerua-
ta fuit quæſtio in tempus pubertatis.Iſte intelle-
ctus mihi non ſatisfacit,tum quia reſtringit & di
uinat ad textũ,tum quia eſt contra text. qui præ-
ſupponit potuiſſe filium venire ab inteſtato, vel
per contra tabulas: & ſic habuiſſe plenum ius.
60 Quare cogitabam,ſi ille tex. poſſet clariùs intel-
ligi,quòd † ibi ponuntur duo caſus,in quib. con-
currit ſcriptus hæres & Carbonianus poſſeſſor.
Primus eſt clarus:ſecundus eſt, quando filius eſt
pręteritus,& conſtat eſſe filium,licet non plenè,
tamen poteſt petere ab inſtituto ius dicendi nul
lum, vel contratabulare, vel propter quæſtionẽ
ſtatus petere Carbonianam. Si elegerit Carbo-
nianam,ſibi præiudicat electione,l. quod in hæ-
redem. §.eligere. ff. de trib. act. & propterea do-
nec factus ſit pubes, nõ poterit ſuccedere pleno
iure,ſed interim per approbationem Carbonia-
næ videtur approbaſſe teſtamentum, donec erit
pubes:& propterea interim ſcriptus hæres habe
bit ſecundum tabulas,nec interim filio cedet tẽ-
pus,ex quo non valet agere,l.j.in ſi. C. de an. ex-
cep.& propterea non obſtat tex.in l.cùm ſine. ff.
de Carb. edict. & l. qui de inofficioſo. ff. de inof.
teſt.& hîc intellectus videtur clarior, quia in illo
tex.nõ ſit mentio nec de anno, nec de reſtitutio-
ne in integrum: quod diuinat Bar. Tertiò prin-
61 cipaliter limitatur hæc concluſio,quando † filius
eſſet inſtitutus ſub conditione caſuali: quia tunc
demum eſt nullum,ſi dicatur teſtamentum nul-
lum:gl.in l.ſi pater.in ſi.C.de inſt. & ſubſt. in fin.
Sed illam reprobat hîc do.Alex.per illũ tex.dum
dicit,non iure teſtatus.videtur ergo teſtamẽtum
eſſe ipſo iure nullum.Sed ſuſtinendo glo.dic:ma
ior eſt error eius, qui omnino præterit, quàm e-
ius,qui inſtituit ſub conditione:vnde plus puni-
tur præteritus.Item iſta conditio caſualis annul-
lat teſtamentum fauore filij.Vnde iſtud patet, qa
poteſtatiua non annullat,l.ſuus quoq;.C.de hæ-
red.inſt.quare debet expectari eius volũtas,quæ
declaret,an velit vti fauore ſuo,an verò illam cõ-
ditionem caſualem velit ipſe exiſtimare, tanquã
poteſtatiuam.nam antequàm hoc declaretur, ſal
tem debet valere teſtamentum. Et hæc ſunt ſatis
62 diſputabilia in puncto iuris.Quartò † principali-
ter limita in inſtitutis venientibus ab inteſtato:
arg.l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de te-
ſta.& ponit Bart. per illum tex. in l.ex duobus.§.
ſi priùs.ff.eo.Et circa hanc limitationem plura.ſ̃.
63 dixi.nam communiter non tenetur. Quintò † li-
mita in poſthumo,donec naſcatur,l.iij.§.ſed & ſi
ff.de iniuſt.rup.& etiam poſtquam natus eſt, ſe-
cundum Sal.hîc,& in l. vxoris. C. de poſth. hær.
inſt.dixi ſ̃. Sextò limita,quando filius non eſſet
omnino pręteritus,ſed poſitus in conditione ſe-
cundum formam conſilij Galli, nam tunc teſta-

mẽtum valet omni iure, nec poteſt dici nullum, L.2.
per ea, quę latiùs dixi in d.l.Gallus.in prin.in vj. Poſthu-
charta,cum trib.ſeq.ff.de lib.& poſth. Alias limi- mo.
tationes vide per Iaſ.in l.ſi filius, qui in poteſta-
te.ff.de lib. & poſth. nam hæc non eſt propriè li-
mitatio.Ad ſuprà dicta ſupereſt aliud, quod latè
etiam hîc examinant Doct. data communi pro
vera,quòd † filio in poteſtate præterito, teſtamen 64
tum ſit omni iure nullum, quomodo poſsibile
A ſit,quòd contratabuletur? ex quo enim nullum
eſt,non poteſt contratabulari,l. nam & ſi ſub cõ-
ditione.verſ.poſt defectũ.ff.de iniuſt.rup. Quin-
que principales ſolutiones referuntur hîc per
Iaſ. & Alex. ſed cõmuniter tenetur ſolutio Paul.
de Caſtr.hîc, & Imo. & aliorum, vt hîc per Alex.
quem ſequitur Alexan.Iaſ.Cor.Lanc.Mod.hîc,ꝙ
† imò contratab. non ſolùm detur ad reſcinden- 65
dum, ſed etiam ad declarandum nullum, vt hîc
per Mod. Pro iſta parte faciunt vj. vrgentia fun-
B damenta.Primò tex.in l.ex duobus.§. ſi priùs. ſe
cundum intellectum, quem ſ̃. retuli,ff.eo. vbi ad
hoc,vt detur contra tabulas,ſatis eſt, quòd teſta-
mentũ remoto filio, valeat, hoc eſt poſito quòd
filius non eſſet, & ſic non eſſet præteritus, ex ta-
li teſtamento poſsit adiri hæreditas. Pater ergo
ibi,quòd iſtud vitium præteritionis nõ conſide-
ratur.Ad idem facit text.in l. quod vulgo.ff. eod.
tit. Sed ad hæc iura poteſt reſponderi, quòd lo-
quuntur in filio emancipato, qui non rũpit ipſo
C iure: & hoc eſt ſatis probabile per argumentum
à ſituatione tituli.Item d.§.ſi priùs.neceſſariò lo-
quitur in emancipato:aliàs obſtaret l.ſi filius,qui
in poteſtate.ff.de lib.& poſth. vt ſuprà dixi. Se-
cundò adducitur, quia contra tabulas introdu-
cta eſt eo iure, eoq; ordine, quo ius dicendi nul-
lum de iure ciuili,l.j.§.j.ff.eo. Sed ius dicẽdi nul-
lum eſt declaratiuum: ergo & contra tabulas.Sed
reſponde,quòd eſt introductum ea forma,ſed ta-
men nõ eodem effectu:quod probatur, quia hoc
D poſito, ſequeretur quòd bonorũ poſſeſsio con-
tratabulas,quæ datur emancipato, eſſet declara-
toria:quod eſt falſum,quia reſcindit, l.vt liberis.
C.de colla.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.hîc. Tertiò ad-
ducitur, quia teſtamentũ, in quo hæres ſcriptus
mortuus ſit ante aditam hæreditatẽ, eſt caducũ,
& propterea ex eo neq; dari, neq; adiri hæredi-
tas poteſt,l. vnica, §. in nouiſsimo. C. de caduc.
tol. & tamen tale teſtamentum caducum poteſt
contratabulari,l.non putauit.§.à primo.ff.de cõ-
E tra tabul. ſed dicendum eſt, quòd ibi teſtamen-
tum ſemel tenuit propter ſpem hæreditatis ad-
eundæ.Vnde ex illa ſpe oritur bonorum poſſeſ-
ſio edictalis, & propterea licet poſtea reducatur
ad nullitatem propter caducitatem, tamen be-
neficium, quod ſibi ſemel prædictum, ſine fa-
cto ſuo non debuit auferri. Sed in noſtro caſu,
quando filius in poteſtate eſt pręteritus, tale te-
ſtamentũ nunquã tenuit, & ideo non debet poſ-
ſe cõtratabulari:& ſic ille tex.retorquetur per lo
F cum à ſpeciali.facit ad ſ̃.dicta,quia videmus, ꝙ
licet hæreditas non ſit adita,tamen habet locum
cõtratabulas, & poteſt intentari à filio præteri-
to.l.ſi filiũ.ff.eo.Bar.in l.illud.in prĩ.ff. eod. no.
in d.l. vt liberis. Quartò adduci poteſt, quia in
petenda bonorũ poſſeſsione contra tabulas non
requiritur,ꝙ ſcriptus hæres citetur, nec requiri-
tur cauſæ cognitio, l. iij. §. ſi cauſa cognita. vbi
Bar.ff.de bo.poſ.tit.generali,firmat Bulg.Sen. in
rep.rub.ſ̃.C.qui admit. ergo nõ datur ad rũpẽ-
dum, quia aliàs cùm agatur de pręiudicio tertij,
debuiſſet

debuiſſet citari. Sed reſpõde, quòd imò, ſi agere-
tur de eius pręiudicio, debet citari, per l. nam ita
diuus. ff. de adopt. vnde ſi ſcriptus hæres iam ad-
iiſſet de iure Digeſtorũ, credo, q̃ debuiſſet citari.
nec hoc negat Bar. in d. §. ſi cauſa cognita. Quin-
tò adducit Cato Sac. in l. filio p̃terito. ff. de iniuſt.
rup. tex. in l. filio. §. cõtra tabulas. ff. de inof. teſta.
vbi dicitur, q̃ in cõtratabulis nõ diſputatur de iu
re teſtamẽti, licet in querela ſit ſecùs. Nec obſtat,
A (dicit Cato) ſi diceremus, q̃ ille text. loquitur in
bonorũ poſſeſsione cõtra tabulas, quæ datur pa-
tri pręterito in bonis filij, quia ſecundũ eum hoc
66 eſt quærere nodũ in ſcirpo. nã † quando decerni-
tur talis bonorum poſſeſsio filio, quæritur de tri-
bus, an teſtamentũ ſit aliàs validũ, an ſit pater, an
filius ſit præteritus. Idem, ſecundũ eum, eſt in bo-
norũ poſſeſsione, quę decernitur patri, vt ibi per
eum. Sed certè ille tex. nil facit, quia loquitur in
filio emãcipato, vt dicit expreſsè tex. ibi, iure ma
B numiſsionis. Ergo neceſſe eſt dicere, q̃ illo caſu
teſtamentũ reſcindatur, nõ aũt declaretur nullũ,
d. l. vt liberis. & dixi ſ̃. Nec obſtat, q̃ ibi nõ eſſet
diſputatũ de viribus teſtamenti, ſicut in querela,
quia ibi, vt daretur cõtratabulas, neceſſe erat di-
cere, q̃ teſtamentũ valeret, & ideo non fuit teſta
mentum ſuper eius viribus, ſed venit tanq̃ pater
contratabulando teſtamentũ, & ſic ille tex. vide
tur aliqualiter facere cõtra communẽ opi. Sextò
adducitur p̃ Raph. Com. in d. l. ſi filius, qui in po
C teſtate. quia nullitas, quæ ex præteritione cauſa
tur, cùm ſit ratio bonorũ poſſeſsionis cõtra tabu
las dandæ, nõ debet impedire, quin detur etiam
ex teſtamento inualido, l. iij. §. ſi emancipatus. ff.
eod. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. verſic. quoniã qui
dem. ff. de verb. oblig. Sed iſtud fundamentũ pa-
rum facit, quia imò debet impedire, ex quo eſt
prouiſum per ius dicendi nullũ, prout in ſimili
in querela dicit text. in l. non putauit. in princip.
ff. eo. Et ſic apparet, q̃ iſta fundamenta, quæ face
D re quis poſſet pro prædicta opinione, parum vr-
gent: & q̃ in teſtamẽto nullo non detur bonorũ
poſſeſsio cõtratabulas, fortiter vrget tex. in d. l.
quod vulgo. in verſic. ſi. quia attenta ratione Do-
ctorũ hìc etiam in illis caſib. debuiſſet dari con-
tra tabulas: quod ille tex. negat, nec ad illũ text.
reſpondet Paulus, aut Moder. & videtur multũ
vrgere præſcriptio in ratione ſui, quæ ſine effe-
ctu foret. Vnde etiam in filio in poteſtate præteri
to, ſi teſtamentũ eſſet nullum, certè eſſet ſine ef-
E fectu. Vnde cùm ratio militat in noſtro caſu, ſuc-
cedunt, quæ tradit Bar. in l. regula. §. fi. ff. de iuris
& facti ignor. cum ſimilib. item contra commu-
nem facit tex. in l. vt liberis, in verbo, reſciſſo. C.
de collat. Nec eſt bona reſponſio Iaſ. & Lancel.
hìc, quòd illa dictio reſpectu bonorũ poſſeſsio-
nis, quę datur emancipato, ſtat propriè, reſpectu
ſui nõ, arg. gl. in l. ij. ff. de offic. proconſ. quia iſta
ſolutio ſatis poſſet procedere, quando ita ſimpli
citer eſſent poſita illa verba. Sed cùm ibi illa di-
F ctio referatur ad contratabulas & ad querelã, de-
bet in vtroque pariter determinare, l. iam hoc iu-
re. ff. de vulg. & pupil. l. quamuis. C. de impuber.
Et ex ſuprà dictis confunditur ratio, quam po-
nunt hìc Moderni, quòd contratabulas inuenta
eſt à prætore pro emancipatis, qui poſtea tribuit
eam non cõcedere ſuis præteritis. nam imò non
debuit eam concedere prætor, ex quo illis erat
prouiſum per ius dicendi nullum, ſicut noluit a-
liquid concedere exhæredatis, quia illis erat
prouiſum per ius ciuile, ſcilicet per querelam,
d. l. non putauit. & l. filium. ff. eod. Quare illa vi-
detur melior opinio, quòd teſtamentum, in quo
ſuus eſt præteritus, eſt validum de iure præto-
rio. quam opinionem vltra quod eſt communis
gloſ. tenet Raph. Com. in d. l. ſi filius, qui in pote-
ſtate do. Chriſtophor. de Caſtil. & do. Iacob. de
Puteo in d. l. filio præterito. Ludouic. Rom. hìc
Gunifortus Bergomas in l. iij. §. fin. & Socin. in
d. l. ſi filius. ff. de liber. & poſthu. ¶ Supereſt alia
A quæſtio, quam latè tangit Alex. hìc poſt Ludoui.
Rom. & Aretin. vtrùm † filio approbante teſta- 67
mentum, in quo ſit præteritus, reconualeſcat de
iure ciuili, an prætorio? Circa quam quæſtionẽ
breuiter tranſeundo, quia non eſt noſtra mate-
ria, dicendum eſt, ſecundum Bald. hìc, & Alex.
quòd reconualeſcit de iure ciuili, per fundamen-
ta Bald. quę hìc refert Lud. Aret. tamen hìc vi-
detur tenere nouam opi. diſtinguendo, an filius
approbat adhuc viuente patre? & valebit de iure
B ciuili. & ita procedat opi. Bald. ſi verò approbet
poſt mortem patris, tunc reconualeſcet niſi de
iure prætorio. quia hoc caſu cùm ſemel ſit extin-
ctum non debet ceſſante cauſa reconualeſcere,
arg. l. ſi pluribus. §. & ſi placeat. ff. de verb. oblig.
Sed iſta opin. non placet, quia per hanc diſtin-
ctionem non tolluntur fundamenta Bal. nam il-
la l. filio præterito. eſt lex Iuriſconſulti, & ſic ius
ciuile, §. reſpõſa prudentũ. Inſt. de iur. nat. gen. &
ciuil. & loquitur de approbatione facta mortuo
C teſtatore. Item cauſa approbationis eſt fauor fi-
lij, §. hæc autem depoſuimus. in auth. vt cùm de
appel. cog. qui fauor militat vtroque tempore.
Item dum Aret. dicit, quòd teſtamentum mor-
tuo teſtatore demum ſit extinctum de iure ciui-
li, illud eſt falſum, per tex. in l. Gallus. §. idem cre-
dendum. ver. nam & ſi filius. ff. de lib. & poſthu.
Concludo itaque indiſtinctè veram opi. Bal. ſed
vnum videtur obſtare, ad quod non aduertunt
Doct. nam quòd imò iſta reconualeſcentia ſit de
D iure prætorio, probo: de iure ciuili filius eſt hæ-
res, velit nolit, patri, ſed de iure prætorio non, §.
his permittit prætor. Inſt. de exhær. lib. cùm igi-
tur filius approbat teſtamentum, videtur renun-
tiari hæreditati, & ſic vti beneficio prætoris: er-
go teſtamentum reconualeſcet de iure prætorio.
Sed reſponde, quòd aliud eſt, quòd recõualeſcat
propter ius prætoriũ: & ita procedit contrarium
aliud, quòd ipſa reconualeſcentia ſit de iure ciui-
li: & procedit opi. Bal. Eſt verum, quòd tenendo
E communem, videtur poſſe reſponderi ad alleg.
per Doct. in hac quæſtione. Primò non obſtat fun
damentum Bald. quòd d. l. filio præterito. ſit de
iure ciuili: quia reſpõdeo, quòd iſtud eſt verum,
quando Iuriſconſulti interpretantur leges: ſecùs,
ſi ſit interpretatio alicuius edicti, vel ſi extenda-
tur ad ius prætorium ab ipſo Iuriſconſulto: quod
videtur oſtendi ex illis verbis, ex bono & æquo,
arg. §. emancipatos. Inſt. de ſucceſ. ab int. & not.
in l. placuit. C. de iudic. Nec opponat quis de ti-
F tulo per l. Imp. ff. de in diem addict. quia illa lex
etiam data communi pro vera ſatis facit ad titu-
lum. Secundò non obſtat, dum dicitur, quòd te-
ſtamentum, in quo filius ſit præteritus ab initio
de ſuo conſenſu, valet de iure ciuili: ergo etiam
ex poſt facto: quia poſſet negari aſſumptum, vt ſu
prà latiùs viſum eſt. Item quia non eſt par ratio,
per l. quod ab initio. ff. de reg. iur. Secundò non
obſtat fundamentũ Lud. dum dicit, quòd illa ap-
probatio retrotrahitur, & habetur perinde, ac ſi
filius nõ fuiſſet in rerũ natura, quando pater te-
ſtatus



ſtatus eſt, arg. c. ratihabitionẽ. de reg. iur. lib. vj.
quia ſi retrotraheretur, eſſet in pręiudiciũ iuris
tertij. Vnde nõ procedit retrotractio, l. bonorũ.
ff. rem rat. hab. Ad cætera reſponde, vt hìc per
Ludo. Et certè pro communi videtur obſtare
meum fundamentũ de beneficio abſtinendi, ma
68 ximè propter regulam, quæ habet, quòd † quo-
tieſcunq; aliquid inducitur in conſequẽtiam iu-
ris prætorij, cenſetur etiam ipſum ius prætoriũ:
A ſicut inducitur in cõſequentiã iuris ciuilis, eſt
ius ciuile, etiam quòd inducatur per prætorem,
vt no. Are. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. &
no. in l. v. ff. de verb. oblig. tex. Inſt. de leg. ag. ſuc.
in prin. Vnde non poteſt negari, quia iſta appro-
batio ſit introducta ad conſequentiam beneficij
abſtinendi; ergo, &c. Cogita. ¶ In gl. fi. no. regu
lam, quòd quandiu poteſt competere contra ta
bulas non datur ſecundum tabulas. Ratio huius
notę eſſe poteſt, quia cùm vna p̃ſupponat teſta-
B mẽtum poſſe expugnari, alia verò pręſupponat
valere, attenditur regula negatiua. Bart. in l. ſi q̃s
in graui. in iij. not. ff. ad Sylla. Mod. in l. ij. ff. de
ver. obl. & propterea quando in caſibus, in qui-
bus bonorũ poſſeſsio contratabulas præſuppo-
nit teſtamentum valere, tunc poteſt concurrere
cum ſecundum tabulis, vt apparebit ex limita-
69 tionibus, quas infrà dicam. Fallit † primò hęc
regula in contratabulis quæ datur patri in bo-
nis liberti. ratio eſt, quia hæc non annullat teſta
C mẽtum in totum, vt not. gl. in l. j. ĩ. tit. j. & ita p̃-
cedit tex. in l. ſed cùm patrono. ff. de bon. poſ. &
puto q̃ item ſit in bonorũ poſſeſsione contra ta
bulas, quæ datur patri in bonis filii emancipati,
ſecundũ l. filio. §. cõtratabulas. ff. de inof. teſt. nã
hæc nõ annullat teſtamentũ in totum, l. Pantõ-
nius. in prin. ff. ſi quis à par. fuer. manu. no. Mod.
in l. j. ĩ. tit. j. & hanc limitationẽ tenẽt omnes. Se
70 cundò limita, vt † quamuis nõ poſsit intẽtari ſe-
cundũ tabulas, poterit tamẽ adiri hęreditas: gl.
D in l. is, qui in poteſtate. §. ſcriptus. ff. de leg. pręſt.
& teneat omnes hìc. Rationẽ aſsignat Alex. hìc.
q̃a cõtra tabulas datur p̃ prætorẽ, & ſic eſt de iu-
re pretorio: vnde non debet impedire quẽ adire
de iure ciuili. Sed iſta ratio non eſt bona: quia ſi
ius prætoriũ poteſt corrigere ius ciuile, Inſtit. de
bon. poſſeſ. in prin. ergo poterit etiam vetare, ne
quis adeat de iure ciuili, & ſic tollere illã faculta
tem. Secũdò, quia, vt dicit Iaſ. q̃ prætor hoc poſ-
ſit, expreſſum eſt ex no. p̃ Bar. in l. cùm in ſecũdo.
E ff. de iniuſt. rup. circa medium: & ideo hæc ratiõ
nõ eſt bona, nec videt̃ poſſe aſsignari aliquã ra-
tio: imò ex illo tex. patet firmũ argumentũ con-
tra communẽ: nam ex illo teſtamẽto, ex quo po
teſt adiri hæreditas de iure ciuili, poteſt peti ſe-
cundũ tabulas de iure prætorio, l. j. ff. de ſec. tab.
Inſt. de bo. poſſ. §. ſecunda. ergo, &c. quare dic, vt
71 infrà dicã. Tertiò † limita in bonorũ poſſeſsione
cõtra tabulas, quæ cõpetit filio emãcipato. nam
hæc non impedit, quin hæres ſcriptus adeat p̃ ſe
F cundũ tabulas. ita limitat Bal. in l. fi. ver. ſecũda
quæſtio. ĩ. vnde legit. quẽ ſequitur Iaſ. hìc: & ita
reſpondet ad d. §. ſed ſi ſcriptus. & hoc intelligit
ſolùm Iaſ. in ſecundũ tabulas, quæ cõpetit filio
inſtituto: ſecus, ſi extraneo, vt hìc p̃ eũ. Puto cõ-
trariũ eſſe verius: q̃a nemini dubiũ, q̃ extraneus
inſtitutus pręterito emãcipato poteſt petere hæ
reditatẽ de iure ciuili: & tale teſtamentũ valet, l.
illud. l. filiũ. ff. eo. ergo poterat petere ſecundũ ta
bulas, d. l. j. ff. de ſecũd. tabul. Item quia hoc caſu
nõ militat ratio, cur ſecundũ tabulas, non cõcur

**Poſthumo nato.**

rit cùm cõtratabulas, vt infrà declarabim⁹: ergo, L. 2.
&c. Nec obſta. tex. in d. §. ſed ſi ſcript⁹. in verbo,
nam & prętor hac ratione eũ tuetur, q̃ ex liberis
eſt. q̃a reſpõdeo, q̃ illa bona eſt ratio, cur prætor
tueatur emancipatũ ad ſucceſsionẽ capiẽdę hæ
reditatis irreuocabilit̃, vt dicit tex. ſed nõ eſt ra-
tio: cur illi detur ſecundũ tabulas: nam & extra-
neus poteſt adire, & petere ſecundũ tabulas li-
cet irreuocabiliter: & ideo ille tex. nil facit: & p̃
A pterea fortè poſſet dici, q̃ imò ſecundũ tabulas
poteſt peti etiã ante cõtra tabulas, ſi loquamur
de cõtratabulis, quæ datur emancipato præteri
to: & ita loquitur d. §. ſed ſi ſcriptus. & §. ſed ſi v-
nus. ea. l. & l. filiũ. in prin. ff. de cõtratab. & l. viri-
lis. in prin. de leg. præſt. ſi verò loquimur de con
tratabulis, quę dantur ſuo præterito, tunc ſecus:
quia impedietur ſecundum tabulas: & eſt ratio,
quia vnum præſupponit valere, aliud pręſuppo
nit contrariũ: vnde obtinet negatiõ, vt per Bart.
B in d. l. ſi quis in graui. nam interim dum filius po
teſt cõtratabulare, teſtamentũ eſt nullũ, pòſt re-
cõualeſcit, vt p̃ Bar. in l. ſi impubes. §. fi. ff. de Car.
edict. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. & ideo
ex tabulis nullis interim nõ datur ſecundũ tabu
las, l. ij. §. j. ff. quemad. teſt. aper. & ita loquitur
hæc lex in fi. q̃ expreſsè loquit̃ in poſthumo, &
ſic in eo, q̃ dicit nullũ, l. iij. ff. de iniuſt. rup. & hac
l. Nec obſtat §. expectãdi. in l. j. ff. de ſec. tabul. q̃a
poteſt dici, q̃ ille tex. loquitur in ſuis pręteritis.
C Vel dic, q̃ loquitur in vtriſque: ſed reſpectu ſuo-
rum inducit neceſsitatẽ, reſpectu emancipatorũ
inducit conſiliũ, ex quo illa bonorum poſſeſsio
ſecundũ tabulas in effectu euacuabitur per con
tratabulas: & talis hæres non amplius capturus
eſt ex teſtamẽto, quàm foret, ſi non adiret, & ſuc
cederet ab inteſtato, l. filium. ff. de cõtratab. Nec
eſt abſurdũ, q̃ idem verbum reſpectu alicuius
intelligatur, quoad neceſsitatem, reſpectu alte-
rius, quo ad conſilium tantùm, per gl. in l. ij. ff.
D de off. proconſ. quod not. Are. in l. iam hoc iure.
ff. de vulg. & pub. & facit, quod no. Bart. in rep. l.
creditores. C. de pig. Cogita tamen: quia Docto
res clarè nõ loquũtur, & regula huius l. in ij. par
te multũ reſtringeretur, licet Iaſ. hoc admittat.
Tamen regula videtur generalis: vnde nõ eſt re-
ſtringenda ad terminos, in quibus loquitur l. re-
gula. §. fi. & ibi per Bar. ff. de iur. & fa. ig. Quartò
limita, vt quamuis non poſsit ſcriptus hæres
petere ſecundũ tabulas, quandiu ſperat̃ contra
E tabulas, tamẽ hoc eſt ita demũ verum, ſi ille, qui
habet cõtra tabulas, repugnet: aliàs ſi taceat, po-
terit adire: ita tenet Imo. & Franc. de Ramp. in l.
filio præterito. ff. de iniuſt. rup. Ludo. Ro. Alex.
hìc, qui omnes ad aliud propoſitũ ita intelligũt
tex. in d. l. ſi impubes. §. fi. de Car. edi. Pro iſta o-
pi. facit text. noſter in fin. dũ dicit, q̃ ſi contrata-
bulas petita eſt, ſecundũ tabulas, nõ habet locũ:
ergo arguendo à cõtrario ſenſu, ſecundũ l. j. ff. de
offic. eius, cui. dicendum eſt, quòd quando non
F eſt petita contra tabulas, poteſt peti ſecundũ ta
bulas. Nec obſt. quòd dicit Iaſ. hìc, quòd ita eue-
nerat in facto, quòd bonorũ poſſeſsio erat peti-
ta, quia in dubio debemus intelligere verba, vt
importent myſteriũ iuris, l. ſi quãdo. ff. de leg. j.
dixi in l. vnica. C. quand. non pet. præſertim per
conditionẽ Si, quæ † non ſolet importare leuem 72
ſolennitatẽ, Bal. in auth. matri. & auiæ. C. quam.
mul. tut. off. & importat conditionẽ, quæ regu-
lariter impleretur ſpecificè, l. qui hęredi. de cõd.
& demõſt. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm,

ff. de lib. & poſth. Eſt verum, quòd in contrariũ
facit l. illud. in fin. ff. eod. Item quia ea quæ non
poſſunt fieri de iure, ſed de facto tantùm, nõ de-
bent aliquid operari, l. ſi eo tempore. in princ. ff.
de pec. quem ad hoc alleg. Alex. poſt Ang. de I-
mol. in l. neceſſariis. ff. de acqui. hær. nec d. §. ſi. in
l. ſi impubes. aliquid vrget propter varios intel-
lectus ſecundum doctri. Bart. in l. in ambiguo. ff.
de reb. dub. Cogita etiam ſuper hac limitatione:
qa ex ea poteſt tolli oppoſitio, quæ fit de §. pin- A
73 de. ↄ. per Doct. relato. Quintò † limita, vt proce-
dat, quando de iure communi competeret con-
tratabulas: ſecùs de iure ſpeciali, puta per reſti-
tutionem in integrum: quia hìc non habetur in
conſideratione, l. iiij. ff. de fideicom. lib. ita tenet
gl. in l. ij. ff. de ſec. tab. gl. & Bar. in l. ſi impubes. §.
quæſitũ. ff. de Car. edic. & in terminis tenet Lud.
Rom. hìc: & hæc limitatio eſt ſatis tolerabilis,
per ea quæ not. Bar. in l. j. in iiij. q. in j. effectu, ff.
de vulg. & pup. Sextò limita ſecundùm Bar. hìc, B
& in l. ſi duo. §. proinde. ff. de leg. præſt. quem ſe
quitur Sal. & Rom. hìc. & Ang. in l. vẽrre. ff. de ac
74 qui. hær. vt † nõ procedat, quando inſtitutus eſ-
ſet in pari gradu cum prẹterito: quia tunc vtraq;
bonorũ poſſeſsio cõcurret, ex quo vna nõ aufert
in totũ, licet rumpat, vt hìc per eum, qui ad hoc
allega. d. §. proinde. Sed iſtam opin. reprændit I-
mo. & alij relati hìc per Alex. p tex. in l. illud. in
fi. ff. eo. & l. ventre. ff. de acqui. hær. Sed ad iſtud
reſpondet Bar. in l. ij. ff. de bo. poſſ. ſec. tab. quòd C
ille tex. loquitur in poſthumo antequàm ſit na-
tus, referẽdo rationem diuerſitatis, & ibi per eũ.
Quam ſolutionẽ reprobat Imo. Paul. Caſt. Alex.
& alij. Tamẽ videtur ſuſtentabilis, quia iſtud te-
ſtamẽtũ, quãuis valeat antequã ſit natus poſthu
mus, nõ tamẽ valet, niſi cõſiderata quadã ſpe. pa
ter, quia interim non poteſt adiri hæreditas, ex
quo adiens eſt incertus de virib. teſtamẽti, l. cũ
quidã. §. j. ff. de acquir. hær. vnde q, detur hæredi
inſtituto filio ſecundũ tabulas, iſtud nõ poſſet eſ- D
ſe niſi ex ſpe, q, poſthumus nõ naſcat, quæ ſpes
eſt reprobata, quia deſiderat abortum, & ſic mor
tem, l. fin. C. de pact. Sed quando filius eſt natus
prẹteritus, ſecundũ tabulas poteſt dari ex ſpe ap
probationis, ſecundũ l. filio præterito ff. de in-
iuſt. rup. quæ ſpes non eſt reprobata: imò grata,
quia boni filij officiũ eſt ſequi voluntatẽ patris,
§. ſed quod ſancitũ. in auth. de nup. §. hæc autẽ.
in auth. vt cùm de appel. cog. vnde nõ eſt par ra-
tio vtriuſq; caſus, & propterea opi. Bart. eſt ſatis E
bona. Aliæ ſolutiones referũtur hìc per Alex. &
Iaſ. mihi placet intellectus ad d. §. proinde. quẽ
refert Iaſ. ſe dixiſſe do. Alex. cùm eum adiret: &
hunc intellectũ tenuit antiquus doctor do. Cato
Sacchus in l. ſi filius, q. ff. de lib. & poſth. & vbi
in tex. illo dicitur *ſui parte*, ipſe legit, *ſui*, id eſt filij,
in quo eſt ſuitas, & ita etiã habet meus liber. Se-
75 ptimò † limita, quando competeret contra tabu
las, quam ſperaretur non habiturã locũ. nam in-
terim non cõpeteret ſecundũ tabulas: ita eſt de F
76 mente Bar. in d. l. ij. ff. de ſec. tab. Octauò † limita
in eiuſdem perſona, l. æquiſsimũ. §. ſi ſub condi-
tione. ff. de ſec. tab. Cato in l. ſi filius, q. ff. de lib.
& poſt. Nonò † limita ſecundũ Raph. Cum. in l. ſi
77 filius, qui in poteſtate. dum opponit d. l. ſi duo.
ff. de liber. & poſthum. vt fallat in ſecund. tabu-
lis, quæ non ſit ordinaria, ſed ſubrogata in locũ
contratabulas. Et ita intelligit d. §. proinde. pro
quo facit regula, quòd ſubrogatum ſapit, &c. l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Ad idem

facit, quia ſi illa bonorũ poſſeſsio non eſſet ſub-
rogata, ille, cui competeret, ſi illam teneret, in-
cideret in mentem edicti, ſi quis omiſſ. cauſa te-
ſta. & ideo etiam ſi veniret per contratabulas, de
beret præſtare legata omnibus: cuius cõtrarium
dicit textus. In d. l. ſi duo. Dicendum ergo eſt ne
ceſſariò, quòd illi non competebat ſecundum ta
bulas mero iure, ſed ſolùm quædam extraordi-
naria, &c. Et hanc opinionem tenuit do. Chriſt.
A de Caſtil. in d. l. ſi duo. vbi pro hac parte arguit
tribus modis. Nec obſtat d. l. illud. in fi. quia poſ
ſet primò dici, quòd ibi competebat remedium
ordinarium: ideo ceſſat extraordinariũ, l. in pro
uinciali, vbi Bart. ff. de oper. no. nunt. vel quòd
etiam ibi competeret ſecundum tabulas, quæ
poteſt dici eadem cum cõtratabulas, ex quo eſt
eius loco ſubrogata. Et hæc opin. eodem modo
poteſt ſuſtineri, quo opin. Bart. nam ſolutiones
Raph. ad d. l. illud. non ſunt bonæ: & poſito,
B quòd opin. Bartol. non probaretur per d. §. pro-
inde. Cato tamen in d. l. ſi filius. eam tenet per
plura fundamenta: Primò, quia quando in eo-
dem gradu verſatur inſtitutio, & datur ſecun-
dum tabulas & contratabulas, l. ij. §. ſi ſub con-
ditione. ff. de ſecund. tab. quod ergo in vna per-
ſona recipitur, eſt in duabus recipiendum, arg.
l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Secundò per l. ſed & ſi
deceſſerit. ff. eod. vbi ſecundum tabulas, & con-
tratabulas inſtitutio competit, aliàs illa lex vio-
C laretur. Tertiò per d. l. illud. §. fin. ibi, maximè
neceſſaria. item ibi, iniquum eſt, neque quaſi
ſcriptum, &c. Quartò, quia ſi dicimus teſtamen-
tum nullum ratione prẹteritionis, eſt ſolùm pro
parte peccatum, ergo pro parte debet rumpi,
cùm annullatio ſit pœna, l. fin. C. de poſt. hæred.
Inſtit. & pœnẹ non excedant delictum, l. reſcri-
ptum. ff. de his, quib. vt indig. Si verò dicimus
nullum ratione continuationis, ſecundum Bar-
tol. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. tunc idem
D erit, ex quo non continuatur niſi pro parte, &c.
Quintò, quia cauſa teſtati fouet cauſam inteſta-
ti, l. ſi filius, qui patri. §. præſertim. ff. de vulgar.
l. Iulianus. ff. de acquir. hæred. Nec obſtat, quia
quis decederet pro parte teſtatus, &c. quia non
eſt nouum, quòd teſtamentum rumpatur niſi
pro parte, l. circa. ff. de inoff. teſt. authen. ex cau-
ſa. C. de liber. prærer. Nec obſtat, quia incideret
quis in edictũ, ſi quis in omiſſ. cauſa teſt. quia eſt
falſum, ex quo hoc lex permittit, l. Gracchus. C.
E de adulter. Eſt verum, quòd Cato propter hoc
fundamentum dat intellectum Iaſ. ad d. §. pro-
inde. de quo ſuprà dixi.

### AXIOMATA, SIVE (SI MALIS) CONCLVSIONES EX
*L. poſthumo ſuprà, de bonorum poßeſ. contra tabul. elicitæ.*

*Contra communem.*

F 1 Poſthumus olim non poterat inſtitui, quia incerta perſona.

*Contra omnes.*

2 Poſthumus ex filio emancipato rumpit teſtamentum aui.

*Contra omnes.*

3 Poſthumo præterito mortuo, viuente teſtatore non conualeſcit teſtamentum, niſi inſtitutus venientibus ab inteſtato.

*Contra omnes.*

4 Poſthumõ ciuiliter, puta arrogato, prẹterito datur contra tabulas.

*Pro Fulgoſio contra omnes.*

5 Poſthumo exhæredato etiam hodie teſtamentum valet.

*Contra communem.*

6 Inſtitutus non poteſt cõtratabulare beneficio præteriti, niſi poſt præteritum.

*Vnde liberi a.*

*Contra communem.*

7 Præteritus poteſt improbare teſtamentum in præiudicium inſtituti.

*Contra F. de Ramponib.*

Idem etiam in præiudicium exhæredati.

*Contra Modernos.*

8 Cur exhæredato non competit contratabulas beneficio præteriti, quatuor bonæ rationes adſignabuntur.

*Contra L. Rom.*

9 Cur præteritio matris habeatur pro exhæredatione, adſignabitur bona ratio.

*Contra communem.*

10 Filiis nec hodie competet contratabulas in teſtamento matris.

Nec venient ab inteſtato per Vnde liberi.

Nec habebunt Carbonianam.

*Contra omnes.*

11 Cur filius olim non contratabularet teſtamentum matris, ratio Bartoli eſt falſa.

12 Teſtamentum filio in poteſtate prẹterito de iure ciuili tantùm eſt nullum.

Imò etiam de iure prætorio.

Imò hoc non procederet, præterito poſthumo.

Imò prædicta falſa, niſi pòſt filius dixerit nullum.

Imò hoc ſolùm requiritur inſtitutis venientibus ab inteſtato.

Imò ipſo iure indiſtinctè vtroque iure eſt nullum.

13 Præterito filio de ſuo conſenſu, teſtamentum valet.

14 Tredecim intellectus dati ad §. ſi priùs. non ſunt veri.

Verus dabitur, & ſuſtinebitur.

15 Doctores non intellexêre l. ſi impubes. §. quæſitum.

*Nos probè.*

16 Contra tabulas nunquam datur ad declarãdum nullum.

17 Ratio adſignata per Doctores, cur prætor dederit contra tabulas ſito, eſt nulla.

# Vnde liberi.

*Rubrica †.*

† C. *lib.* 6. *tit.* 14.

1 *Bonorum poſſeßionis Vnde liberi, & Contra tabulas, conuenientia.*

2 *Expugnato teſtamẽto res reducitur ad cauſam inteſtati.*

4 *Dictionis Vel, vſus.*

5 *Inteſtatus variè quis decedit.*

IN gl. Quæro hic de vna quæ-
ſtione, quam non reperies ali-
1 bi, an † bonorum poſſeſsio Vn
a de liberi [a], diſtet effectualiter à
bonorum poſſeſsione Contra-
tabulas? an verò reſciſſo teſta-
mento per contratabulas, ſuc-
cedatur poſtea per Vnde liberi? do. Philip. Caſſo Rubrica.
la in repet. rub. ↄ. de teſtam. tenet, quòd ſic, & q,
bonorum poſſeſsio Contratabulas non ſit niſi
quædã qualitas reſciſsiua, per quam poſtea ſuc-
ceditur per vnde liberi. & pro hoc allegat text.
in l. vt liberis. C. de collat. qui tex. multùm vrget
pro hac parte, vbi declarans, quæ ſit inteſtata ſuc
ceſsio, dixit eſſe Cõtratabulas: nam dictio Id eſt,
eſt declaratiua, l. cùm erat. ff. de an. leg. ad idem
A allegat tex. in l. poſthumus. §. j. ff. de inoff. teſt. v-
bi eſt tex. quòd expugnato teſtamento per que-
relam, ſucceditur ab inteſtato: ergo idem in con
tratabulas, quæ æquiparatur, d. l. vt liberis. Sed
ſic eſt, quòd bonorum poſſeſsio Vnde liberi, eſt,
quæ datur filiis in ſucceſsione patris inteſtati: er
go eſt eadem, quæ poſt contratabulas datur. Vl-
tra eum pro hac parte facit tex. in l. ſi. ff. de lib.
& poſthu. & tex. in l. j. in fin. ff. ſi tab. teſt. nul. ex-
tab. vbi dicitur, quòd filio præterito datur Vnde
B liberi: alibi dicitur, quòd datur contratabulas.
Certè neceſſe eſt dicere, quòd ſint idem, aliàs re-
ſultant fortiã contraria, de quibus in l. ij. ↄ. tit. ij.
& hanc opi. tenet etiã Cato Sach. in l. ſi filius,
qui in poteſtate. in fi. ff. de liber. & poſthum. Itẽ
facit: idem importat contratabulas de iure præ-
torio, quod ius dicendi nullum de iure ciuili, l. j.
§. vocantur. ff. de contratab. Bartol. in l. poſt mor
tem. §. fin. eodem tit. Mod. in l. poſthumos. ↄ. tit.
ij. & in l. filiæ. la j. C. de collat. ſed per ius dicen-
C di nullum ſucceditur ab inteſtato de iure ciuili.
ergo per contratabulas ſuccedetur ab inteſtato
de iure prætorio: ad idem tex. in l. filiũ. in princ.
ff. de contratabul. Et pro hoc facit, quod not.
Bar. in l. illud. in princ. ff. eod. Bartol. Paul. Caſt.
Alexan. & alij in d. l. vt liberis. & in d. l. filiæ. C.
de collat. Alexan. in l. j. ↄ. tit. j. vbi concludunt,
quòd communis opin. eſt, quòd † teſtamentum 2
expugnatum per contratabulas, reducat rem ad
cauſam inteſtati: ergo dabitur Vnde liberi. Item
D facit, quia ſicut teſtamentum, in quo filius in po
teſtate eſt præteritus, de iure ciuili nil valet, ita
illud, in quo eſt prẹteritus emancipatus, de iure
prætorio non valet, vt eſt gl. in d. l. filium. poſt
princip. ff. de contratab. Paul. de Caſt. & Lanc.
Dec. in l. poſthumo. ↄ. tit. ij. vbi pro hoc allegat
tex. in l. iij. §. ſi emàncipatus. ff. eod. Si igitur eſt
nullum, ſequitur, quod detur Vnde liberi. In cõ-
trarium facit primò text. in l. j. §. ita autem. ff. ſi
tab. teſt. nul. ext. vbi dicitur, ita † autem ab inte- 3
E ſtato poteſt competere bonorum poſſeſsio, ſi
neque ſecundum tabulas, neque contratabulas
petita ſit. Sed ad illum tex. reſponde, quod dum
dicit ab inteſtato, debet intelligi merè & de iu-
re ciuili: aliàs obſtaret dictum per Doctor. in d.
l. vt liberis. Et eodem modo reſpondendum eſt
ad l. filiæ dotem. C. de collat. ibi, ſi vel ab inte-
ſtato ſuccedant, vel contratabulas petant. facit,
quia † alternatiua, Vel, plerunque ponitur inter 4
differentes ſolùm quadam qualitate, vt eſt text.
F in l. penult. C. de pact. item facit tex. in §. ſunt
autem. Inſtit. de bonor. poſſeſ. vbi bonorum poſ
ſeſsio contratabulas, ponitur tanquam ſpecie
differens ab vnde liberi, cùm vna ſit ex teſtamen
to, alia ab inteſtato. Sed reſponde, quòd ſatis fa
teor, quòd ſunt differentes, ex quo Contratabu-
las reſcindit, Vnde liberi non: ſed poſtquam re-
ſcindit, ſucceditur per Vnde liberi. Item in con-
trarium facit, quia hoc dato, Contratabulas non
eſſet remedium ad ſuccedendum, ſed ad reſcin-
dendum tantùm: tamen text. in d. §. ſunt autem,

loquitur reſpectu ſucceſsionis. Reſponde, quòd
immediatè eſt Vnde liberi, ſed remotè ſaltem
5 per illam ſucceditur. Sed † vtrum ſtatutum, Stan
tibus liberis fœmina dotata ab inteſtato non
ſuccedat, compræhendat fœminam excluſam
teſtamento, quod
ſit expugnatũ per *De ſucceſſorio edicto 4.*
contratabũlas? vi-
detur, quòd ſic, ex quo dicitur inteſtatus ille
obiiſſe. Sed hoc videtur verum, quando con-
A tratabulæ intentatæ ſunt ante aditam hære-
ditatem, ſecundum nota. per Bartol. in d. l. il-
lud. in princip. ſecùs, ſi pòſt, ex quó quamuis de
iure prætorio teſtamẽtum ſit nullum, & quoad
illud dicatur quis deceſsiſſe inteſtatus, tamen
de iure ciuili eſt ſecùs, & ſtatuta debent potiùs
declarari ſecundum ius ciuile, quàm prętorium,
arg. not. per Iacob. in l. ſtipulatio iſta, habere. §.
hi, qui verſ. iij. ff. de verb. obligat. & facit, quod
not. do. Ioan. Crotus. in c. j. in iiij. notab. de con
ſtit. in vj. ex quo etiam ipſa ſunt iuris ciuilis, vt B
notab. in rub. §. qui admit. & ibi Aretin. Decius
conſil. clviij. in j. & vide, quæ dixi in l. Gallus. §.
& quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. & ad
prædicta facit l. j. ff. Vnde liberi, & meliùs facit,
quod notat Decius conſil. clviij. in fin. allegan-
do Bal. in c. cũm ueniſſent. extrà, de eo, qui mit.
in poſſeſ.

# De Succeſſorio edicto †.

† C. lib. 6. tit. 16.

1 *Portio abſtinentis, cui applicetur de vtroq; iure. 2.*
4 *Futuris in iudicio renuntiari poteſt.*
5 *Sequentibus hæredibus quandoq; dilatio ad deliberandũ datur.*
6 *Tempus adeundi non abbreuiat iudex.*
11 *Excluſus de iure prætorio, an de ciuili admittatur.*
12 *Succeſſorio edicto in quærela inofficioſi locus vtrùm ſit. 19.*
16 *Succeſsionis maior, quàm tranſmiſsionis fauor.*

IN gl. In prima parte gl. dũ
Bartol. eam daclarat, dicit,
1 quòd † de iure prætorio, ſi
prior cognatus ſit excluſus
per abſtenſionem benefi-
cio reſtitutionis in inte-
grum, quòd tũc portio de-
ficiens non tendit ad ſe- E
quentem in gradu, l. fi. ff. eod. ſed ad fiſcum: ſe-
cus de iure ciuili. l. j. §. ſed ſi adita. l. ij. §. bonorũ.
ff. ad Tertyl. & ita poteſt intelligi l. & ſi ex modi
ca. §. penul. ff. de bon. liber. & ſic concordat Bar.
iſtas leges, quòd vna loquatur de iure prætorio,
2 alia de iure ciuili. Iſta † ſolutio, quam communi-
ter ſequuntur Doctor. non videtur bona: primò,
quia præſupponit correctionem iurium: ſecun-
dò, quia ſi iſtud eſt de iure ciuili, certè idem de-
bet eſſe de iure prętorio, nam cùm iſta ſucceſsio F
ſit introducta ad exemplum iuris prætorij, non
debet eſſe differentia in hoc de vno ad aliud. hęc
regula probatur in l. j. §. nepos. ff. ſi quis à par.
fuer. manu. Tertiò, quia in contrarium eſt text.
in d. l. & ſi ex modica. inducendo hoc modo:
nam ratio differentię inter vtrunque ius aut eſt,
quando abſtinens poterat venire niſi de iure
prætorio, licet ſequens etiam poſſet venire eo-
dem iure: & tunc dico, quòd iſtud non poteſt

ſtare: quia ſi competebat niſi de iure prætorio,
& abſtenſio præiudicat venienti, quantò magis
ſi competebat de iure ciuili. ex quo ius ciuile
difficiliùs tollitur, arg. l. quis ergo. ff. de pecul.
iuncto §. quos autem. Inſt. de bonor. poſſeſ. aut i-
ſtud eſt, quia veniens poſt abſtinentem, venit de
iure prætorio: & ita videtur concludere ratio
differentiæ aſsignata per Doctor. & hoc caſu di-
co, quòd etiam ius prætorium permittit, vt ab-
A ſtinente primo veniens in inferiori gradu ſucce-
dat: caſus eſt d. l. & ſi ex modica. §. penult. vbi
filius, qui venit de iure ciuili, ſi abſtineat, ſucce-
det patronus veniens per ius prætorium, l. j. de
bonis liber. Nec obſtat, quòd in hoc caſu abſti-
nens venerit de iure ciuili: quia reſpondi ſuprà.
Quartò in contrarium pondero gl. in d. l. fin. in
j. gl. vbi vult, quòd dicta in ea l. fin. de cognato
inferioris gradus, fortiùs habeant locum in a-
gnato, ex quo non venit hodie, niſi per ius ſpe-
ciale, §. placebat. Inſt. de leg. ag. ſuc. certè hæc ra-
B tio debuiſſet habere locum etiam in caſu l. j. §.
& ſi adita. ff. ad Tertyl. ex quo filius nec ipſe ve-
nit, niſi ſingulariter per dictum ſenatuſconſul-
tum. ſed falſum eſt conſequens: ergo etiam an-
tecedens. Quintò in contrarium facit text. in d.
§. ſi bonorum. in l. ij. ff. ad Tertyl. vbi ſi filius ve-
niens per bonorum poſſeſsionem, & ſic per ius
prætorium, abſtineat, hæreditas deuoluitur ad
matrem, vt ibi: & tamen mater communiter ve
nit per bonorum poſſeſsionem Vnde legitimi, l.
C j. j. ad Orfic. l. ij. & iij. ff. vnde legitimi, gl. in l. j. C.
qui admit. Sextò facit, quia ſi damus, quòd quis
poſsit per ſucceſſorium edictum venire de iure
ciuili, certè dicẽdum eſt, quòd etiam veniet de
iure prætorio per Vnde legitimi, l. ij. §. fin. l. ge-
neraliter. ff. Vnde leg. Nec obſtat, ſi diceres, q
procedit, quando quis admitteretur de iure ci-
uili per ius commune: quia dico idem eſſe, ſi ad-
mitteretur per ius ſpeciale. d. l. j. j. ad Orfic. cum
ſimilib. Septimò non obſtant rationes differen-
D tiæ aſsignatæ per Iaſ. quòd prætor in multis of-
fendit ius ciuile, vel fiſcum, admittendo cogna-
tos, qui erant incogniti: quia nego, quòd offen-
dat: imò adminiculatur, Inſt. de bonor. poſſeſ. in
princip. maximè cùm cognatos non admittat,
niſi demum excluſis agnatis, Inſt. de ſuc. cog. in
princip. Non obſt. quòd præiudicet fiſco: quia
propter hoc non debuit diuertere à iure ciuili:
& ſicut ius ciuile permittebat, ita etiam ipſe po-
tuit, præſertim inſpecta ratione naturali, l. ma-
E ximum vitium. C. de liber. præter. & quia donec
poteſt eſſe hæres, non debet venire fiſcus, l. va-
cantia. C. de bon. vac. lib. x. vbi gl. Item quia in
dubiis, &c. l. non puto. ff. de iure fiſc. Quomodo
ergo ſoluemus dicta iura? poſſet teneri intelle-
ctus relatus per gl. in vltima gl. in fin. ad d. l. fin.
& ſic, quòd nulla differentia ſit inter ius ciuile &
prætorium: & ille intellectus non videtur diui-
nare: imò probat in verbo, non habuit. nam ta-
lis cognatus licet habuit ſucceſſorium edictum,
F non tamen habuit beneficium illius, quia repu-
diauit. nam attento communi intellectu tex. de-
buiſſet loqui in præſenti, non habet. Vel ſecun-
dò dic, quòd imò d. l. fin. procedit de vtroque iu
re. quia tam de iure ciuili, quã de prætorio ex-
cluſus ſemel, etiam ſi prior repudiet per reſtitu-
tionem in integrum, tamen amplius non admit
tetur, d. l. fin. Non obſtat d. §. ſi quis adita. quia i-
bi ideo admittũtur agnati, quia edictũ dixerat,
Si volet, &c. quod verbum habet tractũ, l. fidei-
com-



commiſſa. §. hoc autem legatum. ff. de leg. iij.
quod non eſt in edicto prætoris. Vnde cognati.
Et hanc rationem aſsignat tex. in d. §. ſi quis adi-
ta. Nec obſtat, quòd etiam cognatis nõ defertur
hæreditas, niſi velint: quia reſpondeo duplici-
ter: primò iſtud fatendo: ſed edictum nõ proce
dit alterius, ſicut facit in Tertylliano, vbi dicit,
ius antiquum ſit, &c. item verbum Volet, maio-
rem tractum habet, ſi exprimatur, quàm tacitè
intellectum, l. ſi ita. §. illi ſi volet. ff. de leg. j. Nec
obſtat tex. in d. l. & ſi ex modica. quia ibi patro- A
nus non venit per ſucceſſorium edictum, ſed illi
debebatur pars ex neceſsitate, ex quo aut dici-
mus patronum ibi inſtitutum, & veniet per ius
accreſcendi, l. cùm hæreditate. ff. de acquir. hær.
aut non erat inſtitutus, & tunc priuatus fuit pa-
tronus propter filium, Inſtit. de ſuc. lib. §. cùm ve
rò maiores. vnde non ſuccedente filio, qui ob-
ſtabat patrono, mirum non eſt, ſi patronus ipſe B
ſucceder. Et intellige Bartol. hîc, quòd quando
quis poteſt venire niſi de iure prætorio, tunc p-
cedat d. l. fin. ſecùs, ſi de vtroque. ¶ In eadem
gloſſa ibi, *item dico intra tempora primi*, &c. Pro ex-
peditione huius gloſſæ videndæ ſunt plures
I. quæſt. quæſtiones. Prima eſt, an † inter tempora primi
3 hęredis ſequentes poſsint interrogari, an velint
eſſe hæredes: & ſi reſpondeant quod non, an ſta C
tim ſibi præiudicent? hæc gl. videtur tenere, q
ſic, quam ſequuntur communiter Do. vt hîc per
Iaſ. contrarium tenuit Paul. de Caſt. per l. fin. ſu
prà, qui admit. & per regulam l. quamdiu. ad fin.
ff. de acquir. hæred. & per regulam, quæ habet,
quòd iuri de futuro non poteſt renuntiari, l. ſi i-
ta ſit ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. ij.
Lud. tamen Rom. hîc, & Iaſ. ſuſtinent gl. & pri-
mò adducit Iaſ. l. j. ff. de cur. bon. dan. ſed illa lex
probat contrarium, quia probat, quòd quando D
hæres non poteſt adire, putà quia inſtitutus ſub
conditione caſuali, nõ poteſt illi ſtatui tempus,
quo ſtatuto elapſo ſibi præiudicetur. Secundò
4 mouetur Iaſ. & ante eum Lud. quia † imò renun
tiatio de futuro tenet, ſi ſit facta in iudicio, vt per
Barto. in l. j. C. de pact. Sed reſpondeo, quòd de-
bet intelligi de renuntiatione facta ſponte, non
vi: & ſic, quando quis eſt coactus. Nec obſtat
tex. in d. l. j. ff. de curat. bon. dan. quia dum lo-
quitur de renuntiatione, quam quis facit coa-
ctus, debet intelligi de renuntiatione iuris præ- E
ſentis, non futuri. nam cùm eſſet inſtitutus ſub
conditione poteſtatiua, eſt, tanquam eſſet inſti
tutus purè, l. ſuus quoq;. de hæred. inſtit. ideo
illud ius dicitur quaſi præſens, ex quó per eum
ſtat, l. iure ciuile. ff. de cond. & demon. Vel reſpó
de ad fundamentum Lud. alio modo, quòd re-
nuntiatio de futuro tunc valet, quando fit per
eum, qui litigat lite conteſtata, ex quo in iudi-
cio quaſi contrahitur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de
pecul. ſecùs, ſi fiat antè in iudicio, in quo nõ in- F
terueniat litis conteſtatio, vt in noſtro caſu: ita
tenet Barto. quem alij ſequuntur in l. poſtquam
liti. C. de pact. nam iſta regula Bartol. in d. l. j.
non videtur vera, per tex. in d. l. fin. in fin. C. qui
admit. vbi agnitio bonorum poſſeſsionis facta
in iudicio ante tempus, & ſic intra vicem alie-
nam, nil prodeſt, nec nocet agnoſcenti: ergo pa
riformiter repudiatio, quæ eſt odioſior, l. is po-
teſt. l. ij. vbi not. ff. de acquir. hæred. & ſic teneo
hîc opin. contra gl. & alios. Et aduerte, quia po-
ſito, quòd fundamentum Rom. ſit verum, pote-
rit hęres ſequens non repudiare, ex quo non po

teſt cogi, per ſuprà dicta: & dicit Ludo. hîc, quòd Rubrica.
Doctores moder. communiter reprobant iſtam
gl. Secunda quęſtio eſt, vtrùm † pendente tem II. quæſt.
pore primi, poſſet per iudicem dari dilatio ſe-
cundo, vel tertio, ad deliberandum, an velit eſſe 5
hæres? & circa hoc dicas, quòd aut loquimur,
quando iudex dedit dilationem intra tempora
primi, quæ tamen non incipiat niſi poſt termi-
num primi: & poteſt, ex quo non præiudicat ſe-
cundo: & hoc eſt ſine dubio, per ea, quæ ponit
A Bartol. in l. quandiu. la ij. ff. de acquir. hæred. re-
ferunt hîc Moder. Aut loquimur de dilatione,
quæ incipiat currere tempore primi: & tunc Ia-
ſon tenet idem, per Doctri. Bartol. Bald. & alio-
rum in d. l. quandiu. & in d. l. ij. ff. de re iudic. qui
volunt, quod reſpectu diuerſarum perſonarum
poſſunt eodem tempore dari plures dilationes,
per gl. in l. creditore. in princip. ff. mandati. Ego
B puto contrariam opin. eſſe veriorem: & moueor
primò per dicta in præcedenti quæſtione, præ-
ſertim per tex. in d. l. fin. C. qui adm. vbi † ſi quis 6
intra tempora alterius acquirit, vel repudiat bo
norum poſſeſsionem in iudicio, talis actus ſibi
non nocet: ergo in noſtro caſu cùm talis dilatio
ſit data cauſa acquirendæ hæreditatis, ſi hære-
ditatis aditio non valet: ergo nec dilatio: pon-
C dera, quòd in vtroque caſu interuenerat factum
iudicis. Secundò moueor per text. in l. ſi plures
gradus. ff. de iure deliber. vbi prætor pollicetur
l. ſeruaturum per ſingulos gradus hæredum,
quod edicit in edicto iuris deliberandi. Certè i-
bi edicitur, quòd ſinguli interrogentur, nec alte
ri incipit currere tempus, niſi poſtquam alter
amplius venire non poteſt. Eſt verum, quòd
ad hunc text. poteſt reſponderi, quòd prætor
promittit ſingulis dare centum dies, & licet det
D omnibus eodem tempore, ſatis ſeruat, quod di-
xit in edicto. nam ſi primus intra illos centum
dies repudiet, acquiretur ſtatim ſequenti non
repudianti: & ita ſe declarat ille text. Sed poſi-
to, quòd ille non probet, certè ſuperius funda-
mentum probat, & quod infrà dicam. Nam vi-
detur & tertiò, quòd imò non poſsit dari, per
regulam, quòd pendente prima dilatione non
poteſt dari ſecunda, ſi ſunt præiudiciales eodem
tempore, vt tenet Bartol. in d. l. quandiu. nam
intereſt iſtius ſecundi, ne incipiat currere ſibi
E tempus tam citò, ſed potiùs expectetur, quòd
primus ſit omnino excluſus. intereſt enim ſe-
cundi, quòd ſibi longum tempus ſit ſtatutum,
arg. l. j. §. largiùs. ff. de ſucceſ. edict. & propter-
ea doctrina Bartol. hîc allegata per Iaſ. nil fa-
cit: nam licet reſpectu diuerſorum poſsint da-
ri plures dilationes, tamen iſtud eſt verum, quã-
do non ſunt præiudiciales. Item quando non
ſunt ſtatutæ aliæ dilationes certæ legales, prout
in noſtro caſu. Nam & quartò iſta dilatio eſt
F legalis, ſcilicet cẽtum dierum, & quòd incipiat
currere primo excluſo. Sed dilationes legales
non poſſunt mutari, niſi ex cauſa, & petitio cre-
ditorum non eſt cauſa idonea, vt concludunt
Doctor. in quæſtione, quem infrà diſcutiam: er-
go, &c. Prædicta probantur in l. ij. ff. de re iudic.
vbi Bartol. Paul. & Alexand. Quintò ad hoc, vt
quo alicui currat tempus, requiritur, quòd illi
ſit delatum ius. l. fin. ff. quis ord. in bon. poſſeſ.
ſer. & cauſa eſt, quia quo tempore non poſſum
adire, non debeo neque poſſe repudiare, l. is po-
teſt. ff. de acquir. hæred. Sed hæc ratio militat
in noſtro caſu: ergo iudex non debet diſpo-

nere contra legem, arg. l. formam. C. de offic.
præfect. prætor. maximè manente ratione, qua
motus eſt legislator. Sextò eſt text. in d.l. quan-
III. quæſt. diu. circa medium. Tertia quæſtio eſt, an † iu-
7 dex poſsit ſtatuere minus tempus centum die-
rum hæredi, vt adeat ad inſtantiam creditorum?
& in hac opin. communis concluſio eſt, quòd
non, per l. ij. ff. de iure deliber. Quòd ſi iudex de-
derit, vt niſi adeat infra minus tempus ſpacio
centum dierum, poterit tūc dare curatorem bo-
nis, vt ſatisfiat creditoribus: ſed tamen hęres nō
excludetur, quin adeat, per tex. in l. j. ff. de cur.
bo. dan. & text. in l. j. §. ſanè. ff. eod. & hoc tenet
Salic. Angel. Iacob. Butrig. Iaſ. & alij omnes hîc.
Et circa primum dictum ego habeo illud pro in-
dubitali. Nec obſtant quædam allegata hîc.
per Paul. Caſtr. & Angel. quia illic expreſsè re-
ſpondetur ex d. l. ij. & reſpondet hîc Iaſ. in ſpe-
cie. Intellige tamen ita ſtatuendum terminum
in extraneis, vt ad minus non ſint minus, quàm
centum dies: at plus, non ſit plus IX. menſibus:
& hoc in extraneis, per text. in l. fin. §. ſed quia
quidam. C. de iure deliber. in ſuis verò debet eſ-
ſe ſaltem annus, l. ij. C. qui adm. an verò plus, du-
bito: & fortè computandum eſſet, ſecundum gl.
& in d. l. fin. in §. j. in verbo, cōſummationem. &
gl. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & hoc mo-
do tollitur oppoſitio facta per Ludouic. in d. l.
quādiu. Circa ſecundum dictum adde, quòd vi-
8 detur verum, quia † quamuis ſtatutum ſit tem-
pus, quando præiudicaretur hæredi, ſecundum
d. l. ij. tamen quando non præiudicaretur, & ſic
non excluditur, qa datur ſolùm curator bonis,
non eſt ſtatutum, ex quo regula eſt, quod † tem-
9 pus adiectum in vna lege, non videtur repeti-
tum in alia, etiam in ſimili caſu, vt eſt tex. in l. j. §.
manifeſtè. ff. de ventre inſpic. not. Bartol. in l.
prætor. §. eritque. in vltimis verbis, ff. vi bon.
rap. Aretin. in l. quandiu. la ij. ff. de acquir. hæ-
red. Vnde debemus ſtare arbitrio iudicis, p re-
gul. d. l. j. in fin. ff. de iure delib. Sed videtur,
quòd hæc concluſio Doct. etiam obſtantibus
prædictis non ſit vera: quia non poteſt negari,
quòd quamuis detur curator bonis, tamen præ-
iudicatur hæredi futuro, ex quo ipſe meliùs ge-
ſturus eſſet, ad quem res pertinet, arg. l. ij. §. fin.
ff. ad leg. Iul. de adulter. Item quia quando hæ-
res ipſe eſt aditurus, vel non aditurus, ita quòd
cauſa breui, id eſt infra cētum dies, clareſcet, vi-
detur, quod debeat potius expectari hic termi-
nus, per d. l. ij. generaliter loquentem. Nec ob-
ſtat l. j. §. ſanè. ff. eod. quia imò ſatis dicetur præ-
cipitari, ex quo ipſe cautione acturus eſſet. Non
obſt. text. in l. j. ff. de cur. bon. dan. quia ibi ille
hæres erat inſtitutus ſub conditione, quæ for-
taſſe nunquam eueniſſet: & ideo quia dubium
erat, ne fieret longiſsima mora, fuit introductū,
vt bona venderentur, vt hîc, dum loquitur de
conditione caſuali. Vel ſecundò, & melius, dic,
quòd illa lex debet intelligi ſecundum d. l. ij. ſci-
licet quòd non poſsint vendi bona infra centū
dies. nam vna lex declaratur per aliam. Nec ob-
ſtat fundamentum, quod tempus non trahatur,
&c. quia reſpondeo, quòd † diſpoſitum in vno,
10 non habet locum in alio, reſpectu tēporis, quan
do illud eſt æquè principale: & ita loquitur Bar
tol. in d. §. eritq;. in fin. ſecus, quando eſt acceſſo-
rium: quia tunc trahitur argumentum à ſimili e-
tiam in exorbitantibus: ita tenet Aret. in c. cùm
P. Manconella. j. de accuſ. alleg. tex. in l. j. §. ſi ne-
pos. ff. ſi quis à par. fuer. manu. & hæc ſint ſatis,
quantum ad hanc tertiam quæſtionem. Quar IIII. quæſt.
ta quæſtio eſt, vtrùm † excluſus, quia permittit 11
tranſire tempus centum dierum ſibi ſtatutum à
iudice, cenſeatur ita excluſus etiam de iure ci-
uili, quò iure quis habet xxx. annos, l. licet. C. de
iur. deliber. Ioan. de Imol. quem refert & ſequi-
tur Are. in d. l. quandiu. tenent, quòd ſic: idem vi
detur tenere hîc Pau. de Caſt. & firmat etiam Iaſ.
A pro quibus eſt tex. in d. l. quandiu. Aduerte ta-
men, quia ſicut Doctores tempus datum à pręto
re mortuo, quo quis adeat, ſcilicet centum die-
rum & anni, ſecundum quod declarat tex. in l. j.
§. largiùs. ff. eod. trahunt ad tempus, quod ſolet
indulgeri hęredibus ad inſtantiam creditorum,
ita videtur de tempore iuris ciuilis. Sed puto,
quòd Doct. malè arguāt, & ſic, quòd l. ij ff. de iur.
deliber. habeat locum non ſolùm in extraneis,
ſed etiā in filiis: aliàs dato fundamento Doctorū
B pro verò, ſequitur, quòd ſi alicui ſit datus termi-
nus centum dierum, & permiſerit illud labi, q,
poſſet venire per ſequēs caput: ſicut excluſus ab
Vnde liberi, poteſt venire per Vnde legitimi, &
mox per Vnde cognati, d. §. ſed videndum. in l. j.
ff. eod. quod tamen eſſet contra rationem d. l. ij.
quare puto, quòd d. l. licet. non obſtet. cætera vi
de per Iaſ. hîc. ¶ Extra gl. tenet Bart. quòd † ſuc 12
ceſſorium edictum habeat locum in querela in-
officioſi: & iſte articulus eſt multùm diffuſus, de
C quo Alex. in l. ſi quis poſthumos. §. fi. ff. de liber.
& poſthum. Aret. & Iaſ. in l. in ſuis. eod. tit. Aret.
& Iaſ. hîc. Aduerte primò, quòd hîc non debe-
mus intelligere de ſucceſſorio edicto, propriè lo
quendo. nam illud impoſsibile eſt, quod habeat
locum in noſtro caſu, ex quo eſt introductum fa
uore creditorum, l. j. ff. de ſucceſ. edict. quæ ratio
ceſſat in noſtro caſu. nō enim fit aliqua mora cre
ditoribus, ex quo poterunt agere contra hære-
des: & in hoc imprudēter contrariū tenuit Paul.
D Caſt. in d. l. ſi is, qui. In principali igitur quęſtio-
ne ſciendum eſt, quòd Vltramontani & Aret. hîc
tenuere contra communem, quòd non ſit locus
ſucceſſorio edicto. Mouetur primò Aret. per l. ſi
quis filium. la ij. C. de inoffic. teſta. ponderando
verbum Omne adiutorium, & verbum Inhuma
nè, &c. Ad hunc tex. danť plures ſolutiones: ta
men verior videtur, quòd ibi ideo non habebat
locum ſucceſſorium edictum, quia pater nūquā
habuerat querelam, & ideo in ea nō poterat ſuc
E cedere nepos. nam querela tum demum incipit,
cùm hęreditas aditur, vt no. gl. in d. l. ſi quis filiū.
in gl. fi. Sed hæreditas viuo patre nunquam fue-
rat adita, ergo, &c. Et iſtam ſolutionem vlteriùs
refert Iaſ. in d. l. in ſuis. cum concord. Contra hāc
ſolutionem vltra alios nouiter videtur inſtan-
dum, quia licet filius non habeat in effectu que-
relam, habet tamen habitu: & hoc videtur ſatis
ad ſucceſſorium edictum: nam mortuo teſtatore
ante aditam hæreditatem filio exhęredato, non
F dicitur delata hæreditas, vt eſt tex. in l. j. §. ſcien-
dum. ff. de ſuis. & legit. ergo iſtà exhæredatio o-
peratur ante aditam hæreditatem. Si ergo exhę
redatio operatur, quæ tamen ſolet aſſumere vi-
res ab aditione, ſequitur idem de querela, quæ
etiam ipſa tunc demum ſumit vires, d. gl. fin.
cum ſimilibus, maximè quia quo tempore inci-
pit malum, debet etiam oriri remedium, l. j. ff. de
vent. inſpic. Ad idem & ſecundò facit, quia † ſuc- 13
ceſſorium edictum habet locū etiam in iure, q,
competit ſolo habitu, licet non actu: iſte eſt tex.
in l.



in l. j. in §. decretalis. ff. eod. nam qui habet decre
talem habitū, moriēdo tranſmittit, vt eſt text. in
§. ſi intra. in d. l. j. ff. eod. & tamen illa decretalis
competit ſolùm habitu, nō actu, vt dicit d. §. de-
cretalis. Tertiò facit, quia poſito, quòd ſucceſ-
ſorium edictum non habeat locum, niſi in iure
propriè delato, tamen in caſu d. l. ſi quis filium.
debuiſſet habere locum, etiam Imperator ipſe
14 hoc non ſtatuiſſet: probo, filius † fictè refert per-
ſonam patris, & eadem perſona iudicatur, §. j. in A
authen. de iureiur. à mor. præſt. & l. fin. in fin. C.
de impub. & al. ſub. vnde propter vicinitatem,
quam ſimul habent, datum vni cenſetur datum
alteri etiam in odioſis, l. eum, qui. §. j. vbi Alexā.
& Moder. ff. de verb. oblig. ergo eadem ratione
debuiſſet iſte nepos ſuccedere in habitu quere-
læ, quam habebat pater, vt poſtea ipſe eam de-
duceret ad actum, tanquam ſi illa & eadem per-
ſona fuiſſet res deducta in habitu & actu ad eui-
tandam inhumanitatem: quo caſu quælibet di- B
ſpoſitio loquens in caſu vero, habet locum in ca
15 ſu ficto. Item † quælibet diſpoſitio loquens in
ſimplici, habet locum in mixto, vt tenet Aretin.
in §. quòd ſi is. in l. Gallus. & ſecundum tenet
Bartol. in §. & quid ſi tantùm. quem omnes ſe-
quuntur, ff. de liber. & poſthum. Quartò facit:
16 nam † plus fauetur ſucceſsioni, quàm tranſmiſ-
ſioni: probatur, ex quo prima eſt de iure com-
muni, tranſmiſsio verò non, l. ventre. ff. de ac-
quirend. hæred. & plus fauetur iuri communi, l. C
quod verò contra. ff. de legib. Modò ſic: tranſ-
miſsio contra regulam communem ex cauſa æ-
quitatis habet locum etiam moriente eo, qui ius
non habebat, niſi habitu, l. ſi infanti. §. ſed ſi hoc
parens. vbi tex. not. ab alio non animaduerſus,
C. de iur. delib. & ibi dixi in ij. not. ergo pariſor-
miter & multò magis debet habere locum ſuc-
ceſsio moriente eo, qui habet rem niſi habita ex
cauſa vitandæ inhumanitatis. Quintò facit tex.
in l. iij. §. ſi emancipatus. in fi. ff. de contrabul. vt D
infrà dicam. Sextò reproba, vt per Paul. de Caſt.
in d. l. ſi quis filium. ad quam reprobationem ne
mo aduertit. Secūda ſolutio datur ad illum text.
quòd loquitur, quādo nepos vult venire ex per-
ſona patris, non ex ſua. Sed iſta reſponſio licet
diſputando poſsit extorqueri, tamen non eſt
realis, nec vera, quia hoc modo non ceſſaret o-
mne auxilium. facit, quia licet quandoq; dictio
Omne, non includat omnia, vt nō. in l. j. ff. de bo.
poſſeſ. tamen quando non poteſt verificari niſi
duobus, debet referri ad vtrunquē, aliàs nil ope- E
ratur. Itèm iſta ſolutio eſt contra illum text. in
verbo, inhumanè. nam ſi opin. iſtorum eſſet nul-
la, fuiſſet inhumanitas iuriſconſultorum. Secun
dò pro iſta opin. contra communem adducit A-
ret. & hic text. in l. ſcripto. in fin. principii. ff.
vnde liberi. Sed reſpōderi poteſt ad illum tex. vt
hîc per Aretin. & Iaſ. Vel dic, quòd illè text. non
loquitur de filio, qui obſtet, ſed de hæredè, qui ſi
adeat, obſtat: ſi non adeat, non obſtat. Non ob-
ſtant etiam alia fundamenta, veluti l. j. §. ſi pater F
in poteſtate. ff. de coniūn. cùm emanc. lib. & l. il
lud. §. j. ff. de contratab. quia reſponde, vt hîc per
Iaſ. Tamen quamuis illa parum faciant, text. ta-
mē in d. l. ſi quis filium. multum vrget: ſed tamē
pro communi multùm facit text. in l. ſi is, qui in
prin. ff. de inoff. teſt. vbi videtur caſus expreſſus.
ſed ad illum reſpondent tenentes contrarium,
quòd ibi ſequens in gradu erat etiam ipſe exhæ
redatus: quę reſpōſio eſt diuinatiua. Mihi vide-
tur, quòd ille tex. acriter militet pro Bart. quam Rubrica.
opin. adiuuo alio fundamento: nam faciliùs ad-
mittitur ſucceſsio, quàm ius accreſcendi, vt in-
frà probabo. Sed ſic eſt, quòd in querela eſt loc⁹
iuri accreſcēdi, l. ſi proponas. §. fi. vbi ad hoc not.
Bal. ff. de inoffic. teſt. Aret. in l. ſi mihi & Titio. ff.
de verb. obligat. Iaſ. in repet. l. re coniuncti. ff. de
leg. iij. Fortiùs volūt pręfati Doctores: nā quam-
uis regula ſit, quòd portio acquiſita, ſi deficiat,
A non facit locum iuri accreſcendi, l. aquam. §. fin.
ff. quemad. ſeruit. amit. l. j. §. interdum. ff. de vſu-
fruct. accreſ. iſtud tamen fallit in iure accreſcen-
di querelæ. per d. l. ſi proponas. modò ſi illud ha
bet locum contra communes regulas, quantò
magis debet habere locū ſucceſſoriū edictum?
quod procedit de iure communi: & ſuprà dixi
arg. l. quod verò. ff. de legib. præſertim cùm bo
num ſit argumētum de vno ad aliud, l. memini-
mus. C. de leg. hæred. Quid dicemus? certè non
B puto, quòd † ius accreſcendi habeat locum in 17
querela. Nec obſtat d. l. ſi proponas. quia loqui-
tur reſpectu bonorū. nam querela annullat te-
ſtamentum in totum. Vnde quando frater non
venit, omnia bona accreſcunt querelāti. Et pro-
pterea redeundo ad principalem quæſtionem,
putò, quòd d. l. ſi is, qui. in prin. loquitur nō re-
ſpectu querelæ, ſed reſpectu bonorum: quia ſi
duo poſſunt admitti ad querelam, primo repu-
diante, ſequens habebit omnia bona: & hoc vi
C detur ſonare illud verbum Succeſsioni, ſcilicet
bonorum: & ſic illa verba, an ſequens admitta-
tur, intellige ſcilicet repſectu qonorum, quæ po
tuiſſent pertinere ad coexhæredatum: & ſic po
tos intelligere tex. in duobus fratribus exhære-
datis. Non obſt. dictio Sequens, quia frater in
portione repudiata ſatis dicitur ſequens, ex quo
ea plus pertinuit ad fratrem antequàm repudia
ret: & ſic ille tex. loquitur potiùs de iure accre-
ſcendi, quàm de ſucceſſorio edicto. Et nota hāc
D ſolutionem, quia eſt ſuſtentabilis, & nemo eam
tradit: nam etiam tenendo, quòd in querela ſit
locus iuri accreſcendi, quæ opin. eſt communis,
hæc ſolutio tantò magis procedit. Secundò pro
communi adducunt Do. text. in l. iij. §. ſi eman-
cipatus in fi. ff. de bon. poſſeſ. contra tabul. Sed
reſponde, quòd ibi non tam conſiderantur me-
rita filij, quàm nepotis, non propterea quòd ne-
pos ex ſucceſſorio edicto quereler: ſed quia du
bium erat, an poſſet nepos contratabulare: & vi
debatur, quòd non, ex quo excluſus erat pater
E propter ingratitudinem, & excluſa radice cen-
ſentur excluſi omnes inde ſequētes, vt dicit Bal.
in l. fi. C. de litig. hæred. Sed text. decidit con-
trarium, quia non tam conſiderantur merita pa-
tris, quàm filij: hoc eſt, quia quamuis pater ipſe
deliquerit, & propterea ſit excluſus, tamen fili⁹
nil delinquit: non ergo loquitur ille tex de que
rela. Et hanc ſolutionem voluit in effectu trade-
re Aret. in d. l. in ſuis. & Alex. in d. l. ſi quis poſt-
humos. §. j. in j. ſolut. licet Iaſ. in d. l. in ſuis. repro
F bet, ſed non intellexit mentem Alex. Eſt verum,
q, Are. hîc ad illum text. tradit aliam ſolutionē,
quæ nil valet: quia diuinat. Et aduerte, quia ipſe
tex. tenendo cōmunem opin. facit cōtra Docto-
res, dum dicunt, q, qui non habet querelam niſi
ſpe, nō poteſt facere, vt in illa ſuccederet ſequēs
in gradu. nam hoc dato ille tex. non procederet
generaliter, quod eſſe debet, l. de pretio. ff. de pu
blic. Tertiò pro communi adducitur tex. in l. pa
ter filium. ff. de inoff. teſt. nam ſi vera eſſet opin.

Vltramont. pater haberet cõtratabulas, nõ que-
18 relam. Sed † ad hoc reſpondet Alex. in d. l. ſi quis
poſthumos. quòd ibi per querelã debemus in-
telligere contratabulas. Vel reſpóde alio modo,
quòd ibi, ex quo filius exhæredatus habuerat fi-
lium, qui erat in poteſtate aui, iſte auus propter
nepotem habebat etiam ipſe querelam, licet ex
perſona ſua haberet contratabulas. potuit itaq;
alteram intentare. Nec obſtat, quòd filius ſuccu
buerat: quia per hoc non debet tolli remedium
ſemel competens ipſi auo, arg. not. per Bart. in l.
ſi poſt. §. fin. ff. de contratabul. & ex his apparet,
opinionem Vltramontanorum contra commu-
nem eſſe veram. pro qua vltra ſuprà dicta addo
19 quaſdam rationes. nam † querela inofficioſi eſt
remedium perſonale, & circunſcibitur in per-
ſona, l. Papinianus. in prin. & l. ſi filius. ff. de inof.
teſt. ſed in iuribus perſonalibus non habet locũ
ſucceſſorium edictum, ex quo non tranſeunt ad
hæredes, l. & hæredi. §. fi. ff. de pact. Secundò fa-
cit, quia querela dat propter iniuriam perſonæ
illatam, l. j. l. non enim. ff. de inoff. teſt. ſed quo-
tieſcunq; alicui defertur hęreditas, & conſequẽ
ter aliquod ius ꝑpter aliquam qualitatem, ſi in
eius hęrede ceſſerit illa qualitas, non habet locũ
ſucceſſorium edictum. iſtud probatur in l. j. vbi
gl. j. C. vnde vir & vx. nam marito datur Vnde vir
& vxor, quia ſunt duo in carne vna, l. j. ff. de rit.
nup. c. debitum. de bigamis: & hæc quia non mi
litant in hæredes, non habet locum ſucceſſoriũ
edictum, vt eſt glo. in hac rub. in præſentib. ver-
bis, vbi Iaſ. facit l. Fulcinius. ff. ex quib. cauſ. in
poſ. eat. vbi, quãdo aliquid requiritur cum qua-
litate, ſi ea nõ interueniat, actus non valet. Ter-
tiò facit: quia iſta querela eſt odioſa, vt dicit Bal.
in l. certus. §. vnde leg. & iſta odia non ſunt adiu
uanda, c. odia. de regul. iur. lib. vj. l. cùm quidam.
ff. de lib. & poſt. Nec eſt veriſimile, quòd prętor,
qui habuit æquitatem ante oculos, l. quòd ſi E-
pheſi. ff. de eo, quod cert. loc. permiſerit per ſuũ
remedium querelam extendi, l. j. ff. de ſuc. edict.
præſertim cùm ipſe eam non adiuuet, l. nón pu-
A tauit. l. filium. ff. de cõtratab. Quartò data opin.
communi pro vera, ſequeretur, quòd in querela
per ſucceſſorium edictum ſuccederét agnati ex
perſona defuncti: quod eſt falſiſsimum, & cõtra
rationem l. ſi quis filium. vbi ſpeciale eſt in filio,
C. de inof. teſt. Quintò aut nos dicimus, quod i-
ſti ſuccedentes veniunt propter exhæredationẽ
præcedentis in gradu: & hoc non poteſt fieri, ex
quo tunc venirent ex perſona alterius: & ex ſuc
ceſſorio edicto quis venit ex propria perſona, l.
B j. ff. eo. item nõ poſſet, ex quo iniuria fuit perſo-
nalis, & ſimiliter querela, l. Papinianus. et §. dixi.
Aut nos volumus dicere, quòd iſti ſuccedent, &
habebunt querelam ex perſona ſua: quia pręte-
riti, quę pręteritio habetur pro exhæredatione,
ſecundum quod declarat Bar. in l. pater filium.
ff. de inof. teſt. in d. l. in ſũis. in fin. & tunc dico,
quòd hoc caſu nõ erit ſucceſſorium edictum, ex
quo ſucceſſorium edictum facit, vt qs ſuccedat
in re alteri priori delata: & in noſtro caſu iſta
C querela non eſt, quæ fuit delata priori, ſed alia,
quam habent ſequentes: quia ipſi fuerunt exhæ
redati tacitè per præteritionem. Et ex his com-
munis opinio remanet diruta.





# ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI IN COMMENTARIOS, EIVS, QVOD INTEREST,

## PRAEFATIO.

*Moris fuit apud quoſdam ex antiquis autoribus, vt quotieſcunque aliquid præter vulgatam conſuetudinem ederent, tanquam cauſæ ſuæ diſſidentes, à lectoribus veniam peterent. quamobrem cùm Albinus, neſcio quis Romanus ſcriptor, patriam hiſtoriam græco idiomate tractaret, indulgeri id ſibi in operis procemio petijt: quod vti ineptum M. Cato non immeritò deluſit: ſi enim Amphictyonum decreto coactus feciſſet, æquum id cõcedi fuerat: ſed ei, qui ſciens prudensq; deliquit, haudquaquam veniam dandam eſſe arbitratus eſt. Ego etſi contra aliorum conſuetudinem, latinè in iure ciuili diſſerturus, tantùm abeſt quicquam deprecer, vt potiùs qualiquali commendatione nõ indignũ me exiſtimem. Non me latet ab Romani Imperij inclinatione nullius opera extare, quæ latina dictione in ciuili diſciplina concinnata ſint: quin potiùs tum primum ab recto curſu flecti cœptum eſt, & barbariſmis quibuſdam corrupta commentaria, in pretio tamẽ habebantur: deinde proceſſu temporis, Mandrabuli more, eò deuentum, vt noſtris hiſce diebus nulla bona litera in omnibus, quotquot ſunt, iuris ciuilis interpretibus, reperiri queat: & iam vulgò circumferatur, nullum eſſe Iuriſconſultum poſſe, qui latinè loqui & eleganter ſciat: quod certè neſcio qua ratione abſq; impendenti calumnia dici poßit, cùm antiquos, vel xij. tabularum, vel reſcriptorum, vel edictorum interpretes videamus & doctè, & eleganter ſcripſiße: ex quibus Herennius Modeſtinus non ſolùm quædam græcè edidit, ſed etiam verſificator egregius P. Maronis periochen compoſuit, Antiſtius Labeo omnium ſcientiarum cognitionem profeſſus ab Gellio quoque traditur. Atteium Capitonem non minus eloquentia, quàm cæteris artibus præditum Tacitus affirmat. Quin & legislator Solon, quanta humaniorum ſtudiorum autoritas fuerit, ipſe expertus eſt: ſiquiden vt Demoſthenis interpres περὶ πρεσβείας, & Plutarchus Laertiusq; tradit, cùm Attici & Magarẽſes de Salamines inſulæ poſſeßione contenderent, Solon Athenienſium cauſam Homerico verſu approbaſſe dicitur:*

Αἴας δ᾽ ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.

Bis ſenis Salamine Aiax cum nauibus ibat.

*Cui carmini ſubſequens ex ſuo tanquam Homeri addidit:*

στῆσε δ᾽ ἄγων ἵν᾽ Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Cecropidum quo caſtra loco poſuére phalanges.

*quem numerum Homeri eſſe iudices arbitrati, autoritate vatis ducti, tanquam omni memoria Athenienſium Salamis fuiſſet, pro Solone pronunciauerunt. His accedit, quod & non hos tantùm, ſed principes quoſq; Philoſophos ab hiſce ſtudijs non abhorruiſſe ferè conſtat, cùm tam eleganter Plato ſcripſerit, vt non alia lingua locuturũ, ſi in terras deſcenderet, Iouem Cicero diceret, quàm Platonica. Mitto Empedoclem, res naturæ carminibus decantantem. Quid Socratis hymnos, Epicharmi modos, Xenophõtis hiſtorias, Xenocratis ſatyras commemorem, cũ vel maxime Epicurum damnet Cleomedes, quòd barbaras voces ſuis ſcriptis inſeruiſſet? & Marcus Cicero quoſdam ſui temporis Philoſophos inſectetur, qui ſe neq; diſtinctè, neque eleganter, neque ornatè ſcribere profitebantur? quam ob cauſam lectione indignos eorum liberos atteſtatur. Quantò meliùs Madaurenſis Apuleius, qui ſibi de Philoſophia diſputanti nec vnum ſolœciſmum ignoſci, nec vnam ſyllabam barbarè pronunciatam donari, volens, libensq; agnoſcit. Poßem & Chriſtianæ pietatis myſtica in exemplum adducere, quibus ſatis in confeſſo eſt, & Hieronymus fatetur, vatum prophetarumq; reſpõſa lyricis carminibus conſtare, tãta fuit humanitatis ſtudiorum autoritas: quapropter & illud traditum, deûm oracula verſibus edita fuiſſe. Quid igitur eſt, quod quiſquam miretur, ſi interpolata veterum conſuetudine, in iura ciuilia latinas interpretationes condidero? & hæc quidem, non quòd ipſi hanc nobis gloriam vendicemus, quaſi vel lepidiuſculè, vel eleganter diſceptatores hac in diſciplina eſſe poßimus, ſed quòd etſi nõ ſatis rectè omnes, nos tamẽ minus, quàm cæteri (quod ad huiuſmodi ſtudia attinet) barbarè loquimur, & ſcribimus. Sit itaque hic, quem edimus, tractatus, quaſi quoddam huius noſtri conanimis ſpecimen: quod ſi læta fronte ſtudioſi excipiant, ad cætera capeſſenda animum fecerint: alioqui græci carminis memor, pedem referam, πόλλας δραμοῦσαι μᾶλλον ἢ δραμεῖν καλῶς, mecumq; interim illud inſuſurrabo: Bene qui latuit, bene vixit. Cæterum antequàm inſtitutum munus exequar, conſtitutionis ipſius verba recitanda ſunt.*

# AND. ALCIATI DE EO QVOD INTEREST, LIB. VNICVS.

## CAPVT I.

1 *Quæ fuerint antiquæ dubitatiões, quarũ tex. hic meminit.*
2 *Accurſij ſententia hac in re improbatur.*
3 *Petri & Cyni quæ fuerit hoc in puncto opinio, eademq́; confutata.*
4 *Exempla regulã non arctare, quomodo accipiendum.*
5 *Quæ fuerit Bart. & Fulg. in hoc expoſitio, eademq́; reprobata.*
6 *Alciati in hac difficultate ſententia.*

## LEX I.

*Imp. Cæſ. Iuſtinian. Auguſt. Ioanni PP. de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.*

CVm de eo, quod intereſt, dubitationes antiquę in infinitũ productę ſint, melius nobis viſum eſt, huiuſmodi prolixitatem, prout poſsibile eſt, in anguſtum coarctare. Sancimus itaq; in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatẽ, vel naturã, veluti in venditionib. & locationibus, & omnibus cõtractibus, hoc quod intereſt, dupli quãtitatem minimè excedere: in alijs autẽ caſibus, qui incerti eſſe videtur, iudices, qui cauſas dirimẽdas ſuſcipiunt, per ſuã ſubtilitatẽ requirere, vt hoc quod re uera inducitur damnũ, hoc reddatur, & non ex quibuſdã machinationibus, & immodicis peruerſionib. in circuitus inextricabiles redigat, ne dũ infinitum computatio reducitur, ꝑ ſua impoſsibilitate cadat, cùm ſciamus eſſe naturæ congruum, eas tantũmodò pœnas exigi, quę vel cũ competenti moderamine proferũtur, vel à legibus certo fine concluſę ſtatuuntur. Et hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectit̃ conſtitutio, quia ex eo veteres id, ꝙ intereſt, ſtatuerunt: & ſit omnibus, ſecũdum quod dictũ eſt, finis antiquæ prolixitatis huius conſtitutionis recitatio.

Dat. Kalẽd. Septẽb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC.

QVOD in primis in lege dicitur, dubi-
1 tationes antiquas fuiſſe, †videndũ eſt, qua in re veteres dubitarint, & Accurſ. in eo verſari dubiũ credidit, quẽadmodum ęſtimatio quatenꝰ intereſt, faciũda eſſet, idne quod extra rem lucrum, damnumq́ue venit,
2 an id, quod circa rẽ tantũ verſat̃: †quod ipſe quidem nõ ꝓbauerim: hæc enim conſtitutio idcirco eſt edita, vt veterũ altercationes tollerentur: quamobrem ſi dubitatum foret, quatenus extrinſecùs intereſſet, debuerat hoc præſenti lege Imperator declarare, cũ tamen res hæc tam dubia
3 adhuc ſit, quantum nunquã. †Petrus & Cynus[a] variatum in eo tradunt, quòd veteri Digeſtorum iure, id, quod intereſt, in bonę fidei actionibus ad duplũ vſq; progrediebat̃ ſed an idem in cõtractu ſtricti iuris eſſet obſeruandũ, nõ æquè cõſtabat. Sed & id nihilo magis placet, cùm ſi ita fuiſſet, æquũ & rationi conueniẽs erat, vt ex cõtextu legis hoc tandẽ explicaret̃: cùm tamẽ poſſet adhuc ea opinio defendi, in cotractu ſtricti iuris ad duplum non prorogãdam æſtimationẽ: nam lex duo exempla affert, venditionis ſcilicet & locationis, qui cõtractus
4 bonæ ſunt fidei: †& licet vulgò dicatur regulam exempla non arctare, ſi tamẽ plura exẽpla ſint[b], in confeſſo eſt ſaltem declarari, vt in eadem ſpecie ſolùm regula procedat. nec obſtarẽt verba cõſtitutionis, in omnibus cõtractibus, &c. quoniam de ſimilibus tantũ accipienda ſunt illa verba, & id cum Accurſio: igitur omnes contractus intelligere poſſemus, qui tamen bonæ fidei eſſent. Si itaque admitteremus eorũ ſententiam, conſequens eſſet, in eo adhuc ambigi, ꝙ ſe declaraturum Imperator credidit. †Bartolus[c] autem 5
videtur exiſtimaſſe, nihil dubitatum, an lucrum, quod ceſſaret in eius, quod intereſt, æſtimatione eſſet computandum, ſed idem prorſus hodie iuris eſſe, ꝙ & olim in hac q̃ſtione fuerat: quod & Fulgoſius opinatꝰ eſt[d], & in hanc ſententiam crebriùs eſt itũ. Sed num circa id, quod extrinſecùs intereſſet, quicquã per hãc conſtitutionem ſit immutatum, nõ reperio qui à Accurſio diſſentiat, quem tamen ſuprà non probaui. Cæterùm nec illud nobis ſit veriſimile, nihil hac lege noui inductum: † 6
quo ſit (vt cùm lex dicat, in contractibus certis, quod ſingularit̃ intereſt conuentæ ſummæ duplum excedere non poſſe: in incertis ſecꝰ) putẽ in hoc potiſſimum certaſſe veteres: ſed tamen in Digeſtis nihil reperiri, quod eorũ ſententia iuuet, qui aduerſantia huic conſtitutioni prodiderunt, quoniam huiuſmodi reſponſa ꝑ Tribonianum collegasq́ue de eo volumine ſint reiecta[e].

a Bald. in ix. op. poſ. hic.
b Gl. in l. nũquã. de priuatis deli. Lancel. in l. j. de iuriſ. om. iud.
c Bart. hic in ij. col. uerſ. uenio ad ultimã partem.
d in l. j. ff. de actio. empt.
e Arg. §. in quibus. in j. conſti. Cod. & not. in l. j. de leg. j.

## CAPVT II.

1.3 *Certa quantitas quemadmodum accipienda. & num. 8.*
2.4 *Certam ſpeciem habentia, an certam quantitatem habere dicantur.*
5 *Dictio adiectiua, quantus, non ad ſolam quantitatem refertur, ſed magnitudinem potiùs notat.*
6 *Quando de ſermonis proprietate dubitatur, Grammaticis ſtandum eſt.*
7 *Familia vnde dicta, & an famuli, familiæq́; verbo, dominus contineatur.*
8 *Certa quantitas, & certa natura, quid ſignificet.*
9 *Certum intelligi, cùm in obligatione eſt datio.*
10 *Si aliquid fieri ſtipulemur, incertam eſſe ſtipulationem.*
11 *Venditio meri facti non eſt.*
12 *Locatio eſt facti.*
13 *Qui contractus dicantur certi, ſecundum Bart. & Bald.*
14 *Id quod intereſt, non in iure, ſed facto conſiſtit.*



*Ibid. Et quæ dicantur eſſe facti.*
15 *In tractatu, eius quod intereſt, vnde certitudo vel dubietas ſit accipienda.*
16.17 *Bartolum non ſatis extricare, quomodo certam naturam accipere eoporteat, & improbat in hoc communis ſententia.*
18 *Quæ dicantur de natura contractus eſſe.*
19 *De natura rei illud dicitur, quod illi regulariter accidit.*
20 *Alciati ſentẽtia circa certam quantitatẽ, & certã naturã.*
21 *Baldi expoſitio circa verbum, Naturam.*
22 *Diſcuſſa quæſtio, an in cõtractu emptionis factũ verſet̃.*
23 *Fulgoſius doctor peruicax, & cæteris refractarius.*
24.28.30 *In contractu emptionis venditor indiſtinctè tradere tantùm obligatur contra communem.*
25.27 *Explicat̃ Celſi reſpõſũ in l. ſi. ff. de cõd. ob cau.*
26 *Contractus iuriſgentiũ ex verborũ forma nõ variãtur.*
29 *Res non dicitur in bonis, niſi quæ in dominio eſt.*
31.32 *Diſcutitur l. ſi actũ ff. de actio. empt. & nũ. 33. & 34.*
35 *Expenſa l. ſi ita diſtrahatur. ff. de contrah. empt.*
36 *Verbũ, oportet, purã neceſsitatẽ inducit, ſed nõ ſemper.*
37 *Explicatio l. cũ manu. §. ſi. ff. de cõtrah. empt. & nu. 39.*
38 *Subſtantialia contractuum pactionibus tolli nõ poſſunt, naturam reſpicientia poſſunt.*
39 *Emptio & venditio quare inuentæ.*
40 *Promittens ſimpliciter tradere, ſolùm factũ videtur promiſiſſe: quòd ſi etiam vacuam poſſeſsionem promiſerit, ſtipulatio talis cauſam bonorum complectitur: et quæ ſit differentiæ ratio.*
41 *Non ſequitur, venditor de euictione tenetur, ergo obligatur dominium transferre.*
42 *Vſus quo conductor fruitur, loco dominij ſuccedit.*
43 *Conductor nõ acquirit fructuum dominium, niſi eos collegerit.*
44 *Damnum rei ad dominũ ſemper pertinet.*
45 *Inſigne dicterium Dionyſij tyranni apud Plutarchum refertur.*
46 *Seruitutes certæ dicantur, vel incertæ.*

## CAPVT II.

QVod ſubſequitur, certam quantitatem vel naturam: † diſputemus
1 quemadmodũ certa quantitas accipienda ſit. & Bartolus quid alij opinati ſint, refert, ex quibus Accurſius: Contractus, inquit, dicuntur certi, quorum quantitas vel ſpecies certo ſine terminata, poteſt oſtendi, qualis quantaq; ſit[a]. cùm ergo in obligationẽ vertitur certa quantitas, certã quantitatem habere dicitur: cùm certa ſpecies eſt in obligatiõe, dicitur habere certam naturam. Sed ab hac interpretatione idem recedit tum Bartolus cæteriq; eo maximè argumento, quòd verbum, naturam, ita in lege ſuperflueret: †nam &
2 ea, quæ certam ſpeciem habent, dicuntur certã quantitatem habere: qua ratione ſi quis legauerit, quantas ſummas dictauerit, cenſuit Ariſto[b] ſpecies quoq; contineri: & ſi quis ſtipuletur ſibi dari quantas pecunias ex hæreditate peruenerint, non pretium, ſed rerum corpora ſtipulatus videt̃[c]. † Sed tñ quãuis cæteri id probẽt, ſatis le-
3 uiter arbitror hãc ſentẽtiam oppugnari, quoniã eadẽ ratione Iuriſconſultus Paulus reprenderetur, qui, Certum, inquit, eſt cuius ſpecies vel quantitas oſtẽditur[d]: ſuperflueret enim ſpecies. †Sed & appellatione quantitatis propriè ſpeciẽ
4 contineri nuſquã probatur, imò ex aduerſo plura argumẽta deduci poſſent[e]. Nec nos tangit Ariſtonis reſponſum, quandoquidem aliud eſt, ſi dixero, lego Sempronio quantitatem: aliud ſi quãtas ſummas, &c. † dictio. n. quãtꝰ adiectiua nõ ad
5 ſolã quantitatem refertur, imò ex propria vocabuli ſignificatione magnitudinẽ potiùs notat. Ex poetis affatim exempla ſuccurrunt. Verg.

*Nam qualis quantusq; cauo Poliphemus in antro.*

Idem:

*Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.*

Ex Iuriſconſultis illud[f]: Quantæ audaciæ, quantæq; temeritatis ſint publicanorũ factiones, &c.
†Nec de ſermonis proprietate ambigit̃, ſtãdum 6
eſſe Grammaticis. nec obeſſet, quòd verbũ quantitatis à quanto formetur, quoniam cõſuetudo loquendi à doctis obſeruata, ipſa eſt, quæ verbis proprietatem tribuit, vt Fab. Quintil. lib. 1. eſt autor[g]. Vnde cùm conſuetudo non aſſumpſerit verbum quantitatis pro ſpecie, adiectiuum verò ex adiũcto frequentiùs: non eſt abſurdum, alterum propriè dici, alterum non æquè: †nam & familia à famulando dicitur, & famuli appellatio- 7
ne non venit dominus[h], & tamen verbo familię comprændit̃ur. Item annotauit Ariſto verbum, ſummæ, quod ipſe probauit ad certas ſpecies referri: tum & in eo caſu voluntas teſtatoris ex pręfatione talis eſſe cõiiciebat̃. quapropter totcollectis, æquum fuit ſtatui ibi certam ſpeciem cõtineri, ſicut & cùm quis quantam pecuniã dari ſtipulatur, quippe verbum pecuniæ generale eſt, & ſpecies comprændit. †Conſequens igitur eſt, primam hanc Accurſij ſententiam poſſe defen- 8
di, quamuis ſemetipſe damnauerit, ab ea in aliã tranſiens. Hæc eſt, vt per certam quantitatẽ ſpeciem quoq; accipiamus: per certam verò naturã id potiſsimum intelligamus, cùm promiſsio de genere aliquo eſt facta, veluti promitto hominẽ, ſpondeo equũ: & homo enim & equus certos fines naturaliter habent. Non placuit id Iacobo ab Arena quibuſdam rationibus, quas per Bartolum reiectas cernere eſt. †Pergit etiã Accurſius id declarãdo, vt certum intelligatur, cùm in ob- 9
ligatione eſt datio: quamobrem ſi ſtipuler dari Titium, certam ſpeciem ſtipulor: ſi dari centum, certam quantitatem: ſi verò dari hominẽ, vel equum, tunc ſtipulor certam naturam, & debebit mediocris[i]. †Cæterũ, ſi fieri aliquid ſtipulẽmur, 10
puta dari curari centum, vel Stichum, vel hominem[k], hæc ſtipulatio incerta eſt, quippe facti, & ſtipulationes facti ſunt incertę. Damnant rurſus id Iacobus ab Arena & Petrus: nam venditor ſolùm tenetur tradere[l], ꝙ facti eſt, & tamen lex venditionis contractũ appellat certũ: †ſed venditionem meri facti nõ eſſe reſpondet Bar. quoniã vẽ- 11
ditor ſi dominus ſit, non tradere tantũ, verumetiam transferre dominium tenetur[m]. Cæterùm, vt idem affirmat, non idcirco defenditur Accurſius, quoniam in lege ſubſequitur exemplum locationis, †quæ proculdubio eſt facti, cùm conductori dominus patientiam præſtet, quæ meri fa- 12
cti eſt[n]. Aliter itaq; accepit ea verba Iacobus ab Arena, quẽ dũ Bartolus improbare videt̃, explicat, nec tandẽ ab eo ipſe diſsidet: ꝙ & Bal. facit. Aiunt illi, †cõtractus dici certos, qui certã quan- 13
titatem, vel naturã, reſpectu ſui vel adiuncti, habent: quam ſententiam ſequor: † nam id, quod 14
intereſt, non in iure, ſed in facto conſiſtere, Iureconſulti dicunt[o]. Solent autem ea facti appellare, quorum vis eſt dubia, & omnis à probationibus pendet[p]. † Igitur in tractatu eius, ꝙ in- 15
tereſt, certitudo vel dubietas non eſt accipienda ratione obligationis, vti ſit in obligatiõe dãdi faciendiq́; & in hoc deceptꝰ eſt Accurſius. nec eſt accipienda ab eo, quod ab initio in obligationẽ deducatur id, quod intereſt, vel nõ deducat̃. ꝙ Nicolaus Math. credidit: ſed id quærendum eſt,

poſsit

a l. certum. ff. ſi cer. pet.
b l. quiſquis. de leg. iij.
c l. cum ſtipul. de uerb. ſig.
d in d. l. certum.
e Veluti in l. ex morte. C. de pact. conuen.
f l. quantæ. ff. de pub.
g Bar. in l. j. col. pen. ſi cer. p.
h l. familiæ. ff. de uerb. ſignif.
i l. legato generaliter. de leg. j.
k l. ſi. §. Labeo ait. ff. ſi cer. pet. l. ubi autem. ff. de uerb. oblig.
l l. ex empto. de act. emp.
m l. in conuentionalib. de uerb. oblig. l. ſi rem alienam. de act. emp.
n Not. in l. ij. de uerb. oblig.
o In l. quatenus. de reg. iur.
p l. Arethuſa. de ſtat. hom. l. triticum. de uerb. oblig.

L. j. Cum de eo.

poſsit protinus probari, vel nõ poſsit. Igitur in
venditione & locatione, cùm de pretio conue-
niatur, clarum eſt, ſi conuenta non ſeruētur, mi-
nus intereſſe nequaquam poſſe, quàm ſit pretiũ:
& idcirco cùm hic cõtractus reſpectu probatio-
nis euidens ſit, dicitur certus. Idem in pacto eun
di Romam, ſi viciſsim promiſſa ſit pecunia, & ſi
16 qua ſimilia, vti declarat Bartolus, † qui tamen ad
amuſsim non extricat, quomodo certam naturã A
intelligamus: ſi enim eum ſequamur, idem fue-
rit vel certam quantitatem, vel certam naturam
dicere: quod non probo. nec admiſſa eius ſen-
tentia, quam cæteri omnes creberrimo calculo
approbant, Accurſij opinio procedit: nam ſi ho-
minẽ generaliter promitto, ipſe exiſtimauit ꝓ-
miſsionem hanc certæ naturæ eſſe, & tamen e-
ius æſtimatio ratione ſui, vel adiuncti, nõ ſit pla-
nè certa. concedamus deberi mediocrem, nõ ſe-
quitur tamen certitudo: poteſt enim pluris æſti- B
mari vnus mediocris alio æquè mediocri, quan-
doquidem hæc mediocritas certos fines non ha
bet: & cùm hæc electio ſit multum difficilis, &
ambigua, non videtur certam naturam habere.
non itaque omnino hac in re communem ſen-
17 tentiam ſequor: † quæ & eo ampliùs conuincit,
quòd nulla lege, naturam ita accipi probat: qua-
18 re illud debemus ſcire, † ea de natura contractus
dici, quæ tametſi non exprimantur, in eum de-
a l. pacta. ff. de contrah. empt. ubi gl.
ducta intelliguntur, vel ex cõſuetudine, vel alia C
de cauſa, veluti in emptione: nam de natura hu-
iuſmodi contractus eſt, vt præſtetur euictio[a]: q,
inductum eſt, quoniam aſsidua cõſuetudo fuit,
19 vt prẹſtaretur. † Dicitur etiam de natura rei il-
b l. cum quid. ſi cert. pet.
c l. ita ſtipul. magna. de uerb. oblig.
lud, quod illi regulariter accidit[b], quamobrem
Raphael Comenſis de natura penoris eſſe tradi-
dit, vt breui conſumeretur[c]: certè in eius æſtima
tione ipſius quoque naturẹ ratio deducenda eſt.
Non me fallit penoris naturam interpretatos eſ
ſe, alios fauorem, quoniam penus propter ali-
menta fauorabilis ſit: ſed frequentiùs admittĩ D
20 de natura, quod primò dixi. † Igitur in propoſita
quæſtione dicendum opinor, per certam quan-
titatem intelligi ea, quæ expreſsè ſolent dedu-
ci in contractum, puta pretium & rem: per cer-
tam naturam, quæ tacitè de natura contractus
recepta creduntur. Exempli cauſa: vendo vel
loco tibi domum centenis: hic contractus certẹ
quantitatis eſt. trado Stichum, eſt certæ ſpe-
ciei, quæ facilè æſtimationem capit. mutuo cen
tum frumenti modios, tu recepiſti, negas redde E
re æquè bonum: hic contractus habet certam na
turam: de eius enim natura eſt, vt æquè bonum
reddatur: iudex itaque hac ex conſtitutione id
21 æſtimaturus eſt. † Baldus aliter viſus eſt intelle-
d l. cum quid. ſi cer. pe. l. quod ſi nolit. §. in aſsidua. de ædil. edict.
xiſſe, vt per verbum, naturam, accipiamus facta,
quorum natura reſpectu viciſsitudinis menſarũ
recipit, veluti pretium ratione rei, vſus rei ad pẽ-
ſionem. Sed & id reuoluitur eòdem: nam ſi con-
cedo tibi vſum rei non ſtatuta penſione, in æſti-
mationem redigetur ille vſus, ex natura ſimiliũ F
contractum, & ex conſuetudine quantum pen-
ſionis de huiuſmodi rebus præſtari ſoleat[d]. Ex
22 hac quidẽ ſatis & ſuper. † Cæterùm quoniã Ac-
curſius videtur exiſtimaſſe, in contractu emptio
e In l. certi condict. in princ. ff. ſi cer. pet.
nis factum non verſari: & Bartolus non merum
factum, ſed etiam dationem; Iacobus autem ab
Arena contraria diſſeruerit, videamus cui ſentẽ-
tiæ adhærendum ſit. & in tractatu, Si certũ pe-
tatur, communis ferè omnibus eſt opinio[e], ſi vẽ-
ditor dominus ſit, teneri dare: ſi verò dominus

non ſit, tradere ſolùm obligari[f]. à qua ſententia
f In d. l. ex emp.
nullo pacto diſcedẽdum eſſet † Fulgoſius, Doctor. 23
alioqui peruicax, & cẹteris refractarius, ꝓdidit.
Nobis tñ qd vltra alios occurrat, ſubticendũ nõ
eſt: & in primis hoc exiſtimo, ſententiam, quam
turmatim alij ſequunẽ, à veritate abeſſe: † quin- 24
imò indiſtinctè & impromiſcuè venditorẽ tra-
dere tantũ obligari. cuius rei primũ argumentũ
A eſt, † q, Celſus ſcribit[g], Si tibi pecuniã dedi, vt Sti 25
g l. ſi. de cond. cauſ. data.
chũ dares, nõ emptionẽ, ſed innominatũ cõtra-
ctum eſſe: nã ſi datio ad emptionem facceret, ne-
quaquam præſcriptis verbis agi poſſet. Reſpon-
det huic rationi Philippus Decius[h]: ideo cõtra-
ctũ hunc innominatũ eſſe, quoniã eo modo con
cepta erant verba, quo in cõtractibus innomina
h In d. l. certi cõdictio.
tis ſolẽt: alioq ſi contrahẽtes voluiſſent emptio-
nem eſſe, nõ eo modo cõcepiſſent. quam reſpõ-
ſionẽ nõ probo: † quoniam ex verborum forma 26
cõtractus iuriſgentiũ nequaquã variãtur[i]: nõ. n.
i ff. de præſcri. uerb. l. inſulam. fa. l. ſi quis in fũdi. ff. de leg. j.
B attẽdimus, q, nomẽ cõtractui detẽ, ſed quid in eo
deductũ ſit: quamobrẽ etiam ſi contrahẽtes ver-
bo emptionis & vẽditionis vterentẽ, & pacto ex-
preſſo venditor diceret ſe rẽ dare, nihilo magis
emptio nõ eſſet: † & quãuis eo in reſpõſo Celſus 27
dubitet, an emptio fuerit, cùm tñ ſubiungat nul
lam aliã obligationẽ, quã præſcriptis verbis o-
riri, cõſequens eſt nihil referre an cõtrahentes
emptionem appellauerint, cùm nõ ab ipſis, ſed
C à iure publico nomina cõtractib. data ſint. qua-
re rurſus reſpõdet idẽ Doctor, idcirco reſponſo
Celſi, cõtractum eũ innominatũ eſſe, quoniã pe-
cunia vti certa ſpecies data ſit. q, quidem diuina-
toria cõiectura affirmat: nihil enim hac de ratio-
ne eſt, in eius verborũ cõtextu. Igitur iterum re-
ferũt generaliter quidẽ venditorẽ nõ teneri da-
re, niſi idẽ & dominus ſit, & tradendi facultatẽ
habeat. Verùm & hoc perquã improbabile eſt,
cùm in reſponſo Celſi cõiectetur, eũ, qui Stichũ
dare promiſerat, nõ fuiſſe dominũ: q, præterquã
D q, extra legis verba inducitur, nequaquã veriſi-
mile eſt, aliquem ſcilicet id promittere voluiſſe,
quod in ſe nõ haberet: nam & Celſus compete-
re ait, repetitionẽ pecuniæ, ſi Stichus antequã
des, moriatur: q, offerre operæpretium nõ erat,
cùm etiam ſi Stichus mortuus nõ eſſet, cõpete-
ret tñ repetitio, quippe tibi dedi pecuniã, vt Sti-
chũ dares: ſi ergo Stichi dominus nõ es, quomo-
do potes eum dare? omnimodo igitur pecuniã
condicere poſſum, quoniam non dediſti vt con-
E uenit, ſed tradidiſti. Non recedunt itaque recen
tiores à prima reſponſione, quã cõfutaui: & eò
magis, quoniam ſi is contractus emptio eſſe po-
tuiſſet, abſurdum non erat, ſi Celſus pronun-
tiaſſet, & condictionem ob cauſam competere,
tanquam ex contractu innominato: & etiã actio
k l. Labeo ſcrib. ſi mihi bibliothecam. ff. de cõtrah. emp.
nem empti, tanquam is cõtractus emptionis &
venditionis eſſet: ſimili enim ratione motũ Vl-
pianum ſtatuiſſe vtranque actionem competere
poſſe aliquando legi[k]. † Secundum huius ſenten 28
F tiæ argumentum eſt, quod Papinianus ſcripſit[l]:
l In l. ſi ſtipulatus. ff. de dec.
Si venditor nouata priori obligatione, emptori
per ſtipulationem ſpondeat rem dare, nihilomi
nus non niſi ad tradendum obligari: quia veriſi-
mile nõn eſt id actum, vt obligatio augeatur, vt
qui tradendi ſolùm reus erat, voluerit dãdi quo-
que obligationem ſuperaddere. Loquitur au-
m l. ſequitur. §. de illo. ff. de uſucap.
tem Iuriſconſultus in eo venditore, qui do-
minus erat. Id ex eo probamus, quòd ſi vẽditor
ancillam tradidiſſet, Iuriſconſultus[m] in bonis
emptoris futuram tradidit: nã ſi dominus is non
fuiſſet,



fuiſſet, non dominium, ſed vſucapiendi facultas
29 ſolùm eſſet translata: † nõ eñ res in bonis dicitẽ,
30 niſi quæ in dominio eſt[a]. † Tertius, & quidẽ for-
tiſsimus locus eſt ab Celſi autoritate, in tractatu
31 de actionibus empti[b]: † is tradidit, Si iactũ retis
a l. bonorum. de uerb ſig.
b l. ſi iactum. ff. de act. empt.
emero, & captos piſces piſcator nolit tradere, ad
æſtimationẽ rei agendũ: nam ſi vẽditor dare te-
neretur, nõ ad æſtimationẽ, ſed ad ipſam rẽ ſpe-
cialiter obligaretẽ: piſcator enim piſcium, quos
capit, dominiũ iuregentiũ nanciſcitẽ. Hunc obi- A
cem, ita remouẽt recentiores, q, ad factũ obliga-
tus principaliter venditor eſſet, retia ſcilicet aqs
immergere, quamobrẽ quãuis piſces acquirat,
datio tñ vti acceſſoria facti principalis naturã re-
ſpicit, vnde in id, q, intereſt, obligatio ſuccedit.
Hanc reſponſionem memini, cùm Iaſon cõfuta-
re vellet, & Decius etiã depoſito pignore tueri
conaretẽ, doctiſsimũ quendã græco hemiſtichio
32 vtrunq; taxaſſe, Ἀνεκώφῳ Ἀνέκωφος ἐκρίνετο. † Ipſe certè
c l. conuenit. l. fundi. ff. de contrah. empt. l. ij. §. ſi. ff. locat.
arbitror nõ defendi, quoniam ſi ſolùm factum il B
lud principale conſideretur, locatio eſſet, non
emptio[c]: quandoquidem ſi pretium des, ego vi-
ciſsim factum, operarum locatio eſt: ſicut ſi rem,
eſſet emptio. In propoſito ergo caſu diceretur
piſcator locaſſe operam, q, falſum eſt, cùm Iuriſ-
cõſultus emptionem eſſe voluerit, ſi argumentũ
à titulo verum eſt: nam cùm iactus hic propter
piſces fiat, debuit cenſeri, acſi piſces ipſi abſque
aliquo facto venundarentur, quo caſu piſcium
datio in obligationem veniſſe videtur: factũ au- C
tem, quod dationis cauſa inducitur, dationis ef-
fectus operatẽ[d]. Præterea exiſtimo factum id nõ
d l. naturalis. §. quod ſi faciam. ff. de pſcri. uerb. l. cũ ſeruus. ff. de condit. & dem.
e l. ex empto. §. ſi. ff. de acti. ẽpt.
aliter conſiderari, quàm in eo, qui venationem
vendat, cùm indagines diſponit: quod vtiq; le-
uiſsimum eſt: vtrunq; enim Iuriſconſulti æqui-
parant[e]: atqui nullius facti eſſe indagines, & re-
tia pedicaſúe collocare, nemo ferè ignorat: ſed
& factum ipſum nõ venditur, verùm piſces ipſi,
qui capientur, cur ergo factũ hîc principaliter aſ
ſeramus? Reſpõdent itaq; alij, idcirco ẹſtimatio- D
33 nem piſcium peti, quoniam illi facilè corrupti-
biles, lites finem integri nõ expectãt. qđ adhuc
perquàm frigidum eſt: id enim tẽporis, quo du-
rant, debuit ſaltem poſſe eos peti, diſtinguendũ-
que à iuriſconſulto fuiſſet, extarent, vel nõ: nam
f l. j. §. ſed excipiuntur. de fer.
g l. j. de glã. leg.
& veriſimile eſt, in re leui, qualis eſt captura, pi-
ſcium, protinus ius reddi à pẹtore[f], qua ratione
interdictum de glande legenda triduo permitti
34 tur[g]. † Aliter itaq; Aretinus Socinuſq; cauillãtur:
nam ideo nõ teneri dare piſcatorẽ aiũt, quoniã E
à principio venit in contractum id, cuius nondũ
venditor erat dominus. quod equidem ratione
caret, cùm emptor ſpem emerit, & in eũ caſum
collatus ſit contractus, quo vẽditor dominus fu-
turus eſſet. Non dubito itaq; eo ex reſponſo pro
bari venditorem, quamuis dominum, non tamẽ
ſpecialiter, vt det, cogi: quæ ſententia ex prima
quoq; lege de actionib. empti ꝓbatur: licet Ful-
goſius etiam id opinatus ſit, vẽditorem non do-
h l. ſi ita diſtrahatur. ff. de contrah. emp.
minum, ſed tradendi facultatem habeat, tradere F
ad vnguem teneri. Adducuntur etiã in hunc ſen
35 ſum Vlpiani verba[h]. † Qui vendidit, neceſſe non
habet fundum emptoris facere, vt cogitẽ qui fun
dum ſtipulanti ſpopõdit: nam eum loqui in ven
ditore, qui dominus ſit, illud eſt argumẽto, q, nõ
eſſe eum ſimilem dicit promittenti fundũ, quo-
niam is cogitur dare: ſi enim cogitur dare, neceſ-
ſe eſt eſſe dominum, quoniam impoſsibile eſt, vt
qui dominus non ſit, det, cũ traditio nil amplius
transferat, quã in ſe habeat. Si igitur in ſponſo-



L. j. Cum de eo.

ſore, qui dominus ſit, verba Iuriſconſulti accipi
untur, certè & in venditore domino accipi de-
bent, cùm aliter claudicaret argumentum. Sed
& alibi Vlpianus venditorem reum tradendi eſ
ſe ait: dein ſubiungit, ſiue is vẽditor dominus ſit,
ſiue non[i]. Reſpondent recentiores: cùm vendi-
i l. ex empto. ff. de act. empt.
tor eſt dominus teneri quidem tradere, quæ tra-
ditio ſecũ dationẽ habet: inqt. n. † Oportet ven 36
ditorẽ tradere: quod verbum puram neceſsitatẽ
A tradendi inducit, vnde æſtimatio ſolui non poſ-
ſet. Non id mihi placuerit, cùm oportere plerun
k l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib.
que aliquid fieri dicamus, qđ nullius neceſsita-
tis eſt[k], ſed commoditatem tantũ reſpicit: nã &
cùm in datione duo inſint, ipſa traditio, ſine qua
dominium non transfertur, & etiam dominij i-
pſius abdicatio, debuiſſet potiùs Vlpianus ver-
bo dandi vti, cùm appellatione traditionis, quæ
leuior eſt datio, non comprẹndatur. Sunt & pro
hac ſententia aliæ rationes, quas cum alij refe-
B rant, & nihil in prẹſentiarum, quod illis addam,
occurrat, referre ſuperſedeo. Supereſt vt argu-
mentis, quibus contraria ſententium opinio
fulcitur, reſpondeam. Ea omnino relatu digna
duo ſunt. † Primum eſt, q, Iabolenus ſcripſit[l], Ne 37
l l. cũ manu. §. ſi. ff. de contrahen. empt.
mo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius
dominio id agitẽ, ne ad emptorẽ trãſeat: ſed hoc
aut locatio eſt, aut aliud genus cõtractus. Reſpõ
m In d. l. certi condictio.
det Socinus ex Baldi ſententia[m], pactũ q, natu-
ralia cõtractus impedit, non valere, q, falſum eſt:
C † ſubſtantialia quippe cõtractuum pactionibus 38
n Gl. in l. pacta conuenta. ff. de contra. empt.
tolli nequeunt, naturam reſpicientia queũt[n]. col
ligi itaque inibi videtur, dominium de ſubſtan-
o §. pretium. Inſtit. eod.
tia contractus emptionis eſſe: ſed tamẽ & id nõ
probo: ſi enim dominium ſubſtantiam eius con
tractus reſpiceret, res aliena venundari non poſ
ſet[o], & tñ nemo dubitatẽ valere venditionẽ. † Igi- 39
tur aliter dicẽdum putauerim: nam cùm emptio
& venditio inuentæ ſint, vt per eas acquiramus
iuregentium dominia, vel vſucapiendi cõditio-
D nem, lex abſurdũ exiſtimauit poſſe expreſsè cõ-
p l. nõnunquã. ff. de cõd. & demonſt.
ueniri, ne dominium transferatur: expreſſa igitẽ
nocent, non expreſſa non nocent[p]. Alterum ar-
gumentum eſt: q, ſi emptor poſſeſsionis, vacuam
q l. in conuẽtionalib. §. ſi. ff. de uerb. oblig.
poſſeſsionem tradi ſtipulatus ſit à venditore, hu
iuſmodi ſtipulatio cauſam bonorum continet,
vt Vlpiani[q] reſponſo cautum eſt. Sed certè reſpõ
ſum illud in emptore intelligi non poteſt, ſine
expreſſa verborum cauillatione: quamobrẽ eam
interpretationem Iaſon ſe idcirco atteſtatur ſe-
E qui, quoniam meliorem non reperit. † Ipſe cum 40
Accurſio aliter ſentio, vt diſtinguamus, an aliqs
ſimpliciter tradere promittat, & ſolum factũ vi-
detur promiſiſſe. q, ſi etiam vacuam poſſeſsionẽ
ſpoponderit, tunc talis ſtipulatio cauſam bono-
rum complectitur. differentiæ ratio eſt: nam niſi
ex hac poſteriore dominium transferretur, tra-
di vacua poſſeſsio nõ diceretur, cùm ille, penes
quem dominium reſidet, meritò animum poſsi-
r Gl. in l. ſi. uerbo, uacuam. C. unde ui.
dendi habere præſumatur[r]: non igitur poſſeſsio
F eſſet vacua. Nec hanc interpretationem argumẽ
ta Iaſonis cõuellunt, qui Pomponij illud affert[s],
s l. datio. ff. de act. emp.
emptorem, qui poſſeſsionem ſibi tradi ſtipuletẽ,
idem facere acſi vacuam poſſeſsionem tradi ſti-
puletur. Nam reſpondeo, ſolere expreſsionem
aliquando plus operari, quàm ſi tacitè idem age
retur. nam & in emptore illud procedit, qui ſe-
t Gl. l. ſi ſtipulatus. in gl. j. de uſur.
cundùm contractus naturam ſtipulatus intelli-
gitur[t]: ſecùs eſt in eo, qui ſola ſtipulatione poſ-
ſeſsionem ſibi vacuam tradi ſtipuletur. Et hoc
modo ſublata ſint argumenta, quæ communem

ſententiam adiuuabant: reliquum eſt, vt ratiun-
41 culas quaſdam neotericorum elidã: † veluti dũ
a l. Iulianus. §. j. de uerb. oblig.
dicitur, venditorem de euictione teneri[a], quod
admonet obligari eum dominium transferre:
nam conſequẽs id eſſe negauerim: alioqui ſi hęc
præſumptio reciperetur, is quoque, qui rei ven-
ditæ dominus non eſſet, dare cogeretur, cùm e-
b l. ſi quis alienam. ff. de act. emp.
uictio eum teneat. Alia eſt ratio ex eo reſponſo,
quo[b] qui alienam rem vendiderit, ſi medio tem-
pore dominium acquirat, cogitur implere ven-
ditionem. Sed & dici poteſt, in eo caſu rem non
fuiſſe traditam, priuſquam dominium acquire-
retur: & hinc ſatis impleri venditionem dici, cã
tradendo, vt in eius interpretatione Accurſius
ſcripſit. Ex hac igitur opinione, quam aduerſus
communes traditiones tutatus ſum, conſtat ar-
gumentum, quod Iacobus ab Arena contra Ac-
curſium intorquebat, verum eſſe, nec per Barto-
lum rectè reſponderi. Animaduertendum tamẽ
eſt, ſi à frequentiori ſententia non recedamus,
miſtamque dandi & faciendi obligationẽ in vẽ-
ditione fateamur, nihil impedire, quin idem in
locatione defendamus, prorſusque ab Iacobo
42 Accurſium tueamur. † Ille enim vſus, quo condu
c In l. certi condictio. ff. ſi cert. pet.
ctor fruitur, loco dominij ſuccedit, quod Socinꝰ
arbitratus eſt[c]: quod & ipſe idcirco cõprobaue-
43 rim, quoniam à nemine non traditum eſt, † ubi
d Scrib. in l. ſi merces. §. uis maior. ff. loc.
conductor fructus collegerit, tum demum illo-
rum dominium acquiri, non priùs: quapropter
damnum vel venientis exercitus, vel alterius rei,
fructibus collectis ad conductorem pertinet: ſi
adhuc in agro ſunt, locatoris periculo pereunt[d]:
† nam damnum rei ad dominum ſemper perti-
44 net. Et hanc Socini ſententiam defendi poſſe in
agri, ſimilisque rei locatione crediderim, non in
eo, qui operas locat, puta nomenclatore, tibici-
ne, hiſtrione: non enim hi quicquam faciunt, ꝙ
45 ad dationem trahi poſsit: † qua de re ſcitum eſt
apud Plutarchum Dionyſij tyranni dicterium. Is
muſici canorem admiratus, eo ardore animi pręmium
ingens illi promiſit: poſt aliquot dies mu
ſico promiſſa repetenti, Nonne, inquit, par pa-
ri relatum eſt? tu me re inani, ſono videlicet, ala
crem feciſti, contrà ego te ſpe pollicitationis,
46 quæ æquè inanis eſt. † Quærendum hîc eſſet, an
ſeruitutes certæ dicantur, vel incertæ: & videre-
tur id ab ea quæſtione emanare, an in ſeruituti-
bus principaliter datio verſetur, an factum: quã
rem aliquando latiùs excuſsi in lege, quæ ſecun
da eſt, de verborum obligationibus. Sed quod
ad rem præſentem attinet, id inquirendum non
arbitror, iúsne an factum contineãt, cùm in hoc
tractatu hoc modo certitudinem non accipi ſu-
prà dixerim. Igitur puto eſſe incertas, cùm in his
nequaquam ſit certa quantitas aut natura: in ar-
bitrio ergo ius dicentis fuerit, quatenus interſit
in eis æſtimare.

## CAPVT III.

1. 2. 3. 5. *Definitio Accurſij, ipſius intereſſe, eademq́; improbata.*
4 *Rei appellatione auctarium quoq; eius continetur.*
6 *Aeſtimatio rei ſimpliciter accepta, intereſſe non dicitur.*
7 *Secunda Accurſij definitio, quid ſit intereſſe.*
8 *Ceſſantis lucri ratio, in eo quod intereſt, habetur.*
9 *Definitiones ſi caſus regulares comprændant, ſatis eſt.*
10 *Bartoli obiectio contra ſecundam Accurſij definitionem, & aliorum. & num. 11. 13.*
11 *Argumentum ἀντίστρεφον ſiue conuerſorium.*
14 *Intereſſe quomodo definiat Bart. eiusq; definitio improbata. & num. 16. 18.*
15 *Accidentia ſpeciem diuerſam non conſtituunt.*
17 *Ab eo genus remouetur, à quo omnes ius ſpecies abdicãt.*
19 *Definitio Dyni, eius quod intereſt.*
20 *Eadem definitio taxata.*
21 *Definitiones rei ſubſtantiã cõplecti debẽt, nõ exteriora.*

QVòd lex habet id, quod intereſt,
&c. videamus quid ſit id, quod in-
A tereſt: tum & quotupliciter inter-
ſit. † Et Accurſius dupliciter id defi 1
nit: Intereſſe eſt (peto à latinè ſciẽ-
e In l. ſi. de prætor. ſtipul.
tibus inſolentis voculæ veniã) ſingulare rei pre
tium. nam Venuleius[e]: Stipulationes, inq̃t, quan
ti ea res eſt, promiſsionem habent. quę verba id,
quod ſingulariter intereſt, reſpiciunt. † Defini- 2
tionem tamen hanc veteres non probant: idem
& Bartolo, Baldo & Saliceto videtur: nam id ſo-
lùm finit, quod ſingulariter intereſt, cùm tamen
B aliis quoq; ſpeciebus interſit. Sed hoc facilè re-
iecerint, qui exiſtimabunt de vna hac tantũ ſpe-
cie loqui conſtitutionem hanc, quod inferiùs e-
narrabo. † Igitur aliter impugnant, cùm in eo, ꝙ 3
f l. ait prætor. §. per hanc. ff. quę in fraud. cred.
intereſt, ratio damni emergentis ducatur, ſicut
& lucri ceſſantis, cùm tamen de hac re in defini-
tione ſit nihil. Poſſet reſponderi, verbum rei ge-
nerale eſſe, & augmenta, diminutionesque ſub
eo comprændi[f]: † appellatione enim rei aucta- 4
g l. etiam. ff. de ſolut.
rium quoque eius continetur[g]. quapropter ex
C hac definitione ita accipiendum erit, vt intereſ-
ſe ſit ſingulare pretium rei non præſtitæ, cum
ſuo augmento acceſsioneq;, hoc eſt, lucri dam-
nique non habita ratione. † Alia item ratione vr- 5
h l. j. de act. em.
getur hæc definitio: nam id, quod intereſt, pre-
tium rei quandoque excedit[h]: ſed vti aſſerui, res
hic generali ſignificatione accipienda eſt, nõ vt
id tantùm, quod à principio in contractum de-
ducitur, comprændat, ſed vt ſequentium quoq;
acceſsionum ratio ineatur. † quippe dubium nõ 6
i l. hæc uerba, quãti. ff. de uerbor ſig.
D eſt, æſtimationem rei ſimpliciter acceptam, in-
tereſſe non dici[i]: ſed eam æſtimationem cũ da-
mni emergentis, & lucri ceſſantis æſtimatione
iunctã, tum demum eius, quod intereſt verbo cõ
tineri. † Secunda Accurſij definitio hęc traditur: 7
Intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſ-
ſans, ex eo, quod aliquid fieri ceſſatur. hanc pro-
bant Martinus, Iacob. Butr. Baldus, & ex antiq̃s
maior pars. reprobauêre tamen aliqui, quòd in-
tereſſe damnum non eſt: ſed hîc accipiẽdum eſt
k l. ſi ſterilis. ff. de act. emp.
E damnum pro eius ęſtimatione, exemplo legiſla
toris, qui, Damnum hoc, inquit, reddatur, id eſt,
damni æſtimatio. Superadditur aliud, quoniam
plerunque lucri ceſſantis ratio nõ habetur[k]. Re-
ſpondet Salicetus: Licet omne lucrum non at-
tendamus, id tamen deduci, quod iure commu-
ni delatũ eſt. Procedit itaque definitio in lucro,
quod iuris eſt, vt computet. † nam id negare nõ 8
poſſumus ceſſantis lucri rationem in eo, ꝙ in-
tereſt haberi: id enim hac conſtitutione expreſ-
F ſim cauetur. † Satis autem eſt, ſi definitiones ca- 9
ſus regulares comprændunt, non qui raró & o-
biter proueniunt: qua ratione Alexander dotis,
Nicolaus Tudiſcus iudicij, Aretinus teſtamen-
ti vulgares definitiones tuentur: quam rem in
Paradoxorum ſexto ſub incudem reuocaui. † In 10
idem Bartolus quoque argumentatur: quoniam
reperire eſt, quod publicè interſit, & æſtimatio-
l l. j. ſol. mat. l. libertas. de reg. iuris.
nem non capiat: vti libertas, fauor dotium, & id
genus cætera[l], cui rei reſpondendum eſt, om-
ne quidem id generaliter & in vniuerſum ſtatui
non



non poſſe, ſed tamen lex quandoq; moderatur
& ad æſtimationem redigit. Pręterea abſurdum
non eſſet, ſi fateremur, de eo, quod inæſtimabili-
ter interſit, definitionẽ non loqui: quid enim id
ad præſentem tractatum? lex quippe de eo facta
11 eſt, quod à prætore taxari poſsit. † Proſequit̃ Bar
tolus, aliterq́; impellit: Quoddam, inquit, inter-
a arg. l. ſi. de his qui deiec.
eſſe appellamus, cùm non lucrum ceſſat, ſed da-
mnum, & è conuerſo lucrum emergit[a]. Finge ho
ſtem mihi damnũ dare, certè mea intereſt ceſſa-
re damnum. Idem in legato repudiato: intereſt
12 enim mea lucrum emergere. † Verùm argumen-
tum id ἀντίστρεφον, vt Græci dicunt, & conuerſo-
rium eſt, tolliturq́; ex inuerſione capitum: nam
ſi aduerſus hoſtem ago, in cauſa eſt damnum, ꝙ
emerſit, emerſurumq́; eſt mihi. Si hæredem, qui
me legatũ coegit repudiare, in ius voco, id idcir
co facio, quoniam eius cauſa ceſſauit lucrum. Si
b l. qui CCCC. ad l. Falc. ff.
milis argumenti exemplum habemus apud Gel
lium, & etiam Africanum, titulo ad legem Falci-
13 diam[b]. † Sunt & qui aliis rationibus idem impu-
gnent: quoniam non id, quod intereſt, comprę̃n
dit, cùm damnum ex eo infertur, quòd id fiat, ꝙ
fieri non debet. Reſpondet Salicetus, ſatis com-
prændi: quoniam appellatione facti, non facere
c l. ubi autẽ. §. illud. ff. de uerb. oblig.
(vt ipſe ait) continetur: hinc ſi ſtipuler non fieri,
ſtipulatio facti eſt[c]. Sed & ipſe in hãc definitio-
nem illud intorqueo, quòd non comprędit id,
quod noſtra intereſt: quia cùm promiſiſſes dare,
d l. uinũ. ſi cert. pet.
non dediſti: in obligationem enim rem dari id,
quod intereſt deducitur, quamuis non iure ob-
e l. iij. §. dare de uſufr. l. ſi ſtip. de uſur.
ligationis, ſaltem iudicis officio[d]: cùm igitur id
non contineatur, conſequens eſt definitionẽ nõ
eſſe perfectam: niſi dixeris appellatione facien-
14 di latiſsimè dationem venire, licet impropriè[e]. †
Præter cęteros aliam quoq; finitionẽ edidit Bar.
vt diſtinguamus id, quod in genere intereſt, an
quod etiam vniuerſaliter. Si enim ſequenti hoc
modo accipiamus, intereſſe, inquit, eſt iuſta ali-
cuius vtilitas: quod ſanè quàm impropriè à Bar-
tolo dicitur: nam & genus, vt ipſe ait, generaliſ-
ſimum in eo, quod intereſt dici, ſicut & alibi ꝓ-
feſſus eſt, in officio iudicis, nemo Dialecticus vn
quam admiſerit: itaque non dubitauerim id, ꝙ
intereſt, generaliter dici poſſe, quòd verò aliud
ſit æſtimabile, aliud quod petatur, aliud inæſti-
mabile, aliud quod peti non poſsit, ſintq́; hęc e-
15 ius ſpecies, ipſe nequaquam fatebor, † cùm po-
tius accidentia ſint, quæ ſpeciem diuerſam nõ fa
f Bar. l. j. iiij. col. de acquir. poſſ.
ciunt: vt ſi dixerim, hominum quidam albi, qui-
dam nigri ſunt: qua ratione poſſeſsio ꝓ empto-
re, aut pro donato, aut pro derelicto, ſpecies q̃-
dem poſſeſsionis non ſunt, ſed differentiæ quę-
16 dam ex accidenti[f]. † Cæterùm, etiamſi Bartoli
hãc diſtinctionem admittamus, dubio tamẽ nõ
caret eiuſmodi definitio, cùm iuſta alicuius vti-
g d. l. hęc uerba quanti. de uerb. ſignif.
litas reperiatur, quæ tamen propriè ad id, ꝙ in-
tereſt, non refertur: quale eſt rei pretiũ[g]. ꝙ ſi pro
bari dixeris, æſtimationem quidem rei ab eo, ꝙ
ſingulariter intereſt nõ comprændi, ſed non tñ
eſſe conſequens, quin id, quod in latiſsimo ge-
nere interſit, æſtimationem hanc contineat: re-
17 ſpondeo, † ab eo genus remoueri, à quo omnes
eius ſpecies abdicantur. hæ autem ſpecies ſunt,
ſingulare, cõuentum, commune. quibus ſpecie-
bus clarum eſt rei æſtimationem non contineri.
18 † In eundem etiam illud contorquetur, aliquid
h l. j. §. ſi. ff. ſi q̃s iud. l. ſi. de pręt. ſtip.
noſtra intereſſe, non tanquam vtilitatis non ha-
bitæ pretium, ſed vti damni emergentis æſtima
tionem[h]; & de proprij ſermonis natura multum

differentiæ eſt, ſi dicamus damnũ emergere, vel
vtilitatem non haberi: alioquin in Accurſij defi-
nitione ſuperflueret, lucrũ ceſſans, cùm expreſ-
ſiſſet id damnum emergens. meritò itaq; Barto-
li definitiones ſectatorem nullum in hoc tracta-
tu habuêre, ſed Accurſio creditũ eſt. Præcedentẽ
noſtram rationem Dyni[i] argumentũ cõfirmat: is
inter iuris regulas hoc ſyllogiſmo vtit̃: Hæc ver-
ba, quãti ea res eſt, nõ ad id, ꝙ intereſt, ſed ad rei
A æſtimationem referũt̃, vt Iuriſconſulti tradunt:
negatiua autem, verbo Poteſt præcedente, om-
nis potentiæ actus excluditur[k], quoniam vniuer
ſaliter negat: rei ergo æſtimatio nullo modo id
cõtinet, ꝙ intereſt, & tñ iuſta eſt alicuiꝰ vtilitas:
nam & ꝙ idem dixit, aliquid fieri noſtra intereſ-
ſe, ꝙ quidem æſtimari poſsit, peti non poſsit, ni-
mis planè perfunctorium eſt, nã quatenus inter-
eſt, in facto cõſiſtit, ꝙ ad probationem referri ſu
periùs dixi: ſi igitur peti non poteſt, nec in iudi-
B cium deduci valet, & probationes erunt incon-
gruæ, nec à iudicibus admittendæ. Non video i-
taq; cũ probari nequeat quomodo noſtra inter-
eſſe dici poſsit, tum iniri æſtimatio: niſi Bartolũ
loqui intelligamus de eo, ꝙ interſit quidem ve-
rè, ſed probari nequeat: ꝙ ſi probaret̃, ęſtimatio-
nem caperet: probatio enim nihil de rei ſubſtan
tia immutat[l]. † Definiuit & aliter Dynus, qui in- 19
tereſſe, in quantitate conſiſtentem damni æſti-
mationem dixit: ꝙ quidem defendi poteſt, ſi ap-
C pellationem damni, rationẽ quoq; lucri ceſſan-
tis ducendam putauerimus: & id eñ quodãmo-
do damnum dici poteſt[m]. † In hanc tamen defini 20
tionem aliquis idcirco dixerit, quoniã id, ꝙ no-
ſtra ſola affectione interſit, nõ cõprændat. Item
dum putat æſtimationem eſſe in quantitate cõ-
ſiſtentem, neſcio an ſatis probem: quoniam for-
taſſe mea intereſt habere fundũ[n], id ergo quod
mea intereſt, in quantitate non cõſiſtit, licet da-
mnum mihi per dationẽ quantitatis reſtituatur.
D & hoc argumento ſuprà ſcriptæ Doctorũ defini
tiones reprobari poſſent: quia intereſſe, vt ipſi di
cunt, nõ eſt ipſa æſtimatio rei vel damni lucríue,
ſed per huiuſmodi ęſtimationem cõpenſat̃ mihi
& reſtituit̃ damnũ, ita ꝙ mea amplius nõ inter-
eſt. Verũ aliud eſt ipſa res, aliud rei ſolutio: nã &
ęſtimatio hęc, quoddã quaſi ſubſequẽs eſt eiꝰ, ꝙ
intereſt[o], quoniã ex ea rem ad pretium deduci-
mus. † definitiones autem rei ſubſtantiam am- 21
plecti debent, non exteriora[p]: nemo enim dixe
E rit æſtimationem ſubſtãtiam eius, ꝙ intereſt, re-
ſpicere, ſed potius quendam effectum. quapro-
pter cùm lex dicat, quatenus interſit in facto cõ-
ſiſtere[q], definitiones autem non quæ facti, ſed iu
ris ſunt, ſoleant terminare, non arbitror in hoc
inquirendum: modicæ enim id vtilitatis: defini-
tiones verò in iure periculoſæ ſunt, quamobrẽ
& Iuriſconſulti veteres deſcriptionibus potiſsi-
mum vtantur[r].

L. j. Cum de eo.

i Dyn. in c. mora. de regu. iur. lib. 6.
k c. j. de reg. iur. lib. 6.
l l. duo ſunt. ff. de teſta. tut.
m l. Proculo. de dam. infect. l. 3. in prin. ff. uſufr. quemad. cau.
n l. in fundo. de rei uend.
o l. j. de contrahen. empt.
p Bar. in rup. de appel.
q d. l. quatenus.
r l. j. de re Cat. l. j. de do. l. ſuus. de hær. inſtitutẽ.

## CAPVT IV.

1. 7 *Tres ſpecies eius, quod intereſt, ſecundum communem.*
2 *Intereſſe ſingulare & commune.*
3 *Intereſſe conuentum, ſiue ex conuentione.*
4 *Dynus & pleriq; alij vnicũ tantũ intereſſe tradiderunt.*
5 *Dyni argumento reſpondetur.*
6 *In recentiores Bart. verba falsò taxantes.*
8 *De intereſſe conuento Baldi ſententia. & num. 10. 11.*
9 *In contractibus nominatis pœnitentia non habet locum.*
12 *Verbum intereſſe, ſubſtantiuo modo prolatum, in iure ciuili non reperiri, nec latinè ſic dici.*

13 *Diuiſiones recentiorum eius, quod intereſt, Iuriſconſul-
tis incognitas fuiſſe.*
14 *Quicquid iuſtè ad me pertinet, mea intereſſe dicitur.*
15 *Id quod intereſt, vnde formetur.*
16 *In eo, quod intereſt, etiam rei pretium verſari.*
17 *Species ſuo generi propriè ineſt.*
18 *Quòd legitur, hæc verba, quanti ea res eſt, non ad id,
quod intereſt, ſed ad æſtimationem referuntur, quo-
modo accipiendum.*
19 *Omne quoquo modo interſit, dicitur propriè intereſſe.*
20 *Quod intereſt intra rem, vel extra, vel affectionis cauſa,
in ſpecie non differre.*

Q Væro, id, quod intereſt, quot mo-
1 dis accipiatur. † Et plures ſpecies
adducuntur, quę tandē in treis re-
uoluuntur: intereſt enim ſingula-
riter, cōmuniter, & ex conuentio-
2 ne. † Intereſſe ſingulariter dicimus, quod in per-
ſona petentis conſideratur: cōmuniter, quod cō
muni æſtimatione. Finge, vendidi tibi fundum
reditus aureorum ſex in annos, dein accepta pe
cunia non trado, quinimò annum integrum re-
tineo, tu tādem mecum agis, iudex id, quod in-
tereſt, æſtimabit. Si ſingulariter æſtimaturus eſt,
accidere poſſet, tua vel viginti interfuiſſe, quòd
a l.j.ff.de actio. empt.
ſtatim non tradiderim [a], vel ex probabili aliqua
affectione, vel ducta alicuius dāni ratione quod
tibi euenit, quia fundum non tradidi. Si cōmu-
niter æſtimatio ineatur, fortaſſe tua nō referret
XII. puta quia in homine eiuſdē qualitatis cō-
muniter ex mora maius in ſimili re detrimentū
3 nō accidit. † Sed finge rurſus in eo cōtractu affuiſ
ſe pactionē, vt ſi eueſtigiò fundū nō traderē, de-
b l.fi.de præt.ſti pul.
na tibi repēderem: diceſ ex cōuentione interfu-
iſſe decē [b]. Supereſt videamus, vt vera ſit hæc di-
4 ſtinctio: † & in primis Dynus [c], & alij quidā exi-
c In d.c.mora.
ſtimauerunt vnico tantùm modo noſtra intereſ
ſe: cuius rei argumentum in hac cōſtitutione eſ-
ſe arbitrati ſunt, dum ſanxit Iuſtinianus hoc, qđ
intereſt, dupli quantitatē minimè excedere, id
eſt, duplū cōmunis æſtimationis. Aiūt ipſi igiſ,
cōmunis æſtimatio nō eſt ſpecies eius, ꝙ interſit,
cū ꝙ excedit, minimè idē ſit cū eo, ꝙ excediſ: nā
& quæ res diſponit, & q̄ res diſponiſ eiuſdē non
d l.fi.de fund. inſtru.
ſunt generis [d]: quamobrē ſi id, ꝙ cōmuniter vel
ex cōuentione intereſt, æſtimationē rei prætergreditur, diſponitur, & reſtringiſ, ne duplū exce
dat, ęſtimationēq; coarctat. Igitur abſurdū eſt o-
pinari eiuſdem generis ſpecies eſſe: cōſequens
alioqui foret, æſtimationē cōmunem nō reſpi-
cere id, quod intereſt. † Sed reſpōdendū eſt huic
5 rationi, verū eſſe, cōmunem æſtimationē ab eo,
quod intereſt differre: nō enim ipſius rei cōmu-
nis æſtimatio, & intereſſe cōmuniter, idē eſt, vt
argumentum Dyni ſupponit: ſed vltra rei cōmu
nem æſtimationem, dāni emergētis, & lucri ceſ-
ſantis, cōmuni vſu ducta ratio id efficit, ꝙ inter-
eſſe commune appellāt. & Bartoli, cæterorum-
6 que verba ita accipi debent: † vt malè faciant re-
e In repet. d.l. quatenus. de regu.iur.
centiores [e] quidam, qui, vt Bartolum arguere vi
deantur, eius verba falsò referūt, & peſſimè de-
clarant. Illud tū profitebor, ſi ex mora damnū
aliquod non accidiſſet, nec propterea à lucro eſ
ſet ceſſatum, tunc latiſsima ſignificatione æſti-
mationem rei in eo, ꝙ intereſt, contineri. Addu-
cit & in ſententiam ſuam alia argumēta Dynus,
quæ ſi referam, operæpretium facturus nō ſum:
quoniam id ſatis eſſe debet, legi ea apud Salice
7 tum confutata eſſe. † Verior itaq; ea eſt commu-
nis opinio, quā ſuprà retuli, trib⁹ ſcilicet modis
id, quod intereſt, diuiſionem capere; à qua tan-
dē nec Dynus ipſe receſsit. Videamus quemad-
f l.ij.§.fi.ff. qui ſatiſda.cog.
modum ſinguli modi probabiles ſint. & ꝙ com-
g l.fi.ff.ſi quis in ius uoc.
munis æſtimatio ſit pars eius, ꝙ intereſt, deduci
tur ex eo, ꝙ qui iudicio aliquem ſiſtere promit-
h l.penul.de in lit.iur.
tit, ad cōmunē æſtimationē condemnatur [f], & tū
i l.uideamus.§. ſi tamen.eo.tit.
lex quandoq; affirmat, damnari in id, quod in-
tereſt [g]: nam & in litem iuramus, quatenus no-
k l.lex ait quanti.l. ſi ſeruum. ad leg.Aquil.
A ſtra intereſt [h], & tamen in tali iuramento venire
rei ęſtimationem cōſtat [i]: quinetiam lex Aquilia
quandoq; legitur æſtimationem damni vlciſci [k].
quandoque plectere, quatenus intereſt. Id verū
eſt, poſſe id intelligi, quatenus intereſt ſingula-
riter, non communi ęſtimatione: allegant in hāc
rem & quædam alia Dynus Salicetusq;, quæ tu-
te videre poteris. † at illud, quod ex conuentio- 8
l Bal. in ix.col. hic.
ne debetur, intereſſe cōuentū dici, Baldus [l] qui-
buſdā rationibus prodidit: nam pretiū id ex de-
B bitoris, nō tradentis mora petitur: ergo ratione
eius, quod intereſt, pręſtatur: ſiquidem ex pœni-
tentiā pretium nō datur, † quando innominatis 9
contractibus pœnitere non liceat: conſequens i-
m l.cum te.C. de pact. inter empt.
gitur eſt, ex mora præſtari [m], quod non aliud eſt,
quàm quod intereſt. Sed hoc argumentum effi-
cax non eſt, cùm nō ex mora principaliter id pre
tium debeatur, ſed ex cōtractu, quia ita cōuenit,
ſi nō fieret, tantū dari: quare cùm legi cōtractus
paritum nō ſit, euenit cōditio: debetur itaq; illa
C pœna, non propter moram, ſed ꝓpter conditio-
nis euentū. † Alia Baldi ratio ex eo deducitur, ꝙ 10
ſi rem æſtimatam vxor marito in dotem dederit
n l. æſtimatæ res.ff.ſol.matr.
(cùm nō hoc eſt actū, vt vendita ſit) ſoluto matri
monio, diminuta re vel perempta, æſtimatio pe
o l. cū duobus. §. damna.ff.pro ſoc.
titur [n]: idem in pecore æſtimato in ſocietatis cō
tractu [o]: certè hæc æſtimatio dicetur conuenta,
cùm ita æſtimari conuenerit. ꝙ argumentū fri-
uolum eſt, cùm æſtimatio cōuenta ab eo, quod
p l.fi.de præt. ſtipul.
intereſt, in conuentione differat. † Addit idē ſcri 11
D ptor, probari in id Venuleij reſponſo [p], quo dici-
tur id, ꝙ intereſt, in conuentionē expreſſa quan-
titate deducendum eſſe, quoniam alioquin diffi
cilis ſit huiuſmodi probatio. Et hoc argumento
clariſsimè explicatur, quid ſit, ꝙ Doctores in-
tereſſe conuentū appellant: nō enim eſſe ipſam
rei æſtimationem, vt præcedenti ratione dedu-
xerat, ſed pœnam, quæ additur, ſi principalis
conuentio non obſeruetur: veluti, vēdo tibi Se-
ianum fundum centum aureis, & promitto tra-
dere, & ſi non tradidero intra annum, ſpondeo
E XX. quódnam hîc erit intereſſe cōuentum? cer-
tè ipſa viginti, non autem centum, quę ſunt ipſa
rei ęſtimatio: idemq; Dynus probat, & quādoq;
q In 8.col. hic, uerſ. uenio ad ultimam.
Bartolus [q]: licet idem cum Accurſio etiam varia-
uerit, & ipſa centum, intereſſe conuentum exi-
ſtimauerit. Si quis tamen in propoſito exēmplo
centum & viginti intereſſe conuentū appella-
uerit, viginti quidem in ea ſumma propriè dixe
rit, centū impropriè. Et hæc ſunt de aliorum tra
F ditionib. quæ proſequi placuit. Cæterùm, quæ
nobis magis adlubeſcant, talia ſunt: † & inter cę 12
tera, verbum, intereſſe, ſubſtantiuo modo prola
tum, in iure ipſo ciuili non reperiri, quoniā lati-
nè ſic dici non poteſt, niſi ex adiecto inſolens di
ctio temperetur, quale illud Auſonij: Hoc quod
amare vocant, aut miſce, aut ſolue Cupido. So-
lent itaq; Iuriſconſulti appellare id, ꝙ intereſt. † 13
Sed & diuiſiones hæ, quas ſuprà ex recentiore
diſciplina tradidi, à veteribus nō referuntur: ne-
que enim ſingulariter, vel communiter, vel ex
conuen-



conuētione intereſſe, apud antiq̄s legere eſt, ſed
a Fulg.in l.j. de actio.empt.
voces hæ à neotericis interpretib. factę ſunt, vt
faciliùs quod mente conceperant, declararent:
14 quod etiam Fulgoſium non præteriit [a]. † Igitur
quicquid ad me pertinet, qualitercunq;, dū non
iniuſtè pertineat, mea intereſſe dicitur: noſtra e-
nim refert, ne quicquam iurium noſtrorum ali-
quis perditum vel minutum eat. In ſumma, quic
quid ad noſtram vtilitatem ſpectat, noſtra inter-
15 eſt. † formatur autē ab eo, quod eſt in re eſſe: quā A
de re ſi promiſiſti dare cētum, & non des, noſtra
intereſt te centum dare. ſi ſpopondiſti tradere
Stichum hominem, & non tradas, ad noſtram rē
pertinet vt tradas, vel id ſoluas, quod communi
æſtimatione Stichus valet. & idem in ſimilibus.
16 † Poteſt itaq; pro certo affirmari, in eo, quod in-
terſit, etiam rei pretium verſari: ſi enim rem non
das, vtiq; mea intereſt te æſtimationem ſaltem
dare. ſi ergo hoc quod intereſſe vocant, genera-
liter accipiatur, omnes ſpecies comprændet, & B
17 quidem propriè: † ſpecies enim ſuo generi pro-
b l.prętor ait.de ſuis & leg.
priè ineſt [b]: niſi quis exiſtimet hominem propriè
non eſſe animal, & equum non eſſe beſtiam, vel
pauonem propriè non eſſe auem. Illud tamē ali-
c c.cui de non. in fine de præb. lib.vj.
quando accidit, vt verba anguſtiore ſignificatio-
ne accipiantur, quàm proprietas vocis ferat [c]: ali
quando latiore & vberiore, vti vel rei, de qua a-
gitur, ratio, vel loquēdi conſuetudo tunc requi-
18 rat [d]: † quapropter quod legitur, hæc verba, quan
d l.ſi uno.locat.
ti ea res eſt, non ad id, quod intereſt, ſed ad æſti- C
mationem referuntur: idcirco dictum eſt, non ꝙ
noſtra non interſit æſtimationem habere, ſed ꝙ
æſtimationem deberi alia ratione iam clarū eſt.
vnde cùm dicitur, non ad id, quod intereſt, &c.
intellige generaliter, vel ratione cōmunis inter-
eſſe, vel affectionis, vel alio modo: ſed ad æſtima
tionem, id eſt, rei pretium, vt quod intereſt, illā
æſtimationem non excedat. Illud non diffiteor,
in tractatu noſtro intereſſe illud intelligi, quod
ſingulariter intereſt, quamuis & quandoque cō D
mune accipiamus, ſed id rarius: idq; hac ratiōe,
quoniā vtrūq; incertū, & probari debet: quare et
æſtimatio communis, quæ nondū certa eſt, hoc
verbo plerunque accipitur: ſi verò certa ſit, rariſ-
ſimè ſic nuncupari reperies: quoniam aliud ha-
bet nomen, & quidem elegantius, videlicet æſti
matio, vel pretium, quo frequentiùs appellatur:
& quæ loquendi conſuetudo in altero inſolen-
19 tiam & quandam improprietatem induxit. † Igi
tur omne quoquo modo interſit, diciſ propriè E
e Bart. in l.j. in iiij.col. de acq. poſſeſ.
intereſſe: & licet aliud peti poſsit, aliud non poſ
ſit, non tamen ideo minùs dicitur intereſſe. nec
propter hanc differentiam ſpeciei varietas vide-
20 tur inducēda [e]: † quocirca quod intereſt intra rē,
vel extra, vel affectionis cauſa, in ſpecie differre
non opinor.

## CAPVT V.

1.2 *Duplum in hac conſtitutione quemadmodum colligen-
dum ſit, varias eſſe Doctorum ſententias.*
3 *Alciati ea in re conſideratio. & num.5.6.*
4 *Quæ expreſſè agūtur, tollūt ea, quibus lex tacitè proui- (derit.*
7 *Diſcutitur l.idq; Iulianum.ff.de actio,empt.*
8 *Noua declaratio Alciati ad d.l. idq; Iulianum.verſic.in
omnibus.*
9 *Regula eſt, relationes ad proxima quæq; trahi.*
10 *In contractibus certis quare duplum excedi nequeat, in
incertis verò quantumcunq; intereſt deducatur.*
11 *In caſib. certis cū pretiū ſtatutū eſt, illud duplaſ: quod ſi
nihil certi ſtatutum ſit, quod communiter intereſt,
attenditur.*
12 *Res exemplo declaratur.*

L.j. Cum de eo.

A It lex, dupli quantitatem minimè
excedere: † quæſitum eſt, duplum 1
id quemadmodum colligendū ſit.
& Accurſius treis ſentētias refert:
& prima Placentini eſt, id, quod ex
conuentione intereſt, duplari. hanc ipſe Accur-
A ſius, Bartolus, cæteriq; damnant: quippe pluri-
mos eſſe caſus, in quibus nihil, ꝙ interſit in con-
uentionem deducitur, nec coarctandam legem:
quamobrem Bulgarus, & Iacobus But. id quod
communiter intereſt, duplari crediderunt. † Ac- 2
curſius Bartolusq;, vbi intereſſe communiter po
teſt, in æſtimationemq; id cadit, hoc duplari ma
lunt. Si verò communis hæc æſtimatio iniri nō
poſsit, tunc quod ex cōuentione intereſt, ad du-
plum vſque protendi poterit, ita tamen, vt ſi ea-
B dem in re accidat & communiter intereſſe, & ex
conuentione id, quod communiter intereſt, du-
f Arg.l.contumacia.de re iud.
pletur, ſi maior ea ſumma futura eſt, quàm ea, q̃
de æſtimatione conuenta fuerit: alioquin duple
tur conuenta, & hoc in odium eius, qui in mora
eſt, quoniam is in maiori quantitate ſemper cō-
demnandus eſt [f]. † Videamus quemadmodū in- 3
tereſſe ex conuentione hîc accipiamus. & ſi pœ-
nam ipſam, quæ in obſeruantiam cōtractus prin
cipalis punit, intelligamus, dubio procul exiſti
g l.fi.ff.de prętor.ſtipul.
C mo Bartoli & ſequiorum ſententiam à veritate
abeſſe: ſi enim contrahentes expreſsim cauerūt,
nō videſ ab eorū prouiſione recedendū [g], † cū re- 4
gulam iuris habeamus, quæ expreſsè agūtur, ea
quibus tacitè lex prouiderit, tollere. & hanc ſen
tētiam Salic. probat, qui fragile Bartoli argumē
tum oſtendit: ſatis enim eſt, ſi qui contractui nō
paret, id, quod intereſt, ad duplū pendat: duriſsi
meq; ſecum ageretur, ſi maioris ſummæ duplū
repræſentare cogeretur. † Sed quid ſi Bartoli ſen 5
D tentiā accipiamus in æſtimatione cōuenta, hoc
eſt, in rei ipſius pretio? nec etiā arbitror rectiùs
ſentire Placentinum. Et in primis ſciendum eſt,
h l.j.de act. em.
aliorum ſententiam vnico Vlpiani [h] reſpōſo pau
xillùm adiuuari: is tradidit, Si res vendita non
tradatur in id, quod ēptoris intereſt agi: hoc au-
tem interdum pretium egreditur: nō enim ſta-
tuit Iuriſconſultus ſummam, ad quam vſq; pro-
tendatur: tu intellige egredi vſque ad duplum,
vt hac lege cautum eſt, quæ efficaciter in illos in
E duciſ. Ait lex in cōtractibus certis, qualis eſt em
ptio & locatio, id, ꝙ intereſt, dupli quantitatem
minimè excedere: cōſtatq; his in cōtractibus ver
i §.pretium.Inſtit. de contrahen.empt.
ſari pretiū [i], idq; eſſe, ꝙ æſtimationē conuentam
appellamus. Cū igitur lex dicat non excedi du-
k §.tripli.Inſtit. de actio.
plum, ratiōe ſimpli dictū id nemo negauerit, cū
in duplo ſimplū inſit [k], & ſic ipſa æſtimatio. at æ-
ſtimatio rei alia non eſt præter conuentā, cū cō-
l l.ſi uoluntate. C.de reſcind. uend.
uenta communem tollat, quoniam quod expreſ
ſum eſt, tacitū tollit. nam & in venditione quod
conuentū eſt, ſemper attenditur, cætera negligū
F tur [l]. Quare & Bartoli ratio explodenda eſt, qui
in contumacis iniuriam maiorē ſummā attendi
probauit. Nam potiùs quod minus eſt, obſeruā-
dū fuerit, cùm hęc conſtitutio nō ad extendēdā
eius, quod intereſt æſtimationē, ſed ad coarctan 6
m l.Titius.& l. idq; & Iulianū. de actio empt.
dam promulgata ſit. † Sed & noſtra hæc opinio
Pauli Africanique reſponſis luce clarius proba-
tur [m]: hi, Si hæres ſeruum, cui fideicommiſſaria
libertas debeatur, vendat, & emptor in eo eru-
diendo multas pecunias effuderit, deinde ex

conſtitutione ſeruus in libertatem prouocet, cõ petere emptori repetitionem pretij,tradiderũt, & id omne,quod emptoris intereſt, qa in eo erudiendo profudit, ita tamen, vt pretij duplũ non excedatur.En ergo quemadmodum ipſa ęſtimatio conuenta dupletur.Sed quia ſubſequitur aliud reſponſum, videamus an ſuprà dictis aduerſetur: ſi enim aream aliquis alienam vendiderit,& emptor in ea ædificauerit,deinde per dominum euincatur, dubitat Iuriſconſultus,an emptor in omne id, quod intereſt, venditorem conuenire poſsit. & cùm erga dominium exceptione,vt ſibi reſtituat quod ædificando impẽdit, tutus fuerit, non poſſe à venditore id repeti ſtatuit:in omnibus tamen his caſibus ſi venditor alienum ſciuerit,omnimodo teneri debet.

7 †Reſpondent quidã,verbũ id,omnimodo, ita coarctandum,vt duplum non excedat:ſicut verbũ, omne, in priore reſponſo poſitum per Iuriſconſultum ad duplũ reſtringitur:quod ego, cùm cauillatione non careat,nõ admitto.Bartolus priorem legem per hanc ſequentem corrigi tradidit,quod æquè abſurdum eſt.Fulgoſius non corrigi,ſed declarari arbitratus eſt, vt diſtinguam⁹, an venditor ignorauerit rem eſſe alienam, & duplum non excedetur: an ſciuerit,& tunc omnimodo teneri:qđ & Bartolo ferè placuit. Sed & id ipſe nequaquam ſequar, cùm veriſimile non ſit Iuriſconſultum, qui priore reſponſo ignorantiam in hærede nullam tradiderat, tam citò de

8 ſentẽtia deceſsiſſe. †Itaque arbitror veterum & hac in re perſpicacitatẽ longè defeciſſe: verſiculus enim ille vltimus non ad computationẽ referendus eſt,quæ in æſtimatione eius, quod intereſt,priùs facta fuerat,ſed ad obligationis ipſius ſubſtantiam:quod oſtẽditur ex illis verbis, tęneri debet,&c. traditur enim, an teneatur, vel id minus,non autem quomodo vel quaten⁹ teneatur. Igitur quia ſuperiùs explicauerat,cũ aream alienam quiſquam venum dediſſet, ſi vbi emptor ædificia ſtruxerit, euincatur, an venditor in id,quod intereſt emptoris,ſit condemnandus:& ſi emptor in poſſeſsione fuerit,non teneri, tradiderat, cùm dominum exceptione doli mali expenſas reficere emptor compellere potuerit:ſi verò in poſſeſsione non fuit, tum agere contra venditorem emptorem poſſe. quod declarando Iuriſconſultus proſequiť: vt cũ venditor rem alienam ſciuit,omnimodo teneatur, nõ poſsideat emptor, ſiue poſsideat, & doli exceptionem non oppoſuerit: nec aliter exprimit, quatenus ratione eius,quod intereſt, ſit condemnandus venditor:quod & ex ſuperiori reſponſo,& ex hac conſtitutione deciditur, duplũ non egredi.Igitur diſtinctio in ſciẽte tradita,in ſecũdo illo caſu procedit,non autem ad hæredẽ ſerũi venditorem,quod in priore reſponſo ſcribiť, trahenda eſt: hæres enim ſuprà ſcripto caſu dubio procul onus manumiſsionis ſibi à teſtatore impoſitum norat: quamobrem & Seia legatum accipere noluit, vtpote ferè inutile. nec veriſimile eſt,hæredem teſtamentum, quo inſtitutus fuerit,ignoraſſe[a].vox itaque illa,omnimodo,ad proximiorem caſum referenda eſt. quæ interpretatio etiã regula iuris adiuuať,

9 †relationes videlicet ad proxima quæque trahi[b].Cæterùm & ſentẽtia hæc noſtra ex ipſius legis ratione cõfirmať:

10 †in contractibus enim certis duplũ idcirco excedi nequit,in incertis verò quantumcunque intereſt deducitur,quoniã in illis, cùm certam quantitatem vel naturam habeant, faciliùs quod ſimplum eſt dignoſcitur:quamobrem contrahentes non videntur voluiſſe illud maxima ſumma excedere:at in incertis non ita eſt, cùm haud facilè ſimplum reperias.Si igitur hęc ratio vera eſt(nemo quippe eſt, qui eam non probet) in quem alium finem certitudo iſta conſiderari poteſt,quàm propter pretium? quoniam videlicet hi contractus certum pretium vel habẽt, vel habere haud difficulter poſſunt: quod enim cõmuniter intereſt, quibuſcunque in caſibus deprændi poteſt: puta, viciſsim promiſimus,ego Romam ire,tu Venetias, id nónne in communẽ æſtimationem redigi poteſt? conſequens igitur eſt,aut legis huius diſtinctionem ratione carere,aut ipſius rei æſtimationem conuentã duplari. quam ſententiam ferè communem dixerim, cùm non ſolùm Placentino, ſed & Saliceto placuerit,tum Petro,recentioribusque quibuſdam Aurelienſibus[c]

11 †:hi ita exiſtimauerunt, in caſib⁹ certis cum pretium ſtatutum eſt,illud duplari:q, ſi nihil certi conſtitutum ſit, quod communiter intereſt attendendum,non habita affectus ratione[d].

12 †finge igitur me tibi centũ ſeſtertiis domum vendidiſſe,neć poſtea tradidiſſe, quã propter moram tu trecenta amittis: ſi aduerſus me agas, & tantum te damni paſſum probes, iudex me in ducentis ſolùm condemnabit: duplum enim non excedet. quòd ſi te amiſiſſe quinquaginta tantùm ꝓbaueris, in ea quinquaginta damnabor:excedere itaque duplum non poteſt,in minorem ſummam cogere poteſt.In incertis cõtractibus id iuris non eſt:quia quicquid intereſt, id omne redditur.Et differentiæ rationem dixi: quoniam cùm certum eſt pretium, ſeu conuenta æſtimatio,qui maius damnum duplo patitur, ſuam culpam agnoſcere debet,qui non quibuſcunque remediis vſus ſit,vt ſibi conuenta ſeruarẽtur:ſed cùm à principio incerta eſt æſtimatio, quicquam actori imputandum non eſt, cùm incertus fuerit, quantum potuerit ſua intereſſe.

a l.eius qui.ff.ſi cert. pet.Bart.

b l.j.§.deinde.ꝯp poſtul.

c Mod.in d.l. quatenus.

d l.pretia.ad legem falcid.

A B C D E F

## CAPVT VI.

1 *Cùm ſingulariter affectionis cauſa intereſt, condemnatio idcirco non augenda.*

2 *In bonæ tamẽ fidei iudicijs propter affectũ actio datur, ſecùs in iudicijs ſtricti iuris: vtrunq; Alciatus improbat.nũ 3. 4. 7. reſpondetq; argumentis contrarijs. num.7.10.*

5 *Actio, qua teſtamenta reſcindimus,ſtricti iuris eſt,et tamen ob affectionem competit.* (accedit.

6 *Stipulatio quatenus imitetur naturã eius cõtractus, cui*

8 *Quomodo accipienda l.cum ſeruus.ff.mand.*

9 *In contractibus bonæ fidei id omne, quod actum eſt,deducitur:in ſtipulationib.verò, id quod eſt expreſſum.*

11 *Reſtitutio in integrum ſtricti iuris eſt.*

12 *Intellectus ad l.ſi in emptione.ff.de minor.*

13 *Alciati ſententia,quando in eo,quod ſingulariter intereſt affectionis habenda ſit ratio.* (ſententia.

14 *Quando ex affectione competit actio, eiuſdem Alciati*

15 *Cùm de reuocãdo agitur, tũ intereſſe affectionis deducitur,cùm is,qui agit,ius reuocandi habet.* (decidũť.

16.17 *Ex prædicta Alciati diſtinctione quæſtiones aliquot*

18 *Falli Accurſium,in contractu ſtricti iuris affectionem cõſiderari exiſtimantem.*

19 *An rectè Bartolus id,quod ob affectionem intereſt,ſingulariter intereſſe dixerit.*

20 *In iuramento in litem æſtimatio ad duplũ vſq; protendi poteſt,ſecundum Bart.Alex.Iaſ.& cæteros.*

21.24 *Secundum Alciatum,poteſt æſtimatio in eo iureiurãdo duplum excedere.*

22 Quæ



22 *Quæ lege permittuntur,fieri poſſunt*

23 *Si iuratum ſit in litem,iudex ex magna cauſa à iureiurãdo diſcedere poteſt.*

HÆc legis verba, vt quod reuera inducitur damnum, hoc reddať, declaranda diffuſiùs ſunt, & id inueſtigandum eſt, quemadmodum ipſius, quod intereſt, æſtimatio ineunda ſit:hoc enim eſt damnum reddere.Diſcutiamus itaque quid ſit,cùm ſingulariter intereſt: tum de eo, quod intra rem vertitur:dein quãdo extrinſecus interſit:tandemq; quid in maleficiis iuris ſit.q, primò quærendũ propoſui, ita explicat Bartolus:

1 †Cũ de eo,q, ſingulariter affectionis cauſa intereſt, dubitamus, condemnationẽ idcirco non augendam, quoniã ex cõmuni vſu pretia rerum conſtituuntur[a]:& ſi ſeruum aliquẽ meũ quis occiderit, ex Aquilia lege in eius pretium condemnatur[b]: nec idcirco pœna augetur, q, cum valde amauerim,quóve paterna ex hæreditate ad me peruenerit.

2 †In actionibus tamẽ bonæ fidei huius affectiõis rationẽ habendã Papinianus ſcripſit[c], indeq; actionẽ dari, q, in ſtricti iuris iudiciis eſt contrà[d], niſi fauor minorum tũ quoque dari ſuadeat[e]. & ſuprà ſcripta Bald.Salicetus,cæterique omnes probant.

3 † Mihi quædã notare placuit:& dum generaliter traditur,propter affectum, condemnationem nunquam augeri,in bonę fidei iudiciis actionem tamen dari, quæ alioqui non competiſſet,rationem huiuſce rei nullam eſſe dixerim: ſi enim affectus hic ita fiet efficax,vt actionẽ inde dari fateamur, quanto magis poterit in cauſa eſſe,vt æſtimatio augeatur? maioris quidẽ operę eſt rẽ nouã cõcedere, quàm cõceſſam pauliſper augere.Sed et diminutionẽ æſtimationis ſuadente affectione Celſus fieri[f],in propoſita ſpecie ſcripſit. Si areæ alienæ inædificauerim,re euicta à domino reſtituendũ mihi eſt quod fuerit impenſum,niſi is dominus ſit,qui ſi omne reſtitueret, laribus fundiſq; auitis carendum haberet. Si igitur diminutio æſtimationis ob affectus quandoq; fit,ita ſi idem affectus iuſſerit,augmentum faciendũ videť[g].

4 †Cęterùm,& quod paſsim aiunt,in actionibus bonę fidei ob affectũ agi poſſe,cùm alioquin in ſtricti iuris contractu aliud ſit, probare ipſe nequeo:

5 †cũ in cõfeſſo ſit,actionẽ, qua teſtamenta reſcindimus,ſtricti eſſe iuris[h], ſicut & aliã quamlibet reſciſſoriam,& tñ hãc cõpetere, ob affectionem Iabolenus autor eſt[i].Pone libertum meũ,qui ſoluẽdo nõ erat,me teſtamento præteriuiſſe, an cõtrà tabulas bonorum poſſeſ. petere poſsim? & cũ mea nõ interſit, non poſſe videretur. quòd ſi in eius hæreditate fundus eſt, qui parentũ meorũ quandoq; fuerit,vel ſeruus, qui ſingulari aliquo officio me demeruerit,cur mea nõ intereſt? competet itaque perſecutio.Sed & alibi traditũ eſt[k],patri,qui fundũ pro filia dotis nomine tradiderit,ſi is fundus cõſtante matrimonio euincatur,actionẽ ex ſtipulatu duplæ ob affectionẽ cõpetere.neq; dixerit quiſquã ſtipulationẽ hanc, quoniã venditioni acceſſerit,bonæ fidei eſſe[l]:

6 †nã ſtipulatio eius cõtractus naturã, cui accedit, ita imitatur,vt firmiorem,validioreḿq; conuẽtionem facit:nõ vt qui nõ teneret,idcirco teneatur, & qui agere non poterat,idcirco poſsit[m]. Nam & ſi tradidero tibi ſeruũ,& mihi tecũ cõuenerit, vt eũ manumittas:vel ſi ancillam tradidero, pactus ne proſtituať,et tu cõuenta nõ ſerues,agam in id,quod mea affectionis ergò intereſt[n]:atq; id impromiſcuè,ſeu cõtractus bonę fidei fuerit,ſeu nõ:ideḿq; Accurſio viſum eſt.

7 †communem igiť ſententiam meritò nõ ſequor. Nec me mouerint, quæ referũt Doctores argumenta, quale illud ex Papiniani reſponſo[o]:cùm ſeruus ſe ab extero emi mandat:ſi emptor nõ manumittat,domino competere in id actionem:quoniam in bonæ fidei iudiciis affect⁹ ratio haberi ſolet: intereſt autem venditoris vt manumittať affectus ratione:

8 †Nam reſponſum illud non ita ſimpliciter accipi debet: ſed hoc potiſsimum modo: cũ ſeruus ſe emi ab extraneo mandat, mandatum à principio non valet, ſed eius robur ex domini volũtate deſcẽdit,ratámne habere vẽditionẽ velit,hoc eſt, pretiũ accipere, an mancipiũ cõſequi: ſi igiť approbat contractũ,quicquid in eo eſt deductũ, cẽſetur approbaſſe,nõ ſolumq; vt ſeruus ſit venditus,ſed vt manumittať,quoniã illud eſt conſequẽs,& idcirco ſeruus mãdauit ſe emi. In cõtractibus aũt bonæ fidei id eſſe actũ, videlicet vt ſeruus manumittatur, præſumitur,eius affectionis ratione, quam homo homini debet, præſertim cũ libertatis accedit fauor. at in cõtractibus ſtricti iuris nõ præſumitur actum,niſi qđ expreſsè conſtat[p], & quod perquàm neceſſariò cõſequẽs eſt. non itaq; in propoſito caſu actio ſimpliciter datur,quia propter affectionem interſit:ſed quoniam tacitè ita cõuentum videtur, vt fieret ſeruus ille liber,alioqui dominus nõ fuiſſet venditurus.Non ergo id propter naturam actionis omnimodo eſt inductum, ſed quia cùm dominus principalem contractum approbauerit,videtur etiam conſequẽtia approbaſſe, & id egiſſe, vt ſeruus manumittatur.

9 †In cõtractibus enim bonæ fidei, id deducitur omne quod actum eſt: in ſtipulationib. verò id quod eſt expreſſum.

10 † Aliud adducitur argumentũ ex Neratij Priſci reſponſo[q]:is tradidit,ſi in fundi emptione in ſe collata minor adiectiõe ſuperari ſe paſſus ſit, in integrũ reſtitui,cũ ſua intereſt,puta quia fundus ille paternus fuerit.quod cùm ſpecialiter in minore inductum fuerit,cõmuniter affectionẽ nõ cõſiderari in his iudiciis oſtendit:

11 † reſtitutio enim in integrum ſtricti iuris eſt. Sed & hîc animaduertendum eſt, cùm minorem reſpexerimus, ſatis fuiſſe q, prætor in integrum reſtitutionẽ conceſſit,nec æquum fuit vt accumulato nouo fauore ſpecialiter in eo affectionem cõſiderandã duceret.

12 †quare hoc ſcire nos ęquum eſt,id reſpõſum ita intelligi debere,cũ minor rẽ emit, quã affectionis cauſa habere ſua intereſt, & dein ex licitatiõe ſuperatus cã perdit, reſtitui eũ in integrũ poſſe:agit.n.de ea re rurſus in ſuũ patrimoniũ redigenda: fauorabiliorq; cauſa recuperandi eſt, quàm acquirendi[r]. at ſemel fundũ minoris fuiſſe illud oſtendit, quòd adiectione ſuperatũ dicitur:ſanè venditio ea lege facta, pura eſt,ſed quæ ex cõditionis euentu reſoluatur[s].

13 † Quapropter ſuprà ſcriptis rationibus aliter diſtinguendũ opinor:cùm enĩ agim⁹ vt ius noſtrũ cõſeruetť, nec quicquã depereat, affectionis ratio habẽda eſt[t]. Idemq; iuris, cùm res noſtra perdita eſt:ſed nos id agimus,vt recupereť in his,qui facultatẽ recuperandi habent[u], & hæc rei illius ratione quam à nobis teneri noſtra intereſt. quòd ſi de ipſarũ rerum æſtimatione tractemus, ea tam in bonæ fidei, quàm ſtricti iuris cõtractibus ex affectu nõ augetur[x].

14 †Cùm verò an ex huiuſmodi affectione actio deť, quærim⁹, & ſi expreſſè cõuenit da-

a l.pretia. ad legem falcid.

b l qui ſeruum. ad l.Aquil.

c l.cũ ſeruus. ff. mand.

d l.fideiuſſoris. ff.de pact.

e l.ſi in emptione.ff.de min.

f l. in fundo.ff. de rei uend.

g arg.l.fi.§.fi.de leg.ij.

h Bar.in l.ſi hæres.ff.de eo q̃d certo loco.

i l.libertus qui ſoluendo.ff.de bon.lib.

k l.pater.ff.de euict.

l arg.l.ſi ſtipulatus.de uſur.

m Alex.in l.j. ff.de pact.

L.j. Cum de eo.

n l.ſi ſeruus. ea lege. ff. de ſer. expor.

o l.cum ſeruus. ff.mand.

p l. quicquid. de uerb. oblig.

q l.ſi emptione. ff.de min.

r l.uideamus. ubi Bar.ff.de uſuris.

s l.j.ff. de in diẽ adi.gl.in l.ij.eo. tit.

t d.l. in fundo. u d.l ſi in emp. & d.l. libertus qui.

x d.l.pretia rerum.d.l.ſi ſeruus.

A B C D E F

a d.l.ſeruus.eadem lege.
b d.l.cũ ſeruus. & l.j §. ĳ.ff.de tut.& rat.diſt
c d.l.pater.de euict.

ri nemo dubitauerit, idq; ſiue bonę fidei actio,
ſiue ſit ſtricti iuris[a].aut nihil expreſsè eſt actum,
aut in bonæ fidei contractu faciliùs tacitè actũ
præſumitur[b], quàm in cæteris. ſed & in contra-
ctu ſtricti iuris, tacitè id conueniſſe, quandoque
præſumit: veluti ſi fauore dotis admoneamur[c],
vel aliter ita dictet æquitas. Nec noſtræ huic ſen
tentiæ negotium facit, quod legitur, Si libertus
fundum vendiderit, & in fraudem ſuam venditũ
patronus idcirco aſſerat, quòd in eo maximam
haberet affectionem ex vicinitate, oportunita-
te, zelo, quódue illic fuerit enutritus, vel paren-
tes ſui ſepulti, nõ tñ Flauiano iudicio experien-

d In l. j. §. ſed ſi rẽ. ff. ſi quid in frau.pat.

tem audiri[d]: nam nihil id patronum mouere de-
buit, cũ in rebus ſuis arbitrari quoquo modo ve
lit, libertus queat, poteſtq; liberè accepto pretio
alienare, dũ minor centenario non fiat: nõ enim
15 nos admiſerimus, † quotieſcunque de reuocan-
do agitur id, quod ob affectionem intereſt in ęſti
mationem deduci, ſed tũ deduci, cùm is, qui a-
git, ius reuocandi habet. Igitur ex ſuprà ſcriptis
16 huiuſmodi quæſtionis veritas eluceſcit: † cũ pa-
ter Titio in vxorẽ filiã tradidiſſet, & curator Ti-
tij viaticum ſe ei præſtiturũ promiſiſſet, vt Romę
ſtudiorũ cauſa ali poſſet: defuncto curatore du-

e Bal.Nouellus in tract.dot. in quarta parte, in fin.
f Not.in §.fuerat. de actio.

bitatũ fuit, an aliqua actio patri cõpeteret, vt cu-
ratoris hæredes Titio viaticũ præſtare cogeren
tur. & Baldus Nouellus reſpondit competere[e]:
intereſt enim ſoceri, generũ fieri eruditiorem:
quòd eò procedit, quoniã cõtractus dotis reſpe-
ctu ſoceri bonæ fidei eſt[f]. † Sed & alia quęſtio de
17 ducitur: Lege municipali cautum eſt, vt agnat[9]
rem, quæ paterna fuerit, venditam redimere in-
tra annum & diem poſsit: an ſi minor, cui facul-
tas hæc competiſſet, lapſu tẽporis excluſus eſt,

g In l. dudum. C de contrahẽ. emp. in l. quatenus. iiij col. de reg. iur.

poſsit in integrum reſtitutionẽ petere? Et recen
tiores poſſe arbitrãt[g], & hoc ex Neratij Priſci re-
ſponſo, quod ſuprà oſtendimus nõ multũ ſen-
tentiam hanc adiuuare, quandoquidẽ eo in caſu
ius in re minor habuerat, quod per negligentiã
amiſſum eſt: at in propoſita quæſtione debilius
eſt ius, videlicet ad rem, quod non ita euidenter
minorem lædit. vtcunq; ſit, eorum ſententiã nõ
18 damno. † Illud etiam non eſt prætereũdum, Ac-
curſium exiſtimaſſe, in contractu ſtricti iuris affe
ctionem conſiderari[h]: quam opinionẽ reprobari
19 ſuprà dicta oſtendunt. † Cæterùm, quoniam Bar

h gl.in l.ſi unus. in prin. in uer. uideamus.ff.de pact.
i l.j.de act. empti.hac l.

tolus id, quod ob affectionem intereſt, ſingulari-
ter intereſſe dixit[i], recentiores quidem argutias
in eum intendunt: nam eius, quòd ſingulariter
intereſt, in emptionis contractu ratio habetur,
& tamen affectionis non habetur. Item id, quod
intereſt, indiſtinctè peti lex ait, & tamen ex affe-
ctu non petit. quæ argumẽta nullius pretij ſunt:
quoniam non idem planè eſſe id, quod ſingula-
riter intereſt, & quod ex affectione, Bartol[9] ſcri-
bit, ſed alterum alterius partem eſſe, & vti ſpe-
ciem in genere comprændi: in his enim caſibus.
quibus affectus ratio ducitur, noſtra ſingulariter
intereſſe dicimus. Diſcutiendum nunc eſt aliud
Bartoli pronunciatum: id huiuſmodi eſt, aliquã-
do noſtra ob affectionem peculiariter intereſſe,
20 † vnde etiam in litem iuratur, id conſiderari ge-
neraliter, & vt actio detur, vt æſtimatio augeat,
quæ quidem vſq; ad duplum protendi poteſt:
21 ſequunturq; idem Alexander, Iaſon, & cæteri. †
Ego etiam duplum excedi poſſe crediderim, q,

k l.uideamus. §.fi.de in lit.iur.

ex Vlpiani reſpõſis probo[k]: is iurari in infinitũ
poſſe, tradidit. Idẽ dubitat, an iudex, qui iuſiurã
dum defert, poſsit quãtitatem taxare intra quã

iuretur: ſi enim ſuprà ſcripta opinio vera eſſet,
quis dubitauiſſet poſſe ve ſaltem cum duplum
vſq; taxatur? † quę enim lege permittuntur, indu 22
bitatum eſt fieri poſſe. quod item operæpretiũ
fuit, quicquam de ea taxatiõe ambigere, cũ hac
conſtitutione ſpecialiter coarctetur? Sed & idẽ
in bonæ fidei iudiciis arbitrio iudicantis reliqt,
an taxare eam ſummam velit: quod apertiſsimè
oſtendit, nihil eam taxationem ad legem noſtrã
A pertinere: diſtinguendum quippe non in bonæ
fidei vel ſtricti iuris iudiciis, ſed certis vel incer-
tis caſibus fuerat. † Proſequitur idem, cùm iura- 23
tum eſſe poſſe iudicem ex magna cauſa à iu-
reiurando diſcedere: quod certè non rectè dictũ
eſſet, cùm etiam ſine cauſa, vbi duplũ exceſſum
eſt, recedatur: nam & conſtitutio cùm in caſibus
certis duplum non excedi iuſsiſſet, incertis ve-
rò id attendendũ, quod verè probabitur, ſubiun
git ita ſtatutum, vt vitet infinitas. † Viden' ergo, 24
B quod ad duplum reſtringitur, infinitũ non dici?
& tamen ſuprà ſcripto caſu in infinitũ iurari di-
ximus. nam & cur ita iurari lex conceſsit, ſi regu
lariter id iuramentum intra duplum coercetur?
Verumetiam alibi idem Vlpianus[l], qui reſtitue-
re iuſſus rem interuerterit, condemnandum ſcri

l l.qui reſtituere.ff.de rei uendicat.

bit, quanti actor in litem in infinitũ ſine vlla ta-
xatione iurauerit: id enim eſt longè duplũ ex-
cedere, cùm ſine taxatione, id eſt, iudicis præfini
tione iuretur: q, etiam verborũ geminatio exu-
C berantiaq; arguũt. Nec obſtat noſtra cõſtitutio,
à qua Vlpiani ſuprà dicta reſponſa corrigi Iaco-
bus ab Arena exiſtimauit, quod ſanè nõ ſatis ꝓ-
babile veriſimileq; eſt. Igitur ipſe crediderim,
cũ lex cõcedat in litẽ in infinitũ iurari, id omne
q, iuratũ eſt, præſumi verè iurãtis intereſſe, idcir
co præſtandũ tanquã res ita ſit iudicata. Locum
itaq; ſibi vendicat cõſtitutio, cùm per alias pro-
bationes damnum probat, quàm per iuriſiurãdi
ſacramentum, q, præſumptionem efficaciſsimã

m Alb.hic in ul ti.col.

D inducit. Albericus[m] Roſates nobiſcum ſentit, &
in eo, quod ob affectionem intereſt, conſtitutio-
nem nequaquã procedere exiſtimat. Sed & ean

n Fulg. in d.l. uideamus.

dem ſententiam Fulgoſius probat[n].

## CAPVT VII.

1 *Intereſſe extrinſecum & intrinſecum quid, ſecundũ Bar.*
2 *Bartoli ſententiam approbat Alciatus, & confirmat.*
3 *Quicquid principaliter nõ adhæret, extrinſecùs intereſt.*
E 4 *Verbum extrinſecùs, aliter atq; aliter ſecundum ſubie-ctam materiam accipi.*
5 *Hæreditas ſeruo noſtro delata, ad nos extrinſecùs perti-net.*
6 *Intrinſecum & extrinſecũ intereſſe, voces ſunt barbaræ.*
7 *Verba ab Homero pennata dicta, vt leuitatem notarent.*
8 *Cauſam ſeruitutis ab ipſo fundo ſeparatã dici, Bar. docet.*
9 *Fundus ſeruitutes in ſe, non extrinſecus continet.*
10 *Seruitutes quandoq; in bonis noſtris eſſe dicuntur.*
11 *Quæ ab aliqua re porrò deſcẽdũt, ea illius rei ſũt extima.*
12 *Extimum etiam id dicitur, quod de rei natura non eſt.*

F SEquens quæſtio eſt, quid cùm in-
trinſecùs damnum incidit, an om-
ne reddatur, & priuſquàm vlteri[9]
progrediamur, agẽdum pauliſper
eſt de verborum ſignificatione, qd
ſit quod intrinſecus intereſt, & qd quod extrin- 1
ſecùs. † Et Bartolus arbitratus eſt, quæ ex ipſa re
continenter proueniunt, vt partus, fructus, & ſi-
milia, ad id, qd' intrinſecùs intereſt, referri: quæ
verò non ex ipſa re, ſed occaſione rei procedũt,
extrin-

extrinſecùs reſpicere: vnde conſequens fuit hæ-
reditatẽ ſeruo meo delatam, vti habeam, ad me
extrinſecùs pertinere. Petrus & Albericus id nõ
tarunt, quin potiùs intrinſecùs dici quod rem
quacunque comitatur. Idem & confirmarunt a-
lij, quoniam lex venditorem quãti emptoris in-
tereſt, rem nõ eſſe euictam, pręſtare debere ait[a]:
veluti ancilla prægnante euicta, vel ſeruo, cui hę
reditas relicta ſit: æquat enim partum & hæredi

a l.uenditor.de euict.
b l.pręterea.de rei uen. l.actione.§.diximus. pro ſoc.

tatem relictam, quæ paritas oſtendit vtrunque A
intrinſecùs ſpectare. Idem & alibi[b] ſimilibus ar
gumentis probatur, quæ nobis ſatis leuia viden
tur, cùm nos de nomine diſputemus, illa ad rei
2 effectum pertineant. † Ipſe in Bartoli ſententiã,

c l.j.C.locati.

quæ communiter probat, pedibus vado. Ea An-
tonini conſtitutione[c] adiuuatur, qui damnũ ex-
trinſecùs veniens, illud appellat, quod nõ ex re
venit, ſed in rem datur ex remota cauſa. Vlpia-

d l.item ueniũt. §. item non ſolum. ff. de pet. hæred.
e l.qui proprio. de procur.

nus[d]: Hæreditas, inquit, augmentum & diminu
tionem recipit: ſed ea, quę ex ipſa hęreditate ꝓ- B
ueniũt, puto hęreditati accedere: ſi extrinſecùs,
non, quia perſonæ poſſeſſoris accedunt. Caius[e]:
Procurator, inquit, quod ex lite conſequutus eſt
ſeu principaliter, ſeu extrinſecùs, reſtituere do-
3 mino mandati actione compellitur. † quibus ver
bis conſtat, quicquid principaliter non adhęret,
4 extrinſecùs intereſſe. † Non tamẽ diffiteri auſim,

f l.conditiones quæ extrinſecus.ff. de cond. & demonſt.

verbum id aliquãdo largiùs, quandoq; aliter ac-
cipi, prout res quam tractamus requirit. Inde cõ
ditiones extrinſecùs[f] venire alia ſignificatione C
dicimus: item in ſtipulatione extrinſecùs[g] ali-
5 qua deduci eodem ſenſu lectum eſt. † Sed quòd

g l.extrinſecus. ff.de uerb. obli.

hæreditas ſeruo noſtro delata, ad nos extrinſe-
cus pertineat, alia quoque ratione probari po-
teſt: nam cũ extrinſecùs noſtra intereſt, quia in
eo verſatur rei æſtimatio, cum his acceſsionibus
quæ continenter, ex re proueniunt, ſemper au-

h l.non quocunque.§. Iul.de legat.j.

getur condemnatio, eiuſque ratio habetur[h]: ex
his.enim acceſsionibus locupletiores dicimur,
quod euidenter conſtat: etenim vaccã prægnan D
tem pluris licitabere, quàm ſterilem: & tamen
qui eum ſeruum habeat, cui hęreditas delata ſit,

i l. pretia rerũ.

non idcirco dicitur locupletior[i]: non igitur ita
intrinſecùs hoc noſtro intereſt. Vtcunq; tñ hoc
in articulo opinemur, diſputationem omnino
6 vtilem non arbitror: † quoniam voces hæ intrin
ſecum vel extrinſecum intereſſe, barbaræ ſunt, à
Doctoribuſque noſtris confictę: nec in iure ciui-
li ſpecialiter appoſitæ reperiuntur, vt aliquid in
eo quod intereſt denotent. Fatuum igitur credi E
derim ſuper recentiorum verbis diſputare, cùm
qui ea fecerunt, illis poſsint quam voluerint ſi-
gnificationem dare. Nec enim in iure vidimus,
idcirco magis rationem eius, qd' intereſt duci,
quia extrinſecùs interſit, vel non: res quidem cõ
7 ſiderantur, non verba, † quæ nõ alia rationẽ pen
nata Homerus dixit, quàm vt leuitatẽ notaret.
Hoc tamen ex Bartolo annotatione dignum di-
8 xerim, eum ferè exiſtimaſſe, † cauſam ſeruitutis
ab ipſo fundo ſeparatam dici: quod recentiores F
non probant: nam creditor pignoratitia actione
conuentus, non ſolùm fundum, ſed etiam ſerui-
tutes tenetur reſtituere[x]: quod argumento eſt, †
9 fundum ſeruitutes in ſe, non extrinſecùs conti-

x l.creditor. ff. de pig.act.
l l.cum fundus. ff. cõm. præd.
m d.l.item ueniunt.

nere: ſeruitus enim fundo annexa eſt, & ſine eo
eſſe nequit[l], quam ſententiam & ipſe confirma-
uerim, quãdoquidem petitione hæreditatis nõ
ſolùm fundos cõſequimur, ſed etiã ſeruitutes[m]:
& tamen lex ait, nos ex ea non conſequi, niſi q̊d
intrinſecus comprænditur. Nec Bartoli moue-



mur argumento: † nec enim paſsim verũ eſt, ſer- L.j.
uitutes non eſſe in bonis[u]: quinimò ſunt, licet Cum de
protinus fundo debeantur, & conſequenter ad eo.
nos pertinent: vnde exiſtimauit Bartolus, † quæ
ab aliqua re porrò deſcendũt, ea illius re eſſe ex- 10
tima: q̊d legi municipali intelligendę confert[o], 11

n l.j de uſufr. legat.Bart.in d.l.j.
o Signor.in cõſil.poſt malef. Ang.Aret.

qua cauetur, cogi quemlibet iurare delata ſibi
ab aduerſario iuriſiurandi forma, ſtatimq; ſacra-
mento, præterquàm in his quę extrinſecùs à for
A mula veniunt, Finge, detuliſti iuſiurandũ, an mu
tuatus mihi centum fueris: iuro te mutuatũ, ſed
me tibi tantundem vini præſtitiſſe: extimum id

p l.flu.§.utrũ. de dam. infect.

eſt, nec crederetur compenſatio admittẽda, ſi ſu
prà ſcripta ſententia vera eſſet. † Adde etiam exti 12
mum id dici, quòd de rei natura non eſt[p].

## CAPVT VIII.

1 *Intereſſe intrinſecum, ex Bartoli ſententia, quatenus rei æſtimationem ſpectat, ſemper conſideratur.*
2 *A quo tempore æſtimatio creſcat.*
B 3 *Pugnantia reſponſa, quæ habentur in l. vinum. ff. ſi cer. pet. & in l. datio. §. cum per venditorem. ff. de actio. ampt. quomodo concilianda. & num. 9. 11. 12.*
4 *Vſitatum eſt, vt in venditione data pecunia, ſtatim res tradatur.*
5 *Quoties legislator aliquid refert, intelligere debemus, omnia interueniſſe, quæ actui neceſſaria ſunt.*
6 *In contractibus faciendi, ſi ſint ſtricti iuris, mora purgatur vſq; ad litem conteſt. æſtimatioque ab eo tempore initur: ſi verò ſint bonæ fidei, vſque ad ſententiam moræ purgatio permittitur, nec fit æſtimatio, niſi in ſententiæ tempus. Ita nouiter Alciatus.*
C
7 *Eadem ferè diſtinctio in contractibus, in quibus verſatur datio, obtinet.*
8 *Nemo præciſè ad dandum compellendus, niſi rei vend. ſit ſuperatus.*
10.16 *Reſpondet Alciatus argumentis ſuæ diſtinctioni obſtantibus.*
13 *Enodatio l.iij.ff.de tritic.condict.*
14 *Dictio ἐν πλάτει, quid ſignificet.*
D 15 *Accurſij notiſsimus error in d.l.iij.de tritic.*
17 *Falſum eſſe, quòd in ſtricti iuris contractib. reus poſt lit. cõteſt. abſoluẽdus ſit, ſi offerat id tradere, quod petit.*
18 *Bartoli error in explicatione l.ſi inſulam.de verb.obli.*
19 *Obiecta redarguuntur ab Alciato.*
20 *Quoties ſtipulationi pœna adijcitur, ea loco eius, quod intereſt, ſuccedit.*
21 *In fructuũ acceſsionũq; cõputatiõe quomodo incunda ratio, ſecundum Bart. tribus pronuntiatis explicatur.*
22 *Aduerſus ſecundum pronuntiatum diſputatur.*
E 23 *Inſulſa recentiorũ interpretatio ad l. ſtipulatus. ff. de vſur.*
24 *Stipulatus fundum ſibi tradi, in dubio num videtur egiſſe, vt cauſa bonorũ huiuſmodi ſtipulatione comprænderetur: itaq; nec fructus ſuos facit.*
25 *Fundum certo die tradi ſtipulatus, ſi promiſſor non tradiderit, an fructus conſequatus.*
26 *Ratio differentiæ, quare in ſtipulatione, quæ rẽ tradi cõcipitur, bonæ fidei poſſeſſori. fructus à tempore moræ debeantur, cùm in ſtipulatione dandi ſit ſecùs.*
27 *Alciati in prædicto articulo diſtinctio.*

F EXplicitis itaq; vocum ipſarũ qui-
buſdam quaſi interpretatiunculis,
proſequendum eſt, quemadmodũ
ſuprà ſcriptam quæſtionem deter
minemus. † Et q, intrinſecùs in- 1
tereſt, quatenus rei æſtimationem ſpectat, ſem-

q l.uinum. ff. ſi cert.pet.

per conſiderari, rationemque illius duci, Barto-
lus & cęteri tradiderunt[q]. Sed in eo non modi-
ca difficultas vertitur, † quòd dubium eſt, à quo 2
tẽpore ęſtimatio creſcat: nam ſi tibi vinũ mutuò
dederim, nec reddas, ęſtimationis rationẽ ineũ-
dam

dam temporis,quo in iudicio petierim,Sabinus
ſcripſit[a]:at ſi vinum vendiderim, nec tradam,æ-
ſtimatio emptori cõputabitur,quanto pluris vi
num valuit,vel cùm venditum eſt,vel cũ fuit pe-
titum : quod Pomponius tradit. Quomodo hæc
3 reſponſa extricabimus? †Et veteres interpretes
plurifariam diſtinctionibus ea diſſecuerũt:quo-
rum ſentẽtias Bartolus, & recentiores cõfutãt[b].
Igitur ipſe in venditione tempus quo contract9
initus eſt,perpendi idcirco prodidit, quia tunc
in mora eſſe vẽditor incipit,cùm pretio accepto
ſtatim teneatur vinum tradere. Non probant id
recentiores, nec admittunt ſtatim venditorem
pretio accepto eſſe in mora: nam nec lex Barto-
lum defendit[c],cùm pretio accepto venditor nõ
ſolùm rem,ſed etiam rei acceſsiones teneat tra-
dere,ſolumq; ratione lucri nõ faciundi ſit in mo
ra,non autem ſi damnum emergit. Aliter itaque
ipſi reſpondent, in Pomponij reſponſo actũ fuiſ
ſe vt ſtatim vinum pręſtaretur: & hoc per locum
4 à ſolitis coniiciunt:†vſitatum enim eſt,vt in ven
ditione data pecunia ſtatim res tradat: item mu
tui natura eſt,nõ vt incontinẽti reddat, ſed poſt
aliquod tempus: at in venditione cùm aliud nõ
agitur,præſenti die debetur: igitur in mutuo cõ
tractus tempus non inſpicimus, quia tũc non ſo
let reddi: in venditione contra. & ita Fulgoſius
quoque exiſtimat, ſed in aduerſum deducitur:
quoniam ſi contractus tempus in venditione re-
ſpiciamus,conſequens eſſet, vt tum vinum quo-
que periculo vẽditoris periret: quod falſum eſt,
cùm periculum emptor ſubeat[d],vt Vlpianus ſcri
bit:niſi dixeris tunc periculum ad emptorem p-
tinere,cũ venditor morã non cõmiſit: at in Pom
ponij reſponſo commiſerat, quia interpellatus
fuit:cùm enim Iuriſconſ.loquatur, cùm vẽditor
fuerit in mora, neceſſariò debemus interpreta-
ri venditorem fuiſſe compellatum,alioquin mo
5 ra non dicitur: †nam quoties legislator aliquid
refert,intelligere debemus omnia interueniſſe,
quæ actui neceſſaria ſunt[e]. Accipiendum itaque
Pomponij reſponſum eſt, vt interpellationẽ ab
emptore factam dicamus:alioquin ſi vẽditor vi-
num nõ tradidiſſet,nulla in eo fuiſſet mora. Cæ-
terùm quoniam hic tractatus reſponſa quædam
ſimul pugnantia continet,quorum concordiam
cùm diu interpretes noſtri tractauerunt,vero fru
ſtra habiti ſunt: quoniam vt Iaſon oſtendit[f],co-
rum diſtinctiões & in cauillis & cõiecturis qui-
buſdam fallacibus conſiſtunt: noſtræ operæ fue
rit, Gordianum hunc nodum, nõ vt Alexander
fecit, gladio ſecare, ſed quantum vires poſsint,
manibus diſſoluere. Et quoniam veritas, verbo-
rum adminiculis nõ indiget,aliter quàm in pręſ-
ſentem diem quiſquã exiſtimauerit, ſic arbitror
6 explicandum.†Cùm de his cõtractibus ambigi-
mus,in quibus debitor facere tenet, veluti fun-
dum reſtituere, rẽ tradere, diſtinguendum puta
mus eos,qui ſunt ſtricti iuris,ab his,qui bonæ fi-
dei dicuntur. In illis moram purgare ad litis vſ-
que cõteſt. permittit[g],& idcirco ęſtimatio nõ eſt
à litis cõteſt.tẽpore init[h]:in his quoniã magis ex
bona fide procedit, vſq; ad ſentẽtiam tradi vel
reſtitui res poteſt[i]:quapropter rei ęſtimatio nõ fit,
7 niſi in ſententiæ tẽpus[k].†Cũ verò de his cõtracti
bus quærimus in quibus verſat datio, eodẽ mo-
do diſtinguendũ,vt in bonæ fidei cõtractibus ę-
ſtimatio ineatur,vtrius temporis voluerit actor,
moræ an ſententiæ[l]: in contractibus ſtricti iuris
litis conteſtatæ tempus obſeruemus[m]. Quòd ſi

a l. datio. §. ſi per venditorẽ. ff. de act. emp.
b In d. l. uinum.
c l. curabit. C. de actio. emp.
d l. j. de peric. & cõm. rei uend.
e Deci. in c. j. de iud. Fulg. Alb. de Roſ. Iaſ. in l. Barbarius. in j. col. de offic. prætor.
f In d. l. uinum.
g l. inſulam. ff. de uerb. oblig.
h l. hominẽ. ff. mand.
i §. in bonæ fidei. Inſt. de act.
k l. iij. §. in hãc. ff. cõmod.
l l. datio. §. ſi per uend. ff. de act. emp.
m l. fi. de cond. tri. l. uinum. ſi cert. pet.

certam ſpeciem dari actum eſt,quãuis obligatio
præciſè videatur[n],tñ ſententiæ attendemus:ita
tamen,vt ſi res interim deterior facta ſit, eius q̃-
que ratio habeat. quapropter tali caſu lex litis ę-
ſtimationem ſolui iubet[o]:quæ ęſtimatio & rei i-
pſius,& acceſsionũ omniũ,eiuſq; q̃ intereſt va-
lorem reſarcit. †vnde cõſequens eſt, vt præciſè 8
nõ compelli quenquã ad dandũ exiſtimem, prę
terquã eum, qui rei vendicatione ſuperatus ſit:
A ab hoc enim res manu militari ꝓpter ius domi-
nij,qđ in actore eſt,auferri debet[p]. at in caſu no-
ſtro ſatis eſt litis ęſtimationẽ dari:nam quamuis
lex teneri eum omnimodo dicat, non tñ conſe-
quens eſt,vt aliter quàm in pecunia condemnã-
dus ſit[q]:ſi enim dominium promiſſor non tranſ-
ferat,non exprimitur in lege quo alio remedio
ſit agendum. tametſi & nõ ineptè dici poſſet, in
promiſſore fundi Tuſculani procedere, qui idẽ
& dominus ſit,& rei dandæ facultatẽ habeat: at
B nos in eo loquimur,quẽ clariſsimè nõ cõſtet cer
tæ illius ſpeciei p̃ſtandæ poteſtatẽ habere. prio-
rem tñ reſolutionẽ magis probo. Si igitur ſub i-
pſum ſententiæ ferendæ tempus debitor offe-
rat æſtimationem, quia dare nolit, iudex debet
id admittere,& creditorem cõpellere, vt rei pe-
titæ pretium recipiat: quoniã ſi reus rẽ tunc da-
ret,eius reſpectu liberaretur[r]: idẽ ergo ſi pretiũ
præſtat. q̃ ſi reus tũc nihil offert. iudex rẽ petitã
ſolui renũtiabit:& ſi re9 nõ ſoluat, ex officio ius
C dicens id curabit,vt æſtimatio in ſtricti iuris cõ-
tractibus reddatur[s], eius temporis reſpectu quo
res petita eſt:tunc enim mora incipit. In bonę ve
rò fidei cõtractibus, iudex in æſtimationem (vt
dixi) cõdemnabit, vtrum actor voluerit, aut tem
pore,quo expreſsim mora facta eſt, puta per in-
terpellationẽ,ſeu tacitè,veluti cùm dies,qua ſol
ni actum fuiſſe præſumitur,interpellat: aut à tẽ-
pore quo ſententia eſt ferenda. †Et Pomponij i- 9
ta accipiendum eſt reſponſum[t],dum inquit vẽ-
D ditorem condemnari vtro tempore pluris vinũ
fuerit, vel quo vinum vænit, vel quo lis in con-
demnationem deducitur, id eſt, lis ipſa fit con-
demnatio, & fertur ſententia: non enim de litis
conteſtatione hìc quicquam accipitur, quippe
verba repugnarent:quid tunc ad rem faceret cõ
demnatio? & ſuprà ſcripta locum ſibi vendicant
circa æſtimationem ipſius rei principalis,nõ au
tem in fructibus,acceſsionibúſue, quæ indiſtin-
ctè à mora incipiunt in tempus ſententię,[u] vt in-
E frà enarrabimus. & ſi in p̃ſenti tractatu hoc mo-
do diſtinxerimus, Accurſij & Bartoli[x], cætero-
rumq; cõmenta minimum nos offendẽt: è qui-
bus alter cùm rem non ſatis perſpectam habe-
ret,antiquorum ingenia tenebris inuoluta fuiſ-
ſe tradidit. †Dixerit fortaſſe aliquis , abſurdũ eſ- 10
ſe,eum qui in mora aduſq; ſentẽtię tempus per-
ſeuerauerit, tam leuiter plecti, vt rei æſtimatio
non habeatur,niſi quatenus tunc valet. Cui ipſe
reſpõderim, ęſtimationẽ quidem, vti diximus,
F ineundã: ſed non idcirco minus poterit reus in
eo cõdemnari quod ex mora iure inducitur: nõ
enim ideo effectus moræ ſublati exiſtimantur.
†Igitur Sabini reſponſum intelligi debet[y], cùm 11
iam ſententia ſua iudex declarauit vinum reddi
debere:& hoc eſt quod in eo dicitur, vinum per
iudicem petitum fuiſſe:in obligationibus enim
dandi æſtimatio nõ ſoluit iure obligationis, ſed
poſt latam ſententiam officio iudicis:actor em̃
vbi reus cõdemnatus fuerit vinũ reddere, in ex-
cutionẽ iudicati officiũ iudicis implorabit[z], & ſi
vinum

n l. ubi autẽ. §. fi. de uerb. ob.
o l. ſi ſeruus. de euict. l. heredes. §. ſi unus. & §. ſi incerto. fam. erciſc.
p l. qui reſtit. ff. de rei uend.
q Alex. l. ij. §. ex his. col. pen. de uerb. oblig.
r §. fi. de temp. act.
s d. l. uinum.
t d. l. datio. §. ſi per uend.
u l. Iulianus ſcribit. l. fructus. ff. de rei uend.
x Bart. d. l. ij. §. in hac.
y d. l. uinum.
z l. ſi intra. ff. de re iud.



vinum non reddetur, iudex in æſtimationẽ &
quatenus intereſt,reũ compellet. quod ergo in
reſponſo dicitur per iudicem peti,ocioſum non
eſt:licet ſi communem eius legis interpretatio-
nem ſequeremur, nullius eſſet momenti,vel cer
tè inauditã rẽ cõfirmaret,in mutuo videlicet nõ
ſolùm certi condictione agi, ſed officium quo-
12 que iudicis implorari. †Verùm & in Pomponij[a]
reſponſo illud annotandum eſt, obligationem
dandi eſſe,quoniam venditor in genere teneba- A
tur[b] : quod & recentiores, quamuis Bartolo re-
pugnante[c],approbant : nam & locum ſibi vẽdi-
care arbitror in rei iudicatę executione,quo of-
ficium iudicis requirimus: cùm enim venditor
eſſet obligatus ad genus, in principali cauſa ſo-
lùm quæritur vt venditor det,non autem de eo
quod ob moram actoris intereſt. Cæterùm quo-
niam in hoc tractatu non mediocrem ſcrupulũ
Vlpianus iniicit[d], eius verba παρέργως,& obiter e-
13 manculanda ſunt. †Is in lege iij. de triticaria cõ- B
dictione in Pandectis Florẽtinis ita ſcripſiſſe de-
prændit:In hac actione ſi quęratur,res quę peti-
ta eſt,cuius tẽporis æſtimationẽ recipiat, verius
eſt q̃ Seruius ait,condemnationis tẽpus ſpectã-
dum:ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis,mor-
tis tempus. Sed etiam ἐν πλάτει ſecundum Celſum
erit ſpectandum:non enim debet leuiſsimũ vitę
14 tempus æſtimari,&c. †Significat autem dictio il
la ἐν πλάτει,quaſi latius dicas,& inobſeruatis iuris
anguſtiis:ne ita tempus mortis ſpectetur, vt ad C
leuiſsimam æſtimationẽ rem redigamus,ſed po
15 tius quod bonũ ęquumq; eſt, æſtimemus. †Indu
cẽda igitur circunſcribendaq; eſt vox illa, antea,
quæ loco græcę dictionis ſuppoſita fuit, vt varię
illæ & inconſtãtes Accurſij expoſitiones explo-
dantur, qui dum illud aduerbium tripliciter in-
terpretatur, oſtendit planè ſe textũ non intelli-
gere. Et hæc quidem à nobis dicuntur, nõ quòd
noſtra diſtinctio à vulgata lectiõe diſcrepet: ſed
quòd non ab re ducimus, huiuſmodi caſtigatio- D
16 nes ceu gemmulas noſtris ſcriptis inſerere. † Vt
ergo vnde digreſsi ſumus reuertamur, illud con
tra ſupràſcriptam diſtinctionẽ fortiſsimè intor-
queri poteſt:nec enim in obligationibus facti eã
differentiam admittendam eſſe videretur, vt in
ſtricti iuris contractibus, quanti res valeat in li-
tis conteſtatę tempus inſpiciamus,tanquã huc-
17 vſq; rem promiſſam dare liceat: † quinimò etiã
poſt litis conteſtationem,ſi reus offerat,id trade
re quod petitur,abſolui debere ferè cõſtat[e]. Sed
hìc animaduertendum eſt, quoniam nequaquã E
arbitror verum id eſſe, tametſi Bartolus[f] ubique
hoc tradat,aliiq; probẽt:plurimas enim hæc hę-
reſis leges violat, & per cauillationes diſcindi
cogit. & in primis,ſi inſulam,inquit lex,fieri ſti-
pulatus eſſem, & tranſierit tempus quo potuiſti
facere,quandiu litem conteſtatus non ſim,poſſe
te facientem liberari placet;quòd ſi litem conte
ſtatus ſim,nihil prodeſſe tibi ædifices. Ecce quẽ-
admodum in noſtram ſentẽtiam verba legis ac-
18 cedunt,†& tamen Bartolus intelligit, quãdo lis
non ſuper facti petitionem,ſed ſuper id q̃ inter-
eſt,eſt conteſtata,cùm de eo quod intereſt verbũ
ibi ſit nullum : conſequenſque ex hac ſua in-
terpretatione ſit,Iuriſconſultũ illud ſilentio trãſ
miſiſſe,in quo fundamentum & cardo totius le
gis conſiſtebat. Sed & Paulus[g],in contractu ſtri-
cti iuris,ſi reus offerat,vſque ad litis conteſtatio-
nem diluere moræ damnum ſcribit, poſt litem
conteſtatam minimè:imò ſententia omnino ꝑ-

a d. §. ſi per uenditorem.
b l. ex empto. ff. de act. emp. in prin.
c In d. l. uinum.
d l. iij. ff. de trit.
e §. fi. Inſtit. de perpet. act.
f Bar. in l. ſi inſulã. in j. opp. de uerb. oblig.
g l. ſed ſi alia. ff. de conſti. pec.

ferri debet. & id intelligere cùm obligatio ineſ-
ficax eſt,quod Bartolus fecit, perquàm inconue
niens & abſurdum eſt. loquitur autem Paulus[h]
in obligatione facti:interpretatur enim verba il
la,neque feciſſe,in prætoris de conſtituta pecu-
nia edicto prius ab eo deſcripta: vt meritò Accur
ſius quandoque & Raynerius[i] exiſtimauerint,
poſt iudicium acceptum indiſtinctè moram am
plius dilui non poſſe. †Conſequens nũc eſt, vt 19
A obiecta redarguã. Et dum adducitur iuris regu
la,ſi ante rẽ iudicatã is cũ q̃ actũ eſt, ſatisfaciat,
actorem abſoluendum eſſe[k]:reſpondeo ſatisfie-
ri in caſu noſtro actori,ſi poſt litem conteſtatam
ſuper petitionem facti,reus nõ ipſum factũ, ſed
quatenus intereſt actoris rependat:inuito enim
actore factum præſtando non ſatisfacit : nam cũ
lex obligationem facti poſt litis cõteſtationem,
in æſtimationem eius quod intereſt transfun-
dat, illud incipit deberi, non factum. Et hæc ita
B defenduntur abſque aliqua iuris ſcripti contur-
batione,cùm alioquin in hiſce quęſtionibus cer
nere ſit Doctores ipſos miros Autolycos Sophi
ſtaſq;. nam & pro noſtra hac ſententia illud fa
cit, q̃ quoties ſtipulationi pœna adiicitur,ea lo 20
co eius,q̃ intereſt ſuccedit[l]: ſitq; hoc caſu noua-
tio,& poſt litis conteſt. ſolùm poteſt ſolui pœ-
na[m]:cur non igitur idem eſt in eo q̃ intereſt? Il-
lud non omiſerim, & in hoc multùm ſe contor-
ſiſſe Bart.[n] cuius dicta quandoq; latiſsimè diſcuſ
C ſimus. Cùm à nobis declaratũ ſit, quemadmodũ
ineunda ſit eius, q̃ intereſt ratio in rei ipſius de-
bitæ æſtimatione, reliquum eſt, ut & id quæra-
mus, † qua ratione inibitur in fructuum acceſ- 21
ſionumq; cõputatione. & Bartolus[o], quem vti
ſigniferum cæteri ferè omnes ſequuntur, tribus
pronuntiatis rem abſoluit. ¶ ſi mihi fundum
dare obligatus es,à tempore quo lis eſt conteſta
ta,fructus conſiderabuntur. ¶ ſi teneris tradere,
à tempore moræ fructus accedent[p],nõ ſicut fru-
D ctus,ſed vti portio eius,q̃ mea intereſt te nõ fuiſ
ſe in mora. ¶ ſi dandi ſimul & faciendi reus es,ve
niunt in cõdemnationem in tempus moræ, niſi
præcedentis contractus natura aliter ſuadeat[q]:
veluti cũ venditor rẽ dari,vacuamq; poſſeſsionẽ
tradi promittit. & hæc quidẽ Bar. & cęteri dixe-
re[r],quorũ ſententia nobis nequaquã videtur ꝓ-
babilis. †Et aduerſus ſecundum pronuntiatum 22
illud adducitur quod Pomponius[s] ſcribit, eum,
qui ſibi poſſeſsionẽ tradi ſtipulat,nihil intelligi
de fructibus agere, & propterea neq; ab lite cõ-
E teſt. neque ab mora eorum rationem duci. †Et 23
recentiorum in eo reſponſo interpretatio per-
quàm inſulſa eſt,qui non computari fructus tra-
dunt, vti fructus, ſed tanquam portionem eius,
quod intereſt. quapropter cùm vir diligens, &
cautus ruſticus longè plures fructus ſit collectu-
rus,quàm ſoleant patritij, ſi computarent vt fru
ctus,quicquid ruſticus collegiſſet, computandũ
foret:ſed cùm æſtimentur tanquam id,quod in-
tereſt,id ſolùm in pretio fuerit,quod veriſimili-
F ter patritij collegiſſet. hęc expoſitio cauillatio-
ne nõ caret:cũ enim fructus id ſint quod extrin-
ſecus intereſt,ſi Bartolo hìc credimus,cũ lex di-
cat fructus non deberi,nónne oſtendit id, quod
intrinſecus intereſt non deberi, quatenus in fru
ctibus continetur? Sed & frigida eſt eorum ra-
tio,cùm poſsit patritius æquè multos fructus re
cipere,atq; facturus erat villicus, ſi per ęquè dili
gentẽ agricolam vineã coli faciat. ſunt enim hæ
ſubtiles q̃dã argutiæ nõ aliqua lege,nõ Iuriſcon
ſult.

L. j. Cum de eo.
h l. ſi reus. ff. de procur.
i d. l. interdum. §. fi. de uerb. ob.
k d. §. fi. Inſt. de perpet. & tẽp. actio.
l l. fi. ff. de prętor. ſtipul.
m l. j. ff. de pen. leg.
n In l. ſtipulatus, magna. in vj. quæſt.
o In l. uideamus. ff. de uſur.
p l. ſi fundum tradi. ff. de uer. oblig.
q l. ſtipulatus. ff. de uſur.
r Iaſ. in l. ſi filius famil. §. fin. de uerb. oblig.
s l. datio. §. j. de act. emp.

ſulti reſponſo expreſsè, ſed quas ſuo de vertice
Bartolus formauit. Quin & ſupraſcripta diſtin-
a l. ubi autẽ. §. ſi. de uerb. obli.
ctio caret ratione: cùm enim is, qui tenetur dare,
efficacius obliget eo, qui tradẽdi reus[a] tantũ eſt,
nónne abſurdum eſt, eum fructus debere, nõ ni-
b In d.l. videamus.
ſi à litis conteſtatę tempore, hunc verò ab ipſa
mora? Itaq; cõmunem ſentẽtiam nõ probo, quã
aliis etiam argumẽtis Syllimanus, Suzarius, Ol-
dradus, Butrigarius, Fulgoſius[b], damnant, tam-
24 etſi, nec ipſi rectè declarẽt. †Illud igitur ſciendũ
A
eſt, eum, qui ſibi fundum tradi ſtipulatus eſt, in
c l. ſi rem tradi. ff. de uerb. obli.
dubio nõ videri id egiſſe, vt cauſa bonorum hu-
iuſmodi ſtipulatione compræenderetur[c]. qua-
pter qui ita ſtipulatus eſt, fructus ſuos non facit,
d l. in fundo ff. de rei uend.
cùm ex regula iuris ad dominum, non ad eum,
qui in poſſeſsione ſit, fructus pertineant[d]. In am
biguis quoque qui rem tradi ſtipulatur, de huiuſ
modi traditione videtur intellexiſſe, ex qua fru-
25 ctus non debeantur[e]. †Cùm ergo quiſquam fun
e l. in conuentionibus. §. ſi. ſecundum intellectum quem ſupra tenui. ff. de uerb. oblig.
dum certo die tradi ſtipulatur, ſi promiſſor non B
tradiderit, in id condemnandus eſt, quatenus ſti
pulator damnum paſſus eſt, & lucrũ amiſit. Sed
num in fructus? & opinor nõ deberi: quoniam ſi
ſtipulator collegiſſet fructus, ſuos nõ faceret, ſed
reſtituere eos domino teneretur[f]: vnde ſua non
f d. l. in fundo.
g d l. in fundũ.
intereſt habere, qđ illicitè haberet[g]. Et hoc mo-
do eſt accipiendum Vlpiani reſponſum, qui, Si
fundum, inquit, certa die pręſtari ſtipulor, & per
promiſſorem ſteterit quo minus ea die præſtẽt,
conſecuturum me quanti mea interſit moram fa C
ctã nõ eſſe: id enim eſt vnde omnis caligo in prę
ſenti articulo euagata eſt. Eſt autem accipiendũ
in eo qui in mala fide eſſet, & idcirco fructus ſu-
os nõ facit: in dubio enim caſu Vlpianus loqui-
tur: & cùm quilibet res ſuas ſcire præſumatur[h],
h l. cũ de indebito de prob.
ſi quis dominus fundi non eſt, haudquaquam
veriſimile id eum ignorare: quin potius creditur
ſcire eum res ſuas, & conſequenter fundum ſuũ
non eſſe. Cùm igitur aliquis fundum ſimpliciter
tradi ſtipulatur, & ſcit fructus ad dominum per- D
tinere, nõ autem ſuos fieri, eius probabiliter nõ
intereſt fructus ſibi dari, quos reſtituere domino
cogeretur. Iuriſcõſultus autem generaliter locu
tus eſt, à tempore moræ ſtipulatori quod ſua in-
tereſt reſtitui: ſi enim eſt bonę fidei poſſeſſor, ſua
i d.l. in fundo.
intereſt habere fructus: ſi malę fidei, nõ intereſt[i].
26 †Quęret aliquis, vnde accidat vt in ſtipulatione
quę rem tradi cõcipitur, bonę fidei poſſeſſori fru
k d. l. ſi fundũ.
ctus à tempore moræ reſarciantur, cùm in ſtipu
latione dandi non ita ſit[k]. Cui ipſe reſpõderim, E
eum, qui dare teneatur, eſſe vel debere eſſe do-
minum, cùm qui dominus nõ ſit, dare nequeat:
donec igitur dedit, facit fructus ſuos. Cæterùm
iniquum id viſum fuit, vt ex ſua mora fructus lu
craretur: quare placuit mediã viam eligi, vt poſt
litem conteſtatam in fructus collectos teneret̃.
at priore caſu fructus ad dominũ pertinẽt, vel eũ
qui loco domini ſit, puta quia bonæ fidei poſſeſ-
ſor: qua ratione ſi verſus dominum, vel bonæ fi-
dei poſſeſſorem in mora ſis, fructus tradere ſta- F
tim teneris: ſi verò creditor tuus dominus fundi
27 non ſit, non teneris. †Igitur in hoc articulo ſic di
l l. datio. §. j.
ſtinguendum potius fuit: vt cùm is, qui ſtipula-
tus eſt tradi, nec dominus, nec loco domini eſt,
m d. l. in conuẽtionibus.
nullo tempore fructus rei accedãt[l], niſi vacuam
n d. l. ſi fundũ.
poſſeſsionem tradi ſtipulatus ſit[m]: nam hæc cau
ſam bonorũ continet, vt in principio operis de-
monſtraui: ſi verò eſt dominus à tempore, quo
mora facta eſt, fructus cõputabuntur[n]. q, ſi quiſ-
quam ſibi dari ſtipulatur, tunc in Bartoli, cõmu-
nemq; ſententiam vado, quòd fructus ab litis cõ
o d. l. uideamus.
teſtatæ tempore computandi ſint[o]: ſed cùm da
p d. l. ſi ſtipulatus.
ri & fieri ſpondemus, fructus à tempore moræ
collectos præſtabimus[p]. Idem iuris eſt ſi rem re-
q d.l. uideamus.
r Iaſ. in l. ſi filij. §. j. de uerb. ob.
ſtitui petierim[q], quod & in actionibus bonæ fi-
dei, vel earum naturam habentibus plerique
exiſtimant[r].

## CAPVT IX.

1 *Intereſſe extrinſecùs quomodo in condemnationem deducatur, quinque axiomatib. explicatur ab Alciato poſt Bart.* A
2 *Primum in eo articulo axioma.*
3.5. *Caſtigatio l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid.*
4 *Verba fungor, vtor, quandoque in paßiua ſignificatione accipi.*
6 *Noxam nocere, ſignificat delictum facere, quod per noxæ deditionem expurgetur.*
7 *Si hæreditas mihi delata ſit, locupletior dicor: ſecùs ſi ſeruus meus ſit hæres inſtitutus.*
B 8 *In delictis quanticunque etiam extrinſecùs interſit, fit cõdemnatio.*
9 *Actio ad exhibẽdũ arbitraria eſt, iuraturq; in ea in litẽ.*
10 *Limitatio ſingularis ad d.l. pretia rerum.*
11 *Secundum Bartoli axioma.*
12 *Obiectiones in Bartoli ſecundum axioma. & num. 13.*
14 *Aequius eſt nobis ſuccurri ne damnum patiamur, quàm ne lucrum perdamus.*
15 *Fulgoſius duplici ratione communem ſententiam improbat, ſed vtraq; non ſatis firma.*
C 16 *Ponderatur l. ſi ſterilis. §. cùm p venditorẽ. de act. emp. & num. 18.*
17 *Exempla non reſtringunt regulam.*
19 *Tertium Bartoli axioma.*
20 *Alciati iudicium de eod. & num. 27, 28.*
21 *Ratio quare venditor cùm rem alienam ignorans tradit, non teneatur quanti minoris actione.*
22 *Antinomia præſentis cõſtitutionis, & l. Iulianus. de act. (emp.*
25 *Variæ ſolutiones ad eandem. & num. 24. 25. 26.*
27 *Quod Bartolus ait, ſi quis rem vitioſam ignorãs vendit, actione quanti minoris conueniri, an ſubſiſtat.* D
28 *Si res vendita ob vitiũ penitus ſit inutilis, venditor tametſi ignarus in omni intereſſe damnabitur.*
30 *Si res vendita non ſit omnino inutilis, ſed tantũ depretiatur, venditor quanti minoris actione tenetur.*
31 *Actio, quanti minoris, rem minoris valere arguit, nõ autem rem nihil penitus valere ſupponit.*
32 *Quartum Bartoli axioma.*
33 *Momus deus repræhenſionis, Iouem tribus in rebus arguiſſe fertur.*
E 34 *Temperamentum Alciati ad quartum Bartoli axioma.*
35 *Quintum axioma.*
36 *Alciati ſententia & anacephalæoſis omnium, in quibus receßit ipſe à Bartolo.*

TErtia quæſtio eſt, † quemadmodũ 1
id quòd extrinſecùs intereſſe aiũt,
in cõdemnationẽ deducatur. quẽ
tractatum cùm Bartolus pluribus
diſtinctionib. explicuerit, nos qui
F eius veſtigia imitamur, quinq; axiomatibus ſu-
mus enarraturi. †Id igitur primũ ſit: Acceſsio ex-
trinſecùs proueniens, quæ rem quacunq; proſe 2
quit̃, in eius, q, intereſt, æſtimationem ita cadit,
vt eius ratio ſemper habeatur: veluti ſi ancillam
vendidero, & euictus ſit partus, in condemna-
tionem deducetur, quatenus tua intereſt, partũ
non euinci. Idem ſi ſeruum emero, cui ſit delata
hæreditas: finge enim à te occiſum, certè mihi
in omnem quoque hæreditatem teneberis. Sed
hìc aduertendum eſt: quia cõmuni æſtimatione
quam-



a l. pretia rerũ. ad l. falcid.
quamuis ſeruo relicta ſit hæreditas, non tamen
is carioris pretij æſtimatur, vt Paulus ſcripſit[a]:
3 † cuius reſponſum vbi caſtigatè legitur, recen-
b Mod. in rep. l. filium, quẽ habentem. §. familiæ erciſcundæ.
tiores[b] corrumpunt: at quod reuera corruptum
eſt, ſilentio tranſigunt. Is autor, Pretia, inquit,
rerum non ex affectu, nec vtilitate ſingulorum,
ſed communiter funguntur. Inuertunt qui-
dam, & finguntur malunt legere. verùm fictió-
ne hæc eſt, an potius æſtimatio? nihil ſanè hæc
commune habent. Ipſe vulgatam lectionem A
4 probo: † accipiendum enim eſt funguntur, id
eſt, functionem recipiunt, hoc eſt, æſtimatio-
nem, quæ fungitur vice rei. eſt autem in paſsiua
ſignificatione poſitum, quod & veteres in ſimili
verbo, vtor, feciſſe Gellius obſeruauit, & alij
5 prodidere. † Maculoſus autem circunfertur
verſiculus, finem verſus, quem nos ex antiquis
codicibus ita reſtituimus: Sed nec hæredem
poſt mortem teſtatoris inſtitutum ſeruum, tan-
to pluris eſſe quanto plus euenire poteſt, Pedius B
ſcribit: eſt enim abſurdum, meipſum hæredem
inſtitutum non eſſe locupletiorem antequàm
adeam: ſi autem ſeruus hæres inſtitutus ſit, ſta-
tim locupletiorem effectum: cùm multis cau-
ſis accidere poſsit, ne iuſſu noſtro adeat: acqui-
rit enim nobis certè cùm adiret. eſſe autem
præpoſterum, antè nos locupletes dici quàm
acquiſierimus: & hoc modo legenda ſunt eius
6 reſponſi verba. † Sed & dum dicitur, eadem
cauſa eſt eius ſerui, qui noxam nocuit: nec e- C
nim delinquendo quiſquam precioſior fit: ſi-
gnificat noxam nocere, delictum facere, quod
per noxæ deditionem expurgetur. Titus Liuius
libro nono. Quandoquidem hice homines in-
iuſſu populi Rom. Quiritiumque, fœdus ictum
iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam
nocuerunt, quò populus Rom. ſcelere impio
ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Hoc
autem dictum eſt propter æſtimationem, quæ
augetur in lege Aquilia. Sed his omiſsis, ad D
rem ex diuerticulo redeamus. Cùm conſtet
idcirco, quòd alicui delata ſit per ſeruum hære-
c d.l. pretia.
ditas, non cenſeri eum ditiorem[c]: certè con-
ſequens eſt, huius acceſsionis in eo quod inter-
eſt rationem non duci. Sed tamen vt huic ar-
7 gumento reſpondeatur, debemus ſcire, † ſi
hæreditas mihi delata ſit, cùm in bonis meis
ius adeundi compræendatur, rectè nuncupari
d Bart. in l poſt emancipatum. §. ſi. ff. de li. leg.
me locupletiorem[d]: ſed cùm ſeruus meus hæ-
res inſtitutus eſt, non idem eſt vt poſsim ipſe E
locupletior dici: non enim propriè tunc mihi
delata dicitur hęreditas, quippe delata eſt quam
e l. delata. ff. de verb. ſignif.
quis adeundo conſequi poteſt[e]: at hoc caſu a-
dire ego nequeo. Quid enim ſi ſeruus nec pre-
cibus, nec minis flectatur, & aditurum ſe ne-
f l. cum proponas. C. de hęred. inſtit.
get[f]? ipſe enim locupletior non ſum, & mul-
tò minus ſeruus, cui nihil poteſt acquiri. Igi-
tur vt omnes obices remoueamus, non obſtat
primum argumentum, quòd venditorem ancil-
g d.l. venditor. ff. de euict.
læ euicto partu, teneri Iulianus ſcribat[g], quod F
& in venditore ſerui probatur hæreditate e-
uicta: nam vtroque in caſu & partus hæredi-
tas emptori ſemel acquiſita fuerant, vnde ius
habuit in re, non autem tantùm ſpem, ex qua
precia rerum non augentur. Quòd verò Ne-
h l. inde Neratius. ff. ad legẽ Aquil.
ratius[h] ſcripſit, ſi ſeruum occideris cui hære-
ditas delata fuerit, teneri te lege Aquilia in o-
mnem hæreditatẽ: ea ratione inductum eſt, quia
8 deliquiſti: † at in delictis quantiquanti etiam
extrinſecùs intereſt, fit condemnatio, quod L. 1.
infrà diſputabimus. Sed & quod ait lex, ſi hęredi- Cũ de eo.
tas amiſſa ſit, quia ſeruus non exhibeatur, id
i l. ſed & hæreditas. ff. ad exhi.
damnum hæreditatis æſtimari debere[i]: in actio-
ne ad exhibendum ſibi locum vendicat, † quæ 9
arbitraria eſt, & in qua iuſiurandum in litem de-
k l. item videamus. §. ſi. ff. de in lit. iur.
fertur[k]: vnde non ratio ſolùm eius quod extra
rem damni incidit, in ea initur, ſed affectio
quoque probabilis eſt. Et hoc modo poſſunt
A contraria argumenta euitari. Cæterùm & ſpe-
l d.l. pretia. ff. ad leg. falcid.
cialis ratio Pauli reſponſo aſsignari poſſet[l], qua-
propter Bartoli ſupraſcriptum axioma genera-
liter accipiendum videretur. † quòd enim ait 10
m In d.l. pretia
Paulus[m], ſi hæreditas ſeruo meo delata ſit, in-
terim non eſſe me locupletiorem, nec huius
lucri in eo quod intereſt rationem communiter
duci: procedere arbitror in communi rerum æ-
ſtimatione, quæ propter deductionem ex lege
Falcidia debetur aduerſus legatarios, qui ad lu-
B crum admittuntur. quare ſi ſeruo meo delata ſit
hæreditas, cùm cuilibet adire, vel id minus, li-
berum ſit, poſſum ego iuſſum ſeruo non præ-
n l. qui autẽ. ſi quæ in fraud. cred.
ſtare[n], nec videlicet adeat. nec id mihi dam-
no verſus legatarios eſſe debet, cùm id in frau-
dem fieri nemo dixerit, ſi lucro abſtineo. Igi-
tur donec adijt ſeruus, nihil amplius æſtimabi-
tur, & id erga legatarios qui lucrum ſpectant. at
in iuribus quæ aduerſari ſuprà demonſtraui, do-
minus, cui reſarciendum eſt damnum, de eui-
C tando detrimento agebat: & veriſimile fuit,
dominum vt ſeruus adiret iuſſurum fuiſſe, cùm
hoc domini vtilitatem reſpiceret. at priore caſu
iuſſus in commodum legatariorum vergebat,
non domini: quapropter credibile fuit, domi-
num prius non fuiſſe iuſſurum, quàm cum le-
gatarijs tranſegiſſet. & hoc verius eſſe opinor,
quàm quod ibi Bartolus commentus eſt. † Se- 11
cundum Bartoli axioma eſt: In re quæ æſtima-
o l. nũmis. de in lit. iur. l. iij. §. ſi. de eo quod certo loco. l. ſi pœnam. l. liber. ij. §. ſi. de ver. oblig.
tionem intrinſecus augeri non patitur, id quod
D extra rem accidit damnum repræſentatur[o].
quòd cùm æſtimatio intrinſecus augeri poteſt,
p l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt.
contrà[p]: & id, cùm intereſt, quia non feciſti. e-
xempli cauſa: quòd Vlpianus ait, centum apud
te depoſui, quæ cùm repeterem, non tradidiſti:
æſtimatio hìc augeri nequit: centum enim au-
rei omni tempore centum valent. habebitur i-
gitur ſolùm ratio eius, quod extra ipſam rem
mea intereſt. quid enim ſi pecuniam ſub pœna
debui, & quoniam mihi depoſitum tradere re-
E nuiſti, coactus ſum pœnam ſoluere? & dictum
id Bartoli communiter approbatur, † videamus 12
quàm verum ſit. Et in primis rationem nullam
habere id videtur: cur enim cùm æſtimatio non
augetur, venit id, quod extra rem intereſt? nón-
ne vtrunque ſimul conſiderari poteſt, vt & æ-
ſtimatio augeatur, & quantum intereſt etiam
q l. videamus. §. veri. præterea. ff. de viuris.
extra rem ſimul conueniat? nam Gallus Aelius[q]
ſcribit, ſi veſtimenta aut ſcyphus petita ſint, &
ea non præſtes, non ſolùm te condemnari in
F eorum æſtimationem, quæ quidem augeri po-
teſt, ſed etiam in id pretium, quod mercedis
nomine capi potuiſſet, ſi ea locaſſem: hoc e-
nim extrinſecus intereſt. † Sed & valida ratio- 13
ne idem conuincitur: cùm enim in his rebus,
quæ pretium intrinſecus accipiunt, rationem
r d.l. videamus & hac l.
ceſſantis lucri habeamus[r], quanto magis æſti-
mandum fuerit id quod intrinſecus intereſt,
quatenus damnum reſpicit? † multò etenim æ- 14
quius eſt, nobis ne detrimentum aliquod patia-

mur ſuccurri, quàm ne lucrum perdamus[a]. Verùm & illud aduertendum eſt, Vlpiani exemplum[b], quod ſuprà adduxi, haudquaquam ſententiam communem adiuuare. Cùm enim centum penes te à nobis depoſita abnegas, condemnaberis quidem in eo quod mea extrinſecus intereſt, in alio non condemnaberis: quoniam pecunia certam habet æſtimationem: igitur in vtroque damnareris, niſi alterum, videlicet nummorum æſtimatio, locum hoc caſu non A
15 haberet. † quamobrem noſtræ ſententiæ aſſertor quoque Fulgoſius fuit, qui duplici ratione communia inſectatur, licet vtraque non ſatis firma: aiebat enim, in oleo ſimilibusque rebus acceſsionis extimæ cauſam facilius quàm in pecunia admitti[c]: vt facilè & quod intra rem, & quod extra damnum emergit, ſimul computetur. Aiebat rurſus, id lege conſtare, ſi res vendita non tradatur, quanti intereſt emptoris agi[d], quod interdum rei pretium egreditur: ea enim B verba, quanti intereſt, neceſſariò extrinſecus accipi: non enim intelligi poſſunt in eo quod noſtra habere ex affectu intereſt: niſi (quod verius eſt, & ego probo) reſponderis de eo accipi, quod ſingulariter ob vtilitatem intereſt: id enim & in condemnationem deducitur, & rei pretium ple-
16 runque egreditur[e]. † Cæterùm, noſtræ huic ſententiæ vnicum Pauli Iuriſconſulti reſponſum[f] aduerſatur, qui, cùm per venditorem, inquit, ſteterit quo minus rem tradat, omnis vtilitas C emptoris in æſtimationem venit, quæ non extra rem conſiſtit, neque enim ſi potuit ex vino puta negotiari & lucrum facere, id æſtimandum eſt, non magis quàm ſi triticum emerit, & ob eam rem quòd non ſit traditum, familia eius fame laborauerit: nam nec pretium tritici, nec ſeruorum fame necatorum conſequitur. Huic reſpondet Fulgoſius, non omne, quod extra rem damnum venit, emptori rependi, ſed illud tantùm quod non omnino eſt impertinens: D cur enim non præuidit emptor, hoc accidere potuiſſe, vt venditor triticum non traderet? ſibi igitur aliunde interim parare debuerat: nec cauto patrifamilias conuenit dicere, non putaram. Reſponſionem hanc Fulgoſij ipſe non ap-
17 probo: † quandoquidem vulgò dicitur exempla regulam non arctare. cùm enim Iuriſconſultus ſemel dixerit, vtilitatem quæ extra rem conſiſtit, non æſtimari, ſequentia exempla reſtringere dictum non debent. nam & quòd ratio ceſſantis lucri habeatur, nequaquam im- E
18 pertinens eſt, & tamen negat lex æſtimari. † Igitur alio modo cenſendum arbitror, & illud affirmandum, hoc in tractatu ex contractu emptionis & venditionis, ad cæteras promiſsiones argumentis non inferri: hoc enim in contractu etiam verſus negotiatorem lucri ceſſantis ratio non habetur[g], cùm tamen in reliquis caſibus habeatur[h]. Itaque puto generaliter concludendum, non ſolùm eius, quod intra rem, F ſed etiam ſimul eius quod extra rem noſtra intereſt, rationem habendam: aliud tamen eſſe ſpecialiter inductum in emptionis & venditionis contractu. nam cùm emptor & venditor ſimili iure cenſeantur, &, quod paſsim aiunt, ſint correlatiua, nõ debuit alter plus altero grauari[i]. cùm igitur id ſtatutum eſſet, vt emptor, ſi pecuniam non traderet, in vſuris ſolùm legitimis condemnaretur, æquum fuit vt venditoris quoque

a l. fin. C. de commodat.
b l. nummis.
c l. oleo C. de vſur.
d l. rogaſti. §. ſi ... ff. ſi certum pet.
e l. j. de act. em.
f l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.
g l. fin. ff. de pericul. & comm.
h d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod certo loco.
i l. ij. C. de cupreſ. lib. xij. d. l. fin.

mora nihilo durius puniretur. vnde ſi rem venditam non tradit, ſolùm in eo quod intrinſecus intereſt damnatur: id enim quod extra rem verſatur, legitimum vſurarum modum excedit[k].
† Tertium Bartoli axioma eſt huiuſmodi. Cùm 19
quis non negligentia, ſed ex malefacto reus eſt, puta quia tradidit rem non ſuam, ſi ſcienter, quicquid etiam quantumcunque extrinſecus intereſt[l]: ſi ignorans, vſque in duplum tenetur. A ſi verò ignorans vitioſam rem tradiderit, tenetur quanti minoris[m]: præterquàm is, qui vas vitioſum præſtitit[n]. probatur hæc ſententia ex Pauli Africanique reſponſis, alijsque item legibus. Verùm ſuprà admonui, ea reſponſa malè fuiſſe à cæteris intellecta: quoniam ex eorum verbis oſtendi, etiam in ſciente rem alienam, illud procedere vt ad duplum ſolùm conueniatur: nam & non comprændi eum caſum ſub hoc axiomate exiſtimaui: non enim qui rem alienam B vendit, verum eſt male facere[o]: imò rei alienæ venditio valet, & ſatisfacit emptori is qui de euictione ſe obligat. † Igitur in diuerſam ſenten- 20
tiam eo, atque opinor, quoties ob rem alienam traditam agatur, ſiue imprudens venditor, ſiue ſciens fuerit, quatenus emptoris intereſt omnimodo condemnandum, ita ne duplum egrediamur[p]. quòd ſi ob id agimus, quia malefactum, veluti cùm venditor ſciens tignum vitioſum, vel ouem morboſam tradit, inde quicquid de- C trimenti emptor conſequitur[q], puta lapſa domo, vel corrupto grege, omne reſarciendum eſt. quod in ignorante venditore non ita eſt: ſolùm enim agitur quanti minoris. † Verùm 21
dubitauerit aliquis: cur cùm venditor rem alienam ignorans tradit, non tenetur quanti minoris actione[r]? Reſpondeo: ſi emptor ſciuiſſet alienam, veriſimile eſt nullo pretio ab eo empturum: at quando res non aliena eſt, ſed vitioſa, viliori pretio ſaltem vendibilis eſt: expedit ita- D que tunc quanti minoris agere: quod maximè probo, cùm vitium rei affixum eſt. † Dixerit 22
aliquis: cum venditor ſciens rem vitioſam tradit, Iulianus ait quantiquanti emptoris intereſt damnari: nónne id præſenti conſtitutioni aduerſatur, qua traditum eſt, in contractu emptionis & venditionis duplum non excedi?
† Bartolus[s] reſpondet, omne illud quantiquan- 23
ti emptoris intereſt, ſimplam quantitatem eſſe, quatenus communiter intereſt. Id ego non E probo: quoniam ſuprà demonſtraui hanc conſtitutionem ita intelligendam, vt condemnatio in id quod intereſt, non fiat vltra duplum vel pretij conuenti, vel vbi nihil conuentum ſit, pretij ſingularis[t]: at in caſu Iuliani exceditur: tignus enim tibi fortaſſe venditus eſt decem, & domus diruta ducentis valet: igitur ex hac conſtitutione duplicanda fuerant ſola decem. † ita- 24
que Fulgoſius[u], Aut, inquit, id quod intereſt, in locum rei principaliter in obligationem dedu- F ctæ ſuccedit, & nunquam excedit duplum eius pro quo ſubrogatur: aut principaliter ex ſeipſo perpenditur, & excedit, vt in caſu ſupraſcripto Iuliani: cùm enim agitur ex maleficio, ſimplum certum non eſt: vnde tunc ſecundam conſtitutionis partem attendimus. Sed aduerſus Fulgoſium deduci videtur, quòd conſtitutio duplum ex pretij conuenti quantitate deflectit: quod cùm in Iuliani quæſtione certum ſit, non poſſumus dicere incertorum caſuum regulas obſeruari;

k l. oleo. C. de vſuris.
l d. l. Titius.
m l. Iulianus. ff. de actio. emp.
n l. tenetur. §. qui vas.
o d. l. ſi rem alienam.
p d. l. Titius.
q d. l. Iulianus.
r In. l. Titius.
s Bart. in iij. op.
t d. l. Titius.
u d. l. Iulianus.



obſeruari. quid cenſebimus? Accurſij ſententiam licet Bartolus confirmauerit, nequaquã ſuprà admiſi: quoniam nimis conſtitutio coarctaretur, ſi eam diſponere tantùm dicamus circa duplum pretij ſingularis: nam & in Iuliani caſu prædicto, quod communiter intereſt, tantùm eſſe non crediderim: quoniam, vt etiam Albericus notauit, id accidere poteſt, vt domus cui tignum vitioſum intuli, ex ſingulari aliqua ratione mihi charior eſſet: nec tamen ex lege noſtra A conſiderabitur domus, vti ſingulariter mea interfuit non dirutam, vſque ad duplum, ſed tigni æſtimatio duplabitur[a]. Cynus: Difficilis hæc,
25 inquit, eſt oppoſitio & cornuta. † Martinus & Bulgarus, noſtram conſtitutionem editam eſſe, vt ſolùm quod intra rem intereſſet coarctaretur, exiſtimarunt: Iulianum verò loqui cùm extra rem intereſt: quod ſummè diſplicet: lex enim hæc noſtra generaliter introducta eſt, vt o-
26 mnes veterum difficultates tollerentur. † quam- B obrem Iacobi Rauen. Petrique ſententiam probo, quam Nicolaus Mat. Albericusque Roſates ſequuntur: nec aliter crediſſe videtur Fulgoſius, vt communem hanc putem. ab his traditum eſt, in venditione tigni duplicem obligationem verſari, rem tradi, & vitioſam non tradi: venditor itaque tradere tenetur, & quòd bona fide tradat. Cùm ex eo capite agitur, quia tignum non ſit traditum, obligatio eſt certa, & duplum æſtimatio moræ non egreditur. Cùm C ex alio agitur, quia in dolo malo es, & vitioſum tradidiſti, ratione doli obligatio eſt incerta: hoc enim, vitioſe tignum non tradere, certam æſtimationem natura vel quantitate rei non habet, & ideo condemnatio ſit quantiquanti intereſt. Idem iuris eſt in pecude morboſa. nec aliter Martinum, Bulgarumque ſenſiſſe opinor, licet
27 mutilè & nimis laconicè ſcripſerint. † Cæterùm, etiam dum Bartolus, quando quis rem vitioſam ignorans vendit, actione quanti mino- D ris conueniri affirmat, non ſatis penes me hoc conſtat: cùm alibi legatur[b], ſi tibi agrum locem, in quo mala herba naſcitur, & propterea pecuaſcere non poſsis, te ad penſionem non teneri, non ſolùm quanti minoris non agitur, ſed nihil penitus petitur: niſi dixeris ex eo vitio fundum penitus inutilem reddi, quod non ſatis probo: magis etenim illud arriſerit, ſi intelligamus idcirco omnem penſionem à colono retineri, quia ex morte pecorum tantum detri- E menti fuerat paſſus: alioquin ſi malam herbam reſecauerit, euulſeritque, nihil obeſſe videtur, quo minus ſolum quanti minoris con-
28 ueniar. † Quòd autem proſequitur Bartolus, in vaſe vitioſo vendito idem iuris eſſe, ſiue ſciuerit, ſeu ignorauerit: & venditorem non quanti minoris, ſed in omne prorſus quod interſit conueniri, videtur carere ratione: cur enim id in vaſe ſpecialiter inductum eſt? meritò itaque Accurſij ſententiam Fulgoſius probat: is nihil F in vaſe ſpecialiter fieri ſcripſit, ſed ſolùm obſeruari, vt ſi res quarum vitium probabiliter ignorari poſsit, venundentur, venditor ignorans quanti minoris iudiciò ſolùm teneatur: quòd ſi non facile fuit vt ignoraret, in omne quod interſit condemnari[c]. Verùm nec hoc ipſe probauerim, cùm facilitas hæc dignoſcendi vitium, vel id minus, ſit facti: quæ augere eius quod intereſt condemnationem non debet; niſi quate-

a d. l. Titius.
b l. ſed addes. §. j. locati.
c l. tenetur. §. ſed ſi vas. ff. de actio. empt.

nus probatur[d]. Sed & quid ſi pecus ſit morboſum, vel tigillus carioſus, vt facilè dignoſci poſſit: ſi tamen venditor ignoret, nónne conueniri quanti minoris lex ait[e], quæ generaliter hoc ſanxit? nam & contrarium potius diſtinguendum fuerat, cùm in rei vitioſæ venditione minus emptori ſuccurratur, cùm vitium facilè poteſt agnoſci, quàm ſi non ſine induſtria deprændatur[f]. quapropter Vlpianus: Si intelligatur, in- A quit, vitium morbuſue mancipij, vt plerunque ſignis quibuſdam demonſtrari ſolent vitia, poteſt dici edictum ceſſare. & ratio in promptu eſt: ſibi enim ſuam negligentiam emptor imputet, qui vitium minimè latens ſtatim non deprænderit. Igitur à maiorum traditionibus diſcedo, † interimque hoc magis probo, vt diſtingua- 29
mus, an res vendita ſeu locata, ob vitium penitus ſit inutilis: & hoc caſu venditor, tametſi ignarus, in omne quod intereſt damnabitur. nam B vas ſi vitioſum ſit, puta quia vinum effluat, nullius commodi eſt: vaſorum enim ea eſt natura, vt idcirco emantur, conducantúrue, quia vino impleri poſsint: hoc igitur venditor tenetur ſcire, alioquin eſt in culpa. † aut res vendita ex hu- 30
iuſmodi vitio non eſt penitus inutilis, ſed ſolùm depretiatur, & tunc quanti minoris experiundum eſt: nam pecus infirmum penitus nullius commodi non eſt, ſicut nec tignus vitioſus: ſi enim onera grauia nequibit ferre, ſuſtinebit ſaltem leuia. Et diſtinctio hæc probatur ex natu- C ra actionis: † nam quanti minoris actio rem ni- 31
hil penitus valere non arguit, ſed minoris valere. Vnde cùm res ratione eius operæ ob quam emitur, ſit omnino inutilis, non ea actio competit, ſed per actionem ex contractu quantum eſt quòd emptoris interſit, reſarcitur: quoniam dominus ſcire debuit rem ſuam, an ſatis idonea eſſet operæ, cui principaliter conueniret. Accurſius hoc in articulo plurifariam anceps D fertur, cuius diſſenſiones referre operæpretium non arbitror: quandoquidem & noſtra ſententia eo confirmatur, quòd lex[g] in vaſe non integro, & quod defluat, ſemper loquitur, quod oſtendit ex eo vitio reddi nullius commoditatis. † Quartum Bartoli axioma in hanc for- 32
mam eſt: In contractibus qui vtriuſque contrahentis gratia fiunt, qualis eſt venditio, ſi ſeruus vendatur, emptor non aget contra venditorem, niſi ſcientem, & qui tacuerit[h]: quod in rebus E inanimatis eſt ſecùs. Vidẽda primò eſt ratio differentiæ: & priore caſu idcirco ſuccurri vẽditori crediderim, quia facilè potuit à ſeruo decipi[i]: vitia enim in homine facillimè latent. † & pro- 33
pterea repræhenſionis & maledicẽtiæ deum Momum traditur ex fabula, tribus in rebus Iouem arguiſſe: quòd capris cornua inutiliter feciſſet, vtpote reflexa, nec quibus ſe tueri poſſent. quòd tauris eadem non in armis poſuiſſet: ſic enim futurum vt valentius impeterent. quòd F homini in pectore feneſtras non aperuiſſet, vt inde eius mens cognoſceretur, ne deciperet: plerunque enim accidere, vt quos exterius pulcherrimos cenſeas, animo ſint fœdiſsimo. Sed ad rem. † Si Bartoli verba ſimpliciter acci- 34
peremus, apertè reprændi poſſet: quoniam ex traditione ſerui, vt obliger in eo quod extrinſecus intereſt, ſufficiat, etiam ſi ignorauerim: quia ob malam electionem ſum reus culpæ[k]: quòd procedit generaliter; cùm ſeruum à me

L. 1. Cũ de eo.
d l. quatenus. de reg. iur.
e d. l. Iulianus.
f l. j. ff. de ædil. edict.
g d. l. Iulianus.
h d. l. ſed addes. §. j.
i l. cũ plures. §. ſi ſeruum. ff. locati.
k d. §. ſi ſeruum.

conduxiſti vel emiſti. Itaque Bartolum intel-
lexiſſe crediderim, cùm ſimpliciter mecum e-
giſti vt locarem Stichum: nam ſi is tibi furtum
fecerit, nil teneor, niſi ſciuerim eum eſſe fu-
rem. Sed & dum idem diſtinguit, an probabi-
liter ignorari vitium à me potuerit, ſuprà con-
35 futaui. † Quintum axioma ſic explicatur: In
contractibus qui alterius contrahentium cauſa
ſolùm fiunt, puta dantis, vt depoſitum, is qui
dat, tenetur in omne, qualitercunque interſit, A
ſciat ſeu ignoret[a]. at ſi cauſa recipientis fiant,
ſciens tantùm tenetur, ignorans verò ſeruum
pro noxa dando liberatur[b]. Caſus hi clariſ-
ſimi ſunt, quia ita expreſſe à Iureconſultis pro-
ditum eſt, qui diſtinctionis quoque rationes af-
ferunt: nodus ergo in ſcirpo quærendus non
eſt. ſolùm aliquid dubitationis eſt in mandato,
cùm alibi lex[c] generaliter dicat, Si ſeruus,
quem vt emeres mandaui, damnum tibi intu-
lit, me teneri: alibi verò diſtinguat, vt liberer B
eum pro noxa dando. ſed quia id rectè Accur-
ſius & cæteri extricant, vlterius non exiſtimo
36 agendum. † Cæterùm quoniam in pleriſque
ſuperiùs à Bartolo ſucceſſimus, ex noſtra ſen-
tentia breuiter ſic fuerit dicendum: In con-
tractibus non reciprocis, promiſſor pecuniæ
poſt moram, & quod intrinſecùs, & quod ex-
trinſecus intereſt, repræſentare debet[d]. cùm
generaliter verò quærimus, in omnibus con-
tractibus acceſſionem rei quaquà tendat comi- C
tem conſiderari[e]. in contractu autem vendi-
tionis, quod extrinſecùs intereſt, quia non fa-
ctum quod fieri debuerat, non rependitur[f]:
in cæteris contractibus rependitur. quòd ſi
venditor eſt reus, quia malè fecit, ſi ſciens,
omnimodo condemnatur[g]: ſi ignorans, aut
res vendita emptorem nihil propter vitium iu-
uat, idem iuris eſt[h]: aut aliquid iuuat, & a-
gitur quanti minoris. quòd ſi venditor iniuſtè
tradidit, quia rem alienam, in id quod extrin- D
ſecùs intereſt emptoris, condemnatur[i], dum
tamen duplum non egrediamur. In alijs di-
ſtinguo, vt ex Africani reſponſo conſtat, titu-
lo de furtis[k].

a l. in rebus. §. i. in qui ... ens. ff. com. l. pen. ... l. ſi ſeruus. §. quòd verò. ff. de furt.

c l. inter cauſas. §. ſi ſeruus. ff. mand.

d d. l. nummis.

e d. l. venditor.

f d. §. cũ per vẽditorem.

g d. l. Iulianus.

h d. l. ſed addes. §. ſi vas.

i d. l. Titius.

k d. l. ſi ſeruus.

## CAPVT X.

1 *Conſtitutio de eo quod intereſt, in maleficijs ſeu delictis locum habet, ſecundum communem Doctorum ſententiam.*

2 *Alciatus eam in delictis non habere locum cenſet, ſed tantum in contractibus.*

SVpereſt, vt quartam quæſtionem explice-
1 mus, † num videlicet hæc conſtitutio in ma-
leficijs, ſeu delictis, locum ſibi vendicet. Ac-
curſius, Bartolus, & cæteri communiter vendi-
care ſibi locum affirmant. Sed in hanc ſenten-
tiam illud torquetur, quod ex communi inter-
pretatione in[l] reſponſo Iuliani ſuperiùs retu- F
li: ſi enim vt te decipiam, tignum tibi vitio-
ſum vendidero, & domus corruerit, omne tibi
detrimentum reſarcire compellor: quod non
ſolùm duplùm, ſed decies decuplum poteſt ex-
cedere. Illud item adducitur: finge ſub pœna
ducentorum aureorum promiſiſſe me tibi li-
brum commodaturum: Titius furatus eſt li-
brum, quapropter coactus ſum ducenta ſol-
uere, cùm liber decem non excederet, num
Titius reſarcire, mihi hanc pœnam debet? cer-
tè conſtat debere[m]. Ecce igitur quemadmo-
dum excedatur duplum rei. Finge te vi, aut
clàm aliquid mihi damni intuliſſe, ita debes
damnari, vt eodem ſtatu conſtituar quo forem,
ſi nec vi, nec clàm aliquid feciſſes[n]: poterit
certè id duplum æſtimationis damni egredi: &
ita cenſuit Petrus, nec noſtra hæc conſtitutio
aduerſatur: quia & ex verbis ipſius, & ex exem-
plis apparet in contractibus ſolùm procedere:
quod & inter Baldi reſponſa Signorellus Ho-
modeus retulit[o]: is, Si, inquit, in fluuio com-
muni molendinum ædificem, quod tu prohi-
beas, quia tua interſit ne id faciam, veluti quòd
tuum non ita frequentabitur, nihilominus in-
iuſtè te id facere: quoniam ratio ceſſantis lucri
in contractibus habetur ex præſenti conſtitu-
tione: non idem in cæteris factis: † igitur con- 2
ſtat conſtitutionem in contractibus ſolis loqui.
Poſſet tamen dici, delicta ratione doli mali in-
certa eſſe, & idcirco ſecundum conſtitutionis
caſum attendi, vt quicquid ſit quod intereſt re-
fundatur: & hoc probo, nec aliter Iacobus, Pau-
lus, Petrus, Cyn. Alber. Roſ. Mart. Bulg. ſenſe-
runt, & communiter ferè tenetur, ſi ita decla-
rauerimus.

l d. l. Iulianus.

m l. inficiando. § fin. de furt.

n l. ſemper. § in hoc interdicto. ff. quod vi aut clàm.

o Conſil. ... primo.

## CAPVT XI.

1 *Pœnæ legales quadruplum non excedunt.*

2 *Quid in conuentionalibus pœnis obtineat ſecundum Accurſium.*

3 *Bartoli ea in re diſtinctio.*

4 *Quæ ſit Alciati ſententia in pœnis conuentis.*

5 *Intellectus ad §. idem Papin. l. Iulianus. de actio. empt.*

PRoſequitur in conſtitutione: Cùm ſcimus
eſſe naturæ congruum, &c. Ex qua parte
legis Cynus, Bartolus atque alij annotauerunt,
pœnas in iure coarctari, nec in infinitum poſſe
nos progredi: † & pœnas legales quadruplum 1
non excedere ſatis conſtat[p]. † Sed dubium eſt, 2
quid in conuentionalibus? Et diſtinguit Accur-
ſius, an per multiplicatiua nomina, an per nu-
meralia ſtipulatio concipiatur: quod Gallici
Doctores reprobant, cùm verborum differentiæ
futiles ſint. Id tamen faciliter reijcitur, cùm has
differentias in iure fieri plerunque viderimus.
Exemplum vnum proponere interim ſat fuerit.
cui teſtator per uerba numeralia reliquit, puta,
E lego, Titio centum, poteſt in teſtamento eſſe te-
ſtis[q]. quòd ſi dixerit, relinquo tertiam partem
hæreditatis: licet hæc portio ſit minor centum,
tamen non poteſt eſſe teſtis. Vtcunque ſit, com-
muniter Doctores Accurſium ſupraſcripta ratio-
ne damnant, † Bartoluſque aliter diſtinguit[r]. 3
cùm certa eſt ſimpli quantitas, pœna vel qua-
druplum poteſt excedere: cùm incerta, non po-
teſt: quoniam veriſimile non eſt, voluiſſe con-
trahentem in tanta ſumma condemnari: vitan-
F daque hoc caſu erit infinitas: quæ ratio fragilis
eſt, cùm in genere potuerit promiſſor ſimplum,
quamuis incertum, æſtimare, & ſibi imputa-
re debeat qui voluit quadruplum egredi. Igi-
tur conſtitutionis verba de legali pœna acci-
pienda ſunt. Baldus & Ioannes ab Imola[s] exi-
ſtimauerunt, per ſimplicia nomina neque qua-
druplum poſſe excedi: quod & Alexander
quibuſdam rationibus confirmat, quibus Ia-
ſon reſpondet. † Ipſe crediderim conuentam 4
pœnam

p §. omnes. Inſti. de actio.

q §. legatarijs. Inſtit. de teſta.

r In l. ſtipulatio iſta. §. alteri.

s Bal. hic. Imol. & Alex. & Iaſ. in d. §. alteri.



pœnam aliquo modo egredi non poſſe, id quod
cum legitimis vſuris verè intereſt. quæ ſenten-
tia tribus rationibus adiuuatur. Prima: hæ pœ-
næ eius, quod intereſt loco, ſubrogantur[a], igitur
eius naturam imitentur, ne illud excedant. Se-
cunda: lex noſtra, quatenus taxationem eius
quod intereſt coercet, argumentatur à pœnis, i-
gitur vltra legis reſtrictionem pœnæ extendi
non poſſunt: aliter enim argumentum non va-
leret. Nec dicat quiſquam, conſtitutionem loqui
in pœnis legalibus: quia probabilius eſt ad con-
uentas reſpexiſſe, quæ loco eius q; intereſt ſub-
rogantur. Tertia ratio ex Papiniani reſponſo eli-
citur[b]: is fruſtrà dupli pœnam adijci promiſſio-
nibus autor eſt, quia ſic faciliter legitimus vſura-
rum modus excederetur. En ergo pœnam exce-
dere non poſſe id, quod vſurarum ratione habita
5 intereſt. † Nec illud reſponſum in eo intelligen-
dum eſt, qui fœnerare ſoleat: nec item in obliga-
tionibus tantùm dandi, ſed etiam in factis, ſi ſub-
ſit ſimilis ſuſpicio. Illud non negauerim, vbi ſu-
ſpicio fraudis nulla ſit, in Bartoli ſententiam me
accedere: at cùm ſimplum eſt incertum, tunc
dubio procul duplum excedi nequit: idque o-
mnes probant.

a l. fin. de præt. ſtip. ff.

b l. Iulia. §. idem Papi. ff. de act. empt.

## CAPVT XII.

1 *Veteres non ſolùm damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis rationem habuere.*

2 *Ratio lucri ceſſantis, quod veriſimiliter aliquis feciſſet, regulariter habetur, fallit vt num. 3.*

POſtremò lex ait: Et hoc non ſolùm in dam-
no, ſed etiam in lucro, &c. Notandum his
ex verbis eſt, † non ſolùm damni emergentis, ſed 1
etiam lucri ceſſantis rationem veteres habuiſſe:
quapropter & in eo ſtatuitur, vt duplum non
excedat pretij conuenti. Pro declaratione igitur
huius articuli ſtatuendum eſt, quemadmodum
generaliter lucri ceſſantis ratio habeatur. Vt
& aliorum ambages miſſas faciamus, † duobus 2
verbis id habe. Ratio lucri ceſſantis, quod veriſi-
militer aliquis feciſſet, regulariter habetur[c]: † id 3
non procedit, ſi lucrum illud cum alterius iniu-
ria acquireretur[d]. Idem iuris eſt in emptionis,
venditioniſque contractu[e], vt vtrinque
æqualitas ſeruetur, vt ſu-
prà declara-
ui.

c Vt hac l. cum ſimilib.

d l. ſi is cui. de furtis.

e d. §. ſi ſterilis.

# ANDR. ALCIATVS SACROSANCTO ANTISTITI PHILIPPO SAVLO ELECTO BRVGNATENSI S. P. D.

*QVI meus in te eſt amor, ſummaq; obſeruantia, humaniſſime Saule, cùm iam diu munuſculo aliquo tibi oſtendere decreuiſſem, nunquam tamen, niſi in præſentia, data eſt occaſio. nam cùm precibus quorundam adductus, treis vltimos Codicis Iuſtiniani libros emendare conatus fuiſſem, creuiſſentq; caſtigationes illæ in opuſculi formam: viſus ſum operæpretium facturus, ſi hoc qualecunque eſt libelli, tibi nominatim dedicauiſſem: tum quòd inde non minimam operi auctoritatem comparari videbam, tum etiam quòd non alij magis, quàm eloquétiſſimo Iuriſconſulto opus dandum erat, quod ex Iure ciuili, humanioribusq; literis conſtaret: quibus in ſtudijs ita tu profeciſti, vt cum ſumma laude poſſis in vtrique primas partes ſuſtinere. Accipe igitur ſub patrocinio tuo eius auctoris opuſculũ, quem iam diu tibi addictũ habes: vel ex eo maximè, quòd & tu meritò in huiuſce gloriæ partem debes admitti, qui non parùm multam opem nobis adtuleris, cùm neſcio cuius antiqui auctoris de palatinis officijs, ad Theodoſium Imperatorẽ, quod vnicũ extabat exemplar, mihi dono dediſti: quoniam illud ad hanc prouinciam obeundam neceſſarium eſſe cognoueras. Vix cuiquam credibile fuerit, quantum difficultatis nobis attulit eorum auctorum inopia, qui tempore, quo conſtitutiones hæ, quas emendandas ſuſcepimus, promulgatæ ſunt, fuere in pretio. Nam cùm in his non admodum caſtigatum ſit dicendi genus, dilabente Latini ſermonis elegantia, non Cicero, non Liuius, non ex antiquioribus aliquis fuit adeundus, ſed qui poſteriori inter Theodoſium & Iuſtinianum ætate floruerunt: quorum ſcripta rariſſima extant. quæ res, vti arbitror, vna deterruit alios: vt cùm plures ſint, qui in Pandectas annotationes ediderunt, nemo tamen auſus eſt eſt hoc oneris adſumere, quod nos non quidem alijs doctiores, ſed audaces fortaſſe magis, ſumus aggreſſi. Me adiuuit itaq; tuus iſte codex, nec minus legum interpres Græcus, alijq; quidam recentiores, cæterorum manibus haudquaquàm triti, vulgatiue: vt vel ob hoc non paruam gratiam aucupetur hic liber, quòd repertu rara, nec paſſim cognita contineat. hac enim noſtra tempeſtate, cùm probabili certè conſilio, ſe veteribus vnuſquiſq; familiarem præſtet, eoſq; auctores nocturna & diurna manu verſet, vſu videmus, vt rerum poſteriori tempore geſtarum cognitio penè ſit nulla. quotus enim ille eſt, eorum ſcripta, qui vitas Imperatorum poſt Tranquillum ſcripſere, qui perlegat, aut lectas intelligat? cùm tamen in hac parte non parua ſit vtilitas. Quod ad me attinet, & ſi hoc opus breui tempore à nobis abſolutum ſit (non enim plus dimidio menſe in eo elaborauimus) maximo tamen ſtudio cõtinuaq; cura ita vſi ſumus, vt quod propter tempus deeſſe potuit, ſit repenſum diligentia. auguror tamen, quin potius video, quantos in meum caput crabrones excitem: cùm exploratum mihi ſit, increbuiſſe eam inter recentiores Iuris ciuilis ſectatores opinionem, vt eiuſdem eſſe negent, & leges ſcire, & humanitatis ſtudia profiteri. Sed hos vel tu ipſe potes conuincere, qui vtranque ſcientiam adprimè calleas: vt Aretinum omittam, Græcè & Latinè diſertiſſimum, qui tamen etiam ipſorum iudicio, optimus fuit Iuriſconſultus: nam & vterque noſtrum Iaſonem audiuit etiam in Latinis literis longè præſtantem. ſed hoc natura pleriſque datum eſt, vt quod ipſi adſequi non poſſint, maledictis deprimant. Cæterùm, vt nemini hic non eſſet quod poſſet addiſcere, ſi obiter alicuius antiquioris autoris, ab alijs malè intellectum locum, data eſt occaſio declarandi, nec hoc grauati ſumus adſcribere, vt quoquo modo videlicet ſtudioſis proficerem. quod & ipſum ſi quibuſdam fortaſſe non probabitur, mancipiolum certè tuũ tui erit officij defendere, & iuuare ſuffragio. Vale. Bononiæ, Nonis Iannar.*

*M. V. XIII.*

AND.



# AND. ALCIATI IVRISCONSVLTI MEDIOLANEN. IN TRES POSTERIORES CODICIS LIBROS X. XI. ET XII. ANNOTATIONES.

## DE IVRE FISCI LIB. X.

### SVMMÆ.

1 *Metœci acceptio.3.*
2 *Metœcia variè accipi.*
4 *Optionis ſignificatus.*

IN LEGE IIII. *Certa*, ait Imperator, *forma ſuper metroicis data eſt.* Crediderim veram lectionem eſſe, *Metœcis:*
Matœci. ſic enim à Græcis dicitur
1 † qui ſedes mutat, & de loco ad alium tranſit. Latinè A
transmigrator dici poteſt,
ſeu incola: quẽ etiam πάροικον Pomponius appel-
a Locus in Digeſtis. lat[a], de verb.ſign.l.pupillus.quamuis ibi Græca
dictio impreſſorum vitio deſideretur. Sanè metœcion etiam locus Athenis fuit, in quo erat car-
2 cer. Metœcia † quoque ibidem dies feſtus. item
Metœcia. ſacrificia de receptis in ciuitatem colonis, ſic appellari auctor eſt Plutarchus in Theſeo. Suidas
3 † metœcos dici eos tradit, qui extra patriam ha-
bitant: & tributum quod ab his perſoluitur, me- B
tœcion: viri enim ſoluebant drachmas xij. fœminæ, vj. ſed ſi qua filium peperiſſet, erat immunis.
Menander horum meminit, & Ariſtophanes:

τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω.

*Paleam metœcos dico eſſe ciuium.*

4 IN l. *Super.* Scribit † Accurſius, optiones eos nuncupari, qui publica exigebãt. eum ego haud rectè percepiſſe hanc dictionem exiſtimo: cùm
Optio. Plautus in Aſinaria, Varro, Nonius, Vegetius, optionem in eum ſenſum capiant, vt miles ſit, qui
ægros antecedat, tanquam eorum vicem, ſi vſus C
Accenſus. venerit, gerere ſit paratus. Priſcis accenſus dicebatur. hoc in ſignificatu capitur apud Calliſtratum in l.vlt.de iure immun. quamobrem etiam q in palatina militia idipſum agat, quod in exercitu optiones, iure arbitror dici optionem.

### VT NEMINI LICEAT IN *empt. Spec. &c.*

### SVMMÆ.

2 *Sitocomi officium, & acceptiones.*

Sitocomia. IN RVBR. *De munere ſiconiæ.* Legendum, *Sitocomiæ.* Eſt autem magiſtratus nomen, qui frumenta, & annonam curabat. Arcadius Iuriſconſultus in l.munerum.de muner. & honor.perſonale, inquit, munus eſt cura emendi frumẽti & olei. nam harum ſpecierum curatores, quos σιτωνίμας ἢ ἐλαιωνέρας Græci vocant, creari moris eſt. Vlpian. quoque de vacatione muner. l. ij. ſextumdecimum,
inquit, annum agentẽ ad munus Sitocomiæ † vo-
1 cari nõ oportet. Habetur etiam huius vocis men- E
tio in l.vlt. de adminiſtr.rer.ad ciuit.pert. verùm & illic & apud Vlpian. Accurſius hallucinatur. apud Arcadium Græcum nomen deeſt, quod in
Reſtitutæ in ff. dictiones. Pandectis dicitur σιτώνας καὶ ἐλαιῶνας. Sicut etiam apud Hermogenianum in l.j.in princ. de muner.
vbi σιτοκομίαν ait, id eſt, annonæ ac ſimilium cura, munus perſonale eſt. nomen ipſum deducitur ἀπὸ τοῦ σίτου, id eſt, à frumento, καὶ κομεῖν, quod eſt cu-
rare: nec aliquem moueat, quòd Arcadius † eo 2
nomine appellari tradat eos, qui etiam oleum emi curant: nam ea quibus veſcimur, omnia poſ-
ſunt σῖτα, hoc eſt, cibaria † dici. Homer. Ἰλιάδ. ι. 3

Πάτροκλος μὲν σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ.

*Diuiſit capiens Patroclus edulia menſæ.*

Idem Ἰλιάδ. τ.

σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

*Et Bacchus vires, & robur edulia præbent.*

Ex his patet error Accurſij, qui mentionem omnino nullam de Sitocomis, huius in legis contextu haberi tradit. & idcircò ſuſpicatur aliquã legẽ Græcam ſub hoc titulo ab Imperatore fuiſſe appoſitam, quæ amplius non extet: cùm in primis verbis ſcriptum ſit, *Quoties vrgẽte neceſſitate comparationes frumenti & hordei, &c.* quid enim aliud hîc deſignatur, quàm Sitocomia?

### DE DECVRIONIBVS.

### SVMMÆ.

1 *Lex Circenſium. ſenſus & electiones.*
2 *Circitorum officium.*
3 *Circuitorum varia acceptio.*
5 *L. Quidam. ſenſus.*
6 *L. Generaliter. de dec. ff. explicari.*
7 *Auguſtales variè accipi.*
8 *Hipomnematographi officium.*

LEX, *Circenſium magiſtratus.* Exiſtimat Accur- Circenſium magiſtratus.
ſius, Circenſes populi nomen eſſe: quod nuſquã legit, niſi fortè Cirenẽſium loco id nominis ſubditum fuiſſe, librariorum culpa aliquis opinetur. Quibus lectionẽ variare non placet, his operæpretium facturus videor declarare, † quinam 1
hic ſit magiſtratus: poſſe enim hîc intelligi arbitror eos, q Circenſibus ludis præerant, quos qui-
dam Plauti autoritate in Pœnulo adducti, deſi- Deſignatores.
gnatores appellant. Sed eorum opinio haud ſatis probabilis eſt, cùm ludis funebribus potuit
D ea fabula eſſe acta, ſicut Terentij Adelphi. nam & Horatij interpres, & Donatus ſcribunt, ludis tantùm illis deſignatores præfuiſſe. quam in ſententiam iturum Annæum Senecam exiſtimauerim, qui de beneficiis lib. vj. eos libitinariis adiungit. Vlpian. de his, qui not.infa. l.athletas. magiſtratum eſſe oſtendit, cùm tanquam maximum beneficium huiuſmodi adminiſtrationem à principe dari ſolitam teſtatur. qui autem ſint ludi Circenſes, ſat puto eſſe perſpectum ex Tranquil. Ser-
uio, & cæteris. Poſſumus etiam legere, *Circitorum:* Circitores.
vt intelligamus † eos, qui à triumuiris, aut à præ- 2
fecto vigilum conſtituti, vrbem noctu circumibant, ad extinguẽda incendia, & arcendos fures. vnde illud in Iuuenilibus: Quid mecum tibi circitor moleſtè? Ad me cur prohibes venire furem? Vegetius quoque lib. iij. Idoneos, inquit, & pro-

batiſſimos tribuni eligunt, q vigilias circumeant
3 † vt renuntient ſi emerſerit culpa: quos circuito-
Circuitor. res appellant: nunc militiæ factus eſt gradus, &
circitores vocantur. quid enim, ſi hos Imperator
Circenſes appellauit? Sanè circuitor, alio atq; a-
lio ſignificatu capitur apud Vlpian. in l. cuicun-
que. §. ſed & eos. in fin. de inſtit. actione. & Mode
ſtinum in l. ſi duos. de excuſ. tut. ſi modò fidelia
ſunt exemplaria. nam mihi ſubolet eam legem,
ſicut & alias pleraſq;, eo in titulo ex Græco trãſ- A
latas à quodam, qui non magis græcè, q̃ latinè ſci
Circulatores. uerit. Circulatores verò apud Paul. in l. vlt. de ex-
traord. crimin. hi dicuntur Rabulę, qui ſerpentes
4 † circunferunt, proponuntq;: quales ſunt noſtro
tempore, qui ſe diui Pauli gratiam (ita enim di-
cunt) habere profitentur: ſed id ab re eſt.

IN l. *Quidam ignauiæ.* Imper. Valens, *Quidam,* in-
Monozoni. quit, *Monazonio congregantur.* Suidas monozonos
eſſe tradit inter militares viros honoratos, & cin
gulo illuſtres. ſed hoc ad rem præſentẽ nõ facere B
5 exiſtimo: quoniam hîc † per monazonium intel
Monazonium. ligo in eremis locũ, in quo monachi congregan-
tur. μονάζω enim id ſignificat, quod ſolitariè viuo:
vnde & μοναζόντων patrio caſu hîc legi poſſet. Nam
Eutropius atque Oroſius tanto odio tradunt Va
lentem, qui eiuſce legis autor fuit, perſecutũ mo-
nachos, vt abſtracta ex eremis multa eorum mil-
lia, Barbaris trucidãda obiecerit, eo in prælio, q̃
aduerſus Gothos conflixit. etſi Bartolus, qui in-
ter Iuriſconſultorum interpretes longè primus C
eſt, eumq; ſecuti cæteri exiſtiment hac lege pro-
hibuiſſe Valentem conuenticula impiorũ: & eo-
rum præſertim, qui ad ſubterfugienda munera
ciuitates deſerebãt. Sed hi profectò nõ norunt,
quibus furiis ſit in monachos inuectus hic Impe
rator: nec ex hiſtoriarum ignorantia decepti hoc
tantũ in loco ſint recentiores, ſed & in pleriſque
aliis. duo interim propoſuiſſe nunc ſufficiat. Scri
6 bit Vlpianus in l. generaliter. de † decur. eos, qui
Iudaica ſuperſtitio. Iudaicam ſuperſtitionem colunt, admitti ad ho- D
nores poſſe: & diui Seueri atq; Antonini reſcri-
pto, neceſſitatẽ cæteris impoſitam, ne huiuſmo-
di ſuperſtitio læderetur. In huius legis interpre-
tatione, ita clauſis oculis aguntur noſtri Iuriſpe-
riti, vt quoniam alibi legerint, Iudæos ad hono-
res non admittendos, fateantur antiquiorem le-
gem corrigi: cùm tamen haud de Iudæis Vlp. lo-
quitur, ſed de Chriſtianis. nam veteres quiq; ſcri
ptores, qui nondum per orbem terrarum Chriſti
fide recepta floruerunt, eam ſuperſtitionem Iu- E
daicam appellant: quod ex Cor. Tacito lib. xviij.
Tranq. in Tyberio, Plinioq; dignoſcere vnicuiq;
eſt in promptu. Quòd autem de Antonini reſcri-
pto ſit mentio, cur ab Imperatoribus promulga-
tum ſit, oſtendit Tertul. in Apolog. aduerſus gen
tes. nam cùm exercitus Romanus contra Barba-
ros dimicaturus eſſet, & ad ſummam inopiam a-
quæ ita foret ventum, vt milites ſiti perirẽt: Chri
ſtianorum, q in bello erant, precibus à Deo opt.
max. impetratæ ſunt pluuiæ, quibus omnis ſitis F
leuata eſt. In huius rei gratiam à piiſſimis Impe-
Vlpianus Iuriſconſultus gentilis. ratoribus lata eſt lex, cuius meminit Vlpian. etſi
ipſe quoq; gentilis fuerit. Nam Alexandri Seueri
tempore fuit in pretio, cùm nondum hic cultus
publicè admiſſus fuiſſet, vt in Alexandri vita ſcri
bit Lampridius, qui huius viri cum maximo ho-
Senſus verior l. quinque pedũ. C. fin. regund. nore facit mentionem. Secundum fuerit decla-
rare, quónam intelligenda ſit modo lex quinque
pedum. C. finium regund. qua quidem in conſti-
tutione ita laborarunt plerique Iuriſconſulti, vt

referat Accurſius, neſcio quẽ Petrum, qui omnes
ſe leges intelligere gloriatus fuerat, de hac inter-
rogatum obmutuiſſe. Senſus itaque huic textui
talis videtur aſſignandus. Scribit Iulius Nypſus
in menſuris agrorum ad Celſum, legem xij. Ta-
bularum apud Romanos fuiſſe, qua cauebatur
inter confines vicinorum agros quinque pedum
ſpatium relinquendum eſſe, vbi aratrum circun-
uerti, & iter fieri poſſet, intra quod ſpatium nul-
lus eſſet vſucapioni locus. quod & Cicero libro
de Legibus primo oſtendit. Hanc igitur præſcri-
ptionem antiquatam hac conſtitutione credide-
rim, eodem Nypſo authore: etſi in hoc non tam
diſputo, quàm locum indico vnde veritas exqui
ri poſſit: cùm enim per otium potero, diffuſius
rem omnem ſum explicaturus. Sunt & complũ-
ra alia, quæ longiorẽ egẽt interpretatione: veluti
quid ſit nexus in l. vnic. C. de vſuc. transfor. quid
itẽ ibi res mãcipi: & nec mancipi: & quid ſit teſta-
mentum per æs & libram: nam qui Boëthium in
Topicis non viderit, haudquaquam intelliget.
quin & frequentiſſima illa dubitatio: an de iure
Filiisfam. bona materna quæri de iure veteri. Digeſtorum materna bona filiisfamiliâs quære-
rentur, ex Iulij Capitolini verbis in Marci Anto-
nini vita, qui à diuis fratribus id lege declaratum
tradit, luce clarius poteſt perſpici: cuius reſcri-
pti & Iuriſconſultus Caius meminit in l. ſacra-
tiſsimi. ad Tertullianum. vt proculdubio com-
munis recentiorum ſententia hac in quæſtione
Lex Falcidia. ſit explodenda. Accedit his, quod à lege Falci-
dia dodrantem ab hæreditate ſemper deduci tra
dunt recentiores omnes: cùm tamen diuus Hie-
ronymus in Euſebij Chronicis, ita demum eue-
nire tradat, cùm non plus quatuor hæredibus e-
rant inſtituti, alioqui ſemis apud hæredes remã-
nebat. Nam & quæ ſit cretionum ſolennitas in l.
cretionum. Cod. de iure deliber. non intelliges,
niſi ex Cicerone coniectaueris: qui ad Atticum li
bro vndecimo: Literas (inquit) tuas accepi pri-
die Nonas Februarias, eoque ipſo die ex teſta-
mento creui hæreditatem. & rurſus: Galeonis
hæreditate creui. dico enim cretionẽ fuiſſe ſim-
plicem, quoniam ad me miſſa eſt. Licet Veneti
Librarij, ab Pomponij editione (cùm eam non
intellexiſſent) diſſidentes, aliter impreſſerint:
cùm & creui hæreditatem, acquirere ſignificet,
Feſto autore. Sed hæc alibi diffuſius.

IN l. *Quinque ſummates.* Imperatores Theod. &
Valentin. mentionem faciunt auguſtalium. qui
hoc nomine † appellentur, nõ reperies arbitror, 7
qui id in expedito habeat. Vegetius rei militaris
libro ij. ſic nuncupatos teſtatur eos, qui primos
ordines in bello ducebãt, quòd ab Auguſto ad
id munus eſſent adiuncti. Capitur etiam huiuſ-
modi dictio pro dignitate quadam, quę inter ma
giſtratus municipales erat. Horum mentio in
pleriſque antiquorum tumulis, qualis ille in an-
tiſtitis Brixiani palatio: Coll. Fabrum, & cent.
Sex Sextio, oneſigeni ornamentis decurionalib.
Brixiæ viuir Auguſtal. patrono collegiorum Fa-
brorum, & Centonariorum, & Dendrophorum.
Creabantur autem hi Auguſtales ab ordine de-
curionum, vt ex alio epigrammate didicimus,
quod in menſa marmorea Mediolani, in diui Na
zarij templo eſt: Fauſtus viuir Auguſtalis, qui in-
ter primos Auguſtales à Decurionibus Auguſta-
lis factus eſt. Viriæ Maximæ vxori chariſſ. & Vr-
ſo, Lupo, Leoni, libertis futuris. Erant etiam tan-
quã iudices decurionum, vt ex lege ſequenti cogni-
tu facillimum eſt. Non me latet Auguſtalem præ-
fectum



fectum in Ægypto fuiſſe, ab Auguſto conſtitu-
tum, cuius meminit Iuriſconſultus Vlpianus. l.
vnica. ff. de officio præfecti Auguſtalis. de quo &
hîc agi crediderim: nam & inde appellatam cre-
Auguſtanica. dere quis poſſit Auguſtanicam, quę pars prouin-
ciæ Ægypti eſt, vt ſcribit Ammianus Marcell.
qua tamẽ in re iudicium meum non interpono.

IN l. *Si quos ſpontaneos.* Hypomnematographi, quid
hæc vox ſignificat, ignorauit Accurſius: quamob
rem quædam de emponematibus nihil ad rem A
facientia inculcat. Sed, illis omiſſis ſciendũ eſt,
8 Hypomnematographos † eos appellari, qui com
Hypomnemata. mentaria ſcribunt. ὑπομνήματα enim commentarij
ſunt. Cicero filius Epiſtolarum libro xvj. Mul-
tum, inquit, mihi operę eripitur in ſcribendis hy
pomnematis. ſanè poſtquã Auguſtus Cæſar Æ-
gyptum in prouinciæ formam erexit, inter cæte
ros magiſtratus etiam Hypomnematographos
conſtituit, vt ſcribit Strabo. de his hac conſtitu-
tione agi exiſtimo. B

## DE MVNICIPIBVS.

### SVMMÆ.

1 *Bybli ſitus.* 2 *Beryti laus.*

IN l. j. mentio eſt nominis poſſeſſiui, *Biblius.* q̃d
vnde deductum ſit, quidam aure nec Bœota, nec
illepidi ignorant: cùm tamen Aniænus, qui Dio-
1 nyſium poetam tranſtulit, Byblum † non longè C
Biblus, Berytus. Libano in Phœnicia collocet, vicinamque dicat
Beryto, hoc carmine:

*Hic Tyrus eſt opulens, Berytus & optima Byblos:*
Dionyſius:
καὶ Τύρον, ὠγυγίην, Βηρυτὸν καὶ Βύβλον ...

2 Berytus † autem metropolitana vrbs eſt, ſatis a-
pud Iureconſ. celebrata: veluti in Pandectarum
prooemio, in l. vnica, de metropoli Beryto. in l.
ſciendum. de cenſibus. vbi Iuriſconſultus eam
coloniã appellat, Auguſti beneficiis gratioſam, D
Plinij locus. quibus verbis addicit Plin. libro v. capite xx. qui
non alia (vti arbitror) de cauſa felicem Iuliam ap
pellari tradit. extant apud Græcos de eius incen
dio varia epigrammata, minimè ad præſens o-
pus facientia.

IN l. ij. *Ex prouincia equitari.* Lege, *Aquitania:* quæ
Galliæ pars eſt, ſat nota ex Coſmographis Cæſa
re in Commentariis de bello Gallico, & Tibulli
carmine:

*Gentis Aquitanæ celeber, Meſſala triumphis.* E

## DE INCOLIS.

IN l. ij. *In ſplendidiſsima ciuitate Laudicinorum.* Vera
lectio eſt *Laodicceorum:* à Laodicea: quæ & ipſa no-
ta ex Plinio lib. v. cap. xxix.

## DE MVNERIBVS PA- *trimoniorum.*

### SVMMÆ.

1 *Proſtatis officium, & acceptio.*
2 *Proxenos variè dici.*
3 *Decapratõn à publ li...anis. diſtantium munus.*
4 *L. fin. de muneribus. ſenſus.*

LEX eſt cuius initium, *Nec proſtaſiæ.* Poſſumus
hîc legere *Proſtaſiæ.* nomen enim id à Græcis ma-
gis celebratur, pro cuiuſdam præfecturę genere.
1 προστάτην eim † præſidem, adiutorem in bello, de-

fenſorémve ſignificat. Proſtates, inquit Suidas, Proſtates.
ſacrificulus eſt, & altarium præſes: eſt etiam ma-
giſtratus nomen, qui præerat inquilinis Athenas
incolentibus. Proſtaſia quoq; auxiliarẽ turmam Proſtaſia.
ſignificat, & alia. vt apud Suidam ex Demoſthe-
ne & Didymo. Antiqua tamen lectio & ipſa im-
probanda non eſt, cùm ſignificatione non diffe-
rat à proſtaſia. Capitur autem hîc ſeu pro mune-
nere quod præſtabatur à principe decurionum,
A ſeu (quod magis puto) pro eius magiſtratus mu-
nere, qui ſacris præerat. apud Euſtaſium videtur
proſtaſiæ idem munus eſſe quod proxeniæ. ſunt 2
autem † proxeni hoſpitibus ſuſcipiendis præpo Proxeni.
ſiti: quod munus ſolebat à regibus iniungi, vt He
rodotus autor eſt. ſcribit Ælius Dionyſius proxe
nos ciuitatis hoſpites dici, ad quos diuertant le-
gati, & qui eos ad populi concionem deducant.
Quod autem ſequitur *Decaprotiæ.* Per decaprotos
† intellige eos, qui pecuniam exigebant, quam i- 3
B pſi fiſco demum numerabãt. q, ſi morte alicuius,
reipublicę fuiſſet illatum damnum, decaproti de
eo quod receperant, ipſi ſupplebant. munus non
abſimile vectigalium conductoribus, quod δεκα-
πρωτεία græcè vocatur. Arcadius I. C. in l. vlt. de mu
ner. & honor. Præterea † habent ciuitates præro 4
gatiuam, vt hi, qui in territorio earum poſſident,
certum quid frumenti, pro menſura agri per cer-
tos annos præbeant. quod genus collationis mu
nus poſſeſſionis eſt: munera verò miſta ſunt deca
C proti, vt Heren. Mod. & notando, & diſputando
bene, optima ratione decreuit. nam decaproti,
δεκαπρωτίας, ἢ ἀνδρῶν πρωτίας tributa exigentes, & cor-
porale miniſterium gerũt, & pro muneribus de-
functorum fiſcalia detrimẽta reſarciunt. Cenſet
igitur I. C. eorum munus qui decaprotis dant tri
buta, poſſeſſionis eſſe: decaprotorũ verò miſtum
Decemprimi ſint apud Cic. & Firmic. hos decemprimos Latina voce dixit Cic. in orat.
prò Roſc. Amer. Exiſtimò autem huiuſmodi offi
cium mancipibus proximum fuiſſe, quos Aſcon.
D Pedian. tradit publicanorum eſſe principes, qui
decimas à fiſco emebãt. in eo tamen differre, tũ
q, ex decurionũ principibus eligebantur, & idcir
cò nobiliores erant: tum etiam q, illi ex portoriis
vt plurimùm recipiebant vectigalia, at hi fundos
ciuitati vectigales habebãt, vnde pecunias colli-
gerent, ab eorũ videlicet, dominis. huius frequẽs
vocis quoq; mentio eſt apud Iul. Firm. lib. iij.

## DE EXCVSATIONE MVNERVM.

E

### SVMMÆ.

1 *Parthiariorum ſignificatus.*
2 *Pollinctorum officium & acceptio.*
3 *Paraucrodorum munus.*
4 *L. Maximarum. ſenſus 6.*

LEX, *Negotiantes parthiarij.* Corrigunt quidam,
*Pannarij:* eorũ videlicet more, q quoties aliquod
nõ intelligunt: inclamant corruptũ codicem, &
F culpam refundũt in librarios. Ipſe certè minoris
duxerim, ignorantiam meã fateri, q̃ alios noxa-
rios facere: quod tamen impræſentiarũ neceſſa-
rium nõ eſt, cũ † parthiarios hîc, interpoſita aſpi- 1
ratione, intelligere poſſumus, Parthicarũ pelliũ Parthiarij.
negotiatores: quarũ mentio apud Plin. & de qui-
bus ſenſiſſe Martianum iuris ciuilis autorẽ exiſti
mãt pleriq; in l. vlt. §. ſpecies. de public. alioquin
& hoc nómine dici poſſunt, qui ex celeberrimo
Carreum apud Iuriſconſ. quid ſignificet. Carrarum emporio (is in Parthis vicus eſt) nego-
tiabantur, nam & inde carreũ, dicitur liguſtrum
Paulo

Paulo Iuriſconſ. in l.non omne. de penu legata.
etſi ibi impreſſus codex corruptus circunferat.
IN l. *Maximarum*. ibi, *Conficiendi pollinis*. Cariſius
declinari iubet, pollis pollinis. Cæſar in Analo-
Pollen. gia, & Probus in Carol. pollen pollinis, mauult.
Eſt autem flos farinæ. vnde deducuntur pollin-
2 ctores: quoniam † in funeribus cœnas opiparas,
panesque ex polline compararent, pretio non
parcentes. Inde à Græcis τιμιασθέαι dicti, vt Iulius
Pollux autor eſt horum mentio in l. cuicunque. A
de inſtitoria actione. ſi libitinarius, quem Græcè
ταφέα appellant, ſeruum pollinctorem habuerit.
vbi in impreſſis codicibus & Græca vox deeſt, &
pro pollinctore, pollicitator legitur. Sunt q exi-
ſtiment pollinctorem, quādo libitinarij ſeruum
ſignificat, dici à pollincendo, hoc eſt, mortuos cu
rando, vt ait Nonius: Apud Catonem verò eum
ſignificare, qui pollinem facit: quod probo. ne-
que me latet, quanta ſit apud humanioris litera-
turæ profeſſores contentio in huius voculæ dif- B
ferentia, cum pollúctore: quam hîc referre nihil
attinet. Quòd autem ſequitur, *Parauerodorum*, in-
tellige eos, qui veredum (eſt autem curriculi ge-
3 nus) regunt, † veredarios dici. hinc parauered o-
Veredarij. rum munus, cùm vltra ordinariam curſus publi-
ci functionem hoc munere extraordinario aggra
Parauerédi. uantur ſubditi, vt parauerédi cauſa aliquid con-
ferant. qua ratione dicitur & parangaria: de qua
dictione infrà dicturus ſum.
Rheticus limes. IN eadem l. *Rheticus limes*. quid hîc velit Imper. C
Accurſius non percepit. quare ſciendum eſt, Rhe
tos populos propè Germaniam eſſe, per quos o-
pus erat tranſire Barbaros, atque Romani Impe-
rij hoſtes, qui in ſubdita Imperatori regna tende
4 rent. Iubet † igitur hac conſtitutione Auguſtus
Flo. Vopiſci locus. eos, quibus Rheticus limes curæ eſt, ne à Barba-
ris capiatur, à muneribus quæ ſuprà retuli, non
eſſe excuſatos: vt ſi vſus venerit, ipſe ad eos poſ-
ſit ire, habiturus qui munera ſubeant. Flo. Vopi-
ſcus in Aureliano, Fuluij Boij mentionem facit, D
qui dux fuerit Rhetici limitis. quin idem in Bo-
noſo: Tribunatus, inquit, egit, & dux limitis
Rhetici fuit. & ſi apud eum, vitio impreſſorum.
*Rhetici militis*. legatur: ſed caſtigatior lectio eſt,
*Limitis*.
IN eadem l. *Illicitæ expeditionis*. legendum *Illyri-*
*cæ*, ex antiquo codice. ſunt autē hi populi, quos
5 Sclaonas † vulgaris lingua appellat: de quibus
Plinius capite vigeſimo tertij libri, & Polybius
hiſtoriarum iij.
QVOD verò ſubſequitur, *Vtilitatis*. verior le-
6 ctio eſt, *Vilitas*. hoc ſenſu: Sordida † munera nulli
ſubeant, exceptis his, à quibus limes Rethicus
includitur, & curatur, vel exceptis his, à quibus
vtilitas expeditionis Illyricę adiuuatur, pro tem
pore & neceſſitate: id eſt, quotieſcunque in Illy-
ricos expeditionem ducere opus eſt. Erant enim
quidam, qui ad munera tenebantur, quoties Im-
perator pro ſua vtilitate agmen in Illyricos for-
taſſe rebellantes duceret. hoc infrà clarius patet
in l. j. tit. proximè ſequenti.

## QVI MORBO SE EXCVSANT.

### SVMMÆ.

1 *Chiragræ etymon.*

Articularis morbus. LEGE, *Cum auriculari*. vetus codex habet, *Arti-*
1 *culari*. ſic enim appellatur † chiragra, quòd articu-
los, id eſt, digitos lædat. quæ infirmitas quo mo
do leuetur, habes apud Cornelium Celſum quar
ti libri capite vltimo. paruus hic vtique error, ſed
vel ob hoc non omittendus, vt antiquæ ſcriptu-
ræ fides ſalua ſit.

## DE ATHLETIS.

### SVMMÆ.

1 *Agonum genera, 5. 6.*
3 *Pancratij forma.*
4 *Authentici de conſul. ſenſus.*

LEX vnica, & ſingularis eſt, quæ athletarum
certamina ſacra appellat. cur ſic nuncupetur, ab
Accurſio minimè perſpectum eſt: cùm id adepta
nominis ſint, q in deorum honorem fierēt. Qua-
tuor enim erant celebrati Græcis agones, † quo- 1 Agones ſacri quatuor.
rum præter Pindarum hymno v. Archias quoque
his meminit notiſſimo epigrammate:

τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς λητοΐδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόροιο,
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.
*Sacra per Argiuas certamina quatuor vrbes*
*Sunt: duo facta viris, & duo cœlitibus*
*Vt Iouis, & Phœbi, Melicertæq;, Archemoriq;,*
*Præmia ſunt pinus, poma, apium, atq; oleæ.*

Hoc autem in certamine quinque ludis vtebaa-
tur, quos Paulus Iureconſ. in l. ij. de aleæ luſu de-
ſcribit, & Simonides hoc diſticho:

ἴσθμια, καὶ πυθοῖ, διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα,
ἅλμα ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.
*Iſthmia Philonis, Diophon, & Pythia, vicit*
*Et curſu, & iaculo, ſaltibus, orbe, pale.*

Apud Pindari quoque interpretem:

ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωὴ,
καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη, μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.
*Cum diſci iactu, ſaltus pedis, impetus haſtæ*
*Atq; pale, & curſus, ſtudium fuit omnibus vnum.*

D Qui autem his omnibus ludis viciſſet, pancra-
ciaſtes † nuncupabatur. Pancratium enī hi quin- 2
que ludi vocabantur: ſicuti & Pentathlum, auto- Pancratium.
re Hermolao in Plinium. quę tamen ſententia ex
auctoribus probabilis non eſt: nam Lucianus p
diuerſa ludicri ſpecie † pancratium ponit, dum
palæſtram eſſe tradit ludum, qui in lutea aſpergi 3
ne fiebat: qui autē in puluere fit, recto ſtadio inui
cem ſe percutientium, pancratium eſſe. huius lu-
di meminit Syneſius in libro de Somniis, Thucy
E dides libro v. & Propertius,
*Dum patitur duro vulnera Pancratio.*
Nam hîc Propert. haud intelligere opinor, de v. Propertij locus.
ipſis ludorum generibus, ſed de eo tantū, cuius
ex Luciano meminimus. Sicut & Iuriſc. in l. qua
actione. §. ſi quis. ff. ad l. Aquil. Si qs, inquit, in col
luctatione, vel in pancratio, vel pugiles dū inter
ſe exercentur, alius alium occiderit, ſi in publico
eſt certamine, ceſſat Aquilia. Mentio huius etiā
apud Senec. habetur in declam. Plin. lib. 35. Gell. 4
F lib. 3. Imperator quoq; Iuſtin. in † auth. de conſu-
libus. Poſt illud, ait, quod dicitur totius diei, mul
ta delectatione complebit populum hoc, qđ vo-
catur Græcè παγκράτιον, & cum beſtiis pugnantes
homines. ſic enim ibi legendum eſt, non pancar-
pon, id eſt latinè ſylua conſpecta. hæc enī verba
ab aliquo literarū ignaro addita textui ipſe cre-
diderim. Quod aūt ſequitur in d. auth. Quem A-
dorna. exiſtimo eum locū ſic dictum, q in eo can
tantes cernerentur, παρὰ τὸ ᾄδω, id eſt, cano, καὶ ὁρῶ,
video. Quod ad ſuperiora attinet, dū Lucianus
pancratia-



ſtas ſcribit exercere ſe in puluere ſoli-
tos intelligendū eſt de eo puluere quo ſe inſper-
gebant: cuius mentio apud Statium in pugna Ti
dei, atq; Achillei: & apud Vergil. fulua luctantur
arena. Inde Iul. Poll. inter gymnica inſtrumenta
enumerat, κόνιος σπυρίν, hoc eſt, pulueris ſportulā.
5 Sanè athletę † quidam ſunt, qui q haſtis luderēt,
xiſtici dicebantur: ſicut & hiſtriones, thymelici
& ſaltatores nuncupati, vt in l. athletas. de his q
not. infam. & in l. Septitia. de pollicit. quamuis A
vtrobiq; corrupta ſit lectio. Adde q pro agonica,
id eſt, certaminis victore, ſeu athlotheta, id eſt, iu
dice, legitur agoneta: & p agone Heracleotico,
Heracleoticum certamen. erateticum: cùm ibi certamen ſignificet, quod in
Herculis honorem fiebat, & idcircò dictum He-
racleoticum. Hinc in Græcis ſcholiis, & Polluci,
τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας, σεμνότερον ἡρακλείους ἀγῶνας ἐκάλεσαν. me-
minit & Lamprid. in Alexan. Agoni præſedit, &
maximè Herculeo, in honorē magni Alexandri.
magis tamē placet lectio quæ de Pandectis Thu- B
ſcis accipitur, de qua aliquando plura. Athletarū
meminit etiam Vlp. in l. athletæ. de excuſ. tut. &
Arcad. de muner. l. vlt. his verbis: Maſtygophori
quoq; qui athletas in certaminibus comitantur,
9 perſonali muneri ſeruiunt. μαστιγοφόροι enī † erant,
qui cum flagellis in manibus athletas præibant.
ſic autem ibi legēdum eſt, ſeu athlotetas, hoc eſt,
certaminum iudices, quos etiam βραβευτὰς appel-
lant. Verùm hæc lectio accommodatior erit in d.
l. Septitia. vbi legitur agoneta. Quod autē ſuprà C
Canones ſacri correcti. diximus de thymelicis, emendandum etiam eſt
in ſacris canonibus. de conſecr. diſt. v. c. nō opor-
tet miniſtros. el j. vbi pro thymelicis, nuptiis ine
Lectio antiqua in auth. reſtituta. ptè legitur. & apud Imper. in prædicto auth. de
conſulib. vbi, in ſcœna, inquit ridiculorum eſt lo-
cus tragœdis, thymelicis, choris, & ſpectaculis
vniuerſis. Item paulò inferius: *Sinimus eos ſpargere,*
*quæ vocantur miſsilia, thymelicis, & caueis, & quadrangu-*
*lis*. Illud non prætereundum hoc auth. è Græco
translatum fuiſſe, & propterea complures barba D
ras in eo dictiones reperiri. Cæterùm latiſsimus
eſt de huiuſmodi ludis dicendi campus: verùm
ad præſentem rem hæc nimis fortaſſe multa.

## DE EXCVSATIONIBVS *artificum.*

### SVMMÆ.

1 *Lecticarios variè accipi.*
2 πίκτειν *variè ſumi.*
4 *Muſcariorum acceptio varia.*
5 *Albini, dealbatores.*
6 *Myrobrecharij acceptiones.*
7 *Diabathra varia ſonat.*
8 *Specularios variè accipi.*
9 *Matheſeos ſpecies.*
10 *Diuinantium genera, & pœnæ.*
11 *Auguſti reges, Cæſares ab iis electi.*

1 *Lecticarij*. Hi ſunt, qui lecticas, † in quibus per F
Lecticarij. vrbem magnates circunferebantur, fabricabant:
quarum meminit Iuuenalis Saty. j. alioquin hoc
etiam nomine dicuntur ſerui, qui eas ferebant.
Pomponius l. ſi ex toto. §. ſi ita legitimi. de leg. j.
Si ita (inquit) legatum ſit, Si lecticarios octo, aut
pro his in homines ſingulos certam pecuniam
vtrùm legatarius volet, &c. Petron. Arbiter eos
lectuarios appellat: Procurator (inquit ille) inſu-
læ à cœna excitatus, à duobus lectuariis in mediā
rixam profertur, niſi apud eum ſcriptorum vitio
lectio ſalua non eſt, lubrico inter hæc lapſu. Me-
minit lecticariorum etiam Ser. Sulpitius in qua-
dam ad Ciceronem epiſtola.
*Seu actuarij*. Crediderim veram lectionem eſſe,
*Arcarij*: id eſt, qui arcas faciunt: quorū mentio eſt
in l. vlt. ff. de iur. immun. niſi ibi malis legere *Ar-*
*cuarij*. Hoc autem in loco nec improbanda fuerit Lactarij.
lectio, *Lactarij*: vt intelligas eos q lac vendunt, &
qui edulia ex lacte conficiunt. Lamprid. in Helio
gabali vita: Dulciarios, inquit, & lactarios tales
habuit, vt quæcunq; coqui de diuerſis edulij ex-
hibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarij, illi modò
de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.
*Quadratarij, quos Græco vocabulo Poctas appellant*. Le-
gendum *pectas*, à πήγνυμι, quod eſt figo: vel quod Quadratarij.
magis eſt, ἀπὸ τοῦ πίκτειν, quod † ornare ſignificat Sui 2
dę: & ſi tondere quoq; pecora, Ariſtophani. Qua-
dratarij verò dicuntur marmorarij, † qui ea ad a- 3
muſsim quadrāt. Sidon. lib. iij. quod factum ſiue
ab induſtria, ſiue per iniuriam, nihil magis quàm
quadratario liuidus lector adſcribet. In ſacris q-
que libris, in quatuor Coronatorum vita ſic legi-
tur: Dum Diocletianus omnes metallicos con-
gregaret, inuenit Claudium Caſtorium, Sympho
rianum, & Nicoſtratum, mirificos in arte quadra
taria. Corrigendus & hac voce eſt Senecæ locus,
epiſtola octuageſima ſexta, vti aliquando ad-
monui.
*Muſcarij*. Potes † interpretari eos, qui muſcaria, 4
C hoc eſt, flabra quibus muſcæ abiguntur, vendūt. Muſcarij.
ſic enim à Martiale atq; Plinio appellantur. Poſ-
ſunt & dici, qui conopœa faciunt arcendis mu-
ſcis: ſicut Ægyptij propter culices. Erunt etiam
quibus magis arridebit, ſi intellexerimus hos
myropalas, qui muſcum vendunt. Eſt autem mu
ſcum apud diuum Hieronymum, quod Plinius
& Dioſcorides phagnon vocant, odoratum ſci-
licet vnguentum, diuerſum tamen ab eo quod
nos à moſco animali moſcatum dicimus. Alij ta- Moſcatum.
D men codices antiqui habēt, *Munerarij*: quod pro-
barem, niſi conuenientius eſſet, *Muſiuarij*, à muſi-
uo: cuius mentio in vita Peſennij Nigri, & Augu
ſtini de ciuitate Dei, vulgò Moſaicum dicitur. De
huiuſmodi opere ſenſiſſe Nilum Scholaſticum
exiſtimo, epigram. lib. iiij.

πάντες μὲν σάτυροι φιλοκέρτομοι, ἀπὲ δὲ καὶ σὺ,
τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τένδε γέλωτα χέεις;
θάμβος ἔχων γελόω, πῶς ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης
συμφορητὸς γενόμην ἐξαπίνης σάτυρος.
E *Sunt Satyri, ſalſiq;, petulciq;: aſt age cur te*
*Ad nos vertentem lumina, riſus habet?*
*Admiror qua arte ex aliis aliiſq; lapillis*
*Tam citò compoſitum tranſierim in Satyrum.*

*Albini, quos Græci Comatas vocant*. Lege, ſi placet, Albini.
quos Græci *Coniatas* vocant: vt per † albinos, al- 5
barióſve (nam & hoc plus conſonum eſt) intelli-
gamus eos, qui albario muros ſpargūt. eſt autem
albarium calx ipſa liquefacta, qua muri exalban-
tur, renouanturq;. Plinius, Albaria tectorum in-
F terpolantur. mentio extat etiā apud Vitruuium:
quòd autem græcè albini dicātur coniatę, oſten- Coniatæ.
dit Suidas: κονιαταὶ οἱ τοὺς τοίχους παραχρίοντες.
*Barbacarij*. Fuit tempus cùm legebam *Myrobre-* Myrobrecharij.
*charij*, hoc eſt, † qui vnguenta vendunt: μύρον enim 6
vnguētum dicitur: βρέχω, aſpergo, madefacio. hoc
nomine propriè appellantur, qui capillos deli-
butos gerunt; qualis apud Tranq. in Aug. & Me-
cœnas: & Anacreon poëta, epigram. lib. iij. quod
identidē ab Gellio adducitur lib. xix. cap. ix. con Gellij locus.
ſtat autem epigramma illud ex dimetris iambi-
cis

cis catalecticis:quamuis Theod.Gaza, qui quicquid græcè in Gellio erat, tranſtulit in Latinum, exiſtimauerit eſſe ſenarium. Nec ſolo autoris nomine defraudata eſt lepidiſſima illa ᾠδὴ, ſed etiam ſex, vel ſeptem carminibus: quæ ex Græco exemplari tute poteris ſumere. Myrobrechariorum inter artifices meminit Plaut.in Aulular. In præſentiarum tamen caſtigatius legendum hîc

Barbaricarij. putauerim, *Barbaricarij*. vt hi ſint, q barbaricas veſtes intexunt: aliter dicti Phrygiones. horum artis eſt, ex auro & coloratis filis, in veſtibus hominum animaliumq; effigies exprimere. Vergil.

*Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.*

Apuleius in Aſino aureo, lib.x. & in modum Paridis Phrygij paſtoris, in barbaricis amiculis, humeris defluẽtibus pulchrè induſiatus adoleſcẽs.

Diabathrarij. *Diatrecarij*. Legerit hîc aliquis, *Diabathrarij*. q̃d

7 perinde valet ac coriarij. nã diabathra, vt † Pompeius ſcribit, Græcarum ſolearum eſt ſpecies. Plautus in Aulul. Sedentarij ſutores, diabathrarij. capiuntur etiam pro gradibus penſilibus, ſeu ſcalis, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, quod eſt tranſire: hinc anabathra. Iuuenal.Satyr.vij. Sed eò fortaſſe probabilior eſt ſententia, quò veteri ſcripturæ proxi-

Diatretharij. mior, vt legamus, *Diathretarij*. intelligamusq; eos, qui intarſiatum (quod vocant) faciunt: à Græca

Diatretus apud Vlp. quid ſignificet. præpoſitione, διὰ, καὶ τορός. Inde apud Vlpian.in l. ſi ſeruus. §.ſi calicem. ad l.Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices poſſunt tornatores dici: quoniam διατορέω, torno laborare ſignificat: & τορὸς, teſſellatus dicitur. Sed quid ſi *Diatrocharij* legerim⁹? q rotas, pilasque ligneas faciunt, & carros. nam idipſum ſignificat τροχὸς, inde τροχοποιία verbum.

QVOD ſequitur, *Cerenei*, legendum *Ceramei*. Heſiodus:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

*Inuidet & figulus figulo, fabrum faber odit.*

8 *Specularij*. hi ſunt, † qui ſpecula faciunt, & qui

Specularij. vitrea ſpecilla. Poſſunt & hoc nomine denotari, qui feneſtris ſpecularia ad arcendum hyeme frigus, componunt: quorum meminit Vlpianus in l.quæſitum.§.ſi domus. de fund.inſtruct. meminit & Iuuenalis.

Bractearij. *Bratearij*, id eſt, *Pentalarge*. lego *Bractearij*, id eſt, πεταλουργοί. nam Græci πέταλον, folium ſignificat, atque bracteam. hinc & petalia, Plauto.

Mathematici. IN l.ſeq. *Methameos*. verior lectio, *Mathematicos*. Theon: Θέων ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος. eſt e-

9 nim matheſeos † duplex ſpecies: alia quidem quatuor ſub ſe liberales artes complectens: alia verò ſacris conſtitutionibus, tanquam quæ cantamina doceat, prohibita. Imp.Conſtant.in l.& ſi excepta. C.de maleſi. Si qs magus vel magicis

10 carminib⁹ aſſuetus, qui † maleficus vulgi conſuetudine vocatur, aut aruſpex, aut hariolus, aut certè augur, vel mathematicus, vel narrandis ſomniis occultans artem aliquam diuinandi, aut certè aliquid horum ſimile exercens, in comitatu meo vel Cæſaris fuerit deprӕhenſus: præſidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat, &c. Hæc libentius ſcripſi, quoniam codices vt plurimùm circunferuntur, in his verbis corrupti. Quin & Accurſius declarare volens quid ſignificent illa verba, Comitatu meo vel Cæſaris, nil certi habet, quod in medium proferat. Quare

11 † ſciendum eſt inter Auguſtum & Cęſarem id in-

Cæſar & Auguſtus differunt. tereſſe, q Auguſti hi dicuntur, qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoris nomine honeſtati ſunt: at Cæſares dicuntur, qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam prouinciam aliquam cum Cæſaris honore tantũ, donec Auguſtus vixerit, poſt eius mortem ſucceſſuri in Imperio: vt ex Ammiano Marcell. didici. Comitatus autem (ne & hoc ignoretur) is dicitur locus, in quo vitã agit Princeps: & Palatini omnes, qui eunti Imperatori, Cæſarive aſſiſtunt, dicũtur eius comitatus: & ipſi nunc Comites, nunc Comitatenſes: vt Græcus legum interpres (qui quantum video, Iuſtiniani tempore ſcripſit) autor eſt. Magos aũt, & huiuſce generis diuinatores, etiam ex ſanctorũ Patrum decretis puniendos, oſtẽdit D.Auguſtinus xxvj. q.vj. cap.vlt. etſi dum in principio Arcades tradit deo ſuo Lyęo ſacrificare ſolitos, inemendatus ſit liber: & pro, *Lycæo* ſuppoſitum ſit, *Lyæo*. intelligit enim Iouis Lycæi templũ, in quo viui homines ſacrificabantur: vt ex Hyginio didicimus: vt non alia de re ea templa impoſita nefaſtis iugis, exiſtimem dixiſſe Papinium Theb.lib.j. In Auguſtini ſententiam ſcribit etiam Plin.lib.viij. vbi de lupis verba facit. nam & horum diuinatorum ars ita ab antiquis deſpicatui habita eſt, vt in prouerbium venerit, Nihili cocio. Iſtos enim aruſpices Laber. cociones appellauit, vt eſt apud Aul.Gel. lib.xvj. cap.vij. Prouerbij meminit Plaut.in Aſin. etſi eius interpretes locum non intellexerint: tametſi eo in loco ipſe arbitrer nihili coactio, legẽdum, & de argentariorum coactione intelligendum, cuius Seneca, Tranq. Iureconſulti, itemque Horatius meminẽre. Plutarchus quoq;, & Apollonij interpres Tareus, diuinatricem quandã Aglaonicem, Egemonis Theſſali filiã, cùm in Oſſa monte coitus Lunæ obſeruaret, in iudicio conuictam à mulieribus, exiſtimantibus ab ea Lunam cœlo deduci, grauiſsimis affectam ſuppliciis tradunt, & ex Oſſa præcipitẽ datam. quã fabulam, ſeu hiſtoriam mauis, tetigit Ouid.in Ibin:

Comitatus. Comites. Comitatenſes. Papinij locus. Plauti locus. Ouid.in Ibin.

*Vtq; dedit ſaltus è ſummo Theſſalis Oſſa.*

ſic enim ibi legendum, nõ Theſſalus, vt interpretes crediderunt: qui dum poëtam hunc non intelligunt, vana quædam ſunt commẽti. vt vel ex antiquiſſimis fabulis appareat, diuinatores hoſce, & magos impunes nõ euaſiſſe. Quod ad præſens inſtitutum pertinet, non ſolùm hac in lege *Mathematicos*, ſed etiam *Mechanicos*, legi poteſt. nam & antiqui codices ſic ferè habent: & qui ſint hi ſatis notum eſt.

DE TABVLARIIS, SCRIBIS, *& Logographis.*

SVMMÆ.

1 *Scribarum genera & diſcrimen.*
2 *Boethorum officium.*

IN vltima huius tituli conſtitutione hæc verba reperies, † *Boethos, logiſtas, medogrammateas, logographos, diaſcoleas*. Corruptum omnino vltimũ eſt nomen, & legendum, *Diaſtoleas*. Boethi † dicuntur ab imperatore, adiutores ſcribarũ: quos alij, ſubadiuuas, alij adiutorios appellant. vt in l.vnicuique. C.de prox.ſacr.ſcrin. βοηθῶ enim idem valet quod adiuuo. Inde Seuerinus Boethius dictus, quem alij falſa voce Boetium vocant. quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Derthonę extat in diui Martiani cœnobio, vbi tumulus eſt, quem antiqua inſcriptio, Boethio, & Buthario conſulibus factum oſtendit. 1 2 Boethi q ſint.

QVOD autem ſequitur, *Logiſtas*. † hi ſunt, qui rationales alibi dicuntur. In hoc diſtant à logographis, quòd illi libros rationum ſcribebant, logiſtæ curabant. Medogrammatei verè ſunt, quos ſcribæ 3 Logiſtæ. Logographi. Medogrammatei.



ſcribæ conſulebant: nam μῦθος, βούλευμα ſignificat Suidæ, & cæteris. grammatei autem notarij, ſeu ſcribæ ſunt: γραμματεὺς enim idipſum denotat: nomen ſumptum videlicet à literis: ſicut grammatophylacium, locus in quo reconduntur literæ. quæ vox corruptè circunferuntur in l. moris. ff. de pœnis. Diaſtoleæ verò dicũtur rationum correctores, ſeu diſtinctores: vel, quod magis erit

Diaſtoleæ. gratiæ, diuiſores. διαστέλλω enim eſt idem quod diuido ac diſtinguo: & inde διαστολὴ dicta. Sanè Ammonius in differentiis logographos interpretatur eos, qui δικαστικοὺς λόγους ſcribunt, id eſt, iudicialia acta.

DE SVSCEPTORIBVS ET *præpoſitis.*

SVMMÆ.

1 *Decoquet, prodigens impoſtor.*

IN LEGE, *Si aliquid*. legitur verbum, *Decoxit*. ab Accurſio malè interpretatum: quare ſcire æquum eſt, decoquere apud antiquos idem eſſe quod bonis decedere, & delinquendo creditoribus imponere. Inde decoctores dicuntur helluones, & bonorum conſumptores, autore No-

Decoctores. nio. Meminit huius vocis & Catul. Decoctoris amica Formiani. & Spartianus in Hadriano: & denique eſt nemini non notum nomen. Sed nec lex ab Accurſio adducta eum defendit, cùm ex antiquis codicibus legenda ſit hoc modo: *Quilibet principalium, vel decurionum, ſi decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus, &c.* Sciens id prætermiſeram: ſed quoniam vidi hinc falſæ latinitatis Accurſium anſam capere, volui hoc ſaltem in loco lectorem admoneri.

DE PONDERATORIBVS.

SVMMÆ.

1 *Zygoſtatis officium.*
2 *L.Quoties, ſenſus.*

IN LEGE. *Quoties* ibi. *Per ſingulas ciuitates conſtitutio igoſtatem*. Vetuſtus codex habet, *Conſtitutum igoſtatem*. Verum & ipſe menda non caret: repono enim † *Zygoſtatem conſtitui*, hoc eſt, virum qui ponderum, & ſtaterarum rationem optimè calleat. Is † igitur in hac lege fortaſſe intelligendus eſt, qui non multum abſimilis eſſet illi, qui ab antiquis nunc curio, nunc magiſter curiæ dicitur: nam is nummos erogabat exiſtentibus in ſua curia. Plautus in Aulularia: 1 Zygoſtates. 2

*Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ,*
*Diuidere argenti dixit nummos in viros.*

Appellatur etiam diuiſor, à Cicerone in Verrinis: quod & notat Pædianus. Diuiſor.

LIBRI DECIMI FINIS.

# ANDREÆ ALCIATI IN XI. LIBRVM CODICIS ANNOTATIONES.

DE NAVICVLARIIS, SEV *Naucleris, &c.*

SVMMÆ.

1 *Immunitatis notæ.*

IN LEGE, *Cum nauarchorum*. in fine: *vel ex eo quod vocatur Græcè*. Reponenda eſt dictio ἀλειτουργησία, † quæ vox Suidæ immunitatem, ſeu excuſationẽ à publicis oneribus ſignificat. cui penè ſignificatu par eſt ἀτέλεια. Quod autem hîc dicitur de Carpatia, intellige claſſem à Carpato inſula: vnde Carpatius vates Proteus apud Vergilium.

DE NAVIBVS NON *excuſandis.*

SVMMÆ.

1 *Embolæ acceptiones.*

IN LEGE, *Iubemus*. ibi, *ante felicem embolam*. 1 Interpretare † itineris ingreſſum, id eſt, ἐμβολήν. Embola verò ſignificant roſtra nauium, & alia præter hoc, de quibus Hermolaus in corollario Pliniano. Sanè ἐκβολὴ eiectam denotat: quod verbum reponendum eſt in lege tertia, de incend. ruin. naufra. inde etiam eiectitiam ſuem, Græci ἐκβολάδα appellant, vt ex Athenæo didicimus.



DE METALARIIS.

SVMMÆ.

1 *Chryſomatis vſu, & etymon.*
2 *Ponderum per gradu nomina.*
3 *Librarum genera.*
4 *L.j. de metallo. ſenſus.*

IN LEGE j. *Balluca, quæ Græcè Chryſamos dicitur*. Etſi hanc lectionem quibus reprobent argumentis, non habeant: accommodatius tamen quibuſdam videtur, *Chryſoma*. † legendum. Eſt autem vas, in quo aurum infundebatur, vnde & nomen ſumpſit ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, id eſt, ab auro. Plautus in Bacchid. Op⁹ eſt chryſo Chryſale. Chryſammos auream arenam ſignificat, hoc eſt, auri ramentũ. Herodoto dicitur Chryſitis, & quandoque pſegma. hanc balucem appellari, Plinius eſt autor libro trigeſimotertio, capite quarto. QVOD aũt in text. ſequit̃, *Octonos ſcrupulos*. intellige duas ſextulas, quę etiã duella dicũtur. Lentis † n. duo ſemina, granũ frumẽti faciunt. grana quatuor, ſiliquã. ſiliquę, hoc eſt, ceratia ſex, ſcrupulũ. tribus ſcrupulis conſtat drachma. duplex drachma Sicilicum creat cuius mentio apud Scæuolam in l.liberto.§.filium. de annuis legat. etſi ibi corrupti ſint impreſsi codices. Drachmæ additus ſcrupulus, ſextulam facit: cuius põderis eſt ſolidus, ſextulas vncia ſex habet. drachmæ autem octo, Balluca. 1 2 Sicilicus.

vnciam faciunt: at vnciis xij. conſtat Romana li-
3 bra † hoc eſt, drachmis xcvj. Attica verò lib. lxxv.
drachmas habet: ſicuti mina, ſeu mna, centum.
nam Romana libra minor eſt hac quatuor drach
mis. Talentum minus Atticũ, minas lx. hoc eſt,
drachmarum ſex millia continet. talentum ma-
ius lxxxiij. habet minas, & vncias inſuper quatu-
or. Hæc ideo latius explicaui, vt Iuris ciuilis ſtu-
dioſis ponderum ratio fieret paulò notior: tam-
etſi alibi latiùs tractaturus ſim nempe in libello A
de ponderibus, & menſuris, cum ad multarum
legum cognitionem ſpectet: vt in l. j. C. de ratio-
ciniis operum. & in authen. ad hæc. C. de vſuris.
in authen. ſed hodie. C. de epiſco. & cler. Cæte-
4 rùm † mente huius legis nos exiſtimamus id præ
cipi, vt quilibet metallarius octo ſcrupulos au-
reorum ramẽtorum teneatur præſtare, priuſquã
inter metallicos principis deſignetur.

### DE MVRILEGVLIS, GYNAECIA- B
*riis procuratoribus gynæcij, monetarijs & baſtagiarijs.*

S V M M Æ.

1 *Gynæciariorum officium.* 2.
3 *Baſtagiariorum munus.*
4 *Serici interdictus vſus.*

Gynæciarij.
1 GYNÆCIARII, fortaſſe † erãt, qui mu- C
lierum veſtes tingebant, curabántue: dicti ἀπὸ τῆς
γυναικὸς, id eſt, à fœminis. quæ lectio ſi placet, in-
terpretare illud quod ſequitur, gynæcij, eſſe lo-
cum in quo veſtes hæ concinnabantur: eadem
ratione deductum nomen, qua & gynæconitis,
apud Aemilium Probum. Accurſius hîc legiſſe vi
detur, *Gymnaciariis*: & idcirco ſic dictos opinatur,
quòd nudi eſſent. γυμνὸς enim nudum ſignificat:
inde γυμναστικὴ ars dicitur, qua quis nudus ſe exer
cet, vt indè lucellum aliquod cõſequatur, quo in D
diem viuat. verùm mihi prior lectio plus applau
dit. Ioſephus libro vij. cap. lj. de bello Iudaico:
Tranſgreſſus ait ad eos eſt Ionates, homo nequiſ
ſimus, arte gynæciarius. Et is qui de inſignibus
magiſtratuum opus ſcripſit ad Theodoſium Im
peratorem: Sub diſpoſitiõe, inquit, viri illuſtris,
comitis ſacrarum largitionum, ſunt magiſtri li-
neæ veſtis, magiſtri priuatæ, procuratores gynæ
ceorum, procuratores baphiarum, præpoſiti ba-
ſtagarũ, procuratores lanificiorũ, procuratores E
monetariorum. Vt ex eius verbis, ſicut ex huius
tituli compluribus conſtitutionibus ſatis con-
2 ſtet, hæc omnia textrini Imperatorij † officia fu-
iſſe: vt cõiicere liceat, gynæciarios fuiſſe, qui pã-
nos curabant, & vel peniculo adhuc rudes ter-
gebant, vel forfice lanæ nodos incidebant, extra
hebantque: opus quod à mulieribus fieri ſolet.
Inde gynæceum dictum. quòd ſi qui viri fœmi-
nis miſti id agebant, à loco dicti gynæciarij.
nam in gynæceo operari ſolitas fuiſſe fœmel- F
las, oſtendit huiuſce tituli lex iij. intellecta ali-
ter, quã crediderit Accur. & idem etiã demõſtrat
Paulus Diaconus, vbi de Narſete agit. & in præ-
ſentẽ diem hanc mulierũ præſertim eſſe operã,
vſu cognoſcimus: nam & Theſſalũ medicũ dam
nat Galenus primo methodi libro, tanquã lani-
ficẽ & de gynæceo eductũ. Qđ aũt de monetariis
in l. j. fit mẽtio, noſtri interpretes exiſtimauerũt
hîc eos accipiendos, qui monetã cudũt. quæ ſen
tentia idcirco reiicienda eſt, quia nihil ad huius
tituli materiã facit. quãobrẽ tum ex verbis præ-
dicti ad Theodoſiũ libelli, tum ex hac lege non
dubito, quin monetarij & ipſi pro textrini quo-
dam officio capiantur: ſicuti & apud Flauiũ Vo-
piſcũ in Aureliano: Vbi ſeditio, inquit, moneta-
riorũ intra murana bellum grauiſsimũ peperit,
autore Feliciſsimo, cui procuratio fiſci manda-
ta erat. In qua re tamen dubito, cùm Suidas con-
traria diſſeruerit in verbo μονητάριοι. dicti ſunt for-
A taſſe monetarij, ab officij ipſius vilitate, ἀπὸ τοῦ μο
νητοῦ. nam & hodie huiuſmodi lanifices in mini-
mo ſunt pretio. *Baſtagiariis.* Hoc † nomine appel- 3
lari poſſe eos reor, qui neceſſaria militibus porta
bant: vt quod in bello calones, in priuata familia
mediaſtini, in militia palatina faciebant baſtagi-
arij: à Græco verbo βαστάζω, q̃d portare ſignificat:
inde etiam vernacula lingua clitellam, *Baſton.* ap
pellamus, quòd onera portet, atq; ſuſtineat. etſi
baſtagiæ munus iungatur in prædicto opere ad
B Theodoſium Imperatorem gynæciariis: quod
& ſacræ conſtitutiones hoc in titulo fecerunt: vt
baſtagiarios opiner eos fuiſſe, qui veſtes ad tin-
cturam ferebant, referebantq;. nã & ibidem tra-
ditur, tertio cerũ dictum, qui baſtagas tractabat.
Legitur & apud eum, *Baſtaga priuata.*
IN LEGE, *Notas † in poſterum ſericoblatæ &* † *aliàs, Io*
*metaxæ ſpecies.* Caſtior lectio erit, *Sericobaptæ*, id eſt, *tas.*
ſerici tincti. βάπτω enim ſignificat tingo. inde ba-
ptæ apud Iuuen. dicti quòd faciem fuco illine-
C rent. μέταξα autem Græcis, à nobis ſericum dici-
tur: cuius tinctores, baphij, παρὰ τὸ βάπτειν quod eſt
tingere. Hinc baptoſericum pallium. Fl. Vobiſco Baptoſericum
in Aureliano: licet corrupti codices, *Bratto ſerico*, pallium.
ſeiunctim habeant. quamuis nunc mihi fiat ma-
gis vero ſimile, & Vopiſcum & Imperatorem ſen
ſiſſe non de bapta, ſed de blatta, hoc eſt, purpura: Blatta.
nam blattam pro conchylio capi, ſcribit Paulus
Aegineta: & quem Suetonius in Nerone, cocci-
neum funem, & Oroſius purpureum, Eutropius
D blatteum dixit. Meminit & Caſsiodorus in epi-
ſtolis, & Lamprid. in Heliogab. Parauerat funes
blatta & ſerico & cocco intortos. Cenſeo itaq;
hîc legendum, *Sericoblattæ*: & apud Vopiſcum
*Blattoſericum pallium.* Et cùm vxor ſua peteret, vt v-
nico pallio blattoſerico vteretur, ille reſpondit,
Abſit vt auro fila penſentur. libra enim auri, tunc
libra ſerici fuit, &c. Prohibet igitur † imperator, 4.
non ſolùm veſtes inferri purpureas ſerico intex
tas, id eſt, ſericoblattam, ſed etiam ſericũ ipſum Sericum.
E ſimplex, id eſt, metaxam. nam ſericas veſtes tan-
to in pretio fuiſſe tradit Lampridius in Alexan.
vt eas Alexander Imperator geſtauerit, nunquã
holoſericas. Antoninus Heliogabalus eas pri-
mus induiſſe creditur, vt in illius vita ſcribit Lã- Metaxarij.
pridius. Dicti & hinc ſunt metaxarij negotiato-
res. l. fin. C. de pign.
IN LEGE vlt. legendum eſt, *Conchylegulo*, Conchylegu-
iunctim, pro collectore conchylij: ſicut murile- lus.
gulo alibi, pro muricis collectore.

### DE VESTIBVS OLOBERIS.

S V M M Æ.

1 Ὁλοσήρικα ἔτυμον.
2 *Imperatorum inſigne.*
3 *Parachlamidarum genera vſusq; varius, & forma.* 4.
5 *Scriniorum genera.*

QVIDAM corrigũt, *Holoſericis*, id eſt, totis ex
ſerico: quarũ meminêre etiam Lampridius, Vo-
piſcus, & alij. Ego (quantũ poſsibile ſit) velim
parum à priſtina ſcriptura variare, quare lego, *Ho*
1 *lobryzis*, vt has veſtes † credam dictas ἀπὸ τοῦ ὅλου, καὶ
ὀβρύζου, quòd totæ eſſent ex obryzo: quod aurũ pu-
riſsimum eſt, & quantumuis coctum non dimi-
nuitur. Bartolus tamen, qui ſine controuerſia pri
mas inter recentiores iuris prudentes habet, le-
Holobaræ ve- giſſe videtur, *Holobaris.* quam lectionem neque i-
ſtes. pſe reprobam duxerim, vt eas veſtes hîc denota- A
ri rear, quæ ob aurum intextum graues ſunt. βαρὺς
enim Græcè grauem ſignificat. inde apud Home
rum, βαρείας χεῖρας. QVOD autem ſequitur *De*
*ſacro murice.* idcirco dictum eſt, † quoniam eo tin-
2 cta veſtis inſigne erat Imperatorũ. Lampridius
in Alexand. Hoc ſolùm Imperatoris habens,
quòd lacernam coccineam habebat. Laudatiſsi-
mæ erant, quæ ex ſerico ab Rhodo inſula adue-
cto, tingebantur. quod Imperator in huiuſce ti-
tuli l. iij. ſignificat, licet Accurſius locum non in- B
tellexerit.
IN LEGE j. *Sericas paragaidas.* Legunt qui-
3 dam *Parachlamydas*, vt † intelligamus veſtem quæ
Chlamys. ſupra chlamydem ſumebatur: à Græca præpoſi-
tione παρὰ & chlamyde: quod genus veſtimenti
non modò eſt militare, vt apud Plautum in Per-
ſa, ſed etiam puerile, Vlpiano in l. veſtis. de auro
& arg. leg. Nobis placet vel vetus lectio, vel ſanè
Paragaudes. *Paragaudas.* Trebellius Pollio in Claud. Albã ſub-
ſericam paragaudẽ triuncem vnam. Fl. Vopiſc. in C
Aureliano: Cùm darentur tunicæ ſubſericæ, li-
neæ, paragaudæ. Item in eodem: Paragaudas ve-
ſtes ipſe primus militibus dedit, cùm anteà nõ,
niſi rectas purpureas, accepiſſent: & quidẽ aliis
monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vſq; ad
pentelores, quales hodie lineæ ſunt. Idẽ in Pro-
Vopiſci locus. bo: Huic dari iubebis interulas paragaudes du-
as. etſi in aliquib. hiſce locis vulgati codices mẽ-
doſi ſint. Ex his planè verbis cõſtat, paragaudas
4 genus eſſe veſtimẽti virilis † vt plurimùm linei; D
quod ſub alia veſte gerebatur, vinctũ nunc vnico
nexu, nunc pluribus loris, auratis fortaſſe: ita eñ
intelligo monolores, dilores, & ſimilia. Licet
Hermolaus Barb. à coloribus tractum putet co-
rollario Pliniano. nam & interulas, diſlores no-
minat idem Vopiſ. in Bonoſo.
IN LEGE vlt. *At quatuor de ſcrinio ad baphia*
*Phœnices.* caſtigandum hîc eſt, *De ſcrinio veſtiarij ad*
*baphias Phœnices*, ex antiquis codicibus. nam ſcri-
5 nium † canonum, & ſcrinum veſtiarij ſacri, ſub E
comite ſacrarum largitionum erat, vt eſt in bre-
uiario Theodoſij, quòd ſi nil mutare placuerit,
poteſt hic vtique locus ſic legi, & punctis diſtin-
gui, *At quatuor de ſcrinio baphiæ ad Phœnices.* nam ba-
Baphia. phia taberna eſt tinctoria, βαφή. Hinc Lamprid. in
Lampridius e- Alex. purpura Alexandrina, vulgò probiana dici
mendatus. tur, idcirco quòd Aurelius Probus præpoſitus
baphiis id genus muricis reperiſſet. quãuis ibi,
*Baſtis.* legatur corruptiſsimè. Apud Phœnices au-
tem tingebatur pretioſiſsima purpura, quorum F
tincturam Suidas appellauit oxum, ὄξος ἐντὸν
Oxobapta. ἀπὸ φοινίκων: hinc *Oxobapta*, in l. j. C. quæ res alie-
nari non poſſ. vt malè faciant recentiores qui-
dam Bononienſes, qui in Ius ciuile pauculas
quaſdam adnotationes ediderunt, & in prædi-
cto loco veram peruertentes lectionem, corri-
gunt *Dibapta.* Eſt & caſtorium tincturæ ſpecies
Suidæ, de quo fortaſſe Perſius: licet alij de ani-
mali intelligant, quod nemini non
notum eſt.





### NVLLI LICERE IN FRÆNIS
*& equeſtribus.*

S V M M Æ.

1 *Cucumam variè ſumi.*

*De cucurniis.* legunt hîc neoterici quidam, *Cucu-*
*mis*: vt accipiantur † pro his ornamentis, quæ ex 1
A aurichalco fiunt in modum lancis: & habenis af-
figuntur loriſue: quæ armis pendent, atque pe-
ctore equorum. Ipſe hac in re ſententiam meam
non interpono; nam cucumam, pro vaſe capi, Cucuma.
ex Martiale, Petronio Arbitro, & Iuriſconſultis
dudum noui: in hac ſignificatione adhuc non le-
gi: etſi Politianus exiſtimauerit vocabulum in-
uentu rarum. hoc ſanè in loco mihi non diſplice
bat, *Gutturniis*, vt de colli ornamento intelliga-
mus: quamuis gutturniũ aliud quoq; ſignificet.

### DE FRVMENTO VRBIS B
*conſtantinopol.*

S V M M Æ.

1 *Panis acceptio multiplex.*

IN LEGE j. *Pro annona præſtetur.* Annonam
hîc pro pane capi, Accurſius & cæteri exiſtima-
uerunt: quorum † ſententiæ illud accedat, quòd 1
C & è conuerſo panis quoque pro annona reperi- Panis ciuilis.
tur, præſertim apud Imperatores, qui non ita e-
munctæ naris ſunt, vt Iuriſconſulti. Coniicitur
id ex eo, quòd à fiſco percipiendos reditus, quos
Iuſtinianus in authent. de non alien. §. hæc ergo.
annonam ciuilem appellat. Idem Cæſar in l. vlt.
C. de iure do. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de
ſecun. nuptiis. panẽ ciuilem vocat. quod hîc ap-
ponere libuit, quoniam de hoc à pleriſque inter-
rogatus, cognoui omnibus non eſſe ad manum
D & in promptu.

### DE ANNONIS CIVILIBVS.

S V M M Æ.

1 *Peryſſeuma variè accipi.*

LEX, *Centum.* ibi, *Perapateumatis.* Emaculandus
liber eſt, & reponendum περισσεύματος, *Periſſeuma-* Periſſeuma.
E *tis*: quaſi dicas donatiui nomine. περίσσευμα enim † 1
id dici poteſt, quod abundantiam ſuppetit: hinc
περισσεύειν, copia rerum ſuperare ſignificat. Sanè
periſſeumatis nomen commodius verteretur in
congiarium, cùm hoc propriè ſit quod plebi da-
tur: ſicut quod militibus, donatiuum. Ael. Spart.
in Aelio Vero, & Iul. Cap. in Pio. Solebat autem
vltra ſtipendium dare liberalitatis cauſa, vt mi-
lites magis addicti Imperatoribus eſſent. Huius
mentio in l. j. de re milit. lib. xij. licet Accurſius,
Andabatarum more clauſis oculis hac atque il-
F lac in illius loci expoſitione feratur.

### DE FRVMENTO ALE-
*xandrino.*

S V M M Æ.

1 *L. j. de fru. Alexand. ſenſus.*
2 *Eulogi munus.*

IN LEGE j. ibi, *Quicquid decreto elogij, & ſy-*

goſtaſij munere. Legendum, vti arbitror, *Quicquid decreto elogij deſitoſtaſij munere*: vt intelligamus Im- 1 peratorem hic † confirmare quicquid præfectus Orientis, ad quem reſcriptum iſtud dirigitur, ſtatuerat decreto elogij, id eſt, in elogio, quo continebatur quoddam decretum pertinens ad munus ſitoſtaſij. ita enim appellat eum, qui vendendo frumento præerat: σῖτος frumentum ſignificat, στάσις ſtationem: elogium autem nunc titulum, nunc breue, ſeu ratiociniorum chartulam exprimit. Verg. in Culice, Modeſt. de re militari. l. iij. Tertulliano in apologet. & cæteris. Sed an illa lectio probabilior? vt admiſſa copula legamus, 2 *Et elogij, & ſitoſtaſij munere*: quaſi † munus elogij ſit officium ipſum eius qui annonæ rationẽ procurat. ἄλογος enim rationalis, ratiocinatórve dicitur Græcis. hinc alogiſtes, & alogos, qui rationes reddere non tenetur. Cuius dictionis reperies mentionem apud Modeſt. in l. quidam. de adminiſtr. tutorum. Sitoſtaſius verò dicitur ſtationarius ipſe, ab eo quem ſuprà retuli etymo.

Sitoſtaſius. Elogium. Locus in ff.

IN LEGE, ij. *Periſſo corregiæ*. Accurſius hîc, dum verbum id conatur explicare, ſeſe meris implicat nugis. tu lege, *Periſſichoregiæ*. erat autem nomen magiſtratus, curator fortaſſe annonæ, ἀπὸ τῆς περιττείας καὶ χορηγίω, quod eſt abundantiam fertilitatemq; ſuppeditare. Sanè huius dictionis mentionem alibi nuſquam reperi, quod recorder.

Periſſichoregia.

## DE SPECTACVLIS.

### SVMMÆ.

2 *Agitatorum officium & genera.*
3 *L. iij. de ſpect. ſenſus.*
4 *Pantomimiorum vſus.*
5 *Proſcenij forma.*

LEX, j. ibi, *Coartamur amplectenda felicis populi ſtadia gymnecij vt agonis*. legendũ, *Cohortamur*: item, *Gymnici vt agonis*. Agones enim, ſiue (vt Latine loquar) 1 certamina gymnica † ſunt quinq;, dicta quod à nudis exercentur. ea in Arcadia primus inuenit Lycaon, vt ſcribit Plin. in vij. Iulius quoq; Pollux, athletarum appellatione omnes gymnicos comprændi exiſtimat: Planè de his plura diximus in tit. de athletis, præcedenti libro.

IN LEGE ij. *Eos, qui agitandi*. legendum, *Fis*, tertio caſu: vt regatur à verbo officij, id eſt, vt interpretantur Cicero, & Ambroſius in officiis. Potes tamen & cum vulgatis exemplaribus legere, *Eos adſict*. Agitare autem hoc in loco quid ſignificet, parum Accurſio cõpertũ eſt: ſicut & in l. iiij. 2 in prin. ff. de his qui notãtur infamia. nam † agitatores, aurigę ſunt, qui in ludis Circenſibus curuli certamine ſeſe exercebant, quorum ſpecies quatuor, Ruſati, Albati, Praſini, Veneti: præmiũ mappa. Horum mentio apud Plinium Cæc. lib. viij. Suetonium in Dom. & Calig. Iuuenalem Satyrâ ij. & in epigrammatis Græcis lib. v.

Agitatores.

3 IN LEGE iij. *Quiſquis equos*. intellige † vel equos aurigarum, qui in Circenſibus currebant: vel etiam deſultores, quorum deſultorios Græci ἀμφίππους vocant, vt eſt apud Aelianum. Horum mentio eſt in Liuio, Caſsiodoroq;.

IN LEGE iiij. Accurſius hîc in interpretatione, *Pantomimi, & Proſcenij*. partim mutilus, par- 4 tim falſus eſt. Pantomimi † quidẽ dicebantur omniũ imitatores, effictoresque: Græca dictio cuius meminit Plinius in Panegyr. Tran. in Calig. Iulianus in l. ſi libertus artem. de op. liber. ſolebant eorum opera veteres vti in recitandis præſertim tragœdiis. Poſcennium autem † locus eſt 5 ante ſcenam porrectus, in quo pulpitum erat ludicris exercendis accommodatum. Verg. Veteres ineunt proſcenia ludi. Tranq. in Nerone: hos ludos ſpectauit ex proſcenij faſtigio. Meminit Vitru. lib. v. & Vlpianus in l. de pollicitationib. ff. de pollicit. probè faciet Statius Rufinus. ſi op* proſceniis. quod ſi Gabinis extructurum promiſit, quod tandem aggreſſus fuerit perficiat. Scena autem ipſa dicta eſt ἀπὸ τῆς σκιᾶς, ab vmbra: pudendo Accurſij errore in l. ij. §. vult. de his qui notantur infam.

Pantomimi.

## DE AQVAEDVCTIBVS. †

† aliàs de Aquæductu.

### SVMMÆ.

1 *Aquæ ductuum forma.*
2 *Matricem variè ſumi.*
3 *L. eos, qui. de aquæ duc. explicari.*
4 *Nymphæorum vſus.*
5 *Thermarum nuncupatio.*
6 *L. Omnis. explicari.*
7 *Zoxenorum vita.*
8 *Aquæ ductus cuſtodiæ.*
9 *Muſculi vſus, & acceptio duplex.*

LEX j. *Sub quorum fines formarum tranſeunt*. Vide, ne legendum ſit, *Formarum*, potius: ita enim meatus, tubiue aquarum videntur appellari in antiquis inſcriptionib. *Genio forinarũ, & cultoribus, &c.* ſed & in hoc nihil affirmo, cùm in hac ſignificatione apud Iulium Frontinum vbiq; legatur, *Forma*: niſi & ibi corruptus eſt codex. Eſt aũt in opuſculo cui titulus eſt, de aquæductib. Non ignoro, Forinæ deæ ſacrificari ſolitum à veterib. vt eſt apud M. Varronem: foriamq; pro excremẽtis capi Nonio Marcel. QVOD aũt paulò inferius dicitur, *Reſpurgium*. Lego, *Repurgium*. Ambroſius ad Theodoſiũ: Non audiſti Imperator, quia cùm iuſſiſſet Iulianus reparari tẽplum Hieroſolymis, diuino qui faciebant repurgiũ igne cremarunt. de his aũt aquæductib. Procop. lib. j. Romæ, inquit † aquæductus quatuordecim ſunt, cocto ex latere, per priſcos homines illos ædificati, ea latitudine ac ſimul profunditate, vt equeſter vir aliqs ipſo cũ equo per eos ſuprà euadere liberiꝰ queat. Sanè q̃d in fine legis dicitur, *Quoquomertis in quendos ex prodes arborib. ne formas ipſas radicib. deſtruãt.* circa hoc vidẽdũ eſt lepidiſsimũ ſenatuſconſ. q̃d refert Frontinus in prædicti opuſculi fine.

Forinæ. Foria. Aquæductus Romani.

LEX, *Eos qui aquæ, eariũ fiſtularũ quas matrices vocãt*. Matricis † nomẽ multa ſignificare iãpridem co- 2 gnoui. nam & vterũ, & q̃d Græci μήτραν vocãt, ſignificat. itẽ nutricẽ pullorũ, apud Columellã, & generaliť quãcunq; educatricẽ. item coturnicũ ducẽ quem Græci ὀρτυγομήτραν appellant: tranſtulit Theodorus matricẽ, q̃modo aũt nomẽ id conueniat fiſtulis, certè non percipio. quare interim legendum puto, *Fiſtularũ quas maſtos vocant*. Eſt aũt Græca dictio, qua vſus Vitru. li. vij. vbi, Athenis, inquit, ex huiuſmodi locis, & fontib. maſti, vſq; ad portũ Pyrenæũ ducti ſunt ſaliẽtes. Hanc M. Varro, de re ruſtica, papillas vertit: Caſsiod. vbera: dum, quanto, inquit, pulchrius eſt, Claudiam aquam per tot ſicca montiũ iuga, lauacris & domib. liquores puriſsimos fiſtularũ vberib. emiſiſſe. quæ ſanè Caſsiodori auctoritas, multũ ad rem præſen-

Matrix. Maſti. Claudia aqua.



præſentem conducit. nam Claudia vrbis Romæ erat aqua, vt Frontinus. Tranq. P. Victor ſcribũt. Negat igiť Imperator ſe paſſurũ † vt aqua quę per 3 maſtos lauacris & domibus Romanorum influebat, attentetur. Poteſt etiam alia ratione id eſſe prohibitum: quoniam maſti ipſi, ſeu epiſtomia, facilè rumpebantur tranſuerſa, vt ſentit Iulius Frontinus, dum S. C. interpretatur huic conſtitutioni ſimillimum: hoc, inquit, S. C. dignum admiratione eſt, quòd aquam non niſi ex caſtello duci permittit: ne aut riui, aut fiſtulæ publicæ rumperentur.

IN LEGE, *Si quis diuinam*. ibi, *Quid in lymphe-is*. legendũ, *Nympheis*. P. Victor tradit Romæ nymphæa fuiſſe xj. in Romanis inſcriptionibus legitur huiuſcemodi eulogium: FL. PHILIPPVS, V. C. PRAEFECT. VRB. NYMPHAEVM SORDIDVM, SQVALORE FOEDATVM, ET MARMORVM NVDITATE DEFORME, AD CVLTVM PRISTINVM REVO- 4 CAVIT. Exiſtimo † autem fuiſſe locum, in quo mulieres lauarentur. Ioſephus de bell. Iud. lib. j. Apud Aſcalonam nymphæa condidit, & lacus ornatiſsimos. Iul. Capit. opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas. vt malè faciant, qui illic genialem thorum interpretantur, vt eſt in quadam Sidonij paraphraſi. ſunt etiam Lymphiones, quorum mentio in epiſtola Hadriani, ex libris Phlegõtis, & Flor. Vopiſco in Saturnino.

Nymphæa.

IN LEGE, *Omnis ſeruitus*. ibi, *Ad thermas, quæ achiles nuncupantur*. Corruptus hic vtique locus, qui fortaſſe corrigẽdus eſt hoc modo, *Ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur*. Solebant enim principes 5 † thermas conſtruere, & alicuius herois nomine nuncupare: ſicuti videmus de thermis Agamemnoniis, quibus Agathius poëta nomen inditum tale ſcribit Epigrammatum lib. v. ἀντὶ δὲ τιμῆς, hoc eſt, pro honore. duodecim autem thermas Romę fuiſſe tradit P. Victor. & earum nomina: inter 6 quas minimæ ſunt Achilleæ. ſed † procul apud me dubio eſt, non de Romanis in hac conſtitutione fieri mentionem, verùm de Conſtantinopolitanis. Socrates apud Caſsiodorũ libro duodecimo: Interea, inquit, incendium in vrbe Conſtantinopolitana factum, paulatim peruenit ad thermas, quæ vocantur Achilleæ, demum ad locum qui dicitur Pelargus, Potes etiam legere, *Apſides*, quòd hæ fornices ſint, Suida autore: quales reperiri in Baianis thermis tradunt recentiores. meminit Plinius in naturali hiſtoria, lib. iij. in epiſtolis Cæcilius lib. ij. ſed tamen non dubito, quin alia ſuperior lectio ſit verior: nam & thermas Conſtantinopoli fuiſſe, oſtendit Socrates apud Caſsiodorum lib. x.

Achilleæ thermæ.

IN LEGE, *Ad reparationem*. ibi, *Ex operariis qui cicanici, &c.* legendum fortaſſe, *Cyziceni*. vt his nomẽ inditum opiner à Cyzico, vrbe in ora Propontidis notiſsima ex omnib. Coſmographis, & Plutarcho in Lucullo, qui maxima in veneratione ab his habitam Proſerpinam oſtendit: vt apud Vergilium legere non dubitem, raptam cyzicos, oſtreoſa diuam: non cocytos, vt domitius & Merula, dein cæteri, contra rationem carminis legunt. Planè (quod ad rem attinet) Albericus Roſatius in Lexico legiſſe hîc videtur, *Ciocceni*: vt inde coniectura ductus caſtigatiorem le- 7 ctionem putem. *Zoxeni*, vt † hoc nomine credamus appellatos operarios, quòd in diem viuerent, παρὰ τὸ ζῆν, καὶ ξενίζειν, quod viuere ſignificat in

Vergilij locus.



hoſpitiis. Ipſi autem operarij qui aquæductus ſilice inſternebant, ſilicarii dicuntur. Iulius Frontinus tradit duas familias † conſtitutas fuiſſe in 8 cuſtodiam aquæductuum: quarum altera publica erat, altera Cæſaris: vtraque autem villicos, caſtellanos, curatores, ſilicarios, tectores, aliosq; opifices habet: quibus ſalarium cõſtitutum eſt ex vectigalium reditu, ad ius aquarum pertinentium. quæ quidem vectigalia conſtant ex oliuetis, quæ ſunt circa ductus, caſtellaue.

IN LEGE, *Decernimus*. ibi, *Contra munuſcularios aquæductus*. vera lectio, *Muſcularios*. Item *De iiſdem paralogiis*. melius, *Paragogiis*. Item *Aquarum cuſtodes, quos hydrophylatos vocant*. *Hydrophylacios, ſeu Hydrophylacas*, legendum. Muſcularios autem aquęductus appellauit eos, qui ex muſculis dilabuntur. muſculus enim † inſtrumentum eſt ad ſimi- 9 litudinem muris, quo in bellis vtebantur ad æquandas foſſas, vt Vegetius tradit. horum mentio apud Cæſarem in comment. frequens. erant autem tubi in ductibus ad ſimilitudinem muſculorum, quos hîc intelligit Imperator. nam ſicut à papillarum ſimilitudine dicuntur maſti, & vbera, vt ſuperius diximus: & leones in canalibus Sidonio Apollinari, libro ſecundo: cur etiam à muſculorum forma, nõ dicemus muſcularios aquæductus? Paragogia autem Græcè hîc dicta exiſtimo, pro ipſarum aquarum poris, & meatibus, ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod deducere eſt. hinc παραγωγὴ dicta Aelio Donato, & cæteris: nam & ἀγωγὴ aquęductus eſt. Hydrophylacas verò capi pro curatoribus aquarum, ſatis notum eſſe debet, nam ὕδωρ aquã, φύλαξ cuſtodem ſignificat. quamobrẽ Plautus, phylacam pro carcere, cuſtodiáue poſuit: & Iuriſcõſultus grammatophylacium, in l. moris. de pœnis. Sanè muſculus vltra ſupradicta etiam piſcis nomẽ, auctore Plinio, Sidon. epiſtolarum libro tertio, ad quem alludit etiam Claudianus in Eutropium, libro ſecundo.

Muſculi.

## DE MAVIMA.

### SVMMÆ.

1 *Maiumæ, feſtiuitatis forma.*

CORRVPTVS eſt hic titulus, & legendum, *Maiuma*. † Suidas, maiuma, inquit, feſtiuitas 1 eſt, quæ fit Romæ Maio menſe: nam Romani maritimam vrbem adeuntes Hoſtiam, inter aquas voluptatibus incumbebant, inuicem ſeſe inuadentes: quam quidem ſolennitatem ſuſtulit Anaſtaſius Imperator. hæc ille. vt error noſtrorum Iuriſperitorum ſit palàm, qui exiſtimant hoc illud eſſe feſtum, cùm in præſentem diem quercũ Calendis Maij ludentes in vrbem iuuenes portant.

Maiuma.

## DE AGRICOLIS ET CENSITIS.

### SVMMÆ.

1 *L. Immunitates. ſenſus.*
2 *Parthos Romanis non ſubfuiſſe.*
3 *Peræquatorum officium.*

LEX, *Immunitates*. ibi, *Prouinciarum eucauterij*. Rectiùs fortaſſe dicitur, ἐυκτηρίοις, *Eucteris*. id eſt, locis in quibus orationes, actaq; prouinciarum † 1 continentur, vt hac lege non ſolùm cenſeantur immunitates, quæ in libris publicis continebantur, reuocatæ: ſed etiam ſi quę nondum in libros

Eucteria.

relatæ erant, ſtabant tamen in grammatophylacio, eucterióue. quæ dictio nun ſolùm Græcis, ſed & Latinis vſitata: vt apud Tertullianum in apologetico cap. xv. legendũ ſic exiſtimem. *Riſimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mercuriũ mortuos eucterio examinãtẽ.* Alioqn impreſsi codices habẽt, *Canterio*, nullo ſenſu, aut certè inepto: quãuis & illud non omiſerim, poſſe apud eum *Cauterio*, legi: nam & in moralibus Plutarchus ſcribit, Cyrenenſium tyrannum Nicocratem, ne quiſquam ciuis ſæuitiam ſuam aufugeret, portis cuſtodes appoſuiſſe, qui etiam mortuos, dum afferentur, pugiunculis vel cauterio ſcrutarentur. ſignificat id ferramentum candens, quo inuſtę notæ imprimuntur. Sanè ſcriptores horum priuilegiorum, qui prouinciales erant, Modeſtinus Reipublicæ cauſa nõ abeſſe tradit, in l. inter. ex quibus cauſ. maior. appellanturq́; exceptores Trãq. & Pædiano.

Tertulliani locus.

A

IN LEGE, *Cum antea Comanenſium.* legi poteſt, *Comagenenſium*. ab Syria Comagene. vel ſi placet prior lectio, intellige populos habitantes in conuallibus Antitauri, in Comana vrbe, cuius mentio apud Strabonem li. xij. in qua Chryſoſtomum ſepultum tradidêre Suidas: meminit & Ptolemæus.

B

Comana.

QVOD inde ſequitur, *Anatenſium. Amaſtrenſium*, potiùs legerim, ab Amaſtri Pontica vrbe, cuius Catul. Plin. Strab. Pomp. meminêre. Sanè Ariani in India ſunt, quorum præter coſmographos mentio fit Arriano hiſtorico, & Apul. Aſini aurei libro xj. Sed de his Imperator intelligere non potuit: quoniam eouſque non protulêre arma Romani, cùm neq; Parthos † tenuerint. etſi vulgò circunferatur Bononiæ diploma Theodoſij Imper. ſcholaſticis cõceſſum: quo Imperator ipſe Indiæ ſibi titulum vſurpat. Sed pculdubio illud, quicquid eſt priuilegij ſubdititiũ opinor, tum ex hoc maximè: cui accedit Herodiani ſententia, Antoninum Commodum ridentis, qui ſe Parthicum inſcripſerit: tum etiã quòd in eo mentio fit Longobardiæ, Marchiæq́;: cùm eo tempore id nominis hæ regiones nõdum eſſent nactæ, qui igitur Parthos non ſubegerunt, nec Indos potuere, ad quos Perſas acceſſus eſt. Subſequitur deinde. *Amaſinorum helenoponti.* Legendum eſt. *Amaſinorum Hellesponti.* Amaſina patria Strabonis, ex eius ſcriptis notiſsima: ſicut Helleſpontus nemini nõ notus: etſi in breuiario Theodoſij quandoque Helenopori dicatur. verba eius hæc ſunt, In Pontica regione portus Polemoniacus, & Helenopontus. In nouellis quoq; Iuſtiniani Cæſaris, titulus eſt ita inſcriptus, de Officio moderatoris vtriuſq; Ponti, id eſt, Helenoponti. *Aelioceſarienſium.* Aeliocæſarienſium vrbs ab Aelio Hadriano (vti ſuſpicor) dicta. nam & Dion Aeliam ciuitatem, in Hadriani honorem appellatam tradit, cuius & meminit Suidas. Neocęſarea autem caſtrum eſt iuxta ripas Euphratæ: quod demolitus eſt Licinius Imperator, vt ſcripſit Sozomenus lib. ij. licet Caſsiod. ſcriptorum vitio corruptus circunferatur. Sunt etiam Aeliopolitani, quorũ mentio apud Vlpianũ de cenſib. l. j. De his aũt locis plura dicere operæpretiũ non eſt: cùm nemo ſit, qui Pliniũ, Strab. Pomp. Melã nõ habeat, vnde hæc affatim ſuppeditãtur. qd nõ tam ppt preſentẽ legem dictũ à me ſit, quã pro quãpluri mis locis, oppidiſue, q in toto Iuris ciuilis corpore legũtur. nã ex his autorib. antiqua oĩa, penè dixeri, vrbiũ nomina poterũt facilè cognoſci.

C

2

Priuilegiũ Bononien. ſtudij ſubdititium.

D

E

Aelia.

F

Caſsiodori locus.

ITEM quod ſequitur, *Aequatores.* Addenda eſt præpoſitio, *Per.* Peræquatores † autem dicuntur exactores cenſuum capitationis, quòd æqualiter ab omnibus exigant: de quibus paulò inferius in tit. de cenſib. & cenſitis. 3

Peræquatores.

### DE COLONIS THRACENSIBVS.

### SVMMÆ.

1 *Capitum modus & acceptio.*

LEX, vnica. ibi, *Humanæ capitationis cẽſu iugatio, &c.* Non parum ad huius legis clariorem noticiam conducunt, quæ ponit Ammianus Marcellinus lib. xxj. interrogatus quid haberet ex arce † compendij: vicenas diurnas reſpondit annonas, totidemq́; pabula iumentorũ, quę vulgò dicuntur capita. accipiuntur autem capita diminuta apud Paccatum in panegyrico, pro capitatione, cuius & in hac conſtitutione fit mentio: pro tributo videlicet, quod pro ſingulo quoq; capite exigebatur. etſi recentiores quidam, qui adnotationes in varios auctores edidere, apud Paccatum de capitis diminutione, per quam ſtatus diminuitur, intelligant: quod ad rem minimè facit. verba Paccati ſunt: quid memorem capita diminuta, & vitam ære taxatam? alioquin etiam de emancipatione poſſet hîc intelligi: quod eſt prorſus abſurdum. 1

Paccati locus.

### VT NEMO AD SVVM *patrocinium.*

### SVMMÆ.

1 *Metrocomiæ acceptiones. 3.*

2 *Capitationi ſubiecti & immunes.*

LEX, j. quia hîc fit mentio conſulatus, *Sigibuldi:* Hieronymus in Euſebiũ *Sigiſuulti.* legit. Aetio ſecundo, & Sigiſuulto conſulibus, Theodoſius & Valentinianus bellum aduerſus Gotthos geſſere. vt neceſſe ſit alterũ codicẽ eſſe corruptũ. Suidas Silxibulum Turcarum ducem fuiſſe tradit. QVOD deinde legitur de *Cyro.* Huius quoq; mentio eſt in Hieronymi chronicis. Suidas: Cyrus panoplites, verſificator ac cõſul patritius, factus eſt præfectus vrbis & prætorij. floruit ſub Theodoſio iuniore, & demũ epiſcopus fuit Phrygiæ in Cotycæo: & vixit vſq; ad Leonis Imperatoris tẽpora.

Sigiſuultus.

Cyrus.

### NON LICERE HA- *bitatoribus.*

LEX, vnica. ibi, *Quæ metrocomiæ communi vocabulo.* Accurſius metrocomias † villas interpretatur, quæ ex iuſſu principis, metœcis. i. peregrinis tranſmigratorib. diſtributæ ſunt, ἀπὸ τ͂ μέτρου, καὶ κώμης, hoc eſt, à mẽſura & villa, quaſi villam menſam diceres. quã interpretationẽ, vt in re tam obſcura (neq; enĩ id nomen apud alios auctores reperiri facilè eſt) improbare ſat firmis argumẽtis non auſim: ita aliũde etymũ deduci poſſe cõſtantẽ affirmare poſſum. Scire itaq; debemus, eos † qui in ciuitatibus habitabant, capitationib. non fuiſſe ſuppoſitos: qui verò ruri erant, contrà, vt ex precedentis tituli prima conſtitutione probatu facilè eſt: ſed quia erant pagi quidam, qui licet ciuitatum nomine cenſerentur, villis tamen nobiliores erant: & propterea qui in his habitabant, capi- 1 2

Metrocomia.



pitatione etiam ipſi eximebantur: negat Imperator ſe paſſurũ, vt in his pagis exteri admittantur, ne fraus fiat fiſco. intelligo itaq; per metrocomiam, pagos † hoſce maiores qui paulùm infra vrbis dignitatem ſunt: vt ſicut μητρόπολις dicitur ciuitas matrix, hoc eſt, maior cæteris: ita etiam μητροκωμία pagus cæteris maior, & caput aliarum villarum. nam & hodie quoque ſunt in Mediolanenſi agro huiuſcemodi metrocomiæ, ſeu matrices pagi, quos vernacula ſimplicitas capita plebis appellat. Thucydides, ἀποικία δὲ ἡ πᾶσα τιμῶσα τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη ἀλλοτριοῦται non ſine magno errore Iſidori, xxj. diſt. in cano. cleros. qui à menſura dictam metropolim exiſtimat, quod etiam alij adnotauerunt improbaueruntq́; haſce metrocomias. Marcus in Euang. comopoles videtur appellaſſe.

3

A

### DE CENSIBVS, ET CENSITIS.

LEX, *Omne territorium.* ibi, *ſterilia atq; arenia.* lego, *Arena:* quæ ſterilis quammaximè eſt. Ouid. Quid arenæ ſemina mandas? vt etiam in prouerbium venerit. qua ratione & ſeminare arenam dicitur, qui vxorem vetulam ducit. Leonidas in ij. epigram.

B

*Γρηῦν ἔγημα φίλινος ὅτ' ἦν νέος, ἐννέα τέκνων*
*Δωδεκέτιν, παιδὶ δ' ἄλλος ἔχει...*
*Καὶ γὰρ ἀπαις δίμενεν τότε σπείρων ἐν ἀνάρπα,*
*Νῦν δ' ἑτέροις γάμους, ἀμφοτέρων στέρεται.*

Quod nos pauxillum ab exemplari recedentes ſic tranſtulimus.

C

4 *Nupſit anus † iuueni, vetulo tibi iuncta puella eſt:*
*O nimium ex omni tempore inepta Venus.*
*Aut aliis ducis, ſterili vel conſeris agro,*
*Coniuge nec frueris, nec frueris ſobole.*

Ad hoc fortaſſe alluſit Martialis libro xj. in fine epigrammatis ad Lydiam.

### DE OMNI AGRO DESERTO.

### SVMMÆ.

D

1 *Hoſpitalium genera.*

2 *Diacatarochiæ emphyteuſi par.*

IN LEGE, *Quicunq;.* ibi, *Dyacatochiæ.* Accurſius, & eum ſecuti cęteri poſteriores, interpretãtur, hoſpitale: quæ declaratio nec ſenſui legis conuenit, nec ex ſe vera eſt. nam † hoſpitale, ptochotrophium, xenotrophiũmue dicitur, vt in rubrica C. de epiſ. & cler. cernere eſt: quæ verba nihil commune habent cum dictione de qua agimus. Ipſe ſuſpicor veram lectionem eſſe, *Diacatharotiæ*, vt id nomen ſit eius muneris, cum imperator priuatis fundos concedit, vt purgentur: non multùm diſsimile videlicet emphyteutico contractui. διακαθαρίζω enim idem quod purgo: purgatio ipſa καθαρμὸς, καὶ καθαρισις dicitur. quòd ſi *Diacatochen*, legere voluerimus, ſciendum id titulum poſſeſſorium prædij ſignificare.

2

E

Diacatharotia.

### DE FVNDIS LIMITROPHIS.

### SVMMÆ.

F

1 *Limitum fundi nomina varia & vſus, & ſitus.*

QVI ſint limitrophi fundi, alij aliť atq; aliť interpretãtur. quidã † liminarchã, pfectũ militũ, q limina Imperij cuſtodiũt, interpretãtur: fundos aũt vnde his alimẽta præſtãtur, limitrophos dici: à liminẽ videlicet, & τρέφω, qd nutrire ſignificat. verùm hæc ſentẽtia omnino repellenda eſt: quoniã limenarchæ, nõ à liminib. Imperij, ſed ἀπὸ τ͂ λιμένος, id eſt, à portu dicũtur: ſunt aũt cuſtodes portuũ, quos Ariſtoteles in Politicis appellat limenophylacas. Nec enĩ ratio admittit, vt Latina dictio cum Gręca cõponatur, vt Fab. Quint. autor eſt: & ita vox hæc intelligẽda eſt in l. limenarchæ. de ſeruis fugitiuis. in l. munerũ. de munerib. & honori. Illud cum aliis ſentio, limitrophos fundos dictos, nõ à liminarchis, ſed à limitaneis militib. q tenerẽtur eorũ poſſeſſores annonam inde prouenientẽ, ad caſtra militũ ducere, qui in Imperij limitib. excubabãt aduerſus barbaros: hinc limes orientalis Fl. Vopiſco in Saturnino: limes Rheticus, eodem autore in Bonoſo. Aelius Lampridius in Alex. ſola quæ de hoſtib. capta ſunt, limitaneis ducib. & militib. donauit: ita vt eorũ eſſent, ſi hæredes eorũ militarent, nec vnquã ad priuatos pertinerẽt: dicẽs attẽtius eos militaturos, ſi etiã ſua rura defenderẽt. ex quib. Lampridij verbis cognoſcere eſt, qui ſint agri limitanei, de quib. in vltima huius tituli conſtitutione, & quò differãt à limitrophis. Fl. Vopiſcus in Probo: Accepit xvj. millia tyronũ, quos limitaneis militib. interſereret. Rufus Feſtus de acceſſione Ro. Imperij. Impetrauit, inqt, Maximinianus, vt reparato de limitaneis Daciæ exercitu, euentũ Martis repeteret. Sulpitius Alex. hiſtoriæ lib. iiij. Eugenius tyrannus ſuſcepto expeditionali procinctu Rheni limitem petiit. Suidas hos præcipuè collocatos fuiſſe tradit in orientali limite aduerſus Saracenos & Perſas, cum quibus facta à Iuſtiniano pace, veniſſe eos Conſtantinopolim: & ne rem populo gratam facerent, quicquid lucrati fuerant clâm ſub ulnas tuliſſe. Corruptus eſt Suidæ codex, vbi legitur λιμιτανέοι, Ilbitanei: legendum λιμιτανέοι.

1



Limenarchæ.

A

Limitrophi fundi.

B

Limitanei agri.

C

QVOD demũ in fine rubricæ legitur, caſtellorum. ratio ſuadet vt legamus, caſtellis.

D

### DE PASCVIS PVBL. ET *priuatis.*

LEX, *Inſignis.* ibi, *Antiochenorum.* Antiocheni populi ſunt ab Antiochia vrbe Syriæ præſtantiſſima, quæ dignitate non multum inferior eſt vrbe Roma, vt ſcribit Herodianus. Aelius Spartianus in Caracalla, Antiochenſes dicit, non Antiochenos. vrbs ipſa cognotiſsima eſt ex Coſmographis. barbarico ſermone hæc dicitur Niſibis, in l. iiij. C. de commer. vt quidam tradunt: licet ipſe ex Ammiano lib. xiiij. contrarium opiner.

Antiochia.

E

Niſibis.

### DE FVNDIS PATRI- *monialibus.*

### SVMMÆ.

1 *Certaminum genera & præmia.*

F

LEX, *Omnes fundi patrimoniales per Meſopotamiam & Oſdroenam.* Oſdroẽnam ſuſpicor legendum, quoniam antiquis codicibus vox hæc ita frequentius legitur. Huius mentio fit Lampridio in Alex. & in Maximino. Rufus Feſtus: Traianus, inquit, Oſenorum loca & Arabum occupauit: vt ſuſpicer corruptum codicem. Suidas: Oſtroẽm nomen loci, vel ciuitatis eſt. Ammianus Oſdroẽnam appellat, li. xiiij. Herod. Oſrhæniã,

Oſdroẽna.

in vj. & vij. libro in breuiario ad Theodoſium, *Oſyhenia*: & in ſeq. lib. de milit. veſte. l. prouinciæ. *Oſtoënia* legitur. Procopius Perſic. bell. li. j. Oſroinam ab Oſroo duce dictam opinatur. nuſquam maior codicum inconſtantia. omninò prouincia eſt Parthis contermina: vt ſcripturæ ratio, non res ipſa veniat in dubium.

1 L E X, *Iubemus*. ibi, *Aut agonotheticos*. Sacra † erant certamina quatuor, quæ in honorem deorum fiebant, Iouis, Phœbi, Palæmonis, Archemori: vt ſuperius retulimus. qui his præerant, Agonothetæ dicebantur: erantque decem viri, vt Iulius Pollux ſcribit. Sanè prædia, quæ his iam emeritis diſtribuebãtur, poſſunt agonothetica dici. ſiue eã quæ ipſi agonothetæ athletis adiudicabant. Nam multa præmia his dari ſolita, poteſt etiã ex Iuuenale cognoſci, qui idipſum conqueritur in Ruſſaro Lacerta curſore: cuius fundus centum patrimonia cauſidicorum æquabat: Saty. vij. Ruſſatus enim factionis aurigarum nomen eſt. Vnde in Epigram. Græcis lib. v.

Agonothetici fundi.

Iuuenalis locus.

ἰυλιανὸς ὅτ@ ἁρμα[...]
ἴχνυ, ἐνίκα τὰς ἐναντίους ἀέθλων.

Vt errent, qui de milite intelligẽdum exiſtimãt. fuiſſe enim populo & principibus gratiſsimos, eodem lib. oſtenditur: quapropter & aliqui aureis ſtatutis honeſtati, veluti Vranius:

τόνικα καὶ χρυσῷ μιν ἀνέγραψαντο μετάλλῳ
[...]

In Valentiniani, Martianiq; nouellis conſtitutionibus agonothetici fundi dicuntur ciuitatum fundi, ex quorum reditu, ſeu canone honoraria agonothetis præſtabantur.

DE FVNDIS REI PRIuatæ.

SVMMÆ.

1 *Rationalium officium, & ſpecies.*

IN LEGE, *Vniuerſi* la ij. ibi, *Rationalium*. Ac-
1 curſius † interpretatur, procuratores Cæſaris. Iul. Capitol. in Maximino, videtur capere rationalem pro procuratore fiſci. Erat fiſci procurator in Libya, qui omnes Maximini ſtudio ſpoliauerat: hic per ruſticanam plebem interemptus eſt: ſed cum per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderent auctores cædis, &c. In quam ſententiam etiam accedere videtur Lampridius in Alexand. niſi capiamus pcuratorem fiſci & Cæſaris eſſe eundem: quod tamen negant recentiores Iureconſulti in l. j. de offic. proc. Cæſar. At dixerit aliquis, rationalem generale eſſe verbum, quod & fiſci & Cæſaris procuratorem in ſe contineт.

Procurator fiſci.

DE PRÆDIIS TAMIACIS.

SVMMÆ.

1 *Tamiaci vectigalia produnt alimentis.*
2 *Gunatheticorum officium.*

QVI ſint Tamiaci fundi, venire põt quantũuis perito in dubiũ. Accurſ. plures adfert opiniones quas potius ſomnia dixerim. Ipſe tamiacos
1 † fundos eos arbitror, q diſpẽſatori publico prçſtabãt annuos fructus vectigales: quibus ille poſtea in domo Imperatoria diſpẽſabat alimenta. nam ταμίας diſpenſatorem ſignificat. hinc innominatus poëta epigram. lib. vj.

Tamiaci fundi.

Tamias.

ὅτι σύμοι βιότῳ τῶν ἀγαθῶν ταμίας.

Aelius Lampridius in Alex. Aurum & argentum raró cuiquam, niſi militi diuiſit: nefas eſſe dicẽs, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſuorũ conuerteret id q prouinciales dediſſent. ταμίας etiam cuſtodem penus ſignificat, & plerunque exactorem, quæſtorémue, ταμεῖον, cella ipſa ſalgamaria. Tamiarum quoq; in alio ſignificatu meminit Suidas.

L E G E, *Meminimus*. ibi, *Gomaricij*. Barbara hæc eſt vox, & nullum capit ſenſum. fortaſsis vera lectio eſt, *Gunathetici*: vt † accipiamus ſaltus eos, qs 2
homines quodamodo adſcriptitij incolunt, nullam vlterius expectantes mercedem, quàm quæ ex ipſo ſaltu colligetur. γύνις locus dicitur, in quo feliciter pullulant, proueniuntque arbores. θητικός autem mercenarium, ſeruitutique addictum hominem ſignificat. potes hîc etiam legere, agonothetici, quam dictionem ſuprà ſatis explicaui, & hîc magis conuenire arbitror.

DE DIVERSIS prædiis.

SVMMÆ.

1 *Ergaſteriorum vſus.*

IN LEGE, *Si quis ex titulo*, ibi, *ergaſteria*. † Intellige officinas mechanicas, in quibus manu opera fiunt. horum mentio in l. vnica. C. de monopoliis. Græca eſt dictio. Leontinus in ſphæram Arateã: πρώην, ὦ καλὲ Θεόδωρε, ἐν τῷ μηχανικῷ ἐργαστηρίῳ ἐργαζόμενοι. id eſt, pridie, ô bone Theodore, in mechanico ergaſterio laborantes. huius mentio eſt etiam in l. eos. C. de vſuris. in l. j. C. neg. ne milit. & xliiij. diſtinctione. nulli. QVOD aũt in hac lege ſeqtur, *Agonotheticos*, abundè ſ. declarauim⁹.

1 Ergaſteria.

LEX, *Hac in perpetuum*. ibi, *Calimacho*. nomina ſunt hæc poſſeſsionũ Apamenæ vrbis, quorum etymologiam veſtigare fruſtra eſſet. De Apamena plura apud Plin. lib. iiij.

DE PRIVILEGIIS DOMVS *Auguſtæ*.

SVMMÆ.

1 *Tituli, geſtorum teſtes.*

IN LEGE, *Abſit, vt nos inſtructiones & viæ publicæ & pontium, ſtratarumq; opera titulis*. Iſtud idcirco † dictum eſt, quoniam ſi qui Imperatores aut feciſſent, aut inſtauraſſent pontes aliquos celebres, ſolebant magnificentiam ſuam marmore inciſo eulogio ſignificare. quod etiam hodie Romæ paſsim conſpicitur, veluti in ponte Narſetis, & in ponte Gratiani, & ſimilibus: qd & Lampridius in vita Alex. teſtatum reliquit.

DE GREGE DOMINICO.

SVMMÆ.

1 *Palmatos equos variè accipi.*
2 *Equorum genera.*

L E X, *Propoſitis*. ibi, *Siue Hermogenianus, ſiue palmatis*. Palmati equi † iidem ferè ſunt, quos vulgò 1
baios vocamus: quoniã ſpandices, hoc eſt, cum

Palmati equi.



fructu ſuo ramuſculos, Græci βάϊα vocant: ſic igitur dicti ſunt à colore. Poſſumus etiam intelligere equos palmatos, quibus vtebantur aurigæ
2 in circo, à palma: vt Hermogeniani † etiam in ſimili ſignificatu capiantur ab Hermogene aliquo auriga, ſeu agitatore alicuius factionis. alioquin Hermogenes ſub Conſtantio Imp. fuit præfectus prætorio, vt lib. xxj. ſcribit Ammianus. eundemque magiſtrum equitum, & ſeditione facta à Conſtantinopolitanis occiſum tradit Socrates in hiſt. Caſsiodori. fuit & Hermogenes rhetor, de quo Suidas. Sanè tunicæ palmatæ ſunt, quibus conſules, aut alicuius magiſtratus viri vtebantur. Vopiſcus in Aurel. Cape pro rebus geſtis tunicam palmatam, ſellam eburneã: nam te conſulem hodie deſigno. Meminit & Trebellius in Galieno, & Apul. in apolog. & Seruius, qui triũphalibus viris dari ſolitam ſcribit: cuius rei etiã Liuius eſt auctor. Auſonius in Panegy. Palmatã, inquis, tibi miſi, in qua diuus Conſtantinus parens noſter intextus eſt. hæc planè, hæc eſt picta veſtis non magis auro ſuo, quàm tuis verbis. Illud non prætereundum, innominatum legum interpretem, qui tẽpore Iuſtiniani, vel certè paulò pòſt Græcè ſcripſit, in hanc ſententiam palmatios equos declarare. fuiſſe enim Palmatiũ quendam equorum diuitem, cuius bona per tyrannidem proſcripta ſint: cuius in hũc propè modum meminit illuſtris Eſychous philoſophus Mileſius, chronicarum diuiſionum libro v. Tempore Valeriani in Cæſarea Cappadociæ Palmatius habitabat, ſupra regiam præfectus: equorum indomitorum, & etiam aliarum diuitiarum acquiſitor: factionis plebeiæ princeps, & petulans vt quiuis alius: qui cum conſularis viri, Iſoëmi nomine, vxorem quæ Ioſida vocabatur, rapuiſſet, inter proſcriptos relatus eſt. Cæterum potes etiam legere, *Paladios equos*. Caſsiodorus hiſtoriarum lib. xiiij. Inuenit, inquit, Theodoſius quendam virum, animi habitu, corporisq; fortiſsimũ, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus perueniret ad terminos Romanorum atq; Perſarum: & rurſus totidem remearet ad Conſtantinopolim. is enim Romani Imperij terminos velociter tranſibat: de quo quidam eloquentiſsimus ſic ait: Iſte vir, cum ſit lata Romanorum reſpublica, eam paruulam ſua velocitate demonſtrat. erat autem illi nomen Palladius. Non tamen à veteri ſcriptura reor diſcedendum. Sanè ſolitos Imperatores equorũ ſobolem in Thracia alere, auctor eſt Procopius in bello Aphricano.

Hermogeniani.

Palmata veſtis.

Palmatius.

Palladius.

DE CVPRESSIS EX LVCO DAMphesis, vel Perſeis.

SVMMÆ.

1 *Daphnes deſcriptio.*
2 *Perſeidos vſus.*
3 *Luco varij ſubſeruiunt.*

LEGE, *Ex Luco Daphnes, vel Perſeidos*. eodemq; modo corrigenda ſunt primæ legis verba. Daphne † autem, Antiochiæ in Syria ſuburbanum 1
eſt, quod lxxx. ſtadiorum ambitu clauditur, vt ſcribit Strabo: in eo erant ſpectatiſsimæ lauri, auctore Auſonio: vnde & nomẽ ſumpſit. Addit Philoſtratus, alibi inſolitas in eo naſci cupreſſos, in memoriam Cypariſsi quem Apollo dilexit, cui ille lucus eſt ſacer. Eius meminit, præter Arrianum, Pauſaniam, Cæſ. Iulianum, in oratione quę inſcribitur Miſopogon, Capitolinus in Antonini philoſophi vita, & Claudianus:

Daphne.

*Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.*

Perſeidis autem luci rara eſt admodum apud auctores mentio. Suidas, περσεύς, ait ὄνομα τόπου. Soſomenus hiſtoriarum libro ſexto fertur quòd in Hermopoli Thebaïde arbor, quæ vocatur Perſeidis † multorum langores ſubegerit, ſi fructus aut 2
folium, aut pars eius corticis collo ęgrotantium ligaretur. Verùm in his dubito, ne Suidas perſarum regionẽ, Soſomenus arborem intellexerit: niſi & de arbore hîc quoq; Imperator ſenſit, vt punctis diſtinguenda ſint verba.

Perſeis.

IN LEGE *Omnes iudices. ibi, Sed ne à Luco, vel lituchа*. Recentiores † quidam, qui neſcio quas an- 3
notatiunculas in Ius ciuile edidere, legunt, *A Lucuco, vel* A *Lucuca*: interpretanturq; virum, ſeu fœminam, quæ lucum cuſtodiat, quam expoſitionem, vt pluribus reprobare non curem, ſatis ſit illud, quòd ſine auctore loquuntur, quo nihil in re Latina eſt impudentius. alij *A Luco vel A Littore* legunt cùm nullum ſit in Daphne littus. Ego libentius legerim vel *A Liturcho* vel *Liturcha*: ſeu (quod magis placet) *Lituchо. vel Litucha*. Liturgos enim Græcè dicitur, qui publicè operatur, circa res ſacras præſertim. λειτουργός, miniſter publicus: cuius etiam in epiſtolis Plinius Cæcilius meminit. Lituchus verò non abſimili ſignificatione poteſt dici habens curam rei ſacræ, quæ ad ius publicum ſpectet, ἀπὸ τοῦ λειτοῦ, καὶ ἔχω. ſicut etiam rhabduchus dicitur præſes curatorque athletarum, ἀπὸ τοῦ ῥάβδου, καὶ ἔχω, Suidæ & cæteris. Sanè hunc locum Daphnes ſacrum fuiſſe, ſuprà retuli ex Philoſtrato: cui adſtipulatur Rufinus ſacrę hiſtoriæ lib. x. cùm Iulianus in Daphnes ſuburbano Antiochiæ iuxta fontem Caſtalium litaret Appollini, & nulla ex his quæ quærebat reſponſa ſuſciperet: cauſaſque ſilentij percunctaretur à ſacerdotibus, &c. Procopius belli Perſ. li. ij. Rex, inquit, Daphnem venit Antiochię ſuburbanum, vbi nemus amœnum, fontibus aquarum irriguum: hîc vbi nymphis ſacrificauit, abiit.

Liturgos.

Lituchus.

Rhabduchus.

Daphne ſacrum.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

# ANDREÆ ALCIATI IN XII. LIBRVM CODICIS ANNOTATIONES.

## DE PRAETORIBVS ET HOnore præturæ.

SVMMÆ.

1 *Prætori militari collata.*
2 *Pholles varij.*

IN RVBRICA, & in l. ij. non facilè reperies quid ſignificet gleba, clauis, phollis, & ſeptem ſolidorum functio. quare, qui in obſcuriſsima re coniectandi ſupereſt locus, vt exprimam, B exiſtimo, quoties aliquis præ-
1 turam † inibat (intelligo autem militarem) ſolitos fuiſſe prouinciales, ſeu quoſcunque alios, in magiſtratus initio illi collationem quandã, ſeu munus ſeptem ſolidorum conferre: quod quidẽ onus miſſum erat. Vtebantur & fortaſſe ſolennibus quibuſdam dationibus, vt glebam, clauim, follem darent: quas omnes Imperatoria hæc cõ-
Follem. ſtitutio antiquauit. Foliem autem ad milites pertinuiſſe, oſtendit Vegetius libro ſecundo. deniq; C decem folies, hoc eſt, ſacci, per cohortes ſingulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. addebatur ſaccus vndecimus, in quo tota legio particulam conferebat. nec nouum eſt in creandis prætoribus hunc fuiſſe morem: cùm & q̊tieſcunq; conſul aliquis fiebat, illi & baculus & fax dabatur. Vopiſcus in Aureliano: Te conſulem hodie deſino, ſcripturus ad ſenatum, vt tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faces. Intelli-
Prætor. ge itaque prætorem vel militarem (nàm quicũ- D que militibus præeſt, poteſt dici prætor, Iuuenale & Aſconió auctoribus. hinc legatus prætori⁹, Vopiſco in Cenſorino) vel quencunque alium, dummodo nõn Romanum. nec enim hunc morem fuiſſe Romanis vſquam legimus, qui profectò omiſſus non fuiſſet à tot auctoribus. Et hæc dicta ſunt, non quidem pro certis; ſed ſolùm vt curioſis horum codicum daretur anſa diligentius fortaſſe veſtigandi. nam & ipſi mihi plerunq; tam parum conſtitit hic locus, vt in diuerſam E tranſiens ſententiam, hîc non *Follem*, ſed *Pholim*, legendum putauerim: cuius rei rationem explicaturus ſum. Nam cùm hęc ſcripſiſſem, peruenit ad manus Græcus legum interpres, quem ex Creta in Italiam attulit. Stephanus Niger vir doctiſsimus: & vt non parum amicitiæ tribueret, donò eũ mihi dedit. is innominatus interpres, vir plu-
Pholis. rimæ lectionis, quid ſit pholis, ſic explicat, Græcè quidem, ſed in hunc ſenſum. Pholis ſub Theo-
2 doſio † Iunior tributum mulorum ab eo inſtitu- F tum Conſtantinopoli, quòd his ſibi in bello op⁹
Phollis. eſſe diceret. Phollis autẽ aliud tributi genus eſt, quod nobiliores quique ciuitatis pendebant, ꝓut ſecundum habitationes fuerant compræhenſi: vt nobilitas, quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodi ſecum adferret: primo quidem tributo auri libræ octo, ſecundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et (vt ait Eſychous illuſtris philoſophus in VI. hiſtoriæ de temporum diuiſione) Phollis pondus eſt, a-
Balantium. lio nomine dicta balantium: trahit autem donos ducẽtos quinquaginta, hoc eſt, libras CCCXII. & vncias VI. ſinguli verò doni libram vnam, vn- Doni. cias XII. compræhendebant. Eſt & alius phollis
A coactus ex argenteis leptis, qui militibus quos milliarios vocabant, dabatur. Lepti autem cera- Lepti. tion vnum cum dimidio continent. ita Phollis iſtẽ argenti, ceratia CCVIII. habet, & numos IX. quæ ſumma nunc valet millia CIX. Eſt & alius phollis, à duabus auri libris incipiens & vſque ad octo procedens, prout ſoluentiũ tributa ſubſtantiæ patiebantur. hæc ille interpres. Verum Suidas. Phollis, inquit, maſculini generis, eſt obolus. Idem in dictione cermata, κέρματα, ducenti
B & decem oboli, quos Pholeis vocant: & hoc ſenſu Auguſtino de ciuitate Dei, vltimo libro capitur. tametſi Beroaldus in Apul. *Pholles*. legerit, cũ ea vox nunquam pro pecunia accipiatur. Puto itaque Phollem, glebam, clauem, nomina eſſe extraordinariarum functionum (nam & Corn. Tacitus lib. XIX. clauarium donatiui ſpeciem eſſe tradit) quas hac lege ſuſtulit Imperator: nihil autem habere commune cũ prætore, niſi fortè quòd ab illo exigebantur. Procopius in bello
C Perſico, libro III. Aulæ, inquit, præfectus, quem Romani prætorem vocant, & quæſtor ærarij, pecunias bello neceſſarias à populo exigebant. follis in hoc ſenſu mentio quoque eſt in Theodoſij Codice, in legibus nouellis Martiani, vbi Imperator: Quicquid, inquit, ex titulo ſenatoris follibus in prouinciis debetur, hoc iubemus remitti.

## DE CONSVLIBVS ET NON SPARgendis ab his pecun.

SVMMÆ.

1 *Spargi ſolita.*
2 *Patritios variè accipi.*
3 *Faſcium forma.*

MOREM iſtum ſpargendarũ pecuniarũ damnat etiã Vopiſcus in Aureliano: Vidimus proximè conſulatũ Furij Placidi † tanto ambitu in circo editũ, vt non præmia dari aurigis, ſed patri-
E monia viderẽtur: cùm darentur lineæ ſubſericæ, lineæ paragaudæ: darentur etiã equi, ingemiſcẽtib⁹ frugi hominib. factũ eſt em̃, vt iam diuitiarũ ſit, non hominum conſulatus. qui vtique ſi virtutibus defertur, editorem ſpoliare non debet. perierunt caſta illa tempora, & magis ambitione populari peritura ſunt. hæc ille. Quæ verba ſunt puræ puta rationes huius conſtitutionis, qua miſsilia damnauit Imperator.

QVOD aũt ſeqtur in rub. *De patritiis*. aliẽ apud Patritij.
F veteres ſcire debem⁹ dictos patritios, aliẽ in his
2 legib. † capi. nam apud Rom. ſenatorij ordinis viri, quiq; ab his ꝓgeniti erant, patritij dicebãtur, vt ſcribit Liuius li. j. ab Vrb. cõ. & ſentit Trãq. in Aug. Apud Græcos aũt, de quib. hîc loquitur, omnino maior erat dignitas, non ex ſucceſsione debita, ſed quæ ſolebat à principe concedi. Sidonius Apol. Egditio honor patritiatus accedit. celerrimè, ſi cogites eius ætatem: ſi merita, tardiſsimè. Caſsiodorus epiſto. libro VI. Noſtro munere ſubleuatus patritiatus culmen aſcende: quod quidam iuridicorum à patribus dictũ



eſſe voluerunt. Suidas patritios eſſe tradit cõmunis reipublicæ patres, qui in ſuprema dignitate ſenatorij conſilij eſſe cenſentur. meminit & Procopius lib. iij. interea patritios viros cũ lxx. militibus, qui ad ſe paulò antè conuenerant, in Siciliam miſit. Palàm eſt igitur malè ſentire Accurſiũ, qui in §. filiusfa. Inſtit. quib. mod. ius patr. po. ſol. hanc dignitatẽ cum vetere confundit.

IN LEGE j. *Repetiti etiam faces*. Alij codices, & ipſi impreſsi habent, *Faſces*. & meliùs: cõſuli. n. A dabantur xij. lictores cũ faſcibus, proconſuli ve-
3 rò vj. tantùm. Erant † aũt faſces, manipuli virgarũ, intra quos ſtabat ſecuris, Plut. in problema-
Accurſij error. tis, T. Liuio, & cæteris: licet Accurſius in l. proconſules. de offic. procõnſ. interpretetur, vices: cuius erratũ cùm Beroaldus tum alij detexêre. Vopiſcus in Aurel. conſuli à ſenatu deputari tra-
Ammianus, & Vop. emendati. dit faces. Ammianus lib. xxj. tunc & memoriã Conſtantini vt nouatoris, turbatoriſq; priſcarũ legũ, & moris antiquitus recepti vexauit: eũ a- B pertè incuſans, quòd barbaros omniũ primus aduſque faces auxerat, & trabeas conſulares. puto corruptũ vtrobique codicẽ, & propterea legendũ, *Faſces*. Sanè Imperatoribus ignẽ præferri ſolitum. lib. vij. ſcribit Herodianus.

## DE PRAEFECTIS prætorio.

SVMMÆ.

1 *Magiſtri equitum officium.*
2 *Præfecti prætorio officium.*

LEX PRIMA. Pomponius Lætus poſt veteres exiſtimauit, in opere cui de magiſtratibus
Magiſter equitum. Præf. præt. titulum fecit, Magiſtrũ equitũ eundem eſſe, qui & præfectus prætorio ſit. cui opinioni refragatur hæc cõſtitutio. quare ſciendũ eſt, olim regnã-
1 te Romulo, eũ qui præerat prætorio † id eſt, militibus, cohortibuſq; prætorianis circa palatiũ principis, ſolitum fuiſſe etiam in bella prodire, D & dictum magiſtrum equitũ. ſed vbi Romanorũ opes creuerunt, diſtincta fuere officia, vt hic excubias ageret, ad tuendã principis ſalutẽ: ille verò cõtra hoſtes imperiũ tueretur. etſi & illud ſubticendum non eſt, à paulò recentioribus Cæſaribus præfectos prætorio miſſos quandoque ad regendas prouincias. cuius rei teſtimoniũ adfert. l. penult. & l. vlt. C. de offic. præf. præt. vbi legitur, præfectus prætorio Aphricæ, & præfect. præt. Orientis. cuius & mentio eſt in breuiario E Theodoſij. Ambroſius, ad Titianum, epiſtolarũ lib. vj. Rufinus ex magiſtro officiorũ factus eſt in conſulatu præfectus prætorio, ac per hoc plus poſſe cœpit: ſed tibi iam nihil obeſſe: eſt enim aliarum præfectus partiũ. Sidonius libro iiij. ad Polemium: Bienniũ propè clauditur, quo te præfectũ prætorio Galliarũ, non nouã veſtra dignitate, ſed adfectu adhuc vetere gaudemus. Quantã aũt ſit huius magiſtratus dignitas, oſtendit Caſ-
2 ſiodorus epiſtolarũ libro vj. Poteſtati præfecti † F prætorio nulla dignitas eſt æqualis: vice ſacra iudicat: nullus ei miles fori auctoritatẽ præſcribit, excepto officiali magiſtri militũ: curiales etiam verberat: in officio ſuo ius retinet ſingulare: & talibus tantiſq; noſcitur iubere, quos etiã prouinciarũ nõ auderẽt iudices in qualibet parte cõtẽnere: militia perſunctis tribunorũ & notariorũ honorẽ tribuit, & milites ſuos illis exęquat: gratãter implet Imperator, quæ ille conſtituit, &c.

## DE PRAEPOSITIS SAcri cubiculi.

1 *Parauercdorum munus.*

LEX, *Hac noſtræ*. ibi, *Angarias, ſeu perangarias, vel etiam perauęredos*. lego *Parangarias, & parauęredos*: vt †
1 munera quæ ſubeunt incolæ cum carris & veterinis, putà ad auehenda, reuehendaq; inſtrumenta belli, ea dicantur per parauęredos fieri: quæ ve-
A rò aliter, dicantur angariæ, ſeu parangariæ. Vnde Angaria. deducantur parauęredi, ſuprà explicauimus. & angarias appellat Vegetius lib. ij. omnia munera, quæ à militibus fiunt, etiam non vilia. inde vigilias, ſtationeſq;, & geſtationes in vſum belli, angarias dicit: quotidianas etiam in pace vigilias, item excubitũ, ſiue angarias de omnibus centuriis, quæ viciſsim milites faciunt, &c. Et alibi: Si verò ad vigilias, vel angarias faciẽdas, ſiue ad opus aliquod, vel ad decurſionẽ cãpi exeunt mi-
B lites. Suidas: ἀγγαρία ἐστὶ δημοσία καὶ ἀναγκαία δουλεία, publicum & neceſſarium munus. Procopius in Perſico bell. Veredos, inquit, equos publicos vocãt.

## DE PRIMICERIO.

SVMMÆ.

1 *Primicerius protonotarius.*

ACCVR. in rub. exiſtimat primicerium di- Primicerius.
C ctum, quòd primus ferat cereum. quæ etymologia planè ridicula eſt: nam primicerius, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: ſicut ſequens dicitur ſecundicerius. κηρὸς enim ceram ſignificat, κήρωμα tabulã ceratã, in qua antiqui ſcribebant. ab huiuſcemodi igitur tabulis dicti ſunt primicerij. Vegetius lib. ij. Primicerius, † inquit, in officio præfectorum prætorio, 1 ad honeſtum quæſtuoſumque militiæ peruenit finem. Athalaricus Gotthorum rex in quadam epiſtola ad ſenatores vrbis Romæ: Illuſtri viro
D atq; magnifico patritio Maximino primiceriat⁹, qui & domeſticatus dicitur, gerẽdam duximus dignitatem. Suidas. πριμικήριος ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. dicitur aũt primicerius non ſolùm notariorum, vt apud Renatũ Frigiridũ in hiſtoria Honorij & Theodoſij: Ruſticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multiq; nobiles apud Aruernos capti: ſed etiam primus aliarũ dignitatum. Hieronymus in chronic. Euſebij: Iouinianus ex primicerio domeſticorũ, Imperator eſt fa-
E ctus. Ammianus Marcel. libro xviij. Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorũ, tribunus. Hieronymus, vti ſuſpicor, in vita Martiani: Hadrianus ſeptitium primicerium ſcholæ cãdidatorũ ordinauit. Innominat⁹ autor ad Theodoſiũ, primochiriũ appellat, quaſi primũ à ma- Primochirius. nib. dicas: niſi corruptus eſt à ſcriptore codex, q vnus extat. quę aũt huius officij ſit dignitas, oſtẽdit Caſsiodorus epiſtolarũ lib. vj. in forma comitiuę ſacrarũ & primiceriatus: vbi, ad publicæ, in-
F qt, feſtiuitatis indiciũ, locũ quoq; primiceriatus adiungimus. parũ eſt aũt, q prouinciarũ iudices tuæ ſubiaceãt dignitati: ipſis quoq; ꝓcerib. chartarũ cõfirmas officiũ, dum perfectũ nõ creditur, niſi à te fuerit ꝑ ſolẽnitate cõpletũ. veſtis quoq; ſacra tibi antiquitus noſcitur fuiſſe cõmiſſa. curas quoq; littorum, aduẽtitia lucra, prouiſionem comitis, negotiatores, quos humanæ vitæ conſtãt eſſe neceſſarios, huic poteſtati conſtat eſſe ſubiectos. nam quicquid in veſtibus, quicquid

in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, tuis ordinationibus obſecundat. Zonaras, μεγάλα, inquit, πριμικήριο σιλεντιαρίων ἐπὶ μίαν λογικοῦ καὶ μέλανο, &c.

## DE COMITIBVS ET Archiatris.

### SVMMÆ.

1 *Archiatri creandi forma.*

Archiatri.

ARCHIATRI dicuntur medici principis, ἀρχὸς enim princeps, ἰατρὸς medicum ſignificat. Homerus:

ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Vir medicus, multis aliis æquandus honore eſt. Non igitur hic ſumos medicos interpretandum puto, quod alij faciunt: ſed medicos principis in aula Imperatoria. ἀρχὸς quoq; Athenis ſummus magiſtratus erat, vt in Gallienis ſcribit Pollio.
1 Formam aũt † quomodo conſtituerentur archiatri, cuilibet diſcere eſt facilimum ex Caſsiodoro epiſtolarum lib. vj. vbi ex perſona principis: Indulge, inquit, noſtro palatio, habeto fiduciam ingrediundi, fas eſt tibi nos fatigare ieiuniis, fas eſt cõtra noſtrũ ſentire deſideriũ. quæ verba clariſsimè oſtẽdũt, fuiſſe medicos principis archiatros. Horũ & meminit Iulius Firm. li. iij. Etymologiæ autem ratio, hoc in titulo non inde deducitur, q, τοῦ ἀρχοῦ ἰατροὶ eſſent: ſed q, primi, principéſue medicorum illi exiſtimandi ſunt, quos in aula ſua Imperator haberet: alioquin & archiatrũ Aeſculapium Augſtinus de ciuitate Dei iij. appellat.

## DE SILENTIARIIS ET DEcurionibus eorum.

Silentiarij.

PROCOPIVS Perſic. belli ij. Romani, inquit, ad ea quæ quietis ſunt, in palatio miniſtrum, ſilentiarium vocant: ſicuti domeſticum, arcanorum principis conſcium: vt in eodem opere legitur.

Domeſtici.

## DE PRÆPOSITIS laborum.

### SVMMÆ.

1 *Præpoſitis laborum ſubditi.*

ACCVRSIVS in huius tit. declaratione, anceps nimiò plus, quàm æquum eſt fertur cùm antiqua lectio ſatis † probabilis ſit, quòd his 1 prępoſitis ſubeſſent mediaſtini omnes, aliique Imperatoriæ domus opifices. Illud fortaſſe fefellit Accurſium, quod alibi legerat ergolabos eſſe operarios: quæ Græca dictio eſt, ἐργόλαβοι reperitur autem in l. vnica. C. de monopolis. quàm lectionem probarem, niſi veterum codicum autoritate adducerer, in quibus præpoſitos libellorum lego. Cæterum quoniam hic de labaro quædam Accurſius dicit, illud ſciendum vexilli ſpeciem eſſe labarum aliis nobilius, quòd ante Imperatores ferri, & à militibus adorari moris eſſet. erat autem auro & pretioſis lapidibus opertum: vt Socrates epiſcopus ſcribit in tripartita hiſtoria, lib. j. c. v. Vt inde cognoſci poſsit, quid ſibi voluerit Septimius Clemens in Apologetico, capite xvj. Sypara illa vexillorum & labarorum ſtolæ crucium ſunt.

Ergolabi. Labarum. Tertul. locus.

## DE PROXIMIS SAC. ſcriniorum.

### SVMMÆ.

1 *Cornicularios variè accipi.*
2 *Iagi modus.*
3 *Meloproximi munus.*
4 *Antiquariorum munus.*

A LEX II. ibi, *Corniculario*. quia in huius dictionis ſignificatu Accurſius hic fallitur, intellige cornicularium, id eſt † adiutorem principis 1 cuſtodiæ, vel officialis. Aſconius: Accenſi, inquit, dicebantur attributi decurionibus, hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc commentarienſes & cornicularios appellant. Valerius Max. libro vj. Cui Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Dicitur B autem cornicularius in bello accenſus decurionis: quo ſignificatu capitur etiam apud Frontinum libro iij. Tribuni cornicularius vigiles q̃ſdam excitauit. & apud Tranq. de claris grammaticis: Orbilius corniculo meruit. In palatina verò militia, cornicularij accipiuntur pro acconſis primiſcriniorum, vel principis proximorum: quo ſenſu capitur hæc vox hîc, & apud Maternum libro ij. & Tranq. nam quem ipſe in Domitiano appellat Clodium cornicularium, Dion C Græce κλώδιον ἰωτίλον dicit: quod quidam prodidêre, licet eorum iudicio non omnino acquieſcam. Horum quoque mentio eſt in breuiario Theodoſij de officio ſcriniorum. Cornicines autem alio ſignificatu dicuntur Vegetio in ij. ſed hi nihil ad rem præſentem. Dicitur autem in hac lege, caput officij, eo modo quo Vegetius dixit, caput contubernij. Sanè magiſtri ipſi ſcriniorum ἀντιγραφεῖς vocantur, vt Græcus legum interpres ſcribit.

Cornicularij.

D LEX, *Iubemus*. ibi, *Venalitium*. Venalitij dicuntur negotiatores, à vendendo, Plin. lib. xxj. & Ciceroni, & Nonio: præſertim ſeruorum: inde ſerui quoq; ipſi venalitij dicuntur & venales. & in hac l. venalitium munus, quando quis cogitur negotiari, quod viro nobili indignum putatur.

Venalitij.

In ſequentibus verbis, *Temonis*, lego, *Teloneis*. hoc eſt, tributis & vectigalib. teloneon locus eſt vbi tributa fiſcalia exiguntur: cuius mentio habetur etiam in Euangeliis. τελώνη, exactor ipſe, ſeu pu E blicanus, Trãq. in Aug. Niſi fortè quis exiſtimet temonem illud eſſe tributum, quod Ammianus Marcel. iugum appellat: qua in re dubito. Sanè Maiorianus in nouellis, iugũ † videtur mille ſo- 2 lidorum cenſum appellare, ex quibus bini ſolidi functionis publicæ nomine exactoribus præſtabantur.

Teloneon. Temonis tributum.

LEX, *Peculiari*. vſque ad *Meloproximos*, ſimplici liquida legendum, ſi deducatur ea vox à Græco verbo μελετάω, quod exercere ſignificat: vel à Græ F cõ μέλει, quod curæ eſſe denotat. Nero in epigrammatis.

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί,
οὐδὲν μέλει μοι, τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

*Me terra functo miſceatur ignibus,*
*Id curo nil, mea probè ſe continent.*

Quos ſenariolos ideo libentius adduxi, vt explicatiorem haberes Senecæ in libro de clementia ij. Tranq. in Nerone locum. Significabit igitur † 3 meloproximus eum, qui ſe cum proximo ſacri ſcrinij exercet, inferior tñ illo gradu dignitatis.

Meloproximus.

eritq;



eritque hoc modo compoſitio Græcæ & Latinæ dictionis, quòd etſi veteres, auctore Quintiliano, rarò admiſerint, poſteriora tamen ſecula receperunt. niſi malis toto titulo, non, *Proximos* legere, ſed *Prochiros*. Græci enim πρόχειροι vocant hoſce ſcribas, quòd manu expediti ſint. at facilis factu, lubricuſq; error, χ Græcum in x, vertere. Poteſt itaq; legere, meloprochiros. etſi, ne lectionem rear mutandam, non parum me inducat Theodoſius, qui vbiq;, proximos, dicit: cui accedit & Ammianus, licet corruptus ſcriptorum vitio auctor. Sed & potuit ea ratione meſoproximus dici, qua meſonautas Iuriſconſulti nuncupauere. alij meloproximum interpretantur qui futurus eſt proximus: qua ratione mellonymphum dicunt deſignatum ſponſum, & mellothanaton capularem.

Prochiri.

LEX, *Vnicuique*. ibi, *vt xv. primatum*. iunctim legendum eſt, *xvprimatum*: erat enim dignitatis nomen, hoc eſt xv. primarij viri in ſcrinijs. Cicero in Roſcio Amerino: Itaque decurionum decretũ ſtatim fit, vt xprimi proficiſcantur ad L. Sillam. Græcè dicuntur δεκάπρωτοι. Arcad. in l. vlt. de mun. & hono. & ſuprà diximus: eſt enim diuerſa illa dignitas ab ea de qua loquimur.

Xvprimatus.

4 LEX, *Hac parte*. ibi, *Antiquarios*. intellige eos † memoriales, qui antiquarum rerum principi memoriam ſuggerunt. antiquarius enim ſignificat eum qui antiqua verba interpretatur, quiue curat vetera. Iuuenalis ſatyra vj.

Antiquarius.

*Ignotoſq; mihi tenet antiquaria verſus.*

## DE AGENTIBVS IN REBVS.

### SVMMÆ.

2 *Ducennarij acceptiones, & munera.*
3 *Biarchorum munus.*

LEX, ij. ibi, *Pateat cogia*. locum hunc vt mendа non carere credam facit dictio, Cogia, nuſquàm reperta apud tot ſcriptores: præſertim tam audaci deriuatione, vt à cogo fiat cogia: cùm alij omnes dicant, coactio. quare non abſurdè putauerit aliquis hîc legendum, *Elogia pateant*, hoc eſt, con- 1 cedatur licentia. elogium enim plerunq; * pro licentia ponitur, de quo ſuperius dictum. Alij etiã de vulgatis codicibus habent, *Copia*. quã lectionem probo.

Elogium.

2 LEX, *Matriculam*. Ducenarij † quorum hac in lege eſt mentio, quem in ſenſum capiantur, probabiliter certè dubitari poteſt. nam hoc nomine appellari eos iudices legimus, qui de leuioribus rebus pronunciabant, dicti à cenſu ducentorum ſeſtertiorum. horum decuria addita fuit ab Auguſto Cæſare, vt ſcribit Tranq. Ducenarij quoq; (vt alij tradunt) capiuntur pro exactoribus publicaniſùe: ducenaria enim nomẽ vectigalis eſt, ſicut centeſima quinquageſima. Apul. lib. vij. nã procuratorem principis ducenaria perfunctum, dein fortuna triſtiore decuſſum, orato fuerã aggreſſus. reperitur etiam id nomen in alio ſignificatu apud Vegetiũ lib. ij. vbi primus, inquit, haſtatus duas centurias, id eſt, ducentos homines, ducebat in acie ſecunda: quem nunc ducenariũ vocant. Et paulò inferius: Erant centuriones qui ſingulas ducebant centurias, nũc centenarij nominantur. Sed in lege noſtra, quod erãt centenarij, & ducenarij in re militari, puto fuiſſe hos in domeſtica familia. Scotus ad Theodoſiũ Imperatorem, in ſchola agentium tradit fuiſſe ducenarios, qui in præfectorum officio in prouincijs fiebant officij principes: eratq; eis poteſtas principalis clementiæ adorandæ. nam ducenarium habuiſſe proconſulem Achaiæ, comitem Orientis, præfectum Auguſtalem, vicarium diœceſeos Aſianæ ſcribit, qui in eorum officio ſcriptorio fiebat princeps.

Ducenarij. Centuriones. Centenarij.



QVOD ſequit, *Biarchorum*, intellige † eos qui 3 emebant neceſſaria ad vitam totius domus principalis. βίος vitam ſignificat, ἀρχὸς principem. Caſſiod. hiſt. lib. vij. Demoſthenis cuiuſdam memi A nit, qui in Imperatoris Valentis aula præerat emendis obſonijs: conſtitutuſq; erat ſuper epulas Imperatoris. poſſumus & legere, biarcei, q, ita appellentur vitæ neceſſaria curãtes. vnde epithetum Panos dei, Suidæ & Archiæ in epigram.

Πανὶ βιαρκέι ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλης αὖθαι μοι τρισσοί.

conuenit venatorib. βιαρκὴς, vitæ ſufficientis.

## DE CVRIOSIS, ET STATIONARIIS.

### SVMMÆ.

B 1 *Curioſos variè accipi.*
2 *Stationariorum munus.*

CREDIDERIM curioſos † eos appellari, 1 non qui vbivbi delicta fierent denuntiabant, vt ſentit Accurſius: ſed eos, tantùm, qui commiſſa in curia Principis, vel in comitatu præſidum, per omnes prouincias referrent ad præfectos: vnde & nomẽ ſumpſere. alioquin fuiſſe officium, qui denuntiarent paſsim delicta, nuſquam (ut arbitror) lectum eſt. Innominatus autor ad Theodo C ſium ſcribit, in officio magiſtri officiorũ eſſe curioſum vnum curſus publici: item curioſos per omnes prouincias, quos magiſter officiorum emittit. horum feciſſe mentionem arbitror Apuleium Aſini aurei lib. j. Nõ equidẽ curioſus ſum, ſed qui velim ſcire cuncta, vel plurima. timentibus enim comitibus, pręſertim Ariſtomene mortem comitis prodere, eos fari audacter hortatur, qui non curioſus, id eſt, delator eſſet, ſed potius libenter plurima ſcire cuperet: nam eo in lo D co veteres codices habent, curioſum. at interpretes legũt, curionem: quæ lectio omnino falſa eſt. quid enim aliud eſt eſſe curionem, quã velle ſcire cuncta, vel plurima? magis itaq; credibile eſt, eleganti illa translatione vti Apuleiũ, quàm pugnantia loqui. Stationarij † quoque hoc in loco 2 pro his accipiẽdi ſunt, qui fugitiuos, & ad hoſtes tranſeuntes deferunt. Ammiano Marc. auctore lib. xviij. ſunt autem hi milites ordinarij, deputati ad aliquem tuendum locum in limitib. Impe E rij: dicti, quòd in ſtationibus habitent, nec vagentur. ſanè curioſorum quoque meminit Maternus lib. iij. Si per noctem fuerint inuenti, erunt publicani, vectigaliarij, vel curioſi. Suidas etiam in vita Chryſoſtomi, reperiri tradit, ἑλκυσθεὶς ὑπὸ κουριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, tractus ſub curioſo vrbis in media ciuitate.

Curioſi. Apuleij locus. Stationarij.

## DE PALATINIS SACR. LARgitionum.

### SVMMÆ.

F 1 *Barbarorum acceptiones.*
2 *Palatinorum genera.*

LEX, *Scrinijs*. ibi, *Quiſquis ducenarij numero vnus centenarij numeri*. legendum, *Cẽtenarij numero* j. id eſt, vnus: quod alia probatione non videtur indigere. Item in fine, *Barbaricarij centenarij numero* ij. intellige in quacunq; centuria duos barbaricos attributos. Barbaricarij autem ſunt phrygiones, polimitarijue, vt diximus ſuperius, quos barbarios alij appellant: Imperator in l. j. §. de præpoſitis

Barbaricarij.

DDD

1 agentibus in rebus. † nam dictionis huius varia
eſt ſignificatio. Siquidem antiquis illis tempori-
Barbari. bus & Romani ipſi barbari dicti ſunt: quod lega-
to Romano apud Ætolos obijcit orator Philip-
pi regis, vt ſcribit Liuius xxxij. & Plautus linguã
Latinam, barbaram vocat in compluribus fabu-
larum prologis. ſequenti demũ tempore exem-
pti hoc nomine ſunt Latini, cùm iam regna per
diuerſas prouincias protuliſſent: vt tamẽ & Hi-
ſpani, & Galli, & Germani, cæteriq; præter Græ-
cos & Italos ſic notarentur. at ſub recentioribus
Imperatoribus barbari ſolùm dicti, qui ſub Im-
perio Romano nó erant, vt Sarmatæ, Perſæ, Scy
thæ. qua in ſignificatione vbiq; capienda eſt hęc
Lex Codicis declarata. vox Ammiano Marcel. & ſi qui eo tempore ſcri-
pſerunt. & in l. iij. C. de ſer. fug. ſi fugitiui, inquit,
ſerui depræendantur ad barbaricum tranſeũtes,
pede amputato debilitentur. Ammonius in dif-
ferentijs, barbarum tradit eum, qui Græcus nó
ſit: barbaricum verò, barbarorum vel locum vel
rem eſſe. Hodie apud graues viros barbari exi-
ſtimantur qui Chriſtianæ legis non ſunt, vel ſan
guinarij & impij, quales milites gregarij plerũq;
ſunt. Vtcunq; itaq; capiatur id nomen, Phryges
ipſi barbari ſunt: inde phrygiones & ipſi barbari
Locus Plauti. dicti: nam & rudis quicunq; dicitᷣ barbarus. Plau
tus in Milite: Nam hoc columnari poetæ eſſe in-
audiui barbaro. taxat enim Næuiũ poetam, qui
vſus erat verbo barbaro, columnari, quod Lati-
num nó eſt, vt conijcitur ex verbis Feſti Pompeij
in dictione barbaros. vt iure mirari poſsimus,
quam infeliciter Plautum declarauerit Hermo-
laus in corollario Pliniano.

QVOD autem hac in lege, *Mittendariorum*. fit
mentio, Græcus legũ interpres: Palatini, inquit
2 † communi nomine dicuntur omnes habitãtes
in palatio: alij quidem ſemper in domo Auguſti
perſeuerantes, qui Comitatenſes dicuntur. Co-
mitatum autem locum appellant, in quo vitam
ducebat Imperator. Qui verò in prouincias mit
Mittendarij. tebantur, dicuntur mittendarij, à mittẽdo nun-
tio. hæc ille.

DE STRATORIBVS.

SVMMÆ.

1 *Stratorum munus.*

1 STRATORES interpretantur † quidã eos
milites, ſeu mercenarios, qui caſtra præibant, vt
loca accommodatiora ad traducendum exerci-
tum facerent: vel aggeres, tumulóſue æquando,
vel ſtruendo pontes, & ſimilia: quorum mentio
apud Vegetium libro ſecundo. Habet præterea
legio fabros, tignarios, ſtratores, carpentarios
&c. etſi alij codices habeant inſtructores. Verùm
ipſe in hac rubrica malim ſtratores legere: nam
hos pro tabellarijs accipi Cicero oſtendit. vt in-
telligamus hîc eos, quos princeps varia neceſsi-
tate mittit ad prouincias, vt nuntient aliquid:
quibus tenentur prouinciales ſubinde mutare
equos, quò celerius eant. vulgus vernacula lin-
gua, equitantes principis famulos vocat. tenen-
tur autem prouinciales eis offerre equos, aliter
fiſco ſolidorũ nomine ſunt obnoxij. Paulus Dia-
conus Longobardicorum libro ſexto: Rex, in-
quit, Cunipertus, dum poſt hæc cũ ſtratore ſuo,
ſeu quem propria lingua marphais dicunt, con-
ſilium iniret. Suidas ſtratorem ſpeciem eſſe di-
gnitatis tradit, vt diuerſa ſuſpicer eſſe officia. Pla
nè quę Accurſius & cæteri hîc ſcribũt, nec ex au-
toribus probabilia ſunt, nec verbis legis ſat vi-
dentur congruere. Staticulum autem & vehiculi
genus eſt. Plin. lib xxxvij.

DE CASTRENSIARIIS, ET *Miniſterianis.*

SVMMÆ.

1 *Aulicorum miniſteria varia.*

HVNC titulum proculdubio corruptũ opi-
nor: tum ex eo, quod Accurſius pluribus eũ mo-
A dis legit: tum etiam, quòd dictiones illę non ad-
modum Latinæ ſunt. neq;. n. miniſterianus, ali-
quo in auctore eſt vnquam lectum: cùm alij, mi- Miniſterialis.
niſterialem potius dicant vt Theodoſius, qui in
officio caſtrenſium hos connumerat: etſi Suidas
magiſteriani mentionem faciat, cuius dignitatis Magiſterianus.
& mentio eſt in compluribus authenticorũ lo-
cis, quæ à magiſteriali non videtur differre, qua- Magiſterialis.
lem fuiſſe Cornelium Saturninum oſtendũt in-
ſcriptiones veteres, vt Bononiæ marmorei ſtylo
B bata in Margaritæ ædicula: MEMORIAM P.
CORNELII SATVRNINI MAGISTERIA-
LIS, CORNELIA PRIMA VXOR EX IN-
DVLGENTIA COLLEG. SIGNVM LIBE-
RI, BASEM C. AVLIS D. Sicut ergo & ma-
giſterianum, & magiſterialem dicimus: ita utrũ-
que dicendum videtur in miniſteriali, miniſte-
rianoq;: etſi apud alios autores hoc, vt præfatus
ſum, legi nunquam. certè Latinè magis dicetur,
de caſtrenſibus miniſtris. Lampridius in Alexan
C dro caſtrenſes miniſtros appellat: cuius verba
ideó maximè apponenda cenſui, quoniã quod
horum eſſet officium, ſatis explicant: Aulicum,
inquit † miniſterium in id cótraxit, vt eſſent tot 1
homines in ſingulis officijs, quot neceſsitas po-
ſtularet: ita vt annonas, non dignitatem accipe-
rent: fullones, & veſtitores & pictores, & pincer-
næ omnes caſtrenſes miniſtri. Caſtrenſiariorum Caſtrenſiarij.
quoq; mentio eſt in vetuſtis ſpectationibus: vt
in illo tumulo, qui Mediolani eſt in templo ma-
D iori: T. Ponti Maioris negotiatoris ſilentiarij &
caſtrenſiarij.

DE DECANIS.

SVMMÆ.

1 *Decani nomina.*

MODESTVS in ſingulari libro, quem de
rei militaris vocabulis fecit: Decani † inquit, e- 1
rant decem militibus præpoſiti, qui nunc caput
contubernij vocantur. Idem etiã teſtatur Fl. Re-
E natus libro ſecũdo, eodem modo dicti, quo cen-
tenarij & ducenarij, de quibus ſuprà in nomini-
bus rei militaris: Græcè δέκαρχος, καὶ δεκαδάρχης, καὶ λόχος,
idem ſunt: & alij appellant ἐνωμοτίαν.

DE MENSORIBVS.

SVMMÆ.

1 *Menſorum officium.*

MENSORES inquit † Vegetius & Mode- 1
ſtus, ſunt qui in caſtris ad podiſmum metiuntur
F loca, in quibus tentoria milites figant: vel qui ho
ſpitia in ciuitatibus præſtant. Theodoſius in pa-
latino officio menſorem lampadarijs iungit: tra
ditq; eos ſubditos fuiſſe præfecto prætorij per
Orientem. Scio menſorem etiam in alia ſignifi-
catione capi, ſed ea nihil ad hunc locum.

DE PRIVILEGIIS EORVM QVI IN SA- *cro Palat. militant.*

SVMMÆ.

1 *Magiſtratuum genera varia.*

2 *Duumuiris*



2 *Duumuiris merum imperium competere.*
4 L. *De cubiculis. ſenſus.*
5 *Capitulum variè accipi.*

LEX, *De cubiculis.* ibi, *vel obſequium temonariorum,*
Pentaprotia. *vel pentaprotiæ.* lego πενταπρωτία. Græca vox eſt, & ſi-
gnificat quinq; primorum munus: quos aliæ ſa-
cræ cõſtitutiones, quinq; ſummates vocant. Ipſe
1 & quintumuiros appellari puto. Ab † antiquis
Quintumuiri. enim quicunq; magiſtratus extraordinarij, ple-
runq; ad ſimile nomen redigebantur: vt duum-
uiri, triumuiri, quartumuiri, quintumuiri, ſextũ-
uiri, decemuiri: quod & in magiſtratibus muni-
cipalibus obſeruabatur. Planè dubium eſt apud
2 recentiores Iuriſcõſultos † an duumuiri ius gla-
Duumuiri. dij habeant. quos Liuius admonere debuit, qui
ab Vrbe cond. lib. 1. ſcribit iudicaſſe duumuiros
Vt Tergeminus Horatius ſi cui ſuſpenderetur,
quòd ſororem interfeciſſet. quę opinio & legib.
ipſis probabilis eſt: nam duumuiri faſces habe-
3 bant †. l. duumuirum. C. de decur. qui capitalis
animaduerſionis ſunt iudices, vt T. Liuius ſcri-
bit, & Plutarchus in problem. & Pompon. Iuriſ-
conſul. in l. ij. de origin. iur. nam & eos præfuiſſe
carceribus, traditᷣ in l. ſi quis uxori. §. ſi fugitiuũ.
de furtis. quamobrem duumuiros exiſtimo ex
magiſtratibus municipalibus duos fuiſſe, qui in
reos inquirerent, & nullam vlterius iuriſdictio-
nem haberent, vt neq; ante eos ex illorum aucto
ritate poſſet filiusfam. emancipari: nec debitor
prætoris decreto contumax, poſsit per eos iure
puniri, nec olim coram eis bonorum poſſeſsio
agnoſci: licet contrarium ſtatuerit Iuſtinianus.
Sed hæc alibi latius, cùm certiora comperta ha-
buerimus.

QVOD autem in hac conſtitutione dicitur,
*Temoniarorum.* ſuperius admonui, & probabiliter,
*Teleonariorum* poſſe legi.

QVOD & legitur, *Turmariorum, quos capitularios*
*vocant.* fortaſſe ſunt hîc accipiendi decani, qui tur
mæ præerant: & alio nomine dicunt, caput con-
4 tubernij, vt ſcribit Vegetius. quod ſi ita eſt † ve-
tat Imperator, ne decani poſsint in ſui locum pa
5 latinos ſubrogare. Sanè capitulum † non ſolùm
Capitulum. Latinè paruũ caput hominis ſignificat, vt apud
Terentium: ſed etiam particulam opuſculi, vt a-
pud Vlpianum l. j. de teſtamen. mil. vt parum iu-
re agãt, q idipſum in ſuis diſputatiũculis negãt.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM.

SVMMÆ.

1 *Scholares varij.*

SCHOLARES. Hîc intellige militantes in
1 ſacro palatio: nam † & ſchola militum dicitᷣ Ve-
Scholares. getio, Seuero Sulpitio in Martini vita, & cęteris:
ſicut ſchola literarũ à Græco σχολή, id eſt, ab otio.
Meminit Cicero in Tuſcul. Sanè negant pleriq;
eruditi viri, ſcholarem Latinã eſſe dictionem: ſed
Scholaſticus. pro ea vtuntur Græca, ſcholaſticus: quorũ in ſen
tentiam ne eam, me multum mouet eloquentiſ-
ſimi viri Fabij Quintiliani autoritas lib. ij. de of-
ficio diſcipulorũ: ubi in ipſos, inquit. cœtus ſcho
larium læti & alacres cõuenient: ſi modò emen-
data apud eum eſt lectio.

DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE.

SVMMÆ.

1 *Dignitatum ſpeciei variæ.*

1 TRADVNT recentiores Iuriſconſulti, qua-
Dignitatũ ſpeciei quot ſunt. tuor eſſe dignitatum † ſpecies: ex quibus quidã



ſunt illuſtres, ſuperilluſtres alij, quidam ſpectabi
les, quarti clariſsimi. tu verò his quintum adde
gradum, perfectiſsimorum, ex hac cõſtitutione.
vnumquenq; autem magiſtratum ſub horũ ali-
quo gradu collocãt: puta patritios, & ſenatores,
ſuperilluſtres: conſules, præfectos prætorio, illu
ſtres: ſicut ſpectabilem, præfectum vrbis, præto-
rem, proconſulem: pręſidem verò prouinciæ, cla
riſsimum. Sed ipſe aliter reor: neq; enim omnes
A præſides erant clariſsimi, verùm & perfectiſsimi
quidam, prout dignitas prouinciæ requirebat,
ad quam regendam mittebantur: qua de re alibi
à nobis diffuſe ſcriptum eſt.

DE RE MILITARI.

SVMMÆ.

1 *Riparenſium munus.*

LEX, *Contra.* ibi, *Seu de caſtris riparenſibus.* Ripa- Riparenſes.
B renſes † hîc accipiendos puto pro his militibus, 1
qui in imperij limitibus excubabãt pro republi-
ca aduerſus Barbaros: puta in ripis Danubij, ad
tuẽdas Pannonias aduerſus Sarmatas: & in ripis
Euphratis aduerſus Parthos. Herodianus libro
ſexto: Oppugnabat, inquit, Artaxerxes Perſarũ
rex Romanorum caſtra, impoſita fluminum ri-
pis, quæ ſcilicet Imperij limites tuerent. Et pau-
lò inferius: Nuntiatum eſt, Germanos Rhenum,
Danubiumq; tranſgreſſos, in fines Romanos ho
C ſtiliter intraſſe, oppugnareq; exercitus ripis inſi
dentes. Idem & alibi cõpluries: nam vt Tacitus
libro xviij. & Herodianus libro ij. prodiderunt,
cùm ſtante republica Romana, omnes Itali ſem-
per in armis fuiſſent, primus Diuus Auguſtus a-
lienigenas milites mercenarios habuit, qui Ro-
manum tuerentur imperium, tum fluuiorũ ma-
gnitudine atq; foſſarum, tum montibus aſperri-
mis, & imperuijs deſertisq; locis.

D DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM.

SVMMÆ.

1 *L. Ius de caſtrenſi peculio. ſenſus.*

LEX, *Ius † caſtrẽſis.* ibi, *Legione prima adiutrice.* Ac 1
curſius in interpretatione huiꝰ verbi, adiutrice, Adiutrix.
ſe plurimũ inuoluit, atq; vix explicat. ſed omiſſo
quod ipſe ſenſerit, ſcire debemus, adiutricẽ hîc
pro legionis cognomine poni, cuius mentio
Plaut. in vita Othonis, Cornelio Tacito, & cæte-
ris. Hoc enim legioni Othonianæ nomen erat,
E quæ cum rapace Vitellij conſeruit manus. mura-
bantur tamen plerunque hæc cognomina. nam
Spartianus in Hadriano. primam legionẽ appel- [illegible]
lat mineruiam: & ſecundam quoq; adiutricẽ di-
ctam, oſtendunt antiquæ inſcriptiones.

DE EROGAT. MILIT. ANNONAE.

SVMMÆ.

1 *L. j. de erog. mi. ſenſus.*
2 *Teſſeræ & ſtellaturæ diſcrimen.*

F LEX, j. ibi, *Repetita conſuetudo.* † id ab Imperato 1
re dictum eſt: quoniam etiam apud veteres erant
huiuſcemodi cibi militares, quales deſcribuntur
hîc. Spartianus in Hadr. Ipſe quoq; inter mani-
pulos vitam militarem magiſtrans, cibis etiam
caſtrenſibus in propatulo libẽter vtens, hoc eſt,
larido, caſeo, & poſca: exemplo Scipionis Aemi
liani & Metelli, & autoris ſui Traiani. Quid au- Buccellatum.
tem in hac lege ſit buccellatum, oſtẽdit Ammia-
nus. Marc. lib. xvij. Firmatoq; conſilio triginta
dierum, frumentum ex eo quod erat in ſedibus,

conſumendum, ad vſus diuturnitatem excoctũ, bucellatum vocant, humeris militum impoſuit.
Bucca. dicitur autem à buccea, quę eſt fruſtulum panis, quantum commodè bucca capere poſsit. Auguſtus apud Tranquil. Poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui. Inde fit buccella, Martiali.
Buccellarij. Buccellarij autem Gallogræci vocabantur, & Buccellariorũ regio, Gallogræcia, vt eſt apud Suidam. Sunt & buccellarij equites cataphracti per Orientem, qui ſuberant magiſtro militum, vt ad Theodoſiũ Imperatorẽ in breuiario legit.

Stellaturæ. LEX, *Septem diebus ſtellaturæ.* vocabulum hoc inuentu rariſsimum, interpretare, vt ferè teſſeram 2 † frumentariam ſignificet, niſi quòd teſſera gratuitum frumentum plebi dabatur; ſtellatura viliore pretio annona militibus vendebatur, idq; à parocho ſeu opinatore, qui à municib. paganis acceptas ſpecies adærabat, id eſt, æſtimatas in militare ærarium (magazinum vulgò vocant) referebat, vt nomine ſtellaturæ diſtribuerentur, quod & hac ex conſtitutione & alijs pluribus oſtenditur. Hinc Peſcennius Niger Imp. vt eſt apud Spartianũ duos tribunos lapidibus obrui iuſsit, qui militum ſuorũ ſtellaturas acceperant. Lampridius in Alexand. Annonam militum diligenter inſpexit, tribunos qui de ſtellaturis militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna affecit. Puto dictas à ſtellis: ita enim Plinius lib. vj. columnas ſeu pilas appellat, in quib. fœdera ſcribebantur. Capiuntur etiam pro quocunq; ſigno, etiam militari: nam & ſedile collocatũ in ſuggeſtu, Ammiano vnde vigeſimo lib. ſtella regalis, cum aureo puluinari, nullo vetante direpta eſt. (Ammiani locus.) niſi inemendatus eſt codex, & verius legenda ſit, ſella. ſed & de ſtellatura nobis alio loco dicetur.

DE MILITARI VESTE.

LEX, *Prouinciæ Tarſiarum.* Tarſus Ciliciæ ciuitas, à Perſeo condita. ſed & legi poteſt, Tracheæ. D Sextus Aurel. Victor in Veſpaſ. Syria, inquit, ſeu Palæſtina, nec non Cilicia Trachea, & Comagene, quam Auguſto fratenſem nominamus, &c. Verùm hîc malim legere, Thraciarum. Et paulò
Mœſia. inferius, *Miſia. Mœſia*, verior lectio. eſt autem duplex, ſuperior & inferior. legito Plinium. Scotus Mœſiam primam & ſecundam nominat, ſicut Armeniam primã & ſecundam: quod & de Cappadocia refert in Pontico tractu: diuiſæ enim ita erant & quælibet ſuum habebat præfectum. E *Exceptis Oſtroænatis, & Oſienia, & Iſaria.* caſtigatius puto legi, *Orthodoſiæ natis: & Oſrhœnia, & Iſauria.* Orthodoſia in Aſia eſt trans Mæandrũ, de qua Strabo lib. xiiij. (Oſtroen.) potes etiam legere, *Oſtroenæ natis:* quoniam Oſtroëm Suidæ vrbs eſt diuerſa, vt ſuſpicor, ab Oſrhęnia: quam conterminam Parthis ſuprà diximus ex Herodiano: Iſauria verò cognita omnibus.

DE METATIS ET EPI-
*dimeticis.*

SVMMÆ.

1 *Menſorum varia acceptio.*

Epimetatici. RECENTIORES quidam legunt, *Epimetaticis*: cuius quidem vocabuli ſignificatio, vt ipſi 1 arbitrantur, inſcriptiones † continet, quæ à menſoribus fiebant: putà in valuis ianuarum, quibus ſignificabatur, quis in ea domo hoſpitaturus eſſet. (Metata.) domus ipſæ, metata dicuntur: quã vocem numero ſingulari prolatam reperio à Caſsiodoro lib. iiij. hiſtoriæ. Et primum quidem interrogare militem. quis eum ad metatum duxiſſet epiſcoporũ. Ipſe à veteri lectione nil immutare auſim: quoniã menſores, inquit Vegetius & Modeſtus, etiam dicuntur, qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant: vnde & dimenſores. à qua dictione potuit deduci, epidimetica, eo ſignificatu quo epimetatica capiunt: etſi hæc quoq; deductio non admodum Latina ſit. Sed quid ſi legerimus, *Epidemeticis?* (Epidemetici.) A vt ita appellari credamus hoſce metatores, (Metatores.) quoniam in vrbibus metarentur. ἐπιδημῶ enim idem valet, quod ad ciuitatem in rem præſentẽ venio. Metatores autem ſunt, qui præcedentes locum eligunt caſtris, vt ſcribit Vegetius. Erunt fortaſſe quibus, *Epideigmaticos.* (Epideigmatici.) hoc eſt, demonſtratores legere placebit: quod vix probo. Sanè Iuſtinianus in authen. vt nulli iud. videtur epidemetica accepiſſe pro collatione pecuniæ, quam à ciuibus extorquebant milites, ne in eorum domi- B bus hoſpitarentur. quam ſignificationem & hîc probo, propter l. omnes, huius tituli. hos metatores vulgò forerios vocant, ab inſcribendis, vt arbitror, foribus.

DE SALGAMO HOSPITIBVS
*non præbendo.*

SVMMÆ.

1 *Salgamo condimenta contineri.*

SALGAMI appellatione † venit oleum, ſal, 1 C butyrum, & huiuſmodi eſculenta ad condiendũm: atq; etiam alia in dies neceſſaria, veluti ligna. Auſonius:

*Salgama non hoc ſunt quod balſama, cedite odores.*

Meminit & Columella in carminibus:

de iure verior. Aduertẽdum etiam eſt, quia etiã
poſito, quòd cõmunis opinio ſit vera, & ſic quòd
pars non poſsit opponere eſſe renuntiatum ap-
pellationi: iſtud non eſt ex defectu iuris, ſed ex
defectu perſonarũ, l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam.
tut. vnde iudex debet ex officio ſuo, licet pars
nõ opponat, repellere appellantem, tanquã agẽ
F tem ſine actione, ex quo renuntiauit appellatio-
ni: facit, quod not. Innoc. in c. j. de officio vicar.
& Paul. Caſt. & alij in l. vbi pactum. C. de trãſact.
& mag. in propoſito, quod not. Bar. in l. poſt le-
gatum. ff. de his, quib. vt indig. vbi tenet, quòd ſi
quis impugnauit inſtrumentum, licet nõ poſsit
ex eo ſe iuuare, tamen iudex ex officio ſuo po-
teſt admittere talem probationem, ſi ex alijs ex-
ceptionibus compertum habet eum habere ius:
allegat not. per Innoc. in c. cùm olim. ȷ̃. de teſtib.
& ita teneo: & circa dictam regulam ex eo vide
Felin.



Felin. in c. capitulum. ſuprà de reſcr. & Aret. in c.
25 at ſi clerici. de iudic. Quarta † limitatio traditur
per Doct. vt regula procedat in agendo: ſecùs in
eo, qui acquieſcit iudici à quo, per patiẽtiam, In-
noc. in c. cùm olim. de reſtit. ſpol. Fel. Dec. hîc: &
ratio eſt, quia magis exprimitur conſenſus per a-
gere, quàm per pati: gl. in c. cùm acceſsiſſent. in
verbo, contrauenit. ſ. de conſtit. & ibi plura Fel.
in c. cùm omnes. & hanc limitationem etiam te-
net in c. cùm M. in fin. de conſt. Contra iſtam limi
tationem adducit Roch. tex. in c. ab eo. in princ.
de appell. lib. vj. vbi ille, qui non petit Apoſtolos
à iudice appellationis, cenſetur renuntiare appel
lationi: & tamen illud petere eſt pati. Rochus hîc
conatur ſoluere: ſed nihil eſt, quod dicit. Tu re-
ſponde, iſtam limitationem debere intelligi in
tali patientia, quę non inducat præſcriptionem:
quia patientia ex lapſu temporis per negligen-
tiam etiam plus operatur, quàm expreſſus con-
ſenſus: probatur ex not. per Bar. l. is, qui hæres. §.
neque filij. ff. de acquir. hæred. & in l. j. C. qui ad-
mit. & vtrobique Moder. latè tangunt, & dixi in
d. l. j. Aliam limitationem ponit Dec. quàm re-
probat, & rectè. Quinta † limitatio eſt, quando
26 iudex à quo, gerit vices iudicis ad quem: quia ſi
coram eo procedatur, non cenſetur renuntiatum
appellationi, Innoc. c. cùm veniſſent. de eo, qui
mit. in poſ. Fel. hîc. Contra iſtam limitationem
facit: quia non videt, quòd qui fuit iudex in cau-
ſa principali, poſsit eſſe iudex in cauſa appella-
tionis: gl. in l. eos. in prin. in ver. prouocatum. C.
de appel. Reſpondet Rochus, quòd illa gl. debet
intelligi inuita parte: ſed hîc volente ſic. quæ ſo-
lutio eſt inepta: quia iudicium redditur in inui-
tum, l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb.
oblig. & eſt abſurdum cogitare caſum, quando
partes conſentiant. Quare dic, quòd imò valet
proceſſus, etiamſi idem ſit iudex principalis &
appellationis, vt eſt gl. not. in l. filius. in gl. fin. ff.
de inoff. teſt. & ibi Scrib. & tradit Bal. conſ. cxcij.
proponitur. in ij. vol. Eſt verum, quòd talis iudex
rectè faciet, vel aſſumere ſociũ in caſibus, in qui-
bus poſsit, vel delegare vicario, vt ibi per eum.
Alias limitationes vide per Felin. hîc, qui refert
quinque alias, vt hîc per eum.

# ANDREAE ALCIATI COMMENT. IN titul. Iuris canonici de officio ordinarij.

IN RVB. ARGVMENTA.

1 *Legatus Papæ dignior eſt cæteris ordinarijs.*
2 *Delegatus principis quoad eius iuriſdictionem eſt ma-
ior, quoad perſonam verò minimè.*
3 *Delegatus proprium nihil habet, ſed delegantis iuriſdi-
ctione vtitur.*
4 *Officium pro ipſa iuriſdictione ſeu pro eius exercitio ca-
pitur.*
5 *Ordinarius eſt iudex qui propriam iuriſdictionem habet.*
6 *Delegatus eſt iudex, cui cauſa committitur ab alio pote-
ſtatem delegandi habente.*
7 *Differentia magna eſt an alicui ſit mandata iuriſdictio,
an verò ſit datus ſeu delegatus iudex ſimpliciter.*
8 *Iudices delegati dicuntur, quibus ordinarius ſuam man-
dauit iuriſdictionem circa cauſarum vniuerſitatem.*



9 *Ab ordinario delegatus licet non poſsit ſuam mandare
iuriſdictionem, iudicem tamen dare poteſt.* Rubrica.
10 *Differentia inter legatum proconſulis & alios iudices.*
Ibid. *Propriũ id eſſe dicitur, quod perpetuũ eſt & manſurũ.*
11 *Legatus proconſulis eſt neceſſarius.*
12 *Dati iudices qui dicantur.*
13 *Delegatus à legato ſedis Apoſtolicæ, ſubdelegare poteſt
alium iudicem, quemadmodũ & legatus proconſulis.*
14 *Iudices ex ſacra iuſsione vel forma delegati qui dicãtur.*
A 15 *Delegati principis etiam dicũtur qui ad partium petitio-
nem iudices in cauſis conſtituuntur.*
16 *Delegati principis in quibus ab ordinarijs differant.*
17 *Fortuna imperialis nunquam moritur, ſed ſemper eſt.*
18 *Conſeruatores cur dicti, & quatenus poteſtas eorum ſe
extendat.*
19 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis dicuntur iudicis dele-
gati, etiam ad cauſarum uniuerſitatem.*
20 *Auditores curiæ ſecundum aliquos ordinariam in co-
gnoſcendo, delegatã uerò in prouuntiando iuriſdi-
B ctionem habent, in totum tamen delegati dici debent.*
21 *Auditores Cardinalium æquiparantur legatis procon-
ſulum.*
22 *Vicarij dictio generalis eſt, & poteſt quemlibet alteri-
us uicem gerentem compræhendere.*
23 *Vicarius ſeu miſſus dominicus ordinariam habet iuriſ-
dictionẽ. vide contrarium num. 24.*
25 *Vicariũ ſeu miſſum dominicum iuriſdictionem ordinari
am non habere, quinque rationibus conuincitur. Vi-
cegerentes qui dicantur. Ibid.*
C 26 *Vicarius ex mandato ſuperioris ab epiſcopo ſeu ordina-
rio ſuo conſtitutus, eodem honore eſt afficiendus, iiſ-
demq; priuilegijs gaudet, quibus & ipſe epiſcopus: ſi
verò ab ipſo epiſcopo tantùm, ſecus.*
27 *Vicerector ſtudij quoad honorem & priuilegia æquipa
ratur uicario epiſcopi: diſtingue tamen prout ha-
bes in ſequenti num. 28.*
29 *Vicario iure alieno iuriſdictionem habenti, tantus non
habetur honos, quantus ſi autoritate principis ſit cõ-
ſtitutus.*
D Ibi. *Vicarius ſeu miſſus diominicus dicitur officialis ab epiſco
po ad vniuerſitatem cauſarum conſtitutus.*
30 *Subrogatũ in pœnalibus nõ ſapit naturam eius, in cuius
locum ſubrogatur.*
Ibi. *Statutum ne à ſentẽtia præfecti appelletur, nõ extendi ad
eius uicarium ſeu uicegerentem, qui præfectus pro-
priè dici nequit.*
31 *Pœna impoſita offendenti magiſtratum, non habet locũ
in offendente eius uicarium.*
E 32 *Offendens ambaſiatorem incidit in crimen læſæ maie-
ſtatis. & idem in uicario ſeu nuntio principis.*
33 *Arbitrorum iuris ſpecies uariæ. & num. 34. 35.*
36 *Statuta recipiunt declarationem à iure communi.*
37 *Executores iudices qui dicti. & num. 39.*
38 *Executor, apparitor ſeu nuntius, quis dicatur.*
40 *Chartularij iudices qui dicti.*

RVBRICA.

F NOTA ex iſta rubrica, quòd lega-
tus † Papæ dignior eſt cæteris
ordinarijs. quod probatur, ar- 1
gumentando à ſituatione titu-
lorum: quod argumentum va-
let, vt per Barto. in rub. ff. de eo
per quem fact. erit. & in l. iij. ff. de confirm. tutor.
Nam illi, de quibus priùs tractatur, cenſentur di-
gniores. l. j. & ij. ff. de albo ſcrib. quod tamen
intellige vt ȷ̃. dicam. † Sed nunquid idem eſt in 2
delegato principis, vt dicatur dignior ordinario?
Alexan. & moder. in rub. ff. de offi. eius cui, &c.

dicunt quòd ſic,per text.in c.ſtuduiſti. ſ.tit. j. &
in c. ſanè.& c.paſtoralis.ſ.tit.ij.& fac.quod not.
Abb. in c.cùm contingat. ſ.de reſcript. Per quæ
iura,poſt multa argumenta, in effectu concludit
Alexã. q delegatus principis eſt dignior & ma-
ior ordinario, ſed iuriſdictio ordinaria eſt firmi-
or.q,intelligũt moder.in rub.ſ.tit.ij.q delegatus
ſit maior nedũ reſpectu cauſæ ſibi cõmiſſæ,ſed e-
tiã abſolutè& generaliter loquẽdo.Sed aduertẽ-
dũ eſt,quia iſta cõcluſio ita ſimpliciter intellecta,
nõ eſt uera.Et q delegatus nõ ſit maior, probat,
qa ſicut ipſe repræſentat principẽ,ita etiã ordina
rij repræſentant,& dicuntur gerere uices princi-
pis,vt eſt text.in auth.de appell. §.ſimili.ibi,vice
ſacri cognitoris.& in l.j.in fin.C.de offi.vicar. Be
ne facit quod not.Iac.de Belui.in auth. vt defun-
cti ſeu funera.§.fin.per illum tex. vbi probatur q
ordinarij dicuntur habere iuriſdictionem,nedũ à
lege, ſed etiam à principe. Quòd autem non ſit
dignior,probatur alia ratione. Nam magiſtratus
ordinarij, alij ſunt ſuperilluſtres, alij illuſtres,
alijq; ſpectabiles, & alij clariſsimi: qui ſunt gra-
dus dignitatum,vt eſt gl. in §.cumq; hoc. in pro-
œm.Inſt.& not.in l.j.ff.de off.eius cui,&c.Et iſtis
æquiparantur etiam ordinarij de iure Cano.c. ij.
ĩ.de off.leg.lib.vj. Sed delegati non comprehen-
duntur in aliquo iſtorum graduum, iure ſuæ de-
legationis,ergo non dicuntur habere aliquam di
gnitatem iure ſuæ delegationis,& conſequenter
non poſſunt dici digniores ordinarijs.facit c.ſta-
tutum.ĩ.de reſcript.in vj. Et propterea conclu-
dendo videtur diſtinguendum, quòd aut loqui-
mur quoad perſonas ipſorum, & tunc ordinarij
dicuntur digniores,& maiores:aut loquimur de
iuriſdictione ipſorum,& in iſto caſu ſaluatur cõ-
munis opinio,quia iuriſdictio delegati eſt maior
3 & dignior.Et eſt ratio, † quia delegatus propriũ
nihil habet,ſed delegantis iuriſdictione vtitur.l.
j.§.fin.ff.de off.eius cui,&c. Vnde iuriſdictio de-
legati à principe, tanquã pars iuriſdictionis prin
cipalis,eſt dignior & maior qualibet alia iuriſdi-
ctione ordinaria,& etiam eſt potentior, ex quo
eſt magis ſpecialis:& generi per ſpeciem deroga
tur.d.c.ſtuduiſti.Et conſequenter infertur, quòd
talis iuriſdictio eſt etiam dignior iuriſdictione q̃
habet legatus, qui habet ordinariam.d.c.ij.de of
fi.leg.in vj. Vnde meritò Romanus Pont. primò
fecit rubricam de officio delegati, qui cùm vta-
tur iuriſdictione ipſius Pontificis, habet iuriſdi-
ctionẽ digniſsimam,& fortiorẽ quibuſcũq; alijs.
Deinde poſuit rubricã de officio legati,qui ha-
bet iuriſdictionẽ digniorẽ qbuslibet ordinarijs.
Deinde dixit de iuriſdictione ordinariorũ: & ſic
gradatim proſecutus eſt,habito reſpectu ad iuriſ-
dictionem,nõ ad perſonas.Iſtud etiam ſuadet ex
verbis rubricę,dum dicitur,de offic.ordinarij,nõ
4 autem de ordinario: nam † officium capitur pro
ipſa iuriſdictione, ſeu pro eius exercitio, vt per
Bartol.& Doct.in l.j.ff.de iuriſd.om.iudi.de quo
etiam per Doct.in rub.ſ.tit.ij.
5 Pro declaratione rubricæ videndum eſt, † qui
ſint iudices ordinarij,& q ſint delegati. Et ordi-
narij ſic poſſunt definiri, vt dicamus eſſe iudi-
ces q propriã iuriſdictionẽ habẽt,à lege ſibi dela-
tã,circa vniuerſitatẽ aliquorũ negotiorũ. Et iſta
definitio colligitur ex not.per Bart.& Doct. in l.
more.ff.de iuriſdict.om.iud.Et q in ea dicitur, à
lege: intellige idem in æquipollentib.vt eſt prin
ceps,conſuetudo,populus,vniuerſitas,vt decla-
rat ibi Bart. Et quod dicitur, circa vniuerſitatẽ
cauſarũ & negotiorũ: intellige iſtud etiã de vna
ſpecie cauſarũ tantùm:puta,ſi ſtatutum cõſtituat
particularẽ iudicẽ in certis cauſis, puta de cauſis
fideicõmiſſorũ.argu.Inſtit.de fideicõm.hęred.in
prin.ver.quod quia iuſtũ.& fa.tex.in c.j.ſ.de off.
archidi. † Delegatus autẽ iudex ita definitur: eſt 6
iudex cui cauſa cõmittitur ab alio habente pote-
ſtatem delegandi, vices illius gerens, nihil pro-
prium habens. quam definitionem declara &
A proſequere, vt per Alex. in rub. ff. de offi. eius
cui,&c. & Canoniſt.in rub.ſ.tit.ij. Iſti autẽ iudi-
ces delegati alio nomine dicuntur etiam peda-
nei, vt in tit. C.de pedan.iudi.& etiam dicuntur
iudices dati. c. fin.ſ.tit.ij.& l. à iudice. C.de iud.
& etiam dicunt iudices quibus mandata eſt iu-
riſdictio,vt in rubr.ff.de offi. eius cui,&c.cum ſi-
mil.& ita cõmuniter tenetur. Sed iſta opinio nõ
videtur vera. Moueor,† qa magna eſt differentia, 7
an alicui mãdata ſit iuriſdictio,an verò ſit ſimpli-
B citer datus,ſeu delegatus iudex.Iſtud ꝓbatur ſic.
Iudex delegatus nõ poteſt alium ſubdelegare. c.
cùm cauſã.in fi.ĩ.de appel.not.in c. is cui.de off.
deleg.in vj.& d.l. à iudice.& tamẽ iudex cui mã-
data eſt iuriſdictio,poteſt ſubdelegare. tex. eſt in
l.cùm prætor.§.is quoq;.ff.de iudi. Nec obſtat q
ibi tex.exemplificat in legato proconſulis, quia
exempla non reſtringunt regulam.l.j.§.q vulgò.
ff.de ui & ui arm.Secũdò probatur,quia à iudice
delegato appellat ad delegantẽ.l.j.in princ.ff.qs
C & à quo appell. & tamen à iudice cui mãdata eſt
iuriſdictio appellatur ad eum, ad quẽ appellaret
ab ipſo mandante.d.l.j.§.j.Et intelligere illũ tex.
de eo delegato ſeu uicario, qui ſedet in eodem
tribunali,eſt mera diuinatio, qcquid dixerit ibi
Bart. & propterea adhærendo verbis Iuriſcõſul-
torum, puto eſſe diſtinguendos iſtos iudices, vt
ĩ.dicam.Et † primò ſunt iudices, quibus manda- 8
ta eſt iuriſdictio, & hi dicuntur illi,quibus ordi-
narius mandauit iuriſdictionem ſuam circa vni-
D uerſitatem cauſarũ,ſecundũ gl.in l.j. §. qui man-
datum.ff.de offic.eius cui,&c.Et tales poſſunt e-
tiam dici delegati ad vniuerſitatem cauſarum.
Mandata etiam iuriſdictio dicitur,quãdo eſt mã-
data ab ordinario ad vnam cauſam tantũ.l.ſolẽt.
&l. ſeq. ff. de iuriſd. om. iud. & hoc caſu ordi-
narius nihil dicitur apud ſe retinuiſſe de iuriſdi-
ctione circa cauſam, quæ delegata eſt: vnde ta-
lis delegatus in totum cenſetur ſubrogatus ipſi
ordinario,& conſequenter ab eo idem prouoca-
E tur, quod prouocaretur ab ordinario, à quo iu-
riſdictio eſt mandata.d. l.j. §.j.ff.quis & à quo.&
ita ibi tenet Albe. Gloſ. quam ſequitur Com.
Imol.Ioan.de Ana.in repet.Ang.& Alex.Aret. ac
Soci. idem tenet Fulg. in l. ſolent. ff. de iuriſd.
om.iud.And.Sicul.c. ſuper quæſtionum. §. por-
rò.ſuprà, tit. ij. † Et talis delegatus licet non 9
poſsit iuriſdictionem ſuam mandare, l. fin.ff.de
off. eius cui,&c.tamẽ poteſt dare iudicem, vt eſt
text. in d. l. cùm prætor. §. j. & ibi moder.ſolent
F repetere iſtud tutius. & idem firmat Lancel.De-
cius in d. l. fin. Et legati proconſulum habent
talem iuriſdictionem, vnde frequenter Iuriſ-
conſultus arguit de iſtis legatis, ad eos, quibus
mandata eſt iuriſdictio ab alijs ordinarijs, vt per
Bartol. in d. l. j. §. qui inuolutum.in l. j. ff. de ſu-
ſpect. tut. & in l. cognitio. de offic.eius cui,&c.
Et pro hoc etiam facit l. nec quicquam. §. fina.
ff. de offic. proconſ. quicquid dixerint aliqui
moder.in leg.more. ff. de iuriſd.omnium iudic.
qui conantur reſpondere ad iſta iura, & malè.
Et pro-



Et propterea legatus proconſulis poteſt dare iu-
dicem.d.l.cùm prætor.& l.legatus.ff.de off. pro-
conſ.ſecundum literam Pitanam, quæ ſtat affir-
matiuè, vt dicit Ang. Politianus in ſuis Miſcel-
10 laneis. † Eſt tamen alia differentia inter lega-
tum proconſulis, & cæteros; quia proconſuli
non licet inconſulto principe remouere lega-
tum.lege ſolent.§.j. ff. de offic. proconſul.quod
non eſt in cæteris ordinarijs,qui iuriſdictionem
mandauerunt,lege iudicium ſoluitur. ff. de iud.
Et ex hoc ſequitur, quòd iſti legati, quando eſt
eis mandata iuriſdictio, dicuntur habere pro-
priam iuriſdictionem.l. legati.ff.de offic.procõſ.
quod non eſt in alijs.d.l.j.§.qui mandatum.Illud
enim dicitur propriũ,quod eſt perpetuũ & man-
ſurum,vt not.gl.in d.l.j.iuxta illud Vergilianum,
Da propriam Tymbræe domum. & in ſexto Ae-
neid. Propria,& ſi dona fuiſſent.& vtrobique ita
Seruius exponit. vnde cùm iuriſdictio non poſ-
ſit auferri à legatis niſi cõſulto principe,dicetur
perpetua.l.iuriſperitos.ff. de ex cuſ.tut. c. ſi gra-
tioſe.ĩ.de reſcript.in vj.facit l.ſufficit.ff.de cond.
indeb.& quæ notantur in l.apud Iulianum.§.fi-
11 nal. ff. de leg. j. † Alia etiam eſt differentia, quia
neceſſariò proconſul debet habere legatos.l.ob-
ſeruare. §. pen. ff. de offic. proconſ. q non eſt in
alijs. Et in iſtos iudices, quibus mandata eſt iu-
riſdictio, credo quòd tranſiuit mixtum imperi-
um, vt probatur in d. l. cognitio. & dicam in c.
quod ſedem.ĩ.eod.
12 † Secundò ſunt iudices dati, qui dicuntur de-
legati ad cauſæ cognitionẽ tantũ, vel etiam ad
definitionẽ:& quando ordinarius dat talem iu-
dicem, nõ cenſetur à ſe abdicare aliquã Iuriſdi-
ctionẽ,ſed ſimpliciter mandare niſi illam ſpeciẽ
ſuæ iuriſdictionis,ſine qua actus cõmodè expli-
cari nõ poteſt:vnde talis iudex ſolũ dicitur fungi
munere iudiciario. d. l.à iudice. & alibi dicit tã-
tũ habere iudicãdi facultatẽ.l.ſin. C. vbi & apud
quem in integ. &c. vnde talis non poteſt alium
iudicem dare.d.l.à iudice. & ab eo appellatur ad
delegantem.d.l.j.in princ.ff.quis & à quo.l. Im-
peratores.ff. de appell.& talis non poſſet exequi
ſententiã ſuam, ſed is, qui eum dedit,exequitur.
l.à diuo Pio.in princ.de re iudic. Quod nõ eſt in
eo,cui ſit mãdata iuriſdictio:quia talis habet exe
cutionẽ. arg. d. l.cognitio. & facit gl. in c.ſi quis
contra clericum.in gl.penul.ĩ. de for.comp.& q
not.in c.paſtoralis.§.quia verò.ſuprà tit.ij. Idem
ſi duo dati iudices diuerſas ferant ſententias,ſtãt
in pendenti, donec is qui eos dedit,alteram cõ-
firmet.l.duo iudices.ff. de re iudi. Et iſtã differẽ-
tiam inter iſtos iudices tradunt præfati Doct. in
d.l.j.ff.quis & à quo.& puto q ſit veriſsima, licet
moder. in locis ordinarijs non faciant aliquam
13 mentionẽ de hoc,ſed iſta ſimul confundant. † &
ex iſtis reſultat vera declaratio ad text.in c.cùm
Bertoldus.ĩ. de re iudic. vbi eſt text. quòd dele-
gati à legato ſedis Apoſtolicæ, poſſunt ſubdele-
gare. Nam ille tex.debet intelligi,quando lega-
tus mandauit dictis delegatis iuriſdictionem
ſuam quoad illam cauſam. Et hoc modo tollitur
magna difficultas, in qua ibi Abb. plurimùm la-
borauit,& tandẽ reſidet,quòd ſit ſpeciale in dele
gatis legatorum,ſicut eſt in legato procõſulis. d.
l.legatus.ſecũdum eũ.quæ opinio nõ eſt vera,ex
quo,quantũ ſit ad hoc,nulla ſpecialitas eſt in le-
gato proconſulis,vt ſuprà oſtendi.
14 † Tertiò ſunt alij iudices, qui dicuntur ex ſacra
iuſsione, vel ſacra forma delegati: nam hi ſunt
dati à magiſtratibus ordinarijs, accedente iuſſu
principis.Pone,aliqui litigabãt ſub iudice ordi-
nario, & actor vel reus (fortè quia cupiebat cau-
ſam citius expediri, vel inuitus litigabat ſub or-
dinario) ſupplicauit principi vt mandaret iudici
ordinario, q cauſã alicui cõmitteret, qui forſan
procederet ſummariè, vel alio modo, & prin-
ceps per reſcriptum hoc concludebat:talis dele-
gatus dicebatur iudex datus ex ſacra forma,& li-
A cebat indiſtinctè de hoc ſupplicare principi ante
litem conteſtatam,vt eſt text. in authẽt. de litig.
§.omnem.verſ. ſi verò apud iudicem. & ibi gl. in
verb. competentem. in authent. de litig. & eſt
tex.in aut.in medio litis nõ fieri ſacras iuſsiones.
& tales iuſsiones nõ valent,niſi ſubſcriptæ ſint à
Quæſtore,& cõtineant,inter quos, & ad quẽ iu-
dicẽ, & per quã fuerint directæ perſonam, vt eſt
text.in auth.vt diui.iuſsio. Et de iſtis iudicibus
loquitur etiã text.in §.ſi verò.& in auth.de exhi-
B bẽ.reis. & hunc intellectum ad illum text. tenet
Comen.Puteus, & Alex. in l.à diuo Pio. in prin.
ff.de re iud.vbi etiã moder.ſequũtur.Idem tenet
Alexan.& Riminald.in l.ij.in vij.col.ff.de iuriſd.
om.iud.Et de his iudicibus etiã intelligitur tex.
in l. fi.ff.quis & à q̃. & in l.j.§. ſi qs in appellatio-
ne.ff.de appell.vbi ꝓbatur,quòd à talibus appel
latur ad iudices,qui eos dederunt,non autem ad
principem.& ille text. fortiter vrget. faciũt not.
in c.licet in corrigendis.ĩ.eod.de quo dic vt dixi
C in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff. de verb. oblig.
† Quartò, ſunt delegati principis, de quib.lo- 15
quitur rub.ſ.tit.ij.qui ad petitionẽ partium, con
ſtituũtur iudices in cauſis: & ex quo derogabãt
iuriſdictioni ordinariæ,eorum cõmiſsiones ſunt
ſtrictè interpretandæ, vt eſt gl.in c.j. de reſcript.
in vj.& in c.P.& G.ſuprà tit.ij.& per moder.in c.
ſi quãdo.in fi.eo.ti.Vnde ſi ſumus in caſu, in quo
nullum reſultat præiudicium ordinariæ iuriſdi-
ctioni,tunc fiet lata interpretatio, vt dicunt mo-
D dern.in c.prudentiam.§.adijcimus. per illũ text.
ſuprà tit. ij. † Et inter iſtos delegatos & ordina- 16
rios,reſpectu iuriſdictionis,ſunt multę differen-
tiæ,quæ enumerãtur per Alex. & moder.in rub.
ff.de offic.eius cui,&c. Et tales delegati mortuo
principe, re integra non poſſunt, amplius co-
gnoſcere, & expirat eorum iuriſdictio, vt habe-
tur in c. gratum.& in c.relatũ.ſ.ti.ij.& in l.more.
ff.de iuriſdict.om.iud. Quod tamẽ videt limitã-
dũ,non tanquam à Pontifice,vel Imperatore,ſed
E tanquam à ſede Apoſtolica, vel ab imperiali for-
tuna ſeu iudiciali culmine, de quib. legitur tex.
in l.final.in princ.C.de iudicijs. † Nã ex quo im- 17
perialis fortuna nunquã moritur,ſed ſemper eſt,
vt dicit Bald. in extrauag. de pace Conſtan.in x.
colũ.in verb.cõceſsimus.§.quia igitur.in authen.
quomodo oportet epiſcopos.& q not Innoc. in
c. licet. ĩ. de foro compet. meritò per principis
mortem,non debet eorum iuriſdictio extingui.
& pro hoc facit textus in c. ſi gratioſe. ĩ. de re-
F ſcript.lib.vj.qui text.licet loquatur in gratia, ta-
men videtur idem in delegatione.Ad idem facit
text.in c.quoniã Abb.ſ.tit.ij.& q not.Doctor.in
l. qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg. & pupill. &
ita videtur ſenſiſſe Bart.in l.j. in iiij.col. ff. de iu-
riſdict.om.iud.Et ſub iſta ſpecie iudicũ cõtinen-
tur † cõſeruatores,qui ſunt delegati à Põtifice,vt à 18
manifeſtis iniurijs aliquẽ conſeruẽt, nec in alijs
poſſunt ſe intromittere.c.j.de offic.deleg.lib.vj.
Et licet Bald in rubr.ſuprà titul.ij. dicat quòd iſti
conſeruatores habent ſe ad delegatos tanquam

excedentia & exceſſa, tamen puto quòd propriè
ſint delegati: quia quamuis in aliquibus ab alijs
differant, vt declarat gloſſa in c.finali, eod.tit lib.
vj.tamen illę differentiæ non reſpiciunt ſubſtan-
tiam iuriſdictionis, vnde non faciunt ea differre
ſpecie.gl.in l.pacta cõuenta.ff.de contrah.empt.
19 †Et idem etiã dicendũ eſt de inquiſitoribus hæ-
reticę prauitatis, qui ſunt delegati, vt ꝓbatur in
c.ne cler.in fin.per locum à ſpeciali.infrà, de hæ-
ret.in vj.& firmat Io.And.in c.per hoc.eod.tit.&
lib.& Abb.in c.fin.in penult. colum. ĩ. de re iud.
vbi dicit eos eſſe delegatos ad vniuerſitatẽ cau-
20 ſarum.†Sed pulchrum dubium eſt, quid in Audi-
torib.curię?& gl.in Clem. auditor.de reſcr. dicit
quòd habẽt ordinariam in cognoſcendo, ſed de-
legatam iuriſdictionem in pronũtiando. Et pro-
pterea infert Gemin. & ſequuntur moder. in c.
primo, de reſcript.in vj. quòd excommunicatus
poterit impetrare reſcriptum ad aliquem ex eis,
ex quo per huiuſmodi reſcriptum nõ dicitur cau
ſa committi, cùm ſint ordinarij, ſed ſolùm diſtri-
buit, & reſcriptum tenet: licet talis Auditor non
poſsit venire ad definitiuam vigore talis reſcri-
pti. d.c.j.Sed Bald. in l.pręcipimus.in prin.C.de
appell. & l. fin. per illum text. C. vbi Senatores
vel clariſsimi ciuiliter vel criminaliter conueni-
antur, tenet quòd imò tales Auditores in totum
ſunt ordinarij: & dicit quòd iſtam quæſtionem
habuit tempore Cardinalis Sabinenſis, qui cùm
haberet duos Auditores, ne indiſtinctè procede-
rent, ordinauit quòd nemo illorum procederet
ſine ſua ſpeciali commiſsione: ſed tamen erant
ordinarij, quia iſtud fuit cauſas diſtribuere, non
delegare. Contrariam opinionem, quod imò
ſint in totum delegati, tenet Anton.de But.& ſe-
quuntur cæteri in d. Clem. auditor. Mouentur,
quia cùm ſpecialis fuit cõmiſsio illis certæ cau-
ſæ, debent dici delegati, per not. per Bartolum
in d.l.more.& traditur in Clem.ſi principalis.de
reſcript.Iſta opinio mihi placet, non obſtante ra-
tione Baldi: quia eius fundamentum procede-
ret, ſi probaretur quòd ante talem commiſsionẽ
haberent vniuerſalem iuriſdictionem ſaltem in
genere: nam tunc illa cõmiſsio bene diſtribueret
cauſas.Nec obſt.gl.in d.Clem.auditor.quia pro-
cedit de ſtylo curię, nõ de iure, vt dicit ibi Imola,
21 & ſequuntur alij.Et iſtud tantò magis †procedit
in Auditoribus Cardinalium. Nam iſti æquipa-
rantur legatis proconſulum. arg. text. in c. ij. de
offic.leg.in vj. & firmat Abb.in d. c. cum Bertol-
dus.per illum tex. Bald.in l.à iudice. C. de iudi-
cijs.Moder.Peruſ.in c.cùm cauſam.in viij.quęſt.
ĩ. de appell. Felin. in c.ſuper quæſtionum. §. ſi
verò.ſ.tit. ij. & tamẽ in eis nõ fit diſtributio cau-
ſarũ, ſed habent tantùm iuriſdictionẽ mandatã.
d.§. qui mandatam. Si verò eſſet aliquis Auditor
conſtitutus à principe, ad vniuerſitatem cauſa-
rum, puta in cauſis appellationum, talis habe-
bit ordinariam, vt dicit Bart.in d. l. præcipimus.
Et ita intelligendi ſunt Doct.ibi. Quid autem ſit
de Auditore Cameræ, & Auditore contradicta-
rum, ponunt omnes in dict. Clemen.auditor.vbi
concludunt quòd habent ordinariam. Dic vt
per eos.
22 Quintò † ſunt Vicarij: quæ dictio eſt genera-
lis, & poteſt comprændere quemlibet, qui vi-
cẽ alterius gerit.l.vicarius.ff.de legationib.vnde
dicitur etiã ſeruus vicarius. l. ſi ſeruus Męuij. ff.
de pecul.& l.Stichus habet.ff.de pecul lega. Vn-
de dicitur etiã vicarius Eccleſiæ, qui eſt vicarius

rectoris, de quo in c. poſtulaſti. de reſcript. & in
c.G.perpetuus.de fide inſtr.Sed capiendo prout
facit ad propoſitũ noſtrũ, vicarius dicitur officia-
lis cõſtitutus ab epiſcopo, ad vniuerſitatẽ cauſa-
rũ: qui alio etiã nomine dicit miſſus dominicus.
c.j.de regularib.c.j. de frigi. & malefic. Et † talis 23
habet iuriſdictionem ordinariã, vt dicit gl.in c.ij.
de offic.vicar.lib.vj. vbi probat quòd tali vicario
competunt etiam cauſę mixti imperij, & cæteræ
A quæ non competunt niſi ordinarijs. Ad idem
eſt gl.in c. Romana. in prin. in verb. generaliter.
per illum text.de appell.in vj.vbi ab ipſo vicario
appellatur ad ſuperiores epiſcopi, qui eũ conſti-
tuit, non ad ipſum epiſcopum.Et idem not. in c.
perlectis.xxv. diſtin. & in c. ij. ne prælati vices
ſuas, &c. Quod intelligit Alexan.in dicta.rubr.ꝓ
cedere, niſi eſſet conſtitutus ſolùm in certa parte
diœceſis ad certos actus, vt ibi per eũ. Tu aduer-
te, † quia videtur verior opinio indiſtinctè, q; ta- 24
B lis vicarius nõ habeat iuriſdictionẽ ordinariam.
pro qua parte primò facit, quia iuriſdictio ordi-
naria nõ tribuitur niſi à lege; declarãdo vt ſ. dixi.
Sed nõ reperitur aliqua lex, quæ det iuriſdictio-
nẽ iſtis vicarijs; ergo nõ eſt dicendũ, quòd habe-
ant ordinariam.Secundò facit, quia horum iuriſ-
dictio non eſt perpetua, ſed ceſſat ad libitũ epi-
ſcopi, vt eſt gl.& ibi Doct.in Clem.ij.de reſcript.
quod nõ cõuenit ordinarijs.l. more. ff. de iuriſd.
om.iud. Tertiò facit, quia mortuo epiſcopo
C ceſſat eorum iuriſdictio.Clem.fin.vbi gl. de pro-
cur.quod non eſt in ordinarijs.d.l. more. de quo
etiã per Riminal.in d.rubr. ff. de officio eius cui,
&c. Quartò facit, quia non poteſt talis vicarius
cõſtituere aliquem delegatum ad vniuerſitatem
cauſarum.c.clericos.vbi Hoſtien.& alij, ſuprà de
offic.vicar.quod nõ conuenit ordinario; ſed po-
tiùs habenti iuriſdictionem mandatã.l. fin. ff. de
offic.eius cui mand.&c. Quintò facit, quia aliàs
ſequeretur quòd eadem iuriſdictio eſſet inſoli-
D dum penes duos, ſcilicet epiſcopum, & vicari-
um, qui eum repræſentaret: quod nõ videtur eſſe
conueniens.l.ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum.
ff.commod.de quo dic vt per Bart.in l.j.§. plura.
in j.col.ff.de exercit.Vnde puto verius eſſe, vt iſti
ęquiparentur illis iudicibus, quibus mandata eſt
iuriſdictio, de quibus ſuprà dixi: nam in tales e-
tiam tranſit mixtum imperium, & ab eis non ꝓ-
uocat, qui eos delegauit, ſed ſuperior, vt ſ. oſten-
di.Et iſta procedunt in vicarijs cõſtitutis ſimpli-
E citer ab ordinarijs. † Sed reperitur in iure aliud 25
genus vicariorũ, videlicet hi, qui loco iudicum
ordinariorum, qui fortè ſunt abſentes vel impe-
diti, ſubſtituuntur de mandato principis: & ta-
les etiã dicuntur vicegerentes, & iſti ſine dubio
habẽt ordinariã iuriſdictionẽ, prout tenet gloſſ.
in rubri. C.de offi.eius, qui vic.alterius ger.t. &
ꝓbatur in l.ij.eo. tit.& de his vicarijs eſt etiã tex.
in l.j.§.à præfectis.ff.de lega.iij. Et talem vicariũ
conſtituere ſolebat pręfectus pretorio, vt proba-
F tur in l. à proconſulib. C. de appel. & in l.j. C.de
offic.vicarij.& ibi Odofr.ita etiã not.quòd quo-
tieſcũq; princeps ſolet habere aliquẽ vicariũ ſu-
um, intellige, ad vniuerſitatẽ cauſarũ, talis habet
ordinariã.Et hoc facit ad vicarios ꝑpetuos prin-
cipũ, puta Pontificũ, vel Imperatorum, de quib.
in c.ſi.ſ.de offic.vica.& per Rom. conſil. lix. per
Felin.in dict.ca.poſtulaſti.& in d.c. G. perpetu-
us.†Sed hîc conſequenter dubitatur, an ſicut ali- 26
quis honos exhibetur Epiſcopo, etiã debeat ex-
hiberi eius vicario? ideq; de priuilegijs.Et Bart.
in l.ſi



in l.ſi filius.ff.de legationibus.diſtinguit, an vica
rius ſit conſtitutus ex mãdato ſuperioris, & de-
betur idẽ honor, idemq; priuilegiũ.l.ij. C. vt di-
gnit.ordo ſeruetur.lib.xij.& facit gl.ij.q.j.c.quę
de cauſa. an verò ſit ſimpliciter conſtitutus ab
ipſo ordinario, & tunc ſecus.l.ſi filius. & l. vica-
27 rius.eo.tit. † Et ex hoc infertur ad vicerectorem
ſtudij, vt ibi per eũ, quem ſequitur Alexan.in d.
rubr.& Ang.Inſtit.de except.in iij.col.Feli.in d.
c.cùm olim.ſ.tit.ij.Ioan. Bapt.de S. Seuerino in
repet.l.diẽ functo.in xliiij. quæſt.de offic. aſſeſſ.
ff.Corſetus in repet.c.grãdi. in 38. col.de ſupplẽ.
negli.prælat.in vj.Sed aduerte, quia cõtra hanc
diſtinctionẽ facit text.in l.ſed ſi hac.§.fin.ff.de in
ius voc.intelligendo eã generaliter, quando tu-
tor litigat pro pupillo: per quem tex. ibi Bal.di-
cit, quòd non idẽ honor debetur vicario, qui de-
betur epiſcopo. Et plura ſimilia cumulãt ibi mo
der.Secundò in cõtrariũ etiã ſtringit tex.quẽ ibi
not.Fulg. in l.à procõſulib.C.de appell.vbi non
tãtùm defertur ſententiæ latæ per vicegerentẽ
præfecti, ſicut defertur ſententiæ præfecti. Ter-
tiò contra Bart.etiam videtur tex. in l.comperi-
mus.C.de prox. ſacr.ſcrin. lib.xij. vbi ſuſtitutus
ab ordinario de conſenſu principis, eſt poſtre-
mus in ordine ceteris adiutoribus, licet ſubſtitu
tus eſſet primus: niſi dicas quòd ibi ille ſubſtitu-
tus habet officium iure proprio, nec refert per-
ſonã ſubſtituentis. Quartò cõtra Bart. videtur
tenuiſſe Cyn.& Alb. de Roſ.in l.ſi. C.de ſuſpect.
tut. vbi dicit quòd legato proconſulis debetur
maior honor, quàm Præſuli prouinciæ, & tamẽ
talis legatus conſtituitur abſq; autoritate princi
28 pis. Pro †reſolutione puto diſtinguendũ: aut pri
uilegiũ aliquod debetur ratione alicuius quali-
tatis, quæ æqualiter reſidet in vicario ſicut in
principali, & debetur par priuilegiũ ratione il-
lius qualitatis.ita procedit tex.xciij.diſtin.c.ſi.de
quo per Rom.ſingul.ccclxij. & quod no.Abb.in
c.cùm olim.ij.ſ.de offi.delega.vnde cùm delega
tus quoad ſpeciẽ iuriſdictionis ſibi cõmiſſæ, re-
præſentet delegantem, habebit par priuilegiũ:
& ſicut delegans potuiſſet arctare ordinariũ, vt
ſententiã exequatur, ita etiã poterit delegatus.
c.paſtoralis.& cap.ſanè.ſ.tit. ij. Aut illa qualitas
propter quã debetur illud priuilegiũ, non reſi-
det æqualiter, & tunc ſecus.ita procedit d.l.ſi fi-
lius.& l.vicarius. Nã legatus miſſus à Republic.
habet reſcriptionẽ biẽnij, ex quo ſemel functus
eſt officio ſibi iniuncto.Sed iſta qualitas non cõ-
uenit vicario, quia talis vicarius nõ videtur iuiſ-
ſe reſpectu Reipubl.ſed reſpectu eius qui eũ de-
ſtinarit. Eodẽ modo procedit quod not. Bal. in
d.§.fin. Nã honor debetur epiſcopo non ſimpli-
citer propter iuriſdictionẽ, quæ mandari poteſt,
ſed etiã generaliter propter magnã præeminen
tiã: vnde multa poteſt epiſcopus, quæ nõ poteſt
eius vicarius.c.ij.de offi.vica.in vj. Et propterea
29 †nõ tãtus honos vicario debetur, pręſertim cùm
habeat iuriſdictionẽ iure alieno.arg.notatorum
per Bart.in l.quod principi.in fine. ff.de legat.ij.
Vbi autem vicarius ſit conſtitutus de autoritate
principis, videtur quòd in eo inſint omnes qua-
litates, quæ inſunt in principali, & propterea ſit
æqualiter honorãdus.& hoc modo ſaluatur do-
ctrina Bart. in d.l.ſi filius.Iſtud tamen dictũ tunc
fortè nõ procederet, vbi eſſemus in materia ſtri-
ctè intelligenda: quia vicegerens præfecti, nõ eſt
30 propriè præfectus: † vnde ſtatutũ, ne appelletur
à ſentẽtia pręfecti, non trahetur ad eius vicariũ.



d.l.à proconſulib.& ita poteſt procedere quod Rubrica.
not. Ang. in l. adoptio non iure facta. ff. de ad-
optionib.vbi loquitur in conſuetudine.Et iſtud
tantò magis procederet in pœnalibus, quia tũc
ſubrogatũ non ſapit naturã eius, in cuius locum
ſubrogatur, vt notat Bal.in c.j.in iij. col.verſ.ſed
nunquid.ĩ.de his quæ metus cauſa.†& ita etiam 31
voluit Bar.in l.j.C.ſi rect.prouin. ubi tenet, quòd
pœna impoſita offendenti magiſtratũ, nõ habet
A locũ in offendente eius vicariũ.& per Aret.con-
ſil.cxxxj.conſultiſsime.& ita etiã firmãt moder.
in d.c.ſanè.Nec cõtra iſtã opinionẽ obſtat quod
notat Bald.in c.j.ſ. tit. ij.vbi dicit,† quòd offen- 32
dẽs Ambaſiatorẽ, incidit in crimen læſę maieſta
tis, tanquã ſi offenderet principẽ. & quod not.
Bald. in d.§. fin. vbi dicit, quòd offendens vica-
rium, vel nuntium principis, videtur offendere
ipſum principem, per text. in l. oſſa. in fin.ff.de
religio.& ſumpt.fun.Nam iſtud poteſt procede
B re reſpectu offenſionis, quæ etiã propriè poteſt
fieri Ducib. vni per ſemetipſum, alteri per per-
ſonam offenſi.l.j.§. item aut per ſemetipſum. ff.
ad legem Cornel. de ſicar. Et ita procedit quod
notat Abb. in c.cùm olim.ij.ſ. de offi. deleg. vbi
dicit, quòd iniuria facta delegato, videtur facta
deleganti. Et iſtud in crimine læſæ maieſtatis
non habet difficultatem, quia verba legis etiam
vicarium comprændunt, & quemlibet magi-
ſtratum.l.j.ff.ad legem Iul.maieſt.
C †Sextò, ſunt arbitri iuris, quorũ variæ ſunt ſpe 33
cies. Aliqui enim ſunt dati ab ordinario ad vnũ
articulum tantùm. Exempli cauſa.Ego litigo te
cum, & peto vt ſatiſdes, ſecundum formã tit.ff.
qui ſatiſd.cog.tu vis ſatiſdare, ego nego fideiuſ-
ſores idoneos, debemus tali caſu eligere arbi-
tros, quibus ordinarius cõmittit, vt cognoſcant
an ſint fideiuſſores idonei: & ab iſtis arbitris po-
teſt appellari.l. ab arbitro. & l.ſeq. ff. qui ſatiſd.
cogan.Imò etiã ſine appellatione poteſt ſenten
D tia corrigi ab ordinario qui eos dedit. l. fin. ff.à
quib.appell.nõ licet. Et iſti ſine dubio habẽt iu-
riſdictionẽ delegatã. † Aliqui ſunt arbitri iuris, 34
qui dãtur in cauſa ſuſpicionis, veluti ſi recuſaue-
rim delegatũ principis tanquã ſuſpectum: ſi ille
adeſt, poteſt me cogere compromittere in arbi-
tros.Si verò abſit, tũc ordinarius me coget, & de
legatus quẽ recuſaui exequetur ſententiã illorũ
arbitrorum.l.ſi.C.de iud.& tales habent iuriſdi
ctionẽ delegatam, vt eſt text.in l.apertiſsimi.in
E fi.C.de iudi.ibi, quaſi arbitri fuerĩt ab imperiali
culmine delegati.& propterea ab eorum ſenten
tia appellabitur ad primum delegantem, vt eſt
tex.in c. ab arbitris.de offic. delega.in vj. & per
Abb.in c.ſuſpicionis.in penult. col. ſ.tit.ij. Nec
obſtat quòd eligantur ex neceſsitate legis; & ſic
videantur habere iuriſdictionẽ à lege, quo caſu
eſſent ordinarij, prout tenuerunt aliqui relati
per Abb.& moder.in d.c.ſuſpiciõis. Quia reſpõ
deo, quòd lex dat illis iuriſdictionẽ cũ ea quali-
F tate, vt ſint delegati, vt probatur in d.l.apertiſsi-
mi.Aliqui † ſunt arbitri iuris, qui eliguntur vigo 35
re alicuius ſtatuti: puta ſtatutum dictat, vt cauſæ
inter affines cõpromittãtur in arbitros: & in his
eſt magna cõtrouerſia, nunquid iuriſdictionẽ ha
beant, & an cẽſeantur delegati, vel ordinarij. de
quo latè per Felinũ in c.fin.ĩ.de re iud. Tu breui
ter dic: Aut ſtatutum generaliter mandat cauſas
cõpromitti in arbitros, & vlteriùs non procedit
& tali caſu nõ crederẽ eos aliquã habere iuriſdi-
ctionẽ, nec ordinariam, neç delegatam: quia ſta-

tutum illis nihil confert, ſed tantummodò indu cit neceſsitatem compromittendi. Et talibus ar bitris non cõpetit definitio ſuprà per me poſita, nec ordinarij, nec delegati, ergo nec definitum competit. l. j. §. j. ff. de dolo. & ita fuit de mente Bar. in prima conſtit. Cod. Et iſta ratione idem teneo in caſu c. ſi clericus aduerſus. xj. quæſt. j. quicquid dixerit Abbas in c. ſi. j. de re iudica. Nã quãuis lex mãdet cauſam cognoſci per arbitros, intelligimus de arbitris ſeruantibus propriã na-
36 turam: † quia etiam ſtatuta recipiunt declarationẽ à iure cõmuni. l. ſi ſerui. C. de noxali. c. ad audiẽtiam. de cler. non reſid. & per Bar. in l. ij. ff. de leg. j. Aut ſtatutũ vlteriùs procedit, conferendo iuriſdictionẽ ipſis arbitris, & tali caſu videtur q habeant ordinariam iuriſdictionem, vt tenet Angel. & Paul. de Caſt. in d. l. apertiſsimi. & ita ſunt intelligendæ multæ deciſiones Doctor. quas refert Felin. in d. ca. fin. Fallit ſi ſtatutum diceret, cõpromittendum eſſe ſub pœna, vel à tali ſentẽtia non poſſe recurri ad arbitrium boni viri: nam ex quo iſtæ qualitates non conueniunt iudicib. ſed arbitris, vel arbitratoribus. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitris. l. ſi libertus. ff. de oper. liber. non videtur fuiſſe intentio ſtatuti, facere eos ordinarios, ex quo illa verba nõ conueniũt ordinarijs, vt eſt gloſſ. vbi Iacob. & Paul. de Caſt. in l. mancipia. C. de ſer. fugit. & per Aret. conſil. clviij. in iij. dub. Et pro iſta diſtinctione facit quod not. Imol. in Clement. auditor. de reſcrip. & And. Siculus hìc, vbi dicunt, q quamuis ſtatutum mandet prætori, q teneatur habere duos iudices, q tamen illi non erunt ordinarij, ſed delegati: niſi ſtatutum vlteriùs procederet concedẽdo illis iuriſdictionem. Et ita teneo, ſic reſoluẽdo dicta Doctorum, de quibus per Alexandrũ, in l. j. in vltima charta, ff. ſolut. matr. & Felin. in d. c. fin. & Iaſon in d. l. fin.

37 Septimò & vltimò ſunt iudices † qui dicuntur Executores: quæ dictio habet plura ſignificata, de quibus per Abb. in c. paſtoralis. §. quia verò. ẽ. de offic. deleg. Sed intelligendo prout facit ad præſentẽ materiam, dic q executor dicitur quatuor modis. Primo modo dicitur executor quilibet ordinarius: quia ſententiam quam tulit poteſt exequi. l. à diuo Pio. ff. de re iud. & hoc modo capit in l. ſi. §. executores. C. vt nemo priuat. ſit. Secundo executor dici poteſt etiã is, cui mãdata eſt iuriſdictio: quia talis poteſt exequi ſuas ſentẽtias, vt ẽ. diximus. Et idẽ in delegato principis. & ita debet intelligi tex. in l. ſi. & in l. apertiſſimi. C. de iudi. & eſt gl. in c. ſi quis contra cleri-
38 cũ. de foro compet. † Tertio modo dicitur exequutor, apparitor ſeu nuntius, qui facit exequutionem iuſſu præſidis: & quilibet iudex habet duos exequutores. §. nullo. in auth. de iudicijs. Et ſi fuerint negligẽtes, poterit iudex etiã delegatus eos mulctare, & remouere ab officio. l. ſi. C. de ſportulis. Et iſti exequutores pluribus nominib. appellãtur, de quib. per gl. in d. §. nullo. & de iſtis intelligitur text. in l. ſancimus. C. de iudi.
39 Quarto modo † dicuntur exequutores quidã iudices ordinarij, q vigore legis municipalis ſunt cõſtituti ad exequendas ſententias, puta in cauſis minorũ, vel fiſcalib. & de his intelligitur tex. in d. l. ſi. C. de iudi. ſecundũ Fulg. & Iaſ. ibi: quod non credo verũ, quia non eſt veriſimile q Imperator habuerit reſpectũ ad iſta ſtatuta. c. j. de cõſtitutionib. lib. vj. Qua ratione etiã reprobatur quod not. Bal. & Fulg. in l. ſi. C. vbi & apud quẽ. dum intelligunt illã l. de iudicibus chartularijs, † qui ex forma ſtatutorũ habent tantùm iuriſdi- 40
ctionẽ voluntariam, & ſunt notarij qui ſcribunt inſtrumenta guarentigionata, & vigore iuriſdictionis ſibi à ſtatuto tributæ, faciunt pręceptum parti vt ſoluat intra certum diem: quod præceptum tanquam aduerſus confeſſum habet exequutionem paratam, de quo in l. ſi debitori. ff. de iudi. & declarat Iaſ. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & de iſtis chartularijs dicunt ipſi debere intelligi text. in d. l. ſi. C. vbi & apud quem. & in l. rẽ non nouã. C. de iudi. & de his etiã intelligitur tex. in l. j. ff. de iudi. ſecundũ gl. Bart. & Paul. de Caſt. ibi. quæ opinio non eſt vera, quia nõ eſt veriſimile dictas leges habuiſſe reſpectũ ad ſimilia ſtatuta, vt etiã dicit Thomas Decius Seneñ. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. & text. in d. l. rem non nouam. poteſt intelligi in procuratore Cæſaris, qui habet iuriſdictionem voluntariam inter priuatos, vt not. in l. j. C. de pedan. iudi. & d. l. ſi. loquitur de iudicibus datis, ſeu delegatis, de quibus ẽ. dixi. Et hæc ſint ſa s pro clariori introductione iſtius materiæ.

## CAP. PERNICIOSAM ARgumenta.


1 *Vrbs quælibet ſuum habet epiſcopum: quod tu intellige de conſuetudine Italiæ, non autem de iure.*
*Ibid.* *Epiſcopi de iure non ſunt dandi niſi maioribus ciuitatibus.*
2 *Ciuitatis conſtitutio eſt de iure gentium, & poteſt fieri ſine autoritate ſuperioris.*
3 *Diœceſis appellatione compræhenditur etiam ciuitas.*
4 *Extenſio de ſtricta vocabuli ſignificatione ad latam, fit in correctorijs & in materia ſtricta.*
5 *Statutorum materia quæ ſtrictam interpretationem recipit, capit verba generaliter.*
6 *Diſpoſitio hominis verba in dubio ſpecialiter accipit, diſpoſitio verò legalis generaliter.*
7 *Diſpoſitio legalis filij appellatione nepotem compræhendit, ſed diſpoſitio hominis ſecus.*
8 *Qui liberam habet facultatem, liberam habet & procedendi facultatem. & num. 9. 10.*
11 *Inquiſitio quomodo epiſcopo de iure diuino regulariter permiſſa ſit.*
12 *An differentia aliqua ſit inter Ius ciuile & canonicum, quoad permiſsionem inquiſitionis.*
13 *Inquiſitio poteſt in omni crimine formari.*
14 *Inquiſitionis iudicium an ſit ordinarium, vel vtroque iure extraordinarium.*
15 *Differentia inter inquiſitionem & reſtitutionem.*
16 *Ordinarium quot & quàm diuerſis modis accipiatur.*
17 *Iudicium extraordinarium quod dicatur.*
*Ibid.* *Inquiſitio quomodo iudicium habeat ordinarium, licet pœnam extraordinariam inferat.*
18 *Epiſcopo permiſſa & licita eſt inquiſitio contra laicos adulteria committentes.*
*Ibid.* *Crimen graue & impediens executionem, impedit ne clericus incarceratus relaxaretur etiam cum fideiuſſore.*
19 *Epiſcopi regulariter non poſſunt inquirere de ſceleribus laicorum.*
20 *Iuriſdictionis exceptio nunquam cenſetur reiecta.*
21 *Epiſcopus poteſt cognoſcere in criminibus notorijs laicorum, propter præſumptam ſæcularis iudicis negligentiam. Vide ſuprà, num. 18.*
22 *Facultas inquirendi in laicos adulteros epiſcopo conceſſa, qualiter & quot modis intelligatur.*
23 *Ordo præpoſterus toleratur in iure.*







24 *Iudex eccleſiaſticus in executione ſuæ ſententiæ implorat brachium ſæculare.*
25 *Laicus vbi & quando officium imploret eccleſiaſtici iudicis.*
26 *Differentia inter eccleſiaſticum & ſæcularem iudicem.*
27 *Iudex eccleſiaſticus implorans brachium ſæculare, intelligitur implorare citra præiudicium ſuæ iuriſdictionis.*
28 *Creditor, qui de facto & propria autoritate bona debitoris appræhendere poteſt, ſi vadat ad iudicem, præiudicat, nec poterit ampliùs ſua autoritate vti.*
29 *Iudex eccleſiaſticus poteſt, ſi vult, iudicem cuius brachiũ implorauit, omittere, & alium adire. intellige tamen & limita vt num. 30. 31. 32. 33.*
34 *Epiſcopi non poſſunt inquirere niſi præcedente fama.*
35 *Iudex præcedente fama poteſt liberè inquirere contra adulteros.*
36 *Statutum & commiſsio principis in eadem ſunt intelligentia.*
37 *Fama dum dicitur requiri ante inquiſitionem, quomodo intelligendum.*
38 *Facta tenent & valent non ſolùm quando ſunt facta, ſed etiam quando cœperunt in eſſe produci, licet à principio fieri non potuiſſent.*
*Ibid.* *Fama vſque adeò eſt neceſſaria ante inquiſitionem, vt ſi iudex aliter formet inquiſitionem, appellari poſſit.*
39 *Reus poteſt pro ſua innocentia facere alias probationes, quæ elidant famam.*
40 *Inquiſitio generalis quomodo fieri poſsit, nulla etiam fama præcedente.*
41 *Inquiſitio quæ fit ad finem impediendi aliquam promotionem ad honores vel ordines, non autem puniendi, nullam requirit famam.*
42 *Indicia veriſimilia habentur loco diffamationis.*
*Ibid.* *Inquiſitio poteſt fieri vbi præcedunt indicia veriſimilia, licet nulla fama præcedat.*
43 *Clerici nunquam poſſunt torqueri, niſi ſint de delicto infamati, etiamſi legitima præcedant indicia. Limita tamen vt in ſequent. numeris.*
*Ibid.* *Indicia legitima ad torturam, intelliguntur in laicis tantùm, in clericis nunquam.*
44 *Inquiſitio contra clericos nulla poteſt fieri, niſi ſint diffamati.*
45 *Diffamatio ſimplex non facit indicium legitimum ad torturam.*
46 *Inquiſitio de iuſſu principis ex certa ſcientia præcipientis, poteſt fieri nulla etiam fama præcedente.*
47 *Inquiſitio poteſt fieri coram iudicibus, qui non tenentur ſeruare ordinem iuris, & contra regulares, nulla etiam infamia præcedente.*
48 *Inquiſitio in delictis enormibus fieri poteſt, nulla fama, nulliſq; indicijs præcedentibus.*
49 *Inquiſitio in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis, quomodo per iudicem fieri poſsit.*
*Ibid.* *Faciens quod non debet, præſumitur in dolo.*
50 *Inquiſitione formata, nulla etiam præcedente infamia, & reo non opponente, tenet proceſſus.*
51 *Inquiſitione formata nullis etiam exiſtentibus nec fama nec indicijs, & reo capto delictum confitente, conualidatur iudicium.*
52 *Reus inquiſitus per iudicem ſine fama vel indicijs, deinde captus & confeſſus in tormentis, non poterit per iudicem condemnari.*
53 *Reus confeſſus abſque tormentis, & confeſsionem factam reuocans, adhuc non poteſt puniri.*
54 *Captus ſi confitetur, nec reuocat confeſsionem, tunc poterit condemnari ex tali confeſsione.*
55 *Epiſcopus metropolitanus procedit ad inquiſitionem omiſſo articulo infamiæ.*





56 *Iudici ordinario non eſſet bene cautum, quando appellaretur à formatione inquiſitionis.*
57 *Iudex inquirere poteſt nulla fama præcedente, quando inquirit ex neceſsitate officij ſui. & num. 58.*
59 *Inquiſitio poteſt fieri indiſtinctè, nulla etiam infamia præcedente, eo caſu quo periculum vertitur animæ.*
60 *Inquiſitione ideo requirit præcedentem famam, ne aliàs iudices calumnientur ſubditos.*
61 *Fama in inquiſitione requiſita debet legitimè probari, ad hoc vt poſsit inquiri. vide tamen ibidem tres confirmationes in contrarium.*
62 *Fama quamuis fragilis & incerto autore orta, eſt ſatis pro formanda inquiſitione.*
63 *Teſtes plures de fama dicentes, licet non aſſerant à quibus audiuerint, multum tamen fidei faciunt.*
64 *Fama cùm loco accuſatoris ſuccedat, videtur quodammodo lis cum ea conteſtari.*
*Ibid.* *Denuntiationis ad accuſatorem argumentum valet.*
65 *Quænam ſit differentia inter ius ciuile & canonicum.*
66 *Delinquens ratione delicti ſortitur forum, quamuis aliàs ibi non ſortiretur.*
67 *Delinquens ſi non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis, ſecundum formam ſtatutorum loci in quo deliquit. Limita tamen vt num. 68.*
69 *Conducens triticum extra territorium contra formam ſtatuti quod veriſimiliter ignorabat, debet in integrum reſtitui.*
70 *Delinquens in foro pœnitentiali non debet abſolui per ordinarium loci, ſed per ſuum proprium ſacerdotẽ.*
71 *Imperator vel rex delinquens in territorio epiſcopi, quomodo per eum præmiſſa monitione canonica poterit puniri.*
72 *Si delinquens euaſerit, & alibi carceretur, debet iudex eum remittere puniendum ad iudicem delicti.*
73 *Hæreſis eſt crimen merè eccleſiaſticum, ita vt laicus de illo nullo modo ſe poſsit intromittere.*
74 *Hæreticus vbi eſt damnatus, non licet condemnato pœnitere in præiudicium iuris quæſiti fiſco.*
75 *Vſurarij manifeſti poſſunt per epiſcopum criminaliter inquiri.*
76 *Iudex ſæcularis an poſsit procedere criminaliter aduerſus vſurarios pro emendandis moribus.*
77 *Actus, de quo in dubio diſputatur, an ſit vſurarius necne, iudicium eccleſiaſticum ſemper attenditur.*
78 *Vſuræ infra legitimum modum de iure ciuili permittuntur.*
79 *Delictum quodlibet, etiam priuatum, ratione intereſſe publici pœnam extraordinariam infert.*
80 *Vſurarij per epiſcopum puniri poſſunt, etiam in exceſſu pœnæ per iudicem ſæcularem puniti.*
81 *Iudex poteſt punire ſubditum ſuum de delicto in alterius foro commiſſo.*
82 *Iudex ſæcularis ſecundum practicam poteſt procedere contra vſurarios volentes exigere credita ſecundum literas cambij, quas conſtat ſimulatas eſſe.*
83 *Iudex non ſecundum conſcientiam tantùm, ſed ſecundum allegata & probata iudicare debet.*
84 *Iudex ſi pronuntiando dicat, ego iudico ſecundum conſcientiam, non valet ſententia.*
85 *Iudex ſciens aliquem deliquiſſe, & delictum contra delinquentem plenè probatum non eſt, quomodo abſoluere debeat.*
86 *Iudices quando debeant pronuntiare per ſententiam interlocutoriam, rebus ſic ſe habentibus non eſſe ad vlteriora procedendum. & num. 87.*
88 *In crimine falſi iudex nunquam debet interloqui quid ſentiat circa merita cauſæ, ſed debet vel abſoluere vel condemnare.*
89 *Iudex qui eſt ſupra leges & habet facultatem eas condendi, debet iudicare ſecundum conſcientiam.*

90 *Iudex habens conſcientiam certam, & in qua nihil dubitat, non debet contra conſcientiam iudicare.*

91 *Iudex nolens ſupra ſe aſſumere onus principis ſimpliciter reſcribentis quòd procedat prout iuris, debet ſecundum probata & allegata iudicare.*

92 *Iudicis animus quomodo moueri poßit ad iudicandum.*

93 *Iudex poteſt reijcere exceptionem tanquam malitioſe oppoſitam, etiamſi de huiuſmodi malitia nihil ei conſtet.*

94 *Iudex præſumitur exceptionem ex cauſa reieciſſe, quãuis eam non exprimat.*

95 *Producenti inſtrumentum ante litem conteſtatam, licet poſt litem conteſtatam non reproducat, an iudex fidem adhibere debeat.*

96 *Iudex per regulam à qua nunquam eſt recedendum, debet ſequi acta & probata in iudicio.*

97 *Iudex ex forma ſtatuti procedere poteſt ſecundum arbitrium ſuum.*

98 *Iudex non poteſt prætextu calumniæ exceptionem ita indiſtinctè reijcere, niſi huiuſmodi calumnia ſit veriſimilis.*

99 *Iudex in caſibus valdæ dubijs, atq; hinc & inde efficacibus rationibus fulcitis, quã poßit opinionem eligere.*

100 *Iudex ſæcularis requiſitus vt in crimine merè eccleſiaſtico brachium ſæculare præſtet, non habet ſe intromittere in cognitione criminis, ſed debet exequi.*

101 *Exequutor meru cognoſcit in cauſa criminali, ne ſententiam iniuſtam ſuperioris exequatur propter irreparabile iudicium.*

Ibid. *Iudicis exequentis officium.*

102 *Inquiſitorum quorundam præceps iudicium aduerſus fatuas mulierculas.*

103 *Iudex ſæcularis in crimine non merè eccleſiaſtico quomodo cognoſcere poßit.*

104 *Inquiſitor non poteſt cognoſcere, nec debet pronunciare in cauſa mulieris accuſatæ de hæreſi, ſeu confectione poculorum amatoriorum, & conuictæ ſolùm per indicia aliarum veneficarum.*

105 *Confectio poculorum amatoriorũ non eſt crimen hæreticum, nec eius cognitio ad inquiſitores ſpectat.*

106 *Credere ſocijs criminis in aliquo delicto, non extenditur ad ea quæ non verè, ſed per dæmonum illuſiones videntur.*

107 *Statutũ mandans quòd iudex fidem adhibeat libris mercatorum, intelligitur in cauſa mercantili.*

108 *Ordinarius licet ſit merus executor, non tamen tenetur parêre mandato delegati Papæ, quãdo nulliter proceßit.*

109 *Ordinarius licet ſit merus executor delegati Papæ, de cuius tamen delegatione dubitatur, poteſt ſuper tali articulo cognoſcere.*

110 *Iudex laicus habens conſcientiam certam pro condemnato, non debet aliquo modo concedere brachium inquiſitori.*

111 *Iudex ſæcularis tenetur exequi ſententiam, etiamſi epiſcopus non faciat ſibi fidem de proceſſu.*

112 *Iudex ſæcularis quando non tenetur exequi ſententiam epiſcopi, etiam in re merè eccleſiaſtica.*

113 *Iudex ſæcularis quando non debeat adiuuare epiſcopum contra prælatum.*

114 *Præſumitur pro ex qui habet regulam pro ſe particularem, licet alia generalis ſit in contrarium.*

115 *Iudex in dubio debet pronuntiare appellationem eſſe deferendam.*

116 *In dubijs electio illius partis debet fieri, per quam vtrique litigatori conſulitur.*

7 *Iudex exequens non tenetur parêre iudici extraiudicialiter procedenti, vel brachium ſæculare imploranti.*

8 *Iudici extraiudicialiter procedenti impunè non pareri poteſt.*

119 *Iudex ſæcularis in criminibus non tenetur præſtare auxilium epiſcopo niſi ſibi fiat fides de proceſſu.* Intellige *tamen vt conſequenter arguendo concludit.*

120 *Iudex ſæcularis non dicitur tunc executor, quando epiſcopus volens puniendo ſententiam ſuam exequi, ſimpliciter implorat ab eo vt ſibi familiam concedat.*

Ibid. *Iudex eccleſiaſticus in extraiudicialibus præceptis non eſt maior ſæculari, ſed par, nec poteſt ei mandare.*

121 *Iudex ſæcularis tenetur adiuuare eccleſiaſticum, & econtrà.*

122 *Eccleſia quomodo ſententiam ſæcularis exequi debeat.*

123 *Iudex eccleſiaſticus poteſt ſæcularem iudicem recuſantem eum iuuare, excommunicando cogere.*

124 *Epiſcopus propter autoritatem legis hoc dictantis, tenetur obedire literis* Poteſtatis *ei ſcribentis, & temporalem iuriſdictionem habentis.*

125 *Iudex ſæcularis debet iuuare epiſcopum per banna & relegationes.*

126 *Prælati exempti, puta hoſpitalarij & templarij, non ſunt epiſcopis ſubditi.*

127 *Auxilij imploratio non fit niſi in ſubſidium, & cùm opus fuerit: priuilegium autem exemptionis non trahitur ad illa extraordinaria auxilia.*

128 *Reus condemnatus ab epiſcopo ſecundum legem canonicam in crimine mixto, an poßit etiam à iudice ciuili condemnari.*

129 *Faciens iniuriam duobus, tenetur ad ſatisfactionem vtrique inſolidum.*

130 *In crimine mixto principaliter punibili iure ciuili, ſi delinquens fuerit ſemel punitus à iudice ſæculari, nõ poterit amplius puniri per eccleſiaſticum iudicem.*

131 *Abſolutus vel condemnatus in loco delicti, non poteſt ampliùs accuſari in loco domicilij.* Intellige *tamẽ & limita vt numero 132.*

Ibid. *Punitus in foro domicilij, poterit adhuc puniri in loco delicti.*

133 *Punitus ab epiſcopo in crimine principaliter eccleſiaſtico, non poterit per iudicem ſæcularem rurſus in totum, ſed tantùm de exceſſu puniri.*

134 *Punitus pœna iuris canonici legitima & ordinaria, & ſimili pœnæ legali, non poteſt amplius per ſæcularem iudicem puniri.*

135 *Iudex eccleſiaſticus commiſſus à Papa ad inquiſitionem alicuius criminis, cenſetur commiſſus etiam ad pœnã ſanguinis.*

136 *Accuſator, qui ſemel egit in iudicio eccleſiaſtico, non debet rurſus admitti in ſæculari.*

## CAPVT PRIMVM.

PErnicioſam.) † Nota primò in tex. 1
ibi, ſingularum vrbium epiſcopi.
quòd quælibet vrbs habet ſuum epiſcopum: quod dicit Abb. & alij
procedere de cõſuetudine Italiæ,
non autem de iure: quia poteſt eſſe ciuitas, licet nunquam habuerit epiſcopum: imò de iure,
epiſcopi non ſunt dandi niſi maioribus ciuitatibus. cap. epiſcopi. lxxx. diſt. cap. j. & ibi Abb. infrà de priuileg. & ita tenet Bal. in l. ſi in aliquam.
ff. de offic. proconſ. Imol. Rom. & Doct. in l. j. §.
ſiue autem. ff. de noui oper. nunt. & per Cardi.
in Clem. dudum, in verſ. ciuitates. de ſepult. &
eſt communis concluſio, pro qua facit, † quia 2
ciuitas poteſt conſtitui etiam ſine autoritate
ſuperioris, ex quo talis conſtitutio eſt de iure
gentium, vt dicit gloſſ. & ſequuntur Doct. in l.
ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. & tamen epiſcopus non poteſt conſtitui ſine autoritate Papæ.
& ita tenet etiam Bartol. in extrauagan. qui ſint
rebelles. in verb. Longobardiæ. Sed iſta dicta
non carent difficultate: quia Innoc. in c. cùm ab eccleſiarum. j. eod. & Bar. l. fin. ff. de colleg. illicit. tenent quòd non poſsit conſtitui ciuitas ſine autoritate principis. pro quibus facit, quia ciuitas dicitur, quæ muris cincta eſt. l. ij. & l. pupillus. §. vrbs. de verb. ſign. & facit tex. in c. ſi ciuitas. infrà de ſentent. excommunic. in vj. Sed muri ciuitatum non poſſunt conſtrui ſine licentia principis. l. ſanctum. §. in municipijs. ff. de rer. diuiſ. Quare puto eſſe diſtinguendum: quia aut loquimur de iure gentium, & de eo iure poterat eſſe ciuitas, etiam ſi nulla principis autoritas interueniſſet. d. l. ex hoc iure. Aut loquimur de iure ciuili, & tunc ſi iſti populi volentes condere ciuitatem, ſint liberi, non requiretur aliqua principis autoritas, vt dicit Rom. in d. l. j. §. ſiue autem. Aut non ſunt liberi, & credo non poſſe conſtitui ciuitatem ſine principis licentia. & ita procedet opinio Innoc. pro qua vltra eius rationem facit, quia ciuitas dicitur, quæ habet ſaltem leuiſsimam iuriſdictionem. l. ſi duas. vbi Iacob. de Are. ff. de excuſ. tut. vnde habet ius conſtituendi defenſores. §. iuſiurandum. in auth. de defenſor. ciuit. & per Bart. in d. verbo, Longobardiæ. Sed talis iuriſdictio non competit niſi volente principe. l. j. ff. de conſtit. princip. l. j. ff. de offic. pręfect. præt. ibi, regimentis reipublicæ tranſlatis. & per Bal. in tit. quæ ſint regalia. in vſib. feud. & in extrauag. de pace Conſtant. in prin. in verb. iuriſdictione. Aut loquimur de iure Canonico, & poſſet teneri qđ ius canonicum hodie non habeat pro ciuitatibus niſi eas, quæ habent epiſcopum: & ſic poteſt intelligi iſte text. & ſaluatur opinio Bald. ita tenentis in d. l. ex hoc iure. in v. col. Nec obſt. text. in d. c. j. de priuil. & in d. c. epiſcopi. quia poſſunt procedere de iure antiquo, quo à principio fuerunt inducti epiſcopi. Et iſtud videmus hodie, quòd omnis ciuitas, etiam minima, habet epiſcopum. Nec obſtat quòd etiam minores ciuitates, etiam non habentes epiſcopũ, appellantur à Romano pontifice ciuitates, vt probatur in d. c. j. vnde ſequitur notabilis Innoc. deciſio in d. c. cũ ab Eccleſia. vbi dicit, quòd ſi Papa vel Princeps ſcribit alicui communitati, tanquam ciuitati, quòd videtur eam approbare in ciuitatem. & ſequitur Bart. in d. l. fin. Nam iſta deciſio confunditur per tex. in Clem. ſi ſummus Pontifex. de ſentent. excommu. Nec poſſet procedere, niſi ſummus Pontifex eam ita appellaret, dicendo ſe facere ex certa ſcientia, vt per Petr. de Anch. in d. Clem. ſi ſummus. & Aret. conſ. xxiij. in v. col.

NOTA ſecundò, ibi, in ſuis diœceſibus. † quòd appellatione diœceſis, venit etiam ciuitas, declarando vt hîc per Abb. & cæteros. In contrarium eſt tex. in c. Rodulphus. de reſcript. Abb. & Doct. modern. communiter diſtinguunt, intelligentes illum tex. procedere in materia ſtrictè intelligenda tantùm. Et contra hãc ſolutionem primò adduco, quia, vt etiam ibi fatetur Abbas, diœceſis poteſt capi & in genere, & in ſpecie: & vbi capitur in genere, cõpręhendit etiam ciuitatem: tunc ſic ſi cõpręhenditur in genere, ergo propriè, quia ſpecies ineſt ꝓpriè ſuo generi. l. in toto. ff. de reg. iuris. per Bal. in l. ij. C. de iur. aureor. annul. & facit l. j. de adop. Vnde cùm de proprietate ſermonis diœceſis compręhendat ciuitatem, certè in qualibet etiam pœnali materia illa dictio accipietur, quatenus importat ſermonis proprietatẽ. l.
cũ lege. vbi Aret. ff. de teſt. Secundò obſtat †, quia
4 etiã in correctorijs, & ſic in materia ſtricta, fit extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam,
vt eſt gl. in Cl. j. in verb. eligat. vbi Paul. de Leaz.
de elect. & per Alexan. in l. ij. in j. col. ff. de leg. j. &
per Iaſ. in rub. de re iud. in iij. col. cum concord.
Tertiò obſtat, † quia etiam in materia ſtatutorũ, 5
quæ recipit ſtrictam interpretationem, verba capiuntur generaliter, vt compręhendant nedum ſpecialem ſignificationem, ſed etiam generalem, vt probatur ex not. per Bart. & Doct. in rub. ff. ſol. matr. in verb. petatur. & idem firmat Alex. in rubr. ff. de iuriſd. om. iud. loquens de iuriſdictione. Vnde poſſet aliter reſponderi ad d. c. Rodulphus. videlicet quòd propriè loquẽdo diœceſis non cõpręhendat ciuitatem, ſed ſicut ciuitas cingitur muris. l. ij. ff. de verb. ſig. ita quicquid eſt territorij extra muros, dicitur diœceſis, vt dicit Card. in Cle. ne Romana. §. ſanè. de elect. Et licet aliquando iura appellatione diœceſis cõpręhendant etiã ciuitates, iſtud nõ eſt ex ꝓprietate verbi, ſed potiùs ex pſumpta mente diſponentis, ꝓpter paritatẽ rationis. Et ita poteſt intelligi iſte textus cum ſimilib. Non recedendo tamen ab opinione Abb. poteſt reſponderi ad ſupraſcripta fundamenta, ꝙ procedant in diſpoſitione legali: vnde videmus ꝙ in lege quantumuis pœnali, appellatione diœceſis venit ciuitas, vt eſt tex. in l. j. vbi Salic. C. de priua. carcer. & ita tenet Ioan. de Camp. in d. c. Rodulphus. ita intelligens noſtrũ
text. hîc, & gl. in Clem. j. de rer. permut. Facit, † 6
quia licet in diſpoſitiõe hominis, verba in dubio potiùs capiantur in ſpecie quàm in genere, vt dicit Bar. in l. hoc legatũ. ff. de leg. iij. & Abb. in d. c. Rodulph. vbi ponit iſtam rationẽ ad illum text. in diſpoſitione tamen legali verba capiuntur generaliter. l. j. §. quod autem prętor. ff. de aleę luſu. & facit quod not. Bar. in l. ſi pluribus. ff. de leg. j. vbi in diſpoſitione legali indefinita ſemper æquipollet vniuerſali: ſecùs in diſpoſitione hominũ. Ad idem facit, quia lex loquens de curatore, habet locum etiam in tutore, vt eſt gl. in authẽ. minoris debitor. C. qui dare tut. poſſ. & tamen ſecus eſt in diſpoſitione hominis, vt eſt tex. notab.
in l. tutores. §. j. ff. de admin. tut. Ad idem facit, † 7
quia in diſpoſitione legali, filij appellatione venit nepos. l. filij. & l. liberorum. ff. de verb. ſign. & tamen nõ ita eſt in diſpoſitiooe hominis. l. quòd ſi nepotes. ff. de teſt. tut. licet Bar. aliter diſtinxerit in d. l. liberorum. Et ex his poteſt defendi opi. Abb. in d. c. Rodulph. Eſt verũ, ꝙ quatenus Abb. hîc reprobat Hoſt. qui tenebat, quòd in ſtatutis, appellatione diœceſis compręhenditur ciuitas, videtur verior opinio Hoſtienſ. quia ratio ſtatuti ita militat in ciuitate ſicut in diœceſi. per d. l. j. C. de priuat. carcer. & per ſ. dicta.

NOTA tertiò, ibi, liberam. † quòd ille, qui libe 8
ram habet facultatẽ, liberã habet & ꝓcedendi facultatẽ, tenet tñ procedere ſecundũ terminos iuris. ita eſt tex. hîc, iuncta gloſ. j. facit c. j. ſ. de reſcr. In qua materia ſit cõcluſio, ꝙ per iſtam dictionẽ liberam, non cenſetur ſublata iuris ſolennitas. facit l. ſi quando. in prin. C. de inoff. teſta. & gl. in l. j. C. de ſacroſ. eccl. & in aut. omnes peregrini. C. cõmu. de ſucceſ. Fallit, quando aliàs verba nihil operarentur, vt eſt gl. in d. l. ſi quando. & ita poteſt intelligi tex. in l. j. ff. de teſt. mil. Fallit ſecundò, quando diceretur, quòd quis poſſet tale quid facere ſecundum liberam voluntatem ſuam: nam tunc non teneretur ſeruare ſolennitates iuris ciuilis, ſed iuris naturalis tantũ, vt per Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. videbitur. in fin.

C. j. Pernicioſam.

in fi. cum concor. per Fel. in c. j. in xvij. col. ver. fal
lit octauo. §. de conſt. & facit text. in l. magis pu-
to. §. ſi ex alieno. in verb. non enim prætori. ff. de
9 rebus eor. † Et propterea etiam in tali caſu non
poſſet facere aliquid in præiudicium iuris quęſi-
ti tertiò: ſecùs iuris quærendi, vt per Bal. in l. do-
10 talem. ff. de teſt. milit. Fallit tertiò, † quando aliàs
eſſet neceſſaria alicuius requiſitio: nam ſi tribui-
tur facultas libera faciendi, poterit facere illo ir-
requiſito. & ita probat gl. in c. cùm plures. de off.
deleg. in vj. gloſ. & Doct. in c. ſi pro debilitate. ſu-
prà tit. ij. & gl. in c. j. de homic. lib. vj. & in cap. de
multa. j. de præbend. & glo. in Clement. dudum.
de ſepult. probant moderni in c. repręhenſibilis.
infrà de appellationib. & fac. quod notat Iaſon
poſt alios, in l. nemo poteſt. in iiij. quæſt. Bart. ff.
de leg. j. & quod not. Ant. de Butri. in c. ſanè. per
illum tex. j. de exceſſ. præl. Sed aduerte, quia in
contrarium facit iſte tex. iuncto c. iij. de conſ. lib.
vj. & c. qualiter. ij. j. de accuſ. vbi non poteſt epi-
ſcopus inquirere abſq; conſilio capituli ſui, & tñ
dicitur quòd poteſt liberè inquirere: niſi dixeris, quòd
iſte tex. reſtringit hanc facultatem, ſupplendo il-
la verba, ſecundum quod Canones cenſent. Item
hîc tolleretur ius tertij, videlicet ipſius capituli:
ibi ex diſpoſitione legis eſt quæſitum ius inqui-
rendi & vlciſcendi epiſcopo. d. c. qualiter & quã-
do. & propterea credo quòd glo. in d. Clem. dudum.
non ſit vera, & contra eam fuit aliàs cõſultum, vt
per Fel. in d. c. j. de reſc. & ad ſuprà dicta vide Bal.
in c. cùm olim. de conſuet.

NOTA quartò ibi, adulteria & ſcelera inquire-
11 re. † quòd regulariter de iſto iure permiſſa eſt epiſco-
pis inquiſitio. Et propterea infert hîc Bal. quòd de iu
re canonico iudicium inquiſitionis dicet ordina
rium. & idem tenet Bar. in c. ſuper literis. de reſc.
& fa. quod not. Bar. in l. ſi maritus. §. j. ff. de adult. vbi
infert, quòd ſi ſtatuto indiſtinctè permittatur inquiſi
tio, tale remediũ erit ordinarium. De iure verò ci
uili inquiſitio eſt remediũ extraordinarium, ex quo
regulariter ſine accuſatione nemo punitur. l. re-
ſcript. §. ſi quis. ff. de mun. & ho. & ita tenent Bal.
But. Im. & And. Sic. hîc. & per Com. conſ. cxxxv.
ad primũ. circa fin. Sed hîc, aduertẽdum eſt circa
duo. Primũ eſt, † nunquid ſit aliqua differẽtia in-
12 ter ius ciuile & canonicũ quoad permiſsionẽ inqui
ſitionis. Secundũ eſt, nunquid verum ſit, quòd inqui
ſitionis iudiciũ ſit ordinariũ. Circa primũ puto,
quòd non ſit aliqua differentia inter ius ciuile &
canonicum: quia etiam de iure ciuili, ſi præcedat
fama, vel alia legitima indicia, licita eſt inquiſi-
tio. l. j. C. de cuſt. reo. & l. iuſtiſsimos. C. de offic.
rect. prouinc. & probatur in l. congruit. ff. de offi.
præſid. Nam niſi licita eſſet inquiſitio particula-
ris, illa generalis de qua in d. l. congruit. nullius
effectus eſſet. Et iſtam opi. tenuit Nicol. de Mata.
quem refert & ſequitur Bart. in l. ij. §. ſi publico.
ff. de adul. Bal. in l. iubemus. C. de probat. Sal. in
l. ea quidem. in ix. col. C. de accuſat. & latè per A-
ret. in c. qualiter & quando. ij. in xv. col. cum qua
tuor ſeq. j. de accuſ. & idem etiam tenet Angel. de
Aret. in tract. malef. in iij. charta. Et iſtud tantò
magis procedit de iure nouiſsimo, per text. in §.
iubemus autem. in authen. de collato. per quem
dicit Ioan. Andr. in c. felicis, de pœn. in vj. in no-
uella, † quòd hodie poteſt in omni crimine for-
13 mari inquiſitio. & idem tenet Ioan. Fab. Inſtit. de
publ. iud. in princ. facit text. in authen. de man.
prin. §. deinde competens. verſ. quid ſi delinquẽ-
tes. de mandat. prin. & iſta opin. eſt vera, ſi intel-
ligatur, præcedentibus tamen fama, vel indicijs
legitimis, de quibus per Doct. in cap. cùm opor-
teat. infrà, de accuſ. id eſt, ex quibus veriſimiliter
iudex inducatur ad probabilẽ credulitatem, ſeu
præſumptionem, quòd delictum fuerit commiſ-
ſum. Et ſic teneo quòd non ſit differentia inter i-
ſta iura, quicquid dixerint Doct. hîc. Circa ſecun-
dum articulum communis opinio eſt, † quòd i- 14
mò tale iudicium inquiſitionis vtroque iure ſit
A extraordinariũ, prout tenuit Inn. in c. cùm opor-
teat. j. de accuſ. & ſequuntur alij in rub. j. de iud.
vnde inferunt ad ſtatutũ loquẽs de iudicio ordi-
nario, vt inquiſitionẽ non cõprehendat. Mouent
duabus rationib. Prima, quia tale iudiciũ expedi
tur officio iudicis nobili: ergo eſt extraordinariũ
l. cũ filius. ff. ſi cert. pet. cum concor. Sed iſta ratio
non eſt concludens, quia etiã accuſatio expedit of
ficio iudicis nobili, vt dicit Bart. & ſequũtur Dd.
in l. imperiũ. in definitione meri imperij. ff. de iu-
B riſd. om. iud. & tñ præfati Doct. habent pro con-
feſſo, quòd iudicium accuſationis ſit ordinarium
vnde tex. in d. l. cùm filius. ff. ſi cert. pet. ſolùm pro-
cedit in officio iudicis nobili, quod datur loco de-
ficientis actionis, & cõpetit ex quadam æquitate
ad priuatam vtilitatẽ. Secunda ratio eſt, quia iu-
dicium inquiſitionis etiam quòd iure canonico &
ciuili regulariter permittatur, tamen ex quo eſt
contra regulam iuris, de qua in d. l. reſcripto. de-
bet dici extraordinarium. l. in cauſæ. ij. ff. de mi-
C nor. vbi reſtitutio in integrum quamuis regula-
riter permittatur minoribus læſis, tamen dicitur
extraordinaria. Et iſtud fundamentum videtur
etiam confundere illud, quod dicit Bartolus in
l. ſi maritus. & §. retuli. Eſt verum quòd ſuſtinendo
Bar. poſſet reſponderi, † conſiderando differen- 15
tiam inter reſtitutionem in integrum, & inquiſi-
tionem: nam reſtitutio in integrum fuit introdu
cta contra regulas iuris gentium, ex quo reſcin-
dit ea, quæ ſemel tacito conſenſu placuerant. l.
D cùm amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. l. ſi-
cut. C. de act. & obl. vnde meritò tale iudiciũ eſt
extraordinarium, ex quo ius ciuile non poteſt in
totũ alterare dictam regulam iuris gentium. Sed
inquiſitio tantũmodò eſt contra regulã iuris ciui
lis. d. l. reſcripto. §. ſi quiſquã. Ius verò ciuile po-
teſt in totũ tollere, ſi vult. Et propterea, ea ſublata
in caſib. in quibus permittitur inquiſitio, rema-
nebit iudicium ordinarium. Et ita poſſet dici, ſu-
ſtinendo Bar. Pro quo facit, quia reſtitutio in in-
E tegrũ, eſt remediũ ſubſidiariũ, vnde meritò dicit
extraordinariũ, prout declarat Bal. in d. l. in cau-
ſæ. quod non eſt in inquiſitione, cuius iudicium
non datur in ſubſidium. & propterea etiã ſuper-
ueniente accuſatore non ceſſat, declarãdo vt per
Bar. in d. l. ſi maritus. Et propterea tu aduerte, quia
verior videtur opinio contra communem, & cõ-
ſequẽter quòd tale iudicium hodie ſit ordinariũ.
Et in primis ſciendum eſt, † quia ordinarium ca- 16
pitur diuerſis modis, prout importat ſubiectum,
F cui applicatur: vnde pœna dicitur ordinaria, quæ ha
bet certum modũ conſtitutũ: non aũt eſt arbitra-
ria. l. ij. ff. de crim. ſtellio. l. fi. vbi Bar. ff. de priuat.
delic. Et delictum dicitur ordinarium, quòd cer-
tis legibus ſpecialiter punitur: ſicut extraordi-
narium, quod non habet certũ nomen à lege im-
poſitum, vt in tit. ff. de extraord. crimin. & ibi gl.
in rubr. Et cognitiones ordinariæ dicuntur, vbi
præſcriptum eſt quomodo iudex procedat &
cognoſcat. Si verò ex qualitate negotij arbi-
trarium eſt iudici cognoſcere, tunc dicitur co-
gnitio



gnitio extraordinaria. l. ij. in fi. ff. de varijs & ex-
traord. cog. Ordinarium, dicitur etiam munus, quòd
à lege eſt impoſitũ, habens certam & determina-
tã præſtationẽ, vt per Bar. in l. j. in v. col. C. de mu
lie. in quo loco. & not. in l. fi. C. de vaca. mu. lib. x.
Ordinariũ etiã dicitur mandatũ, quod regulari-
ter fieri poteſt. l. ſolet. ff. de offic. proconſ. facit l.
j. C. de indic. lib. x. & quod not. Bart. in d. l. ſi ma-
ritus. Sed iſta exempla non loquũtur de iudicio,
17 & propterea in ſpecie dic, † quòd extraordinariũ
iudiciũ dicitur, in quo ordo & ſolennitas à lege
tradita nõ obſeruatur. ita eſt text in l. ordo. ff. de
pub. iud. & facit d. l. fin. ff. de priuat. delict. Vnde
cùm quędam ſolennitates aliàs traditæ, per legẽ
XII. tabul. eſſent ſublatæ, meritò omnia iudicia
de iure ciuili dicuntur extraordinaria. §. fin. Inſt.
de interdic. & propterea de iure ciuili caſus eſt
expeditus, nedum in inquiſitione, ſed etiam in
accuſatione, & in cæteris iudicijs. Sed in ſtatuto
loquitur de iudicijs extraordinarijs, ergo nõ po-
teſt accipi iſta intelligentia, quia aliàs ſtatutum
nunquam verificaretur: vnde ſicut olim iudicia
dicebantur extraordinaria, in quibus non ſerua-
bantur ſolennitates cõſtitutæ à lege xij. tabul. ita
hodie ſtatutum debebit intelligi de iudicijs ex-
traordinarijs id eſt, in quibus ordo communiter
traditus à lege, non obſeruatur. Et conſequenter
comprehenduntur caſus, in quibus ſummariè &
de plano proceditur. & probatur in Cle. ſæpe. in
verſ. de verb. ſig. Et propterea cùm in inquiſitio-
ne regulariter ſeruetur ordo iudiciarius cũ ſuis
ſolennitatib. c. ad petitionem. & d. c. qualiter &
quãdo. ij. in gl. in verb. contra quem. j. de accuſ. vi
detur quòd in ſe dicatur iudiciũ ordinariũ, licet pœ-
na ſit extraordinaria, ex quo poteſt diminui arbi-
trio iudicis, ſecundum ſ. dicta. & d. c. qualiter.
18 NOTA quintò, † quòd epiſcopus poteſt etiã con-
tra laicos inquirere adulteria committentes: nã
iſte tex. generaliter loquit, nec diſtinguit laicos
à clericis, & propterea debet generaliter intelli-
gi, ſecundum Abb. hîc: ſequitur Imol. & Sicul. &
ita etiam tenent moder. in c. cùm ſit generale. j.
de for. comp. & in cap. conſuluit. j. j. de appel. Et
propterea talis epiſcopus poterit punire adulte-
rum, vel ſeparando torum. c. tuæ. de procur. vel
detrudendo in monaſterium. c. gaudemus. j. de
conuer. coniug. vel ſcindendo pannos, & tondẽ-
do eum in deriſionem. c. de benedicto. xxxij. q. j.
& ita etiam tenet Ro. ſing. dclxvij. nos ſumus. Et
pro iſta parte primò inducitur iſte tex. Secundò
tex. in d. c. conſuluit. j. j. de appel. Tertiò adduci-
tur text. in d. c. gaudemus. & text. in c. intellexi-
mus. j. de adult. Vltimò pro hoc facit ratio, quia
matrimonium eſt de ſacramentis Eccleſiæ. ca. vt
debitum. j. de biga. ergo ſi illud videtur, iuriſdi-
ctio debet ſpectare ad iudicem eccleſiaſticum, &
propterea adulteri dicũtur ſacrilegi. l. quamuis.
C. de adult. Et iſta eſt communis opinio, ſecun-
dum Felin. in d. c. cùm ſit generale. Contrariam
opinionem tenuit Innoc. in cap. cùm tuæ. de pro-
cur. & Ioan. Andr. in cap. fin. de for. compet. in vj.
moti per text. in d. c. tuæ. Confirmo iſtam opini-
onem primò per text. in c. inceſtuoſi. xxiij. q. v. v-
bi ſi laici inceſtuoſi non parent admonitionibus
ſacerdotum, oportet vt per ſæculares poteſtates
coerceantur, ex quo aliter per Eccleſiam non poſ
ſunt corrigi. certè ſi regula non procedit crimina
liter contra inceſtuoſos, multò minus contra a-
dulteros. arg. l. ſi adulterium. ff. ad leg. Iul. de a-
dult. Secundò confirmo per text. in d. c. cum ſit
generale. vbi ſpeciale eſt fauore eccleſiæ, quòd C. j.
iudex eccleſiaſticus procedat contra eccleſiaſti- Pernicio-
cos ſacrilegos, ex quo furantur bona Eccleſiæ: er ſam.
go in contrarium eſt ius cõmune, pręſertim in a-
dultero, in quo ceſſat iſta ratio. Tertiò confirmo
per tex. in d. c. de benedicto. vbi iudex eccleſiaſti
cus remittit adulterum puniendum ad iudicem
ſecularem, vnde oſtenditur quòd ipſe non habe-
bat facultatem eum puniendi, niſi illa ſimplicã
A caſtigatione, quæ ſit per deriſionem.
Nec obſtant allegata in contrarium, & primò
iſte tex. quia impoſsibile eſt, quòd iſte tex. accipiat
intellectum Abb. Nam ſi generaliter intelligeret
in laicis, ſequeretur quòd ſicut poſſunt epiſcopi
inquirere de adulterijs aduerſus laicos, quòd poſ-
ſent etiam de alijs ſceleribus, quia textus vtraq;
ſimul iungit: & tamen † iſtud eſt falſum, quia regu 19
lariter epiſcopi non poſſunt inquirere de ſceleri-
bus laicorum, ne imponant falcem in meſſem a-
B lienam. c. nouit. j. de iud. & per omnes in d. c. cũ
ſit generale. niſi ſint delicta vel merè eccleſiaſti-
ca, vel mixta: vel niſi procedatur per denuntiati-
onem euangelicã, vt ibi per Abb. & Doct. Neceſ-
ſariò igitur iſte tex. generaliter intelligi non po-
teſt, ſed eſt reſtringendus ad clericos, in quibus
epiſcopi habẽt ordinariam poteſtatem. Vnde ve-
rior videtur intelligentia Innoc. Hoſtien. Bal. Io.
de Ligna. Card. & antiquorũ hîc, qui reſtringunt
tex. dummodo illi, aduerſus quos epiſcopus in-
C quirit, ad ſuam iuriſdictionem pertineant: & ſic
præſupponunt, quòd contra laicos non poſsit per
epiſcopum in iſto caſu cognoſci. Et certè ſi iſtorũ
autoritates iungerentur opinioni Ioan. Andr. &
Innoc. Iſta opinio Abb. vix obtineret in practica,
præſertim quia contra Abb. etiam videtur tenuiſ
ſe Angel. in authen. ſed hodie. C. ad l. Iul. de adul.
licet in l. quamuis. eod. tit. variauerit. Et pro iſto
intellectu facit, quia lex ſemper intelligitur lo-
qui in caſu habili. c. j. de ætate & qual. in vj. l. j. C.
D de ſacroſanct. eccleſ. † & exceptio iuriſdictionis 20
nunquam cenſetur reiecta. gloſſ. in Clem. j. de ſe-
queſt. poſſeſſ. in fin. de qua per Doct. in l. iiij. §.
condemnatum. ff. de re iud.
Non obſtat c. conſuluit. quia ibi agebatur pro-
pter vxorem, quæ detinebatur ab adultero, vt eã
reſtitueret: non autem principaliter cognoſceba
tur de crimine adulterij, quòd oſtẽdit illud verbum,
detinere. Nam ſi actũ fuiſſet de adulterio, eodem
modo potuiſſet reus puniri, etiam ſi olim deti-
E nuiſſet, licet de præſenti non detineret. Prærer-
ea ille text. loquitur in adultero notorio, † & in 21
criminibus notorijs poteſt epiſcopus cognoſce-
re propter præſumptam negligentiam ſæcularis
iudicis, vt dicit Abb. hîc in ij. col. & ibi dicam.
Non obſtat cap. gaudemus. quia ibi mulier illa
non fuit collocata in monaſterio in pœnam, ſed
in prouiſionem, vt mulier honeſtè viuat, decla-
rando vt ibi per Abb. in ſecundo intellectu. Non
obſtat cap. intelleximus. quia ibi nulla pende-
F bat accuſatio adulterij, ſed epiſcopus eos excõ-
municauerat, quia non redierant ſimul, prout ipſe
præceperat: & ſic excommunicatio fuit lata in
pœnam contumaciæ, non in pœnam criminis.
Non obſtat ratio Abb. quia ſacramentũ in ma-
trimonio conſideratur propter euitationẽ diuor
tij: vnde diuertendo læditur ſacramentum, ſicut
adulterando læditur fides promiſſa. c. omne. xx-
vij. quæſt. ij. & propterea quoad ſeparationem,
quæ reſpicit ſacramẽtum, ordinarius inquirit. d.
c. tuæ. non quoad cætera. Præterea † admiſſa ratione 22
Abbatis,

Abbatis,ſequeretur quòd eccleſiaſticus non poſ-
ſit inquirere de adulterijs bigamorum,in quibus
eſt defectus ſacramenti. d. c. debitum. Iſte ergo
tex. quatenus tribuit epiſcopis facultatem inqui
rendi in adulteros,poteſt intelligi primò genera
liter in clericis. Secundò poteſt etiã intelligi in
laicis delinquentibus cum eccleſiaſticis:quia ta-
lis cognitio eſt etiam de foro epiſcopi.arg.c.qui-
dam clerici.lxxxj.diſt.& c.eos.xxij.diſt.per Fed.
de Sen.con.clxij.& quod not.Maria. Soc.in d. c.
cùm ſit generale.Item poteſt generaliter intelli-
gi tam reſpectu clericorum,quàm etiam reſpectu
laicorum,nõ ad pœnam temporalem,ſed ad pœ-
nitentiam imponendam:pro quo eſt text. xxxij.
quæſt.v.c.fin.& ibi Archid.&ij.q.vj. c. cathol. &
ita iſtum tex.intelligit Ioã. And.in c. ad noſtram.
ij.ĵ.de iur.iur.Et iſte intellectus ſuadetur ex vlti-
mis verbis tex.dum dicit,ad ea,quæ Deo placita
ſunt,proſequenda.Nam talis pœnitentia eſt illa,
quæ propriè Deo placet, non autem pœna crimi
nalis.c.põderet.in fi.& c.ſeq.50.diſtinct. Et iſtud
etiam ſuadent illa verba,ſecundum quod Cano-
nes cenſent: nam intelligitur de pœnitẽtialibus.
c.ij.ĵ.de pœnit.& remiſſ.Nec obſtat quòd tex.di
cat implorandum eſſe brachium ſæculare: quod
non videtur habere locum vbi agitur de pœni-
tentia, ex quo illa ad volentes pertinet, non ad
coactos,quia reſpondeo,quòd iſta eſt propriè du
bitationis ratio iſtius text. per quem deciditur,
pro tali pœnitentia imponenda poſſe implorari
brachium ſeculare.& de hoc eſt text.in c. diſpli-
cet.xxiij. q. iiij. & in tali pœnitentia poſſunt illa
etiam verba verificari,vlciſci & iudicare, de qui-
bus in textu.& hoc probat̃ in c.quis non poteſt.
xxiij.q.iiij.Et iſte intellectus eſt ſuſtentabilis, &
in ſe verus,ſed communis eſt notabilior, & ideo
tenendus.

23 NOTA ſextò, † ibi, vlciſci & iudicare,quòd
præpoſterus ordo toleratur in iure.Nam priùs iu
dicatur,deinde fit vltio, & tamen text. priùs po-
ſuit de vltione.& ita notãt Imol.Butr. & Moder.
hîc.Et iſtud facit pro ſuſtentatione libelli,quan-
do aliquis petit Titium cogi & compelli ad ſol-
uendum,& ad prædicta condemnari: nam valet
talis libellus, non obſtante præpoſteratione, vt
etiam concludit Bar.in l. j. C. de execut. rei iud.
cum concor.per Alex.&Iaſ.in l.ij.§.priùs autem.
ff.de vulg.& pupil. & Iaſ.in §.j.col.xxv.Inſtit. de
actionib.& facit c.literas.vbi Abbas,in tertio no
tab.ĵ.de reſt.ſpol.Sed tu aduerte, quia poteſt de-
fendi iſte tex.ab hac præpoſteratione: Nam in-
quirẽdo,incipit epiſcopus vlciſci delictum: quia
incipit inquiſitus notari ſaltẽ infamia facti, quia
eius opinio eſt grauata apud bonos viros: licet
lata ſententia,particularis vindicta deinde fiat in
condemnatum,vt probatur in c.inquiſitionis. §.
ad hæc reſpondemus. ibi, propter Deum huiuſ-
modi puniendum.ĵ.de accuſ. Nam tex. ibi appel
lat proceſſum inquiſitionis, pœnam, & propter-
ea non poteſt fieri niſi præcedentibus legitimis
indicijs.c.licet.de ſimo.

NOTA ſeptimò,ibi,& cùm opus fuerit, &c. †
24 quòd iudex eccleſiaſticus in executione ſuæ ſen-
tentiæ implorat brachium ſæculare.facit text. in
c.quoniam.ĵ.eod.& xxiij.q.iiij.c.non inuenitur.
25 cum ſimilib.Et è conuerſo † laicus quandoq; im-
plorat officium iudicis eccleſiaſtici(exempli gra
tia, vbi condemnauit aliquam adulteram, quæ
debet detrudi in monaſterium) ſecundum auth.
ſed hodie.C.de adul.Nam cùm iudex laicus non
habeat monaſteria, debebit implorare officium
epiſcopi,qui illi concedet. arg. l. inter pœnas. ff.
de interdic.& releg. & ita tenet Soc. in d. c. cùm
ſit generale. ita ſaluando dictum Archid. xxv. q.
iij.c.rex debet.vt ibi per eum.† Eſt tamen diffe-
rentia inter iſtos:quia eccleſiaſticus poteſt coge- 26
re ſæcularem,etiam per cenſuras, vt ſibi præſtet
auxilium.c.ij.ĵ.de maled.& per Sicul.hîc. Sed ſe
cularis non poteſt cogere eccleſiaſticum,vt dicit
A hîc Innoc.& ſequuntur omnes. Eſt verum quòd
non debet eccleſiaſticus implorare tale brachiũ,
ad puniendum clericum,niſi ſit incorrigibilis. c.
cùm non ab homine.ĵ.de iud.Secùs eſt, ſi implo-
ret non ad puniẽdum,ſed fortè quia eius timeat
potentiam,vt per Abb.in d.c.quoniam.in fi.ĵ.eo.

NOTA vltimò,ibi,non ad præiudicandum.ſe
cundum intellectum communem, † quòd eccle- 27
ſiaſticus implorans brachium ſæculare, intelligi
tur implorare citra præiudicium ſuæ iuriſdictio-
B nis.Et ex hoc ſequitur,quòd non poteſt iudex ſe
cularis prætendere aliquam iuriſdictionem in ta
lem condemnatum, in præiudicium Eccleſiæ.
Dubium faciebat, quia implorãdo eius brachiũ,
videtur quodammodo iuriſdictio prorogata ad-
uerſus reum de conſenſu ipſius epiſcopi.l.j.ff. de
iud. & potuiſſet dici, via, quam elegiſti,tibi pa-
teat.l.ſi mulier.in fi.ff.quod met.cauſ.& facit qđ
nor.Bald.in l.j.in ij.not.C.de execu.rei iud.† vbi 28
dicit,quòd ſi creditor,qui poteſt propria autori-
C tate de facto apprehendere bona debitoris, va-
dat ad iudicem,cenſetur ſibi præiudicaſſe,& nõ
poterit ampliùs propria autoritate vti. Idem te-
net Bal.in l.ij.in vj.col.C.de ſeruit. de q̃ per De-
cium conſ.cxlvj.in ij. dubio. Sed tamen iſtæ ra-
tiones in caſu noſtro non militant,quia non po-
teſt tribui aliquod ius ſæculari,ex quo iudex ec-
cleſiaſticus eius brachium implorat,cum certa li
mitatione,videlicet nõ tanquam cognitoris, ſed
tanquam executoris.arg.c.vt inquiſitionis.§. pro-
D hibemus.de hæretic.in vj.† vnde poſſet eccleſia- 29
ſticus,ſi vellet,omiſſo iudice,cuius brachium im
plorauit,alium adire.ita probatur in iſto tex. qđ
eſt ſingulariter notandũ.Et ex ratione iſtius tex.
poteſt limitari ſuprà dicta deciſio Bald.quę quo-
tidie occurrit in practica, vt nõ procedat primò,
quando ille,qui adiuit iudicem,ſimpliciter dice-
ret ſe facere ad euitanda ſcandala.arg.l. æquiſſi-
mum. ff. de vſufruct. Nam ceſſante dubitatione
ſcandali, videtur quòd propria poſsit autoritate
E ire,quia ille conſenſus habet limitatam cauſam,
ergo limitatum pariet effectum. l. in agris. ff. de
acquir.rer.dom.l.age.cum ſimilib.vbi Moder.C.
de tranſact.† Secundò limitatur, quando expreſ- 30
sè reſeruaſſet ſibi facultatem ingrediendi,vt con
ſuluit Alex.conſ.cxxix.in cauſa & lite.col.fin. in
iiij.Idem ſi dixiſſet,citra præiudicium iurium ſu-
orum. arg.iſtius tex. † Tertiò limitat̃ quoad alia 31
remedia,quia poterit nõ ſolùm petere à iudice,
quòd adiudicet ſibi illa bona,ſed etiam quòd in-
F terim eum incarceret, ex quo in executiuis poſ-
ſunt plura remedia eodem tempore intentari. vt
per Bart.in l.conſentaneum.in vlt.col.C. quom.
& quand.iud.& per Alex.in l.iiij.§.ſi ex conuen-
tione.in princ.ff.de re iud.Iaſ.in l.nulli.in iij.col.
C.de iudic.quod tamen videtur intelligendum,
quando poſt primum remedium debitor adhuc
remanet contumax,& non ſoluit.c. quoniam fre
quenter.§.fin.ĵ.vt lite non conteſt. † Quartò li- 32
mitatur,quando creditor videns fortè iudicem
negotium differentẽ,permiſiſſet labi inſtantiam
datam



datam cauſis executiuis à ſtatuto:nam videtur q̃
reſarcitis expenſis,poſsit denuò propria autori-
tate bona debitoris occupare.arg.authen.qui ſe-
mel.C.quo. & quand. & per not. in l. properan-
33 dum.in fi.C.de iud.† Sed nunquid poſsit iſte cre
ditor pro parte vnum adire iudicem,& pro parte
adire alium? Iaſ. in d. l. nulli. dubitat, & videtur
innuere quòd ſic: quia in executiuis poſſunt in-
tentari plura remedia,per dictum Bar.in d.l. con
ſentaneum.cum ſimilib.Teneo contrarium, per
regulam d. l. nulli. quæ vult, quòd continentia
cauſæ non debeant diuidi: quæ regula habet lo-
cum etiam in executiuis, vnde in illis procedit
reconuentio,vt per Bar. & Doct. in auth. & con-
ſequenter.in prin.& in col.penul.C.de ſent. per
Soc.in c.j.ĵ.de mutuis petitionib.

GLOSSA PRIMA.

In gl.primã, in prima part. nota, quòd quam-
34 uis lex dicat, † quòd epiſcopi debeant inquirere,
tamen requiritur quòd præcedat fama. & iſta gl.
confundit opin. Ang. in l.ſi vacantia. C. de bon.
vacant.lib.x.tenentis per iſtum text. generaliter
intellectum,quòd ordinarij iudices poſſunt indi
ſtinctè inquirere,etiam ſi non præcedat fama: ſe-
cùs in delegatis. & ita intelligit iura in contra-
rium allegata. Sed non puto recedendum ab o-
pin.gl.quia Ang.reprobatur communiter in hoc,
vt etiam dicit Aretinus in d. c. cùm oporteat. &
in d.c.qualiter & quando. Et ex iſta gl. infert hîc
35 Bal.† ad ſtatutum diſponens, quòd iudex liberè
poſsit inquirere cõtra adultos: nam intelligetur
ſecundum hunc tex.ſcilicet præcedente fama: &
ſequuntur moder.hîc. Et in iſto caſu conſequens
eſt,vt non ſit plenè verificãda illa qualitas, quòd
eſſent adulteri,ſed ſatis eſt ſi ſolùm deprehenda-
tur per famam:quia ſtatutum recipit interpreta-
tionem à iure communi.l.ſi ſerui.C. de noxal. Et
ita puto limitandũ,quod not.Bar.in l.j. §. & par-
36 ui.ff. quod vi aut clàm. † Et q; dicit Bal.in ſtatu-
to,adde idem eſſe in commiſsione principis.d.c.
cùm oporteat.vbi Doct.ĵ.de accuſ.Declara iſtam
gl.tribus modis.Primò, † dum dicit requiri famã
37 ad hoc,vt poſsit inquiri, intellige,iſtud eſſe ſatis
ſi tempore,quo incipit inquiri,ſit iſta infamia:nã
quamuis deinde ceſſet, nihilominus tenebit in-
quiſitio,vt dicit Bald.& Imol.in l.is poteſt. ff. de
acq.hæred.Et facit ratio,quia fama non eſt cauſa
finalis inquiſitionis,ergo ea ceſſante, nõ per hoc
38 debet proceſſus annullari.l.j.in fi. ff.de minor.† Et
ſic habes declarationem ad regulam l. patre fu-
rioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. vt aliqua
teneant non ſolùm quando ſunt facta, ſed etiam
quando cœperunt in eſſe produci,quãuis à prin-
cipio fieri non potuiſſent. & iſtud dictum etiam
ſequitur Ang.in tract.malefic.in verb.fama publi
ca.Secundò declara iſtam glo. vt ita neceſſaria ſit
fama,quòd ſi iudex aliter formaret inquiſitionẽ,
poſſet appellari,vt per Bal.in l.ij.in penul. col.in
iiij.quæſt. C. de epiſc. audi.quia inde oritur gra-
uamen irreparabile,propter lites & ſumptus, &
quia grauatur eius opinio, & quia fortè interim
compelleret eum iudex ſtare in carcere. Tertiò
39 declara,† vt reus poſsit, antequam incipiatur pro-
ſequi contra eum, ipſe præuenire & demonſtrare
illam famam non eſſe ſufficientem,puta, quia ha
bet ortum à maleuolis,vt eſt tex.vbi omnes.in d.
c.cùm oporteat. Et poteſt reus pro ſua innocen-
tia facere alias probationes,quę elidant famam,
vt per Com. conſ.cxxxv. ad primum.per totum.

† Limita iſtam gloſ.primò, vt non procedat in C.j.
inquiſitione generali,quia illa fit etiam nulla fa- Perniciõ-
ma pręcedente.xxv.q.vj.c.epiſcopus in ſynodo. ſam.
per Abb.& alios hîc.Et licet nõ requiratur fama,
debet tamen priùs conſtare, nũquid maleficium 40
ſit commiſſum,vt per Bart.in l.fin. in princ. ff. de
quæſt.& nunquid illud de quo intendit inquire-
re,ſit delictum punibile.arg.l. ſi ſeruus.vbi Bart.
C.de his qui ad eccleſ.confug.† Secundò limita- 41
A tur,quando inquiſitio fit ad finẽ impediendi ali-
quam promotionem ad honores,vel ordines,nõ
autem ad finem puniẽdi.c.j.de poſtul.præl. c. cũ
nobis.de elect. Et iſtas duas limitationes refert
hîc Abb.& Doct.ſequuntur. Et idẽ eſt vbi inqui-
ſitio fieret ad impediendum delictum,de quo du
bitaret iudex ne fieret,vt dicit Inn. in d. c. j. & in
ſimili quod not.Inn.in c.omnis vtriuſq; ſexus. ĵ.
de pœnis.gl.in c.nerui.xiij.diſtin.per And.Sicul.
hîc.Et idem eſt generaliter,vbi inquiſitio non fit
B ad puniendum,ſecundum Abb.in ca.qualiter &
quando.ĵ.de accuſ.† Tertiò limitatur,vt quam- 42
uis non præcedat fama, ſatis ſit, ſi præcedant in-
dicia veriſimilia,vt per Bar.in l.ſi.ff.de quęſt.quia
talia indicia ſunt loco diffamationis. & ita intel-
ligitur d.c.qualiter & quando.& iſtud voluit In-
noc.&Butr.in d.c.cum oporteat.& ibi Aret.in x.
col.Et quo ad hoc vt veniatur ad capturam in cri
minalibus, ſatis eſt etiam leuis ſuſpicio, ſeu ali-
qualis informatio,ſecundum glo.& Sal.in l.nul-
C lus.C.de exhib.reis.Bald.in l.ij. C. de his qui la-
tro.per Alexan.in l.quæſtionis.ff. de quæſt. cum
concor. Licet quoad torturam requirantur legi-
tima indicia,etiam ſi ageretur de cauſa læſæ ma-
ieſtatis,vt eſt tex.vbi Dd. in l.ſi quis alicui. C. ad
legem Iul.maieſt.etiam ſi iudex haberet liberum
arbitrium ex forma ſtatuti,vt dicit Paul. de Leaz.
in c.grauis.extra de depoſ.& per Alex.in l. filiuſ-
fam.ff.de don.† Aduerte tamen, quia iſta proce- 43
dunt in laicis: ſed clerici nunquam poſſunt tor-
D queri, niſi ſint infamati de delicto, vt dicit Abb.
antiquus in d.c.grauis.quem ibi ſequuntur Flor.
& Imol.& Abb.ca. cum in contemplatione. ĵ. de
reg.iur.cum concord.per Iaſ. in l. magiſtratib. ff.
de iuriſd.om.iud.† Et propterea poſſet etiam ge-
neraliter teneri,quod contra clericos non poſsit 44
inquiri, niſi ſint diffamati: & iſtam diffamationẽ
videntur propriè conſideraſſe iura canonica. Sed
tamen puto contrarium, quòd imò procedatur
contra eos etiam ad torturam, quamuis non ſint
E diffamati,prout tenuit Abb.in d.c.grauis. reſpõ-
dendo ad illum tex.vt ibi per eum. Et confirma-
tur ratione:nam nulla eſt ratio cur, ſi ſint legiti-
ma indicia,non debeant torqueri, dato quod nõ
ſint diffamati, ex quo plus operantur indicia re-
gulariter,quàm diffamatio.l.j.§.ij.& iij.& l.fin.ff.
de quæſtionib.vnde † diffamatio ſimpliciter non 45
facit indicium ad torturam,vt not.in c.j.ĵ. de ap-
pel.& in c.veniens.ĵ.de teſtib. niſi ſit veriſimilis,
vt ĵ.dicam.Nec credo q; intentio tenentium, qđ
F clericus niſi diffamatus non poſsit torqueri, fue-
rit excludere alia indicia grauia, quæ ex ſe ſatis
dicunt facere diffamationẽ,ſeu illi æquipollent.
c.ſuper eo.& q; ibi not.ĵ.de eo qui cogn. cõſang.
& per Inn.Butr.& Aret. in d. c. cùm oporteat. &
præſertim quia iſta indicia faciunt notoriũ iudi-
ci.c.cum olim.& ibi Abb.ĵ.de verb.ſign. q; noto-
rium ſuccedit loco diffamationis.† Quartò limi- 46
tatur, quando inquiſitio fit de iuſſu principis ex
certa ſcientia præcipientis cõtra aliquem inqui-
ri:nam tunc inquiretur etiam q; nulla ſit contra

talem præcedens infamia.l.núllus.vbi Bal.C. ad
legem iul. maieſt.&per mod.in c.cùm oporteat.
infrà.de accuſ. Angel.de Aret. in tract. maleſi. in
47 verb. fama publica. in ij. col. †Quintò limita-
tur,vt non procedat coram iudicibus qui non te
nentur ſeruare ordinem iuris. Iſtud fuit de men-
te Io.And.in c.olim.de accuſ. vbi dicit quòd con
tra regulares poteſt inquiri,etiam non præceden
te infamia,ex quo cõtra tales iuris ordo non ſer-
uatur.c. repræhenſibilis.j.de appel.& d.c.quali-
ter.in fi.& illud dictum ſequit Ant.Pet. de Anch.
& Flor. Et licet illa deciſ. q̃ad regulares habeat
aliquos contradictores,tamen omnes ſentiunt li
mitationem in ſe veram. Et ex hoc infertur, † q̃d
43 in delictis enormib. poterit inquiri, etiam fama
vel indicijs non præcedentib.l. ſi quis in hoc ge-
nus.C.de epiſc.& cler.l.j. C. de falſ.mon. ex quo
in talibus delictis non ſeruantur ſolennitates iu-
ris,ſecundum Inn.in c.cum omnes.de conſt.Bal.
in l.quid ergo.§.pœna grauior.in 4.col.ff. de his,
qui not.infam.cum cõcord. Et pro hoc facit tex.
in extrauag.ad reprimendum.vbi poteſt per iudi
cem inquiri in crimine læſæ maieſtatis, in quo
lex non attendit ordinem iudiciorum, quamuis
non præcedat fama,vt ibi per Bartol.in verb. in-
49 quiſitionem.†Intellige tamen requiri aliqualem
ſuſpicionem.& iſtud probatur in c.excommuni-
camus.lo j.§.adijcimus.vbi Flor.& Ioã.de Ana.j.
de hæret.nam in crimine hæreſis, inquiritur etiã
ſi non ſubſit aliqua infamiæ nota, ſed aliqualis
ſuſpicio tantùm,puta quia quis diſcrepat à com-
muni conuerſatione:quod bene nota, quia ſçpi⁹
50 in facto contingit.Sextò limitatur, † vt quamuis
non præcedat infamia, ſi formetur inquiſitio, &
reus non opponat, q, teneat proceſſus, ſecundũ
Petr.de Anch.& moder.hîc,& per Angel. in loco
ſ.alleg.& eſt text. in cap.fin. de accuſ.in vj. vnde
aduerſus contumacem poterit procedi, etiam q,
non ſit diffamatus,ſecundum Abb.in c. qualiter.
51 † Septimò limitatur, vt ſi formata ſit inquiſitio,
non exiſtentibus fama nec indicijs, & reus ca-
ptus confiteatur delictum, conualidatur iudi-
cium, & ex tali confeſsione poterit condemna-
ri.text.eſt in cap.j. de accuſ. in vj. & per Anchar.
in Clement. j. de homicidijs. & per Angel. in d.
verb.fama publica. in x. col. & Barth. Cepol. in
conſ. lxvij. teneo idem. Contrarium de directo
tenuit Alex.in l.qui in aliena. §. Celſus. in addit.
ad Bart.ff. de acquir.hæred. allegans idem tenuiſ
ſe Anch.conſ.xxiiij.Puto diſtinguendos eſſe tres
52 caſus.† Cùm iudex ſine fama vel indicijs incipit
inquirere,& procedit ad capturam, aut reus con
fitetur in tormentis, & non poterit condemnari
etiam ſi poſt tormenta ratificauerit confeſsio-
nem, ex quo fuit iniuſtè tortus, non præceden-
tibus indicijs legitimis. ita eſt text. vbi Bart. &
Doct.in l.pen.ff.de quæſt.cum concord. per Au-
guſtin. de Arim.in addit.Angel. in loco ſuprà al-
53 legato. † Aut reus confitetur abſque tormentis,
deinde confeſsionem factam reuocat, & adhuc
non poterit puniri,quia illa prima confeſsio prę
ſumitur emanaſſe metu iudicis, vt per Bald. in
l. nouiſsimè. ff. quod fal. tut. aut. geſt. Et in iſto
caſu propriè loquitur Anchar. in dicto conſilio
xxiiij. & ita intelligo Alexand.in d. §. Celſus. Et
propterea in tali caſu non poſſet iſte compelli ad
perſeuerandum in prima cõfeſsione, de quo per
Innoc. in cap.per inquiſitionem.de elect.Abb.in
d.c.qualiter. in fin.& Iaſ.in l. magiſtratibus.ff. de
iuriſd.om.iu. l.quod not.quia eſt ſingularis limi-
tatio ad text. in d.c.j.de accuſ.†Aut,& tertio,iſte 54
captus confitetur, nec reuocat confeſsionem,&
tunc poterit condemnari ex tali confeſsione. d.
c.j.& per Alexand.in l.quæſtionis.ff.de quæſt.&
faciunt, quæ not. Alexand.in l.ſi confeſſus.ff.de
cuſt.reor.& Socin.in l.ij. col.fin.ff.de lib.& poſt-
hum. Octauò limita † in epiſcopo & metropo- 55
litano, qui procedunt ad inquiſitionem omiſſo
articulo infamiæ,ſecundum glo.in c. ij.de accuſ.
A in vj.cuius opinio videtur eadem cum illa,quam
dixi tenere Angel.in d.l.ſi vacantia.C.de bon.va-
can.lib.x.& ita etiam tenet Angel.de Are. in tra-
ctat.maleſi.in prin.in iij.char.Et dicit ibi Auguſt.
de Arim. quòd aſſeſſores ita communiter obſer-
uant,licet malè, ſecundum eum: & dicit verita-
tem,quia illa glo.non eſt vera,& eſt contra iſtum
tex.ſecundum communem intellectum, & eam
in terminis reprobat Floria.in d.cap. qualiter. in
xxj.quæſtio.quem ibi refert & ſequitur Ioan. de
B Ana.in vj. col. Sed tu potes ſaluare gl. in caſibus
ſuprà enumeratis.Præterea illa gl. ſaluari poteſt,
eam aliter intelligendo,vt diſtinguamus: Aut e-
piſcopus procedit ex mero officio, & ſatis eſt
quòd clamor ſine fama ad eum peruenerit,quam
uis de hoc articulo nihil conſtet in actis, aut re-
quirit ſeu inquirit ad denuntiationem alicuius,
& tunc debet conſtare de infamia in actis: & iſte
articulus non poteſt omitti. & ita etiam tenuit
glo.quam ibi ſequuntur communiter Doct. in d.
C cap.qualiter.in ſecunda parte gl.Licet†non eſſet 56
bene cautum iudici ordinario, quando appella-
retur à formatione inquiſitionis, quia tunc non
ſtaretur dicto ſuo,ſi atteſtaretur coram iudice ap
pellationis, quòd recepiſſet informationes ex-
traiudiciales de infamia,prout dicit Abb. in d. c.
cùm oporteat.in penul.col. Si verò reus non ap-
pellaret, quamuis opponeret non præceſsiſſe in
famiam,nihilominus teneret inquiſitio, & tunc
ſtaretur dicto ordinarij.& ita intelligo gl. in d. c.
D ij. licet Decius inaduertenter contrarium con- 57
ſuluerit conſ. clxx.in ij. colum. Nonò limita, †
quando iudex inquirit ex neceſsitate officij ſui:
nam tunc poterit inqrere,etiã non pręcedente fa
ma,vt dicit Ang.in d. l. ſi vacantia.in v. artic. per
tex.in c.ad noſtram.ij.j.de iureiur.ſequitur Ang.
de Aret.in tract.maleſi.in iij.char. Vnde infert ad
ſtatutum,quod mandat iudici, vt inquirat de ta-
li crimine. ſub certa pœna:† nam tunc debebit
inquirere etiam non præcedente infamia. Sed 58
E tu aduerte, quia iſta limitatio non videtur ve-
ra, & contra not. per Bald.hîc, vt ſuprà retuli,
ex quo tale ſtatutum debet recipere interpreta-
tionem à iure communi.d.l.ſi ſerui.C.de noxali.
& quod not. Fulg. conſ.clxxv. viſis teſtium,&c.
Nec tex.in d.c.ad noſtram.obſtat in contrarium,
quia ibi nõ inquirebatur ad finem puniendi, ſed
quia vertebatur periculum animæ,†quo caſu in- 59
diſtinctè inquiri poteſt, etiam non præcedente
infamia,vt ſuprà dixi in ſecunda limit. Poſſet for
F tè ſaluari iſta limitatio in caſu, quo iudex habe-
ret ſaltem aliquam ſuſpicionem, vt ſtante tali ſta
tuto,tunc teneatur inquirere.arg.l.tutorem.ff.de
his quibus vt indig.vbi tutor non videtur calum
niatus, ſi cogente matre, vel libertis pupilli in-
ſtantibus, eius nomine teſtamentum falſum di-
xit: & hoc, quia ad hoc tenebatur ex neceſsi-
tate officij, vt declarat Bar.in d.l.ij.§. ſi publico.
ff.ad leg. Iul. de adult. Ergo in ſimili, idem poſ-
ſimus dicere in iudice inquirente, qui propter
ſtatutum, ex neceſsitate officij cogitur inquire-
re con-



re contra tales delinquentes, ſub pœna.facit l.ſi
certus.ff.ad Silleia.& quod not.xij.quæſt.ij. c. q.
60 Vltimò cogitat† ſi poſſet limitari iſta concluſio,vt
non procedat quotieſcunque contra iudicem
inquirentem abſque fama, non eſſet veriſimilis
præſumptio calumniæ.Nam vt dicit Bart.in d.§.
ſi publico. in tertia colũ.ideo in inquiſitione re-
quiritur quòd præceſſerit fama, ne aliàs iudices
calumnientur ſubditos: vnde ceſſante iſta ratio-
ne, ceſſabit diſpoſitio. l. adigere.§. quamuis. de
iure patr.c.cùm ceſſante.j.de appel. Et aliquos
61 caſus in quibus ceſſat iſta ſuſpicio,poſuit Bartol.
in d. §. ſi publico. Sed † pulcher articulus eſt,
quia gloſſ.& Doct.dicunt, quòd ad hoc vt for-
metur inquiſitio, requiritur quòd præcedat fa-
ma:an debeat iſta fama plenè probari,ſecundum
tradita per Bar.in l.de minore.§.plurimũ.ff.de q.
an verò ſatis ſit, ſi ſimpliciter probatur aliquis
clamor,& mala ſuſpicio vulgi? Raph. Fulgoſ. in
conſi. cxxxvj.in vltim.col.vult, quòd fama legi-
timè probetur,ad hoc vt poſsit inquiri:quod di-
ctum eſt notabile, & facit tex.in d. c. cum opor-
teat.& d.c.qualiter & quando.vbi Inno.Et facit,
quia cùm lex dicat requiri famam, debet intelli-
gi de legitimè probata,vt per Bald.in c. veritatis.
j.de dolo & contu.& in l.diffamari. C. de ingen.
manũmiſ.&Abb.in c.veniens.j.j.de teſtib.In cõ-
trarium facit, quia leuiora indicia requirũtur ad
formandam inquiſitionem, quàm ad torturam,
vt per Sal.in l.fi.C.de quęſt.&Rom.in l.ſi certus.
ff.ad Sill.Sed fama plenè & legitimè ꝓbata, ſi eſt
veriſimilis,facit indicium ad torturam in foro ca
nonico,in quo facit ſemiplenã probationem, vt
dicit Gandinus in tract.de q.& Guid.de Suza. in
ſimili trac.in rub.qualiter reus ſubijciatur tortu.
in princ.de quo tamen dic vt per Bart. in d.l. fin.
ff.de quæſt.& Dd.in d.c.veniens.Ergo ad inqui-
ſitionem debet ſufficere,etiam ſi fama nõ ſit om-
nino legitimè probata. Secundò cõfirmatur per
tex.in c.licet Heli.j.de ſimo.vbi ponitur alterna-
tiua inter publicam famam,& inſinuationem fre
quentem:& ſic ſatis eſt ſi fuerit per plures perſo-
nas,ſeu frequenter iudici inſinuatum, nõ autem
eſt neceſſaria legitima fama:inſinuatio cũ ſigni-
ficat expoſitionem iudici factam. c.quia pleriq;.
vbi Arch.j.de off.ord.in vj. Tertiò confirmatur p
tex.in l.iuſtiſsimos.C.de off.rect.prouin. vbi ac-
clamatio popularium eſt ſatis ad formãdam in-
quiſitionem.per quem tex.dicit Io.And.in addi.
Spec.in tit.de noto.crim.in addit.ſuper verbo,re
62 probatus.† quòd fama quamuis fragilis & incer-
to autore orta, eſt ſatis pro formanda inquiſitio-
ne.& ſequitur Aret.conſ. lxxiij. in vltima col. li-
cet contrarium videatur tenuiſſe Anchara. conſ.
cclij.niſi eum intelligas quoad torturam.Puto i-
ſtud multùm reſidere in arbitrio iudicis, vt ſi ei
ſederit, hoc eſt, veriſimile ſibi ſit reum delictum
commiſsiſſe,poſsit procedere ad inquiſitionem,
etiam ſi fama non eſſet plenè probata.l.iij.§. eiuſ
dẽ.ff.de teſtib.prout in ſimili dicitur de alijs indi
cijs, de quibus per Bar.in d.l.fi.& Aret.in d. c. cũ
oporteat.& facit quod not. Com. conſ. lxviij.in
63 ij.col.in prin.†vbi ſi plures teſtes dicãt de fama,
licet non aſſeratur à quibus audiuerint, tamen fa
ciunt multum fidei.Si verò iudex videat non eſ-
ſe rem veriſimilem,vel famam non eſſe ſufficien-
tem,licet non inquirat, tamen poterit procede-
re ad occultã indagationem, vt dicit Feli.poſt a-
lios in c.cùm in iuuentute.j.de præſumptio. Po-
ſtremò dum gl.in fi.dicit, q, in iſto caſu recipiun-



tur teſtes etiam lite non conteſt.†quo modo poſ C.j.
ſit lis in inquiſitione conteſtari, declara vt per Pernicio-
Abb.in c.ſunt alij.& Doct.in dicto c. qualiter. v- ſam.
bi dicunt,quòd cum fama ſuccedat loco accuſa-
toris,videtur quodammodo lis cum fama con- 64
teſtari.Et hoc eſt cùm iudex interrogat reum, &
ille non oppoſita aliqua exceptione declinato-
ria vel dilatoria reſpondet,negando delictum,vt
per Bar.in l.is,qui reus.in iiij.col.ff. de pub. iud.
A Et iſta gl.procedit quando iudex inquirit ex me-
ro officio:ſecùs ſi ad denuntiationem alterius,
quia tunc conteſtanda eſt lis cum denuntiatore,
& deinde admittendi teſtes circa veritatem ne-
gotij,vt per Inno.& Ioan.Andr.in c.cùm clamor.
j.de teſt.ſequitur Butr.Imol.& mod. hîc. Et pro
hoc facit, quia cum accuſatore lis eſt conteſtan-
da.l.adulteram.C.de adul.& per Bartol.in d.l. is
qui rem. ergo etiam cum denuntiatore, quia re-
gulariter valet argumentum de vno ad alium, vt
B per Barto.in d.l.diuus.ff.de cuſt.reo. & practicus
Pap.in forma inquiſitionis,in xij.col. † Et in hoc 65
eſt differentia inter ius ciuile & canonicum,vt i-
bi dicitur:quia in foro ciuili requiritur quòd de-
nuntiator ſit officialis publicus. l. ea quidem. C.
de accuſ.Sed de iure canonico admittũtur etiam
priuatæ perſonæ.c.licet Heli.de ſimo.de quo ta-
men dic vt per Fel. in c. ſicut olim. j. de accuſ. &
Angel.de Aret.in ſuo tract.maleſi.in verb. nec nõ
per denuntiationem.

C GLOSS.in verb.iudicare. Nota ex iſta gloſſ.† 66
quòd delinquens ratione delicti ſortitur forum,
quamuis aliàs ibi non ſortiretur. & probatur in
l.j.C.vbi de crim.agi opor. Et eſt ratio, quia de-
linquens alligat ſeipſum, & videtur conſentire
in proroganda iuriſdictione, vnde tenetur etiam
naturaliter ex præſumpto conſenſu, vt per Bar-
tol.& Doctor.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur. † 67
& propterea ſi non puniatur in loco delicti, po-
terit puniri in loco originis, ſecundum formam
D ſtatutorum loci, in quo deliquit. l. ſaccularij. §.
ſunt quædam.ff.de extraord.crim. per moder.in
l.cunctos populos.C.de ſum.trin.& fid.cath. Et
iſta eſt communis opin. vt atteſtatur Auguſt. de
Arim.in tract.malef.Angel.in verb. hæc eſt quæ-
dam inquiſitio. in antepen. colum. & Alexand.
conſ.cxj.ponderatis.in j.

Limita tamen iſtam gloſſ.† vt non procedat 68
quando delictum commiſſum, non eſſet delictũ
communiter, ſed in illo loco tantùm: nam tunc
E ſuccurretur delinquenti, qui cùm eſſet forenſis,
veriſimiliter ignorauit illud eſſe delictum.† Vn- 69
de ſi talis cõduceret triticum extra territorium,
contra formam ſtatuti, quod veriſimiliter igno-
rauiſſet, debebit reſtitui in integrum, ex clauſula
generali.Si qua mihi iuſta cauſa videbit, de qua
in l.j.ff.ex quib.cauſ.maior. & ita tenẽt Inn. But.
& Imo. in rub.ſ.de conſ.Card.& mod.in c.fin.in
xij.q.eo.tit.& per Dd. in d. l. cunctos populos.† 70
Secundò limita in foro pœnitentiali:quia nõ de-
F bebit abſolui per ordinariũ loci,in quo deliquit,
ſed per ſuum propriũ ſacerdotẽ,vt eſt gl. xvj. q.j.
c.j.Lapus & Abb.in c.j.j.de rapt.Ioan.de Ligna.
Abb.& Moder.in c.cùm contingat.j.de for. com
pet. Rom.ſing.cccclxj. ratione delicti. † Amplia 71
iſtam regulam,vt procedat etiam in Imperatore,
vel rege, qui ſi delinquat in territorio epiſcopi,
poterit per eum puniri,vt eſt gloſſ. in cap.ſi duo.
xcvj. diſtinct. & cap. quoniam. xviij. diſtinct. &
facit text.xj.quæſtion. iij. cap. cùm apud. quod
intellige, permiſſa tamen monitione canonica,

iuxta tex. in c. nouit. de iudi. & ita tenent Innoc.
Hoſtieñ. Bur. Imol. & moder. hîc: quod ipſi reſtri-
gunt, niſi princeps delinquens eſſet nimis ſeue-
rus, vel iniurioſus: quia tũc epiſcopus nõ debet
eum punire, ſed relinquere eum iudicio Papæ:
quod dictũ videtur potiùs eſſe de conſilio, quàm
de iure, ex quo, vt ſuprà dixi, delinquens vide-
tur prorogare iuriſdictionem, quę non procedit
etiam in maximo principe. gl. in c. ſanè. ij. ſ. de
offic. deleg. & in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict.
72 om. iudi. † Secundò amplia, vt ſi iſte delinquens
euaſerit, & alibi carceretur, debeat iudex eum
remittere puniendum ad iudicem delicti, decla-
rando iſtud vt per Bart. in l. ſi is cui. §. fin. ff. de ac-
cuſ. & Guido Papa in deciſ. quæſt. cij. cum con-
cord.

GL. MAGNA. in verbo, Canones. Declara cã
73 vt hîc per Abb. & dum dicit † q crimen hæreſis,
eſt merè eccleſiaſticũ, ita q laicus nullo modo ſe
poteſt intromittere, pro quo eſt text. in c. inqui-
ſitionis. §. prohibemus. ſ. de hæret. in vj. & cum
iſta concluſione tranſeunt omnes indifferenter,
in c. cùm ſit generale. ſ. de for. compet. adde, q
iſta concluſio in ſe eſt vera, quia nullo modo
74 poteſt laic9 ſe intromittere de tali crimine. † Sed
poſito, q crimen ampliùs non refricetur in du-
bium, nunquid poſsit procedere ad confiſcatio-
nẽ? verbi gratia: Epiſcopus pronunciauit aliquẽ
hæreticum, nunquid ſtatim ſęcularis iudex pote
rit eius bona confiſcare? ſecundũ auth. Gazaros.
C. de hæret. etiam inuito epiſcopo, qui fortè ex-
pectat, vt pœniteat, & abiuret hæreſim, ad finem,
vt ſibi pœnam remittat, iuxta text. in c. ad abo-
lendam. ſ. de hæret. Videtur quòd non, per gloſ.
xxiij. q. vij. in ſumma. & per Card. in Clemen. j. §.
ſanè. in j. quæſt. de hæret. Felin. in c. j. ſ. de hęret.
Poteſt tamen teneri quòd ſic, & pro hoc indu-
co text. in epiſt. inter claras. in fi. C. de ſum. trin.
& fide cath. vbi Ioan. pontifex pronunciauerat
aliquem hæreticum, & rogat Imperatorem, vt ſi
talis pœniteat, nolit aduerſus eum aliquid ma-
li facere: & ſic præſupponit quòd potuiſſet eum
punire. Et iſta opinio tanto fortius mihi placet,
quia aliàs titulus C. de hæret. nobis ſeruiret de
nihilo, & eſſet correctus, & præſertim dicta au-
then. Gazaros. quæ tamen fuit promulgata au-
toritate pontificis, vt apparet in corpore vnde
ſumitur. Nec obſt. text. in d. §. prohibemus. quia
prohibet cognitionem criminis, non autem in-
terdicit, quin cognito crimine poſsit ſæcularis
exequi ius ſuum. Nec obſtat ſi diceretur, quòd
ſicut quo ad crimen ſeruamus ius canonicum,
ita etiam eſt ſeruandum quoad damnationem
bonorum, prout in ſimili dicit Abb. & Ioan. de
Ana. in c. vergentis. ſ. de hæret. & Alber. de Ro-
ſa. in l. cognouimus. C. de hæret. quia reſponde-
tur, quòd etiam quoad damnationem ſeruatur
tale ius, quod mandat confiſcari bona. c. cùm ſe-
cundum. de hæret. in vj. Sed vbi hæreticus eſt
damnatus, non licet condemnato pœnitere in
præiudicium iuris quæſiti fiſco: quia licet Ec-
cleſia approbet talem pœnitentiam, non tamen
id facit in præiudicium fori ſæcularis, vt proba-
tur in d. epiſt. inter claras.

IN EAD. ibi, item crimẽ vſurarũ. † Vult ergo
75 gl. relata ad text. quod epiſcopus poſsit crimina
liter inquirere aduerſus vſurarios: quod in vſura
rijs manifeſtis eſt clarũ. c. cùm in tua. & c. cùm in
omnib. de vſuris. & per Signor. de Homodeis.
conſil. cclix. iij. quæſt. in princ. In non manifeſtis
verò adhuc poteſt procedi ad finem, vt reſtituan
tur malè ablata, & pro euitatione peccati. c. ad
noſtrã. ij. vbi Innoc. & Doct. ſ. de iureiur. & per
Soci. conſ. ccxix. vbi notabiliter tenet, q contra
tales poterit procedi etiam ad torturam, vt erua-
tur veritas. per text. in c. grauis. de depoſ. vbi in
cauſa ciuili, quando habet crimen annexum, de-
uenitur ad torturam, etiam liberi hominis, pro
A habenda veritate. Sed pulcher † punctus eſt, an 76
iudex ſæcularis poſsit aduerſus vſurarios, pro e-
mendãdis moribus, & pro publico intereſſe, cri-
minaliter ꝓcedere. Gl. hîc videtur ſentire quòd
non, dum vult quòd tale crimen ſit merè eccle-
ſiaſticum. Pro qua primò facit quod not. Abb. in
c. cùm ſit generale. de foro compet. vbi conclu-
dit, † q vbi diſputatur, an aliquis contractus ſit v- 77
ſurarius vel ne, ſemper attendimus iudiciũ eccle
ſiaſticũ. Secùs ſi clarum ſit eſſe vſurariũ, & ſimpli-
citer diſputetur de facto, quia repetantur vſuræ.
B & ita eſt cõmunis concluſio in d. c. cum ſit. vt ibi
per Felin. & per Bartol. & Alex. in l. Titia. ff. ſo-
lut. matr. & per Alex. conſil. ix. præſtantiſsimis.
in iiij. † Secundò facit, quia vſuræ infra legitimũ 78
modũ, ſunt de iure ciuili permiſſæ, vt eſt cõmu-
nis cõcluſio in l. cũctos populos. C. de ſum. trin.
& fide cath. ergo non debet iudex ſęcularis pro-
cedere contra tales, ex quo fiunt lege permitten
te, vt not. in l. Gracchus. C. de adulterijs. Tertiò
C iſtã opi. tenuit Bald. & Salic. in l. improbũ. C. ex
quib. cau. infa. irrog. Mouetur, quia nõ reperitur
legib. cautũ, q contra tales criminaliter procedi
poſsit. Nec dicatur q poteſt agi crimine ſtellio-
natus, quia tale crimen requirit dolũ, qui nõ vi-
detur interuenire in caſu noſtro, ex quo iſti con-
tractus fiunt partib. conſentientib. vnde volenti
non fit dolus. l. nõ videtur fraudare. ff. de reg. iur.
& ſecundũ iſtã partẽ conſuluit Decius cõſ. clxx.
ꝑ totũ. & ita etiã videt̃ voluiſſe Bal. cõſ. ccccxlix.
incip. ius naturale. in iij. vol. in fi. Contrariã par-
D tẽ tenuit Iac. But. in d. l. improbũ. & videtur fuiſ-
ſe de mẽte gl. Cyn. & aliorũ ibi, q imò poſsit cõ-
tra vſurarios procedi, tanquã teneantur crimine
ſtellionatus, & puniantur pœna extraordinaria:
ex quo † regula eſt, q pro quolibet delicto etiam 79
priuato, ratione intereſſe publici, procedatur ad
pœnã extraordinariã. l. fin. ff. de extraord. crim. l.
licitatio. aliàs incipit locatio. § quod illicitè. ff. de
public. Eandẽ partẽ tenuit Ioan. Monachi, Archi
diac. Ioan. Andr. & Gemin. in c. j. de vſur. in vj.
E vbi dicunt, † quod vſurarij puniti per epiſcopũ, 80
poterunt etiã puniri per ſæcularẽ in exceſſu pœ-
næ, per not. in iſto tex. in gl. fi. & ita etiam tenuit
Ioan. Bapt. de S. Seuerino, in repet. d. l. cũctos po
pulos. in prima char. & Corn. conſ. xix. in iij. &
pro iſta parte facit ratio Abb. in d. c. cùm ſit gene-
rale. nã cùm tale delictũ ſit punibile lege canoni-
ca, ergo etiã debet idẽ dici de iure ciuili, quia iu-
ra nõ dedignantur ſacros canones imitari. in au-
thẽ. vt cleri. apud proprios epiſc. & ſ. de oper. no.
F nũtia. c. j. Et iſta opinio mihi magis arridet, quia
eſt magis cõmunis. Non obſtat q crimen vſura-
rũ ſit eccleſiaſticũ, quia iſtud eſt verum vbi diſpu
tatur, nunquid talis contractus ſit vſurarius, vel
ne: ſed nos diſputamus de facto, videlicet, nun-
quid talis fecerit illum contractũ vſurarium, quo
caſu etiam ſæcularis ſe intromittit, vt per Bart.
in l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. & notatur in d. l. Titia.
Non obſt. ſecunda ratio, quia reſponde vt per
Abb. in d. c. cùm ſit. cuius reſpõſio procedit, ſiue
agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Non obſtat
tertia



tertia ratio, quia imò in tali crimine eſt dolus,
quando eſt exceſſus legitimus modus vſurarum,
ex quo talis contractus ſit contra expreſſum prę
ceptum legis. d. l. improbum. & in iſto caſu lo-
quitur gl. & Butrig. ibi. Præterea ex quo lex cano
nica expreſsè reſiſtit tali contractui, vſuræ non
tranſeunt in dominium accipientis, vnde talis
quodammodo furtum committit. l. ſi quis vxori.
§. cùm creditorem. ff. de furt. & per Bal. in d. con-
ſil. ccccxlix. in princ. & dicitur doloſè agere, vn-
de per extenſionem paſſiuam lex ciuilis poteſt
81 eum punire: † ſicut aliàs videmus q poteſt iudex
punire ſubditum ſuũ de delicto in alterius foro
commiſſo, vt per Bar. in l. ſi is cui. §. fi. ff. de accuſ. †
82 Et propterea in practica quãdoq; vidi iudices ſę-
culares procedere contra vſurarios volentes exi-
gere credita ſecundum literas cambij, quas con-
ſtabat eſſe ſimulatas: & tunc dicitur conſtare,
quando apparet ex eorum libris, vel ex cõfeſsio-
ne eorum, ſecundũ Soc. d. conſ. & in vſurarijs ma
nifeſtis caſus eſt clarior. c. licet. de iureiu. in vj. &
per Abb. in d. c. cùm ſit generale.

IN EAD. ibi, item ex eo, &c. Hæc eſt ſecunda
83 pars gl. in qua gl. tangit illam q. an † iudex debeat
iudicare ſecũdum conſcientiam: in qua Fel. in c.
paſtoralis. §. quia verò. ſ. tit. ij. ponit regulam cũ
ſeptẽ fallentijs: ſed nos attingemus hîc ſolùm ca
ſus dubios. Fac ergo regulam, q iudex debet iudi
care ſecundum allegata & probata, non ſecun-
dum conſcientiam tantùm. l. illicitas. §. veritas.
ff. de offic. præſ. vbi Bart. & Doct. idem Bartol. in
l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc. &c. cum concor.
84 ibi per Alexã. † & dicit Bal. in c. niſi pridem. in ij.
col. de renunt. quòd ſi iudex dicat, ego ita iudi-
co ſecundum conſcientiam, non valet ſententia:
quod tene menti. Eſt verum quòd text. in d. §. ve-
ritas. parùm facit, quia ibi erat erratum: dicit tex.
quòd obſeruabitur veritas probata, & ſic ibi pro-
batio præualet errori, non autem conſcientiæ.
Meliùs facit ratio: nam iudex habet iudicare ſe-
cundum veritatem. l. rem non nouam. C. de iudi.
in authen. iuſiurandum quod præſtat. §. æquius.
ſed veritas dicitur eſſe illud, quod probatum eſt,
vel per legem præſumptum, vt eſt text. ſingula-
ris in l. fin. in fin. ff. de probat. & facit text. in c. j. i-
bi, verum iudicium. iuncto cap. laudabilem. ſ. de
85 frig. & malef. † Ex hoc infertur, quòd ſi iudex
ſciat aliquem deliquiſſe, ſi delictum contra eum
plenè probatum non eſt, debet tantùm definiti-
uè abſoluere, non autem ab obſeruatione iudi-
cij, vt tenuerunt Io. And. Calder. Card. & Abb. in
d. §. quia verò. Abb. & Imol. hîc, qui per d. reg. re-
probant opinionẽ Ant. de But. dicentis, q tali ca
ſu deberet abſoluere ab obſeruatione iudicij. Et
pro iſta opin. contra But. eſt ratio vrgens: nam v-
bicunq; iudex ſtatuit terminũ actori ſeu accuſa-
tori ad probandum, ſi deinde probatum non ſit,
debet ſeq definitiua, vt eſt tex. in auth. qui ſemel.
C. quom. & quan. iud. & per Bar. & Dd. in l. pro-
perandum. §. vt ſi quidẽ. C. de iud. & q not. in l. q
accuſare. C. de eden. Et idem dicendũ eſt de iudi
ce inquirente, quando aſſumpſit probationes ſu-
per veritate criminis, vt hîc per Abb. qui allegat
rationem: quia occulta iudicio Dei relinquenda
ſunt. vj. q. j. c. ſi omnia. & c. qualiter. j. in fi. ſ. de ac-
86 cuſ. † Et iſta doctrina Dd. hîc fa. ad caſum, qui quo
tidie eſt in practica. Nam iſti iudices vbi vident
non poſſe procedi ad condẽnationem, quia pro-
bationes fortè non ſunt concludentes, ſolent ꝓ-
nunciare, non eſt rebus ſic ſtantib. ad vlteriora ꝓ-
cedendum: quæ ſententia eſt interloquutoria, vt C. j.
dicit Bar. in l. Titia. in vlt. col. verſ. ſecundo mo- Pernicio-
do. ff. de accuſ. Et eſt ratio, quia nõ imponit finẽ ſam.
negotio: vnde ſi ſuperueniant noua indicia, ipſi
rurſus incarcerant reũ, & exigũt nouas pecunias.
Puto q iſtud fieri nõ deberet, † quia reus nõ debet 87
teneri in ſuſpẽſo hoc modo. l. ij. C. de exhib. reis.
& per Io. de Ana. in conſ. xvij. col. vlt. q not. Alex.
conſ. clxxx. in pen. col. verſ. vlteriùs. in ſecundo.
A imò debet definitiuè abſolui, vt dicunt Doct. hîc.
Et iſtud † tanto fortiùs ꝓcedit in crimine falſi, vbi 88
iudex nunquã debet interloqui, quid ſentiat cir-
ca merita cauſæ, ſed debet vel abſoluere, vel con-
demnare. l. vbi. C. de falſis. & ſi reus non appellet
ab iſta interloquutoria, curret tñ inſtantia, & cõ-
ſequenter lapſo biennio, à die, quo reus inquiſi-
tioni reſpondit, vel fecerit actum æquipollentẽ,
puta quia examinatus à iudice negauit delictum
non poterit ampliùs moleſtari. l. fi. vbi Bal. & Sal.
B C. vt intra certum tempus crim. act. &c. l. ſi is de
quo. vbi Salic. C. ad Turpil. vnde etiam q ſuper-
uenirent noua indicia, non tamẽ poterit contra
eum ampliùs procedi. & iſta procedunt in foro
ciuili: quid aũt ſit in iure canonico, dependet ex
not. in c. penul. ſ. de iudicijs. vbi tangitur, an cau-
ſæ in eo foro inſtantiam habeant. † Limita iſtam 89
regulam primò in iudice, qui ſit ſupra leges, & ha
beat facultatem eas cõdendi, quia talis debet iu-
dicare ſecundum conſcientiam, vt per Bar. in l. v-
C nica. in fi. C. vt q̃ deſ. &c. cũ concor. Idem videt̃ in
ſenatorib. ſecundum Guid. Pap. in xxix. q. in de-
ciſ. Delph. qui dicit ita quotidie practicari. Iſtud
intellige, qñ totus ſenatus cognoſcit, aliàs vnus
ſenator, cui fortè ſit commiſſa cauſa, tenebitur iu
dicare ſecundum allegata & probata, quia talis
non habet facultatem condendi legem. & ceſſat
ratio Bar. & Doct. in hoc caſu, & facit, quia in tali
ordine ſunt conſtituti vt vniuerſi, & ſic tanquam
collegium, non vt ſinguli, vt per Anchar. & mod.
D in c. ſicut olim. ſ. de accuſ. Secũdò † limita, quan- 90
do iudex habet certam conſcientiam, in qua ni-
hil dubitat: quia tunc non debet contra conſci-
entiam iudicare, condemnando aliquem inno-
centem. argum. cap. qui ſcandalizauerit. ſ. de reg.
iuris. & quia aliàs peccaret mortaliter. ca. ſacris.
ſ. quod met. cau. & per Matheſ. in c. j. de ſent. ex-
com. Innoc. Calder. Abb. & Felin. in d. c. paſtora-
lis. Puto quòd in tali caſu debeat iudex reſcribe-
re principi, & facere quod ipſe mãdauerit. l. diui.
E ff. de pœnis. l. j. §. fi. ff. de q. meritò enim iſte caſus
reddit iudicem dubium, vnde debet conſulere
principem. §. fin. in auth. de iudi. l. ſolent. §. lega-
tos. ff. de off. proconſ. † Sed quid ſi princeps ſim- 91
pliciter reſcribat, q procedat prout iuris, & nolit
iſtud onus ſ. eſſe aſſumere? Videretur q iudex de-
beret ſequi probata & allegata: quia videmus q
propter rigorem iuris ſeruandum aliqua fuerunt
introducta, etiam contra veritatem. probatur i-
ſtud per text. in d. l. diui. in verſ. quibus vel pœna
F imminuta. Idem probatur in cauſis ciuilibus, in
quibus per ſuperuenientiam inſtrumenti non ta
men reuocatur ſententia. l. ſub prætextu. ij. C. de
tranſact. l. Imperatores. ff. de re iud. Puto quòd iu
dex liberetur, ſi iurauerit, & pronuntiauerit ſibi
non liquere de cauſa, iuxta text. in l. Pomponius
ſcribit. ff. de re iud. & quod in ſimili dicit ſe feciſ-
ſe Aul. Gellius in Noctibus Atticis, lib. iiij. cap. ij.
Ang. in l. non quemadmodum. ff. de iud. & Doct.
in l. ſi iudex. ff. de iudi. Tertiò limita vltra alios,
vt non procedat in caſu poſito per Baldum in l.

92 j.C.de manumiſ.vindict. vbi dicit, †quòd poteſt
moueri iudicis animus ad iudicandum, etiam ex
nõ ſcriptis in proceſſu, puta, ex aliqua cõfeſsio-
ne coram ſe viua voce facta.per gloſ.in l.quoties.
§. fin.ff. de proba. & iſtud dictum ſequitur & cõ-
mendat Alex.in l.ſi is apud quem.in penul.colũ.
ff.de acqui.hæred.& Felin.in c. cùm venerabilis.
in xv.col. verſ. adde ſecũdo.j.de except. Pro iſta
93 deciſione facit,† quia poteſt iudex reijcere exce-
ptionẽ tanq̃ malitioſè oppoſitã, quamuis de iſta
malitia nihil ſibi conſtet, ſed ipſe eam præſumat
etiam aliũde, quàm ex proceſſu, vt per Inno.in c.
poſt electionem. in fin. de conceſſ. præb.Abb.&
Docto.in c.licet cauſam.j.de probat.& in cap.ex
parte.ij.s̃.de offic.deleg.& de tali prǽſumptione
ſtabit̃ arbitrio iudicis.argu.l.j.ff.de iur. deliberã.
94 ſecundũ Barba.in c.ſedes.de reſcript. †Et in du-
bio præſumitur iudex eã ex cauſa reieciſſe, quã-
uis eam non exprimat, ſecundũ But.in d.c. poſt
95 electionẽ. Tu aduerte,† quia ex iſta limitatione
videretur poſſe dici, quòd quãdo aliquis produ-
cit inſtrumentũ ante litem conteſt. licet nõ pro-
ducat poſt litẽ conteſt. quòd poſsit iudex illi fi-
dem adhibere: quod tamen nõ eſt verũ, vt cõclu-
dit Feder.de Senis conſil. clx. dominus. pro quo
facit gloſſ.in l.quæ omnia.ff. de procur. & ita te-
net Anto.de But. in c.cũ dilectus.de ord.cognit.
Feli.in c.j.in penul. colum. de ꝓbat. & in c. cau-
ſam quæ.in ij. colum. de teſtib.& in ſimili quod
notat Matheſ.ſingul.clxj.vbi allegat Bar.in l.na-
turaliter.§.nihil cõmune.in vij. combin.ff.de ac-
96 quiren.poſſeſſ.Pro reſolutione,† nõ puto eſſe re-
cedendum à regula, quòd iudex debet ſequi acta
& ꝓbata in iudicio, nec debet credere inſtrumẽ-
to nõ producto.c.cùm dilectus.j.de fid. inſtrum.
c.quoniam contra.j.de probat.quia de eo nõ cõ-
ſtat ſibi vt iudici, vt not.in l. j. C. vt quæ deſunt
97 aduoc.&c.†Et iſtud ꝓcedit etiã in iudice, qui ex
forma ſtatuti procedere poſſet ſecundũ arbitriũ
ſuum, vt per Signor. de Homode. conſil. ccxlvij.
in fin.de quo tamen vide Bald. in l. ſolum. in vl-
tima quæſt.C.de teſti.Aret.conſil. lxxxiiij. in iij.
colũ.Nec obſtat deciſio Bald.in d.l.j. quia poteſt
eſſe vera in caſu ſuo, videlicet, quòd ſi iudex ad-
hibeat fidem tali cõfeſsioni, de qua nihil in actis
cõſtat, quòd ſententia per hoc nõ ſit nulla. & ita
ipſe loquitur, & etiam Alex.& Felin. Sed tamen
non ſequitur, quin iudex iniuſtè faciat, & poſsit
appellari, nec ſtabitur atteſtationi ipſius de tali
confeſsione.dicto c.quoniam contra.Nec eſt ve-
98 rum † quòd iudex poſsit ita indiſtinctè reijcere
exceptionem, ſed prætextu caluminæ prout di-
cunt moder.in dicto c.licet.imò requiritur quod
illa calumnia ſit veriſimilis, & reſultet ex præ-
ſumptione legis, ſecundum Bald.conſil.cclxviij.
in v.vol.& facit quod not.Alexan. in d. l. j. in iij.
colum.C.vt quæ deſunt aduo.&c.

Quartò vltra alios aduertendum eſt ad caſum,
in quo iudex iudicat ſecundum conſcientiam,
quem ponit Butr. & Anch. in conſil. ccx. inter
99 contraria.vbi dicunt, † quòd quando occurrunt
caſus valdè dubij, ita q̃d hinc & inde ſint ratio-
nes efficaces, poteſt iudex eligere illam opin.
quam ſecundum eius bonam conſcientiam cre-
dit veram, & excuſatur, etiamſi deinde aliter de-
claretur per habentem poteſtatẽ.allegant not.in
c.fi.de conſtit.Et in tali caſu debet iudex diuide-
re, & dare vnicuiq; dimidiũ.arg. l. & hoc Tiberi-
us.ff.de hæred.inſtit.& not.in l.Titius.ff.ad Tre-
bell.& ſecundũ hoc declaratur gloſſ.in l. Neſen-
nius.ff.de neg.geſt.Cætera dicite vt per Felin. in
dicto c.quia verò.

GLOSS.in verb. publicum. Pro expeditione
gl.& dictorum Abb.fac tres concluſiones.Prima
eſt,† in crimine merè eccleſiaſtico iudex ſęcula- 100
ris requiſitus vt prętet ſęculare brachiũ, non ha-
bet ſe intromittere in cognitione criminis, ſed
debet exequi.ita eſt text.loquens in crimine hæ-
reſis, in c. vt inquiſitioni.§.prohibemus.j. de hę-
A ret.in vj.& ita tenẽt cõmuniter Canoniſtæ.Con-
trariũ tenuit Bartol. in l.magiſtratib.ff.de iuriſd.
om.iud.& in l.diuus.ff.de cuſtod. reo. & opinio
Bar.eſt cõmunis apud Legiſtas, vt dicit Imol.hîc.

Confirmo illam opinionem tribus rationibus.
Primò per illum text.in c. circumcelliones. xxv.
qõ. v. vbi eſt tex. quòd propter hæreſim etiã cle-
rici ſunt de foro iudicis ſęcularis. & ibi gloſſ. ſu-
per verb. confeſſos. hoc notat. Secundò adduco
text. in c. ſuper eo. j. de hæret. in vj. vbi hæretici
B qui in abiuratam ceciderũt hæreſim, ſęculari de-
cernuntur iudicio, ſine vlla penitus audientia ab
Eccleſiã relinquẽdi: illa enim verba, ſęculari iu-
dicio, important q̃d talis ſæcularis habeat in eis
aliquod iudicium, vt etiam dicit And. Sicul.hîc.
Tertiò hoc confirmo per rationem: † nam etiam 101
merus executor cognoſcit in cauſa criminali, ne
ſententiam iniuſtã ſuperioris exequatur, et hoc
propter irreparabile præiudicium, vt dicunt In-
noc. & Feli. in c. paſtoralis. §. quia verò. Abb. &
C moder.in c.ſi quando.s̃. tit.ij.& facit gloſſ.xxiij.
quæſt.iij. non inferenda.& Gemin.ij.quæſt.c.ſi-
cut. Nec obſtant iura allegata per Doct.quia re-
ſponde vt hîc per Siculum: & vltra eum ad dictũ
§.ꝓhibemus. poteſt reſponderi, quod dũ prohi-
bet iudici ne cognoſcat vel iudicet, debet intel-
ligi iudicialiter, & partibus auditis: quia iſtud eſt
propriè cognoſcere. l. j. C. ſi contra ius vel vtil.
publ.l.cognitio.ff.de offic.eius cui,&c. Non au-
tem prohibet, quin ipſe videat proceſſum ad in-
D formationem conſcientiæ ſuæ. Nec obſtat quòd
tex.ſubdit, quòd promptè exequantur: quia illa
habent quandam modificationem, ſecundum
quòd ad ſuum ſpectat officium: quæ verba in diſ-
poſitione legali reſtringunt præcedentia. c. Ab-
bate.§.contra.vbi not.j.de verbo.ſignifi.Vnde cũ
ad officium iudicis exequentis ſecundum Barto.
ſpectet, vt ſe ex actis informet de iuſtitia ſenten-
tiæ, ſatis dicetur promptè exequi, ſi q̃primũ po-
teſt viſo proceſſu, exequat̃. † Et iſta opinio habet 102
E magnam æquitatem, reſpectu aliquorum inqui-
ſitorum, qui ſatis præcipitanter iudicant aduer-
ſus iſtas mulierculas fatuas, credentes ſe offerre
holocauſtum Deo. Nõ recedendo tamen ab opi-
nione contraria, limitate iſtam concluſionẽ pri-
mò, † vt procedat quando crimẽ eſſet in veritate 103
merè eccleſiaſticum.& ita loquitur d.§.prohibe-
mus.Si verò nõ eſſet, credo quòd ſęcularis poſſet
cognoſcere, licet eccleſiaſticus pronuntiaſſet tã-
quã de merè eccleſiaſtico: & propterea in cõtin-
F gentia facti, vidi q̃plurimum dubitari.† Aliquis 104
inquiſitor pronuntiauerat contra quãdam mu-
lierem tanquam hæreticam, & tradiderat iudici
ſęculari: iſte iudex ad inſtantiã partis vidit pro-
ceſſum, in quo ſolũ continebatur, quòd iſta mu-
lier fecerat quędã pocula amatoria & ſolũ contra
eam erant indicia quarundam maleficarũ, quæ
dicebant, quòd in quodam luſu nocturno cũ dæ-
monibus viderant ipſam mulierẽ ludentem, &
choreas ducentẽ. Ipſa verò negauerat omnia, &
fatebatur ſe eſſe catholicã: fuit dictũ quòd iudex
ſęcularis



ſecularis non debebat exequi iſtã ſententiã, quia
non videtur quòd in iſto proceſſu inquiſitor po-
105 tuerit cognoſcere.†Nã quo ad illa pocula amato
ria, clarũ eſt illud delictum non eſſe hęreticũ, nec
eius cognitionem ſpectare ad inquiſitores, vt di-
cit Abb.in c.j.j.de ſortileg.per tex. in c. accuſat⁹.
de hæret.in vj.Nec eſt credendum quòd etiam i-
106 pſa verè fuiſſet in luſu. † Nam quamuis credatur
ſocijs criminis in tali delicto, vt eſt tex.in c.in fa-
uorẽ.de hæret.in vj. tamen iſtud non eſt trahen-
dum ad ea, quæ verè non videntur, ſed per illuſi-
ones dæmonũ, vt eſt.tex.xxvj.q.v.c.epiſc.pręſer-
tim cùm iſtę participes criminis eſſent mulieres,
quæ regulariter non admittunt̃ in cauſa ſangui-
nis.c.iij.vbi not.j.de teſtib.Limitat̃ ergo ille tex.
in d. §. prohibemus. vt procedat quando agebat̃
107 in cauſa verè ſpectante ad hęreſim:†ſicut in ſimi-
li dicitur de ſtatuto mandante, quòd iudex adhi-
beat fidem libris mercatorum: nam intelligitur
in cauſa mercantili, vt dicit Io.And.in addit.Spe.
in tit.de inſtr.edit.§.nunc videndum. Bal. in l. fi.
C.ad Maced.Aret.cõſ.xliiij.cum concor. per Iaſ.
in l.admonendi.de iureiur. & Decium in c.j.j.de
probat.in x.col. Confirmatur iſta limitatio, per
ea quæ notant Archid.Io.And.& alij in c.ſi eo tẽ-
108 pore.j.de reſcr.in vj.†vbi ordinari⁹ quamuis me-
rus executor, non tenetur parére mandato dele-
gati Papæ, quando nulliter proceſsit. Idem eſt in
caſu qui non continebatur in eius mandato, de
quo etiam per Doct.in c.ſi quando.s̃.tit.ij. & pro
hoc facit gl.in Cl.j.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.& p
Anch.conſ.cclxxj.de titulis.col.vlt. Ad idem fa-
109 cit q, not.Ci.cõſ.lxxxiij.in iiij.vol.†vbi licet ordi
narius ſit merus executor delegati Papę, tñ ſi du-
bitatur an ſit delegatus in illa cauſa, poterit co-
gnoſcere ſuper tali articulo.arg.l.diu⁹. ff. de teſt.
mil.l.non erit.§.dato.ff.de iureiurando.Secundò
110 limitatur,†quando iudex laicus haberet conſci-
entiam certam pro iſto condẽnato: quia tunc nõ
debet aliquo modo cõcedere brachiũ inq̃ſitori.
per c.qui ſcandalizauerit.j. de reg. iur. & s̃. dicta
in gl.pręced.Et idem videretur etiam ſi aliter ſci-
ret ſententiam iniuſtam, per iſtũ tex.hîc, quia nõ
tenetur ſęcularis præſtare auxiliũ, niſi ad ea, quæ
Deo placita ſunt, proſequendũ: vnde ſi ſciat talẽ
ſententiam eſſe iniuſtam, non placet Deo, vt eam
exequatur.& ita ſenſit Abb.hîc, arg.l.nõ tantùm.
ff.de appel.Sed aduerte, quia iſta limitatio poſi-
ta per Abbatem, videtur confundere regulam:
quia iſto modo poſſet ſemper executor nolle ex-
equi, & ſe intromittere in cognitione cauſæ, di-
cendo quòd vult videre nunquid ſit iuſta.Saluã-
do Abb.conſideranda ſunt verba quæſt. per eum
111 poſitæ, quæ ſunt,†an ſęcularis teneatur exequi,
niſi epiſcopus faciat ſibi fidem de proceſſu. Et di
cendum eſt quòd ſic, quia nõ tenetur epiſcopus
mittere proceſſum: ſed ſi ſæcularis aliũde videat
proceſſum, puta quia pars ſibi oſtendit, & cogno
ſcit eſſe iniquum, non tenetur exequi. & ita pro-
cedit limitatio: qd̃ nota, quia iſto modo ſatis po-
teſt concordari opinio Bart. in d. l. diuus. & in l.
magiſtratib.cũ doctrina Abb.hîc, & mihi placet.
112 Tertiò limitatur, † vt ſæcularis non teneatur ex-
equi ſententiam epiſcopi, etiam ſi agatur de re
merè eccleſiaſtica, quando prima fronte eſt præ-
ſumptio pro reo contra illam ſententiam, puta
quia reus appellauit, vnde pro eo præſumitur ad
deferendum ſedi Apoſtolicæ. c. directè. j. de ap-
113 pellatio.& tranſeunt Dd.cõmuniter:†vnde infe-
runt ad quæſt.diſputatam per Io.de mõte Meru-
lo, quam refert Oldrad.conſ.lxxxix.incip.epiſc. C.j.
de prælato, qui appellauit ab epiſcopo volente Pernicio-
eum viſitare.Nam non debet ſæcularis adiuuare ſam.
epiſcopum, ex quo præſumitur pro appellante.
quod intelligit Abb. procedere ſub dubio, fortè,
quando prælatus exhibet priuilegium exempti-
onis, iuxta cap.cùm perſonæ. de priuileg.lib. vj.
quia aliàs epiſcopus habet fundatam intentio-
nem de iure communi, & pro eo præſumitur.No
A ta bene iſtud dictum, ex quo probatur,†q, pro eo 114
præſumendum eſt, qui habet regulam pro ſe par
ticularem, licet alia generalis ſit in cõtrarium. Et
hoc facit ad limitationem eius, qd̃ dicitur,† q, in 115
dubio ſemper pronuntiandum eſt appellationẽ
deſerendam eſſe, vt notant gl.& Dd.in c.vt debi-
tus.in verſ.ex rationabili.j.de appell.Inn.in c. ij.
de reſcript.Bald.in l.properandum.§. ſin autem.
C. de iud. nam iſtud procedit in materia, in qua
regulariter permitteret̃ appellatio: vnde ſi eſſe-
B mus in poſſeſſorio, eſſet ſecùs, ex quo regulariter
de iure ciuili in eo nõ appellatur.l. vnica. C. ſi de
moment.poſſ.& ita firmauit Dec.conſ.xxviij.cir
ca fi.& optimè probatur ex doctrina Abb.hîc, q
præſumptio eſt pro eo, qui dicit non eſſe deferẽ-
dam appellationem, quia nititur regula particu-
lari aduerſus generalem. In practica tamen con-
ſultius eſſet, etiam in hoc caſu pronuntiare deſe-
rendam appellationem, quicquid dicat Decius:
†nam ſemper in dubijs illam debemus partẽ eli-
C gere, per quã vtriq; litigatori conſulitur, & q̃ mi- 116
nus eſt onerosa.l.j.ibi, neutri litigatorũ.ff. ſi quis
cautionib.per quam dicit ibi Paul. de Caſtr. q, in
dubio debemus iudicare appellationẽ non eſſe
deſertam.facit l.ex his.ff.q̃ in fraud. cred. q, teno
mẽti, quia q̃tidie habet̃ in practica.Quartò limi-
tatur, † quando iudex extraiudicialiter vellet a- 117
liquid facere, vel etiam implorare brachiũ ſæcu-
lare extraiudicialiter: nam tunc non tenet̃ iudex
exequens ei parére, quia in extraiudicialib. p̃ce-
D ptis iudex eccleſiaſtic⁹ nõ eſt maior ſęculari, ſed
par, vnde non poteſt ei mandare. c. cũ ad verum.
xcvj.diſt.& ita tenet Inno.& ſequuntur cæteri.& 118
facit, † quia iudici procedenti extraiudicialiter,
impunè poteſt non pareri.l.ꝓhibitum.C. de iur.
fiſci.lib.x.de q̃ per Inn.& Dd.in c.ſi quando.s̃.de
off.deleg. † Secunda concluſio eſt, q, in crimini- 119
bus mixtis iudex ſæcularis non tenetur præſtare
auxilium epiſcopo, niſi ſibi fiat fides de proceſ-
ſu.§.ſi verò crimen.in authen.de ſanct. epiſc.& i-
E ta tenent Butr. Abb. & cæteri. Et ratio eſt, quia
ſęcularis in iſto caſu iudicat vt in ſubditum, vt di
cit Abb.hîc, non aũt eſt merus executor. Sed ad-
uerte, quia Ang.in l.j.C.de exhib.reis.& Sal. in l.
ea quidem.C.de accuſ. in viij. col. quos refert A-
lex.in d.l.magiſtratibus. intelligunt text. in d. §.
ſi verò crimen. quando epiſcopus ipſe non con-
demnauit reum, ſed mittit eum cõdemnandum
ad ſæcularem: & conſequenter videtur velle, qd̃
etiã in criminib.mixtis ſęcularis non cognoſcat,
F ſed ſimpliciter concedat brachium, quando epi-
ſcopus ipſe cognouit & condẽnauit. Sed nõ pu-
to recedendum à cõmuni opinione, quia text. in
d.§.ſi verò crimen.non poteſt recipere intellectũ
Ang.& Salic.Nam ibi epiſcopus deiectum hono
re clericum miſerat ad ſæcularem, vnde cùm cle-
ricum degradaſſet, non eſt dicendum, quòd iu-
dex ſuus aliter hoc feciſſet, quã cauſa cognita, &
priùs præmiſſa condẽnatione, iuxta text.in c. cũ
non ab homine.j.de iudi. Limitatur iſta conclu-
ſio, † quando epiſcopus ipſe vult exequi ſuam 120

ſentẽtiam, puniendo ſecundum canones, & ſim-
pliciter implorat à ſęculari vt concedat ſibi fa-
miliam: nam tunc ſæcularis in nullo dicitur exe-
cutor, ſed ſolummodò accõmodat familiam, vn-
de non poteſt aliqualiter cognoſcere. & ita tenet
Abbas iſto caſu, declarans Inn. hîc, & ſequuntur
alij. & facit tex. in c. quoniam. vbi Abb. ĩ. eod. Et
idem etiam eſt in ciuilibus cauſis. l. epiſcopale.
121 in fin. C. de epiſ. aud. Tertia concluſio eſt: † Sicut
iudex ſęcularis tenetur adiuuare eccleſiaſticum.
ita etiam econtrà. facit c. fin. ĩ. de except. in vj. per
Hoſt. Bal. Abb. & alios hîc. Et iſtud procedit etiã
contra caſus, in quibus imploratur brachium ſæ-
culare. Et ex hoc infertur, quòd ſi aliquis ſit ex-
bannitus à iudice ſæculari, debet haberi etiam
pro exbannito ab eccleſiaſtico. Confirmo iſtam
opinionem primò; quia cùm eccleſiaſtica & ci-
uilis iuriſdictiones ſint inuicem confœderatæ, v-
nus iudex debet vitare proſcriptum ab alio, vt
eſt tex. in l. non dubito. in fin. ff. de capt. quem ad
hoc ſingulariter allegat Bartol. in l. à diuo Pio. §.
j. ff. de re iud. vbi latè moderni. Secundò confir-
122 matur, † nam eccleſia indiſtinctè habet iuriſdicti-
onem quoad faciendum quòd aliquis exeat de
peccato. c. nouit. infrà de iud. Sed banniti & con
demnati ideo banniuntur, quia non paruerunt
principi, & ſic quia peccauerunt. xj. quęſt. j. c. qui
reſiſtit. & in c. ij. de maior. & obed. Et pro iſta opi.
fa. quod notat Gemin. in d. c. fin. de except. vbi di
cit, quòd non debet eccleſiaſticus ſententiam ſæ
cularis exequi, antequam cognoſcat an ſit præiu
dicialis animę. Sed hîc de tribus quæſt. videndũ
123 eſt. † Prima, ſi iudex reqſitus nolit adiuuare, quę-
ro quomodo conſuletur? Inn. & Abb. hîc dicunt,
q̃ iudex eccleſiaſticus poterit excõmunicare ſæ-
cularem, & eum cogere. c. ij. ĩ. de maled. Sed ſęcu
laris non coget eccleſiaſticũ, ex quo eſt inferior.
c. qualiter. ĩ. de iud. c. legimus. in fi. xciij. diſt. Sed
tu aduerte, quia text. in d. cap. ij. dum dicit, quòd
epiſcopus coget temporalem poteſtatem, lo-
quitur in delicto blaſphemię, quod principaliter
fit contra Deum, & in quo epiſcopus etiam de iu
re ciuili habet autoritatem puniendi & compel-
lendi iudices ſęculares, vt probatur in auth. alea-
rum luſus. §. epiſcopus. in fi. C. de relig. & ſumpt.
fun. Non puto tamen recedendum à communi.
Quo verò ad iudicem ſęcularem, licet Inn. dicat
quòd non poterit cõpellere eccleſiaſticũ, intelli-
ge iſtud eſſe verũ ex ſui perſona: ſed bene poterit
recurrere ad ſuperiorem ipſius eccleſiaſtici, puta
archiepiſcopũ, qui coget epiſcopũ, vt illi det au-
xilium. d. c. fi. de excep. in vj. & arg. §. j. in auth. vt
differen. iud. & quod not. Bart. in d. l. à diuo Pio.
§. j. in iiij. q. & per But. in c. poſtulaſti. de for. cõp.
Et ita intelligo quod not. Bal. in c. licet vndiq;. in
124 vlt. col. ſ. tit. ij. vbi dicit, † quòd epiſcopus tenet̃
obedire literis poteſtatis ei ſcribentis, & haben-
tis temporalem iuriſdictionẽ, quia hoc facit au-
toritate legis: aliter ſuperior eius eum puniet. al-
legat gl. in l. ex ea. in gl. fi. ff. de poſtul. Secunda
quæſtio eſt, quo genere auxilij debeat alter alte-
125 rum iuuare. Et Abb. hîc ſentit, † quòd epiſcopus
debet adiuuare ſæcularẽ per viam excõmunica-
tionis: ſęcularis verò adiuuabit epiſcopũ per bã-
na & relegationes. Tu aduerte, quia cùm per im-
plorationem talis auxilij videtur negotium fieri
de foro adiuuãtis, non debebit iſte adiuuans gra
uiori remedio vti, quàm ipſe in foro ſuo eſſet vſu
rus. Et propterea epiſcopus non excõmunicabit
niſi prius cognito, an inobedientia rei ſit animæ

præiudicialis, vt per Gemin. in d. c. fin. & an tale
ſit delictum, quòd illam pœnam mereatur. Et eo-
dem modo nõ procedet ad excõmunicationem,
niſi præmiſſa monitione, de qua in d. c. nouit. per
Bald. & Dd. hîc. Idem eſt dicendum ex parte ſæ-
cularis, prout eſt aliquis aduerſus epiſcopũ con-
tumax: nam propter hoc ſæcularis ad petitionẽ
epiſcopi eum relegabit, ſeu concedet familiam
epiſcopo, vt mittat in poſſeſsionem ex primo
A decreto, vt eſt de mente Doct. in d. l. magiſtratib.
Tertia quæſtio eſt, † ſicut ſæcularis tenetur adiu-
uare epiſcopum; nũquid idem ſit in prælatis ex- 126
emptis, puta Hoſpitalarijs & Templarijs? Inno.
hîc dicit, quòd ſi iſti nolũt adiuuare epiſcopum,
quòd tamen epiſcopus non poteſt eos excom-
municare, quia non ſunt ſubditi, vnde in eos nõ
habet iuriſdictionem. arg. Clem. paſtor. de re iud.
ſequuntur Bal. Card. Im. & mod. Intellige iſtud
dictũ ſanè, vt quãuis epiſc. non poſsit eos excõ-
B municare, poterit tamen ſupplicare coram ſupe-
riore, & ſic Papa, vt eos compellat, & Papa debe-
bit hoc facere, arg. d. c. fi. & ſ. dixi. In laicis forti⁹
poſſet teneri contra Inn. quòd imò in tali caſu e-
piſcopus poſsit eos excommunicare. Primò per
regulam, quòd faciliùs tollitur priuilegium, quã
ius cõmune. l. eius militis. §. ſi militia. ff. de teſta.
milit. Sed iudex ſęcularis quãuis iure communi
ſolutus ſit à iuriſdictione eccleſiaſtica, c. cũ ad ve-
rũ. xcvj. diſt. tamen compellitur in iſto caſu bra-
C chium præſtare: ergo multò fortius debet cõpel-
li qui eſt ſolutus niſi per priuilegium.
Secundò facit, † quia iſta imploratio auxilij nõ 127
fit niſi in ſubſidium, vt probatur in iſto tex. ibi, &
cùm opus fuerit. & in c. quoniam. ĩ. eo. & in d. c̃.
ij. de maled. & per Oldr. conſi. lxxxix. Priuilegiũ
autem exemptionis, ad iſta extraordinaria non
videtur trahendum, de quibus non eſt veriſimile
concedentem cogitaſſe. arg. c. ij. de immu. eccl. ĩ.
Clem. j. in Clem. de cenſib. in fi. Tertiò facit, quia
D non videtur quòd epiſcopus petat auxilium vi-
gore iuriſdictionis ſuæ, quod patet in hoc text.
ponderando verbum, imploret, quod propriè cõ
uenit petẽti aliquid à ſuperiore, quo ad illum a-
ctum. c. j. ĩ. de off. iud. cum ſimil. Iſti aũt exempti
cenſentur immunes quo ad illa, quæ ſibi poſſent
imperari, vt eſt tex. in c. ſi Papa. ver. & eſt idẽ. ĩ. de
priuile. in vj. non vbi implorant. Et licet poſſent
deinde excommunicari, iſtud eſt vigore nouæ iu
riſdictionis per legem conceſſæ epiſcopo, propt̃
E eorum negligentiam, vt per Bal. in d. c. licet vn-
diq;. Cogita, & non recede à communi.
GLOSS. FINALIS. Gloſſ. ponit hîc intelle-
ctum ad iſtum tex. ſatis malè conuenientem ver-
bis literæ, & etiam habentẽ modicam dubitatio-
nem, quòd epiſcopus implorans brachiũ ſęcula-
re, ſibi non præiudicet: vnde Doct. eam cõmuni-
ter nõ tenent, licet dictum in ſe ſit verũ. Vnde ſe-
cundus intellectus fuit Inn. quòd illa verba, Non
ad præiudicandum, intelligant̃, ſcilicet illi con-
F tra quẽ petitur auxilium, quia non debebit peti
cõtra iuſtitiã. Etiã iſte intellectus ſubaudit, & eſt
indubitabilis. Tertius intellectus fuit Sicul. qđ
per talem petitionẽ non tribuatur iuriſdictio ſæ-
culari, qui tenetur exequi, non autem iudicare.
Sed etiam iſte intellectus mihi non placet: quia
tex. non debuiſſet dicere, pręiudicandum, ſed ſo
lummodò iudicandum. Præterea text. nimis re-
ſtringeretur, ex quo non procederet niſi in deli-
ctis merè eccleſiaſticis, non in communibus, in
quibus etiam ſæcularis iudicat. §. ſi verò crimen.
in auth.



in auth. de ſanctiſſ. epiſc. & ſ. dixi poſt Abb.
Quartus intellectus fuit, q̃ illa verba, non ad
præiudicandum, intelligantur, ſcilicet iudici ſę-
culari, quia ipſe etiam poſſet cognoſcere. Puto q̃
iſte intellectus ſit verus, ex quo defenditur pro-
prietas ſermonis, vnde eſt tenẽdus. l. non aliter.
ff. de leg. iij. & etiam decidit caſum valde dubiũ,
vt ĩ. oſtendam. arg. l. quod Labeo. ff. de Carbon.
edict. nã præiudicare propriè dicitur iudex, quã-
do fert ſentẽtiã quæ parit exceptionẽ rei iudica- A
tæ in alio iudicio, vnde talis exceptio, propriè di
citur exceptio. & notatur in §. præiudicialis. In-
ſtit. de actio. Nec obſtat q̃ textus videtur reſtrin-
gi, ex quo nõ procederet in cauſis merè eccleſia-
ſticis: in illis enim oritur præiudicium ſæculari.
quia reſpondeo, q̃ ſęcularis nõ procedit in illis,
non quia ſua iuriſdictio elidatur per exceptionẽ
p̃iudicij, ſed excludit̃ ex defectu iuriſdictionis:
quia ſiue epiſcopus cognoſcat, ſiue nõ, nõ poteſt
ſe intromittere. c. inquiſiti. §. prohibemus. de hę- B
128 ret. in vj. Videndum eſt ergo, † nunquid ſi aliquis
in crimine mixto ſit condemnatus ab epiſcopo
ſecundum legem canonicam, poſsit etiam con-
demnari à iudice ciuili, & puniri ſecundũ ius ci-
uile. Hoſtien. Ioan. And. Bald. & Sicul. hîc viden
tur tenere q̃ non: qui tamen non adducũt ratio-
nes multum vrgentes. Pro iſta opinione eſt regu
la l. ſenatus. ff. de accuſat. & l. licet. in fin. ff. nau.
caup. ſtab. vbi non debet pluries de eiuſdẽ homi
nis delicto inquiri: & quod not. Cyn. in l. qui ſe- C
pulchra. C. de ſepul. viol. Secundo facit regula
c. fi. infrà de except. in vj. vbi ſententia lata in fo-
ro eccleſiaſtico, parit exceptionẽ rei iudicatæ in
foro ſæculari. Contrarium tenent Iacob. de Are.
Guil. de Cun. Iaco. Butri. & Bal. in l. placet. per il
lum text. C. de ſacroſan. eccl. & idem conſulẽdo
tenuit Bald. conſil. cclx. incip. facta eſt inquiſitio.
in iij. volu. quẽ refert & ſequitur Anch. in regu-
la iuris, ea quæ. in penul. char. ĩ. de reg. iur. in vj.
cũ cõcor. per Feli. in c. de his. in xij. limit. ĩ. de ac- D
cuſ. vbi atteſtatur ita communiter teneri. & pro
iſta parte eſt text. in c. felicis. ĩ. de pœnis. in vj. &
licet gloſſ. ibi dicat eſſe ſpeciale, tamen non po-
teſt reddi bona ratio ſpecialitatis, ſecundũ Doct.
Secundò probatur, quia epiſcopus nõ poteſt cõ-
36 digna pœna afficere iſtos delinquentes, ex quo
nõ poteſt ferre ſentẽtiã ſanguinis. c. ſententia. ĩ.
ne clerici vel mona. vnde cùm non poſsit plenè
punire ex defectu iuriſdictionis, nõ debet ipſe ſę
cularis impediri quin rurſus iudicet, vt per Cyn. E
& Bal. in l. fi. per illũ tex. C. de ſport. Tertiò pro-
batur per tex. in d. §. ſi verò crimen. vbi quamuis
epiſcopus in cauſa criminali cognouerit & puni
uerit, tamen etiam ſæcularis cognoſcit.
Quartò facit, quia niſi ita diceremus, epiſco-
pus impediret & diminueret iuriſdictionem ſæ-
cularis: quod tamen facere non poteſt, vt notant
Innoc. in c. dilecti. de ſent. excomm. Archid. xj.
quæſt. j. c. de perſona. Imò quilibet eſt maior in
ſuo tribunali. l. apud eũ. ff. de manumiſſ. vindict. F
Et quilibet poteſt tueri iuriſdictionẽ ſuã. l. j. ff. ſi
quis ius dicen. nõ obtem. Et iſtæ ſunt rationes,
quibus principaliter mouentur Doct. tenentes
cõmunem opin. prout latius eas refert Ioan. Ba-
ptiſt. de S. Seuerino, in repet. l. cũctos populos.
in xxiij. vel xxiiij. col. cum pluribus ſequẽt. C. de
ſum. trin. Sed tu aduerte, quia iſtæ rationes non
videntur multùm vrgere. Et primò non obſtat
text. in d. l. placet. quia ibi nulla pœna impone-
batur de iure canonico. Et licet gloſſ. ibi credat

ſignificari pœnam excommunicationis, per illa C. j.
verba, poſt debitæ vltionis acrimoniã, tamen fal Pernicio-
litur, quia acrimonia ſignificat aſperitatem, vt di ſam.
cunt grammatici, non autem coercionem à gre-
mio Eccleſiæ. & ſic ille text. eſt intelligendus de
pœna criminali aduerſus ſacrilegos, non de ex-
communicatione. & melius eum intellexit gloſ.
xvj. quæſt. j. §. placet. & in d. c. fælicis. ſatis poteſt
teneri intellectus gloſſ. ibi, qui eſt de mente li-
A teræ. Non obſtat ratio ſecunda, fundata per
dictam l. ij. C. de ſport. quia illa lex loquitur quã-
do nũtius eſt mulctatus, & ſic punitus pœna ex-
traordinaria: ſed quæſtio noſtra, eſt quando epi-
ſcopus punit nocentẽ pœna ordinaria iuris cano
nici: inter quos caſus eſt magna differẽtia, vt per
Bal. in l. fi. in vj. quæſt. ff. de iuriſdic. om. iud. Non
obſtat §. ſi verò crimẽ. quia ibi epiſcopus cogno-
uerat ad finem degradationis tantùm, quæ co-
gnitio eſt præparatoria ad cognitionem iudicis
B ſęcularis, vnde altera per alteram non tollitur,
ſed vna aliam adiuuat. c. cùm non ab homine. ĩ.
de iudi. & ita tenet Anchar. in d. regula, ea quæ.
in penul. colum. verſic. poſtremò notandum. Nõ
obſtat quarta ratio, quia non dicitur per hoc epi-
ſcopus impedire iuriſdictionem ſæcularis, ex
quo ſæcularis potuiſſet præuenire. arg. l. j. ff. de
offi. conſul. Quid tenendum? puto non eſſe re-
cedendum à communi opinione, quòd punitus
in vno foro de crimine mixto, poſsit in alio puni
C ri. quæ opinio optimè probatur in iſto tex. ſe-
cundum verum intellectum. Pro qua ſententia
adduco rationem. Nam quando aliquis delin-
quit in crimine mixto, facit iniuriam legi ciuili,
& legi canonicæ, quia venit contra præcepta v-
triuſque, ergo cenſetur ſe obligare pœnis per
vtranque legẽ traditis, vt eſt text. in epiſt. inter
claras. §. liquet. & ibi gl. in verb. ſeipſum. C. de
ſum. trinita. Vnde ſuccedit vera concluſio, † quòd 129
faciens iniuriam duobus, tenetur ad ſatisfactio-
D nem vtrique inſolidum, nec per ſatisfactionem
vni factã, liberatur ab altero. l. j. §. cæterum. ff. ſi fa
mil. furt. feciſſ. dic. Bartol. in l. iij. §. ſi plures. ff.
de ſepul. viol. Et ex iſta ratione tollitur argumen
tum contrarium de l. ſenatus. cum ſimil. Cõmit-
tens enim delictum aduerſus legem ciuilem, ſa-
tis eſt ſi vna pœna puniatur, licet aduerſus talem
delinquentẽ varię pœnę conſtitutæ ſint. Et ratio
eſt, quia vnũ tantummodo offendit, ſcilicet legẽ
E ciuilẽ. Sed in noſtro caſu facta eſt offenſio etiam
legi canonicæ, quæ non tollitur per ſatisfactio-
nẽ factã in foro ciuili, ex quo iuriſdictiones ſunt
ſeparatæ. dicto c. cùm ad verum. xcvj. diſtin. Et
iſtud eſt quod ponderant Docto. dum dicunt, q̃
aliàs iuriſdictio ſæcularis diminueretur per ec-
cleſiaſticam. Limitatur iſta concluſio, † vt non
procedat quando crimen mixtum eſſet principa 130
liter punibile iure ciuili: quia ſi delinquens fue-
rit ſemel punitus à iudice ſæculari, non poterit
ampliùs puniri per eccleſiaſticũ iudicẽ. Probat̃
F iſta limitatio in c. cùm ſit generale. ĩ. de for. com-
pet. vbi eſt text. q̃ ideo eccleſia punit ſacrilegos,
quia in eis puniendis iudices ſæculares ſunt quã
doque remiſsi: ergo ſi iudex ſęcularis pœna con
grua iam punierit ſacrilegum, ceſſat ratio text.
& conſequenter talis ampliùs non punietur. Et
pro hac opin. adduco quod notabiliter voluit
Bal. in l. executorẽ. in viij. quæſt. C. de execut. rei
iudic. vbi dicit, † q̃ abſolutus vel cõdẽnatus in lo- 131
co delicti, nõ põt ampliùs accuſari in loco domi-
cilij: qa de iure ille eſt p̃cipalis loc⁹, ĩ quo debet
punitio

punitio fieri:quod patet,quia ad ipſum remiſsio
fieri debet.§.ſi quis verò comprçhẽſorũ. in auth.
vt nulli iudic.& illa eſt reſpublica,quç principa-
liter fuit offenſa per delictũ.Secùs, ſi ſit punitus
in foro domicilij,qa poterit adhuc puniri in loco
delicti.quæ deciſio eſt notabilis & vera.Nec ob-
ſtat doctrina Bartol.in l.ſepulchri. ff. de ſepultu.
viola.generaliter concludentis,quòd imò vbi qs
eſt ſemel punitus de vno delicto, non poteſt am-
pliùs puniri.dicta l.ſenatus. & per Aret.in dicto
132 c.de his.in vj. colũ.j.de accuſ.† quia iſtud proce-
dit quando & forum delicti & forum domicilij
ſunt ſub eodem principe : ſecus ſi ſub diuerſis,
prout loquitur præciſe Bal.nã tunc ſeruatur eius
deciſio, vt punitus in loco principali, amplius
non moleſtetur:ſecus econtrà.& ita teneo. Nec
Bald.in dicta l. nullum. C. de teſti. contradicit
huic opinioni,ſi bene videatur. Et in caſu iſtius
limitationis poteſt ſaluari quod dicit Bald. in d.
cõſil.cclx.in fin. vbi limitando concluſionẽ ſuã,
dicit quòd in delicto cõmiſſo aduerſus clericum,
probabiliter poteſt teneri quod ſentẽtia iudicis
eccleſiaſtici,ſit præiudicialis foro ciuili,ſeu ſçcu-
lari.d.c.fin.de except. & probatur in d. c. felicis.
133 per locũ à ſpeciali,ſequẽdo gl.ibi.†Secũdò limi-
ta in crimine principaliter eccleſiaſtico : quia ſi
quis de eo fuerit punitus ab epiſcopo, ſæcularis
nõ poterit punire rurſus in totũ ſecundũ legẽ ci-
uilẽ,ſed tantũ de exceſſu.Pone,aliquis vſurarius
fuit punitus ab epiſcopo,iudex ſçcularis nihilo-
minus contra eũ proceſsit propter crimen ſtel-
lionatus, per gloſ.& Butrig.in d.l.improbum.C.
ex quibus cauſ.infam.irrog.cũ tale crimẽ habeat
pœnam arbitrariã.l.ij.de crimin. ſtellio. debebit
tanto minus pœnæ arbitrari, ex quo fuit ſemel
punitus per epiſcopũ: vnde ipſe non puniet niſi
de exceſſu,vt per Gemin.poſt alios in c.j.de vſur.
in vj.& ſ.tetigi.Et ratio eſt in iſto caſu, quia cùm
tale crimen ſit canonicũ, & lex propter canones
iſtud puniat, debet in tali pœna cõpenſari illud
quod fuit ordinatũ per epiſcopũ : quia quatenus
crimen cõcurrit in lege cum pœna,corrigit legẽ,
& ſolũ ex lege exigetur quatenus pœna excedit.
argu.l.j.& quod ibi Bart.not.ff.vi bon.rapt.Et ita
poteſt ſaluari ſuprà dicta deciſio, quæ aliàs diffi-
culter ſuſtineretur.& ꝓ hoc facit l.ij.C. de ſport.
vbi ſi nuntius deliquit aduerſus iudicẽ, & ab eo
ſit mulctatus,iudex maior qui nouã pœnam infli
git, habebit reſpectum ad illam priorem mulctã,
vt tanto minus puniatur, prout ſentiunt Cyn. &
Bald.ibi,& in l.fin.ff.de iuriſ.om.iud. & Io.And.
134 in d.c.fælicis.in nouella.Tertiò limita,† quando
pœna iuris canonici eſt legitima & ordinaria, &
ſimilis pœnç legali : quia tunc ſçcularis amplius
non puniet,vt tenent Io.Ang.Lapus, & Gemin.
in d.c.fælicis.& dicit Abb.in d.c.tuæ.de procur.
quòd hæc opinio eſt æqua: & ita etiã tenent Bal.
Paul.de Caſtr.& Ioan.Bapt.de S.Seuerino in d.l.
cunctos populos.in xvij.col.verſ. quintus caſus.
& Aret.in d. c. de his. & ita poteſt ſaluari opinio
Imol.Butri.& antiquorũ hîc. Et iſta opinio pro-
pter tot autoritates fortè ſeruaretur in practica,
quamuis nõ putem eam in pũcto iuris eſſe verã:
quia militat ratio in contrariũ,ex quo per impo-
ſitionem pœnæ canonicæ, nõ tollitur iniuria fa-
cta legi ciuili, vt ſuprà dixi.Et contrarium in hoc
puncto ſentiũt Docto.in d. l. placet.& Ancha. in
d.regula, ea quæ. Fortius tenuit Aret. in d. c. de
his.quòd ſi etiã pœna canonica nõ eſſet æqualis,
ſed minor,dum tamen lex canonica habuiſſet eã

pro condigna,& ſatisfaciente delicto, adhuc ſæ-
cularis nõ poſſet procedere. Et ita videtur fuiſſe
de mente Bald.& repetẽtium in d.l.cunctos po-
pulos. in verſ.quartus caſus.& de mente Butr.&
Imol.hîc,& Ioan.de Ana.in d. c. de his.Sed iſtud
nõ eſt verũ,& cõfũderet regulã, & cõmunis opi-
nio eſt in contrariũ,per ſuprà dicta. Quartò lmi-
ta in caſu notabili poſito per Aret. cõſil.lviij. di-
ligenter conſideratis.in ſecundo dubio,vbi con-
A ſuluit, † q; ſi Papa in terris immediatè ſibi ſubie- 135
ctis cõmittat inquiſitionẽ alicuius criminis iu-
dicĩ eccleſiaſtico,q; cẽſebitur cõmiſiſſe vt cõdem
net etiã ad pœnã ſanguinis,& ſi iſte iudex abſol-
uerit,nõ poterit iudex ſæcularis fori in quo reus
domiciliũ habet,procedere aduerſus illũ.Moue-
tur principaliter per c.fin. de except.in vj. & do-
ctrinã Barto.in d.l.ſepulchri.Nec obſtat ſecundũ
eũ, quòd fortius videatur punitio facta reſpectu
pœnæ canonicç,ex quo pœna ſanguinis non po-
B tuit irrogari per eccleſiaſticum.argu.l.plenũ.§.e-
quitij. ff. de vſu & hab .quia cenſetur facta ſuper
hoc diſpenſatio, vt per eum, quod poteſt.& pro
hoc inducit text. in c. in archiepiſcopatu. j. de
rapt.Puto iſtã opinionem non eſſe verã, quia eſt
contra cõmunem opinionem, vt patet ex ſuprà
dictis.Nec obſtat d.c.fin. quia procedit in ciuili-
bus,non autem in criminalibus, vt dicunt Ioan.
de Ana.in c.qualiter.§.ad corrigendos.in vj. col.
& Felin.in d.c.de his.j.de accuſ. Nec obſtat do-
C ctrina Bart.in d.l.ſepulchri.quia ſuprà reſpondi.
Et etiam tex. in d. c. in archiepiſcopatu.nihil fa-
cit pro Aretino, quia ibi text. cõmittens cauſam
criminis epiſcopo, non poteſt intelligi quòd
cõmiſerit eam iudicandã ſecundũ canones, ex q̃
rex,qui per delegatum repræſentatur, habet iu-
riſdictionem ſæcularem, non canonicam. quæ
ratio ceſſabat in Papa,in caſu Aret.Quintò vide-
tur poſſe limitari reſpectu accuſatoris: † quia ac- 136
cuſator qui ſemel egit in iudicio eccleſiaſtico,
D non debet rurſus admitti in ſçculari.arg.l.ſi is de
quo. C. ad Turpil. & per Imol. in d.c. cùm dile-
ctus de purgat.canon.Et facit, quia iſto caſu ceſ-
ſat ratio prædictæ concluſionis: nam accuſator
præſumitur potius accuſare propter inimici-
tiam, quàm vt defendat iniurias publicas. vj.
quæſt.j.c. ſi omnia. Et idem videtur dicendum
in denuntiatore priuato, de quo in d.c. qualiter.
& ita teneo.Cogita tamen,quia Doct. in iſta ma-
teria ſatis intricatè loquuntur.
E

1 *Archiepiſcopus regulariter non poteſt conſecrationem ſui ſuffraganei alteri commitere.*
2 *Conditio in lege poſita importat magnum myſterium iuris.*
3 *Argumentum à contrario ſenſu, compræhendens ſub ſe quatuor argumentorum genera.*
4 *Veniens per argumentum à contrario ſenſu, dicitur venire ex ipſo textu ſeu caſu legis.*
5 *Lex vnum includens,à contrario ſenſu videtur aliud excludere.* F
6 *Exceptio firmat regulam, & vbi caſus eſt à regula exceptus,à contrario ſenſu caſus nõ exceptus continetur ſub regula.*
7 *Clericus exiſtens in ſeruitio epiſcopi, non habetur pro non reſidente,de iure communi.*
8 *Argumentum à contrario ſenſu propriè ſumitur ex diſpoſitione generali aliquid inducente certa ratione.*
9 *Argumentum à contrario ſenſu nedum literæ, ſed etiam rationis ſeu mentis,ſemper valet.*

10 Aco



10 *A contrario ſenſu cauſæ impulſiuæ,vel verborum narratiuorum ſeu modalium, vel quando ſunt plures rationes finales,non ſumitur argumentum.*
11 *Dicens vnum, non videtur aliud excludere,quando eſt connexum uel conſecutiuum,vel eadem ratione nitẽs.*
12 *Archiepiſcopus non niſi ex cauſa poteſt delegare ſuam conſecrationem.*
13 *Archiepiſcopus ex iuſta cauſa delegare poteſt alteri epiſcopo ea,quæ ſunt ordinis.*
14 *Cauſa,cum qua lex dicit aliquid debere fieri,nõ præſumitur niſi appareat.* A
15 *Legatus de latere quamuis poßit ex iuſta cauſa mandare iudici quòd procedat ordine iuris non ſeruato, tamen illa cauſa eſt probãda, nec ſtaretur ſuo ſimplici dicto.*
16 *Quidditas certa,ſine qua aliquid fieri nequit,non præſumitur etiam in rege,ſed debet probari.*
17 *Ordinarij atteſtantis ſe propter iuſtum impedimentum cauſam delegare, dicto ſimplici ſtatur.diſtingue tamẽ vt num.19.*
18 *Princeps ſine iuſta cauſa,quæ in eo eſſe præſumitur, nõ poteſt tollere dominium alteri quæſitum.* B
20 *Ex ſimplici delegatione, alio non dicto, non præſumitur cauſa, licet ſi exprimeretur, ſtaretur dicto ipſius delegantis.*
21 *Quæ ſunt ordinis epiſcopalis non delegantur niſi habẽti ordinem : ſecus in his,quæ ſunt iuriſdictionis.*
22 *Conſecrãdi poteſtas eſt à Deo,et eam quilibet conſecratus virtualiter habet.*
23 *Ordinis quæ ſunt,non debent niſi à catholico,& eo,cui ſedis Apoſtolicæ gratia minimè ſit ſubtracta, aſſumi.* C
24 *Excommunicatus dicitur priuatus gratia ſedis Apoſtolicæ:& quid operentur illa verba,Sub pœna indignationis noſtræ,in literis principum.*
25.26 *Illa verba, Maledictionem noſtram incurrat, quid importent.*
27 *Pœnæ non habent locum niſi in iure expreſſæ.* Fall. *vt nu.28.*
29 *Excommunicatio indiſtinctè incurritur, vbi incurritur ſedis Apoſtolicæ indignatio.*
30 *Subditus tenetur litigare ſub delegato ſui ſuperioris,& epiſcopus tenetur recipere conſecrationem à delegato ſui achiepiſcopi.* D
31 *Agens contra alium & conteſtatus litem, an poßit eo inuito renuntiare liti.*
32 *Inſtantiæ renuntiari nõ poteſt,vbi quæſitum eſt ius reo.*
33 *Subditus non tenetur litigare ſub delegato, qui ſit groſſus doctor.*
34 *Iuriſdictio quid.*
35 *Princeps debet de neceßitate ius dicere vel per ſe,vel per magiſtratus,aliàs poſſet priuari regno.* E
36 *Partes conſentientes litigare ſub iudice etiam habente iuriſdictionem habitu, et exiſtente extra territorium, poſſunt eum cogere.*
37 *Statutum condere iuriſdictionis eſt.*
38 *Diſpoſitio de iuriſdictione in dubio loquens,an debeat intelligi de iuriſdictione in genere.*
39 *Genus idem operatur,quod numeratio ſingularum ſpecierum.*
40 *Imperium merum an debeat ſpecialiter transferri vel generaliter.* F
41 *Imperium merum eſt de regalibus, quæ non cenſentur tranſlata in generali conceßione.*
42 *Legem condere, & alia quæ ſunt maximi gradus meri imperij,an videantur conceſſa in regalibus.*
43 *Imperium merum conſiſtens in regalibus, cenſetur reſeruatum.*
44 *Rex donans caſtrum cum omni iure ſuo, non cenſetur conceßiſſe ius regium.*
45 *Regalia tunc includi dicuntur,quando conceditur omnis iuriſdictio cum omnibus emolumentis.*
46 *Regaliorũ quorundã in vna conceßione facta reſeruatione,nõ cenſentur alia incluſa in generali cõceßione.*
47 *Regalia quoad nouam impoſitionem uectigalium non includuntur in generali conceßione.*
48 *Cognitio de crimine homicidij commißi in via publica, ad eũ ſpectat,qui in eius caſtro merum habet imperiũ à rege ſibi conceſſum.*
49 *Via publica nõ eſt de reſeruatis, ſed eſt in dominio ciuitatis,& poteſt mutari & alienari.*
A 50 *Iuriſdictio ſi ſimpliciter mandetur, cenſetur de iuriſdictione minima.*
51 *Iuriſdictionis appellatione an in dubio debeat intelligi de ordinaria.*
52 *Vocabulum plura habens ſignificata, quorum vnum de neceßitate eſt accipiendum,accipitur potentius.*
53 *Merum imperium an expediri debeat iudicis officio nobili.*
54 *Delinquens non dicitur obligatus fiſco, niſi demũ lata contra eum ſententia.*
B 55 *Officium iudicis eſt quid extraordinariũ, & non datur niſi vbi non eſt aliquod nomen ſpeciale petitionis.*
56 *Officium iudicis nobile etiam lata ſententia nõ expirat, ſed in accuſatione ſecùs.*
57 *Merum imperium expeditur officio mercenario deſeruiente accuſationi.*
58 *Correctio legum debet ſpecificari ad hoc, vt inducatur.*
59 *Statuta condere poſſunt etiam qui nullam habent iuriſdictionem.*
60 *Statutum in loco vbi viget, dicitur ius commune.*
C 61 *Mixtum imperium quomodo definiatur, item & iuriſdictio.*
62 *Dictio,aliàs,eſt implicatiua ſimilium.*
63 *Officium iudicis æquiparatur perſecutioni.*
64 *Dictio,ex,ſignificat cauſam proximam.*
65 *Verbũ,cõtinetur, ſolet vt plurimũ intelligi de proprietate ſermonis.*
66 *Iuriſdictionis in ſpecie definitio.*
67 *Ius indicendi mulctam eſt mixti imperij.*
68 *Meri imperij ſex gradus, & quot delegentur, quot non.*
D 69 *Conceſſa magiſtratibus maioribus in ſignum maioritatis cauſarum,non poſſunt delegari.*
70 *Magiſtratus municipalis in integrum reſtituere non poteſt.*
71 *Mixtum imperium regulariter delegari poteſt, quando delegatio fit per vicem iuriſdictionis mandatæ.*
72 *Ad merũ imperium transferendum an requiratur ſpecialis conceßio.*
73 *Competentia alicui rei ſpecialiter, non delegantur.* Li*mita tamen,vt num.74.75.76.*
E 77 *Differentia nunquã debet induci inter ius canonicum & ciuile.*
Ibi. *Rex Siciliæ habet omnia iura principis, & illi competũt omnia reſeruata,licet ſit ſubditus Papæ.*
78 *Dictio,aliquos,addita dictioni,exceſſus, verificatur in minoribus exceßibus.*
79 *Pœnæ iuris canonici non fiunt ad vltionem delicti,ſed principaliter reſpectu publicæ vtilitatis.*
80 *Detruſi in monaſterium dicuntur pœnitentes.*
F 81 *Pœna impoſita ad pœnitentiam,non dicitur capitalis.*
82 *Delegatus principis ſubdelegat etiam merum imperium.*
83 *Delegatus in caſibus, in quibus merum imperium delegatur,poteſt procedere ad vltimum ſupplicium.*
84 *Merum imperium quibus competat.*
85 *Prouincia quæ dicatur,diuerſis locis oſtenditur.*
86 *Præſidentes ciuitati tantùm,regulariter non habent merum imperium.*
87 *Princeps conſtituens aliquẽ ſupra prouinciã, cenſetur ei tradere merum imperiũ:ſi verò ſupra ciuitatem,con-*

cedit

*cedit tantùm iuriſdictionem minimam.*
88 *Villa exiſtens in territorio ciuitatis nullam habet iuriſdictionẽ, niſi ſibi per ſuperiorẽ conceſſa reperiatur.*
89 *Princeps donans caſtrũ, intelligitur etiam donare merum imperium.*
90 *Baro donatarius, cui princeps donauit caſtrum ſeparatum à iuriſdictione ciuitatis, cum mero & mixto imperio, an poterit conſtituere vicarium vel prætorem, qui cognoſcat de cauſis criminalibus.*
91 *Nati in caſtro ſeparato à iuriſdictione ciuitatis, & donati Baroni per principem cũ mero & mixto imperio, an debeant admitti in collegium Doctorum ciuitatis, non obſtante ſtatuto.*
92 *Caſtrum exemptum à iuriſdictione ciuitatis, an debeat gaudere ſtatutis & priuilegijs ciuitatis, & ea obſeruare.*
93 *Præfectus vniuerſitati non habenti territorium, non dicitur habere merum imperium.*
94 *Collegium Doctorũ nihil poteſt de nouo vltra veterẽ conſuetudinem ſtatuere, licet ſtatuta facere poßit.*
95 *Excommunicatio an ſit meri imperij.*
96 *Cui pœnæ æquiparetur excommunicatio.*
97 *Pœnitens in articulo mortis, quo ad Deum nõ habetur pro excommunicato.*
99 *Prælati non debẽt eſſe faciles ad excommunicandũ pro re leui, puta pro furto gallinæ.*

## CAP. QVOD SEDEM. EOD. TIT.

QVOD SEDEM apoſtolicã, &c. Sũma & diuide vt hîc per Abbatem.
In text. ibi, in tali articulo cõſtitu-
1 to. nota, † quòd archiepiſcopus regulariter non poteſt conſecrationẽ ſui ſuffraganei alteri cõmittere. Iſtud probatur hîc arg. à contrario ſenſu: & in ſimili caſu ar-
22 guit Iuriſcõſultus in l. j. ff. de off. eius cui, &c. vbi lex Iulia concedebat impedito, vt poſſet publici iudicij exercitationẽ demandare: ergo nõ impedito nõ licebat. Hoſtienſ. Butr. Abb. Imol. & cęteri hîc tenẽt contrariũ, quia archiepiſcopus regulariter delegat in aliũ epiſcopũ ea, quę ſunt ordinis, prout etiã tenuit gl. in c. peruenit. xcv. diſtin. gl. & Abb. in c. aqua. j. de conſecrat. eccleſ. & ad iſtum text. reſpondet, quòd non de iure, ſed de honeſtate procedit. Sed certè, admiſſa iſta ſolutione, argumentũ Iuriſcóſ. in d. l. j. nõ fuiſſet fortiſſimũ. qa etiã ibi potuiſſet dici, q, erat de honeſtate. Et q, iſte text. nõ capiat hũc intellectũ, probatur duobus modis. Primò, quia reſpõſio Papę debet interpretari ſecundum interogationem ſibi factã. l. ſi defenſor. §. j. ff. de interrog. acti. Interrogatio autem eſt generalis, nunquid ſit ſibi licitũ: & ſic nedum de honeſtate, ſed etiã de iure. l. ſemper in cõtractib. ff. de regu. iuris. Et eodẽ modo etiã reſponſio generaliter debet intelligi in d. verbo, licet. Secundò arguitur põderando conditionem ex dictione, conſtituto, quæ importat conditionẽ, vt per moder. in rubr. ff. ſolut. matr. Et †
2 cõditio in lege poſita, importat magnum myſterium iuris, vt dicit Bald. in authen. matri & auiæ. in j. colum. C. quando mulier tutel. offic. fun. poteſt. Aret. in c. de cauſis. infrà de teſt. & per Alex. in l. ſi. in fine prin. C. de iure delib. vnde iſte text. neceſſariò videtur concludere contra communẽ intellectum. Doct. in dicta l. j. multa dicunt circa naturam iſtius argumenti. Tu pro nunc aduerte
3 circa intelligentiam. † Nam iſtud argumentum à cõtrario ſenſu cõprehendit ſub ſe quatuor genera argumentorum. Primum eſt argumentũ à ſpeciali: quia ſi lex dicit aliquid eſſe ſpeciale in aliquo caſu, ergo à contrario ſenſu, in contrariũ erit
ius commune: & † iſto caſu, quod venit per argu- 4
mẽtũ à cõtrario ſenſu, dicit venire ex ipſo textu, ſeu caſu legis. l. qui teſtamento. §. mulier. & ibi gloſſ. quã ad hoc notat Bal. ff. de teſta. & propterea in tali caſu crederẽ ſumi argumentũ ad correctionem iuris, quia tunc non videtur ſubauditus intellectus. & facit l. j. in fi. ff. ad municip. Et ratio
A eſt, quia lex volens illud eſſe ſpeciale, ſatis dicitur negare in alijs caſibus: qa iſtud importat hoc verbũ, ſpeciale. Et in iſto caſu poteſt ſaluari quod dicit Felin. in c. ſignificaſti. in antepenul. col. de foro cõpet. dum allegat Gemin. in c. j. prima di-
ſtin. ſuper gl. in verb. prohibetur. Secundum † ar- 5
gumentum eſt quod dicitur ab incluſione vnius: quia lex vnũ includens, à contrario caſu videtur aliud excludere, & è conuerſo. l. maritus. C. de procur. l. cùm prætor. in princ. ff. de iudicijs. c. nõne.
B j. de præſum. & iſtud venit tacitè, & ex coniectura, vt eſt text. & ibi gl. in l. apud antiquos. C. de furt. vnde tale argumentum nunquã caperet ad correctionẽ alterius iuris, niſi diſpoſitio aliàs redderetur eluſoria. gloſſ. eſt in l. nulla. & in authent. diaconiſſam. C. de epiſc. & cler. & per mo-
der. in authen. ex teſtamẽto. C. de collat. † Tertiũ 6
argumentũ eſt ab exceptione, quę firmat regulã, de quo in c. dominus. xxxij. quæſt. vij. & in c. cũ dilecta. vbi per moder. j. de confirmat. vtili vel
C inut. & in l. nam quòd liquidè. §. fina. ff. de penu leg. nã vbi exceptus eſt caſus à regula, ergo à cõtrario ſenſu, caſus, qui non eſt exceptus, continetur ſub regula. Et in iſto caſu tale argumentũ nõ ſumitur ad correctionem iuris communis, etiãſi diſpoſitio nihil operaretur, vt eſt text. in c. ad audietiam. j. de cler. non reſid. vbi ſi ſtatutũ priuet clericos non reſidentes fructibus, præterquam ſi ſint infirmi, vel in ſeruitio Papæ, non trahitur ad exiſtentes in ſeruitio epiſcopi, qui de iure com-
D muni non priuantur. & ſic excepti caſus non firmant regulam in caſibus non exceptis, ad correctionem iuris communis. Et ratio eſt ſecundum Abb. ibi, quia regula de iure cõmuni nõ compre-
hendit talẽ caſum: nã † clericus exiſtens in ſerui- 7
tio epiſcopi, non habetur pro nõ reſidẽte, de iure cõmuni, à quo ſtatutum recipit interpretationẽ. l. ſi ſerui. C. de noxal. Eſt verum quòd Alexan. in dicta authent. ex teſtamento. videtur ſenſiſſe cõtrarium, ſed eius opinio confunditur per dictum
E c. ad audientiam. † Quartum argumentum à cõ- 8
trario ſenſu propriè ſumitur ex diſpoſitione generali, aliquid inducente certa ratione, vt accedente contraria ratione, contrariũ inducatur. c. cũ Apoſtolica. j. de his quæ fiunt à prelat. & iſtud venit ex coniectura, & indirectè, vt ibi dicitur: & de hoc eſt dicendum vt ſuprà dixi ex ſecũdo ge-
nere argumenti: & † talia argumenta à contrario 9
ſenſu ſemper valent, dummodo ſint à contrario ſenſu, nedum literæ, ſed etiam rationis ſeu men-
F tis, ex quo verba ſemper recipiunt interpretationem ſecundum mentem legis. l. Labeo. ff. de ſupell. lega. & ita intelligitur text. in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi dicit lex, caſſa ſint ſtatuta per Italiã: nõ ſequitur; ergo valeãt extra Italiã: nã hic tex. faciẽdo mentionẽ de Italia, nõ propterea voluit cæteras prouincias excludere, ſed qa frequẽter ibi fiebant illa ſtatuta. Eodem modo intelligitur text. in c. quod dicitur. j. de verbo. ſignifi. nam quamuis dicatur, priuſquam conuenirent, intentio tamen dicentis non fuit, vt ſigni-





ficaret eos deinde conueniſſe. ſicut in ſimili cùm dicimus, Iudices priuſquam de cauſa cognoſcerent, reum damnauerunt: non ſequitur, ergo deinde cognouerunt. Et optimè probatur in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſd. om iud. Declarat id diffuſius diuus Hieronymus aduerſus Heluidium, & Laurentius Valla ſuper euangelio Matthæi. Et iſtud infertur per Butr. & Abb. ad dicta teſtiũ, in dicto c. quod dicitur. & ſic etiã intelligitur text. in l. ij. C. de cond. inſer. vbi ſi teſtator iuſsit caueri fideicommiſſario, ſi filia non diuerteret, non videtur remiſiſſe cautionem in caſu diuortij: quia nõ eſt veriſimile q, talem caſum turpem conſiderauerit: imò præſumendũ eſt potius, q, appoſuerit illa verba, credens illã aliquo modo non diuerſurã: vt ſic conditio potius ſtet in vim cauſę cõpulſiuæ, quàm in vim cauſæ finalis, vt declarat ibi
10 Cyn. licet gl. aliter intellexerit. † Et ex hac declaratione ſequitur, q, non capitur vnquam tale argumentũ à contrario ſenſu cauſæ impulſiuæ, vel verborũ narratiuorum, vel modaliũ, vel quando ſunt plures rationes finales, prout declarat Alex. in dicta l. prima. in xvj. colum. ex quo, iſtis ceſſantibus, non tamẽ ceſſat diſpoſitio, & intẽtio proferentis. l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. §. affinitatis. Inſtitu. de nupt. cum ſimil. Et ſub iſta declaratione cõprehenduntur etiam fallentiæ poſitæ per Fel.
11 in dicto c. nõnne. † qui enim vnum dicit, non videtur aliud excludere, quando eſt cõnexum, vel conſequutiuũ, vel nitatur eadem ratione. c. trãſlato. ſ. de conſtitu. l. j. C. de diuer. reſcript. quia mens dicentis non pręſumitur talis. Et iſta bene nota pro declaratione. Et ex ſupradictis apparet, q, argumentum à contrario ſenſu tenet in iſto text. ex quo capitur à contrario ſenſu loquentis. Vnde quicquid dicant Doctores, teneo contra
12 cõmunem, † q, archiepiſcopus, niſi ex cauſa, non poſsit delegare conſecrationẽ. Non obſtant allegata in contrariũ. Et primò non obſtat text. in c. aqua. j. de conſecr. eccleſ. quia licet text. dicat, q, epiſcopus non valet delegare ea quæ ſunt ordinis, niſi alteri epiſcopo: non ſequitur, ergo indiſtinctè ea, quæ ſunt ordinis, poſſunt alteri epiſcopo delegari: nam text. ibi procedit conſtituẽdo differentiam de ſimplicibus ſacerdotibus ad epiſcopos, qui ea, quæ ſunt iuriſdictionis delegabilia, poſſunt etiam ſimplici ſacerdoti cõmitti: ea verò, quæ ſunt ordinis delegabilia, debent cõmitti epiſcopo. Sed non ſequitur, ergo omnia quæ ſunt ordinis, ſunt delegabilia: nam ille text. non dubitat ſuper hoc, ſed præſupponit habilitatem. cap. ad noſtram. vlt. verſic. quanquam. infrà de iureiur. l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. Stat ergo, q, aliqua quæ ſunt ordinis, ſint delegabilia, aliqua non: ſicut in ſimili dicimus de mero imperio, cuius vltimi duo gradus delegantur, vt per Bart. in l. imperium. ff de iuriſd. omn. iudic. Quãuis ergo reconciliatio Eccleſię demandetur epiſcopo, nõ tamen conſecratio epiſcopi debet poſſe demandari, quæ eſt maioris importantiæ, ex quo videtur epiſcopus grauari, vt dicit hîc gloſſ. ſi archiepiſcopus non interueniat.

Non obſtat tex. in c. ſuffraganeis. ſuprà de electione. quia dum tex. dicit, ad mandatum, &c. debet intelligi, q, mandatum ſit factũ in caſu licito, puta quia archiepiſcopus eſſet abſens, vel impeditus ex iuſta cauſa. argu. dicti c. ad noſtram. cum ſimilibus. Et eodem modo reſpõdetur ad tex. in c. cùm prouinciales. lxiiij. diſtinct. quod etiã oſtẽdunt illa verba, ſi neceſſe fuerit, &c. Non obſtat



text. in c. paſtoralis. j. proximè ſeq. quia loqui- C. Quod ſedem.
tur de his, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem de his, quæ ſunt ordinis: de quibus infrà dicam.
NOTA ſecundò, † q, ſi ſubſit iuſta cauſa, licitũ
eſt archiepiſcopo delegare ea, quæ ſunt ordinis, 13
alteri epiſcopo. Sed nunquid ſi facta ſit delegatio, præſumitur iuſta cauſa? Videretur dicendum
q, non: quia † quotieſcunque lex dicit aliquid de- 14
bere fieri cũ cauſa, illa non pręſumitur niſi appa-
A reat, vt dicit Bart. in l. item ſi ſuſpectus. ff. de procur. Et ad idẽ facit regula l. ſi fortè. de caſt. pecul. vbi quando aliquid non poteſt fieri niſi in certis caſibus, probandi ſunt illi caſus. & per iſtã regulã ita tenet Iaſ. in l. j. in xiiij. colũ. ff. de offi. eius cui, &c. & per eãdem regulam videtur idem voluiſſe Socin. in conſil. xcvj. in iiij. colum. quẽ ſequuntur moder. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. vbi dicũt,
† q, quamuis legatus de latere poſsit ex iuſta cau 15
ſa mandare iudici, quòd procedat ordine iuris
B non ſeruato, tamen illa cauſa eſt probanda, nec ſtaretur ſuo ſimplici dicto. Ad idem facit text. in
c. nouit. de iud. vbi Abb. & Aretin. notãt, † q, quã- 16
do aliquid non poteſt fieri ſine certa quidditate, illa quidditas nõ præſumitur, etiã in rege, prout loquitur tex. ſed debet probari. ad idẽ quod not. Aret. in c. quoniam contra. per illum text. in vlt. colum. & ibi Felin. j. de probat. & per Felin. in c. ſi pro debilitate. in iij. col. ſ. de offic. deleg.
Contrarium tenuit gl. notab. in c. paſtoralis. in
C princ. ſ. tit. ij. quæ vult † ſtari dicto ordinarij, at- 17
teſtantis ſe propter impedimentũ iuſtum delegare cauſam. quam gl. ibi cõmuniter ſequuntur Doctores. & idem tenet Alex. in l. j. colum. xxiiij. ff. de offic. eius cui, &c. & in conſil. xxiij. conſultus.
in iiij. Facit in ſimili, quia † princeps non poteſt 18
tollere dominiũ quæſitũ alteri, ſine iuſta cauſa, quæ tamen præſumitur in eo ſecundum ſcribẽtes, in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. & Docto. in c. quæ in eccleſiarum, ſuprà de conſtitut. facit etiã
D quod not. Bal. in l. exẽplo. in vlt. quęſt. C. de collat. & Feli. in c. ſicut. infrà de ſentent. excommu-
nica. Puto diſtinguendum † q, aut quærimus an 19
cauſa præſumatur, & dicẽdum eſt quòd non, per ſupradicta. aut quærimus, ſi cauſa ſit expreſſa, an ſtetur dicto ipſius ordinarij, ita quòd faciat plenam fidem, & tunc poſſet teneri gl. in d. c. paſtoralis. quòd ſic. Ratio eſt, quia inde nomini oritur aliquod præiudicium, vt dicit Bald. in rub. ſ. tit. ij. in vlt. col. Si verò poſſet oriri præiudicium, nõ
E crederetur. & ita procedit quod not. Soci. in d.
conſil. xcvj. † Idem ſi epiſcopus conſecrandus re- 20
clamaret, quia pætenderet ſibi eſſe magis honorificum ſi conſecraretur ab ipſo archiepiſcopo; nam poſſet etiam probari contrarium, q, imò nõ ſubeſſet iuſta cauſa delegandi, & propter talem probationem tolleretur præſumptio oriens ex atteſtatione ipſius archiepiſcopi, vt ſatis oſtendit gl. in d. c. paſtoralis. & idem tenet Guliel. de Cun. & Alberic. de Roſ. in d. l. j. Et ex his conſe-
F quens eſt, quòd ex ſimplici delegatione, alio nõ dicto, non præſumeretur cauſa: licet ſi exprimeretur, ſtaretur dicto ipſius delegantis, quia talis actus nemini eſt præiudicialis: vnde ex poſt facto, puta ſi iam delegatus iudicaſſet, non ſtaretur, quia tunc eſſet in præiudicium eius qui ſuccubuit: quod nota. & facit quod notat Felin. in c. ſi pro debilitate, ſ. allegato.
NOTA tertiò, † quòd ea, quæ ſunt ordinis 21
epiſcopalis, non delegantur niſi habenti ordinem: ſecùs in his, quæ ſunt iuriſdictionis, quia

delegantur etiam ſimplici ſacerdoti. dicto c. a-
qua. infrà de conſecrat. eccleſ. Et ea dicuntur e-
tiam ordinis epiſcopalis, quæ requirunt conſe-
crationem, vt eſt conſecrare epiſcopos, ordinare
clericos, benedicere virgines, eccleſias, vel al-
taria conſecrare. per gloſ.in d.c.aqua.& per Bal.
in c.tranſmiſſam. de elect. Iuriſdictionis verò di-
cuntur eſſe, quæ conſecrationem nõ requirunt,
vt eſt iudicare, excõmunicare, corrigere, iuramẽ-
ta à vaſallis accipere, eos inueſtire, electos con-
firmare, beneficia conferre, vt per Bald.in dicto
c.tranſmiſſam. Et ratio differentiæ huius notabi
lis eſt, quam ponit gl.in d.c.aqua. Tu dic clarius
21 ex mente Butrij, & Doct.hîc, † poteſtas conſe-
crandi eſt à Deo, & eam virtualiter habet quili-
bet conſecratus: vnde prius in quolibet loco eã
epiſcopi exercebant, donec deinde fuerunt di-
ſtinctæ diœceſes, vt dicunt Docto. in c.ſi ciuitas.
de ſent.excõm.in vj. vnde nõ debet aliquis cõſe-
crat⁹ ampliùs illa vti, niſi in ſibi ſubditũ, & in quẽ
habet autoritatẽ. Sed reſpectu cæterorũ non de-
ficit ſibi habitus ſeu potentia, ſed habet obſtacu-
lũ exercitio: vnde ſi habens autoritatem, mãdat,
dicitur remouere tale obſtaculum, non autem
conferre nouum ius conſecrandi: quia quam-
uis epiſcopus habeat ius conſecrandi in caſu
tex.noſtri, non tamen poteſt eo vti in perſonam,
quæ eſſet iuriſdictionis archiepiſcopalis. Et
iſtud etiam voluit gloſſa hîc.

23 NOTA quartò, † quòd ea, quæ ſunt ordinis,
non ſunt adſumenda niſi à catholico, & cui ſedis
Apoſtolicæ gratia minimè ſit ſubtracta. facit
text.j. quæſt. vij. Daibertum. & ita notant Abb.
Imol. & alij hîc, quod declara duobus modis.
Primò, vt conſecrationes ab ipſis factæ, & colla-
tæ neſcientibus de miſericordia, ab Eccleſia tol-
lerentur. c. ordinationes. & c. excõmunicati.ix.
quæſt.j. not.Ioã.Firm.in tract.de epiſc. in iij. lib.
in iij. parte princip.colũ.iij. Secundò declara, vt
talis conſecratio ſit nulla quoad executionẽ, nõ
autẽ quoad habitũ, vt eſt gl. vbi & Abb. & alij, in
c.ſi.ſ.de ord.ab epiſco.de quo dic vt per eum. Et
ex his habes notare, quòd excõmunicatus dici-
24 tur priuatus gratia ſedis Apoſtolicæ. † Et iſtud fa
cit ad clauſulas, quæ ſolẽt apponi in literis prin-
cipum, quando dicitur, ſub pœna priuationis gra
tiæ noſtrę, vel ſub pœna indignationis, quid ope
rentur talia verba. Bart. in extrauag. qui ſint re-
bel. in ſi. dicit, q; iſta verba nihil vlteriùs impor-
tant, niſi q; expreſsè indicant, videlicet q; prin-
ceps nõ habebit eos gratos, ſeu erit illis indigna
tus. facit quod not. Bal.in proœm.decret.in xiij.
25 col. vbi † iſta verba, maledictionẽ noſtram incur-
rat, non important excõmunicationẽ, ſed ſimpli
citer ponunt inobedientẽ in peccato mortali, vt
per Gemin.in c.j.in prin.de ſepul.in ſexto. In cõ
trarium facit iſte tex. & tex.in c.veniens. vbi mo
der.j. de præſcript. vbi talis clauſula videtur im-
portare pœnam excommunicationis. Fortius e-
tiam probatur in c.j.§.porrò, & ibi gloſſ.in verb.
perder. quæ fuit prima cauſa benefic.amit. vbi ta
lis clauſula importat amiſsionem feudi: & ibi
Bald.& moder.hoc notãt. Confirmatur per text.
in §. ſit tibi quoque. in authen.de mand.prin.per
26 quem text.dicit Pet.& Bal.in authen.ſtatuimus.
C.de epiſc. & cler. † q; talis clauſula importabit
quòd ſuperior poterit punire extra ordinem. &
facit quod not. Alexan.conſil. xj.in j. vol. Sicu-
lus in c.cæterum. colum. penul. infrà de iudi. &
in c.prudentiam.§.adijcimus.colum.ij.ſ. de offi.
deleg.& in conſil.xj.in quinta col.in primo.

Puto non eſſe recedendum ab opin. Bart. quæ
eſt vera, & defenditur ex proprietate ſermonis.
l.non aliter.de legat.iij. & quia talia verba præ-
ciſè non important certam pœnam: pœnæ † au- 27
tem non habent locum niſi in iure expreſſæ, vt
in authen.de nõ elig. ſecundo nub.§.cum igitur.
verſic.nec quęlibet lex. & tex.in l.diuus.ff.de ſe-
pul.viol.per quã rationẽ ita tenet Alex.conſ.ciij.
A penul.col.in j. † Fallit, quando delictum cõmiſ- 28
ſum ex diſpoſitione legis mereretur priuationẽ
feudi, vel pœnam extraordinariam, quia tunc il-
la clauſula declaratur ſecundum ius commune.
& ita procedit text. in §. porrò. & in d.authen.
ſtatuimus. Fallit ſecundò, quando † diceretur q; 29
incurreretur ſedis apoſtolicæ indignatio: nam
tunc ſatis poteſt admitti q; incurratur excommu
nicatio. & ita poteſt intelligi text. in c.exit.in ſi.
de verb. ſignif. in vj. Secùs ſi Papa diceret, q; in-
B curreret indignationem ſuam, vel priuaretur gra
tia: quia poteſt intelligi de gratia ſua, quatenus
eſt homo, non quantum eſt in ſede Petri.argu. c.
ſi gratioſe. de reſcrip. in vj. & ita ſaluatur quod
not.Bald.in d.rub.huius libri. Eſt verũ quòd iſta
limitatio non bene probatur hîc, nec in d.c.ve-
niens. quia non ſequitur, excommunicatus non
eſt in gratia ſedis Apoſtolicæ, ergo qui non eſt in
gratia ſedis, eſt excõmunicatus, quicquid dixerit
Felin.in d.c.veniens. vbi ſubdit, quòd ſi Papa di-
C cat, agatis gratias talibus hominibus pro bene-
meritis ſuis erga nos, q; intelligitur mandare, q;
ſint exẽpti ab ordinario. allegat Angel. in l.Pau-
lus.§.Paulus.ff.de fideicommiſ.liber. ſed non re-
perio Ang.iſtud dicentem, nec credo q; in ſe ſit
vera deciſio, per ſuprà dicta. Nec in iſto caſu mi-
litat ratio d.§. Paulus.

NOTA quintò ſecũdum Abb.hîc, † quòd ſub- 30
ditus tenetur litigare ſub delegato ſui ſuperio-
ris: ſicut in ſimili hîc videmus, quòd epiſcopus te
D netur recipere conſecrationem à delegato ſui ar
chiepiſcopi. Adde in ſimili quod notatur in cap.
quæris. ſuprà de ætat. & qualitat. vbi clericus e-
tiam inuitus compellitur per epiſcopum ad ma-
iores ordines ſuſcipiendos, ſi eſt valde vtilis Ec-
cleſiæ, licet ipſe dicat ſe impediri propter pecca
tum occultum. Intellige iſtud notabile, vt proce
dat in reo vel etiam in actore, qui iam incipit age
re: nam aliàs nemo inuitus agere cõpellitur. l. v-
ni.C.vt nemo inuitus. † Sed dubius caſus eſt. Po- 31
E ne, ego egi contra te, & conteſtatus ſum litẽ, nun
quid poſſum te inuito renuntiare liti? & gloſ. &
Bald.in l.vtique. ff. de rei vend. dicunt q; non, ſi
rei interſit: aliàs potero: quod nota. † Sed nun- 32
quid potero renuntiare inſtantiæ? Videretur q;
ſic, per not.in l.poſtquã liti.C de pact. Puto q; nõ,
quia quæſitũ eſt ius reo, cuius intereſt expectare
diffinitiuam, fortè vt abſoluatur. authen. qui ſe-
mel. C.quo.& quan.iud. Secundò intellige iſtud
notabile, vt non procedat quando delegatus ex
F iuſta cauſa poſſet recuſari, puta quia ſuſpectus,
ſecundum not. in l. apertiſsimi. C. de iudi. in c.
ſuſpicionis.ſ.tit.ij.in c.cum ſpeciali.j. de appell.
veluti ſi in cauſa aliquis vertatur articulus ſubti
lis: † nam non compelletur ſubditus litigare co- 33
rã delegato, qui ſit groſſus doctor, vt dicit Bal.in
l.ſi.in xvj.quęſt.C.de hæred.inſtit. Extra gloſ.dũ
Abb. hîc proſequitur materiam iuriſdictionum,
referendo dicta Bartol. in l.imperium.ff.de iuriſ-
dict. om. iud. & accommodando ea cum dictis
Canoniſt. † primò quærit, quid ſit iuriſdictio in 34
genere,



genere, & reſidet cum glo.in l.j.ff. eod. quòd iu-
riſdictio ſit poteſtas de publico introducta cum
neceſsitate ius dicendi & æquitatis ſtatuẽdę. &
cũ iſta diffinitione cõmuniter trãſeũt Doct. Sed
tu aduerte, quia Iaſon in d.l. j. arguit contra iſtã
definitionem, quatenus dicitur, cũ neceſsitate
ius dicendi, quia datur iuriſdictio in qua non eſt
iſta neceſsitas. Iſtud probatur quatuor medijs.
Primò in iuriſdictione voluntaria, veluti in iudi
cib.chartularijs, de quib.in l.j.ff.de iudic. Sed tu
reſponde, q; quicquid ibi dicat gl. nunquã ſit in
iure mentio de talibus iudicib. vt ſ. dixi in rubr.
nec tales iudices aliquã habẽt adminiſtrationẽ.
Præterea iuriſdictio voluntaria ita dicitur reſpe
ctu partiũ, ſed reſpectu iudicis eſt neceſſaria, vt
eſt text.in authẽ.de quæſt.§.ſi verò aliquis. & in
l.iiij.§.ſi tam vicinũ. ff de dam. infec. ſecundum
intellectũ. Ang.Imol. Paul. de Caſt. & Alex. Se-
cundò adducit, quia etiam princeps nõ cogitur
iudicare, & tamẽ habet iuriſdictionẽ. l.princeps
ff.de leg. Sed ad hoc reſpondetur ex doctri. Bar.
in d.l.imperiũ.in ij.col. vbi dicit, quod habet ne
ceſſe hoc facere ſaltẽ de honeſtate. l. digna vox.
35 C.de legi. Ego credo q; † imò de neceſsitate de-
beat princeps ius dicere, vel per ſe, vel per magi
ſtratus, aliàs poſſet priuari regno argu. c.alius.
xv.quæſt.vj. & iſtud videtur eſſe de iure gentiũ.
c.rex debet. xxiij. quæſt. v. quo iure nõ eſt ſolu-
tus princeps. & facit quod not. And. de Iſer. in
tit. quæ ſint regalia. in verb. vectigalia. vbi dicit,
q; princeps habet vectigalia, & redditus regni, vt
ſeruet iuſtitiã, & tueatur ſubditos etiã ab incurſi
bus latronum, aliter nõ facit fructus ſuos. & ibi
allegat Theologos ita concludentes.

Tertiò adducit, quia iudex excommunicatus
vel ſuſpenſus habet iuriſdictionẽ, & tamen non
poteſt cogi ad iudicandum. c.ad probandum.j.
de re iud. Sed dic q; nec etiam partibus volenti-
bus talis debet iudicare, ex quo partes tenentur
eum vitare, vt ibi dicitur: vnde talis iudex eſt pri
uatus vſu iuriſdictionis in pœnam. Quartò ad-
ducit, quia quando iudex eſt extra territorium,
habet iuriſdictionem habitu, vt eſt gloſſ. in l. iij.
ff. de offic. præſ. & tamen non poteſt cogi. Sed
36 tu dic. † imò ſi partes conſentiant litigare ſub
eo, poſſunt eum cogere, vt dicit Bart. & eſt com-
munis opinio. in l. ſin. ff. de iuſti. & iure. & per
Doct.in c. P. & G. ſ. de offic. deleg. Præterea ad
iſta duo fundamenta vltima poteſt reſponderi,
quòd imò iudex poteſt cogi iudicare, ſed debet
iſtud congruis locis fieri & temporibus. argu.
gloſſ. in c.quoniam Romani. xxxj. diſtinct. Sed
tempore ſuſpenſionis vel excommunicationis,
non eſt congruum tempus: ſicut quando iudex
eſt extra territorium, non eſt congruus locus. Et
ſic poſſunt tolli argumenta Iaſ. defendendo cõ-
munem ſententiam. Sed tu aduerte, quia quod-
libet iſtius definitionis membrum videtur dubi
tabile. Et primò dũ dicitur, q; eſt poteſtas de pu-
blico introducta, videt iſtud ineptè dictũ: quia
cùm nos loquamur de poteſtate quatenus reſi-
det in iudice, certè tunc poteſtas idem eſt quod
iuriſdictio. l. poteſtatis. ff de verb.ſignific. vnde
iſtud eſt definire idẽ per idẽ. Secũdò dũ dicitur,
cum neceſsitate ius dicendi, iſtud videtur fal-
ſum: quia multa ſpectant ad iudicẽ vigore iuriſ-
dictionis, quæ tamen non ſubſunt neceſsitati. l.
nõ quicquid. ff de iudi. not. in l. vbi pactũ. C. de
tranſact. Bal. & Alexã. in l.Gallus. in prin. de lib.
& poſthum. Tertiò dũ ſubditur, & æquitatis ſta-

tuẽdæ, iſtud eſt ſuperfluũ, quia ſatis cõtinebatur C.
ſub illis verbis, ius dicendi, ex quo ius continet Quod ſe-
æquitatẽ, quia eſt ars boni & ęqui. l. j. in prin.ff. dem.
de iuſtit.& iure. Præterea & fortiùs ſequeretur,
q; ſentẽtia contra æquitatem lata eſſet nulla, tan
quã lata ſine iuriſdictione: quod eſt falſum, quia
prætor dicitur ius dicere, etiã ſi iniqua decernit.
l.penul. ff.de iuſtit.& iure. Et facit, † quia conde 37
re ſtatutũ eſt iuriſdictionis, vt dicunt omnes in
A d.l.j.& Bar.in l.omnes populi.in j.quęſt.in prin.
ff.de iuſti. & iur. & tamen ſtatutũ iniquũ tenet.
c.cùm omnes. vbi moder.in v.notab.ſ.de cõſtit.
per Bald.in extrauag.de pace Cõſtan.in vij. col.
in princ. Præterea nõ eſt verum q; iudex debeat
ſemper ſequi ęquitatẽ, imò rigor ſcriptus pręfer
tur æquitati nõ ſcriptæ. l.placuit. C. de iudi. Poſ
ſet fortè breuiùs definiri: iuriſdictio eſt poteſtas
de publico ad ius dicendũ conſtituta. cogita ta-
mẽ. Sed hîc ſucceſsiuè cõtingit dubitari de duo
B bus. † Primũ eſt in diſpoſitione loquẽte de iuriſ- 38
dictione, nunquid in dubio debeat intelligi de
iuriſdictione in genere & ſic etiam de mero &
mixto imperio: an verè de minima iuriſdictione
tantùm. Abb. hîc videtur voluiſſe, q; intelliga-
tur de minima, niſi addita ſit dictio, omnimoda.
per gl.in Clem.vnica, in verbo, omnimodam. de
for.cõpet. Eandẽ opinionẽ tenet Bald.in c.quã-
to. in penult.colũ.j.de iudi. vbi dicit, q; ſi appoſi-
C ta eſſet dictio, omnis, adhuc non cõpręhenditur
merũ imperiũ, quia iſta ſuprema (vt eſt ius gla-
dij) requirunt ſpecialem conceſsionem. argu. l.
Pomponius. in princ. ff. de procur. & ita tenet
Iaſ.in d.l.imperium. & pro hac opin. facit doctri
na Bart.in l.hoc legatum.ff.de lega.iij.

In contrarium eſt communis opinio, de qua
hîc per Felin. & eam latè defendit Alexan. in l.
j.in xxix.colum.cum ſeq. ff. de offic.eius cui, &c.
ſecundum quam etiam conſuluit conſil.xxxiiij.
D in iiij. volu. Pro qua concluſione facit regula,
† quòd idem operatum genus, quod numeratio 39
ſingularum ſpecierum. l.omnes.C. de pręſcript.
xxx.ann. l.ſi duo. in ſin. ff de admi.tut.

Sed tu aduerte, † quia omnis difficultas reſi- 40
det in hoc puncto, an merũ imperiũ debeat ſpe-
cialiter trãsferri, an verò ſufficiant verba genera
lia. & Bal. dicit, q; debet ſpecialiter transferri &
exprimi.arg. d.l.Põponius. Confirmo iſtã opin.
duobus argumẽtis. Primò per text.in d.l.j.ff. de
offic.eius cui, &c. vbi tex. loquẽs de mero impe-
E rio, dicit q; ſpecialiter lege, vel cõſtitutione, vel
ſenatuſconſulto tribuitur. Secundò probatur,
quia merum imperiũ videtur eſſe de regalibus.
c.j. quæ ſint regalia. in vſib. feud. ergo debet ſpe-
cialiter exprimi, † quia in generali conceſsione 41
nõ cẽſentur trãslata regalia, vt per Andr. de Iſer.
Bal. & cæteros in d.c.j. & facit text.in c.j. de ca-
pi. qui curiam vend.

Puto contrariam opin. quæ eſt magis com-
munis, eſſe veriorem, & ſic quòd ſufficiat gene-
F raliter concedi iuriſdictionem, vt compręhenda
tur merum imperium, per ſuprà dicta.

Non obſtat gloſ.in d. Clem. vnic. in verb. o-
mnimodã. quia illa dictio ibi non videtur appo-
ſita vt includatur merũ imperiũ, quod etiã ſine
illa fuiſſet incluſum, ſed ad declarandas qualita
tes ipſius iuriſdictionis, vt oſtẽderetur q; eodem
modo & forma, qua ſolebant epiſcopi cogno-
ſcere in diœceſi ſua, ita etiã cognoſcerent quãdo
ſunt expulſi in propinqua ciuitate. & iſtud eſt
magis de mente literæ, quicquid dicant Abb. &

etiã Cardin.ibi.Nec obſtat regula l. hoc legatũ.
quia nõ procedit niſi in odioſis hominũ diſpo-
ſitionibus, & habentib. ſtrictã interpretationẽ,
vt per Abb.in c.Rodulphus.š. de reſcript. & de-
claraui in c.j.in ſecundo notab. š. eod. Præterea
regula ibi poſita per Bar. non bene probatur in
illo text.qui habet aliã rationem,vt per Paul.de
Caſtr.in l.ſerui electione.§.Labeo.ff.de lega.j.&
latiùs dixi in l.ij.in prin.ff.de verb.obli.Nec ob-
ſtat q, merũ imperiũ ſpecialiter tribuatur, quia A
quicquid dicant Bald. & Iaſ. puto iſtud ita ſim-
pliciter dictum nõ eſſe verũ.Non obſt.d.l.j.quia
ibi merũ imperium tribuitur ſpecialiter, id eſt,
in ſignum maioritatis cauſarũ, & ſpecialiter re-
ſpectu perſonarum, quia tribuitur certis magi-
ſtratibus:non autẽ negatur, quin verbis genera-
libus poſsit transferri. Nõ obſt. q, ſit de regalib.
quia text.in d. c. j. non loquitur de omni mero
imperio, ſed ſolùm de pœnis & mulctis. Et de
iſto fundamento j.dicam.Stat ergo firma cõclu- B
ſio cõmunis,q, conceſſa iuriſdictione, venit me-
rum imperiũ:quã etiã tenet practicus Papienſis
in forma libelli ſuper actione confeſſ. in verb.
plenam & omnimodam. Fallit primò iſta con-
42 cluſio, † vt nõ cenſeantur conceſſa ea quæ ſunt
maximi gradus meri imperij, vt eſt condere le-
gem, ſecundũ Angel.in d.l.imperium.& ſequi-
43 tur Iaſ.ibi. Fallit ſecundo in regalibus,† quia ta-
li caſu merũ imperiũ conſiſtens in regalibus nõ
comprædenderur, ſed cenſebitur reſeruatũ ar- C
gu.c.quod trãslationẽ.š.tit.j.& per Docto. in d.
c.j.quæ ſint regalia.Et iſtud putarẽ verũ,etiam ſi
eſſet additũ verbũ generale,puta,omnis iuriſdi-
ctio.& in tali caſu poteſt ſaluari deciſio Baldi in
d. c. quanto. & facit quod not. Alber.de Roſ.in
44 d.l.j.in fi. vbi dicit,† q, rex donans caſtrum cum
omni iure ſuo, non cenſetur conceſsiſſe ius re-
giũ,quia de tali veriſimiliter videtur actũ. Iſta li-
mitatio recipit plures declarationes. Prima eſt,
45 †quando in conceſsione eſſent verba valde prę- D
gnãtia, puta quia diceretur, concedo tibi omnẽ
iuriſdictionẽ cum quibuſcunq; emolumẽtis,red
ditibus,& prouentibus,&c.nã tunc includerentur
etiã regalia, de quibus in d. c. j. vt conſuluit
Paul.de Caſt.conſil.lxiij.incip.q, dicti redditus.
in j.volu. Et idẽ eſſet in cõceſsione, vbi ſit facta
mentio aliquorũ regaliũ,deinde ſit ſubdita clau
ſula generalis, Et quæcunq; alia,&c. ſecundum
Paul. in d. conſil.& Andr. de Iſer. in d. rub.quæ
46 ſint regalia.in ij.col.Secũdo declara,†vt nõ pro- E
cedat quando eſſet facta reſeruatio aliquorũ re-
galiũ:nam cenſerentur in generali conceſsione
alia incluſa, ſecundũ Lud. Roma. conſil.cclxxj.
vis tota.& Decium conſ.cxcvij. Tertiò declara,
47 †vt in tali cõceſsione nõ veniant regalia quo ad
nouam impoſitionẽ,ſicut vectigalia de nouo im̃
ponenda.l.j.C.vectig.noua impo. Secùs de an-
tiquis vectigalibus iam diu impoſitis, quia talia
non cenſentur, de regalibus, imò locantur, &
venduntur, & transferuntur per habentes im- E
periũ merũ,ſicut reliqua priuata.ita ſingulariter
dicit Com.conſil.clxij.viſa copia.in fi.ita decla-
rans text.in d.c.j.quæ ſint regalia. & ſic dũ text.
ponit inter regalia,mulctas, & pœnas,cõfiſcatio
nesq;, poteſt admitti q, ſint regalia, ſed non ta-
mẽ reſeruata:niſi quando imponerẽtur propter
nouas cõſtitutiones fiendas ab eo, cui concedi-
tur iuriſdictio: nam iſtud ſibi non liceret. & niſi
ille text. ita intelligatur, non video quomodo
poſsit procedere de iure. Nam vt dicit Per. Iac.

in tract. libel.in tit. de iuriſd. in fin. in illo titul.
quæ ſint regalia, continentur multa,de quibus
eſt truffatorium dicere quòd ſint alicui reſerua-
ta principi: vnde ipſe tenet quod ſit ius loca-
ti: & propterea concludit, † quòd ſi aliquis ſit 48
interfectus in via publica, cognitio de tali cri-
mine ad eum pertinebit, qui in eius caſtro me-
rum habet imperium à principe ſibi conceſſum:
non autem cenſebitur iſta cognitio reſeruata
principi, tanquam ſit de regalibus.& ſecundum
iſtam deciſionem etiam ego quandoque conſu-
lui: & Docto. in l. continuus. §. cùm quis. ff. de
verb.oblig.præſupponunt†viam publicam non 49
eſſe de reſeruatis, ſed eſſe in dominio ciuitatis,
& poſſe mutari & alienari, quicquid dicatur in
d.c.j.& ita etiam vidi ſeruari.Fallit tertio in mã-
dato quod ſit iudici:† quia ſi ſimpliciter mandet 50
iuriſdictio, cẽſebitur ſolùm actũ de iuriſdictio-
ne minima. & ita tenet Feli.hîc,pro quo facit l.
cognitio. per argu. à ſpeciali. ff. de off. eius cui
mand.eſt iuriſdict.& videtur probari, quia talia
mandata ſtrictè interpretantur, vnde in dubio
videtur actum de ſpecie, per regulam d.l. hoc
legatum. Sed tamen Alexan. in hoc tenet con-
trarium in d.l.j.cuius opinio præualeret in pra-
ctica. Secunda principalis dubitatio,† an appel 51
latione iuriſdictionis, in dubio intelligenda ſit
ordinaria tantùm, an etiam delegata. Alexand.
in rubr.ff.de iuriſd.om. iud. concludit quòd ve-
nit vtraque,ponderando gl.ibi. Contrarium vi-
detur voluiſſe Anto. de But. in c.ſua nobis.š.de
offic. vicarij.quem ſequitur Iaſ.in dicta rub.Mo-
uetur, quia in dubio verba debent intelligi in
potentiori ſignificatu.l.j.§.qui in perpetuum. ff.
ſi ag. vect. Iuriſdictio autem ordinaria eſt fir-
mior, vt vidimus š.in rubr. Tu non recedas ab
opin.Alexan.diſtinguendo vt per eum.Non ob-
ſtat fundamentum Iaſ. † quia quando vocabu- 52
lum habet plura ſignificata, & de neceſsitate v-
na eſt tantum accipienda, tunc capitur ſignifica
tio potentior: veluti cùm lex loquitur de domi-
no alicuius rei, & intelligit tantùm de vno, tunc
ſemper intelligimus de directo: quia directum
& vtile dominium ſimul non concurrunt in ea-
dem perſona,vt notatur in l.ſi quis vi.§. differen
tia.ff. de acquiren. poſſeſſ. vnde tunc accipitur ſi-
gnificatio potentior, vt intelligatur de directo:
niſi aliqua coniectura ſit in contrariũ,puta, quia
agatur de ſuſtinendo libello, iuxta notata in l.
corruptionem.ff.de vſufr.& per moder. in §. ni-
hil commune.in l.naturaliter.ff.de acq.poſſ.Sed
vbi poteſt vtraque ſignificatio accipi,tunc eſt ſe-
cùs: quia verba generalia, generaliter accipiun
tur. l.j.§.j. ff.de aleator.probatur ex not.per Bar.
& Angel. in rub. ff. ſolut. mar. in verb. petatur.
& aliàs dixi in §. Cato. Succeſsiuè Abb. po-
nit definitionem meri imperij, traditam per
Petr. & Bart. in d. l. imperium. vt ſit iuriſdictio
quæ officio iudicis nobili expeditur ad publi-
cam vtilitatem: cum qua definitiuè trãſeunt ibi
Doct. per Bart. Nec obſtat fundamentum Iaſ.
ibi, dum dicit, quòd talis definitio non com-
præhenderet caſum, quo iudex abſolueret ali-
quem criminaliter accuſatum, ex quo talis ſen-
tentia principaliter reſpicit vtilitatem priua-
tam, ſcilicet eius, qui fuit abſolutus, vt per Bar-
tol.in l.j.in vj. colum. ff. ſol. matr. verſic. tertio
eſt quædam vtilitas. Nam ad hoc ibi reſpon-
det Picus, quòd imò iudex quando procedit
contra aliquem principaliter, procedit pro-
pter



pter publicam vtilitatem, vt eos condemnet ſi
reperiat delinquentes: & licet quandoque ab-
ſoluat, iſtud non attenditur. argu. l. ſi quis, nec
cauſam. ff. ſi cer. pet. Subdit tamen ibi Picus, q,
Bart.in iſta materia voluit plus ſcire, quàm ipſi
Iuriſconſulti: & propterea ipſe aliter tenet, vt
infrà dicam. Pro habenda clarius materia, vi-
53 dendum eſt,† nunquid ſit verum quòd merum
imperium expediatur iudicis officio nobili. Et
videtur quòd ſic, vt probatur in l.placet. verſic. A
quod non ita. ſecundum communem intelle-
ctum. C.de pedan.iudic.Ex quo ſequitur, quòd
accuſatio non ſit ius diſtinctum ab officio iudi-
cis: vnde iudex procedens in cauſa accuſatio-
nis, dicetur procedere ex officio nobili, non
autem ex officio mercenario deſeruiente accu-
ſationi. & ita tenent ibi Bartol. Alexand. Ioan.
Baptiſt. de S.Seuerino in viij.qõ.& alij,& eſt de
mente Abb. hîc: & ita etiam tenuit Bart. in ex-
trauag. qui ſint rebelles.in verbo, meretur.& in B
l.cùm lex.in vlt.colum.vbi infert ad quæſt.ff.de
fideiuſſoribus.& iſtam partem latè defendit A-
ret.in rub.infrà, de accuſat. & pro ea facit ratio,
54 † quia aliquis delinquens non dicitur obliga-
tus fiſco, niſi demum lata ſententia, quo caſu
fiſcus acquirit etiam hypothecam, vt concludit
Bartol.in l.aufertur.§. fiſcus. ff.de iure fiſ. per A-
lexand. & moder. in l. reſcriptum. ff.de pactis.
Sed tu aduerte, quia contraria opinio videtur
verior: quia imò delinquens dicitur ſeipſum C
obligare, & tenetur ex præſumpto conſenſu,
vt probatur in epiſt. inter claras.§.liquet. Gl.ibi
in verbo, ſi ipſum. allegat C.de ſum.trini.& fid.
cathol. ad idem eſt text. in l.fi.in verb. malue-
rit. vbi Angel. C. de collat. bon. patrim. lib. xj.
gloſſ.in l.ſeruus. ff. de his qui not. infam. Iac. de
Beluiſ.in §. quia verò leonis. ij. in auth. de non
alien. per Bart. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de
iuſtit.& iure. Sed officium iudicis non compe-
tit aduerſus obligatum naturaliter, præſertim D
ex conſenſu, imò non præſupponit obligatio-
nem.l.cùm quærebatur.ff.de dam.infec.& quã-
uis Aret.in hac rubr.dicat, quòd imò obligatio,
qua tenetur delinquens, oriatur ex æquitate,
ſecundum Bartol.in l.non ſolùm. §. iniuriarum.
ff.de iniur.quo caſu ſatis poſſet dici quòd com-
peteret officium iudicis, iuxta not. in l.qui ſer-
uum. §. fin. ff. de verbo.oblig. tamen dico quòd
iure talis delinquens tenetur etiam ex præſum-
pto conſenſu,per ſuprà dicta: & ſic tollitur re- E
ſponſio Aret. Et iſtud fundamentum tanto ma-
gis procederet in criminibus, in quibus bona
applicantur ipſo iure fiſco, iuxta c. cùm ſecun-
dum.j. de hæret. in vj.per Bart.in auth.inceſtas.
C.de inceſt.nup. nam in illis non poteſt negari,
quin delinquens ſtatim obligetur, ex quo per-
dit bona: vnde in tali caſu non eſt dicendum
quòd detur officium iudicis. Secundò pro iſta
parte adducitur quod not.Bart.in l.ſi maritus.§.
ſin autem extraneus. ff. ad l.Iuliam. de adult. A- F
ret.poſt alios in rubri.infrà, de iudic. vbi dicunt
quòd accuſatio eſt remedium ordinarium; ergo
non eſt officium iudicis, quia tale eſt extraor-
dinarium.l.cùm filius.ff.ſi cert. pet.l.in cauſæ.ff.
de minoribus.

Tertiò adduco text. in l.j.ff.de iuriſd. om.iud.
vbi text. volens demonſtrare amplitudinem of-
ficij iudicis, exemplificauit ſolùm in cauſis mix-
ti imperij: certè ſi cauſæ criminales expediren-
tur tali officio, Iuriſconſultus fuiſſet diminutus,



qui tacuiſſet exemplum nobilius. Nec dicatur C. Quod ſe-
quòd hoc conceſſo ſequeretur, quòd nec inqui- dem.
ſitio tractaretur officio nobili: quia reſpondeo
quòd de inquiſitione non debuit haberi aliquã
conſideratio, ex quo regulariter non permitti-
tur.arg.l.iiij.ff.de fideicommiſ.liber.

Quartò conſidero, † quòd officium iudicis 55
eſt quid extraordinarium, & non datur niſi vbi
non eſt aliquod nomen ſpeciale petitionis. cap.
ij. j. de offic. iudi. per Bart. in d. l. j. vnde datur
quando imploratur reſtitutio in integrum, vel
interpoſitio decreti, vel datio tutoris: & eſt ra-
tio, quia iſta non habent nomen ſpeciale peti-
tionis: quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, ex quo
accuſatio eſt nomẽ ſpeciale. facit in ſimili quod
not. Bart. de contractibus innominatis, in l.iu-
ris gentium.in princ.ff.de pact.in l.ij. ff. de iure-
iur. & facit, quia valet argumentum de contra-
ctibus ad iudicia. l. omnem. ff. de iudi. Quintò
adduco:† officium iudicis nobile etiam lata de- 56
finitiua non expirat.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.prę-
ſid. Sed in accuſatione, lata ſententia, iudicis
officium expirat. l. diui.ff.de pœn. ergo non eſt
nobile. & per iſtam rationem ita tenet Bart. in l.
ſi iudex poſteaquam.ff.de re iud.& licet Alex.in
d.l.imperium.conetur ſaluare Bart. ab iſta con-
trarietate, tamen Bar.nimis clarè loquitur. Et ſo
lutio Alex.ad d.§.fin.dum dicit, q, procedit tan-
tummodò in mulcta, in qua iudex latas habet hã
benas.l. ſi qua pœna.& l.aliud.§.inter. ff.de ver-
bo. ſign.confunditur ex notatis per eundem A-
lex.in d.l.iudex.vbi concludit hoc eſſe non ſolũ
in mulcta, ſed etiam in reſtitutione in integrũ.
arg.l.in cauſæ.ij.de minor.§. fin.Sextò adduco,
quòd ius inducendi mulctam eſt meri imperij,
ſecundum Bart.in d.l.imperium. & Abb. hîc, &
tamen inducitur per viam actionis in factum.l.
j.§.fi.& ibi Bart.in vlt.col.in verſ.ad ſecundum.
ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.& talis actio ea-
dem eſt cum accuſatione, ſecundum Bart. ibi.
†Et iſtam partem, quòd merum imperium expe 57
ditur officio mercenario deſeruiente accuſatio-
ni, principaliter tenuit Bartol.in dicta l. ſi iudex
poſteaquam. & ibi ſequitur Alex. Idem etiam
voluit Bart. in d. l. j. in prin. in iij. q.vbi moder.
Taurineñ. ponderant.ff.ſi quis ius dic. non ob-
temp. & idem ſentit in extrauag. ad reprimen-
dum.in verb. accuſationem.Petr.Bald.Iaſ.Picus
in d.l.imperium. Bald.in d.l.placet. C. de peda.
iudi.Imol.& Ang. in l. v. in princ.ff.de verb.ob-
lig. Ang. de Aret. in tract. malef. in verb.mero,
& in uerb.necnon ad querelam. & in verb. nec-
non ad denuntiationem. Nec obſtat text. in
d.l.placet. quia intellectus communis ad illum
text. non videtur verus: & contra eum primò
facit, quia eſt impoſsibile quòd principium le-
gis referatur ad cauſas medię iuriſdictionis, quę
ſunt c c c. aureorum, iuxta text. in §. audient.
in auth. de iudi. quia iſta diſtinctio fuit facta à
Iuſtiniano, qui fuit longè poſterior Imperatori-
bus qui fecerunt d.l.placet.vnde non poteſt re-
ferri dicta lex ad ius nouiſsimum, quia ſequere-
tur quòd tempore quo fuit facta, non habuiſ-
ſet aliquem idoneum intellectum: quo caſu
non procedit l.ſed & poſteriores. ff.de legibus.
Secundò facit, quia falſum eſt quòd cauſæ c c c.
aureorum poſsint cognoſci per præſides, niſi in
cauſa appellationis.§. & iudicare.in auth.de de-
fenſ. ciuit. de quibus cauſis appellationis non
poteſt intelligi d.l. placet.quia illæ non poſſunt

delegari reſeruata ſententia. auth. ad hæc. C. de
iudi. per gl. & Salic. in l. j. C. de pedan. iudi. & ta-
men d. l. placet. loquitur etiam quando fit dele-
gatio reſeruata ſententia, ſecundum cõmunem
intellectum. Tertiò contra eundem intellectum
põderantur verba tex. dum dicit, ꝙ præſides de-
legabant illas cauſas, eò ꝙ ipſi non poſſent co-
gnoſcere. Nam ſi intelligamus de cauſis mediæ
iuriſdictionis, illæ delegarentur non ſolum quia
præſides non poſſent, ſed etiam quia non vel-
lent cognoſcere: & aliud eſt nolle, & aliud non
poſſe. c. cùm ſuper. j. de off. deleg. gloſſ. in c. lite-
ras, in verbo, diſpenſare. j. de reſtit. ſpolia.

Quartò ponderantur illa verba, Ex officio
ſuo. qui non videtur quòd ſimpliciter debeant
referri ad officium iudicis nobile. quod proba-
tur ex vlt. verſ. ibi, dum tamen de ingenuitate,
&c. quæ clauſula eſt exceptiua, vt declarat A-
lex. in auth. ex teſtamento. in princ. C. de colla-
tio. vnde exceptio debet eſſe de terminis regu-
læ. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu lega. ſed
exceptio loquitur de cauſis quæ expediuntur
officio iudicis mercenario, ergo etiam verſ. prę
cedens potius deberet de tali intelligi. Facit,
quia iura facientia mentionem etiam de mero
officio iudicis, tamen intelliguntur de merce-
nario. l. v. in princ. de verb. oblig. Ad iſtud argu-
mentum tamen ex infrà dicendis patebit reſpõ-
ſio. Quintò dico iſtum intellectum non eſſe te-
nendum, quia corrigit ius antiquum. argu. l.
ſancimus. C. de teſta. De iure enim antiquo cau
58 ſæ pecuniariæ etiam mille ſolidorum, ſunt de-
legabiles. d. l. imperium. in fin. Facit, † quia ad
hoc vt inducatur correctio legum, debet ſpecifi-
cari, ſecundum gl. in c. cupientes. §. quòd ſi per
viginti. in verbo, petere. de elect. in vj. Sed ibi
hoc non inducitur expreſsè, imò ille text. eſt val
de ambiguus. fa. quod not. Bar. in l. in ambiguo.
de reb. dub. Vnde tu cogita ſi ille text. aliter po-
teſt intelligi, vt prima pars loquatur in mero im
perio, ſecunda in mixto, tertia in cauſis iuriſdi-
ctionis: & in prima ſtatuitur, quia cùm iure ve-
teri propter abſentiam ſeu licitum impedimen-
tum delegarentur cauſæ meri imperij, iuxta l.
j. ff. de offi. eius cui, &c. & ibi Dd. ſolebant præſi
des illas delegare, dicentes ſe non poſſe cogno-
ſcere, ſeu ſe eſſe occupatos: vetat iſtud Impera-
tor, niſi tale impedimentum ſit ex cauſa publi-
ca, vel propter negotiorum multitudinem. Sub-
ſequitur deinde in ſecũda parte, ꝙ iſtud nõ vult
procedere in cauſis in quibus præſides non ſole
bant delegare: quia illæ neque in dictis duobus
caſibus debent delegari. & hoc intelligo de illis
cauſis mixti imperij, quæ non ſunt delegabiles:
& illa verba, ex officio ſuo, ſimpliciter intelligũ
tur, id eſt, per ſeipſos, ſiue ex propria ſolicitudi-
ne. l. ij. C. de ſer. fugit. l. j. C. qui per. tut. Et ſi di-
cas, ſicut præſides delegabant cauſas meri impe
rij ſub prætextu ꝙ eſſent impediti, & propterea
cognoſcere non poſſent, cur non idẽ faciebãt in
cauſis mixti imperij? Reſpõdeo, ꝙ ratio differen
tiæ eſt in promptu: nam in cauſis meri imperij
non debet reus detineri diu in carceribus, nec
expectare ꝙ ceſſet impedimẽtum iudicis. l. j. C.
de cuſt. reo. quę ratio ceſſat in cauſis mixti impe
rij, in quibus mora non eſt ita præiudicialis. &
ita teneo. Nec eſt verum ꝙ tex. ibi velit ꝙ poſsit
fieri delegatio, reſeruata ſententia, nec verba le-
gis hoc importãt: cogita tamen. Et ſic videtur ꝙ
iſta definitio Bart. & Abb. quam acceperunt à

Pet. de Bellapert. non ſit vera, & meritò Picus
ab ea receſsit, & dicit quòd vera definitio po-
nitur in d. l. imperium. per Iuriſconſultum, vt di
camus, quòd merum imperium eſt poteſtas gla
dij animaduertendi in facinoroſos homines. &
ita etiam tenuerunt Ang. Paul. de Caſtr. in fin. &
Picus ibi, & etiam eſt de mente gl. in l. j. in verb.
bonorum. eod. tit. Idem tenent Oldra. Odofre.
Iac. de Are. Guliel. de Cun. Iacob Butrig. Bald.
Albe. de Roſ. ibi, & Oldra. conſil. x. venditum
eſt caſtrum. Pet. de Anch. Hoſtieñ. & antiqui
hîc. Butrig. & Ioan. de Ana. in c. in archiepiſco-
patu. de rapt. Io. And. in addit. Specul. in tit. de
iuriſd. om. iud. col. iij. in gl. in verbo, explican-
tur. Petr. Iacobus in libello de iuriſdictio. in iij.
col. Et licet aliqui ex ſuprà dictis alias ponant
definitiones, tamen reincidunt in idem cum de
finitione Iuriſconſulti, & præſupponunt quòd
merum imperium conſiſtat in crudeliori rerum
animaduerſione, propter publicam vtilitatem,
iuxta l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. nec ipſi con-
ſiderant iſtud nobile iudicis officium, prout
faciunt Bart. & moder. Et cum iſta opin. ego re-
ſideo, intelligendo de gladio non materiali, ſed
ciuili, prout in c. dilecto. de ſen. excõm. in vj. Et
tenendo iſtam partem, quæ propter autoritates
antiquorum videtur cõmunior, non obſtant ra-
tiones Bar. & Doct. Et primò non obſtat ꝙ con-
dere legem ſit meri imperij. arg. l. nulli. vbi Bal.
C. de ſent. & tamen nõ comprehenditur ſub hac
definitione: quia reſpondeo, ꝙ imò condere le-
gem, eſt cuiuſdam facultatis, nec eſt alicuius iu-
riſdictionis. Iſtud probatur, quia à quo remoue-
tur genus, ab eo remouetur quælibet eius ſpe-
cies. l. omnis. C. de præſcript. xxx. añ. Sed conde
re legem non eſt iuriſdictionis in genere. Iſtud
probatur, quia in hoc nõ eſt neceſsitas ius dicẽ-
di, ſecundũ diſtinctionẽ ſuprà poſitã: non enim
cõpellitur aliquis leges condere. Item aliud eſt
ius dicere, aliud condere. Confirmatur ſecũdò,
† quia condere ſtatuta, pertinet etiam ad non ha 59
bentes aliquam iuriſdictionẽ: vnde etiam popu
li ſubditi alterius imperio, poſſunt ſtatuere, vt
eſt magis cõmunis opinio, per generalitatem l.
omnes populi. vbi Iaſ. ff. de iuſti. & iu. & ꝑ Doct.
in c. quod clericis. j. de for. comp. & ſic ſicut con
dere ſtatuta eſt cuiuſdã facultatis, ita etiã debe-
mus dicere de alijs legibus, quia valet argumen
tũ de vno ad aliud, † & ſtatutũ in loco vbi viget,
diciturius cõmune. c. cùm veniſſent. j. de eo qui 60
mitt. in poſſeſ. §. volumus. in extrauag. de pace
Cõſtan. & ibi Bal. in verb. criminalib. & Iaſ. in d.
l. omnes populi. fa. quod not. Rò. cõſ. ccxviij. &
Soci. in conſ. lxxxj. in j. vol. Ad idẽ moueor, quia
merũ imperiũ ſemper reſpicit publicã vtilitatẽ,
ſed lex quandoque reſpicit priuatã. l. j. §. huius
ſtudij. ff. de iuſti. & iur. Præterea etiã dato ꝙ cõ-
dere legem ſit meri imperij, adhuc Iuriſconſulti
definitio eſt vera: quia Iuriſconſ. definit merum
imperium, quatenus reſidet in magiſtratibus:
quod oſtenditur arg. rub. ſub qua eſt ſituata d. l.
imperium. l. Imperatores. ff. de in diem addict.
non autem definitur imperium quod eſt princi-
pi reſeruatum, prout eſt condere legem. l. fin. C.
de legi. de quo in l. formã. C. de offic. pręfe. pręt.
& in l. non ambigitur. ff. de legib. Sed, vt dixi, pri
ma reſponſio eſt verior, quia nullibi probatur
quòd condere legem ſit meri imperij.

Secùndò non obſtat ſi diceretur, quòd data
iſta definitione pro vera, ſequeretur quòd qui-
libet



libet haberet merum imperium, ex quo datur
caſus, in quo quilibet habet ius animaduer-
tendi gladio in facinoroſum, puta ſi ſit deſertor,
transfuga, vel nocturnus depopulator. l. j. C. vt
lic. vnicuique. Sed reſponde, quòd terminus
Poteſtas poſitus in definitione, capitur ratione
iuriſdictionis. l. poteſtatis. ff. de verb. ſig. ſed in
dicto caſu non animaduertitur vigore iuriſdi-
ctionis. Tertiò non obſtat argumentum Iaſ.
in d. l. imperium. dum dicit, quòd iſta defini-
tio non habet genus proprium & differentias,
ergo non eſt bona, vt per Bart. in l. j. ff. de teſta.
Sed poteſt reſponderi, quòd imò poteſtas eſt
genus, cætera verò important differentias, ex
quibus reſultat proprium. Præterea ſatis eſt
quòd conuertatur cum definito. l. j. §. j. ff. de do-
lo. & per moder. in rub. infrà, de probat. in iiij.
colum. & licet Iuriſconſultus non poſuerit for-
maliter verba ſecundum naturam definitio-
num, tamen definitio ſatis colligitur ex eius ver
bis, & in hoc imitatus eſt potius rhetoricos
quàm dialecticos, prout etiam ſolet facere in ra
tione argumentandi, de quo in l. j. ff. ſi cert. pet.
Cætera argumenta ſunt leuia, vnde ſatis fuit re-
ſpondere in voce.

61 † Circa definitionem mixti imperij, commu-
niter tenetur opinio Bart. & Abb. quòd ſit iu-
riſdictio quæ expeditur officio iudicis nobili,
ad priuatam vtilitatem. & Bart. dicit expediri
officio nobili, ad differẽtiam iuriſdictionis, quę
expeditur officio mercenario deſeruiente actio-
ni: & ſic Bart. & Doct. conſtituunt manifeſtam
differentiam inter officium iudicis nobile, & a-
ctionẽ: & ita tranſeunt omnes. Tu aduerte, quia
iſtud non eſt ita expeditum: imò appellatione
actionum, generaliter accipiendo, venit officiũ
nobile: & hoc probatur aliquibus medijs. Pri-
mò, quia tali officio competit definitio actionis
poſita Inſtit. de actio. Nam officium iudicis eſt
perſecutio. l. pecuniæ. §. perſecutionis. ff. de ver-
bo. ſignifi. & ſic ius perſequendi in iudicio quod
ſibi debetur. Nec obſtat ꝙ officiũ iudicis nullam
præſupponat obligationẽ. l. qui per colluſionẽ.
ff. de actio. empt. l. iiij. C. depoſ. Et ſic non vide-
tur verificari illud verbũ, debetur, quia reſpon-
deo ꝙ illa iura procedunt in caſu ſuo, videlicet
in officio mercenario, quod expirauit lata ſentẽ
tia: ſed nos loquimur in nobili, quod quidẽ of-
ficiũ nobile præſupponit actionẽ ex ęquitate o-
rientẽ, quę etiã propriè loquendo, eſt obligatio,
vt per Bart. & Doct. in l. Iulianus verum debit. ff.
de cond. indeb. licet in tali obligatione quis nõ
conſtituatur in mora ante interpellationem iu-
dicialẽ. l. cùm poſtulaſſent. ff. de dam. infe. Et ni-
ſi diceremus ſubeſſe verã obligationem, malè fa
ceret iudex, qui cõpelleret aliquẽ per officium
ſuum, ſi non eſſet obligatus, contra l. ꝙ ſi Epheſi.
ff. de eo quod cer. loc. Et probatur hoc, quia in
executione iudiciali nedum cõpetit actio in fa-
ctũ iudicati, ſed etiam officiũ iudicis nobile. l.
item veniunt. §. idem rectè. ff. de petit. hæred.
Bart. & Doct. in l. intra. ff. de re iud. ergo præſup-
ponit etiam propriè loquendo obligationem,
quia aliàs nõ poſſet concurrere cum actione. Et
idem dicitur in executione mulctæ, pro qua cõ-
petit actio, & etiam iudicis officium. l. j. §. fin. ff.
ſi quis ius dicen. non obtemp. Secundò proba-
tur in l. cauſæ. ij. in prin. ff. de minor. iuncto eo,
† quòd dictio, aliàs, eſt implicatiua ſimilium. l. ſi
62 fugitiui. C. de ſer. fugit. Et dicere ꝙ ibi non im-

plicat, eſt cauillare text. Tertiò probatur ex l. j. C.
iuncta l. liberti. C. de liber. & eor. lib. nam in l. j.
dicitur quòd datur remedium extraordinariũ,
& ſic officium iudicis. l. cùm filius. ff. ſi cert. peta.
ſed in l. liberti. dicitur quòd datur actio: & ſic
ibi expreſsè apparet appellatione actionis com
prehendi officium iudicis.

Quod ſedem.

Quartò facit, † quia idem eſt officium iudicis, 63
quod perſecutio, ſecundũ Bar. in d. l. j. & proba-
tur in l. pecunię. §. perſecutionis. ff. de verbo. ſig.
Et perſecutio & actio extraordinaria, ſeu actio
in factũ, idem eſt. l. ſi. ff. de var. & extraord. cogn.
§. præiudiciales. Inſtit. de act. Et hoc tenẽdo nõ
obſtant allegata in contrarium: & primò tex. in
l. ꝙ ſi minor. §. fin. ff. de minor. dum dicit, ex hoc
edicto nulla propria actio proficiſcitur, ſed to-
tum pendet ex prætoris cognitione: quia vult
dicere text. ꝙ ex illo edicto non oritur aliqua a-
ctio natiua, ſed ſi prætor cognouerit ſubeſſe æ-
quitatem, concedet datiuã, ſeu extraordinariam
actionẽ. Et iſte intellectus probatur põderando 64
† dictionẽ Ex, quæ ſignificat cauſam proximam,
vt per Bar. & Doct. in l. non dubiũ. C. de ll. & põ-
derando dictionem, proficiſcitur, quæ refertur
ad actiones natiuas, de quibus per Bart. in §. &
ideo. in l. iuris gentium. ff. de pact. Præterea illa
dictio, propria, ſignificat ſpecialem: quia pro-
prium eſt quod vni ſoli conuenit, ſecundum
Dialecticos: vnde non tollitur actio extraordi-
naria, quæ eſt generalis. Non obſtat l. hæredi-
tas. in fin. ff. de petit. hæred. ibi, quamuis ſtricto
iure nulla teneantur actione hæredes, &c. quia
reſpondeo, quòd ille tex. à contrario ſenſu pro-
bat quòd hæredes iure non ſtricto, & ſic ex æqui
tate tenentur aliqua actione, & ſic officio iudi-
cis: & ſecundum illum text. intelligitur l. Quin-
tus. §. Pomponius. ff. de annuis legã.

Non obſtat text. in l. actionis. in j. verſ. ff. de
act. & oblig. vbi videtur probari, ꝙ officium iu-
dicis inſtar actionum obtinet; ergo nõ eſt actio,
vt ibi in gl. Nam reſpondeo, quòd ille text. in-
ducit ſimilitudinem officij iudicis cum actione
particulari in rem, vel actione in perſonam: ſed
non ſequitur quin omnes comprehendantur,
capiendo actionem in genere: ſicut hominum
alter eſt alteri ſimilis, & tamen omnes propriè
veniunt appellatione hominũ. & iſtud proba-
tur ibi etiam ponderando † verbum, continetur, 65
quod ſolet vt plurimùm intelligi de proprieta-
te ſermonis, vt per Bart. in l. cui eorum. §. affini-
tatis. ff. de poſtul. Non obſt. text. in c. ij. j. de of-
fic. iud. ibi, officiũ iudicis vbicunque pro actione
proponitur, ergo non eſt actio. Nã reſpondeo,
ꝙ ibi ponuntur illa verba ad differentiam offi-
cij iudicis, quod ſuccedit loco exceptionis, de
quo in l. planè. ff. de petit. hæred. non ꝙ in ſuo ca
ſu iudicis officium non comprehenderetur ſub
actione. Et ſic illa præpoſitio, pro, non ſtat ſimili
tudinariè, ſed ad denotãdam differentiam: ſicut
ſi mercator vini dicat, iſtud vinum habeo pro
merce, illud verò pro vſu meo. l. ſeruos autem. §.
fin. ff. de leg. iij. facit l. ij §. ſeparata. ff. pro empto.
Et ſic remanet defenſata iſta opinio aduerſus
Bart. Abb. & Doct. de qua latius dixi Paradoxo-
rum lib. ij. Et ex hoc capite definitio Bart. vide-
tur dubia. Sed tu fortiùs conſidera, ꝙ adhuc ad-
miſſa communi opinione, reſultat non modi-
ca difficultas contra iſtam definitionem. Et pri-
mò obſtat, quia ad petitionem fideicommiſsi
nedum competit actio, ſecundum text. in l. j. C.

cóm. de leg. ſed etiam officium iudicis. d. §. perſecutionem & l. cùm proponas. j. C. de pact. per Ang. in §. pen. in auth. de hæred. & falcid. Sequeretur ergo, quòd cauſa fideicommiſsi, ſi intentaretur officium iudicis, eſſet mixti imperij: ſi verò intentaretur actio, eſſet iuriſdictionis: & ſic delegatio poſſet fieri, vel non poſſet, habito reſpectu admodum agendi, non autem ad præiudicium & maioritatem cauſarũ: quod eſt contra Doct. in l. j. in princ. ff. de officio eius cui, &c.

Secundò obſtat, quia facere executionem ſententiæ, eſt mixti imperij. l. iubere cauere. ff. de iuriſd. om. iud. vbi Bart. & omnes. & tamen iſta executio etiam fit per viam actionis in factum l. cùm antea. circa prin. C. de arbit. per Bartol. & Doct. in d. l. intra. ff. de re iudic.

Tertiò obſtat, quia miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto in actione reali, videtur fieri officio iudicis mercenario, vt contumax veniat compariturus & reſponſurus actioni intentatæ, & tamen eſt mixti imperij. d. l. iubere. Nec reſponſio Bart. ibi eſt bona, dum dicit, quòd imò talis miſsio fit ex edicto prætoris, de quo in l. Fulcinius. §. j. ff. de bon. auto. iud. & conſequenter non fit virtute actionis intentatæ, ſed virtute nouæ conceſsionis factæ per prętorem. quia reſpondeo, q. text. in d. §. j. ſolum loquitur in actionibus perſonalibus: vnde pro reſolutione iſtorum argumentorum vide quæ inferiùs dicã, vbi tradam nouam doctrinam in iſta materia.

Circa definitionem iuriſdictionis, Doct. com-
66 muniter tranſeunt cum Bar. & Abb. hîc, † q. eius cauſæ expediantur officio mercenario deſeruiẽte actioni ad priuatã vtilitatẽ. Sed tu aduerte, quia in contrarium fortiter ſtringit text. in d. l. imperium. verſ. ſi. vbi iudicis dandi licentia eſt iuriſdictionis, & tamen non expeditur iudicis officio mercenario, ſed nobili. l. j. ff. de iuriſd. om. iud. Et probatur, tum quia ad hoc non eſt aliqua prodita actio, tum quia iudex ex ſe ipſo etiam inuitis partibus poteſt delegare. c. paſtoralis. vbi not. j. eo. vnde etiam ante motam litem poteſt iudex conſtituere delegatum. l. obſeruandum. vbi gloſ. ff. de iudi. Nec eſt verum quòd Iaſ. Picus, & alij moder. dicunt, quòd imò delegatio fit officio mercenario deſeruiente actioni intentanda, arg. notatorum per Bart. in d. l. j. vbi officium iudicis etiam ante litem conteſt. deſeruit interrogationibus faciendis, & dilationib. dandis: quia reſpondeo, quòd iſta propriè veniunt ex natura actionis parte petente: quod nõ eſt in delegationib. aliàs etiam reſtitutio in integrum aduerſus remiſsionem actionis deberet dici eſſe iuriſdictionis, & expediri officio mercenario: quod eſt falſum. Pro reſponſione iſtius argumenti videretur eſſe tenendus intellectus communis, quem ad illum tex. tenent Pet. Cyn. Bart. Alex. & moder. & declaratur per Io. Bapt. de S. Seuerino ibi, in xxvij. q. qui dicunt, quòd text. non vult dicere quòd delegare cauſas ſit iuriſdictionis, ſed quòd de natura cauſarum iuriſdictionis eſt vt poſsint delegari. Sed iſte intellectus non videtur tenendus, quia non conuenit literæ, & eſt facere tex. de nouo. Præterea ſecundum hunc intellectum dictio, etiam, aut nihil implicaret, quod eſt contra naturam ſuam, l. etiam. ff. ſolut. matr. aut implicaret quòd mixtum imperium poſsit delegari, quod eſt cõtra ipſorum doctrinam. Item ibi probaretur q. cauſæ iuriſdictionis eſſent delegabiles, quod eſt contra d. l. placet. verſ. fin. & certè ſecundum hunc intellectum Iuriſconſultus ineptè expreſſiſſet intentionem ſuam: vnde ego aliàs diſputãdo dixi, quòd in d. l. imperium. ſolùm Iuriſconſultus loquitur de mero & mixto imperio, quod oſtenditur ex diuiſione facta in prin. legis. Et dum text. dicit, mixtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſsione conſiſtit: ſubſequitur, idem eſſe de licentia dandi iudicis, quia ſicut in bonorum poſſeſsione iuriſdictio ineſt, ita etiam ineſt in licẽtia dandi iudicis, vnde vtrunque eſt mixti imperij. & ſic in illo text. licentia, eſt caſus ablatiui, & ſubauditur præpoſitio, in, prout fit in auth. de defenſ. ciuit. in princ. vbi gl. in verb. multis. & in l. j. in verb. quiete. C. de primice. lib. xij. & in carmine Vergiliano, Lac mihi non æſtate, pro non in æſtate. & declarat Seruius in III. Aeneid. ſuper carmine, Quod tibi delato Ortygiam. & ſolent idonei autores vbi hoc loquendi modo: & ſecundum hunc intellectũ omnia erunt plana. Secunda difficultas eſt, quia dantur actiones cauſa iuriſdictionis, quæ tamen reſpiciunt vtilitatem publicam: veluti ſi aliquid debeatur fiſco. l. vtilitas. C. de primip. lib. xij. ſecundum Fulg. & Picum in d. l. imperium. Et econtrà poteſt dari mixtum imperium tendẽs ad vtilitatem publicam, ſi ad inſtantiam fiſci mitteretur aliquis in poſſeſsionẽ. facit l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hæred. Sed reſponde quòd debet definitio intelligi de publica vtilitate, quæ eſt in communi & in quolibet particulari, non de ea, quæ eſt in cómuni tantũ. l. ij. §. hoc interdictũ. ff. ne quid in loco pub. per Bar. in l. j. in v. col. ff. ſol. mat. & ita reſident mod. in d. l. imperium. Potes etiam dicere, q. naturaliter iſtæ actiones ſunt inuentæ, vt conſulatur vnicuique priuato: & licet eo iure etiam fiſcus poſsit vti, non tamen alteratur earũ natura. argu. gl. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cert. pet. Tertia difficultas eſt, quã ego moueo: qui ſunt aliquæ iuriſdictiones, quæ expediuntur per actiones, quæ tamen publicam reſpiciũt vtilitatem principaliter, etiam in quolibet particulari. Iſtud probatur in interdictis, quæ facta ſunt propter publicam vtilitatem, vt eſt de via publica, & ne in flumine publico. l. ij. §. publicę vtilitatis. ff. de interdict. & tamen expediuntur per viam actionis. §. ſi. vbi gl. Inſtit. de interdic. Quarta difficultas eſt, quia aliqua ſunt iuriſdictionis, vt eſt cauſa ingenuitatis & libertatis, ſecundum Barto. & Doct. & tamen expediunt officio iudicis nobili, vt eſt gloſſ. in l. ſi duo. in princ. ff. de iureiur. & probatur in l. j. §. per hanc. ff. de rei vend. Et fortiùs poſſet teneri, q. actio præiudicialis ſit officium iudicis, & ſic ſit actio in factum dependens à prætoris cognitione. Nec obſtaret text. in d. §. per hanc. qui ponit actiones præiudiciales tanquam differentes à prætoria cognitione: quia ibi poteſt intelligi de alia cognitione prætoria, quæ non eſt pręiudicialis, nec competit contra filium, ſed contra tertium dicentem filium non eſſe in poteſtate, de qua in l. iij. §. cæterum. ff. de lib. exhib. & ſic declarabitur text. in d. §. præiudiciales. ibi, ex quibus vna ferè cauſam habet legitimam, ſcilicet actio, qua quæritur, an aliquis ſit liber, &c. nam ibi ponit illam dictionem, ferè: quia quamuis illæ præiudiciales actiones pendeant ex officio prætoris, nihilominus illa, qua quæritur, an aliquis ſit liber, quandoque eſt ciuilis,

ex-



& expeditur iure actionis. Et hoc eſt in caſu poſito in d. §. per hanc. videlicet quando intẽtatur rei vendicatio adiecta cauſa, ſcilicet ex iure Quiritum. Cogita tamen, & non recede à communi. Ex s. dictis apparet, q. iſtæ definitiones Doct. ſunt periculoſæ: vnde tu breuiter dicas, q. merũ imperium expeditur accuſationibus vel inquiſitionib. mixtum verò perſecutionibus, iuriſdictio minima actionibus, non faciendo iſtam differentiam de vtilitate publica & priuata, prout conſiderant Doct. & non probatur aliquo iure.

67 †Et ex hoc infertur, q. ius indicendi mulctam ſit mixti imperij, quia expeditur actione in factum. l. j. §. fina. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. quæ, quando pendet ex iuriſdictione prætoris, idem eſt quod officium iudicis.

Et idem etiam eſt de cauſa executionis, quia licet Docto. dicant in illis cauſis competere duplex remediũ; in d. l. j. tamen quicquid ipſi dixerint, puto q. ſit vnum tantum, & idem ſit ipſa actio in factũ, quod officiũ iudicis. Et idem arbitror in cauſis fideicõmiſsi: vnde tolluntur oppoſitiones quas s. feci. Et idem, ſaltem diſputatiuè, poſſet teneri de cauſis libertatis & ingenuitatis, de quibus ſuprà dixi. Et ſecundũ prædicta optimè declaratur d. l. imperium. nam imperium dicitur ab imperãdo, eò q. iudex in cauſis imperij non adſtringitur ad certam regulam, ſed totum pendet ab eius iuriſdictione: & iſtud propriè eſt in cauſis criminalibus, quia nullum ius reſidet in parte accuſante, vnde tunc imperium dicitur merũ. Vbi verò venit aliquod ius applicandum parti, vt eſt in perſecutionibus, tunc dicitur mixtum: & tale imperiũ eſt ſimile cauſis iuriſdictionis. vnde text. illud definiendo dicit mixtũ imperiũ eſſe poteſtatẽ, ſeu illud imperiũ, cui etiam iuriſdictio ineſt, ſecundũ Ang. in d. l. imperiũ. & exẽplificat in bonorũ poſſeſsione, quæ propriè eſt perſecutio. l. iij. § bonorũ. ff. de bon. poſſ. Ex-
68 peditis definitionibus, Abb. poſt Bar. ponit † ſex gradus meri imperij, quorum quatuor primi nõ delegantur, duo verò vltimi delegantur, ſcilicet, coercio & ius indicendæ mulctæ. Et eſt ratio, quia iſta duo cõpetunt etiam magiſtratibus municipalibus; ergo poſſunt delegari, ſecundum eos, per l. j. verſ. qui verò. de offic. eius cui, &c. Sed tu aduerte circa iſtam rationem, à qua dependet tota materia delegationum, & quam malè videntur Doctores intellexiſſe. Et principaliter Doct. ex dicta l. j. colligunt duas regulas.
69 Prima eſt, † q. ea, quæ conceduntur magiſtratib. maioribus in ſignũ maioritatis cauſarum, non poſſunt delegari: & conſequenter cauſæ meri & mixti imperij non delegantur, quia in eis electa eſt induſtria perſonæ. Sed tu aduerte, quia Guido de Suza. & Raph. Fulg. in dicta l. j. non tenuerunt iſtum intellectum, quorum opinio videtur verior: quia cauillatur ille text. ſi exponamus ſpecialiter, id eſt, in priuilegium maioritatis cauſarum. Imò illa dictio ſignificat nominatim, & in ſpecie: vnde infrà ponam alium intellectũ verũ. Secunda regula eſt, q. ea, quæ competunt iure magiſtratus, & ſic quæ competunt etiã decurionibus, qui ſunt minores magiſtratus, poſſunt delegari. Sed etiam iſta regula non eſt vera & contra eam primò obſtat ille text. quia intelligere ibi magiſtratus, ſcilicet decuriones, eſt ridicula interpretatio: quia ibi nõ fit aliqua mentio de iſtis decurionibus, ſed ſolùm diſtinguitur de his, quæ cõpetunt, puta prætori, & ſic tanquã gerenti talẽ magiſtratũ, ab his, quæ nominatim & in ſpecie ſunt illi conceſſa. Secundò dicitur, q. imò iſta regula eſt falſa: quia aliqua cõpetunt delegatis, quæ non competunt magiſtratibus municipalibus. Iſtud probatur per l. ea quæ. ff. ad municip. vbi decuriones non poſſunt in poſſeſsionem mittere legatorum ſeruãdorũ cauſa. d. l. ea quæ. & tamẽ iſtud poteſt delegari. l. cognitio. §. vt poſſeſsio. ff. de offic. eius cui, &c. Et ſolutio gl. & Doct. ibi eſt contra text. dum dicunt, q. d. §. vt poſſeſsio. loquitur de cognitione, vtrùm permittenda ſit miſsio, vel ne. Nam text. dicit, vt in poſſeſsionem mittatur, mandari poteſt. Præterea iſta ſolutio caret ratione, & potius eſſet dicendum totum oppoſitum, vt ibi aduertit Paul. de Caſt. Tertiò probatur, † quia magiſtra- 70
tus municipalis in integrũ reſtituere non poteſt. d. l. ea quæ. & tamen iudex cui mandata ſit iuriſdictio, poteſt. l. ſin. C. vbi & apud quẽ. etiam iure fforum, ſi ſpecialiter id fuerit mandatum, vt ibi dicitur in ſi. Nec obſtat ſolutio Bart. in d. l. imperiũ. poſt gl. in l. j. ff. de dam. infe. dũ dicit, q. eſt ſpeciale fauore minorũ: quia iſtud eſt contra d. l. ſi. quæ loquitur etiã de reſtit. maior. Nec obſtat ſolutio Alex. in d. l. j. in ix. col. dicentis ſimpliciter eſſe ſpeciale fauore reſtitutionis in integrũ: quia hoc attento, ex eodẽ fauore debuiſſet etiã cõpetere municipalibus, per extenſionẽ regulæ paſsiuæ, quæ procedit etiã in correctorijs. de quo per Alexan. & Doct. in l. ij. ff. de legat. j. Itẽ maior fauor eſt, vt lapſus reſtituatur per maiorẽ magiſtratũ. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. Ioã. Fab. in §. ſi. Inſtit. de Attilia. tut. Alex. in d. l. j. in x. col. ff. de iuriſd. om. iud. Minùs etiã obſtat ſi diceretur, q. etiã de iure Digeſtorũ nõ poſſet delegari iſta reſtitutio, ſed tantummodò cognitio, vtrũ eſſet danda, vel ne: quia reſpõdeo, q. iſtud eſt cõtra d. l. ſi. quæ loquitur in ipſa reſtitutione, circa mediũ, ibi, is, qui iudicẽ dederit, videtur ipſe dare reſtitutionem in integrum.

C. Quod ſedem.

Quartò probatur, quia aliqua cõpetunt magiſtratibus municipalibus, quæ tamen nõ competunt præſidib. nec quoad cognitionẽ, nec quoad delegationẽ: ſicut ſunt cauſæ citra ccc. ſolidos, de quibus non poſſunt ſe prę ſides intromittere, vt eſt text. in §. & iudicare. in authen. de defenſ. ciuit. quicquid dicãt Doct. Nec obſtat text. in §. audient. in auth. de iudi. vbi pedanei ex delegatione ordinariorũ cognoſcũt vſque ad ccc. aureos: quia ille tex. nõ loquitur de prouincijs vbi ſunt præſides, vel proconſules, vel ſimiles magiſtratus, ſed ponit ius particulare iudicũ, q. ſunt in Romana curia, vt apparet in principio conſtitutionis, & declarat Bart. ibi. Quintò facit, quia duumuiri nõ poſſunt mulctare. l. j. ff. ſi quis ius dicen. & duumuiri ſunt magiſtratus municipales. l. honores. ff. de decur. lib. x. l. in honorarijs. in ſi. ff. de actio. & obliga. l. iiij. §. duas. ff. de dam. infect. quicquid dicãt Ang. & moder. in d. l. vni. qui dicũt cõtra illos tex. Et etiã defenſores ciuitatũ non poſſunt mulctare. l. defenſores. ij. C. de defenſ. ciuit. non cauillando illũ tex. & tamẽ videtur q. iſtud ius cõpetat iudicibus, quibus mãdata eſt iuriſdictio. l. ij. ff. quis & à quo. l. nullus. C. de ſpor. Licet aliud ſit in iudicibus datis, ſeu pedaneis, de quibus dixi s. in rub. Sexto facit, quia magiſtratus municipales nõ poterãt iure Digeſtorũ decernere bonorũ poſſeſsionẽ. d. l. ea quę. & l. ſi. C. qui admitt. & tamen iudices, quib. mandata erat iuriſdictio, poterant. d. l. cognitio. §. vt poſſeſsio.

poſſeſsio. Nec obſtat ꝙ dicunt Doct. debere intelligi de poſſeſsione bonorum, quæ non tribuit ius, ex quo Iuriſconſultus dixit poſſeſsionē bonorũ, non autem bonorum poſſeſsionem: quia iſtud argumentũ confunditur per l. ſi duobus. in prin. ff. de bo. poſſ. contra tab. & l. liberto ſuo hærede. ff. de bon. liber. & tex. cum ibi not. in l. j. C. vnde legi. & text. cũ rub. ff. de bon. poſſ. & hæred. petit. quibus iuribus probatur dictam differentiam non eſſe veram.

Septimò facit, quia è conuerſo etiam videmus aliqua competere magiſtratibus, quæ non competunt delegatis, vt eſt ius fuſtigandi. §. audient. in auth. de defenſ. ciuit. l. magiſtratibus. vbi Bart. ff. de iuriſd. om. iud. Et confirmatur, quia magiſtratus municipales habent poteſtatem ſuper carceres. l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuũ. ff. de fur. quod non videtur competere delegatis. §. ſi verò ignoti. in auth. de teſti. Vltimo confirmatur, quia iſti magiſtratus ſunt de ſe diſtincti, nec vnus intromittit ſe de altero. d. §. & iudicare. & conſequenter, de vno non infertur ad aliud. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Et ita remanet confutatus intellectus communis ad d. l. j. Quare tu pro declaratione illius text. facias firmam concluſionem, quòd mixtum imperiũ cōpetit iure magiſtratus, & poteſt delegari, prout etiam tenuit Fulgoſ. in d. l. j. Iſtud probatur primò in d. l. j. §. fi. ibi, Imperium quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione trāsfertur: tale enim imperium eſt mixtum. d. l. imperiũ. ibi, cui iuriſdictio ineſt. & intelligere ſimpliciter de coërcione, eſt reſtringere text. Secundò probatur in l. fi. ff. eod. vbi mandata iuriſdictione, trāſfertur imperium quod non eſt merum, ergo mixtũ trāsfertur: duplex enim tantummodò eſt imperium, merũ videlicet & mixtum. d. l. imperiũ. Nec obſt. ratio quæ ſubdit: iuriſdictio enim ſine modica coercione nulla eſt: quia talis coercio intelligitur de miſsione in poſſeſsionem cōtra contumacem, & de iure mulctandi, quæ ſunt mixti imperij, & competunt iudicibus quibus mandata eſt iuriſdictio, vt ſ. dixi. Tertiò probatur in d. l. cognitio. in prin. vbi dicit text. cùm propriam iuriſdictionem tuis dederis legatis, conſequens eſt, &c. Nam niſi mixtum imperium eſſet delegabile, illa conſequentia non tenuiſſet, præſertim quòd talis cognitio ante illud reſcriptum non videretur delegabilis, quia ſpecialiter conceſſa. l. j. ff. quod falſo tut. Quartò probatur in dicta l. cognitio. §. fi. vbi expreſsim cauetur, poſſe mādari bonorum poſſeſsionem, & miſsionem in poſſeſsionem: & reſtringere illum text. de poſſeſsionibus, quæ non tribuunt ius, vel de cognitione tantum, eſt reſtrictio irrationabilis, vt ſatis perpendunt ibi Paul. de Caſt. & Iaſ. Quintò probatur, quia delegare cauſas, eſt mixti imperij, vt ſ. dixi, & probatur in l. cùm prætor. §. j. ibi, propter vim imperij. ff. de iudi. & tamen tale ius tranſit in eum, cui mandata eſt iuriſdictio, vt ibi probatur, non reſtringendo regulam per exemplum, & ſ. dixi in rub. Sextò facit, quia reſtitutio in integrum eſt mixti imperij. d. l. ea tamen. & nihilominus poteſt delegari. d. l. fin. C. vbi & apud quē. Nec text. ibi ſe fundat in aliqua ſpecialitate, ſed in ratione, quòd delegatus refert perſonam delegantis, vt ibi in glo. in verb. reſtitutionem. quæ ratio generaliter concludit, non ſpeciali fauore, de quo etiā ſ. dixi. Septimò probatur, quia cùm iſta prohibitio delegationis ſit introducta propter maioritatem cauſarum & magiſtratuum, ſecundum Doct. in quibus videtur electa induſtria perſonæ, ſequeretur quòd cauſa valens ccc. aureos, poſſet delegari miſſo in poſſeſsionem ex ſecundo decreto: & ſi cauſa non importaret centum aureos, non poſſet: quod eſt abſurdum, & contra rationem ipſorum Doct. Vltimò probatur, quia mixtum imperium de iure canonici ſine dubio eſt delegabile. c. cùm veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſſ. & gl. in c. ſi quis clericum. j. de for. comp. Nec inducenda eſt differentia inter ius canonicum & ciuile, c. j. de oper. noui nunt. & j. oſtendam non eſſe aliquam differentiam. Iſta concluſione ſic firmata, reſultat clarus intellectus ad d. l. j. vt velit Iuriſconſultus, quòd ea quæ ſpecialiter, id eſt, nominatim & in ſpecie, lege vel ſenatuſconſulto, vel cōſtitutionibus principum tribuuntur, non poſſunt delegari: quæ verò competunt iure magiſtratus, id eſt, eo ipſo quòd aliquis eſt creatus in officialē, puta quia factus eſt prętor vel præſes, ea poſſunt delegari. Et ſi quæras, quæ ſunt iſta, quę cōpetũt ſpecialiter? Reſpondeo primò, merũ imperiũ, vt probat in l. aut damnũ. §. præfecto. ff. de pœn. & l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. & talis conceſsio reperitur facta à legib. propriè loquendo, prout ſunt promulgatæ à magiſtratu, & confirmatæ per populũ. §. lex autem. Inſtit. de iur. nat. gen. veluti ſunt leges publicorum iudiciorum. Idem eſt in aliquibus caſibus mixti imperij, veluti in alienatione ruſticorum prædiorum, quæ vetita eſt minoribus, oratione Seueri & Antonini, niſi cum cauſæ cognitione, quæ ſpecialiter prætori commiſſa eſt. l. j. in princ. ff. de rebus eor. ideo non delegatur. l. ij. ff. de offi. eius, cui, &c. Idem in cauſæ cognitione ſuper tranſactione alimentorum de futuro, quæ oratione diui Marci, prætori vel præſidi ſpecialiter eſt conceſſa. l. cùm hi. in prin. ff. de tranſact. ideo non delegatur. §. nec demandare. in d. l. item in datione tutoris. quæ ſpecialiter conuenit certis magiſtratib. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tutel. l. j. ff. de tut. & cura. dan. & ideo non delegatur. l. nec mādante. eod. tit. Idem videtur in manumiſsione, quod ius ſpecialiter aliquibus magiſtratibus eſt conceſſum. l. fin. C. de vind. lib. l. apud. de manumiſſ. vind. vnde non delegatur. d. l. ij. Et ratio iſtorum caſuum eſt, propter quendam ſpecialem fauorem ſeu conceſsionem ipſis factam, non videtur fuiſſe de mente concedentis, quòd poſſent delegari, imò cenſetur electa induſtria perſonæ. Et hoc tenendo, non obſtant in contrarium allegata. Et primò non obſtat d. l. placet. & d. l. imperium. in fin. allegatæ per Alexan. in d. l. j. quia communis intellectus ad illas leges non eſt verus, vt ſuprà latiùs dixi, & ex vno inconuenienti, ipſi deduxerunt mille inconuenientia. Et propterea, ſecundum intellectum meum in d. l. placet. verſ. quod non ita. dixi ꝙ loquitur in cauſis mixti imperij non delegabilibus, quas ſuprà enumeraui. Secundò non obſtat l. nec quicquā. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. quia intellectus dati per Doct. ad illum text. ſunt omnes violatiui: vnde tu intellige realiter, quòd vbi decretum eſt neceſſarium, non debet proconſul expedire per libellum: id eſt, non eſt ſatis ꝙ ſubſcribat libello, ſed debet cognoſcere, & re ipſa interponere decretum. l. iudex. C. commi. vel epiſt. l. minorum. C. de præd. minorum. l. ij.

C. de



C. de aſſeſſ. vnde non ſequitur, quin mandata iuriſdictione, veniat etiam ius interponendi decretum extra illos caſus ſpeciales. Tertiò non obſt. fundamentum Rimin. dum dicit, quòd ſequeretur quòd delegatus principis non poſſet ſubdelegare, ex quo ſpecialiter commiſsionem à principe, & ſic à lege, quod eſt contrà l. à iudice. C. de iudi. quia reſpondeo quòd d. l. j. loquitur in ordinario habente ſpecialem commiſſionem à lege: ſed delegatio principis non fit animo condendi legem, imò eſt conceſsio perſonalis. l. j. de conſtit. prin. licet deinde habeat facultatem delegandi. Facit etiam, quia ſi commiſsio fiat ſpecialiter à prætore, vel declaretur ex reſponſis prudentum, inde erit delegabilis. l. iiij. §. duas. de dam. infe. l. ij. ff. de offic. prætor. nam d. l. j. loquitur de lege propriè promulgata, vel conſtitutione principis. Et ſic tolluntur quædam alia obiecta modernorum. Quartò non obſtat quòd ſequeretur, quòd magiſtratus municipales non poſſent delegare coercionem, ex quo illis ſpecialiter eſt conceſſa. §. audient. in auth. de defenſ. ciuit. Sed potes negare, quòd ſit conceſſa ſpecialiter. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. Præterea ſatis credo quòd non poſsint magiſtratus cauſas delegare, prout tenuit Fulg. in l. ſolent. ff. de iuriſd. omn. iud. Soci. in l. j. ff. quis & à quo. & eſt ratio, quia delegare, eſt mixti imperij, ergo non competit magiſtratibus municipalibus. d. l. ea quæ. ff. ad municip. Quintò non obſt. text. in §. ſi verò etiam quidam iure. in authē. de exhib. reis. vbi iudices dati ab ordinarijs ſeu ex ſacra forma, non poſſunt aliquid facere contra contumaces, & ſic non poſſunt mittere in poſſeſsionem: quia reſpondeo, quòd ille text. loquitur in iudicibus datis, qui habent tantummodo iudicandi facultatem: nos verò loquimur in iudice cui eſt mandata iuriſdictio, inter quos caſus eſt magna differentia, vt ſuprà latè oſtendi.

Vltimò non obſt. ratio Iaſ. dum dicit, quòd ſecundum hunc intellectum aduerſatiua, quæ verò, non aduerſaretur in iure & in facto ſecundum l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infe. Nam iſtud eſt leuiſsimum, quia iuri aduerſatur: quia principium loquitur de cauſis ſpecialiter competentibus, & ideo indelegabilibus: verſiculus verò loquitur de cauſis competentibus iure magiſtratus, etiam ſic, quæ generaliter delegantur. Adducuntur etiam quædam rationes ſatis fragiles, veluti text. in l. vbicunque de regul. & tex. in §. ſi verò ignoti. de teſti. in auth. & quædam alia, quibus reſpondi in voce. Facias ergo duas concluſiones. Prima eſt,

71 † quòd mixtum imperium regulariter delegari poteſt. quod intellige, quando delegatio fit per vicem iuriſdictionis mandatæ. & ita loquuntur iura pro iſta parte. Secùs puto de iudicibus datis, ex quo tales non dicuntur habere adminiſtrationem, ſeu iuriſdictionem aliquam, vt declaraui ſ. in rub. Et propterea tales iudices dati non exequuntur ſententias ſuas. l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. Et tales non habent ius mulctandi. arg. l. iij. §. ſi quis ad pedaneum. vbi Alberi. ff. ne quis eum qui. l. ij. §. j. verſ. à competenti iudice. ff. ſi quis in ius vocat. l. aliud. §. inter mul-

72 ctam. ff. de verb. ſignif. cum ſimil. † Secundò intellige, quòd quamuis transferatur mandata iuriſdictione, tamen aliquando requirebatur ſpecialis conceſsio, puta cauſa reſtitutionis in integrum. d. l. fi. & in cauſa ſuſpecti tutoris. d. l. cognitio. quod vtrumque fuit ſublatum, & ſtatutum, quòd in generali mandato comprehēdantur, & hoc fauore reſtitutionis, & propter fa-

C. Quod ſedem.

uorem pupillorum, vt ibi probatur. † Secunda concluſio eſt, quòd quæ competunt ſpecialiter, 73
non delegantur: & ſic merum imperium non poteſt delegari. facit l. nemo poteſt ius gladij. ff. de reg. iuris. Limitatur per Abb. poſt Bartol. vt non procedat in modica coercione: pro quo facit text. in l. ſi quid. ff. de offi. procon. & in d. §. ſi verò ignoti. in authen. de teſti. Et licet Fulg. in fin. de offic. eius cui, &c. & in d. l. imperium. tenuerit quòd iſta coercio ſit mixti imperij, per d. l. fin. tu reſponde, eam intelligendo prout ſuprà dixi, quòd loquitur de modica coercione, quæ fit ad expediendum iuriſdictionem, prout eſt miſsio in poſſeſsionem, vel ius mulctandi. Nam ſolutio Bart. intelligentis eam de coercione verbali, quamuis Doct. cum eo tranſiuerint, tamen cauillat text. Et licet Abb. hîc & cæteri voluerint ius mulctandi eſſe meri imperij, tamē non probant aliquo iure: & credo quòd ſit mixti, quia expeditur perſecutionibus. d. l. j. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. & illa diſtinctio de publica vtilitate, vel priuata, ſuprà fuit confutata. Secundò fallit ſecundum Abb. hîc, poſt Bart. &
Doct. vt † non procedat quādo ordinarius ſe ab- 74
ſentat ex cauſa neceſſaria. §. ad hæc. in auth. de collato. & probatur in l. j. verſ. non aliter. ff. de offic. eius cui, &c. & eſt communis cōcluſio. Idem dicit Abb. hîc, & communiter Doct. ſi ſit infirmus, eadem ratione: de quo dic vt per Alexan.
in dicta l. prima. Sed † hîc cadit difficultas per 75
text. in d. l. placet. ſecundum intellectum quem ſuprà tenui, quòd principium loquatur in cauſis meri imperij, & excipiantur ſolùm duo caſus, ſcilicet occupationes publicæ, & multitudo cauſarum, ergo priores fallentiæ non ſunt veræ. Sed reſponde quòd text. in dicta l. placet. non loquitur in iudicibus quibus mandata eſt iuriſdictio, ſed in pedaneis & datis: vnde in talibus procedunt illæ duæ exceptiones, vt poſsint delegari pedaneo, quando ſunt occupationes publicæ, & cauſarum multitudo, intellige ſimilium, & ſic meri imperij, vt apparet ex verbis ſequentibus in text. ibi, omnia huiuſmodi negotia. Et cùm iudex datus detur etiam ad quemlibet articulum, eatenus dabitur quatenus important occupationes. Sed quando iudex eſt abſens vel infirmus, in totum eſt aduocatus à cognitione, per talem cauſam: vnde tunc non agitur de dando iudice, ſed de materia, danda in totum iuriſdictione. Et iſto caſu loquũtur Dd. & iura prę-
alleg. † Tertiò fallit ſecundum gl. Abb. & Dd. 76
hîc, & in d. l. j. vt non procedat de iure canonico: quia eo iure quicquid eſt cognoſcibile, eſt & delegabile. & hoc probatur in c. archiepiſcopatu. j. de rapto. vbi rex Siciliæ, qui eſt ſubditus pontifici, Clem. paſtoralis. de re iud. delegat cauſas meri imperij. Idem probatur in Clem. j. de hæret. & in c. licet. de offic. ordi. cum ſimil. vt hîc per Abb. & moder. & eſt communis opinio. Sed tu aduerte, quia contrarium videtur verius, pro qua parte ponderaui ſuprà eſſe tex. in iſto c. Secundo dico idem probari in c. ſi pro debilitate. ſuprà de offic. deleg. vbi non poteſt delegari cauſa ardua, niſi ex iuſta cauſa, puta debilitatis vel ſimili. & iſtud ibi probatur per arg. à contrario ſenſu. nec reſponſio Abb. ibi eſt bona, vt

etiam

etiam aduertunt moder. & bene. Tertiò facit
text. in c. paſtoralis. eod. tit. ibi, neceſsitate exi-
gente. Et quamuis illi tex. loquatur in delegatis
Papæ, tamen probant à fortiori, idem eſſe in or-
dinarijs, vt probabitur in ſeq. limitatione. Quar-
77 tò facit, quia † non debemus inducere differen-
tiam inter ius ciuile & canonicũ, imò debemus
concordare quantum poſſumus. c. j. de oper. no.
nun. cũ ſimilibus. Nec obſtant iura allegata pro
communi, quia vltra reſponſiones Feli. hîc re- A
ſpondetur primò ad tex. in d. c. in archiepiſcopa
tu. ꝙ quamuis rex Siciliæ ſit ſubditus Papæ, ta-
men habet iura principis, & illi competunt o-
mnia reſeruata: quia quando Papa creat regem,
ſtatim illi quæruntur etiam reſeruata, ex quo ta-
lia ſolent cõpetere regibus. ita dicit notabiliter
Bal. in tit. quæ ſint regalia. c. j. in fin. & ſequuntur
ibi moder. & conſequẽter in dicto c. fuit facta de-
legatio cauſarum criminalium, quod potuit fie-
ri, quicquid dicat Abb. hîc. & facit quod not. B
Bald. in conſil. cclix. quemadmodum Impera-
tor. in iij. lib. vbi loquitur de duce Mediolani,
qui eo ipſo quòd ab Imperatore habuit inueſti-
turam Ducatus, cenſetur habuiſſe omnes alias
res reſeruatas principi. Notant moder. in l. ex
hoc iure. ff. de iuſt. & iure. Nec obſtat text. in di-
cta Clemen. quia illud videtur ſpeciale in cauſa
hæreſis, propter fauorem fidei, vt ibi per Card.
& per Felin. hîc. Præterea ibi non eſt propriè de-
legatio, & ſic conceſsio iuriſdictionis de delegã- C
te in delegatum, iuxta l. j. §. j. ff. de offic. eius cui
mand. eſt iuriſd. quòd apparet, quia poteſt inqui
ſitor procedere etiam ſi non fiat delegatio, ſed
habeat ſimplicem conſenſum ordinarij, vel eius
delegati, vt ibi probatur. Et ſic remouetur po-
tius obſtaculum, ꝙ obſtabat iudici aliàs haben-
ti iuriſdictionem. facit quòd not. Anch. in c. hi
qui. de præben. in vj. & Felin. in c. cùm ex officij.
in xvj. col. verſ. & quia multipliciter. ĩ. de præ-
ſcript. Nec obſtat, quòd ibi etiam delegatus e- D
piſcopi vel Capituli cognoſcat: quia quoad e-
piſcopũ, intelligitur de eius officiali, prout tex.
in prin. ſe declarat: quoad Capitulum, eſt ſpecia-
le, propter iuſtum impedimentum, ex quo non
eſſet conueniens quòd omnes de Capitulo veni
rent. Poteſt etiam reſponderi vt dicam in ſequen
ti fallentia. Non obſtat c. licet. de offic. vica. quia
iſtud procedit in vicario epiſcopi, qui poteſt æ-
quiparari legato proconſulis, in quo etiam me-
rum imperium delegatur. l. ſolent. ff. de offic. pro E
conſ. vnde multa cõpetunt iſtis vicarijs, quæ nõ
conceduntur cæteris delegatis. c. conſtitutus. de
cõceſſ. præben. c. ſtatutum. de præbẽ. in vj. & per
Feli. hîc, & iſtud tanto magis procedit, tenendo
quòd talis vicarius habeat ordinariam tanquam
conſtitutus, de conſcientia legis, de quo dixi ſ.
in rub. Præterea poſſet teneri, quòd etiam iſtis vi
carijs non poſsit concedi cognitio, quę reſpiciat
gradus maiores meri imperij, ſed tantũmodò mi
nores: quod innuit ille text. dum dicit, poſſe cõ- F
cedi facultatem puniendi aliquos exceſſus, pon
78 derando † dictionem, aliquos, quæ verificatur
in minoribus exceſsibus. Clem. j. vbi gloſſ. &
Card. de for. comp. Bald. in l. j. C. de inoffic. do-
nat. Bald. Rom. & Corn. in l. ſicut. C. de teſta.
milit. Iaſ. in l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iud. cum
concord. Præterea puto aduertendum: quia non
videtur, quòd iſti gradus maiores meri imperij
ſint de iure canonico, prout tenuit Abbas, ſed
potiùs habeantur pro modica coercione, quæ

ſine pubio tranſit in vicarium: tanto magis te-
nendo, quòd habeat ordinariam, de quo dixi
in rubr. Et pro hoc facit, quia ſi bene aduerta-
mus † iſtæ pœnæ iuris canonici non fiunt in vl- 79
tionem delicti, & ſic principaliter reſpectu publi
cæ vtilitatis, prout ſunt pœnæ iuris ciuilis. l. lici-
tatio. §. quod illicitè. ff. de pub. ſed ſimpliciter im
ponuntur, vt delinquens pœniteat, & ſaluet a-
nimam ſuam: & ſic principaliter imponuntur
propter vtilitatem priuatam. Et de pœna perpe-
tui carceris, probatur in cap. nouimus. in fi. ĩ. de
verb. ſig. & in c. quamuis. de pœn. in vj. Idẽ etiam
eſt in detẽtione in monaſterio. c. Roman⁹. lxxxj.
diſtin. c. tuæ. ĩ. de pœnis. † Vnde tales detruſi di- 80
cuntur pœnitentes. c. ſi ille. 50. diſt. & probatur in
c. vt famæ. j. de ſent. excõ. vbi clerici detrudũtur
in monaſteria, vel etiam in perpetuos carceres,
vt agant pœnitentiam. Quòd ſi eam non agant,
ſed ſint incorrigibiles, traduntur curiæ ſæculari,
& hoc propter pubicã vtilitatem, ne delicta re-
maneant impunita: & ſic publica vtilitas non
conſideratur, niſi in caſu, quo traduntur curiæ
ſæculari. Et iſta traditio non videtur, quòd æ-
quiparetur morti, prout præſupponit Abb. poſt
Innoc. quia prælatus talis non condemnat, ſed
ſimpliciter eijcit extra ſortem domini: & poteſt
ſæcularis tales eiectos abſoluere, vt not. in cap.
cùm non ab homine. ĩ. de iudi. † Cùm ergo tales 81
pœnæ imponantur ad pœnitentiam, non ſunt ca
pitales, vt probatur ex not. per Bart. in l. ij. in pe-
nult. col. ff. de publ. delic. vbi ſi ſtatutum dicat, ꝙ
banniti à centum libris ſuprà, poſsint impunè
offendi, non dicetur inde inferri pœna capita-
lis, quia imponitur ſolummodò, vt bannitus de-
lictum purget & emendet, vt ibi per eum: & con
ſequẽter tales pœnæ potiùs ſunt ſimiles modicę
coercioni. pro quo facit text. in c. contra idolo-
rum. xxvj. q. v. vbi quo crimine ſerui flagellãtur,
& ſic puniũtur modica coercione, l. magiſtrati-
bus. ff. de iuriſd. om. iudic. eo crimine liberi de-
truduntur in monaſterium vel in carceres. Et ſi
vera eſſet definitio meri imperij poſita per Abb.
hîc, tales pœnæ non eſſent de illo imperio, quia
reſpiciũt priuatam vtilitatem, vt ſ. dixi. Ad alias
rationes, quæ afferuntur pro iſta limitatione, re-
ſponde vt per Feli. hîc. † Quartò fall. in delega- 82
to principis, quia ille ſubdelegat etiam merum
imperium. c. venerabili. ſ. tit. ij. c. fin. §. j. eod. tit. l.
j. C. qui pro ſua iuriſd. in fin. Clem. j. de hæret. cũ
ſimilibus. Et iſta videtur magis communis opi-
nio, licet pro alia parte ſint etiam maximæ auto-
ritates, vt per Alex. in d. l. j. in quatuor vlt. colum
nis. Et quòd imò delegatus principis non ſub-
deleget merum imperium, eſt regula generalis
poſita in l. nemo poteſt gladij. ff. de regu. iuris.
quæ fortius probat põderando negatiuam præ-
poſitam verbo, iuxta not. in c. j. de reg. iur. in vj.
& in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & huic regulæ
videtur adhærendum, per gl. in l. omnis defini-
tio. ff. de reg. iur. Poteſt etiam reſponderi ratio-
nibus contrarijs, vt per Alex. & ĩ. dicam.

Secundò vltra Doct. videtur iſta concluſio pro
bari in c. in archiepiſcopatu. de raptorib. vbi de-
legatus eccleſiaſticus regis Siciliæ, cauſam re-
quirentem ſententiam ſanguinis remittit ad re-
gem: certè ſi potuiſſet ſubdelegare, non debuiſ-
ſet remittere, iuxta gloſſ. in c. clericis. & c. ſenten
tiam. ĩ. ne cler. vel monach. Tertiò probatur, quia
ſicut ordinarius non delegat merum imperium,
ergo nec delegatus: quia quoad ius delegandi,
maiorem



maiorem poteſtatem habet ordinarius, quàm
delegatus principis, vt probatur in authent. ad
hæc. C. de iudi. ſa. quod not. Abb. in cap. cùm
Bertoldus. infrà de re iud. vbi ordinarius poteſt
delegare cum poteſtate ſubdelegandi, & tamen
delegatus principis non poteſt. ſequitur Alexan.
in l. à iudice. C. de iudi. & habetur in cap. ſuper
quæſtionum. §. porrò. ſuprà de offic. delegat.
Quartò probatur in dicto cap. ſi pro debilitate. ſ.
titul. ij. argum. à contrario ſenſu, quod eſt efficax
in iure, vt ſuprà dixi. Quintò probatur in l. à iu-
dice. in fin. C. de iudic. quæ aliàs in dicto verſic.
eſſet indubitabilis. Et facit, quia talis delegatus
non habet aliam facultatem ſubdelegandi, cùm
cautum ſit illa lege, vt probatur in cap. paſtora-
lis. in princ. ſuprà titul. ij. Sed illa non refertur ad
cauſas meri imperij. Nec obſtant allegata in con-
trarium; & primò text. in cap. venerabili. quia
loquitur in infirmo; quæ cauſa eſt ſufficiens ad
delegandum etiam in ordinario, vt ſuprà vidi-
mus. Nec obſtat tex. in dicto cap. fin. §. j. quia vl-
tra Modern. in dicta l. j. poteſt reſponderi, quòd
text. parificet, ſiue commiſſio habeat dictionem
perſonaliter in cauſis pertinentibus ad vtilita-
tem partium, ſiue ſimpliciter fiat de inquiſitio-
ne: quia propter grauitatem cauſæ, videtur ele-
cta induſtria. Et iſto vltimo caſu non attenditur
conſenſus partium, ex quo commiſsio reſpicit
ius publicum, quod conſenſu partium non con-
ceditur. l. ius publicum. ff. de pact. Et puto quòd
illum text. ita voluerit inducere Anton. de But.
hîc. Non obſtat dicta l. vnica, dum ibi dicitur,
quòd delegatus principis ſubdelegat, perſona-
rum cauſarumque habito tractatu: quia intelli-
gitur de cauſis & perſonis, de quibus in princ. l.
vbi dictum fuit, quòd ordinarij non delegant,
niſi cauſas ad iuriſdictionem ſuam pertinentes,
in delegatos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos: quæ di-
ſtinctio non habet locum in delegatis principis,
cùm princeps vbique habeat iuriſdictionem.
Non obſtat dicta Clem. j. de hæret. quia reſpon-
di in præcedentibus. Præterea faciliùs delega-
tur collegæ, quàm alteri. cap. ex literis. ĩ. de in in-
teg. reſtit. & per Hoſtienſ. hîc, prout eſt in illo
caſu, in quo ambo tam ordinarius, quàm inqui-
ſitor habent iuriſdictionem aduerſus hæreticos.
Ad cætera argumenta reſpondet optimè Alexã.
in d. l. j. dic vt per eum. Et limita aliam commu-
nem quatuor modis, vt per Moder. in d. ca. ſi pro
debilitate. Dantur & aliæ limitationes ad prędi-
ctam concluſionem principalem per Moder. in
83 d. l. j. qui tenent, † quòd in caſibus, in quibus me-
rum imperium delegatur, poſsit delegat⁹ etiam
procedere ad vltimum ſupplicium. Et ita eſt cõ-
munis opin. reprobata gloſſ. in l. fin. C. de offic.
eius, qui vicem, &c. quicquid dixerit Abb. hîc.
Et in quantum Abb. dicit cauſam iuriſdictionis
vltra trecentos aureos non poſſe delegari, cum
quo omnes tranſeunt, tu teneas cõtrarium: quia
text. in d. §. iudicare. nihil facit, & potiùs probat
contra Doct. declarando vt ſuprà dixi. Et dum
Abbas enumerat quatuor gradus dignitatum,
dic quòd etiam eſt gradus perfectiſsimus. per l. j.
C. de perfectiſ. dignit. libr. xij. & vide quæ latè di
xi in diſpunct. libr. iij. cap. iiij. Circa poſtremam
84 quæſt. Abb. dum quærit, † quibus competat me-
rum imperium, & diſtinguit poſt Bart. in d. l. im-
perium. fac quatuor cõcluſiones. Prima eſt, quòd
qui præeſt prouinciæ, habet merum imperium.
85 l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. Et †

quæ dicatur prouincia, dic vt per Cyn. in l. fin. C. C.
de præſcrip. longi temp. & vide Bart. in extraua.
qui ſint rebelles, in dictione Lombardiæ. Sed
contra hanc concluſionem facit, quia præſes nõ
poteſt deportare in inſulam incõſulto principe.
l. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij. & tamen habet merũ
imperium. Gloſ. in d. §. qui vniuerſas. reſpondet,
quòd iſtud eſt quia non habet inſulam, quod eſt
falſum. l. relegatorum. §. j. ff. de interdict. & releg.
A l. cùm nauarchorum. C. de nauic. lib. xj. Aliter re-
ſpondet Iacob. de Rauen. ibi, quòd iſtud ſit, quia
deportatio infligitur nobilibus, ſicut plebeis de-
capitatio. l. inter pœnas. in fin. ff. de interdic. &
releg. l. capitalium. in fin. ff. de pœnis. Vnde cùm
agatur de punitione viri nobilis, cõſulendus eſt
princeps. l. diui. ff. de pœnis. & ita etiam tenet
Raph. Comen. in d. §. hi quibus. Sed iſta ſolutio
eſt dubia, quia videtur quòd quilibet liber ho-
mo, quamuis non nobilis, deportetur. l. eius qui.
B ff. de teſtamen. l. ſi is qui. circa medium. ff. de in-
iuſt. rup. &c. Puto quòd iſtud ſit, quia tale ius ſpe
cialiter non eſt præſidi conceſſum. d. l. aut dam-
num. §. præfecto. ff. de pœnis. Nec in iſta materia
credo quòd valeat argumentum, Iſte eſt clariſsi-
mus vel ſpectabilis; ergo habet ius gladij: quia
principes antiqui habebant iſta officia pro di-
ſtinctis, & alia alijs competebant. d. §. præfecto. † 86
Secunda concluſio eſt, quòd qui præſunt ciuita-
ti tantum, regulariter non habent merum impe-
C rium, ſed ſolùm iuriſdictionem minimam. §. au-
dient. in authen. de defenſo. ciuit. Cum iſta con-
cluſione tranſeunt communiter Doct. Sed tu ad-
uerte, quia in contrarium facit quod not. Bart. &
Ioan. de Plat. in l. j. C. de metrop. Bery. libr. xj. vbi
maximę ciuitates habent merum imperium: me-
diæ, mixtum: minimæ, iuriſdictionem. allegant
text. in l. ſi duas. §. decem. ff. de excuſ. tut. Puto ꝙ
concluſio Doct. hîc & in d. l. imperium. ſit verior,
quia merum imperium omne eſt in manu princi
D pis. c. j. quæ ſint regalia. & ibi Bald. in vlt. col. &
Bal. in extrau. de pace Conſtan. in princ. in verb.
iuriſdictionem. & facit l. j. in verſ. regimentis. ff.
de off. præfect. præt. Idem tenet Alb. de Roſ. in d.
l. imperium. in nona col. per tex. in l. vnic. ff. ad l.
Iul. de amb. & in §. iudices. de pace iuram. firm.
in feud. Vnde † quando princeps conſtituit ali- 87
quem ſupra prouinciam, cẽſetur tradere merum
imperium: ſi verò conſtituat ſupra ciuitatem, cen
ſetur concedere iuriſdictionem minimam tantũ,
E niſi conſuetudo aliter dictet, prout in poteſtatib.
ciuitatum qui ſunt hodie. Non obſt. d. §. decem.
quia maxima ciuitas dicitur metropolitana, in
qua præſides debent reſiſtere, vt not. in l. j. ff. de
offic. præfect. Auguſt. & in l. ſi in aliquam. ff. de of
fic. proconſ. & propterea ibi eſt forum ordinariũ
omnium cauſarum, nõ ex perſona ciuitatis, quia
ipſa habet tantummodo iuriſdictionem mini-
mam, ſed propter præſidem. Si verò ſint aliquæ
ciuitates, quæ ex priuilegio habeant proprium
F forum, & in quibus fortè debeat aliquando præ-
ſes conuenire, iuxta l. ciuitas Rhodiorum. C. de
off. rect. prouin. tales dicuntur mediæ ciuitates.
& ita intelligo d. §. decem. † Tertia concluſio, ꝙ 88
caſtrum ſeu villa exiſtens in territorio ciuitatis,
non habet aliquam iuriſdictionem, niſi quaten⁹
reperiatur ſibi conceſſa per ſuperiorem: imò iu-
riſdictio eſt in ciuitate. Et vltra iura allegata per
Docto. optimè probatur in l. pupillus. §. territo-
rium. ff. de verb. ſigni. Fundamentum enim Bart.
eſt erroneum, dum præſupponit poſt Azonem,

Quod ſedem.

municipium eſſe caſtrum in territorio ciuitatis:
imò municipium eſt propriè ciuitas, quæ, licet
capeſſat munera cum P.R. tamen proprias léges
habet, vt probatur in l.j.ff.ad municip.& in l. mu
nus.in fin.ff.de verb.ſignif.& declarat Gellius in
Noctibus Atticis.

Contra iſtam concluſionem Bar.& Abb.& cę-
terorum, videtur facere, quod notat.Bartol.in l.ſi
quando.C.de bo. vacan. lib. x. cùm concord. ibi
89 per Alexand.vbi† ſi princeps donat caſtrum, in-
telligitur etiam donare merum imperiũ, ex quo
caſtrum eſt nomen vniuerſitatis & territorij, cui
cohęret iuriſdictio, ſecundum Bal.in c.j.de cont.
inueſt.Sed reſponde, quòd iſtud debet intelligi,
quando princeps donat caſtrum, quòd habeat ex
ſe merum imperium, quia iam ſit ſegregatum à iu
re ciuitatis: aliàs non præſumeretur velle auferre
de iure ciuitatis, & tribuere alteri.l.fi.C. ſi contra
ius vel vtil. publ. l. j. §. meritò.ff.ne quid in loco
publ.& ita poteſt intelligi quod notat Bar.in l.j.
C.de excuſ.mun.libr. x. licet Iaſ. dubitet de illa
90 deciſione, in l.j.in fi.de iuriſd.om. iud. † Sed po-
ne, quòd princeps ſeparauerit caſtrum à iuriſdi-
ctione ciuitatis, & dono dederit illud cum mero
& mixto imperio alicui ſuo Baroni, nunquid po-
terit talis donatarius conſtituere vicarium vel p̃-
torem, qui cognoſcat de cauſis criminalibus lo-
co ſui? Videret̃ quòd non, per d.l.j.& l. nemo po-
teſt gladij.& ita videtur ſenſiſſe Spec.in tit. de iu
riſd.om.iud.ver.qui autem.& ita firmat Picus in
d.l. imperium. In contrarium vrget deciſ. Raph.
Fulg.in conſ.j.vbi loquitur in fortioribus termi-
nis, videlicet de feudatario, ſeu eius emphyteu-
ta. Credo iſtud verius, quia allegata in contrariũ,
loquuntur in officialibus: ſed quæſtio noſtra pro
cedit in eo, qui habet ius perpetuum, & eſt domi
nus rei, vnde poteſt quẽ vult conſtituere, qui co-
gnoſcat cauſas criminales.arg.l.in re mãdata. C.
mandati.facit quod not.Bar.in l. ſpadonem. §. ſi
91 ciuitatis.ff.de excuſ.tut.† Sed nunquid nati in ta
li caſtro debeant admitti in collegium Doctorũ
ciuitatis, in qua viget ſtatutum, vt in ea non ad-
mittatur niſi natus in ciuitate, vel eius comitatu?
Picus in d. l. imperium. tangit, & inclinat quòd
non debeant admitti: quæ opinio eſt verior, quia
cùm caſtrum ſit ſeparatum, non dicitur eſſe in ter
ritorio ciuitatis, ex quo ciuitas non habet ius te-
nendi, & ſic iuriſdictionem.d.l.pupillus.§. terri-
torium. Et idem eſt comitatus in ſtatutis, quod
territorium, vt per Card. in Clem. ne Romani. §.
ſanè.in vj.q.de elect.de quo per Andr.Sicul. in c.
92 veniens.j̃.de præſcr.† Sed hîc cadit pulchra quę-
ſtio, an ſi tale caſtrum eximatur de iuriſdictione
ciuitatis, debeant in eo ſeruari ſtatuta ciuitatis.
Et ex d.l.imperium.per doctr.Bar.ibi, videtur di
cendum quod non, quia tale caſtrum æquipara-
tur ciuitati, vt ibi per Bar.ſed ciuitas regitur ſecũ
dum propria ſtatuta. Teneo contrarium, prout
conſuluit Alex.conſ.clj.in ij.col.ſecundo vol. qa
per talem ſeparationẽ non amittunt ſtatuta, quæ
prius habebant, niſi tale caſtrum ſeparatum ap-
plicaretur alteri, vt per Bar.in l.ſi conuenerit.§. ſi
nuda.ff.de pig.act.cum concor. Et iſtud amplia-
tur, etiamſi in tali caſtro eſſent particularia ſtatu-
ta: & diceretur, quòd deficiẽtibus ſtatutis caſtri,
recurreretur ad ius commune: nam adhuc recur-
reretur ad ſtatuta ciuitatis, ex quo iſtud eſt de iu-
re communi, vt caſtrum regatur ſecundum ſtatu-
ta ciuitatis. §. fin. Inſtit. de ſatiſdat. & ita conſu-
luit Rom.conſil.ccxviij. præſens. & Soc. conſil.
lxxxj. Sed iſta ampliatio eſt contra manifeſtam
mentem ſtatuẽtium: & facit, quòd tale ſtatutum
nihil operetur, vnde non puto quòd ſit vera, ſal-
tem in caſtro exempto ſeu ſeparato, quia tale nõ
ſubijcitur ciuitati: vnde ceſſat ratio Lud. Rom.
& ita conſuluit conſil. cclxxj. In caſtro verò non,
exempto poſſet teneri d.opinio, quod nota, quia
quotidie occurrit. In quantum in iſta concluſio-
ne Abbas dicit, quòd in caſtris ſubiectis ciuitati
A ſolet mitti vicarius, qui cognoſcit vſq; ad ccc.ſo-
lidos, cauſas verò grauiores remittit ad ciuitatẽ:
intellige Abb.loqui de ciuitatib.quę ex conſue-
tudine omnimodam habent iuriſdictionem, de
quibus per gloſſ.in d.l.fin. C. de præſcript.longi
temp. aliàs de iure communi iſta caſtra non ha-
bent aliquam iuriſdictionem, vt per Bartol.in l.j.
§.cùm vrbem.ff.de off.præfect.vrb. & coram iſtis
vicarijs proceditur, quamuis libellus ſit ineptus,
quia vt plurimùm ſunt laici & ignari iuris, vt per
B Bal.& Salic.in auth.niſi breuiores. C. de ſenten.
ex peric.recit.& Alexã. conſ.lxj.penul. col. in ij.
Quarta concluſio eſt, † quòd qui præeſt vniuerſi-
tati non habenti territorium, non dicitur habere
merum imperium.l.fin.C. de iuriſd. om. iud. ſed 93
ſolùm cognitionẽ circa illam artem, de qua ſunt
collegiati. Fallit in Rectore ſeu in Doctore legen-
te.auth.habita.C.ne filius pro pat. licet non ſer-
uetur de conſuetudine. Tu adde aliam fallent.in
caſu l.ex eo.C.de agent.in reb.lib.xij.vbi nedum
C conceditur merum imperium, ſed etiam delega-
tur: quòd eſt notabile. Contra prædictam conclu
ſionem facit, quia talis poteſt ſtatuere, & ſic con-
dere legem, vt ibi per Bart.& in l. omnes populi.
in ij.quæſt.primæ partis principalis.ff.de iuſt. &
iure. Bald. in l.ij. C. de conſtit. pecu. ergo habet
merum imperium. Reſponde vt s̃.dixi, quòd con
dere ſtatutum nõ eſt de mero imperio, quicquid
præſupponat Bar.in d.l.imperium.& in d.l.j.vbi
Alex.ff.de iuriſd.om.iud. Aduerte tamen, † quia 94
D licet collegium Doctorum poſsit facere ſtatuta,
non tamen poteſt aliquid de nouo ſtatuere vltra
veterem conſuetudinem, per quod grauẽtur de-
inde alij, qui ſunt admittendi, ſecundum Bald.
in d.auth.habita.in ij.col. Et propterea, in con-
tingẽtia facti, dixi quòd collegium medicorum,
qui ſtatuerunt, ne quis in illud admitteretur, cu-
ius pater artem vilem exercuiſſet, non potuerat
iſtud facere, niſi tale ſtatutum confirmaretur à
principe. Vltimò, † in quantum Abbas hîc dicit, 95
E quod excommunicatio eſt meri imperij, ſecun-
dum Inno.in c.tranſmiſſam.de elect.niſi quando
infligeretur in fauorem priuatum, puta in pœnã
contumaciæ in cauſa pecuniaria: quia tunc ſecũ-
dum eum, erit mixti imperij. Idem tenet in c. cũ
contingat.j̃.de foro compet. Adde, quòd Iaſon
in d.l.imperium.tenuit, quòd in iſto vltimo caſu
ſit iuriſdictionis, & ſic expediatur officio merce-
nario: quod fortè eſt verius, ſecundum definitio-
nes per me ſuprà traditas.
F † Sed videndum eſt, cui pœnæ æquiparetur i- 96
ſta excommunicatio: & videtur quòd æquipare-
tur morti.ca.per venerabilem. vbi Abb. qui filij
ſint legit.cap.j.j̃.de homicid.&c.j.de fur.& facit,
quia iſta eſt maxima pœna quę imponatur de iu-
re cano.ſecundum Inn. in c.qualiter. §. ad corri-
gendos.infrà de accuſ. Et eſt ratio, quia occîdit
animam, vt not.in cap.cùm infirmitas. de pœnit.
& remiſ. Alibi gloſ. in §. minor.Inſtit.de cap.di-
mi.dicit, quòd æquiparatur interdictioni aquæ
& ignis, & conſequenter etiam deportationi: &
ita te-



nent Ang.Alex.& mod.in l.Gallus. §. & qd
ſi tantũ.ff.de lib.& poſth. & videtur probari in c.
ſicut.xj.quæſt.iij.cum trib. ſeq. Idem tenet Ang.
in diſputatione incip. duo ad inuicem litigãtes.
in j.col. Alibi gl.in c.paſtoralis. j̃. de appell. dicit
quòd æquiparatur relegationi: & illam gl. ſingu-
larem dicit Card.in c.perpendimus.j̃. de ſenten.
excom.& ſequitur eam Abb.ibi.Bar. in l. ij. ff. de
pub.iud.dicit, quòd non eſt pœna capitalis, ex q̊
A excommunicatio eſt medicinalis. c. j. j̃. de ſent.
excomm.in vj.& ſequuntur ibi Ang.& Imol.Sed
Abb.ſuprà videtur innuere, quòd excommuni-
catio ſit minoris gradus meri imperij, & ſic æqui
paretur modicæ coercioni.c.ex literis.s̃.de offic.
deleg.& ita expreſsè tenet hîc, dum dicit, quòd
competit quibuslibet ordinarijs iuris canonici,
etiam inferioribus. & ſic iſtæ doctrinæ videntur
inuicem contrariari. Quid tenendum? Puto di-
ſtinguendum: quia aut loquimur quoad animã,
B & videtur æquiparari morti, & eſt maxima pœ-
na, & regulatur ſecundum naturam delicti pro-
pter quod infligitur. Aut loquimur ex ſe, quoad
poteſtatem inferentis, & videtur verior opinio
Bart.& etiam Abb. hîc. Non obſt. quòd quidam
moder.reſpondentes ad rationem Bart.in d.l.im
perium.dicunt, quòd quando excommunicatio
fertur à lege in pœnam delicti, non dicitur medi-
cinalis: quia reſpondeo, quòd imò etiam tunc
fertur pro contumacia: quia Canon intendit mo
C nere, quòd quilibet abſtineat ab eo, propter qd'
excommunicat, ſecundum Card.in d.c. perpen-
dimus.in iij.quæſt. Vnde ſi quis velit ſe corrigere
ex ſolo crimine, non eſt excommunicandus. xj.
q.iij.nemo.Inn.in c.j.j̃.de exceſſ. prælat. vnde e-
97 tiam tali caſu dicitur medicinalis. † Et propterea
ſi quis in morte pœniteat, quo ad Deum non ha-
betur pro excommunicato, vt not. in c. à nobis.
98 ij.j̃.de ſent. excõm. & per Imol.in l. ij. † Idem de
iniuſtè excommunicato.xxiiij.q.j.c.quodcũque.
D per Card. & Abb. in c. ab excommunicato. s̃. de
99 reſcr. † Et non debent etiam Prælati eſſe faciles
ad excommunicandum pro re leui, puta pro fur-
to gallinæ.xj.q.iij.nullus.& per Card.in d.c.per-
pendimus. quod malè ſeruatur hîc.

# De Iudiciis.

†Dd. lib. 2. tit. 1.

## *Rubrica†.*


1 *Iudex præparatorij cognoſcit etiam in principali.*
3 *Iudicij definitio, eiuſq; explicatio.*
4 *Iudicij exordium litis conteſtatio.*
5 *Cauſa quando dicatur.*
6 *Iudicium quandoq; ante litem conteſtatam dicitur.*
8 *Inquiſitionis iudicium an ſit extraordinarium.*
9 *Iudicij extraordinarij deſcriptio.*
12 *Ius patronatus mixtum.*
14 *Cauſæ ciuilis & criminalis deſcriptio.*
16 *Actio ad remouendum ab officio tutelæ interdum ciuilis.*


CONTINVATVR. Rub. ſic:
ſuprà dictum eſt de præpa-
ratorijs iudiciorum, nũc de
iudicijs [a]. Ex quo inferunt
Mod. quòd præmiſsis præ-
paratorijs infertur ad prin-
cipalem diſpoſitionem: ex
quo inferunt multa, de qui-



bus hîc per eos. Hinc † iudex præparatorij etiam Rubrica.
in principali cauſa cognoſcit, l. ordinarij. C. de 1
rei vend. vbi Bald. dicit, quòd ſi quis agere velit
contra laicum, & contractum, quem iurauit, di-
cat ſimulatum, vnde petat abſolutionem, epiſco-
pus poterit etiam cognoſcere in cauſa principa-
li. Et hanc concluſionem ſequitur Alexan. & hîc
per Mod. Adde, quòd in contrarium facit doctri-
na Bart.in l.ij.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi† ſi agatur 2
A de ſucceſſione paterna, & filius dicatur illegiti-
mus, etſi matrimonij probatio ſit præparatoria,
& verti debeat coram iudice eccleſiaſtico, ea ta-
men ventilata agetur ad principale, id eſt, peti-
tione hæreditatis coram ſeculari: & ſic oſtendi-
tur falſa regula Bald. Ad idem & ſecundò facit,
quia cùm petens abſolutionem alleget turpitu-
dinem propriam, non debet in eius facultate e-
tiam mutare forum, per ea, quæ traduntur in l.
iuſiurandum & ad pecunias. §. fin. ff. de iureiu-
B ran. l. de tutela. C. de in integr. reſtit. nam licet
poſſit quis allegare turpitudinem ſuam contra
eum, qui eſt particeps, eſt verum, quoad exi-
mendum ſe ab obligatione; non autem quoad
mutationem iudicij. Pro opin.tamen Bald. quę
in practica obtineret, facit, quod ipſe Bald.not.
in rub.s̃.de conſtit.in fin.vbi dicit, quòd licet de
cauſa matrimoniali non poſsint laici diſponere,
tamen vbi habent facti certitudinem, poſſunt ſe-
cundum canones iudicare: & ita tenet Archid.
C xcvj.diſt.c.bene. Ergo in ſimili idem de eccleſia-
ſtico. vbi enim habebit facti certitudinem, con-
tractum eſſe ſimulatum; non ſolùm poterit à
iuramento abſoluere, ſed etiam ſecundum leges
poſtea iudicare. Et pro iſta opin. Bald. eam ſuſti-
nendo inhærendum eſt huic fundamento, tan-
quam per iuramentum cauſa facta ſit eccleſiaſti-
ca, c.fin.de foro compet.lib. vj. quod videtur ve-
rum, quando vterque, tam actor, quàm reus, iu-
rauit. Nec obſt.reſponſio Mod. quòd ille text.lo-
D quitur, quando agitur ad obſeruationem contra-
ctus: nos verò, quando agimus de diſtractu: &
quando quis ſortitur forum ratione contractus,
ſi agatur de reſolutione, non ſortitur illud fo-
rum, l. ij. C. vbi, & apud quem cog.reſtit. in in-
teg.& vide quæ dixi in c.j.j̃. eo. nam reſpondeo,
quòd ille text. potiùs probat noſtram opin. ex
quo ibi illud fit propter regulam, vt actor ſequa-
tur forum rei. vnde ſi iſta regula præualet etiam
quòd varietur forum actoris, quantò magis in no
E ſtro caſu, in quo nihil variatur, ex quo tam actor,
quàm reus, iurãdo ſubdiderint ſe eccleſiaſtico?
Vnde ceſſant rationes Mod. dum dicũt, actorem
non conſentire in eccleſiaſticum, ex quo inuitus
à reo ſub eo in exceptione cogitur. nam cùm à
principio, cùm iurauit, volens erat, & ex eo con-
ſenſu tradita eſt iuriſdictio: & hæc opinio, vt di-
xi, fundatur ſuper d.c.fin.de foro comp.qui text.
p̃bat in fortioribus terminis.nã ſi illud eſt, quã-
do aliàs aliquis incideret in periurium, quantò
F fortiùs debet eſſe, ne aliquis perſeueret in periu-
rio? quod quidem lex canonica magis abomina-
tur, arg.authen.credentes.in fin.C.de hæretic.&
quæ not.in c.intelleximus.j̃. eod. ¶ Veniendo
ad dicta do.Abb.in † quantum definit iudicium, 3
quòd eſt actus trium perſonarum, &c.& dicit, q.
iſta definitio ſit vera, definiendo à communiter
accidentibus: & ſic habes, quòd ſatis eſt, ſi defi-
nitio definiat regulam: & ita tenent Aretin. &
Mod.hîc: puto, quòd iſta opin. non ſit vera, quia
cui non cõpetit definitio, ei nec definitũ, l.j.ff. de

dolo: ſed attenta hac opin. ſequeretur, quòd iu-
dicium inquiſitionis non eſſet iudicium, ex quo
illi non competit definitio: ergo, &c. nam data
hac opin. ſequeretur etiã, quòd res facta caſu ſpe-
ciali, non autem ſecundum regulam, non eſſet
propriè talis. Vnde teſtamentum factum coram
principe abſque teſtibus, non eſſet propriè teſta-
mentum, ex quo factum caſu ſpeciali, quod eſt
contra l. omnium. C. de teſta. Et contra hãc opin.
etiam facit, quia nos videmus definitiones com-
prændere etiam caſus ſpeciales, vt probatur in l.
j. ff. de teſta. iuncta d. l. omnium. Tertiò pro hac
opin. facit text. in l. j. ff. de reg. Cat. vbi Iuriſcon-
ſultus reprobat quandam definitionem, quia in
quibuſdam falſa eſt. Nec obſtat, ſi dicas, quòd illa
non ſit definitio, ſed deſcriptio, prout tenet Bar.
ibi; quia probat à fortiori. nam ſi deſcriptio non
eſt ſatis, quòd concludat regulariter, quantò ma-
gis definitio, quæ exprimere meliùs debet defi-
nitum? Quartò pro iſta concluſione facit regula,
omnis definitio. iuncta gl. ff. de reg. iur. nam ſi de-
finitio eſt periculoſa propter caſus ſpeciales: a-
liàs non eſſet periculoſa, vt dicit text. & per hanc
rationem infrà iſtam opin. tenet Iaſ. in rub. ff. ſol.
matr. Quintò facit tex. in d. l. j. ff. de dolo, vbi pri-
ma definitio ideo reprobatur, quia tametſi regu-
lariter dolus fiat per ſimulationem regulariter ta
men aliquando fit citra ſimulationem: & ita te-
nent etiam Moderniores hîc, licet opinionem
Abb. hîc, quæ videtur communior, teneat etiam
Alex. in rub. ff. ſol. matr. vbi ſaluat definitionem
dotis, & Aret. in l. j. ff. de teſta. pro quorum opin.
facit reg. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. text. ibi. Cir-
ca definitionem Abb. dum dicit, iudiciũ eſt cau-
ſæ diſcuſsio, quæ coram iudice fit: ex iſta defini-
tione colligè primò, quòd quando non diſcuti-
4 tur cauſa, non dicitur propriè iudicium: & † pro-
pterea iudicium propriè incipit à litis conteſta-
tione: ita tenet Abbas, Modern. hîc cum ſimilib.
Contrarium tenet gloſ. in rub. C. de in ius voc. Et
contra iſtam communẽ opin. arguo duobus mo-
dis: primò per doctri. Bar. in l. vbi acceptum. ff. de
iudic. vbi vult, quando citatus non habet aliquã
exceptionem declinatoriam, tunc iudicium inci
pit à citatione, aliàs verò incipit à litis conteſta-
tione. Nec obſtat, ſi ex mente Mod. reſpondeas,
quòd doctrina Bar. procedit ſolùm, quantum ad
iudicem, ad hoc vt iuriſdictio prӕoccupetur: quia
reſpondeo, quòd tex. in d. l. vbi acceptum. iuncta
doctrina Bart. appellat iudicium cœptum à cita-
tione: nec diſtinguit conſiderando dictionem Iu
dicium, ſed ſolùm ponit deciſionem. Vnde re-
ſtringere naturam verbi indeterminatè poſiti ad
caſum deciſionis tantùm, non videtur eſſe bene
dictum, tum propter regulã, quòd regula non re-
ſtringitur exemplis, l. j. §. quod vulgo. ff. de vi, &
vi arm. tum etiam, quia non ſubeſt ratio, cur iudi
cium debeat ſic propriè appellari à citatione re-
ſpectu præoccupationis, non autem generaliter.
vnde ratio videtur, quòd hęc vox diuerſo iure de
beat cẽſeri, l. eum, qui. ff. de vſucap. Fortiùs facit,
quia data opi. Mod. pro vera, ſequeretur, quia ex
quo iudicium non propriè hîc appellatur niſi re-
ſpectu præoccupationis, non eſt poſsibile, quòd
dicatur propriè iudicium: quia illud, quod dici-
tur ſecundum quid, non eſt propriè tale, l. mercis
appellatione. ff. de verb. ſig. vnde ſequeretur, ꝙ
tex. impropriè dixiſſet iudicium, quod eſt cõtra
auctoritatem Iuriſconſulti, ex d. l. vbi acceptum.
Secunda ratiò pro hac opin. contra communem
eſt, quia valet argumentum ab ordine titulorum,
Bar. in rub. ff. de teſt. tut. Mod. rub. ff. de off. eius,
cui. ſed in noſtro tex. præponitur rub. de iudic. ti
tulo de lit. conteſt. ergo iudicium dicitur ante li-
tem conteſtatam. Nec obſtat ſi diceres, qđ in no-
ſtra rub. capitur iudicium largè: quia non videtur
quòd ſubſit cauſa, cur hîc hęc vox capiatur largè.
cùm enim in dubio verba ſtrictè accipiantur, l. nõ
aliter. de leg. iij. cur non ſic factum eſt in caſu no-
A ſtro, vt titulus iſte poſtponeretur titulo de litis
conteſtatione: & tenendo hãc opin. nulla lex eſt,
quæ obſtet, præter text. in d. c. forus. de verb. ſig.
ad quem text. puto reſpondendum, quòd habet
intellectum, quem vulgò omnes illic tradunt. nã
ibi text. non venit declarando reſpectu proprie-
tatis vocabuli, ſed reſpectu rerum. nam quòd nõ
conſiderauit proprietatem, probatur, dum dicit,
quòd † cauſa eſt origo negotij nõdum diſcuſſi: & 5
tamen propriè & negotiũ diſcuſſum dicitur cau-
B ſa, Bar. & Scrib. in l. cauſas. C. de tranſa. Mod. hîc.
Item dum dicit, quòd vbi diſcuſſum eſt, dicit iu-
ſtitia: Iuſtitia ergo, ſecundũ eum intellectum cõ-
munem, eſt negotiũ diſcuſſum. quod abſurdũ eſt,
& contra definitionem, de qua Inſt. de iuſt. & iur.
in prin. Non ergo vult text. cõſiderare quicquam
de proprietate verborum, ſed voluit dicere, quòd
cauſa eſt generale verbum, & cõpræhendit prin-
cipium negotij, cùm proponitur, id eſt, cùm quis
deliberat, proponit litigare: id enim ſignificat
C proponere, l. reſpiciendũ. §. pe. ff. de pœnis, xxij.
q. ij. §. cùm dicitur. Vbi autem diſcutitur, eſt iudi
cium: intellige diſcuti, etiam vbi præparatoria di
ſcuſsionis tractantur, arg. l. ij. ff. de iur. omn. iud.
nam cùm reus non habeat exceptionem dilato-
riam, vel declinatoriam, certè incipiet tum diſcu
ti: vbi autem erit diſcuſſum & iudicatum, tunc di
cetur facta iuſtitia: & hoc modo ille text. non ob-
ſtabit: imò paulò ĩ. probat hanc opin. dum dicit,
iudicium eſt iuriſdictio. nam clarum eſt, ꝙ etiam
D ante litem conteſtatam iudex vtitur iuriſdictio-
ne, c. gratũ. ſ. de off. deleg. l. apud proconſulẽ. ff.
de off. procon. ergo ante litem conteſtatã dicitur
iudicium: & hæc vtilia ſunt ad quæſtionẽ, de qua
per Signo. de Homodeis in conſ. clxij. ſtatuto ci-
uitatis Mediolani cauetur, quòd quilibet maior
xviij. annis intelligatur habere legitimam æta-
tem in iudicijs. nam intelligitur etiam ante litẽ
conteſtatam, vt hîc per Dec. licet Signor. teneat
contrarium. Concludendo in hac quæſtione di-
E cendum videtur, quòd verbum hoc Iudicium, ha
bile ſit comprẽndere plura ſignificata, ſecundum
ſubiectam materiam, arg. l. plenum. §. equitij. ff.
de vſu & hab. vnde aliquando intelligetur poſt li
tem conteſtatam tantùm, vt in l. j. C. de lit. cõteſt.
in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. gloſ. in §. o-
mnem. in auth. de litig. & gl. in cle. j. de iudic. &
tunc tex. in l. properãdum. in prin. C. de iudic. & 6
in l. is, qui ſe obtulit. ff. de rei vendic. aliquãdo † e-
tiam ſignificabit ante litem conteſtatã, vt in d. l.
F vbi acceptum. ff. de iudic. vt ibi Bar. & Ang. & gl.
in §. ſi. in verb. procemijs. in auth. vt in medio lit.
gl. Bar. Bal. in d. rub. C. de in ius voc. & Bar. in l. ij
ff. de fur. & vide omnino Dec. in rub. ĩ. de ꝓbat. a-
liquando ſignificabit locum, in ꝗ ius redditur, vt
in auth. offeratur. C. de lit. cõteſt. & in l. ſi fideiuſ-
ſor. ff. de interrog. act. Abb. hic, & Mod. aliquãdo
alijs modis, & tñ omnib. ꝓpriè. Nã non valet cõ-
ſequẽtia, iſtud eſt largè & generaliter: ergo im ꝓ-
priè, vt patet ex no. per Abb. in c. Rod. ſ. de reſcri.
Philip. Dec. in rub. ſ. de cõſt. ¶ Ex ſuprà dicta de-
finitione



finitione ſecundò colligendum eſt ibi, *iuridicè fit*,
7 etc. quòd ſi † non fiat iuridicè, non dicitur iudiciũ:
facit, quia ſententia nulla, non eſt ſententia, c. j.
& ibi Abb. de re iud. l. iij. §. condemnatum. ff. de
re iud. electio nulla, nõ eſt electio, l. ſerui electio-
ne. vbi Iaſ. ff. de leg. j. inſtrumentum nullum, non
eſt inſtrumentum, Bal. in c. conſtitutus. de tranſ-
act. ſtipulatio nulla, non eſt ſtipulatio, l. j. §. ſed ſi
mihi. & ibi Mod. ff. de verb. oblig. & actus nullus,
non dicitur actus, Bald. & gl. in l. iij. ff. de teſt. tu.
Intellige ergo dictum Abb. in iudicio, quòd ſit
nullum, non autem iniuſtum: aliàs malè loque-
I. quæſt. retur. ¶ Quærunt Doctores, nũquid † iudicium
8 inquiſitionis ſit extraordinarium? & cùm ſit con
tra regulas iuris, communiter concluditur, quòd
ſic, Abb. & Mod. hîc. Et pro hac opin. adducun-
9 tur duæ rationes: primò, quòd † extraordinarium
dicitur, quòd ſit contra regulas iuris ciuilis, l. in
cauſæ. ff. de minor. reſt. Secundò eſt, quia extraor-
dinarium dicitur, quod expeditur officio iudi-
cis, l. cùm filij. ff. ſi cert. pet. cum ſi. Iſtæ rationes
videntur concludere de iure ciuili, quicquid di-
cãt Mod. hîc in ij. lectura, dum dicunt, quòd præ-
dicta iura loquuntur, quando officium iudicis
datur loco deficientis actionis. nam etiam poteſt
dici, quòd inquiſitio ſuccedit in locum deficien-
tis actionis. concludunt itaque de iure ciuili: de
iure verò canonico, ex quo regulariter inquiſitio
permittitur, videtur dicendum, quòd ſit ordina-
10 rium: quoniam † ordinarium dicitur, quod regu-
lariter permittitur, l. ſolent. ff. de off. procon. &
leg. Nec obſtat ratio Mod. quam ipſi adducunt in
contrarium, dum dicunt, reſtitutio in integrum
regulariter permittitur minoribus, & tamen eſt
extraordinaria, d. l. in cauſæ. nam reſtitutio in
integrum eſt contra regulas generales, quòd ea,
quæ ſemel placuerunt, ampliùs diſplicere non
poſsint, l. ſicut. C. de act. & oblig. vnde cùm ſit
contra iſtam regulam, dicitur iudicium extraor-
dinarium. Sed licet inquiſitio ſit cõtra regulam,
quòd nemo ſine accuſatione experitur, l. ij. §. ſi
publico. ff. de adult. tamen iſta regula de iure ca-
nonico ſublata eſt: vnde non dicitur eſſe contra
aliquam regulam. Item reſtitutio in integrum
non conceditur niſi minoribus: inquiſitio de iu-
re canonico eſt longè generalior: vnde inſtantia,
quam dant Mod. non videtur bona. Concluden-
do pręter alios aduertẽdum eſt, quòd iura expreſ
sè dicunt iudicium accuſationis eſſe extraordi-
narium, l. ordo. ff. de publ. delic. §. fin. Inſt. de in-
terdic. Vnde ſi iudicium accuſationis eſt extraor-
dinarium, quantò magis iudicium inquiſitionis?
& certè videntur Doct. dixiſſe contra illum text.
11 Tamen aduertẽdum eſt, quòd † extraordinarium
dicitur pluribus modis. Aliquando reſpectu pœ-
næ, quæ infligitur delinquẽti, l. ij. ff. de cri. ſtel. l.
ſi. vbi Bar. in verſ. quæro, quid in crimine iniuria-
rum. ff. de pri. delic. Aliquando reſpectu proceſ-
ſus, ſeu iudicij, in quo ordo ſublatus eſt, d. l. ordo
& d. §. ſi. Aliquando reſpectu delicti ipſius, quod
non reperitur aliqua generali lege punitum: &
ita loquitur tit. ff. de extraor. cri. & l. j. etc. Et ho-
rum omniũ reſpectu de iure ciuili videtur, quòd
inquiſitio ſit extraordinaria, præter vltimo caſu:
nam eius reſpectu non eſt extraordinaria. Si er-
go quæramus de iudicio, nunquid ſit extraordi-
narium, prout eſt propriè noſtra quæſtio, ego cre
do, quòd indubitatè de iure ciuili ſit extraordi-
narium, per d. l. ordo. arg. à fortiori: & idem etiã
de iure canonico. Nec obſtat, quòd regulariter
de eo iure ſit permiſſa, quia accuſatio regulariter Rubrica.
permittitur de iure ciuili, l. hos accuſare. ff. de ac-
cuſ. & tamen eius iudicium eſt extraordinarium,
d. l. ordo. & ſic teneo communem per aliam ra-
tionem, quàm faciant Mod. quia eorum rationes
non vrgent, ſicut rationes do. Abb. in vtranque
partem, quæ parum faciunt, vt hîc per Mod. qui
tamen non viderunt d. l. ordo. ¶ Secundò quæ- II. quæſt.
runt Abb. & Moder. nunquid † ius patronatus ſit 12
A ius ſpirituale, vel temporale? & communiter te-
netur, quòd ſit mixtum, vt per gl. in c. piæ. xvj. q.
vij. Abb. & Mod. hîc, licet alij, vt Goffr. & Ant. de
But. teneant, quòd ſit ſpirituale. Ego arbitror eſ-
ſe ius temporale. Pro qua concluſione eſt text. in
c. quanto. ĩ. eo. inducendo ſic, quòd eſt tali anne-
xum, non dicitur tale, c. tranſlato, ſ. de conſtit. v-
bi lex & ſacerdotium ſunt connexa, & tamen lex
non dicitur ſacerdotium. Idem tenet Bald. in c.
cùm omnes. per illum tex. ſ. de conſt. dum notat
B illum tex. quòd licet aliquid ſit annexum, non ta
men eſt illud: ſicut cœmeterium eſt annexum Ec-
cleſiæ, non tamẽ eſt Eccleſia: & clauſtrum eſt an-
nexum domui, non tamen eſt domus: & perti-
nentiæ ciuitatis, non ſunt ciuitas, c. ſi ciuitas. de
ſen. excom. lib. vj. ad idem gl. in c. accuſatus. de
hæret. lib. vj. Si ergo eſt ſpirituali connexum, ſe-
quitur, quòd ipſum ſit temporale: nec effectus,
qui ex illa ſpiritualitate reſultat, ſcilicet quomo-
do poſsit vẽdi, quòd cognoſcatur ſub iudice ec-
C cleſiaſtico, quòd requiratur conſenſus epiſcopi,
quicquam non inferunt ad alterãdum ipſum ius
temporale: quia cauſæ primordium, quòd rei nõ
alteratur per effectus; ex quo illi ſunt ſeparati &
diuiſi ab ipſo principio: nec acceſſorium alterat
principale, l. cùm principalis. & reg. acceſſoriũ.
de reg. iur. lib. vj. & in ff. nec filius alterat naturã
patris, l. proſpexit. ff. qui, & à quib. iũcto tex. Inſt.
de iuſtit. & iur. & iũcta. gl. in rub. & ita teneo. Nõ
obſtat, quòd iura dicunt ius patronatus commu-
D nicatum fuiſſe laicis ex gratia, in c. iij. ĩ. de iur. pa
tron. nam ſi eſſet temporale, non videtur, quòd
poſſet dici eſſe communicatum ex gratia: nam re
ſpondeo altero de tribus modis: & primò, iſtud
eſſe propter effectus ſpirituales, qui inde reſul-
tant, vt per Aret. & Dec. hîc, & Roch. in tract. de
iure pat. Vel & ſecundò dic, quòd imò ſtat ſimul,
quòd Eccleſia concedat rem temporalem ex gra-
tia, veluti ſi epiſcopus det libros eccleſiaſticos
ſuos laicõ ex gratia: nam iſti libri ſunt tempora-
E les; Abb. in c. quãto. ĩ. eod. Vel & tertiò dic, quòd
† ille text. non probat quòd concedantur ex gra- 13
tia. nam dum dicit Suſtinuit, intellige propriè,
id eſt, defendit ſtatuta, non autem dedit in gra-
tiam: & pro hac interpretatione facit text. in l. ſi
quis fortè. ff. de pœnis, adde gl. xxxiij. q. ij. ad-
monere in verb. venialiter, in fin. ¶ Tertia quæ- III. quæſt.
ſtio eſt, quo † modo dignoſcamus cauſam ciui- 14
lem à criminali? & communis eſt, quòd quando
pœna applicatur parti, dicitur ciuilis: quando
F fiſco, dicitur criminalis: ita tenet Bar. in l. iij. ff. de
ſepul. viol. & eſt communis concluſio: & iſta opi
nio vltra alios optimè probatur in l. fin. ff. de pri.
delict. vbi in furto, quando agitur ad pœnam ap-
plicandam parti, ſecundum §. quadrupli. Inſt. de
act. dicitur agi pecuniariter: quando verò aliter
agitur, non vt pars aliquid ſibi habeat, dicitur agi
criminaliter: ad idem facit tex. in l. fin. ff. de furt.
Vltra iura allegata hîc per Mod. in cõtrarium ad-
ducuntur per Mod. plura, de quibus hîc per eos.
Primò obſtat tex. in c. tuæ. de procur. vbi dicitur,

quòd eſt mixtum iudicium : ergo nec criminale,
nec ciuile, ſed mixtum. Secundò obſt.tex.quem
omnes hîc adducunt,in c.per tuas.el j.in fi.de ſi-
mon. Sed pro reſolutione horum contrariorum
primò ſciendum eſt, quòd licet iudicium ſit mi-
xtum,tamen accedit potentiori, & propterea in
caſu d.c.tuæ dicetur iudicium ciuile,propriè lo-
quendo, licet cõſiderato alio reſpectu poſsit di-
ci mixtum, licet impropriè:& hoc innuit textus
ibi;quaſi mixtum, etc.& iſta ſolutio probatur ex A
dictis per Bal.in conſ.ccxvj.in iij.part.Ad ſecun-
dum reſpondendum eſt,quòd text.in c.per tuas.
loquitur in cauſa, quando pœna venit applican-
da nec fiſco, nec parti, & propterea non vrget in
hac quæſtione. Sed pro declaratione illius text.
15 quæro,nunquid † cauſa, quæ agitur,vt aliquis re-
moueatur ab ordine ſimpliciter, ſeu à magiſtra-
tu,ſit ciuilis,vel criminalis?& videtur dicendum
quòd ſit ciuilis,per text.in d.c. per tuas. vbi age-
batur contra Abb. vt priuaretur beneficio : & di- B
cit text. quòd erat actio ciuilis. Ad idem & ſe-
16 cundò facit, quòd † quando agitur, vt aliquis re-
moueatur à tutela,tale iudicium non dicitur cri-
minale; ſed ciuile,l.iij.§.tutor,qui.ff.de ſuſp.tut.
Bar.in l.j.§.nũc videamus. eo.tit.Aret. Dec. Aen.
Neap.& Rochus hîc. In contrarium facit text. in
l.iij.§.pe. ff.de cri. ſtel. vbi amotio ab ordine, eſt
pœna iudicij criminalis : & iſtum text. allegauit
do. Phil. Dec. hîc Mod. reſpondent, quòd illud
eſt,quia in prædicto crimine ſtellionatus eſt ma- C
xima pœna,& non poteſt vlteriùs procedi: vnde
dicitur criminalis : aliàs ſi maior poſſet poni di-
ceretur ciuilis,arg.no.per do.Ant.de Bur.&Abb.
hîc.Sed iſta reſponſio non videtur bona,quia di-
cta per Abb.communiter non tenẽtur. Vnde ſtat
ſimul, quòd delictum puniatur duabus pœnis,
altera leuiori, & altera grauiori, & tamen vtraq;
17 erit criminalis. Vnde videmus, quòd † de ſepul-
chro uiolato datur iudicium ex lege Iulia de vi
publica:quod proculdubio criminale eſt,& inde D
eſt maior pœna l. ſepulchri violati. ff. de ſepul.
viol. & datur etiam iudicium ad decem pondo
auri applicanda fiſco, l. qui ſepulchra. C.eo.quæ
pœna eſt leuior: & tamen vtraque criminalis. &
iſtud fundamentum optimè tollit opi.Abb. Se-
cundò contra hanc opi.facit tex.in l. ad tempus.
in prin.& ibi gl.ff.de decur.vbi iudiciũ,per quod
decurio ordine mouetur, etiam ad tempus dici-
tur criminale. Mod.hîc non allegant hunc text.
tamen dant ſolutionem generalem, quòd aut a- E
gitur de remouẽdo aliquem ab ordine & digni-
tate publica:& tunc iudicium dicitur criminale,
quia hoc principaliter ſpectat vtilitatem publi-
cam : aut remouetur à gradu priuato : & dicitur
ciuile. Sed cõtra iſtam diſtinctionem adhuc ob-
18 ſtat text.in d. c. per tuas. nam † ibi adminiſtratio
ipſa Abbatiæ eſt iuris publici, & reſpicit illa re-
motio vtilitatem publicam, c. nulla remotio. ȷ.
de præb.& firmant ipſi Mod. in ij. lect. Quid te-
nendum ? ego neſcio aliter dicere, niſi quòd aut F
pœna non purgat delictum, quia poterit agere
ad grauiorem denuò,& nõ dicetur iudicium cri-
minale,ſed ciuile:ita intelligit Bald. in d. c. tuæ.
& ita procedit d.c.per tuas.aut purgat in totum,
& tunc ſecus : & hoc non poterit aliqualiter ſal-
uari opin.do.Abb.hîc.

## CAPITVLVM I.

*Dequo vultdeo.*


1 *Modus Papalis & conciliaris conſtitutionis dignoſcẽdæ.*
2 *Epiſcoporum cauſæ vbi tractandæ.*
4 *Aduerſarius quis.*
6 *Voluntatis mutatio quandoque præſumitur.*
8 *Extrinſeca ſolennitas non præſumitur.*
9 *Contumax quis.12.*
10 *Excommunicatus indiget abſolutione.*
17 *Synodus an recuſari poßit.*
18 *Ordinarius ob aſſeſſorem redditur ſuſpectus.*
23 *Habilitas rei ſubintelligenda.*
31 *Promittens certo loco ſoluere,conuenitur tanquam ſi ibi contraxiſſet.*
34 *Excommunicatus variè pro confeſſo habetur.*
35 *Excommunicatus perſeuerãs priuatur beneficio:interdum contrà.37,38.*
39 *Contra contumacem non citatum quandoque proceditur.*
40 *Mulctæ & excommunicationis diſcrepantia.*
42 *Citatus non ſemper comparet.*
43 *Mulctandus quandoque denuò citandus.*


DE QVOVVLTDEO. ¶ In inſcri-
ptione ibi, *ex concilio Africano.* tra-
dunt Mod. quæ dicatur conſtitu-
tio conciliaris,& quæ papalis. ſed
adhęrendo communibus,fac hanc
conclusionem, quòd † conſtitutio facta in con- 1
cilio generali, cui interſit Papa, ſi materia trahit
originem à concilio, dicitur conciliaris:& ita te-
net Abb.in c.j.de ſponſ.& in aliis locis:& hoc co
C gnoſcitur, quando non expreſſo nomine Papæ
dicitur ex tali concilio, vt in noſtro tex.ſed ſi ap-
ponitur nomen Papæ, non addito nomine con-
cilij, cenſebitur papalis : ſi verò dictum ſit, talis
Papa de conſenſu concilij, conſtitutio dicetur
conciliaris : ita Abb. in quodam ſermone. Et re-
fert Dec.hîc, qui tenet contrarium, quia regula-
riter,quando aliquis facit actum,& alius conſen-
tit, actus tribuitur facienti, non autem conſen-
tienti, l. aliud eſt vendere. ff. de reg. iur. & alle-
D gant multa ſimilia : & iſtud fundamentum fecit
etiam Fel. in c. j. de ſponſ.& non reſpondet. Tu
dic ſuſtinendo communem, quòd aut conſen-
tiens non habet poteſtatem eum actum faciendi
& faciens non habet poteſtatem conſentiendi:
& hoc caſu actus tribuitur facienti,& procedunt
contraria. Aut vterque, ſcilicet agens & conſen-
tiens,habet ſeparatim poteſtatem faciendi,vt eſt
in noſtro caſu, quia & concilium & Papa habent
auctoritatem cõdendi legem generalem : & hoc
E caſu cùm par ſit vtriuſque conditio,actus tribue-
tur fortiori, & ſic concilio, c. ſi Papa. vbi gl. xl.
diſt. Vnde quando non ſimus in concilio gene-
rali,ſed in alio cœtu,tribuetur conſtitutio Papæ,
etiam ſi dictum ſit de concilio & conſenſu, puta
Cardinalium : & ita procedit text. allegatus per
Dec.in c.j.de renunt. lib. vj. Hinc ſi papa dicat ſe
facere auctoritate ſynodi, vel facere decernente
ſimul facta ſynodo, tribuetur conſtitutio conci-
lio, per rationem ſuprà dictam : & ita loquitur
F text.in c.nimis.de iureiur.& ij.q.j. c. fin. Moder.
hîc:ſi verò ſit dictum,ſacro approbante concilio,
talis Papa fecit,etc.tũc iſta cõſtitutio videtur pa-
palis,quia illa verba nõ important, q; fuerit facta
in cõcilio,ſed potuit eſſe facta antè à Papa, dein-
de potuit approbari à cõcilio: & iſta quæſtio,ſe-
cundum Scriben.eſt vtilis, quia difficiliùs cõtra
conſtitutionem ſynodalem diſpenſatur: & ratio
eſt,quia ex quo eſt facta à pluribus, habet maius
robur, c.de quibus.xx.diſt. c. prudentiam. ȷ. de
offic.deleg.cum ibi no. Sed iſta ratio facit iniu-
riam ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ, quaſi in cano-
nibus ab ea prolatis non adhibeatur perfecta co-
gnitio.Item eſt contra text. in l. humanum. iun-
cta l.fin. C. de legibus.vbi quando imperator le-
gem facit,adhibet in conſultationem quàmplu-
rimos conſiſtorianos : & vniuerſis approbanti-
bus, tunc legem promulgat : ergo idem dicen-
dum in Papa. Item iſta ratio eſt contra text. c. j.
xx.diſtin.in princ.vbi text. dicit, decretales ita-
que epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure
exequantur, &c. Ergo vtilitates traditæ hîc per
Doctores non ſunt bonæ. vnde iſta quæſtio non
Notab.I. eſt probabilis:& iſtam puto eſſe veritatem. ¶ No
2 ta primò,quòd † cauſæ epiſcoporum tractari poſ-
ſunt in concilio prouinciali:ita not. Ant. de Bur.
Abb.& Modern. Sed Decius hîc tenet, quòd i-
mò iſtud concilium erat generale, & ita reſide-
runt etiam Modern. Allegat duas rationes : pri-
ma,quòd tale ſtatutum concilij hîc ponitur ſim-
pliciter pro generali canone:ergo videtur, quòd
eſſet generale. nam prouinciale non ligaret om-
nes,cap.j.de conſt.Sed iſta ratio nihil valet, quia
& dictum ſancti Auguſtini non ligat, c. de libel-
lis.xx.diſtin. & tamen ſi poſitum ſit in hoc libro,
facit legem generalem, c.tranſlato. & cap. ne in-
nitaris. ȷ. de conſt. Secunda ratio eſt, quia præ-
ſupponitur hîc in fine, à contrario ſenſu, quòd
concilium priuaſſet epiſcopatu iſtum Dequo-
vultdeum: ergo intelligendum eſt de generali,
quia ſpeciale non poſſet, c. accuſatus. iij. quæſt.
vj.Sed ad hoc reſpondetur, quòd imò iſtud ar-
gumentum non colligitur figurando caſum, vt
3 hîc per Anton. de Bur. Vel dic, quòd † proceſſus
factus fuit coram prouinciali concilio : & dum
dicit, non poſſe adimi illi epiſcopatum, intelli-
ge non reſpectu huius concilij, ſed reſpectu vel
Papæ, vel concilij generalis, vt inde ponatur,
quid inde iuris ſit.nam verba debent intelligi ſe-
cundum poteſtatem diſponentis, l. plenum. §.
equitij.ff.de vſu & habit. cum ſimil. & ſic tenen-
do communem confirmatur illa, quia aliàs non
eſſet veriſimile,quòd iſte epiſcopus conſenſiſſet
in iudicium dicti concilij, cùm ſi eſſet generale,
haberet iuriſdictionem etiam in inuitum:de quo
Notab. II. infrà dicemus. ¶ Secundò nota, quis † dicatur
aduerſarius ? de quo hîc per Modern. Et ex di-
ctis Abb. hîc collige iſtam concluſionem, quòd
quando ego litigo contra aliquem, ille non po-
teſt dicere teſtimonium contra me in alia li-
te, quam habeo cum tertio. Sed dubium eſt, fi-
nita lite nunquid talis,qui litigauit mecum,poſ-
ſit in teſtem adduci?& Aret.tenet,quòd non. Iſte
punctus eſt diſputabilis, & pro opin. ſua addu-
5 cit Aretin.primò tale argumentum, ſi † lis dura-
ret,non poſſet produci, quia præſumeretur ini-
micus:ergo etiam lite finita : quia odium durare
præſumitur, niſi probetur reconciliatio, l. in i-
pſius.vbi Bald.not.C.fam.erciſc. Inno. in c. cùm
oporteat.ad accuſ.Salic. in l.iij. ff. de teſtib. Sed
ad hanc rationem reſpondet Decius, quòd iſtud
eſt verum,rebus ſic ſtantibus : ſed cùm ceſſat lis,
dicendum eſt ceſſare inimicitiam. Iſta reſponſio
non videtur bona,quia iſta ceſſatio litis nihil in-
fert ad mutationem voluntatis.vnde videtur ſtã-
dum regulæ l.eum, qui.ff. de probat.& cùm iſta
lis ſit finita etiam inuita parte, quia iudicium
redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem. §. j. ff.
de verb.oblig.ex actu neceſſario non videtur in-
ferendum ad voluntarium, l. iiij.ff. de regul. iur.
6 Poſſet fortaſſe aliter reſponderi, quòd † imò ali-
quando lex præſumit mutationem voluntatis, C.j.
vt in caſu l.ita ſtipulatus. la grande, & ibi decla- Dequo-
rat Bar.in j.opp.ff.de verb.oblig. Vnde in noſtro vultdeo.
caſu cùm finita ſit lis,prꝑſumitur à lege mutatio:
& hoc ex aliquibus cauſis:tum, quòd non eſt ve-
riſimile,quòd tandiu quis ſtet in peccato ſeruan-
do odium & rancorem, arg. l. merito. ff. pro ſo-
cio:tum,quòd ex illa turbatione, qua quis affli-
xit aduerſarium litigantem, l. minor xxv. annis.
A de minor. præſumit tandem odio ſuo eſſe ſatiſ-
factum, arg.l. vnicæ, verſ. quæ multò magis. C.
de raptu virg.& l.ſatis.ff.de in ius voc. Quæ ſo-
lutio multò magis procedit poſt decem annos:
nam hoc tempore elapſo præſumitur obliuio, l.
j.vbi gl.C.de ſeruis fug. Secundò pro iſta conclu
ſione adducitur text. in §. item propter inimici-
tias. Inſtit. de excuſ. tutor. vbi mortuo teſtatore
præſumitur durare inimicitia.Potes reſpondere,
quòd illud ſit in pupillo,pro cuius ſalute cautiùs
B agitur. Vnde videmus,quòd ſuſpectus tutor dici-
tur etiam à iudice, qui aliàs in cæteris accuſatio-
nibus eſſet minùs idoneus,vt eſt text.in l.cogni-
tio. in princip. ff.de offic.eius, cui. Tertiò pro i-
ſta concluſione facit text.in c.accuſatores.el j.iij.
q.v. vbi etiam poſt reconciliationem quis repel-
litur vt ſuſpectus.Sed intellige,quando reconci-
liatio pauco tempore præceſsit.vnde ille tex. dũ
conſiderat ſolùm breuitatem temporis concilia-
tionis,non faciendo vim in conſiderando proli-
C xitatem temporis,à quo cœpta eſt iniuria, vide-
tur fortiter facere contra iſtam opinionem Aret.
Contrarium tenet Ioan. Andr. & Abb. & Decius
hîc,& ante eum contrarium tenuit gloſ. not.in l.
iij.ff.de teſtib.in verbo, inimicus.& Bartol.in au-
then.de teſtibus. in §. ſi verò dicatur, vbi videtur
text.expreſſus, quòd finita criminali lite pote-
rit litigator teſtimonium dicere. Aretin. hîc in-
telligit illum text. loqui in caſibus ſpecialis, vi-
delicet aliquo caſu,veluti quando quis habuit li-
D tem mecum, & vicit,& ego ſuccubui. nam tunc,
ex quo talis inimicitia videtur contracta culpa
mea,eſt admittendus. Contra iſtam ſolutionem
eſt doctrina Innoc. in c. cùm I. & A. de re iudic.
quam etiam ipſemet Aretin.refert, & eam etiam
ſequitur Felin.in c.repellantur.& in c.cùm opor
teat.de accuſat.in cap.quoties.de teſtib. Quare
ſecundo modo reſpondetur, tenendo intellectũ
Bar.ibi ad illum tex.in d.§.ſi verò dicatur. verſic.
ſi verò quis.nam dum dicit text. non adſit ad te-
E ſtimonium,qui vſqueadeo ſuſpectus (aliàs infe-
ctus)eſt, donec de crimine iudicetur, intelligit
Bar.illa verba, Donec de crimine, &c.id eſt, non
teſtificetur,pendente accuſatione criminis, non
quidem inſtituta de teſte, ſed ab alio, tanquam
ille accuſaretur à duobus: ſed etiam iſte intelle-
ctus cauillat text. Quare Modern. reſpondent
tertio modo dicentes, quòd ille text.non pro-
bat contra prædictam opinionem, niſi per argu-
mentum à contrario ſenſu, quod non valet, vbi
F reſultat repugnantia legis, vt not. in l. j.ff. de of-
fic.eius,cui. & in l. conuenticula. C. de epiſcop.
& cleric. Sed iſta reſponſio eſt nugatoria, præ-
ſertim quia eſt falſum, quod ſit argumentum à
contrario ſenſu : alioquin dicendum eſſet, quòd
regula firmata per exceptionem in caſibus ex-
ceptuatis, eſſet argumentum à contrario ſen-
ſu, quod eſt contra text. in l. nam quod liqui-
dæ. §. fin. ff. de penu leg. & tradita per Barto-
lum in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.
facit,quod not.Cin.in d.l. conuenticulam, dum

allegat.l.ij. C. de condit.inſer.& quæ ponit De-
cius in c. cùm dilecta. verſic. vltimò notandum.
7 j. de confirm.vti.vel inut.Item† dictio Donec,de
qua in illo text.eſt extinctiua pręcedentis diſpo-
ſitionis,vt eſt ſui natura,l.iiij.ff.de ſeruitut. Bart.
in l.j.ff.de cond. & demonſt. non autem ſequen-
tia inducit per argumentum à contrario ſenſu.
Quare ego quarto modo reſpondeo, & quidem
realiter,quòd ille text.loquitur, quando ille,cō-
tra quem dicendum erat teſtimonium, erat ac-
A cuſator ipſe teſtis in cauſa criminali: iſtud pro-
batur in text.ibi, odioſum ſibi. ex quo accuſator
propriè dicitur habere odium, ſicut accuſatus
inimicitiā.§. fin.Inſtit. de iniur.cum ibi no. item
ibi, conuentus pecuniariæ, etc.iuncto eo, quòd
aduerſatiua aduerſatur in iiſdem terminis, vt eſt
gl. in §.item lapilli. Inſtit. de rer. diuiſ:Bald.in l.
omnes populi. ff.de iuſt.& iur. Alex.in l.ſi filius,
qui hæres.ff.de liber. & poſthu. modò in propo-
ſito, ex quo potuit eſſe, quòd ille, contra quem
B dicendum erat teſtimonium, accuſauiſſet illum
in fraudem criminaliter, ne poſſet poſtea teſtifi-
cari,ſecūdum not.per Bartol. in l.j. §.ſi ſeruus.ff.
de quæſt. ideo expectandum eſt iudicium in di-
cta accuſatione,vt ſi accuſator ſuſtineat,non poſ-
ſit teſtificari:ſi accuſatus ſuſtineat poſsit,ne præ-
ſumatur fraude accuſatus: & iſta ſolutio magis
placet,quicquid dicat Areti.in c. repellantur. de
accuſat.vbi aliam ſolutionem ponit, quæ cauil-
lat text. Secundò pro iſta concluſione facit tex.
C in c. item cùm quis.infrà, de reſt. ſpol. ibi, quia
criminaliter aduerſus eum ante reſtitutionem a-
gere non poteſt, cùm præſumatur eius exiſtere
inimicus: ergo finita lite, & ſic reſtituta re, po-
terit agi:quia ceſſabit ratio, quòd non præſuma-
tur inimicus: & iſte tex. videtur fortiter vrgere,
licet Doctores non aduertant. Pro reſolutione
tamen poſſet dici, quòd ille text. loquitur in ac-
cuſatore, qui non poteſt quicquam excipere de
D crimine,cùm ſit raptor, ex quo ſpoliatus ante o-
mnia reſtituitur, c. j. de reſt. ſpol. Iſta ergo ratio
inimicitiæ præſumptæ, cùm ea ratione, quæ eſt,
vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur,facit, vt talis
accuſatio non admittatur: poſt finitam verò ac-
cuſationis litem tunc admittetur.Et licet præſu-
matur inimicus; nō tamē per hoc ſolùm exclude
tur, ſicut excluderetur teſtis: quia nos videmus,
quòd teſtes faciliùs reiiciuntur, quàm accuſato-
res, ex quo plus præiudicat eorum inimicitia:
E vnde & facilius dicitur ſuſpectus iudex,quàm te
ſtis, c. cùm ſuper Abbatia.de offic. deleg.Cogita
tamen. Tertiò pro iſta opinione adducūt Mod.
text.in c. ad hæc el j.& in c.propoſuit.el j.de ap-
pel.quæ iura loquuntur in iudice, qui iudicat ex
neceſsitate: nos loquimur in parte, quæ volun-
tariè agit: & ideo iudex ſolus,qui inquirit, dici-
tur aduerſarius. Vel reſponde,vt hîc per Moder-
niores, & videtur omnino iſta opinio verior, li-
cet diſputando poſſent aliquo modo euitari di-
F cta iura: & ita reſideo cum hac opin.quæ videtur
communis.Eam tamen intelligendo, vt ſi iudex
etiam poſt litem finitam cognouerit ſubeſſe ini-
micitiā, teſtem repellat non propter iudicium,
ſed propter inimicitias ex regula generali, quòd
inimici repellantur,c. repellantur.de accuſ. non
tamen præſumatur inimicitia,niſi probetur:& i-
ta procedat contraria opinio. nam videtur ſtan-
dum arbitrio iudicis,l.iij.ff.de teſtib. & iſtud ſa-
tis eſt de mēte Antonij de Butrio & Moderniores.
Notab. III. hîc,& ita eſſet ſeruandum. ¶Nota tertiò,quòd
citatio debet fieri ad inſtantiam partis,vt hîc per
Moderniores. Sed nunquid facta præſumetur e-
tiam facta ad inſtantiam partis? Abbas hîc,& alij
communiter, quòd ſic. Contrarium tenet Rom.
in l.ſciendum.ff.de verb. oblig. quia eſt ſolenni-
tas extrinſeca:ergo† non præſumitur,l.quæcun- 8
que§.fin.de Publicia.Sed ad hoc reſpondet Aret.
quòd ex quo in citatione requiritur expēſa, ideo
præſumitur facta ab eo, à quo fieri debuit, l.ſi.C.
de ali.pupil.præſt. Sed reſponde,quòd iſta ſolu-
tio non eſt bona: quia ille tex. loquitur in maxi-
ma expenſa: item ratio illius legis non habet lo-
cum hîc.Ego puto aliter reſpondendum, videli-
cet quod iſta non ſit ſolennitas,ſed quoddam fa-
ctum,quòd in iudice præſumitur,ex quo eſt mo-
dici momēti.nihil enim iuris tribuit citatio. vn-
de illa requiſitio debet præſumi,c. veniens. el ij.
infrà,de teſtib.præſertim cùm ſpectat ad eius of-
ficiū, l.ſi publicanus.§.j.vbi Imo. ff. de publican.
& facit,quod not.Alex.in l.ſciēdum.verſic. item
fallit in iudice. ff. de verb. oblig. & Decius hîc.
Nec obſtat c. quoniam contra.infrà, de probat
quia ea reſpiciūt formam proceſſus: vnde forma
non præſumitur, c. nouit. vbi Abbas, in iiij. no-
tab.infrà,eod.Licet igitur citatio non præſuma-
tur,qualitas tamen reſpiciens citationem pręſu-
mitur in iudice:& de hoc dixi in d.c.nouit. ¶No Notab. IIII.
ta quartò,quòd†contumax dicitur, qui illicētia- 9
tus recedit à iudicio:& talis dicitur verus contu-
max, vt per Modern. hîc & quis ſit verus contu-
max,vide latè per Io. de Imo.in l.ex cōſenſu.§.fi-
nali,ff.de appel.&talis cōtumax punitur pari pœ
na,ſicut ille,qui eſt contumax in non comparen-
do,ſecundum gl.in c.cupientes. §.q, ſi per vigin-
ti.in verb.comparere de elect.lib. vj.Moder. hîc.
Adde, quòd iſtud eſt dubitabile:quia contumax
in non cōparendo,eſt contumax in duobus, iſte
verò non niſi in vno: vt patet ex gl. vti Ioan. de
Imol.declarat in l.creditor.§. iuſſus. ff. de appel.
& do.Abb. hîc in x. notab. ergo contumax in nō
comparendo debet grauiùs puniri, quia grauiùs
delinquit:& probatur in d.§. iuſſus. nam contu-
max in non cōparendo non appellat.d.l.ex con-
ſenſu. §. fin. contumax in nō parēdo ſic, d. §.iuſ-
ſus.de hac gl.dicam infrà. ¶ Nota quintò, quòd Notab. V.
† excommunicatus donec ſatisfecerit, non libe- 10
ratur ex ſola ſatisfactione, ſed vlteriùs requiritur
abſolutio.& hoc procedit,etiam ſi ad certū tem-
pus excōmunicatio facta ſit. Item ſi pōtifex ex-
cōmunicauit, donec ſatisfecerit,tamē etiā requi-
ritur abſolutio,vt hîc per Moderniores,qui limi-
tant,niſi quis excōmunicatus eſſet virtute alicu-
ius conſtitutionis, & cōſtitutio reuocaretur per
papā, qui vellet illā haberi pro infecta, vt per gl.
in cle. j. in verbo, pro infecto. de immun. eccleſ.
Adde, q, contra iſtam limitationem facit, quia
haberi pro infecta nō eſt ex veritate,ſed ex fictio-
ne:quia nemo poteſt facere, vt quod factū ſit,in-
fectū ſit,l.in bello.§. factæ.ff.de capti. vnde iſtud
eſt per fictionē,quod etiā importat verbū Habe-
ri,vt no.in l.ſi is,qui pro emptore.de vſucap.Sed
ego habeo,q, in foro conſcientię,& vbi agitur de
peccato,non attenditur fictio,ſed veritas: ita te-
net Ioan.And. in c.is, qui fidē. infrà, de ſponſal.
not.Mod.in c.cùm non ab homine.infrà,eod.er-
go excōmunicatus non poteſt cenſeri abſolutus
per fictionem.Iſtud fundamentum videtur reale:
tamen reſponde, quòd verum eſt, quòd in foro a-
nimæ reſpectu partium non attenditur fictio a-
liqua, vel præſumptio, ſed reſpectu legiſlatoris
ſic: quia



ſic: quia eius fictio eſt veritas, l.fin.ff. de probat.
Secundò limitatur in ſuſpenſo,quia poſt ſatisfa-
ctionem abſolutio in eo non eſt neceſſaria, vt in
gl. in d.cle.j.de decim. Quod intellige eſſe verū,
quando ſuſpenſio facta eſt ad tempus, puta do-
nec ſatisfecerit, aliàs ſi nō ſit appoſitum tempus,
requiritur abſolutio, vt per gl. & Abb. in c. cùm
tu.in verbo,donec.de vſur. Sed aduertēdum eſt,
quòd gl.in c.fin. de matrim.contracto contra in-
terd.eccl.& Paul.& Imo.in d.cle.j. de decim. te- A
nent, quòd imò non ſit differentia inter excom-
municatū & ſuſpenſum,quo ad hoc. vnde ſi quis
ſit excommunicatus à Papa, donec ſatisfecerit,
mihi videtur, quòd vbi ſatisfecerit, ſit ipſo iure
abſolutus: & hoc probatur ex natura dictionis,
Donec,quę ſi ſit appoſita ab habente auctoritatē
condendi legem, extinguit ipſo iure,ſecundum
Bart.in l.j. ff.de cond. & demonſt.& probatur in
l. ſiue manifeſtus.§.tādiu.ff.de condict.furt.& in
l. in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxalib.ergò cùm B
verba excommunicationis hoc importēt, ea de-
bent attendi,l.non aliter.de leg.& fideic. iij. Fa-
cit, quia àliàs in alia materia videmus eſſe idem,
vt in bānito,qui eſt bānitus, donec aliquid fece-
rit. nam in eo non requiritur abſolutio, Bald. in
prooemio Digeſtorū,& Moder.in c.ex literis. de
conſtit. & hoc tenendo non obſtat ratio Anton.
& do.Abb. in d.c.fin. dum dicunt, quòd ex quo
in abſoluendo requiritur forma, licet Papa non
ſubiaceat formę,tamen in dubio non videtur vti C
poteſtate ſumma, ſeu abſoluta, ſed ordinaria tan
tùm,c.propoſuit.de conceſ.præb. Iſta ratio non
eſt bona, quià falſum eſt, quòd inducendo ab-
ſolutionem ipſo iure vtatur poteſtate abſoluta:
imò vtitur poteſtate ordinaria,& regulata à legi-
bus, quæ illi conceſſerunt, vt poſsit hoc facere,
c. eos. de ſent. excom. vnde cùm non importet
plenam abſolutionem, & verba hoc importent,
ſtandum eſt verbis, l. cùm lege Cornelia. vbi A-
retin. ff. de teſta. nec quicquam in contrarium D
obſtat, quia (vt etiam Modern.fatentur)iſta dif-
Notab. VI. ferentia non probatur aliquo iure. ¶Nota ſex-
11 tò poſt do.Abb.hîc, quòd † ex ſola excommuni-
catione non eſt aliquis priuandus beneficio. In-
tellige tamen quòd de nouo non poſſet promo-
ueri ad beneficium, c. poſtulaſtis. j. de cler. ex-
com. miniſt. Poſſet tamen accipere vigore ali-
cuius gratiæ expectatiuæ, ſecundum Rotam in
deciſ. in tit. de ſententia excom. in antiquis, &
plenius in antiquioribus eodem tit. deciſione E
vltima.In contrarium tamen facit, quia excom-
municatus & deportatus æquiparantur: gl.in §.
minio. Inſtit. de capit. diminut. Bartol. & Scri-
bentes in l. ex facto.§. ſi quis rogatus.ff. ad ſena-
tuſc. Trebel. Bartol. & Imola in l. ij. ff. de pub.
iud. ſed nos videmus, quòd deportatus perdit
ius eligendi,quo ad ſuam vtilitatem, d. §. ſi quis
rogatus. licet quoad vtilitatem aliorum, non:
facit, quòd not.Abb.in c.veritatis. in fin. de do-
lo & contu. Secundò facit, quia ſi Papa con- F
ceſsit gratiam expectatiuam alicui, deinde ille
eſt excommunicatus per mutationem ſtatus, il-
lius debet cenſeri reuocata gratia, prout in iſtis
terminis tenet Rapha.Com.in l.ſi ſtipulatus fue-
rim illud. ff. de verb. oblig. facit text. in l. cùm
quis. ff. de ſolut. & per prædictam rationem do.
Alex. in d.§. ſi quis rogatus. el ij.tenet, quòd ar-
bitratore excommunicato,cenſetur reuocatum
mandatum, & non poterit cognoſcere, decla-
rando, vt ibi per eum. Tertiò facit, quia omnia
cenſentur prohibita excommunicatis, quæ non C.j.
reperiuntur illis conceſſa: Ita colligitur ex not. De quo
per do. Abbat. in c. intelleximus. infrà, eod. ſed vult deo.
iſtud non reperitur:ergo,etc. Quartò facit, quia
aut vis dicere, quòd expectatiua non tribuit ius,
prout tenuit Card. in cle.ij. in iij. quæſt. de offic.
ordin. ſed ſolùm ipſa acceptatio beneficij, &
tunc non poteſt habere, quia excommunicatus
amittit ea, quæ ſunt iuris ad acquirendum, c.
A cùm inter. vbi Bald. de except. c. veritatis. vbi
Abbas, infrà, de dolo & contum. Item non di-
citur à tempore expectatiuæ quicquam habere,
ſed ſolùm vbi ampliùs non expectabit:quia tunc
incipiet illi ius:vnde erimus in terminis d.c. po-
ſtulaſtis. Aut vis dicere, quòd tribuit ius, vt eſt
opin. aliorū: & tunc militabunt alia fundamen-
ta.Quintò facit,quia cui prohibetur minus,pro-
hibetur etiam plus,l.non debet.ff.de reg.iur.ſed
faciliùs conceditur euitare damnū, quàm acqui-
B rere lucrum, l. ſi. C. de codic. Excommunicatus
autem prohibetur euitare damnū: vnde non po-
teſt petere ſe cancellari de bāno,c.dilectus filius.
vbi Bald.ſuprà, de reſcript. nec poteſt inquirere,
nec impetrare reſcriptum,c.j.in gl.in verbo,aliū.
de reſcrip.libro vj. ergo multò minùs poterit ac-
quirere.Sextò & iſtud me magis mouet,& in co-
trarium vrget tex.in d.c. poſtulaſtis. de cler. ex-
com.miniſt.vbi text.vetat conferri beneficia ex-
communicato:ergo etiam ex expectatiua nō po-
C terit habere, quia tunc dicerentur illi cōferri be-
neficia,nō autem eſſe collata à tempore expecta-
tiuæ.nam habens expectatiuam,non dicitur ha-
bere beneficium, vt concludit Rota in deciſione
ccccl.in nouis,incip.ſi legatus.Sed an excommu
nicatus amittat ius pręſentandi,vide Scribentes
in c.cùm nobis.infrà, de iure patron.&Rotam in
deciſione ij.in antiquioribus, & Modern. in tra-
ctatu ſuo in verbo,competēs,in viij.quæſt. prin-
cip. ¶Nota ſeptimò, quòd qui recedit illicen- Notab. VII.
D tiatus,eſt contumax, ſicut qui non comparet, &
pari pœna punitur.facit tex.in c.certum.xj.q.iij.
Limita primò, quando † aduerſarius ipſe non 12
compareret: quia tunc poteſt alter recedere, vt
per Imo. & Felin. hîc, & Abb. in c.conſuluit. in
gl. ij. §. de offic. deleg. & Alexand. in l. ſi finita.
§.Iulianus. ff. de damno infect. quicquid dicat
Barbat. hîc. Secundò limita, quando quis re-
cederet ex cauſa cle. paſtoralis. de re iudic. An-
ton. de Butr. & Felin. hîc, & eſt text.in l. contu-
E macia. §. pœnam. ff. de re iudic. & hoc caſu non
tenetur neque relinquere procuratorem,l. quæ-
ſitum. vbi Iacob. de Puteo, hoc not. ff. de re iu-
dic.quod eſt mirum, & facit text.in l. ij. §. j. ff. ſi
quis caut. Tertiò limita, ſecundum Barbat.
hîc, & Andr. de Poma, quando citatio eſſet in-
valida, ſecundum Baldum in l. nam ita diuus.in
fin. ff. de adop.Contrarium tenent Modernio-
res hîc: quia licet citatio ſit inualida, tamen ex
quo pars comparuit, cenſetur approbaſſe, vt eſt
F gl. in l. j. in verbo, ſententia, & ibi Scribentes,
ff. de feriis, quam communiter probari tradit
Alexand. in conſ. cxxiij. viſo proceſſu. in ij. vol.
ergo diſcedendo poſtea debet eſſe contumax.
Potes reſpondere, quòd citatio inualida cen-
ſetur tacitè approbata,non per ſolā comparitio-
nem, ſed etiam per perſeuerantiam ipſius ci-
tati in iudicio: & in his terminis propriè lo-
quitur gloſſ. in dicta l. j. & probatur: quia ibi
non ſolùm aliquo tempore ſteterat in iudicio,
ſed expectarat etiā ferri ſententiam: alioquin ex
ſola

ſola cōparitione non poteſt validari citatio. Pro-
batur etiam: quia nos videmus, quòd citatio fa-
cta à iudice non habente iuriſdictionem, eſt nul-
la, ex quo citatio eſt actus iuriſdictionis, c. quo-
niam contra. ĩ. de probat. & viſum eſt ſuprà: & ta
men ſi quis in prædicto caſu ſit citatus, quia tene
tur comparere ad allegādum exemptionem ſuā,
vt eſt gl. in d. l. j. in verbo, nullius momenti. ff. de
fer. & l. ſi quis ex alien. ff. de iudic. & traditur per
Bal. in c. ex duobus in fi. ĩ. de appel. & tamen nō
eſt dicēdum, quòd citatio validetur: imò ex quo
quis regulariter tenetur ſemper comparere, hoc
dato, omnis citatio regulariter validaretur. Secū
dò facit, quia iſte tacitus conſenſus, per quem cē-
ſetur approbata citatio, nō ſtatim inducitur, ſed
adiuuante ipſo temporis curſu, arg. tex. in l. fi. in
§. ſed quia veremur. & ibi gl. in verbo, ſancimus.
C. de iuram. prop. calum. iuncto text. in c. j. eod.
tit. lib. vj. Tertiò in cōtrarium facit iſte tex. quòd
non dicitur veniſſe, qui non permanſit: & gl. cum
iurib. ibi allegatis in d. l. contumacia. §. pœnam.
ff. de re iudic. vnde ſi iſte non permanſit, non cen
ſetur neque veniſſe, & conſequenter non appro-
baſſe citationem nullā: & ex his poteſt commu-
nis opin. defendi. Prædictam concluſionem li-
mita quartò, vt procedat, quando quis recedit il-
licentiatus, non expedito articulo, ad quem cita
tus eſt. nam eo expedito etiam quòd alius ſuper-
ſit, poteſt recedere: ita do. Anto. de But. hîc in fi.
& do. Abb. in c. prout. in j. notab. ĩ. de dolo & con
tum. & in c. fin. de dilat. Quintò limita, quādo
relinquit procuratorē: Bal. in l. j. §. vſus. ff. de pro-
curat. & eſt tex. in c. conſtitutis. s̃. de procurator.
Sextò intellige ſuprà dictam regulam procede-
re, quando actor accuſauit contumaciam, l. pro-
perandum. §. j. C. de iudi. & ita intelligit And. de
Poma hîc, & ſequuntur Moderniores. Contra i-
ſtam limitationem facit tex. iſte, vbi non fit men
tio aliqua de accuſatione cōtumaciæ, quæ eſt fa-
cti, & non præſumenda, l. in bello. §. factæ. ff. de
capti. Moderniores hîc dixerunt per hunc tex. ꝙ
iſta accuſatio non eſt neceſſaria de iure canoni-
co, per hunc tex. & facit in argumentum text. in
c. conſtitutis. ibi, ex hoc reputans contumacem.
s̃. de procur. ſed tamen nō videtur conſtituenda
differentia inter ius ciuile & canonicum, c. j. de
oper. nou. nunt. Alex. in l. à diuo Pio. ff. de re iud.
Secundò reſpondent Moder. quòd prędicta regu
la nō procedit in accuſatione, vt eſt noſter caſus,
ſed in ciuilibus tantùm: ſed & hoc eſt falſum, &
contrarium tenet Bart. in l. inter accuſatorem. ff.
de pub. iud. & ibi etiam Ioan. de Imol. Sed tu ali-
ter reſponde, & eſt vna declaratio ad hanc limi-
tationem, quòd † aut iudex vult procedere ad dif
13 finitiuam, vel aliter ad vtilitatem partis, puta ad
miſsionem in poſſeſsionem, & tunc pars debet
accuſare contumaciā, ex quo iudex non ſupplet
ex officio ad vtilitatem priuatam, niſi petitus, l.
iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. aut
iudex vult procedere non reſpectu partis, ſed re-
ſpectu ſui: quia contumax videtur eū contemne-
re, l. j. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & tunc etiam
ſi pars non accuſet, tamen poterit excommunica
re, vel mulctare: quia iudex poteſt propria aucto-
ritate procedere in his, quę concernunt auctori-
tatem ſuam vel honorem iudicis, vt tradit Inno.
in c. j. de off. vic. & per Moder. in l. vbi pactum. C.
de tranſact. & ita intelligendus eſt iſte tex. ¶Ex
iſto no. videtur poſſe inferri contra do. Abb. hîc,
14 dum tenet, quòd † maior eſt contumacia in non
comparendo, quàm ſit in non parendo, per gl. in
l. creditor. §. iuſſus. ff. de app. cùm ſi. nam videtur,
quòd imò ſit par contumacia. nam ille, qui com-
paruit, non eſt amplius cōtumax in non compa-
rendo: vnde ſi diſcedit, ſolùm eſt cōtumax in nō
parendo: quia iudex debet, vt permaneat: & ta-
men vterque pari pœna punitur, tex. eſt hîc. Secū
dò pro iſta opi. adduco doctrinam Abb. in c. qua
fronte. ĩ. de appel. Fel. in c. cùm cōtingat. s̃. de off.
A deleg. vbi quotieſcunque agitur de intereſſe par-
tis, ad hoc vt excōmunicatus abſoluatur, pręſtan
da eſt cautio cum fideiuſſore: ſi verò nō agitur de
intereſſe partis, ſufficit cautio iuratoria, non ad-
hibita diſtinctione, nunquid quis ſit cōtumax in
cōparēdo, vel in non parendo. Tertiò & fortiùs
pro hac opin. adduco: quia ratio gl. & Doctorum
tenentium hanc opi. non eſt bona: dicunt ipſi, cō
tumax in nō cōparendo eſt cōtumax in duobus,
ſcilicet quia non venit, & non paruit: ſed contu-
B max in non parendo eſt cōtumax niſi in vno. iſta
ratio non eſt bona, quia etiam in primo caſu eſt
contumacia niſi in vno, ſcilicet in non parendo,
quia parére eſt quid generale, & continet omnes
ſpecies: & quamuis quis ſit contumax in duabus
illis ſpeciebus, non dicitur tamen contumax niſi
in vno: facit tex. in l. Celſus. §. fi. ff. de arbit. & tex.
in l. hæc ſcriptura. cùm ibi no. ff. de cond. & dem.
Fortiùs vrget text. in c. cùm dilecti. circa mediū,
ĩ. de do. & cōtu. vbi eſt tex. quòd in citatione, ſeu
C præcepta de comparendo, ſi dies adſit, reſpectu
diei ſunt duo præcepta: aliàs non. vnde euidēter
apparet, quòd illud nō comparére & non parére
non faciunt duo pręcepta, ſed vnum tātùm. & il-
le tex. mihi videtur vrgere. Item facit, quia iſtud
parére ſolùm venit in conſequētiam, vt etiam fa-
tetur Io. de Im. in d. §. iuſſus. ſed ea, quæ veniunt
in conſequētiam, non faciūt alteram ſpeciem, l.
pediculis. §. fi. ff. de aur. & arg. leg. Item facit, quia
cùm aliquid extrinſecum additur pręcepto, tūc
D bene dicuntur duo præcepta, aliàs nō niſi vnum,
vt eſt in noſtro caſu: & hāc regulam ſic intellecta
firmat per multa Bal. in d. l. Celſus. §. fi. ff. de arbit.
Quartò pro iſta cōcluſione facit tex. in c. certum.
xj. q. iij. vbi tex. æquiparat contumaciam in non
comparendo, & contumaciam in nō parendo: &
vtrāq; pari pœna, nimirum excommunicatione,
puniendam aſſerit: vnde nō videtur diſcedēdum
à tex. vbi nihil eſt, quod vrgeat in contrarium. &
hæc opi. videtur procedere, niſi quis ſit cōtumax
E in tota cauſa, vel in fine miſſo peremptorio: quia
tunc non veniendo grauiùs delinquit, & videtur
velle acquieſcere omnimodo ſententiæ, & ideo
talis non appellat, l. & poſt. §. fin. ff. de iudic. & l.
properandum. §. cùm autem. C. de iudic. l. ab eo.
C. quo. & quand. iud.
¶Ex dictis etiam per Abb. hîc, in quantum con
cludit, quòd † omnis cōtumacia in non veniēdo 15
etiam in re leui eſt peccatū mortale, ſecùs in non
parendo, adde, quòd etiam tenēdo hoc, quod ta-
F men, vt ſuprà dixi, non eſt verum, videtur debere
limitari, niſi talis contumacia in non parendo in
re leui eſſet in faciem, puta quia iudex in faciem
iuſsiſſet: ita eſt gl. in c. ij. de confeſ. lib. vj. quæ ita
intelligenda eſt, & puto fuiſſe de mēte Mod. hîc:
& idem tenet do. Ia. de Put. in l. cōtumacia. §. pœ
nā. ff. de re iud. & hoc modo pōt intelligi, quod
no. Bal. in c. j. de milit. vaſal. qui contu. Secūdò
limita, quādo quis eſt contumax in nō parendo
reſpectu intereſſe alterius gl. in c. qua fronte de
app. Tertiò, quando non ſolùm nō paréret, ſed
contem-



contemneret etiam: quia ſolus contemptus eſt
peccatum mortale: gl. in c. quis autē. x. diſt. Abb.
in c. j. s̃. de conſt. gl. in c. vnū orarium. §. criminis.
xxv. diſt. facit, quod no. Bal. in c. j. s̃. de pact. Et
ad ſuprà dicta adde, quòd etiam non obediens iu
dici ſęculari, eſt excommunicandus, quia morta
liter peccat: ita eſt tex. vbi Abb. not. in c. ij. in fi. s̃.
de maior. & obed. quia qui non obediuerit prin-
cipi ſuo, morte morietur: Abb. d. c. ij. per illū tex.
Bar. l. ſi quis pro eo. ver. tertiò dixit. ff. de fideiuſſ.
Quicquid ibi dicat Pau. Caſtr. dicas, quòd illud
eſt magis de cōſilio, quā de p̄cepto: & vide Abb.
& Scrib. in c. ij. ĩ. de appel. ¶Alia concluſio colli-
gitur ex dictis do. Abb. quod magis delinquit nō
obediens in re leui, quàm nō obediens in re gra-
ui. Contrarium tenet Moder. per tex. in c. nemo.
xj. q. iij. qui loquitur indiſtinctè: ſecundò per gl.
magnam in verbo, hoc iudicium. in l. vnica, §. fin.
ff. ſi quis ius dic. nō obtemp. tertiò, quia quis ma-
gis inclinatur ad comparēdum pro re leui, quàm
pro re graui, arg. c. vbi periculum. de elect. lib. vj.
Ego puto diſtinguendum. nam regula eſt, quòd
16 † leuitas, vel magnitudo rei non inducunt diuer-
ſitatem iuris, c. ex tuæ. & ibi gl. ĩ. de ſimo. Conſi-
derandus itaque eſt animus, arg. c. ſi. xiiij. q. vj. In
dubio pro re leui non eſt veriſimilis præſumptio
peccati: tex. eſt in c. & ſi quęſtiones. ĩ. de ſimo. per
quem tex. teneo cōtra Abb. in dubio: & ita tenet
Archid. xj. q. iij. epiſcopi: nec gl. in d. c. duo: xcvj.
diſt. alleg. per Abbat. probatur alioquo iure, licet
pro eo videatur facere, quia grauiùs delinquit
fur paruæ rei, quàm fur magnæ, d. c. ſi. xiiij. q. vj.
Moder. in §. ex maleficiis. Inſt. de act. ſed illa deci
ſio eſt dubia, & communiter concluditur, vt di-
xi, quòd conſiderandus eſt animus.
17 ¶In gl. ij. in fi. tenet gl. quòd † tota ſynodus non
poteſt recuſari: & in hoc iſta gl. cōmuniter ropro
batur per. c. licet. infrà tit. j. per cle. paſtoralis. §.
nos circa. verſ. Piſana. de re iudic. cum ſimilib. In
dubio tamen præſumitur contra eum, qui dicit
ſuſpectum, vt per Bal. in l. hoc modo legato. ff. de
cond. & demon. facit, quia iudices omnes vnius
ciuitatis poſſunt recuſari, Alber. de Roſa. in ij. par
te ſtatut. in quæſt. cj. Iaſ. in l. apertiſsimi. C. de iu-
dic. licet Abb. ibi indiſtinctè teneat iſtam gl. ¶Ex
Concluſio I. dictis Alb. hîc faciamus aliquot cōcluſiones. Pri
ma eſt, quòd quando præfecti concilij, ſeu capi-
ta ſunt ſuſpecti, tota ſynodus poteſt recuſari. iij.
q. v. quia ſuſpecti. & cum Abb. tranſeunt omnes.
Adde, quòd hoc caſu videtur, quòd debeat cita-
tus allegare cauſam, qualiter aſsiſtentes concilio
ſunt ſibi inimici: vnde ſi concilium, quo ad illam
cauſam, remoueat tales aſsiſtentes, & in eorum
locum ſubroget alios, nō videtur, quòd reus poſ
ſit ampliùs recuſare: & hoc probatur: nam tales
aſsiſtentes præponuntur ab ipſa ſynodo: vnde e-
tiam poſſunt reuocari, c. j. de maior. & obed. tra-
dit Io. And. & Bal. in ij. lectura hîc. & gl. in l. j. C.
de manumiſ. vindict. Si ergo exeant de concilio,
quando tractatur de ſua cauſa, ſatis eſt: pro quo
facit, quod notat Abb. & Moder. in c. cauſam. el
ij. ſuprà de off. deleg. vbi in collegio Doctorum ſi
aliquis ſcholaris doctorādus habeat aliquos do-
ctores ſuſpectos, poteſt petere vt remoueātur, &
exeant de collegio: facit quod notat Alex. in cōſ.
II. xl. in ij. vol. & Iaſ. in d. l. apertiſsimi. ¶Secunda
concluſio eſt ex dictis Abb. quòd quamuis quidā
in concilio ſuſpecti ſint, ſi tamen ſint maiori nu-
mero, quàm alij non ſuſpecti, non poterit conci-
lium recuſari, ſed ſolùm illi ſuſpecti. Adde, quòd
in hoc videtur aduertendum, quòd non eſt ſatis, C. j.
quòd recuſentur, quoad ferendam ſententiā, ſed De quo
etiā debent excludi, ne cognoſcant cauſam: quia
licet pauciores poſſent alios in ſuam ſententiam vult deo.
trahere: prò quo facit, quod dicitur de tractatu ar
bitrorum, arg. l. ſi in tres. ff. de arbit. & propterea
videtur indiſtinctè concludendū, quòd ſi epiſco-
pi ſunt ſuſpecti, licet præſidens concilio non, ta-
men tota ſynodus poteſt recuſari: quia veriſimi-
A le eſt, quòd illi epiſcopi trahent præſidentem de
facili in ſuam ſentētiam, quicquid dicat do. Abb.
hîc. ¶Tertia concluſio illata ex ſuprà dictis per III.
Abb. eſt, quòd ſi † aſſeſſor eſt ſuſpectus, etiam ordi 18
narius imperitus eſt ſuſpectus, qa veriſimile eſt,
quòd iudicabit, prout aſſeſſor cōſulet: ſecus, ſi ſit
peritus: & ita tenent etiam Moder. in ij. lectura.
Adde, quòd non videtur facienda iſta differētia:
imò etiā ſi ordinarius ſit peritus, debet poſſe dici
ſuſpectus: nam domeſticus & amicus inimici po
B teſt recuſari. Bar. in l. ſciendum. §. j. per illum tex.
ff. de leg. & fideicom. l. iij. §. ſi tutor. ff. de ſuſpect.
tutor. Iaſ. in d. l. apertiſsimi. & traditur in c. cùm
oporteat. & in c. repellātur. de accuſ. Sed aſſeſſor
dicitur domeſticus & amicus ordinarij, l. j. C. ſi
rector prouinc. ergo, etc. Et iſtud puto verū, quan
dò ipſe aſſeſſor eſſet principalis inimicus: ſi verò
eſſet amicus inimici mei, licet ipſe poſsit recuſa-
ri, vt ſuſpectus, non tamen puto, quòd poſsit etiā
ordinarius: & hoc caſu fortaſſe habet locum opi-
C nio do. Abb. & vide, quę dicam in ſeq. concluſio-
ne. ¶Quarta concluſio extra Abb. eſt, ſi vicarius IIII.
eſt ſuſpectus, etiā ordinarius poterit allegari ſu-
ſpectus arguēdo de aſſeſſore ad vicarium: & hoc
tenent Innoc. Sal. & Dec. ſed tamen in hoc credo
contrarium ex ratione Abb. hîc. nam ex quo or-
dinarius non iudicat ſecundum conſilium vica-
rij, non debet dici ſuſpectus: & pro hoc facit tex.
in c. ſi contra vnum. de off. & poteſt. iud. deleg. li-
bro vj. vbi ſi officialis, id eſt delegatus, vel vica-
D rius epiſcopi recuſatur, vt ſuſpectus, adiri debet
eius epiſcopus, qui de cauſa ſuſpicionis cogno-
ſcat. Pro quo facit, quia iudex delegās cognoſcit
in cauſa appellationis à ſententia delegati, l. j. §. j.
ff. quis, & à quo. Ergo & in cauſa recuſationis,
quę paribus iuris regulis innititur, c. ſuper eo. el.
ij. ĩ. de appel. Nec obſtat vna ratio, quam in alio
propoſito adducūt Moder. hîc, & Iaſ. in d. l. aper-
tiſsimi. dum dicunt, quòd ex quo eſt vnum tribu
nal, videtur eſſe ſuſpectus etiam ordinarius. nam
E iſta ratio vnius tribunalis non conſideratur re-
ſpectu ordinarij, vt ipſe recuſetur, ſed ſolùm re-
ſpectu vicarij. Aduerte tamen: quia imò videtur
conſiderari etiam reſpectu ordinarij, vt patet ex
not. per Bar. in d. l. j. §. j. ff. quis, & à quo. vbi cōclu
dit, quod ſi ſit idem tribunal, non appellatur ad
delegantem: & ſic de vicario ad epiſcopum: aliàs
ſic: ergò idem in recuſatione. Nec obſtat text. in
d. c. ſi cōtra vnum. quia loquitur in delegato, qui
non vtitur eodem tribunali, vt ibi patet. Puto cō-
F ſiderandum, nunquid iſte ſit amicus ordinarij, &
valde inimicus partis? & tunc idem, quod in aſ-
ſeſſore, quia poterit vterq; recuſari: aut vicarius
eſt ſolùm ſuſpectus: & finaliter plus placet ſecun
da opinio, quod etiam poterit recuſari, ſi vtitur
eodem tribunali, & ſit datus ab epiſcopo, nō au-
tem à lege: Bal. in d. l. vnica. C. ſi quacunque præ-
dit. in ij. lectura: aliàs non, per ſuprà dicta. Dicit
præterea ibidem Baldus, quod quando ordina-
rius committit aliquem defectum, eundum eſſe
ad eius vicarium: & è contrario. Quod ſi (inquit)
vter-

vterque reperitur in culpa, certè eo caſu eundum
eſt ad aliud tribunal. nã periculoſum eſt coram
iudice ſuſpecto litigare: & opinionem Baldi de
vtroq; ſuſpecto recuſando, probat Barb. in addi-
tionibus ad eũ, per c. ſtatutũ. §. aſſeſſorem. de re-
V. ſcript. in vj. ¶ Quinta concluſio pro expeditio-
ne huius materiæ ſit, ſi ordinarius eſt ſuſpectus,
vicarius delegatus & aſſeſſor pariformiter pote-
runt recuſari: ita probatur in c. inſinuante, ſuprà,
de officio & poteſt. iudic. deleg. & ſequitur Ioan.
de Imol. ibi, & Bal. vbi notat, quòd familiaritas,
quæ eſt cum domo, reddit ſuſpectum ſeruum: &
hanc opinionem ſequitur Salic. in l. vnica, C. ſi
quac. præd. poteſt. & Iaſ. in d. l. apertiſsimi. Et
hoc verum in officiali, ſeu vicario, qui ſit electus
ab ipſo ordinario: ſecùs, ſi ſit vicarius datus à le-
ge: quia illi habent ordinariam, & ex ſuſpicione
vnius non infertur ad alium, & ita intelligendus
eſt text. in d. l. vnica, C. ſi quac. præd. pot. per quẽ
Bal. ibi tenuit contra prædictam concluſionem:
ſed Sal. ſaluat, vt ibi. Adde, quòd pro opin. Bal. fa
cit, quod not. ibi Bart. in aliquibus lecturis, dum
dicit, quòd epiſcopus Senarum, quia erat inimi-
cus cuidam familiæ, omnes eorũ cauſas delega-
bat, ne reiiceretur, tanquam ſuſpectus. ad idem,
quod no. Iaſ. in d. l. apertiſsimi. Facit etiam, quod
no. Bal. in d. l. vnica, in ij. lect. vbi concludit, quòd
ſuſpicio nõ afficit perſonas, ſed iuriſdictionem.
Vnde ſi loquimur in vicario, ex quo etiã ipſe eſt
datus à lege, & habet ordinariam; talis nõ debet
eſſe ſuſpectus: delegatus verò ſic, quia vtitur iu-
riſdictione mandantis, & nihil habet proprium,
l. j. §. j. ff. de offic. eius, cui. & hoc modo poteſt re-
ſponderi ad d. c. inſinuante. Vel dic, quòd ibi ille
non ſolùm erat familiaris epiſcopo, ſed etiam i-
pſi officiali. vnde vterque repellitur, ex quo in v-
troque erat eadem ratio: facit text. ibi, & ipſe fa-
miliaris eorum, & cætera. Sed quicquid ſit, non
puto diſcedendum ab opinione prima, quæ vi-
detur communis, per ſuprà dicta. ¶ In quantum
19 do. Abb. hîc in vlt. ſol. concludit, quòd † in crimi-
nalibus in citatorio debet mitti copia criminũ,
v. q. ij. c. fin. adde, quòd iſtud procedit ſolùm, quã
do reus eſt abſens: aliàs ſi ſit præſens, ſatis eſt ci-
tare ſimpliciter, nec eſt opus mittere tenorem ac
cuſationis, c. licet vbi Abb. & alij, j. de accuſ. Bar.
& Imol. in l. inter accuſatorem. ff. de pub. iudic.
Et in quantum Abb. reſidet hîc cum duabus ſolu
tionibus, adde, quòd Moderniores hîc aliter ſol-
uunt, quòd iſta interrogatio fuit neceſſaria non
reſpectu concilij, ſed reſpectu partis: quia iſte
Quo vult deus nõ poterit opponere aliquas ex-
ceptiones contra accuſatorem, & dicere, ꝙ non
habeat legitimam perſonã, vel repellere aliis mo
dis, quibus repelluntur accuſatores, vt quia ini-
mici, c. repellantur. de accuſ. vel ſerui, l. j. ff. de q.
& hoc eſt, quod tex. dicit, cum eo experiri, etc. &
hoc placet. Aliter ſoluit Dec. in ij. lect. vt hîc per
eum. ¶ In gl. in verbo, *non placere*, Declara iſtam
gl. vt per do. Abb. hîc: & in quantum gl. allegat c.
laici. j. de iur. patr. adde, quod not. Alex. in conſil.
cxxiij. incip. diſcuſsis. in j. vol. vbi per illum text.
firmat hanc regulam, quòd vbi quis facit actum
nullum, poteſt propria auctoritate contraueni-
re. vnde ſuſtinendo gl. hîc, quam alij omnes re-
probãt, potes dicere, quòd gl. voluit dicere, quòd
in caſu d. l. ſi conuenerit. actus erat nullus, vnde
20 † potuit pœnitere: hîc verò non. & quòd actus ibi
eſſet nullus, firmat Bar. in l. qui ea mente. in ij. op
poſ. ff. de furt. vbi propriè dicit, quòd illa lex lo-
quitur de facto inualido. Declarando igitur gl. di I.
cas, quòd ibi pactum erat inualidum, id eſt ineffi-
cax, quia lex reputauit abſurdum ex ſimplici pa-
cto iuriſdictionem, quæ eſt publici iuris, tribui, l.
priuatorum. C. de iuriſd. om. iud. & hanc rationẽ
aſsignauit Angel. ibi, & licet do. Iaſ. ibi, & Mod.
hîc reprobent, vt tollas eorũ rationem, dic, quòd
non procedit in prorogatione: quia in proroga-
tione vltra cõuentionem requiritur aliquis actus
A factus coram iudice, vt concludit Bar. ibi, & j. di-
cemus poſt Abb. Vnde non eſt abſurdum, ſi effi-
caciùs operetur conuentio, iuncta aliquo facto,
quàm ſi conſtiterit in ſolis terminis conſenſus,
arg. l. j. §. j. ff. de pollic. & hoc, ne contemnatur au-
ctoritas iudicis, quæ ſi deſeratur, videtur conte-
mni, l. ſi quis ex aliena. ff. eo. tit. nam & fauore iu
dicij multũ de publico rigore remittitur, l. cùm
oſtendimus. ff. de fideiuſ. tut. l. Publia. & quod i-
bi Paul. de Caſt. ff. depoſ. modò in propoſito ibi
B pactum erat inefficax, vnde non eſt præiudiciale
alicui: hîc ſic: & hoc modo poteſt gl. ſuſtineri: &
ꝙ pactũ non ſit efficax, facit, quod no. Io. And. in
addit. Spec. in §. j. verſ. quid, ſi promiſit. de foro
comp. quia (vt ipſe dicit) lex reputauit iniquum,
per ſolam conuentionem derogari iuriſdictioni
iudicis ordinarij: & iſtæ rationes ad d. l. ſi conue-
nerit. ſunt perſuaſiuæ: nã nulla concludẽs poteſt
dari, vt patet ibi ex no. per. Mod. & in effectu iſta
ſolutio ſi ſit ſuſtentata, videtur tenere cum com-
C muni, videlicet quòd iſte tex. loquitur de nõ de-
clinando iudice, qui eſt ſuus, d. l. ſi conuenerit. lo
quitur de prorogãdo iuriſdictionem alterius. Et
rationem differentiæ adducit Abb. hîc quatuor
fundamentis. Primum eſt, quia cùm ab alio iudi-
ce diſcedatur, prorogatio eſt odioſa. Sed ad hoc
reſpondet do. M. quòd imò eſt fauorabilis, vt eſt
tex. in l. iij. & ibi Bald. in iij. not. ff. de offic. præſ.
Sed reſponde, quòd ille text. loquitur in iuriſdi-
ctione ordinaria data à lege, nos verò in proroga
D ta data à parte: & quòd ea ſit odioſa, eſt gl. in c. P.
& G. de off. deleg. & in c. j. & in c. diſpẽdia. de re-
ſcrip. lib. vj. facit, quod no. Barb. in rub. de reb. ec-
cleſ. non alie. in ij. dub. Fel. in c. quę in eccleſiarũ.
de conſt. allegat conſilium Feder. de Senis, ix. ſeu
x. Pro opin. Mod. tamen facit, quia videtur, quòd
iuriſdictio prorogata ſit eadẽ cum prima: & hanc
opin. tenuit gl. in d. c. P. & G. & Cin. quem refert
Bal. hîc, dum dicit, ꝙ terminus prorogatus eſt i-
dem eſſentialiter cũ prorogata: vnde ſi eſt ordina
E ria; ergo fauorabilis. Sed reſponde, quòd licet ſit
eadem per fictionem, vt concludit hîc Bal. tamẽ
illa adiecta eſt odioſa, quia pręiudicat ordinarię,
vt hîc per Abb. & licet non præiudicet aliquãdo
in poteſtate, vt per Aret. in c. ad petitionem. j. de
accuſ. tamen præiudicat in exercitio. Secundum
fundamentum do. Abb. eſt, ꝙ ex quo in d. l. ſi con
uenerit. agitur de danda noua iuriſdictione, hîc
verò de conſeruanda ea, quæ data eſt, ſed ſolùm
agitur de remouẽda quadam qualitate, debet fa-
F cilius cõcedi, & facit regula l. patre. ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alie. iu. Item quòd no. Bal. in c. cleri-
cus. per illum tex. j. de vit. & hon. cle. vbi quis co-
gitur ad rem inchoatam continuandam, ſed non
ad nouam inchoandam. Sed ad hoc fundamentũ
reſpondet do. M. ꝙ imò non debet eſſe differẽtia,
ex quo illud de nouo dare eſt in facultate partiũ,
& poſſunt illud facere etiam neſciẽte iudice, l. ij.
§. conſentire. ff. de iudic. Sed reſponde, ꝙ licet æ-
què facilis ſit actus, non tamẽ eſt æquè fauorabi-
lis vt ſ. probatũ eſt. Moderniores hîc aliter reſpõ-
dent, ſed



dent, ſed non perceperunt fundamẽtum. Tertiò
monetur Abbas, quia quando agitur de iuriſdi-
ctione noua declinanda, approbatio ſemel facta
perfectè tenet: & ideo quod ſemel placuit, diſpli
cere ampliùs nõ poteſt, c. quod ſemel. de reg. iur.
lib. vj. Sed quando agitur de iuriſdictione proro-
gãda, ille conſenſus non facit perfectũ actũ: imò
requiritur cõſenſus iudicis: vnde poteſt diſcedi:
& iſta propriè eſt ratio huius gl. hîc: do. M. impu-
gnat, quia falſum eſt, ꝙ requiratur conſenſus in
A prorogatione, d. l. ij. §. cõſentire. ergo non debet
eſſe differentiã. Reſponde, quòd eſt verum, ꝙ nõ
debet requiri talis conſenſus, ſed tamen requiri-
tur aliquis actus factus corã iudice, vt per Bart. in
d. l. ſi cõuenerit. qui actus arguit ſaltem tacitã vo-
luntatẽ ipſius iudicis: & de hac puto intellexiſſe
Abb. aliàs non poſſet ſaluari. Mod. aliter ſoluunt
conſiderando, ꝙ iudex poteſt renuntiare: ſed hoc
eſt nihil. Quartò allegat Abb. hãc rationem, quia
B tractatur de modico pręiudicio. Declara hoc mo
do: in iuriſdictione proroganda tractatur de mo-
dico præiudicio, quia ex quo cõuentio antequã
aliquis actus fiat, non eſt efficax, per rationẽ, quã
ſuperiùs dixi: ideo licita eſt pœnitẽtia: ſecùs, quã
do agitur de remouendo declinatoriam, quia cõ
uentio valet: & hoc modo intelligẽdo fundamẽ-
tum Decij hîc nihil facit: & ex his patet, quòd i-
ſte primus intellectus, qui communiter tenetur,
II. eſt verus, & meritò approbatur cõmuniter. Se-
21 cunda † principalis ſolutio traditur per Hoſt. quẽ
C refert Io. And. & do. Abb. fatendo contrarium, ꝙ
in noſtro text. iſte, de quo mulctatus, potuiſſet
pœnitere, d. l. ſi conuenerit. ſed in noſtro text. ex-
communicatur, quia receſsit illicentiatus, c. cer-
tum. ij. q. iij. Abb. impugnat per tex. in l. nõ vide-
tur. ff. de iudi. Dec. reſpõdet, ꝙ dictum Abb. pro-
cederet, quando clarum eſſet, ꝙ potuiſſet pœni-
tere, & allegaret rationẽ: alioquin in dubio eſſet
excõmunicandus. Sed iſta reſponſio non eſt bo-
D na, quia non videtur dari probabile dubiũ. nam
cùm pręſuppoſita hac ſolutione clarum ſit, quòd
poſsit pœnitere, d. l. ſi conuenerit. ex quo iſte arti
culus iuris eſt notorius, l. leges ſacratiſsimæ. C.
de legib. & ideo non videtur, quòd ſit excommu
nicandus, qui notoriè non delinquit, & qui aper
tiſsimũ habet ius pro ſe. Notoria enim iuris non
debent allegari, licet notoria facti non permanẽ-
tis ſic, vt traditur per Alex. in l. ij. C. de eden. cum
ſimilib. & ideo non eſt diſcedendum à ſententia
E Abb. quam etiã ipſimet Mod. tenent, & pro ea ar
III. gumentatur duobus modis, vt hîc per eos. Ter-
22 tia † ſolutio principalis refert per Abb. & eſt do.
Ant. ꝙ iſte tex. debet intelligi generaliter: & ſic tã
de pacto de non declinanda iuriſdictione, quod
eſt clarũ, quã de pacto de prorogãdo. Et hoc mo-
do intelligendo, reſpondetur ad contrariũ, quòd
in d. l. ſi conuenerit. tex. loquitur de cõuentione,
quæ non eſt facta in præſentia iudicis: iſte verò
tex. loquitur, quando conuentio eſt facta in præ-
F ſentia iudicis: do. Abb. hîc dicit, ꝙ etiam ꝙ dictũ
do. Ant. ſit in ſe verum, tñ non cõuenire huic tex.
quia hîc nõ potuit eſſe prorogatio, ex quo ea fie-
ri non poteſt ſine cõſenſu proprij iudicis, de quo
nullum verbum hîc in text. nec debet præſumi.
Dec. ſuſtinet intellectũ do. Ant. per regulã, quòd
quando apud legiſlatorẽ dubitatur de aliquo ca
ſu, omnia præſumũtur interueniſſe præter illud,
de quo dubitatur, l. qui in teſtamento. ff. de teſta.
Adde, ꝙ pro iſta regula facit alia regula, quòd qui
vult antecedens, intelligitur velle omne neceſſa-
rium conſequẽs, l. ad rem. ff. de procur. l. illud. ff. C. j.
de acq. hær. Item facit, quia dubitationes Iuriſcõ Dequo-
ſultorũ ita debent intelligi, ne abſurdę ſint, l. con vultdeo.
uenticula. vbi not. C. de epiſc. & cler. Sed abſur-
dum eſſet, ꝙ tex. decideret aliquid ex certa ratio-
ne valere, quod ex alia corrueret. nã fruſtrà ope-
raretur, l. j. ff. vt in poſſ. leg. non eatur. Item facit,
quia † appellatione rei quantumcunque generali 23
ſemper intelligitur de habilitate, l. pe. vbi Iaſ. C.
A qui admit. l. j. C. de ſacroſ. eccl. Mod. in rub. j. de
probat. vbi multa allegant. Item facit, quòd not.
per Bar. & alios in l. ſciendũ. ff. de verb. obl. in ij.
oppoſ. vbi ea quæ requirũtur ad validitatem no-
minis actus, poſſunt poſito nomine præſumi, a-
liàs non ratio eſt, quia aliàs actus ille illud nomẽ
haberet: vnde in noſtro caſu ſi non pręſumerẽtur
cætera neceſſaria, pariformiter nulla eſſet & fa-
tua deciſio. Et ex his rationibus confirmatur iſta
regula Mod. quã alij dixerant nõ probari aliquo
B iure. Data igitur regula pro vera, videndũ eſt, nũ-
quid iſta ſolutio ſatisfaciat? & puto, ꝙ non: quia
benè fateor, quòd ſi tex. diceret, prorogatam eſſe
iuriſdictionẽ, deberet intelligi prorogatã, prout
de iure debuit, & ſic cum conſenſu ſuperioris or-
dinarij: ſed cùm in tex. nullũ ſit verbũ de proro-
gatione, nõ videtur fienda iſta ſubauditio. Quare
ſecundò modò reſpondet Decius, ꝙ hîc facta eſt
prorogatiò per cõtractum, quę bene fieri potuit
abſq; conſenſu ordinarij, c. dilecti. infrà, tit. j. ſed
C grauiter errat: quia quod dicitur de contractu, nõ
intelligitur de contractu ipſo de prorogando, vt
eſt noſter caſus: quia tunc non poteſt, d. c. ſignifi-
caſti. ſed de alio contractu, ex quo quis ſortiatur
forum in conſequentiã ratione contractus. Poſ-
ſet vltra Mod. fortaſſe dici, ꝙ licet cleric⁹ nõ poſ-
ſit prorogare iuriſdictionem ſine cõſenſu epiſco-
pi, d. c. ſignificaſti. tamen Epiſcopus poterit ſine
conſenſu archiepiſcopi. Nec obſtat ille text. quia
maiorem iuriſdictionẽ habet epiſcopus in cleri-
D cos, quàm archiepiſcopus in epiſcopos. vnde
nec eos iudicat niſi in paruis delictis: facit, quod
not. Io. And. in c. vt litigantes. de off. ord. lib. vj. &
Spec. in tit. de maior. & obedi. verb. archiepiſco-
pus. & confirmatur iſta opi. contra Abb. hîc, & in
d. c. ſignificaſti. & Hoſt. in c. ad reprimẽdam. ſ. de
off. ordin. Rationes d. c. ſignificaſti. nõ habent lo-
cum in epiſcopo: ergo nec diſpoſitio per l. adire.
§. quamuis. ff. de iure pat. Prima ratio eſt, quia cle
ricus non poteſt iurare ſine conſenſu epiſcopi, c.
E j. infrà, de iuram. calum. ergo nec litigare, quia in
iudicio requiritur iuramentũ calumnię. nam iſta
ratio non habet locũ in epiſcopo, qui nõ petit li-
centiam iurandi ab archiepiſcopo, ſed per ipſum
poteſt iurare, c. ſi. j. de iuram. cal. Secũdam ratio-
nem aſsignat gl. & Abbas, quia clericus non po-
teſt ab alio epiſcopo ordinem recipere: ergo nec
iudicium, c. nullus. ix. q. ij. Sed iſta ratio non eſt
bona, quia conſequentia eſt falſa: quia ab archi-
diacono quis non ordinatur, & tamen iudicatur,
F xxv. diſt. per lectis. gl. in d. c. nullus primas. Itẽ da
ta iſta ratione pro vera, ſequeretur, ꝙ epiſcopus
deberet non ſolùm petere licentiam ab archiepi
ſcopo, ſed etiam à ſuffraganeis, ex quo ſolus ar-
chiepiſcopus non ordinat, ſed & cæteri ſuffraga-
nei, c. fin. archiepiſcopus. ſ. de temp. ordi. Tertia
ratio in clerico eſt: quia clericus non poteſt ab a-
lio, quàm à ſuo prælato petere iudicium animæ,
c. nec placuit. de pœnit. diſt. vj. ergo nec iudiciũ
ciuile. Sed dic, ꝙ iſta ratio concluderet, ſi ſolus e-
piſcopus confiteretur ſacerdotem, & abſolueret,

ſed quilibet ſacerdos ſacerdotẽ audit, vt not. per
Scrib. in c. omnis. j. de pœnit. & remiſ. vnde non
valet arg. Itẽ dato, ꝙ in clerico valeat, dico, quòd
in epiſcopo non procedit: quia ille poteſt elige-
re in confeſſorem, quencunq; voluerit, c. fi. j. de
pœnit. & remiſ. vbi tex. clarus. cùm ergo nulla ra
tio d. c. ſignificaſti, habeat locum in epiſcopo, cer
tè ſequitur, ꝙ nec diſpoſitio: & ex his concludo
contra do. Abb. defendendo opi. do. Ant. de But.
quæ etiam ſine diuinatione poteſt optimè exem
IIII. plificari in iſto tex. Quarta † ſolutio extra Abb. da
24 tur per Mod. & refert Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. ꝙ i-
ſte tex. procedit de iure canonico: contrariũ verò
de iure ciuili. Ratio differentiæ eſt, quia ſecundũ
canones omne promiſſum efficacius debetur, ꝗ
ſecundũ legem ciuilem. vnde ex pacto nudo ori-
tur actio, c. j. j. de pact. ſecùs ſecũdum legem §. ſed
cùm nulla. in l. iuriſgentiũ. ff. eo. tit. Item de iure
canonico nõ eſt licita pœnitentia in cõtractibus
innominatis correſpectiuis, vt per Bal. in rub. C.
de rer. permut. ſecùs de iure ciuili, l. ſi pecuniã. ff.
de cond. cauſ. da. Sed aduertendum eſt, ꝙ ex quo
de iure canonico difficiliùs fit prorogatio, quàm
de iure ciuili, c. ſignificaſti. j. tit. j. videretur po-
tiùs dicendum totum contrariũ. Nec obſtant ra-
tiones ſ. dictæ, ꝙ efficacius ſit pactũ de iure cano
nico: & fortiùs dixerunt Mod. ꝙ nunquã admit-
titur de iure canonico pœnitẽtia alicuius promiſ
ſi: nam reſpondeo, ꝙ prędicta ratio habet locum,
quoad vigorem pacti, vt oriatur actio: qui quidẽ
vigor non cõſideratur in noſtro caſu, ex quo etiã
ꝙ conuentio ſit facta per ſtipulationem, tamẽ ha-
bet locũ diſpoſitio d. l. ſi conuenerit. vt tenetur i-
bi cõmuniter. Nec obſtat, ꝙ pœnitentia promiſsi
non admittatur, quia iſtud eſt falſum, quia in fo-
ro canonico in pacto correſpectiuo nõ oritur a-
ctio: vnde licita eſt pœnitentia, vt per Soc. in rub.
ff. de verb. oblig. Lud. Ro. & Iaſ. in d. l. ſi pecuniã.
qui etiam refert Bald. contrariũ tenentem. vnde
prędicta opi. Bal. in d. rub. C. de rer. per. non caret
dubio. Item facit, quia de iure canonico licitũ eſt
pœnitere de pollicitatione facta, vt per Abb. in c.
qualiter. de pac. & in c. inter vniuerſos. de elect.
cum aliis concor. traditis per Iaſ. in rub. ff. de ver.
oblig. Facit etiã, quia in materia prorogationis
non eſt inducenda differẽtia inter ius ciuile in ca
nonicum, niſi in vno caſu, vt per do. Abb. in d. c.
ſignificaſti. ſic nec in aliis caſibus in dubio, c. j. de
oper. nou. nunt. c. j. de iuramen. cal. cum ſimilib.
V. Quinta † ſolutio datur firmando arg. ꝙ non ſit li-
25 cita pœnitentia, vt hoc tex. Fallit, niſi de cõſenſu
vtriuſq; partis, intelligẽdo tex. in d. l. ſi conuene-
rit. quando vterq; diſcedit à pacto, quod fieri po-
teſt, l. ab emptione. ff. de pact. & hũc intellectum
tenuerũt quidã antiqui, quos refert Alb. de Roſ.
ibi, & tradit hîc Dec. & confirmatur iſte intelle-
ctus ex verbis text. nam in princ. ibi, ſi cõuenerit,
neceſſariò intelligitur inter vtrũq;. deinde ſequi-
tur tex. ibi, mutata volũtas fuerit. ergo debet in-
telligi etiã ab vtroq;. tamen cap. vt pariformiter
determinatur. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & l. eum,
qui. ff. de vſuc. tamen etiã quia pręcedens intelli-
gitur repetita in ſequenti, l. doli verbũ. in princ.
vbi Bar. ff. de ſeruo corrup. & iſtum intellectũ ap-
probat Dec. hîc. Sed in contrarium fortiter vrget
text. ipſe in verbo, vt priuſquã adiretur. qui præ-
ſupponit, ꝙ vbi aditus erit prætor, non erit licita
pœnitentia. Certè ſi tex. intelligeretur, quãdo v-
terq; pœniteret, iſtud eſt falſum: quia poſſunt à li
te diſcedere, quando volunt, l. poſtquã liti. C. de
pactis: & Moderniores ad hãc rationem neſciue-
runt reſpondere. Cogitaui, ſi poſſet teneri iſta cõ
cluſio, quòd partes non poſsint renũtiare inuito
iudice? & pro hac concluſione facit, quia nec a-
ctor poteſt renuntiare liti inuito reo, ſi rei inter-
ſit, vt tenet gl. & Bal. in l. vtiq;. ff. de rei vend. vn-
de in noſtro caſu cùm iudicis interſit, quia gra-
uis ei iniuria infertur, & videtur contemni eius
auctoritas, vt eſt text. in l. ſed ſi ſeruum. §. fi. & l.
A ſeq. ff. de arbit. ideo non debet poſſe renũtiari:
facit, quia poſt litem conteſtatam etiam vtraque
parte conſentiente non poteſt emãdari libellus,
Bal. in auth. hodie. ad fi. C. de iuram. calum. Nec
obſtat tex. in l. poſtquam liti. C. de pact. quia ille
tex. loquitur, quãdo renũtiatur cauſæ in totum,
ita quòd nec ſub vno, nec ſub alio iudice am-
pliùs litigaturi ſunt, vt declarat ibi Bart. ſed nos
loquimur, quãdo quis renuntiat iudici, vt cogno
ſcatur ſub alio: quo caſu contemnitur eius aucto-
B ritas: & ita loquitur d. l. ſed ſi ſeruum. §. fin. vnde
puto, quòd ille intellectus antiquorum ad d. l. ſi
conuenerit. ſit multum probabilis. Sexta † ſolu- III
tio data eſt, quæ placuit Modernioribus, ꝙ text. 26
in d. l. ſi conuenerit. loquitur, quando prorogata
eſt iuriſdictio iudicis incerti, ſeu conuentũ eſt de
litigando ſub iudice incerto. vnde licita eſt tali
caſu pœnitẽtia. ſecùs, ſi ſub certo, vt in noſtro ca
ſu. Sed iſta ſolutio non placet, quia eſt contra ver
ba tex. quia loquitur, quando conuentum eſt, vt
C aliùs pretor, quàm cuius iuriſdictio eſt, ius dicat:
ergo ſiue certus, ſiue incertus, dummodò non is
ſit cuius iuriſdictio eſt, ille text. debet habere lo-
cum, & eſt maxima reſtrictio. Item in cõtrarium
facit, quia ratio Doctorum habet locum tã in cer
to, quàm in incerto. nam ideò licita eſt pœniten-
tia antequàm adeatur, quia tali prætori ius non
potuit acquiri abſenti: iſta ratio in vtroq; caſu mi
litat. Item & tertiò promiſsio iſta aut erat omni-
no incerta: & tunc nihil valuit, quia talis promiſ
D ſio etiam in iudicio nihil valet, l. ita ſtipulatus. la
gran. in j. reſponſo, ff. de verb. oblig. l. de die. vbi
gl. ff. qui ſatiſdare cog. & ſic fatuè dubitaſſet text.
qui præſupponit conuentionem valere, ſed lici-
tam eſſe pœnitentiam: aut nõ erat penitus incer-
ta, ſed incerta de certis: & adhoc vt valeat, neceſ
ſe eſt intelligere, quòd reus & actor nõ applicue-
rint animum ſuũ ad certũ iudicem, ſed ſolùm ad
genus: quia promiſsio incerta de certis, quę reſpi
cit perſonas, nõ valet, l. duo ſunt Titij. ff. de teſta.
E tut. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de legat. ij.
vnde eſſet maxima cauillatio ad textum: quare
nullo modo teneo iſtam ſolutionem. Septima VII.
† ſolutio data eſt per Moderniores, qui tenent a- 27
lium intellectum ad illa verba tex. interrogatus,
an cum eo vellet experiri. quòd interrogatio fuit
facta non reſpectu iudicis, ſed reſpectu accuſato-
ris, qui non poterat poſtea amplius repelli, tan-
quam non legitima perſona ad accuſandũ: igitur
patet expreſſa differentia, quia hîc loquitur de
F conſenſu in accuſatorem, ibi in iudicem. Ratio
differẽtiæ patet, tum quòd ibi iudex erat abſens,
hîc accuſator præſens. Itẽ iuriſdictio, quæ eſt pu-
blici iuris, non potuit conferri, declarando, vt ſ.
dixi, hîc ſecùs: & ſic eſt multùm plana. Igitur ad-
hærendo communibus fac regulã, quòd pactum
de litigando corã alieno iudice non inducit pro-
rogationem irreuocabilem, d. l. ſi conuenerit. &
ita eſt communis opinio, vt hîc per Mod. Et am-
pliatur iſta concluſio, vt procedat non ſolùm in
prima inſtãtia, ſed etiam in alia. vnde ſi ergo pro-
rogauerim,



rogauerim, & finita ſit prima inſtãtia, deinde vel-
lemus incipere aliam, certè poſſum pœnitere: ita
tenet Ang. in d. l. ſi conuenerit. & ibidem Bal. &
Angel. in l. cùm quædam. eodem tit. & Aret. hîc
per text. in l. hos accuſare. §. hoc beneficio. ff. de
accuſat. qui tamen tex. non multùm facit. In con
trarium eſt communis opinio, vt ibi per Alexan.
& Iaſ. pro qua facit tex. in l. ſi quis priore. in prin.
ff. ad Turpil. gl. in cl. ſæpe. circa fi. in verbo, par-
A tibus. de verb. ſignifi: quæ iura prò & contrà alle-
gata parum faciunt in propoſito: difficultas de-
pẽdet ab eo articulo, an partes in dubio cẽſean-
tur prorogare iuriſdictionem reſpectu inſtantiæ,
an verò reſpectu cauſæ? & Decius tenendo com-
munem hîc, dicit, cenſeri prorogatum reſpectu
cauſæ, per tex. in c. pen. infrà, eo. vbi reſcriptũ im
petratũ in dubio, intelligitur reſpectu cauſę, non
inſtantiæ. Sed reſponde, quòd imò ibi ſumus in
claro, ex quo in text. dicitur, quòd deciſiò cauſæ
B tractabatur. itẽ quia præſupponitur expreſsè, ꝙ
commiſſa eſſet cauſa, in fine tex. ibi, ſecundũ for-
mam, etc. Prò communi etiam facit, quia conceſ-
ſiones in dubio intelligendæ ſunt in actu perpe-
tuo, vt eſt cauſa, non in temporali, vt eſt inſtãtia:
iſtud probatur ex not. per Bart. in l. ſeruus. C. de
pœnis, in l. ſi adulterium. §. fin. ff. de adult. Rimin.
Fer. in rub. ff. de iur. om. iud. tenet primã opinio-
28 nem contra communem: prò qua facit, quia † o-
mnis iuriſdictio prorogata eſt odioſa, ex quò ex-
C traordinaria, & derogans ordinariæ c. j. vbi gl. &
in c. diſpendia. de reſcript. lib. vj. Ergò in dubio
ſtrictè interpretanda, c. odia. de reg. iur. lib. vj. Vn-
de in dubio intelligendum erit ſolùm factã pro-
rogationem reſpectu inſtantiæ, non reſpectu to-
tius litis. Facit etiam, quia iſta prorogatio nõ eſt
aliud, quàm renuntiatio iuriſdictionis exercen-
dæ ſub proprio iudice, c. ſignificaſti. j. tit. j. l. ij. ff.
de iudic. Sed renuntiatio facta in dubio, intelli-
gitur reſpectu inſtantiæ, non autem reſpectu to-
D tius cauſæ, vt concludit Ioan. Maria. Riminaldus
in l. poſtquam liti. C. de pact. quicquid teneat ibi
Bar. contra quem eſt communis op: vt tenet do.
Alexan. in conſ. xij. in j. vol. & hæc procedunt in
expreſſa prorogatione. Sed quid in tacita, quia
partes litigauerunt ſub alieno iudice, nec oppo-
ſuerunt declinatoriã, & hęc omnia fecerũt ſcien-
ter, nunquid cenſebitur prorogata iuriſdictio re-
ſpectu inſtantiæ tantùm? Paul. de Caſt. tenet, ꝙ
ſic, & Dec. hîc: & ita tranſeunt omnes, per gl. in
E d. clem. ſæpe. in ver. partibus. & not. Bar. in l. fin.
C. ne fil. pro pat. quem Paul. de Caſt. allegat: ſed
tamen non inuenio. Aduerte, quia in contrarium
fortiter vrget, quod tenet Aret. vbi atteſtatur ita
communiter teneri in l. naturaliter. §. nihil cõmu
ne. ff. de acq. poſ. vbi dicit, quòd per omiſsionem
exceptionis declinatoriæ, & ſic per tacitã remiſ-
ſionem, non poteſt renuntiari ſoli inſtãtiæ, quin
renuntietur toti liti, ſeu cauſæ, per not. Bart. in d.
l. poſtquam liti. C. de pac. Ergo quis diſcedendo
F à iuriſdictione ſui ordinarij, non poteſt diſcedere
ratione ſolius inſtantiæ, etc. Facit quod not. Bar.
in d. §. nihil commune. in j. comb. vbi concludit,
ꝙ ſi quis intẽtat petitorium, deinde poſſeſſoriũ,
reſpectu eiuſdẽ rei, videtur non ſolùm renuntia-
re inſtantiæ, ſed etiã cauſæ. Et ex hac ratione vi-
detur corruere fundamentũ Pau. qui tenet, taci-
tam renuntiationẽ in dubio referri ad inſtãtiam.
Quod videtur falſum, quia imò refertur ad totã
cauſam. Quid tenendũ? teneo opi. Paul. de Caſtr.
& communem, ꝙ cenſetur tantùm prorogata iu-
riſdictio reſpectu inſtantiæ. Nec obſtat, not. per C. j.
Aret. quia (vt ipſemet fatet) articulus eſt dubius, De quo-
& contraria pars erat æquior. Sed nec doctrina vultdeo.
Bar. ibi, de qua etiã in iij. lect. gl. caret dubitatio-
ne, & cõtrariũ tenuerũt Mod. vt ibi dixi. Itẽ dato,
ꝙ vtrunq; dictũ ſit verum, tamen reſpondendum
eſt, quòd in noſtro caſu poſsibile eſt, ꝙ partes a-
gant de prorogando ſolùm reſpectu primę inſtã-
tiæ: vnde non trahitur ad cauſam: ſed in contra-
A rijs renuntians non poterat ſoli inſtantiæ renun-
tiare, quia actus, quem gerebat, importabat etiã
renuntiationem cauſæ. nã ſi ago Vti poſsideris,
præſuppono me poſsidere, quæ poſſeſsio expreſ
sè facit, ne agã rei vendicatione, quia aliàs cõtra-
rius eſſem, l. j. C. de fur. & dixi latiùs in d. §. nihil.
Fateor tamen, ꝙ articulus iſte redditur ſatis du-
bius. Limita † nunc iſtã concluſionem aliquibus 29
modis, ſecundũ diuerſas ſolutiones ſ. traditas, et
referunt hîc Mod. Item limitatur iſta concluſio,
B vt procedat tãtùm, qñ conuentio eſt facta per pa-
ctum nudũ in abſentia iudicis: ſecùs, ſi præſente
iudice & acceptante, vt probatur in d. l. ſi conue-
nerit. arg. à contrario ſenſu, & per aliàs rationes,
de quibus hîc per Mod. Contra iſtã limitationẽ
tamen facit, quod no. do. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit.
nã cùm in prorogatione non ſit neceſſarius con-
ſenſus iudicis, l. ij. §. cõueniſſe. ff. de iudic. ergo ſi
interueniat in his, debet operari, per regulam l.
vnicę, in prin. C. de rei vx. act. tradit do. Iaſ. in l. vi
C num. ff. ſi cer. pet. Sed vltra Mod. tu reſpõde huic
fundamento, ꝙ verum eſt, quoad eſſentiã proro-
gationis, ꝙ non requiritur conſenſus iudicis, ſed
quoad illud, ne poſsit reuocari per pœnitentiã,
bene requiritur. Amplia iſtã concluſionem, etiã
ſi iudex taceat: quia tacens in his, quæ ſpectãt ad
vtilitatem ſuã, habetur pro cõſentiente, l. qui pa-
titur. ff. mand. Facit, quod not. Bal. in c. cùm dile-
ctus. j. de ord. cog. vbi dicit, ꝙ in iudicialibus ta-
cens conſentit, quia indiciũ tacitæ confeſsionis
D eſt ſilentiũ: ita probatur in illo textu, & in l. præ-
tor. §. hoc autem. in gl. parua, ff. de oper. no. nunt.
Amplia etiã, vt procedat, quamuis nõ in tribuna-
li eo ſedente conſenſerint. vnde ſi in itinere corã
eo prorogauerint, tamen habeant locũ prædicta:
quia etiã tunc dicetur in iudicio factus, l. voluit.
§. fi. ff. de interrog. actio. & ſecuti ſunt Modernio-
res, quicquid dixerit Felin. in c. ſignificaſti. j. tit. j.
Item limita prędictã l. ſi conuenerit. vt procedat,
quãdo conuentio eſt facta pacto nudo tãtùm: ſe-
E cùs, ſi per ſtipulationẽ. ita tenet do. Abb. & Mod.
hîc: & ita eſt communis opinio. Et quia Mod. hîc
reſpondent ad argum. tenentiũ contrariũ, dein-
de ipſi firmãt communem quibuſdã rationibus,
videamus, an probabiliter ſaltem concludant? &
primò verificari videtur communis, ponderãdo
tex. in verb. conuenerit, quòd importat pactũ nu
dum, l. lecta. vbi Mod. ff. de pact. Vnde illa lex ex-
orbitans loquens in pacto nudo, non debet trahi
ad ſtipulationem. Aduertendum primò eſt, quia
F imò ille tex. loquitur etiam in ſtipulatione, quia
verbũ Conuenerit, eſt generale, & compræhẽdit
omnes cõtractus, l. j. ver. conuentionis. & in verſ.
ſeq. & l. conuentionum. ff. de pact. Vnde in dubio
intelligitur etiam de ſtipulatione. & ita cõmuni-
ter tenetur, quicquid dixerit Bar. in d. l. lecta. Et
dato, ꝙ opinio Bartoli eſſet vera, tñ eſt limitãda,
niſi proferatur in lege à iuriſperito: quia tunc in-
diſtinctè compræhendit ſtipulationem, vt tenet
Iac. Butr. & Ang. in l. j. C. de contrah. & commit.
ſtipul. & probatur iſta cõcluſio in l. qui Romæ. §.

Callimachus.ff. de verb. oblig. vbi Iuriſcõſultus
referens ſtipulationem ab alijs factã, dicit conue
niſſe inter eos: ibi, cõuenitq; inter eos, vti, &c. &
ratio differentiæ eſſe poteſt, quia quãdo iſtud ver
bum profertur à parte, in dubio intelligendũ eſt
in fauorẽ debitoris, & ſic, vt in minus quàm poſ-
ſibile ſit, teneatur, l. quicquid.ff. de verb. oblig. l.
veteribus.ff. de pact. quia verba contrahentiũ ita
ſunt intelligenda: ſed q̃n iſtud verbum profertur
à legislatore, eius verba generaliter & in poten-
tiori ſignificatu capiẽda ſunt, l. j.ff. ſi ager vectig.
facit, quod not. per Bart. in l. ſi pluribus.ff. de leg.
ij. vbi concludit, q; indefinita prolata à lege, indi
ſtinctè æquipollet vniuerſali: ſecùs, ſi ſit prolata
ab homine. In propoſito igitur cùm tex. in d. l. ſi
conuenerit. generaliter intelligatur, dicendũ eſt,
q; procedat etiam in ſtipulatione: facit, quia in le
ge quantumuis exorbitanti & pœnali, tamen ver
ba intelligẽda ſunt, vt compræhendãt, quicquid
venit ex proprietate vocabuli, l. lege Cornelia. v-
bi Aret.ff. de teſta. not. in c. cui de non. j̃. de præb.
lib. vj. do. Abb. & alij in c. Rodulphus. ſ̃. de reſcr.
& hoc modo ſublatũ remanet primum fundamẽ
tum. Secunda ratio Mod. eſt, quia nos videmus,
q; regulariter in cõtractibus innominatis locum
habet pœnitentia, l. ſi pecuniã.ff. de condic. cauſ.
dat. & tamen ſi accedat ſtipulatio, tunc non erit
licita pœnitentia, Bar. in l. ij. in fin. C. de cond. ob
cauſ. referunt Mod. in rub.ff. de verb. oblig. & in
l. cùm mota. C. de tranſact. ergo in ſimili idem di-
cendum eſt in noſtro caſu. Sed iſta ratio parum,
aut nihil valet: quia ratio, cur in cõtractibus inno
minatis ſit licita pœnitentia, eſt, quia contractus
ipſi ſunt frigidi: vnde ſi fomentẽtur à ſtipulatio-
ne, ceſſat frigiditas, vt tenet Bar. in l. iuriſgentiũ.
§. quinimò.ff. de pac. & Mod. in prædictis locis:
ſed in caſu noſtro quãtuncunq; teneamus ratio-
nem aſsignatam per Doct. in d. l. ſi conuenerit. ea
habet locũ in vtroq; caſu. vnde non eſt facienda
aliqua differentia: & iſtã opin. tenet etiã Iaſ. in d.
l. ſi cõuenerit. Et aduerte: quia non videtur in cõ-
trarium communis opi. in hoc puncto, q; videli-
cet prædicta l. ſi conuenerit. loquatur tã de ſtipu-
latione, quàm de pacto: ſed ſolùm in eo, q; eſt ac-
ceſſorius, q; pœnitẽs tenebitur ad intereſſe. nam
idem etiã in pacto tenuit do. Abb. hîc, & ſequun-
tur alij. Igitur circa illam quæſt. quam format do.
Abb. hîc, nunquid talis pœnitens teneatur ad in-
tereſſe? & communiter tenetur opin. Abb. hîc, q;
ſic in ſtipulatione, quia promiſsio facti ſuccedit
loco intereſſe, l. ſtipulationes nõ diuidũtur. verſ.
Celſus.ff. de ver. oblig. in pacto idem, quando a-
geretur de damno vitando, l. eleganter. §. ſeruus
pactionis.ff. de dolo: aduertendũ eſt, quia tenen-
do hanc communem opi. illa l. ſi conuenerit. tam
celebris, ſeruiret nobis de nihilo. Nec obſtat re-
ſponſio Alex. in d. l. ſi conuenerit. & Rochi hîc, q;
ſeruiat nobis reſpectu iudicis, licet non reſpectu
partiũ: quia reſpõdeo, q; iſte reſpectus iudicis nõ
conſideratur: & hoc non per d. l. ſi cõuenerit. ſed
per communes regulas, quæ habent, q; conuẽtio
facta nõ acquirit abſenti, l. Labeo.ff. de pac. & q;
pars poſsit recedere, prouidetur etiã per l. litiga-
tores.ff. de arbit. & ideo videtur dicẽdum, q; opi.
Pet. & Cin. in l. ex conſenſu. C. de epiſ. aud. ſit ve-
ra, quam conſulendo ſequitur collegium Patauí
num, & diſputando tenent Moderniores. Et pri-
mò videamus, nunquid eorũ rationes vrgeãt? &
prima eſt, quia cùm lex permittat pœnitentiã, er-
go quod lege permittente fit, nõ meretur pœnã,
l. Gracchus. C. de adult. Sed tamẽ videtur, q; imò
l. aliquid concedat: quod ſi fiat, inducit pœnã: ita
tenet Bal. in c. nã concupiſcentiã. ſ̃. de cõſt. alleg.
tex. in l. quod ait lex.ff. de diuor. quod eſt notan-
dum pro limitatione d. l. Gracchus. Ad iſtud fun
damentũ colligitur reſponſio ex no. hîc per Abb.
q; ad hoc, vt aliquis ſoluat intereſſe, non dicitur
propriè ſoluere pœnã. nam nos videmus, q; etiã
princeps ſi permittit aliquid fieri, intelligitur p-
A mittere, ita tamen ne tertio præiudicetur, l. ij. §. ſi
quis à principe.ff. ne quid in loco public. Sed iſta
reſponſio bene procederet, quãdo concederetur
niſi alteri parti: ſed cùm vtriq; parti, ſeu alteruti
conceſſum ſit pœnitere, non poteſt dici, ſeu conſi
derari aliquod præiudiciũ, vt probatur efficaci-
ter in l. ſi.ff. quod quiſque iur. & idicirco remanet
firmum argumentũ de d. l. Gracchus. Contra hãc
opinionem pro communi facit, quod notat Bal.
in l. is, qui ſe obtulit.ff. de rei vendic. nam ſi quis
B intentat petitorium, deinde poſſeſſoriũ retinen-
dæ, ſi id facit ante litem conteſtatam in poſſeſſo-
rio, non cenſetur renũtiaſſe petitorio, ſed ſolùm
pœnituiſſe: & licet permittatur talis pœnitentia,
vt per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. in
iij. lectura gl. & in iiij. combinat.ff. de acqui. poſſ.
tenebitur tamen ſoluere expenſas parti: ita tenet
ibi Baldus: ſed poteſt reſponderi, eũ teneri, quia
verum eſt, quòd temerè litigauit, l. eum, qui.ff. eo.
quæ ratio ceſſat in noſtro caſu: & ita teneo con-
C tra communem. Bene fateor, quòd ſi in hac pœ-
nitentia argueretur dolus partis, per quem alia
pars damnificata eſt, cùm agatur de damno vitã-
do, tunc poſſet agi actione de dolo: & ita proce-
dit tex. in l. & eleganter. §. ſeruus pactionis.ff. de
dolo, aliàs non. Sed admiſſa communi pro vera,
quòd indiſtinctè agatur ad intereſſe, dubitat hîc
Abb. nunquid iudex, cuius iuriſdictio erat proro
ganda, poſsit eſſe iudex in iſta cauſa ad intereſſe?
& tenet, q; ſic: primò per rationem, quia execu-
D tio iſtius obligationis deſtinata eſt ad tribunal i-
pſius: ergo ratione deſtinatæ ſolutionis poterit
ibi conueniri, c. dilecti. j̃. tit. proximo, l. contraxiſ
ſe.ff. de actio. & oblig. cum ſimilib. & per iſtam ra
tionem idem tenet Alex. in l. ſi conuenerit.ff. de
iuriſdict. om. iudic. Sed tamẽ ad hoc potes reſpõ-
dere, quòd imò non debet poſſe cõueniri: primò,
quia d. l. contraxiſſe loquitur, quãdo contractus
eſt factus in aliquo loco; ſolutio verò deſtinatur
alibi, tunc cùm de ipſo contractu non ſit dubita-
E tio, & ſic non dubitetur de materia originali con
tractus, quin valeat, ſolutio poteſt fieri, & quis
cõueniri in loco deſtinato, ſed in noſtro caſu, ex
quo contractus ipſe principalis non valet, non
poteſt dici, quòd executio debeat expediri ſub il
lo iudice. quia nõ valet cõſequentia, ſi dicamus,
cõtractus efficax facit, vt quis ſortiatur forum lo-
co deſtinatæ ſolutionis: ergo & cõtractus, à quo
licitum eſt pœnitere. Secũdò potes dicere, quòd
cùm executio ipſius contractus, ſic ſolutio po-
F teſt conferri in locum non attingentem locum
contractus: ſed in noſtro caſu idem locus eſt con
tractus & locus ſolutionis, ſeu meliùs executio-
nis. vnde remoto per pœnitentiam ipſo con-
tractu principali, cenſeri debet etiam remotus
locus reſpectu executionis. Tertiò non vide-
tur rectè argumentari Abbas, de ſolutione de-
ſtinata in aliquo loco ad tribunal deſtinatum,
quod ex pœnitentia reijcitur: vel ſolue gene-
raliter, vt infrà dicam. Monetur etiam Abbas
per duo iura, gloſ. in cap. fin. ſuprà de reſcript.
& gl.



& gloſſ. in clem. j. de reſcript. ſed nec illæ gloſſæ
multùm faciunt. Et vltra reſponſionem do. An-
dreæ Barb. hîc potes dicere, quòd ibi ideo iudex
alienus punit in expenſis, quia factę ſunt ſub eo,
& tanquam melius informatus debet ipſe de eis
iudicare, arg. not. in l. terminatæ. C. de fructib. &
lit. expẽſ. Vel dic, & iſta ſolutio tollit omnia prę-
cedentia, & eſt fortiſsimum argumentũ pro opi-
nione contra Abb. quòd iſte iudex, ex quo eſt mu
A tata voluntas alterutrius, veriſimile eſt, quòd erit
illi offenſus, tanquã ſua auctoritas ſit cõtempta,
c. ſuſpicionis, de off. deleg. l. litigatores. cum præ
ced.ff. de arbit. vnde tanquam ſuſpectus repellen
dus eſt, l. apertiſsimi. C. de iudic. quæ ratio ceſſat
in fundamentis do. Abb. Item contra do. Abb. al-
legat Decius doctrin. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chryſogonus.ff. de verb. oblig. per text. in l. qui
fundum.ff. de contrah. empt. vbi qualitas loci nõ
videtur repetita in promiſsione acceſſoria: ergò
B nec in noſtro caſu iſta qualitas, quæ principalem
prorogationem reſpicit, cenſetur repetita reſpẽ-
ctu intereſſe. Reſpondet Dec. quòd imo intereſſe
non eſt quid acceſſorium: imò ſubintrat in locũ
principalis diſpoſitionis: ſed hoc dato, ſequere-
tur, quòd ſicut in principali prorogatio locum
non habet, ita nec in intereſſe, quod eſt illi ſub-
rogatum, l. ſi eum. §. qui iniuriarũ.ff. ſi quis caut.
& tradit Bal. in conſ. vij. quidã dominus Paſetus.
in j. vol. vbi concludit, quòd ſi quis ſit exemptus
C ab æſtimo alicui⁹ communis, intelligetur etiam
eſſe exemptus ab ęſtimo, quod priori ſubrogare-
tur. Ad idem, quod not. Lud. Ro. in l. in prouin-
ciali. §. itẽ ſi in publico.ff. de oper. no. nun. vbi te-
net, q; contra ſocium ædificantem dantur duæ a-
ctiones, familiæ erciſcundæ, & actio in factũ, ſeu
officiũ iudicis: ſed ſi negatur ſocius, ſicut non da
tur familiæ erciſcũdæ, ita nec actio in factũ, quia
eſt ſubrogata illi. Ecce ergo, quòd à quo remoue-
tur principale, remouetur etiã illud, quod eſt ei
D ſubrogatũ. Præterea contra ſolutionem Dec. fa-
cit, quia non videtur, q; intereſſe, de quo agimus,
nunc ſit ſubrogatũ principali: imò nos loquimur
niſi de illo intereſſe, quod reſpicit nõ quidẽ prin-
cipalem cauſam, ſed ſolùm modicã illam cogni-
tionem, quòd quis ſit damnũ paſſus diſcedẽdo à
iudice, cuius iuriſdictio prorogata eſt. Quare poſ
ſet fortaſſe clariùs reſponderi, q; doctrina Bar. lo-
quitur in qualitate, nũquid cenſeatur repetita vi
gore contractus verborũ in contractu poſitorũ:
E ſed noſter caſus nõ loquitur de tali qualitate, ſed
de ea, quæ ex interpretatione legis adeſt, vt is ſit
iudex, qui ex cõtractus executione demõſtratur,
d. l. contraxiſſe. & ita poſſet dici tenendo dictum
do. Abb. hîc, quod tamẽ, vt dixi, eſt falſum. Et pro
iſta ſolutione facit, quod no. Bar. in l. j. in prin.ff.
de vſu. Limitãda † eſt etiã d. l. ſi conuenerit. vt nõ
30 procedat, quando interueniſſet iuramentũ: quia
iuramentũ ſemper ſolet addere cõtractui, l. cùm
pater. §. filius matrem.ff. de leg. & fideic. ij. & ita
F communiter tenetur: & dicit Abb. q; iſta opinio
eſt tutior pro anima, licet contraria ſit verior de
iure. Sed iſta dicta Abb. non videtur vera, ex quo
ſi de iure ita eſt, ergo & reſpectu iuramenti de a-
nima idem, ex quo lex poteſt abſoluere à iuramẽ
to, gl. in l. adigere.ff. de iure patron. Item cùm eſ-
ſemus in materia peccati, non deberemus attẽ-
dere iura, nec dicere, quòd de iure ita ſit, l. priui-
legia. cum ibi not. per Bar. C. de ſacroſ. eccleſ. Ex
dictis per Abb. hîc, fac concluſionẽ, q; iuramentũ
recipit interpretationem ſecundum ſubiectã ma
teriam, ſuper qua præſtatur, l. fin. C. de non num. C. j.
pec. l. fin.ff. qui ſatiſdat. cog. Intellige primò hoc Dequo
procedere in contractu, in quo deficit conſenſus: vultdeo.
quia iuramentum nõ intelligitur, niſi quatenus
quis veriſimiliter conſenſit: ita tenet Imol. in c.
per tuas. & Alex. in l. ſi conuenerit. & alij hîc al-
legati per Mod. & ita communiter tenetur. pro
quo facit, quòd not. Aret. in l. j. §. ſi quis ita.ff. de
verb. oblig. Secundò intellige prædictam conclu
A ſionem, vt reguletur ſecundum naturam primor
dialem; non autem ſecũdum accidentalem, arg.
l. item veniunt. §. cùm prædixerimus.ff. de petit.
hæred. gl. & Scrib. in l. certi condictio. in princ.ff.
ſi cert. pet. Intelligitur autem natura primordia-
lis, quæ conſiderata regula ſemper habet locum:
ſi verò habet locum niſi ex caſu, tunc eſt natura
accidentalis: facit, quod notat Bal. in c. j. infrà, de
his, quæ vi, metúſue cauſa, & dixi in c. quia G. j̃.
eod. Tertiò intellige prædictam concluſionem,
B vt iuramẽtum ita reguletur, quòd faciat aliquem
obligari efficaciùs, non autem in plus: ita tenet
Decius hîc, arg. not. per Alex. in l. j.ff. de pact. &
Moder. in l. miles. §. decem.ff. de re iudic. de quo
dic, vt per eum: cuius ratio nõ impugnat hoc di-
ctum. Quartò vltra dicta hîc per Moder. adde, q;
d. l. fin. procedit in iuramento implicitè & gene-
raliter prolato, quia regulatur ſecundum naturã
contractus: ſecùs in iuramento explicitè prola-
to, quia illud ad vnguem ſeruãdum eſt: ita tenet
C Bal. in c. quæ in eccleſiarum. ſuprà, de conſtit. &
Calder. in conſil. j. ſub rubric. de iureiuran. Quæ
tamen limitatio videtur cõtra not. in l. ſi quis ma
ior. C. de tranſact. & no. per Iaſon. in l. ſancimus.
vbi allegat quaſdam deciſiones Baldi, C. de te-
ſtamen. & Bald. in conſil. ccccxlj. in v. parte, vbi
dicit, quòd iuramentum factum in parte inſtru-
mẽti, intelligitur factum ſuper toto. Adde, quòd
iurans in contractu implicitè, intelligitur iurare
ſuper omnibus: Alex. in conſil. xxj. verſ. & ex prę-
D dictis. in iij. vol. Quintò adde, quòd d. l. fin. pro-
cedit ſolùm de iure ciuili: ſecùs de iure canoni-
co, quo iure iuramentum maiorem efficaciã ha-
bet, l. pactum dotali. C. de collat. iuncto c. fin. de
pactis, lib. vj. l. non dubium. C. de legi. iuncto c.
cùm contingat. infrà, de iureiur. & ita tenuerunt
Mod. hîc. Contrarium tenet do. Ant. in c. Quin-
tauallis. de iureiur. refertur in conſiliis Franciſc.
de Curt. in conſil. iij. Sextò adde, quòd d. l. fin.
procedit in iuramento de non contraueniendo:
E ſecùs in iuramento aſſertorio, puta quia iuran-
do dixi, *Iuro prædicta omnia vera eſſe*, etc. & ita tenet
Ioan. de Imo. l. nemo poteſt. & ibi Iaſ.ff. de legat.
& fideicommiſ. j. de quo per Angel. Aret. Inſtit.
de excep. §. j. Limitatur etiam d. l. ſi conuenerit.
vt † non habeat locum, quando quis ſoluere pro- 31
miſit in aliquo loco. nam quamuis pœniteat, ta-
men ſortietur ibi forum ratione contractus, quia
lex fingit eum contraxiſſe, vbi direxit ſolutionẽ,
l. contraxiſſe.ff. de act. & oblig. cum ſimilib. l. iij.
F ff. de bon. auct. iud. poſsid. & l. hæres abſens. §. ſi.
ff. de iudic. Et iſta concluſio procedit etiam, quo
ad acceſſoria, in † quibus quis ſortitur forum, in 32
quo collata eſt ſolutio, vt Abb. dicit in c. dilecti.
per illum text. infrà tit. j. & ſequitur ſimpliciter
Decius hîc. Sed in contrarium facit, quod notat
Bart. in l. j.ff. de vſuris, per l. ſi fundus.ff. de euict.
ſed ſolue, vt ibi per Bart. Ex cuius dictis collige,
quòd vſuræ attendentur non pro conſuetudine
regionis, in qua contractũ eſt, ſed pro conſuetu-
dine regionis, in qua deſtinata eſt ſolutio. Quòd

procedit, etiam ſi reus alibi conuentus ſit, vt de-
clarat ibi Sal.poſt gl.Facit etiam regula, quòd in
quo cognoſcitur de principali, in eo etiã cogno-
ſcitur de acceſſorio, l.minor xxv.annis.in fi.prin.
ff.de euict.Bald. in l. ordinarij. in ij.not.C. de rei
vend.Mod.in rub.ſ.eo.Amplia ſecundò, vt præ-
dicta concluſio procedat, etiam ſi tacitè ſolutio
alibi deſtinata ſit, ſecũdum Ant.de But. do. Abb.
& referunt Mod.hîc. Et ex hoc infertur, quòd ſi
A ego Papiæ exiſtens conduxi operarios ad labo-
randum Mediolani, ex quo tacitè videor ègiſſe,
quòd velim eis ſoluere ibi, contractus fictè dice-
tur ibi factus, & ideo illic ſortiar forum. Sed ad-
uertendum eſt, quia contra iſtã ampliationem fa
cit, quòd ea, quæ tacitè veniunt in cõtractibus, di
cuntur ex fictione legis venire: ita tenet Aret.in l.
iiij.§.Cato.in quinta opp.Bar.ff.de verb.oblig.&
ibi etiam Paul.de Caſt.Alia fictio eſt, quòd cõtra-
ctus cẽſeatur factus in loco deſtinatæ ſolutionis,
B l. contraxiſſe.ff.de act.& oblig.& ĩ.dicã.Sed duæ
fictiones ſimul non concurrũt, l.j.C.de dot. pro-
miſ.Bar.in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſuc.Nec
huic argumẽto dicendum eſt, quòd altera veniat
in conſequẽtiam alterius: & licet hoc poſſet de-
fendi, in prædicta tamẽ quęſtione omnino dicen
dum eſt, ꝙ poſsit agi Mediolani, ex quo condu-
ctores laborauerũt ibi: quod quidẽ laborare pars
eſt & executio veri contractus, arg.l.ſi in lege.§.
ſi domus.ff.loc.l.fundi partem.ff.de cõtrah.emp.
C Non diſcedo tamen ab opin. do. Abb. Amplia
tertiò, etiam ſi poſt contractum perfectũ ſolutio
alibi deſtinata ſit, ſecundum do.Ant.&Mod.hîc,
per l.quamuis.§.j.ff.eo.Aduerte: quia ſi ita conuẽ
tum eſt, aut per pactum nudũ, aut per ſtipulatio-
nem, aut facta eſt animo nouandi, & cenſebitur
primus contractus transfuſus in hunc fictũ: in du
bio verò dicendum eſt vtrunq; remanere: & licet
in alio caſu non poſsit agi in loco veri cõtractus,
ſed ſolùm in loco ficti, hoc tamẽ caſu eſt ſecus, vt
D hîc per Moderniores: & ratio eſt, quia hoc caſu
cùm cõtractus ſemel perfectus ſit, nõ potuit tol-
li, niſi expreſsè eſſet actum. vnde cùm non tolla-
tur, remanet etiam eius effectus, arg.c.ſi.infrà, de
iniur. Quartò amplia, vt procedat etiam in pro-
miſsione generali: puta ſi quis dicat, *Promitto ſol-
uere quocunque loco, vel vbi petitum fuerit.* nam ibi cen-
ſebitur factus contractus, vbi petetur, l.Titium.§.
tutores.ff.de adminiſt.tutot.facit l.Lucius.ff.de-
poſ.& ita ſe habet cõmunis opinio, vt per Alex.
E in d.l.ſi conuenerit.& Moder.hîc.Aduerte: quia
ſi ſit dictum, *Promitto ſoluere quocunque loco*, videtur,
quòd quis non poſsit conueniri vbiq;, vt tenent
Doct.ſed ſolùm in loco idoneo, hoc eſt qui aliter
de iure communi permiſſus ſit: & hæc videtur e-
tiam natura huius dictionis generalis, gl.in l. iij.
C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſcal.gl.in l.j. C. de ſa-
croſan.eccl.Aret.in l.Gallus.§.etiam.ff. de lib.&
poſthu.Iaſ.in l.pen.C.qui admit.gl.Iaſ.& alij, in
l. fideiuſſor.§.prætor ait.ff.qui ſatid.cog. Decius
F in rub.ĩ. de probat.Idem videtur dicẽdum, ſi quis
promiſerit ſoluere, vbi petitum fuerit. nam iſta
verba intelligenda ſunt, ita teneri, quòd petat in
loco, in quo de iure poſsit: quia verbum Prolatũ,
intelligitur concurrentibus ſuis qualitatibus, gl.
in cle.vnica, de ſequeſt.do. Abb.in c. ex parte, el
ij.ſ.de off. & poteſt.iudic.deleg.Puto diſtinguen
dum, vt dicamus, aut auctor petit in vicino loco
cõtractus: & poteſt, ad hoc, vt promiſsio aliquid
operetur, l.ſi quando.ff.de legat.j. Aut petit in lo
co longinquo: & tunc ſecùs, quia ſatis eſt, ſi iſta
verba, Vbicſique, Quocunque, & ſimilia, aliquid
operentur, licet nõ in totum: & hoc probatur ex
his, quæ not.Mod.in d.rub.de probat.& facit gl.
in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.in gl.mag.ad fi.ff.ſi
quis caut.Bar.in l.ſi mora.in ij.q.ff.ſol. mat.& cõ
cludunt Mod.in d.rub. quòd ſtatutum admittẽs
quaſcunque probationes, intelligitur, id eſt, pro-
bationes, quæ de iure communi admittũtur, vel
parùm ab illis deuiantes, ad hoc, vt ſtatutum ali-
A quid operetur. Sed ſi quis promiſerit prædicto
modo, cuius erit electio, debitoris, vel credito-
ris? Bal.in rub.C.de conſtit.pec.tenet, quòd cre-
ditoris: & hoc puto verum, intelligendo tamẽ, vt
infrà in ſequenti limitatione. ¶Expeditis† am- 33
pliationibus iſtius concluſionis, limita nunc, vt
procedat, quando ille, qui promiſit in aliquo lo-
co ſoluere, ibi reperitur, aliàs nõ poterit conue-
niri, ſecundum Bar.in d.l.ſi conuenerit.& in d.§.
tutores.& Mod.hîc, qui dicunt idem eſſe, quãdo
B quis conuenitur ratione veri cõtractus, vel ratio-
ne originis: quia ſi ibi non reperiuntur, non poſ-
ſunt conueniri.Et iſta cõcluſio fallit, niſi ratione
bonorũ, quia poterit mitti actor in poſſeſsionẽ, ſi
reus habet aliqua bona in loco contractus, Bart.
in d.§.tutores.Iac.Put.in l.iij.ff.de bon. auct.iud.
poſ.& Mod.& iſtud eſt verum ſolùm ratione bo-
norum.vnde non poſſet in aliquo moleſtari per-
ſona, quę eſt extra illam iuriſdictionem: vnde nõ
poſſet excommunicari, ex quo excõmunicatio
C reſpicit perſonam: ita tenet Io.de Imol.in c.ſanè.
de foro comp.Paul.de Caſt. in l. hæres abſens.in
prin.ff.de iudic.& in l.ij.ff.eod.§. legatis. & vide
Paul.de Caſt.in l.fin. C.vbi in rem act.Item nun-
quid debeat fieri remiſsio? communis eſt, ꝙ non
in ciuilibus, vt per gloſſ.& Scrib.in d.l.hæres ab-
ſens.& vide Scrib.in c.fin.ĩ.tit.j. Fallit etiam iſta
concluſio, quãdo quis certo loco ſoluere promi-
ſit, & certo tempore. nam tunc ibi poterit conue
niri, licet ibi non reperiatur, ſecundum Bal. in c.
D j.de milit.qui contu.allegat Innoc. in c. ſi aduer-
ſarius, de eo, qui mit.in poſ. ſequitur Iaſ. in d. l. ſi
conuenerit.& Dec.hîc ſimpliciter.Adde, ꝙ ratio
eſt, quia quãdo dies eſt appoſita, ſi promiſſor nõ
compareat, videtur fraudulẽter agere: & ideo po-
teſt ibi conueniri: iſtam rationem aſsignat Bal.in
d.c.j.Adde, quòd pro ea facit, quod not.Bar.in d.
l.hæres abſens.§.proinde.ff.eo. vbi ſi viator ven-
dit ratiocinum in itinere, & poſtea nõ tradat, po-
teſt conueniri in loco contractus: licet aliàs non
E poſſet: & hoc, quia fraudulenter agit, ex quo non
vult tradere ratiocinũ. vnde ratione doli poteſt
agi: & facit, quod not.Ang.& Paul.de Caſt.qui di
cunt ita velle Bar.in d.l.hæres. §. ſi quis tutelam.
quicquid teneat ibi Lanc.Dec.quem vide. Con-
trariũ tamen tenuerunt Moderniores, & dicũt ſe
ita iudicaturos cõſulturosq;: quia, ſecundũ eos,
iſta opinio eſt contra tex.in c.Romana.§.contra-
hentes.de foro comp.lib.vj.vbi probatur, ꝙ præ-
dicta habent locum, etiam ſi quis malitioſè ſe oc
F cultet.Suſtinendo communem reſpõde clarè di-
ſtinguendo, aut ille, qui malitioſè ſe occultat, ha
bet aliqua bona in loco contractus veri & ficti: &
procedit tex.in d.§.cõtrahentes.aut nõ habet ali
qua bona, prout eſt caſus Baldi, qui loquitur in
promiſsione facta in nundinis: & tũc poterit agi
in totũ.& ratio eſt, quia in primo caſu ſi habet bo
na, ſatis dicitur puniri per miſsionẽ in poſſeſsio-
nẽ: ſi verò nihil bonorũ habet, ad hoc ne fraus re-
maneat impunita, poterit agi, & terminari lis, ſe-
cundũ Bal.Nec dicat aliquis eſſe abſurdum, vt in
plus



plus puniatur, qui non habet bona in territorio,
quàm qui habet: quia reſpondeo, ꝙ ex quo aliter
remaneret impunitus, iſtud eſt introductum: ſic-
vt in ſimili videmus, quòd ſi quis commiſit deli-
ctum, cuius pœna ſit pecuniaria, ſi non habeat pe
cuniam, punitur in corpore, ne ſcelus ſit impuni
tum, l.quicunq;.C.de ſer.fugit.& ff. de pœnis, l.j.
Cin.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſcop.&
cler.Contra iſtam limitationem etiã facit, quia ſi
A conſideratur iſta fraus, vt dicit Bal. certè etiã ille,
qui promittit ſoluere aliquo loco, dicitur frau-
dare, ſi non ſoluit, quia fallit fidem, l.j. & l. iuriſ-
gentium.§.prætor. ff.de pact.niſi dicas, ꝙ maior
eſt fraus, quando eſt appoſita dies, ex quo fallit
duplicem promiſsionem, l.Celſus.§.fi.ff.de arbi.
c.dilecti.circa medium, ſ. de dolo.iuncta gl. in l.
creditor.§.iuſſus.ff.de appel.& tradit Abb. hîc in
nou.Fallit etiam prædicta concluſio, vt non pro-
cedat, quãdo quis promiſiſſet in aliquo loco ſol-
B uere, & renuntiaſſet priuilegio fori: quia tunc e-
tiam ſi in illo loco non inueniatur, tamẽ poterit
conueniri, ſecundum gl.communiter approbatã
in l.j.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& ſequitur Abb.
& Mod.hîc in contrariũ omnes opponunt: quia
quòd quis conueniatur in loco contractus, & nõ
debeat remitti ad locum deſtinatæ ſolutionis, ſi
ibi nõ reperiatur, competit ex iure communi: er-
go renuntiando priuilegio nõ debet intelligi re-
nuntiaſſe iuri communi, l.miles. §. ſexaginta.de
C adult.cum ſimilib.& per hanc rationem Alberic.
de Roſate, & Fulgoſius & Angelus tenuerunt cõ
tra eã gl.Decius hîc reſpondet, ſuſtinendo com-
munem, quòd ad hoc, vt illa renuntiatio aliquid
operetur, verba ſunt improprianda, vt per Bar.in
l.quibus.§.dominus.ff.de cond.& demon. & in-
telligas, priuilegio, id eſt iuri communi. Sed iſta
interpretatio non videtur bona, quia priuilegiũ
non ſolùm non eſt ius commune, ſed quod iuri
communi aduerſatur, l.ſi cùm pecuniã.C.de pri-
D uileg.fiſci, c.in his.de priuileg.Fel. in c.ex literis.
in princip.infrà, de fide inſtru. Pro Decio tamen
facit, quod not.Archid.in c. fin.de foro compet.
lib.vj.vbi interpretatur priuilegium, id eſt defen
ſio: ſed intelligendum eſt de defenſione, quæ cõ-
petit ſpecialiter, nõ de iure communi: meliùs fa-
cit, quod not.Bal.in c.cùm dilectus. ſ. de cõſuet.
Item facit, quod ſingulariter notat Rapha. Com.
in l.cùm filio.per illum tex.ff.de legat.iij. vbi di-
cit, quòd verba, vt aliquid operentur, debent e-
E tiam impropriiſsimè intelligi.Sed dubito de iſta
deciſione per tex.in c.audientiam.ĩ.de cleric. nõ
reſid.& tex.in l.iij.C.de fideiuſ.& per ea, quæ di-
xi in l. nemo poteſt. in j. not. ff. de legat. j. Item
poſſet dici, quòd nec impropriiſsimè priuilegiũ
dicatur ius commune, ex quo contrariantur ſi-
mul. Et iſta procedunt, quandò quis dixit ſe re-
nuntiare priuilegio fori. Sed quid, ſi ſimpliciter
dixit ſe renuntiaſe foro? prout loquitur Abb. in
hoc dicto. Ego puto, quòd quilibet tenuiſſet cõ-
F munem, ex quo ceſſant contrariæ rationes. Ta-
men diligentiùs conſiderando videtur, quòd cõ-
traria opin. ſit verior de iure: & moueor per talẽ
rationem: nam in promiſsionibus & in renuntia
tionibus nil vlterius actum cenſeri debet, quàm
verba ipſa importent, l.quicquid. ff.de verb. obl.
l.ſi quando.C.de inoff.teſt.l.j.C. de pact. cum ſi-
mil. Sed in caſu noſtro verba non importent, ꝙ
non inuentus poſsit conueniri in loco deſtinatæ
ſolutionis: ergo in renuntiatione, in qua ſtrictè
agitur, non eſt iſtud dicendum: ſtat enim ſimul,
quòd ego renuntiem loco cõtractus: tamẽ quòd C.j.
ſi non reperiar, non debeam conueniri in loco ſo De quo
lutionis: non enim veriſimile eſt, ꝙ quis renun- vult deo.
tiauerit fauori ſuo, c.quàm ſit periculoſum, vij.q.
j.Facit regula, quæ habet, quòd poſito aliquo, nõ
includitur, niſi quod de neceſsitate ſequitur, l.il-
lud.ff.de acq.hær.cum ſimil.cętera vide per Dec.
hîc, & Scrib.in d.c.fi.de foro comp.Et vltra limi-
tationes ſex Decij adde ſeptimã, vt procedat prę-
A dicta concluſio, quando agitur de obſeruatione
contractus: ſecùs, ſi de reſolutione, per l.ij.C.vbi,
& apud quem.& ibi Bal.not. In contrarium facit
text.in l.qui certo loco.ff.de condict.indeb. Sol-
uit ibi Bar.duobus modis, vt ibi per eum, quæ ſo
lutiones non ſunt bonæ & cauillant, vt etiam ſa
tis oſtendit Iaſ. ibi, qui tamen nec ipſe aliter ſol-
uit. Quare declarãdo dicta iura, ſciendũ eſt, quòd
text.in d.l.qui certo.ita intelligendus eſt: quia e-
go credẽs me tibi debere centũ Mediolani, ſolui
B ibi indebitum: dubitabatur, nunquid ibi quoque
ſolùm poſsim repetere? & videbatur, ꝙ ſic.quia
ſicut exiſtimaui me ſolùm ibi debere, ita etiã de-
beo ſolùm ibi repetere: & hoc eſt, quod dicit tex.
in verſ.nõ enim exiſtimatis, etc. Contrarium de-
cidit textus: quia quocunque potero repetere.
Quod intellige ibi in loco ſolutionis, ſi ibi repe-
riatur: aliàs in loco domicilij: & hoc ſeruando re-
gulam, quæ eſt, ꝙ actor ſequatur forum rei, l.ij.C.
de iuriſdict.om. iudic. Nec obſtat tex.in d.l.ij. C.
C vbi, & apud quem. vbi dicitur ſolùm, ꝙ in reſolu-
tione contractus debet attẽdi domicilium. nam
reſpondeo, quòd nõ ſequitur; ergo non locus cõ-
tractus, ſi ibi reperiatur. Et ſi dicas, cur tex.nõ ex-
preſsit? reſpõdeo, nam ex quo ratione domicilij
quis generaliter ſortitur forum, ſiue reperiatur,
ſiue non, & ſiue ibi contraxerit, ſiue non, vt per
Abb. in c. fi.ĩ.tit.j.ideo tex.ſolùm reſpõdit de re-
gula, quæ indiſtinctè procedit: non aũt explicuit
caſus, qui non procedũt, niſi concurrẽtibus qui-
D buſdam qualitatibus, l. qui concubinã.§. qui hor
tos. iuncta gl. ff.de leg.iij.l.qui accuſare.iuncta l.
fi.C.de eden.l.itẽ apud Labeonem.§. ait prætor.
ff.de iniur.Et quòd non prohibeatur in d.l.ij. agi
etiam loco contractus, ſi ibi reperiatur, probatur
ex tex.qui ſolùm videtur cõſideraſſe regulam, ꝙ
actor ſequatur forum rei, certè locus cõtractus, ſi
ibi, etc.reperiatur, eſt eius forus, d.§.contrahẽtes.
ergo, etc.Facit regula, quia quotieſcunq; tex. fun
dat ſe in aliqua ratione, licet in text.ponatur ca-
E ſus alius, tamen deciſio habet locum, vbicunque
procedit ratio & mens legis, l.regula.§.ſi quis. ff.
de iur.& fact.ig. ¶In gl.fi.circa c.rurſus.& c. qui-
cunque.xj.q.iij.communiter tenetur intellectus
do. Abb. Pro expeditione ius fac quinq; conclu
ſiones.Prima eſt: perſeuerantia† in excõmunica- Concluſio I.
tione per annum, operatur, vt excommunicatus 34
habeatur pro cõfeſſo & conuicto de crimine: ita
eſt gl.in c.cùm contumacia.de hęret.lib. vj.Abb.
hîc. Intellige hoc procedere, quãdo crimen non
F eſſet notoriũ.nam tunc ſtatim haberetur pro cõ-
victo, & ſtatim quis priuãdus eſſet beneficio, arg.
c.euidentia.ĩ.de accuſ.Abb.hîc.Adde, quòd con-
tra iſtud obſtat text.in d.c.rurſus, qui propriè lo-
quitur, quando clericus erat confeſſus, vel conui
ctus.nam etiã dicit, quòd expectandus eſt annus:
& tamen clarum eſt, quòd cõfeſsio, vel conuictio
facit notorium, c.ſignificauerunt.vbi not.ĩ.de te-
ſtib. c. cùm dilectus. vbi Bald. de ord. cog. c. ve-
ſtra. & c. fin. vbi not. de cohabit. cleric. & mu-
lier. & textus in d. cap.rurſus. ideo non videtur

admittere intellectum do. Abb. & communem,
cùm loquatur in conuicto. Abb. verò intelligit, q
ſit conuictus, niſi elapſo anno: quod eſt præciſè
contra illum tex. Item contra hanc communem
opinionem facit text. in c. excommunicamus. §.
credentes. j. de hæretic. vbi ſi receptator hæretici
ſtet excommunicatus per annũ, punitur ſolùm
pœnis, de quibus ibi in textu, & nihil dicitur de
conuicto, vel confeſſo. Itẽ in contrariũ facit, quia
A cõuictus de aliquo delicto nõ eſt infamis, niſi ſe-
cuta ſententia, l. eius, qui in princ. ff. de iure fiſc.
vbi Bart. iunctis not. in l. ictus fuſtiũ. ff. de his, qui
not. infa. & tamen excommunicatus per annum
eſt infamis, auth. credentes. & ibi Bar. C. de hære-
tic. Sed tamen dic, quòd imò confeſſus & conui-
ctus ſunt infames, ſi ponamus declaratum etiam
aliquem eſſe conuictum, d. l. ictus. vbi Bar. & Scri
bon. l. infamem. ff. de publi. iudic. Ad §. excom-
municamus. dic, quòd nõ loquitur in excommu
nicato propter contumaciam, vt eſt noſter caſus.
Fortiùs obſtat d. c. rurſus. quod non videtur ad-
mittere communem intellectum. Tamẽ aliqua-
liter ſuſtinendo poteſt dici, quòd in princ. loqui-
tur de confeſsis & conuictis largo modo, qui ta-
men poſſunt venire contra confeſsionem: decla-
ro: aliquis clericus eſt confeſſus, vel conuictus co
ram epiſcopo, ipſe eum excommunicauit: deter-
minat concilium Carthaginenſe ibi, quòd cùm li
centia ſit excõmunicato petere reſciſsionem co-
C ram ſynodo, ſecundũ c. ſi epiſcopus forte. ea. cau
ſa, & quæſt. & ſi nõ petat, ſed ſtet per annum, am-
pliùs non audietur. & iſte eſt intellectus verus, li
cet Moderniores hìc non ſe extricauerint. Ex i-
ſta communi cõcluſione inferuntur duo: primũ
eſt, quòd de iure cõmuni contumax tantùm non
habetur pro confeſſo, niſi perſeueret in contuma
cia, Abb. in c. veritatis. ſ. de dolo & contu. & idẽ
eſt regulariter in fuga, l. vnica, §. ſi aũt. C. de rapt.
virg. Fel. in c. nullus. de præſumpt. Aduerte tamẽ,
D quia iſtud perſeuerare in cõtumacia, aliter intel-
ligitur de iure canonico, aliter de iure ciuili. nam
de iure canonico requiritur annus, c. quoniam
frequenter. j. vt lit. non conteſt. Innoc. in c. dile-
cto. ante fin. de verb. ſig. de iure ciuili verò non vi
detur ſtatutũ tempus, ſed eſt ſtandum iudicis ar-
bitrio. vnde licet de iure canonico miſsio in poſ-
ſeſsionem ex ſecundo decreto non nat, niſi quis
fuerit per annum contumax. de iure ciuili ſtatur
arbitrio iudicis, l. in venditione. §. de tempore. ff.
E de bon. auct. iud. poſsid. Bar. in l. ſi finita. §. Iulia-
nus. verſ. procedo vlterius. ff. de dam. infect. & ita
tenet do. Ant. de Bur. ſed Abb. tenet vtroq; iure
ſtari arbitrio iudicis: ita do. Abb. in d. c. quoniã.
§. in aliis. vt lite non conteſt. Et eius opi. eſt com-
munis, ex quo collige, quòd cõtumacia minoris
temporis, quàm anni, ſi iuſta cauſa ſubſit, poteſt
facere aliquem haberi pro cõfeſſo & conuicto: &
hoc arg. not. in d. §. aliis. Secundò ex ſuprà dicta
concluſione collige vnũ modum procedendi ad
F definitiuam ſententiam, lite nõ conteſtata. nam
contra talem excommunicatum per annũ proce
detur, Abb. in c. veritatis. de dolo & contum. Tu
dic melius, quòd imò non erit definitiua, ſed in-
terlocutoria habens vim definitiuæ. vnde ſecun-
dum decretũ non eſt ſententia definitiua, ſed in-
terlocutoria, vt per Lud. Rom. in rub. ff. de re iud.
Idem, videtur dicendum in noſtro caſu. Non ob-
ſtat, quòd definiat negotium principale: quia ad
hoc, vt ſit definitiua, requiritur etiam ordo, vt pa
tet ex not. per Doct. in l. v. ff. de verb. obl. in prin.
& in l. Imperium. ff. de iuriſdict. om. iudic. litis au
tem cõteſtatio eſt ordo, gl. in c. de cauſis. ſ. de off.
deleg. l. prolatam. C. de ſenten. ¶ Secunda con- II.
cluſio: perſeuerantia † in excommunicatione per 35
annũ, eſt digna priuatione beneficij ipſo iure, vel
per ſententiã, prout crimen meretur. & hanc con
cluſionem ſequuntur omnes Moder. Contrariũ
tenet Dec. in ij. lectura: primò, quia hoc procede-
ret, quando conſtat de delicto, nõ autem videtur
A ſufficere contumacia, l. ideo. ff. de euict. adde, qđ
not. Bar. & alij in l. ictus. ff. de his, qui not. infa. fa
cit, quod not. Alex. in l. ſi more. ff. ſol. matri. in gl.
ij. Tamen ad fundamentum Decij potes reſpon-
dere, quòd ex quo quis perſeuerat in contuma
cia per annũ, ſatis conſtare & hoc ex regula, quæ
habet, quòd contumax per annum habeatur pro
confeſſo, d. c. rurſus. quæ regula cùm ſit paſsiua,
habet locum in diſpoſitione quantumuis corre-
ctoria, ſecundũ Iaſ. vbi allegatur cõcord. in auth.
quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. & Mod. re-
pet. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. &
poſthu. & Scrib. in l. ij. ff. de leg. j. Et ex hac ratio-
ne poſſet limitari dictum Ioan. Fab. in magna cõ-
tumacia: licet nec hoc placeat, ex quo aliud eſt in
excommunicato, qui retinet onus peccati affixũ
animæ. Secundò contra communem Dec. addu-
cit, quòd ex quo in noſtro caſu lis non eſt conte-
ſtata, nõ debet poſſe perueniri ad definitiuam, c.
pen. de purg. can. Reſponde fatendo, quòd nõ e-
C rit propriè definitiua, ſed interlocutoria habens
vim definitiuæ: quod introductum eſt in pœnam
perſeuerantis, quia videtur cõtemnere claues Pe
tri, c. ſi. de pœnis. & quòd ſit ſpeciale in iſto caſu
tenet do. Abb. in d. c. veritatis. j. de dolo, & cõtu.
Tertiò in contrariũ facit ſecundum Dec. quia ex
quo non reperitur iure cautũ, quòd propter per-
ſeuerantiam excommunicationis debeat proce-
di ad definitiuã: ergo nec nos iſtud debemus di-
cere, gl. in c. ſi. de iure patron. §. nequaquam igi-
D tur. in auth. de nõ elig. ſecũd. nup. facit, quia ſicut
correctio legis non eſt inducenda, niſi à lege, ita
nec limitatio, l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipi-
mus. in fin. C. de app. vbi gl. facit, quod not. Bald.
in conſil. ccclxxij. in v. vol. Sed ad hoc reſponde-
tur, quod ſatis dicitur de iure cautum, ex quo ex-
preſſum eſt, quòd pro graui delicto quis poteſt
priuari beneficio, c. viuentium. xvj. q. vij. & quòd
talis perſeuerantia eſt graue delictum. Quartò in
contrarium facit, quod dicit do. Abbas hìc, dum
E concludit, quòd pro leui crimine, licet quis per-
ſeuerauerit per annum, tamen non priuatur: er-
go idem pro graui, ex quo iſta priuatio nõ venit
niſi propter pertinaciam vnius anni, quæ æqua-
liter eſt in vtroque caſu. Confirmatur iſtud fun-
damentum per illud, quod notat Bal. in c. fin. vbi
etiam Archidiac. ſ. de pactis, dum dicunt, quòd
pactum inducens peccatum veniale per contem
ptum, inducit mortale, & æquiparatur ciuilibet
graui peccato. Sed tamen tenendo dictũ Abb.
F reſpõde, quòd quò grauius peccatum eſt, in quo
quis eſt contumax, eò grauior eſt excommunica
tio, vt pœna æquiparetur delicto, l. reſcriptum. ff.
de his, quib. vt indig. Decius in conſil. lxv. in c. at
ſi clerici. in vij. not. j. eod. dum concludunt, quòd
ex qualitate pœnæ arguitur grauitas delicti. vn-
de plus delinquit pertinax in grauiori pœna &
delicto, quàm pertinax in leuiori: & vide Bald. in
l. actoris. ff. de procurat. ¶ Tertia concluſio ex III.
dictis do. Abb. ſi † cauſa, propter quam quis eſt 36
excommunicatus, nõ eſt priuatione digna, tunc
perti-



pertinacia per annũ non facit vt priuetur: Ita trãſ
eunt Mod. communiter. Adde, q videtur, quòd
indiſtinctè, ſi quis ſit pertinax per annũ in execu
tione, q debeat deponi. nã ex graui delicto quis
debet deponi, c. inuentũ. xvj. q. vij. ſed excommu
nicatio nõ fertur niſi pro graui delicto, c. nullus.
& c. nemo. xj. q. iij. Abb. ſ. in x. not. ergo indiſtin-
ctè ex tali pertinacia debet poſſe deponi. Et hoc
fundamentum tollit rationem do. Abb. hìc, dum
dicit, quòd pro omni delicto quis non debet pu- A
niri: dico, quòd imò debet pro omni delicto, pro
quo poteſt excommunicari. Secundò facit, quia
perſeuerans in tali pertinacia, dicitur contemne-
re claues Eccleſiæ, c. ſi. vbi Abb. in iij. not. j. de pœ
nis: ſed tale delictum grauiſsimũ eſt: ergo poteſt
puniri & deponi. Tertiò facit, quod not. Arch.
& Bal. in d. c. ſi. de pactis, & ſ. retuli. Quartò facit,
quia ratio, quam aſsignat do. Abb. non eſt bona,
dum dicitur, quòd iſta pertinacia per annum, tã-
quam nouũ crimen, debet puniri: & ipſe reſpon- B
det ſatis eſſe, ſi habeatur pro confeſſo, ad hoc ne
crimen duplici pœna coerceatur, c. at ſi clerici. j.
eo. nam ſi quis ſit contumax etiã non excommu-
nicatus, tranſacto anno habetur pro confeſſo in
effectu, quia peruenitur ad ſecundum decretum,
c. quoniam. §. in aliis. j. vt lite non conteſt. quod
æquiparatur definitiuæ, vt per Rom. in rub. ff. de
re iud. & Scrib. in l. j. ff. de iuriſdi. om. iud. Ergo vt
excommunicationis pertinacia in aliquo punia
tur, debemus dicere, quòd ſit deponendus, arg. l. C
relegati. in ſi. ff. de pœn. & in hoc caſu non habet
locum text. in d. c. at ſi clerici. cum ſimilib. allega
tis hìc per Abb. Quintò facit text. in d. c. quicun-
que xj. q. iij. inducendo hoc modo: ſi quis ſteterit
in ciuilibus cauſis excommunicatus per annum,
non debet illi communicari, ergo etiam deponi.
nam ex quo per talem perſeuerantiam lex præſu
mit contra eum, quod non pœnitebit, videtur,
IIII. quòd debeat etiam deponi. ¶ Quarta concluſio:
37 perſeuerantia † in executione vltra annum indi- D
ſtinctè, facit, ne quis priuetur beneficio: ita do.
Abb. & ſequuntur alij. Decius tenet contrarium
per c. bonæ. vbi requiritur contumacia per trien
nium. Item vbi non tam conſideratur pertinacia,
quàm etiam contemptus Papæ. Sed reſpondent
Moder. & bene, quòd text. ibi non ſe fundat præ-
ciſè ſuper triennio, ſed ſuper longinquitate tem-
poris vltra annum. Vnde videmus, quòd etiam
bienniũ ſatis eſſet, c. ſi. de pœnis: qui tex. loqui
tur in facto: ſed in hoc non videtur differentia. E
Nec obſtat, quod dicitur de contemptu. quia ille
contemptus non aliunde colligitur, quàm ex i-
pſa pertinacia, vt probatur etiam in d. c. ſi. Sed du
bitatur, nunquid tales ſint ipſo iure priuati, vel
debeãt priuari? dic, quòd requiritur ſententia, vt
præſupponit Abb. hìc. Pro qua opi. facit, quia etiã
in verè cõfeſſo in crimine hæreſis requiritur ſentẽ
tia, c. excõmunicamus. lo j. §. credentes de hær.
ibi, ab officio deponatur. quod verbum eſt futuri
temporis, gl. in c. in pœnis. de reg. iur. lib. vj. Lud. F
Rom. in ſingul. Doct. in l. in criminali. C. de iuriſ.
om. iud. facit, quòd not. do. Ant. in c. niſi. in verb.
propter conſcientiam. ſ. de renuntiat. Et quòd in
crimine hæreſis requiratur ſententia, firmat cõn-
ſulendo Per. de Anchar. in conſ. ccxciij. incip. vl-
tra alia. ad fin. In contrarium facit text. in d. c. bo
næ. dum dicit, quòd non licet illa beneficia reti-
nere aliquatenus. Item ibi non differat ſpolia-
re, vt hìc per Decium: & ad hunc tex. neſciuerũt
reſpondere Moder. tu dic, quòd licet verba de
præſenti importent ipſo iure, fallit, niſi aliter in-
duceretur repugnantia iuriũ, vt per Rimin. Ferr.
& Moder. in l. cum poſteaquam. C. de pact. & fa-
cit gl. xj. q. iij. c. irritam. & quod not. do Iaſ. in l.
iij. in gl. in verb. cadat. C. de iure emphyt. ¶ Quin V.
ta concluſio: quando † agitur merè ciuiliter vltra 38
annum, perſeuerantia non eſt digna priuatione
beneficij: gl. in c. cõtingit. de dolo & contu. Abb.
& Ant. de But. ibi, Abb. hìc, & in c. veritatis. extrà,
A illo tit. Lud. Rom. in ſing. incip. de hoc hìc. Ad-
de, quòd contra iſtam concluſionem faciunt ar-
gumenta quædam, quæ dixi in iij. concluſione,
& propterea redditur dubitabilis. Et ſi dicas,
quomodo ergo punietur, dic, quòd mittetur in
poſſeſsionem aduerſarius, & ſtatim faciet fructus
ſuos, Abb. in d. c. contingit. ex quo iſta eſt magna
contumacia, l. Fulcinius. in ſi. ff. ex quib. cauſ. in
poſſ. eatur. Tamen iſtud videtur intelligendum,
quando contumacia eſt vltra biennium, vt intel-
B ligit gl. in d. §. fin. Quinimo Iac. de Put. ibi tenet,
quòd ille tex. nõ procedit, niſi in miſsione in poſ
ſeſsionem facta in reali: quia tunc quis ſit poſſeſ-
ſor. Quòd dictum ſi ſit verum, reſtringenda eſſet
opinio do. Abb. Secundum remedium eſt, quod
tradit gl. Abb. & alij in c. ſi. j. de pœnis, vt indica-
tur purgatio tali excommunicato, tanquam hæ-
retico, quia rara pertinacia non caret ſuſpicione
hæreſis: quòd ſi non purgat, habebitur pro conui
cto de hæreſi: facit, quod not. Dec. hìc in fin.
C ¶ Extra gl. proſequitur hìc Abb. an, & quando
in excommunicatione requiratur citatio? & con
cludit idem, quod in mulcta, vt hìc per eum. Cir-
ca hoc, vt clariùs habeatur materia, faciẽdæ ſunt
quatuor concluſiones. Prima eſt, quando † contu Concluſio I.
macia eſt notoria, putà quia reus dixit in iudicio 39
ſe nolle comparére, vel extra iudicium expreſsè,
tunc non eſt citandus, ſed poterit iudex excom-
municare, vel mulctare abſque alia citatione. &
pro hoc adducitur iſte tex. & c. cùm dilecti. de do
D lo & contu. & quia ſuper notorio iudex non ci-
tat, ſed incontinenti punit, c. cùm olim. j. de re iu
dic. not. in c. ad noſtram. de iureiur. in l. nullum.
C. de teſtib. Bald. in l. ij. in iij. not. C. vt lit. pend.
& Abb. Ant. de But. Aret. Decius, Felin. & Mod.
hìc. Contrarium videtur tenere Innoc. in c. ſacro.
de ſenten. excom. de quo dic, vt hìc per Decium.
aduerte, quia puto iſtam concluſionem intelli-
gendam quãdo contumacia eſt notoria: aliàs no-
toriè conſtat, quod reus eſt incorrigibilis: aliàs vi
E detur, quòd debeat moneri. nam ratio, cur in ex-
communicatione requiratur tres citationes, ſeu
monitiones, vel vna peremptoria, ſecũdum text.
in c. de illicita. xxiiij. q. iij. eſt, quia interim pote-
rit reus ſeipſum corrigere, ex quo excommuni-
catio eſt medicinalis. feruntur enim ad videndũ,
nunquid interim velit corrigi, c. j. in princip. de
ſent. excom. lib. vj. & iſta ratio habet locũ, quòd
contumacia ſit notoria: ergo & diſpoſitio l. adi-
gere. §. quamuis. de iure patro. & propterea non
F videntur Doctor. bene arguere de mulcta ad ex-
communicationem, ex † quo mulcta eſt mera pœ 40
na, excõmunicatio non. Item in mulcta non pro-
cedit prædicta ratio, quia facienda eſt diuerſa cõ
cluſio, vt j. faciam. Secundò contra iſtam commu
nem adduco, quod notat do. Abb. in c. cùm ſit
Romana. ad fin. Dec. in c. peruenit el ij. in ſi. j. de
appel. vbi cõcludunt, quòd excommunicandus
non eſt citandus, quando notorium eſt illi nul-
lam omnino defenſionem competere: ſed in no-
ſtro caſu & regulariter in notoria contumacia
poteſt

poteſt ſubeſſe aliqua cauſa,ergò eſt citãdus. nam
quamuis quis dixerit ſe nolle comparere,fortaſſe
habet aliquam cauſam,ergò eſt citãdus, l. quam-
uis.ff.de in ius voc.Bart.in l.eius,qui.ff.de iure fi-
ſci,& dicam in ſequenti concluſione. Nec obſtat
iſte tex.quia oſtendo expreſsè, ꝙ eſt neceſſe ſub-
intelligere factam eſſe citationẽ. nam intellectus
cõmunis, quòd hic contumax eſſet notorius, nõ
poteſt eſſe verus:probo : tex.iſte loquitur,quãdo
41 †De quovultdeus fuit interrogatus in cõcilio ꝓ-
vinciali,& dixit ſe nolle parére,vndè excommu-
nicatio poſtea lata eſt in concilio generali, ſecun
dum intellectum,quem ſequitur do.Ant.But.do.
Abb. do. And.Sic. & alij omnes præter Decium.
Sed dato,ꝙ contumacia eſſet notoria in concilio
prouinciali,non eſt notoria in generali, quia no-
toriũ in vno iudicio,nõ dicitur notorium in alio,
Bart.in auth.at qui ſemel.C.de probat. do. Iaſ.in
l.naturaliter.§.nihil cõmune.in j.combinatione,
Bart.in ver. ſed certæ rationes. do Alex. ff. de ac-
quir.poſſeſ.& facit, quod not. do. Abb.in c. cùm
olim.in ij. not. de verb. ſig. Ergò non poteſt dici,
quòd in hoc tex. eſſet notoria contumacia : & ſic
ſolutio communis confunditur.Vndè dicendum
eſt,quòd in noſtro textu præceſſerit citatio. Nec
obſtat, quòd in text.de ea ſit verbum nullum, &
cùm ſit facti,non ſit præſumenda,l.in bello.§. fa-
ctæ.ff.de capti.quia reſpondeo, ꝙ ex quo in text.
non ſit dubitatio principalis de hoc, cùm tex.di-
cat, placuit vt nullus eidem, etc. debet intelligi,
ꝙ ſeruatæ ſint debitæ ſolennitates, per regulam,
de qua per Decium in hoc c. ꝙ quando in aliquo
caſu dubitatur de aliquo defectu, præſupponi-
tur, ꝙ habilitas cõcurrat reſpectu aliorum defe-
ctuum,præter eum,de quo quæritur:& hãc regu-
lam probaui eſſe verã,ſ. in gl.in verb. nõ placere.
in iij. ſolut.Nec obſt. ꝙ in notorio nõ requiratur
citatio, vt ſuprà dixi, & tradit Alber.de Roſ.in l.
nam ita diuus. in fi. ff. de adop. nã iſtud procedit
in citatione,quę fit,vt quis certificetur ſolùm:ſed
nos loquimur de ea, quæ fit, vt interim expecte-
mus, nunquid quis velit ſe interim corrigere, d.
c.j.de ſenten.excom.lib.vj.propterea gl. in c. ve-
nerabilibus.§.ſecùs.de ſenten.excom.lib.vj.quæ
dicit,ꝙ ſi quis extra iudicium dixerit ſe nolle ve-
nire, non tamen eſt verus contumax: puto, ꝙ ſit
vera reſpectu excõmunicationis tantùm:ſecus in
aliis cauſis,quia in eis eſt verus cõtumax.vt vide-
tur eſſe cõmunis opinio, licet Alex. in l.cõtuma-
cia.ff.de re iud.teneat contrarium, de quo ibi per
II. eum. ¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ contumax nõ-
torius poteſt non citatus mulctari : ita tenet do.
Ant.Abb.& Mod.hîc, & communiter ita tenetur
per rationes & iura,de quibus in præced. cõcluſ.
In contrariũ facit,quod not.Bar.in l.eius, qui de-
latorem.ff.de iur.fiſci, vbi ille, qui dixit, ſe nolle
venire,non tamẽ debet dici notorius contumax,
ex quo potuit habere aliquã cauſam, cur non cõ-
pareret. vnde non debet poſſe mulctari non cita-
tus : reſpondet Aret. hîc, quòd iſta doctrina Bart.
non eſt vera,quia debet ſibi imputare ille,qui ha-
bet iuſtam cauſam,& non allegauit, l. ait prætor.
§.permittitur.ff. de minor. vnde iſtud ꝙ potuerit
habere iuſtam cauſam, ſi eam non allegauit, non
facit, vt etiam non citatus non debeat mulctari.
Iſte articulus non eſt diſcuſſus per Doctores hîc,
licet ab eius veritate pendeat omnis quęſtio. Pro
opin.Bar.facit tex.in c.peruenit.el ij.cum gl.j.de
appel. Clarum eſt, quòd regulariter quis tenetur
reſidere in Eccleſia ſua,c.audiẽtiam. & toto titu-
lo,de cleri.non reſid.ponamus, quòd ſentẽtia ſit
lata contra clericum,vt reſideat,ipſe appellat,di-
cetúrne iſta appellatio notoriè fruſtratoria? text.
eſt ibi, quòd non,ex quo in aliquibus caſibus cle-
ricus non cogitur reſidere:ecce ergò, quòd ibi po
tẽtia, quòd quis habeat iuſtam cauſam in aliquo
caſu,excuſat à notoria culpa:ergo idem in noſtro
caſu.Item pro iſta opin.facit,quod not. Aret. in l.
in illa.ff.de verb.oblig.vbi generaliter concludit,
A quòd vbicunque iudex procedit ſuper notorio,
quod aliquo caſu ſit excuſabile, tunc debet pro-
cedere cauſa cognita,& requiritur citatio:allegat
tex.in l.quia autem.§.non ſimpliciter.ff.ſi quis o-
miſ.cauſa teſt.& idem tenuit in conſilio ſuo,con-
ſil.clxiij.incip.ſicut Ioannes dicit,verſic.ſecundũ
allegat, quod fecit in cauſa interdicti Florentinæ
ciuitatis.Quartò facit,quod not.Bart.in d.l.in il-
la.vbi quamuis notorium ſit,quòd tutor debet fa
cere repertorium, tamẽ ex quo aliqui caſus ſunt,
B in quibus non tenetur, l.tutor, qui repertorium.
ff. de adminiſt. tut. propter illos caſus non dice-
tur notoriè delinquens. Quintò facit tex.in l.iij.
§. ad diem. ff.de re milit.& in l.quamuis. ff. de in
ius voc. & licet ille text. non loquantur in noto-
rio, tamen idẽ eſt in noſtro caſu,ex quo licet quis
dixerit ſe nolle venire,potuit habere iuſtam cau-
ſam, quod impoſsibile videtur eſſe notorium iu-
dici.nam, vt dicit Innoc. do. Ant.& do. Abbas in
c.veſtra.de cohab.cleric.& mul.nullum delictum
C poteſt eſſe ita notorium, quòd non præſumatur
poſſe competere aliqua excuſatio. Quintò pro
iſta parte facit text.in c.ſæpe de appel. vbi ſi eſſet
ſolùm quæſtio iuris,& de arbitrio iuris certi, de-
bet pars citari, & tamen iura ſunt notoria : & di-
cunt ibi Io.de Imola & Abbas,quòd quando nul-
la alia appareret defenſio,ſatis eſt, quòd illud ius
potuerit tolli per conſuetudinem : ideo pars de-
bet citari,quia fortè allegabit conſuetudinem, &
probabit:& per hoc ita conſuluit collegium Flo-
D rentinum in conſiliis Fran. de Curte, conſil. xxj.
Deus æterne.In contrarium facit, quod not. Bar.
in l. ij. ff. ſi quis in ius voc.& ibi omnes ſequũtur,
vbi concludit,quòd ſi† iudex regulariter incom- 42
petens citet aliquem, non tenetur citatus com-
parére, licet aliquo caſu poſsit eſſe iuſta illa cita-
tio,per tex.in l.quoties. ff. ſi quis caut.facit gl. in
l.ij.ff.de appel.recip.in gl.fi.in fine,cum ſimil.Se-
cundò facit, quod not.Innoc.in c. ij. de dilat. ſe-
cunt, quòd imò quando capitur quis à paucis,
non debet induci indiciũ, vel infamia, quia ſunt
excommunicati, per c. decernimus. ĩ. de ſen. ex-
com. Responde eodem modo, quia præſumitur
de fuga. Item procederet, quando alij cepiſſent,
alij depræhendiſſent: itẽ Abb. in hoc puncto no-
tab. ſe refert ad præcedentem quæſtionem.

## Cap. X. cum non ab homine, expoſitio altera.

### ARGVMENTA.

1 *Imperatori vel regi non eſt licitum iudicare clericos.*
2 *An quod clerici non poßint iudicari à laicis principibus, ſit ita diſponente iure diuino, an de iure poſitiuo tantùm.*
3 *Papa nõ poteſt ſe ſubmittere iudicio principis ſæcularis.*
4 *Dominus laicus cognoſcit de cauſa feudi inter vaſallos ſuos, quamuis clericos. & num. 5. 6.*
7 *Si ſtatuto concedatur aliquod priuilegium clerico habẽdo in foro ciuili, non trahitur ad eum, qui ſit ſchiſmaticus.*
8 *Clerici etiam in minoribus gaudent priuilegio fori.*
9 *Statutum diſponens, quòd dans damnum ſeu turbans in poſſeßione puniatur in centum, & ablata reſtituat, non habet locum in eo, qui turbauit tantùm, & nihil abſtulit.*
10 *Iudæi vſurarij manifeſti teſtamentum valet. Limita tamen vt num. 11.*
12 *Clericus deponitur pro crimine furti.*
13 *Degradationem fieri in ſubſidium, quoniã Eccleſia ipſa non poteſt inferre condecentem pœnam.*
14 *Ius canonicum habet furtum pro grauiori delicto, quàm ius ciuile.*
15 *Clericus deponitur pro crimine periurij.*
16 *Depoſitus pro crimine graui non perdit ipſo iure priuilegium fori, niſi interuenerit actualis degradatio.* A
17 *Crimina omnia, quæ impediũt ordinis executionem poſt peractam pœnitentiam, dicuntur grauia.*
18 *Clericus incarceratus non relaxatur etiam cum fideiuſſore, ſi exceſſus eſt enormis, vel alia rationabilis cauſa ſuadet.*
19 *Quotieſcunque clericus eſt ſuſpectus de fuga, non ſimpliciter ſtandum eſt fragilitati cautionis: ſed debet detineri.*
20 *Detentio in monaſterio eſt magna pœna de iure canonico, & æquiparatur damnationi in metallum.*
B 21 *Eccleſia vbi non habet pœnam correſpondentem delicto, tum clericus debet degradari, & tradi iudici ſæculari. & num. 22. 23.*
24 *In delictis odioſis & pœnalibus fit extenſio propter maioritatem rationis.*
25 *Dictio Alius, refertur regulariter ad ſimilia tantùm.*
26 *Vbicunque de iure ciuili in aliquo delicto reperitur impoſita pœna mortis naturalis, de iure canonico ſuccedit degradatio, & traditio iudici ſæculari.*
27 *Reiterans baptiſma, de iure ciuili ſummo ſupplicio affligitur.* C
28 *Familiares principis iniuriam prouincialibus facientes, morte puniuntur ſecundum leges.*
29 *Falſificãs literas principis, de iure ciuili morte punitur.*
30 *Cùm depoſitus & excommunicatus adhuc eſt incorrigibilis, Eccleſia non habet vltrà quid faciat.*
*Ibid. Nouus intellectus Alciati in hoc capitulum, cum non ab homine.*
31 *Si quis ſemel deliquerit, & ſit punitus pœna condigna, et iterum delinquat, primum maleficium punitum ſemel, non aggrauat ſequens.*
D 32 *Si ex forma ſtatuti aliquis pro tribus furtis debeat mori, quamuis ſoluerit pœnam primi & ſecundi furti, tamen pro tertio ſuſpendetur.*
33 *Cùm quis fecerit duo delicta ſimul, non habebuntur niſi pro vno. & num. 34, 35, 36, 37, 40, 41, 42.*
38 *Si quis per triennium ſaltem fuerit bonus, non præſumitur quòd velit reuerti ad delictum priùs factum.*
39 *Cùm quis olim commiſit homicidium, ſi deinde detegatur talis homicida, non erit morte afficiendus, ſed leuiori pœna.*
43 *Præcedentia magis influunt in ſequentia, quàm econtrà.*
E 44 *Si quis commiſit aliquod delictum, de quo habuerit gratiam, ſi deinde reiteret, ſecunda gratia non valet, niſi princeps fuerit certificatus de priori delicto.*
45 *An laico liceat capere clericum, & captura teneat. & num. 46, 51, 52, 53, 58, 72, 76, 77, 80.*
47 *Vbi aliquis delinquit contra eã, quæ ſunt prohibita iure diuino, tunc non excuſatur à dolo, niſi probauerit iuſtam cauſam. & num. 48.*
49 *Quãdo aliquis facit illud quod eſt de genere prohibitorum, licet aliquo ſingulari caſu permittatur, tamen præſumitur in dolo.* F
50 *Qui facit quod non debet præſumitur in dolo.*
54 *In quibus caſibus clericus poßit verberari. & num. 55.*
56 *Licet mihi non ſolùm meipſum defendere ab inſidiatore, ſed etiam eum capere propria autoritate, & ad iudicem ducere. & num. 57.*
59 *Vbi agitur de publica vtilitate, aliquis incarceratur, etiã non expectato præcepto iudicis. & num. 60, 61.*





62 *Qui portat arma, præſumitur habere malum animum.*
63 *Sitne laico licitum, ſi clericus repugnet capiẽtibus, eum verberare. & num. 64.*
65 *Dictio aduerſatiua, verò, repetit eandem qualitatem.*
66 *Capitulum poteſt facere aliquam vtilem conſtitutionẽ de rebus Eccleſiæ, etiam abſente epiſcopo.*
67 *In quacunq; materia fit talis extenſio, vt habeatur pro facto illud, quod quis fuiſſet veriſimiliter facturus, ſi de eo cogitaſſet.*
68 *Quãdo aliquid vtiliter agitur, præſumitur vel eſt, ac ſi præceßiſſet mandatum.* A
69 *Quando dilatio periculum allatura eſt, non expectanda eſt licentia ſuperioris.*
70 *Si fiat iniuria ruſtico, & ipſe proteſtetur ex parte prætoris, & ad eũ iter arripiat, habetur ac ſi à principio feciſſet proteſtationem cum autoritate iudicis.*
71 *Vbi lex requirit ſpeciale mandatum, ſufficit ratihabitio.*
73. 74 *Fugitiuus non poteſt opponere exceptionẽ incõpetentiæ iudicis.*
75 *Captura perſonæ difficilius conceditur, quàm rerum.* B
78 *Præſumitur dolus in eo, qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo, contrahit multa debita.*
79 *Si poſt debita cõtracta clericus dolo feciſſet, ne poſſet ſoluere integrum debitum, non poſſet vti beneficio c. Odoardus.*
81 *An aliquis incidat in crimen priuati carceris, ſi capiat fugitiuum & detineat per aliquot horas, deinde relaxet, nec præſentet iudici. & num. 82. 83. 84. 85. 86.*
87 *Quamuis ſtatutum ſit, quòd ſcholaris teneatur iurare Rectori ſuo, non tamen clerici tenebuntur.* C
88 *An et quando ex depræhenſione ſurgat notorietas, ita quòd depræhenſus abſq; alio dicatur conuictus.*
89 *Quando quis capitur in ipſo actu delicti paucis aſtantibus, erit manifeſtũ delictum: ſi multis, erit notoriũ. & num. 94.*
90 *Si ſit aliqua vniuerſitas modica, non poterit quid in ea eſſe notorium, niſi ad minus hoc ſciatur per decem homines.*
91. 92. 93. *In notorio dicitur reus abſq; alia probatione conuictus.* D
95 *Si depræhenſio ſit facta paucis aſtantibus, oritur indiciũ, ſi multis inducitur infamia. Vide contrariũ. 97.*
96 *Iuuenis ſimpliciter depræhenſus in domo pulchræ mulieris, non per hoc dicitur manifeſtus adulter.*
98 *In criminalib. ex infamia nemo regulariter punitur ad torturam.*
99 *Confeßio extraiudicialis facta etiam à non depræhenſo, facit indicium. & num. 100.*
101 *Statutum puniens aliquid in termino, cenſetur etiã puniuiſſe in via. & num. 102.* E
103 *Mulier depræhenſa in oſculo debet perdere dotem, ſicut ſi eſſet in ipſo adulterio.*
104 *An habeatur pro notorio delinquente, qui fuit depræhenſus ſed deinde elapſus eſt & fugit, & num. 105.*
106 *Semel bannitus poteſt pluries de nouo banniri.*
107 *Præcedentia recipiunt interpretationem ſecundum ſequentia.*
108 *Quæ etymologia anathematis ſit.*
109 *Anathema quid differat ab excõmunicatione.*
110 *Eccleſia habet etiam pœnam exilij.* F
111 *Pœna depoſitionis pro homicidio impoſita nõ purgat in totum delictum.*
112 *Pro grauibus delictis, et pro quibus lex imponit depoſitionem, adhuc fit detruſio in monaſterium.*
113 *An clericus incorrigibilis ſimpliciter, qui eſt depoſitus, ſiue reiteret eadem delicta ſiue alia, per hoc efficiatur de foro ſæculari. & num. 114. 123.*
115 *Vbicunq; iuriſdictio non competit alicui regulariter, ſed in caſu certo qualitatis tantũ, illa qualitas eſt priùs verificanda.*
116 *Notorium in vno iudicio, non eſt in alio. & num. 117.*
118 *Vbi aliquis ipſo iure incidit in pœnã, licet requiratur ſententia declaratoria, ſi tamẽ ſine aliqua declaratione fiat executio, nõ per hoc erit iuri contraria & nu. 119. 120. 121. 122.*
124 *Quamuis nõ requiratur manualis traditio, debet tamẽ degradatio fieri præſente ſæculari, & relinq. illi reus.*
125 *Quis dicatur incorrigibilis. & num. 126. 127. 128.*
129 *Prælati non debent habere carceres ita arctos, quòd in eis incluſi veriſimiliter morerentur, aliàs eſſent irregulares & num. 130. 131.*

C. 10. Cùm non ab homine.

CVM NON AB HOMINE.
Noto primò,† quòd etiã Imperato- 1
ri vel regi non eſt licitum iudicare
clericos. fa. text. in c. clerici. ſ̃. eo. et
in c. ſacerdotibus. xj. qõ. j. & quod
per illum text. notat Siculus in c. clerici. Sed in
contrarium facit l. omnis. & totus tit. C. de epiſ.
& cler. & C. de ſacroſan. eccleſ. vbi Imperator
B poſuit etiam conſtitutiones loquentes de cleri-
cis, & ſic videtur, quòd clerici ſubiaceant iuriſ-
dictioni ſęculari, quia aliàs illæ leges nobis ſer-
uirent de nihilo. Alber. de Roſ. in rubr. C. de ſac.
ſan. eccleſ. mouet difficultatẽ, & cõcludit, quòd
illę leges nihil valent, ex defectu poteſtatis ipſi-
us ſtatuentis, licet vbi non contradicant canoni-
bus, ſint ſeruandæ, quia Papa videtur eas appro-
baſſe: & ita etiam tenet Abb. & eſt communis
concluſio in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ſ̃. de con-
C ſtit. †Sed nunquid quòd clerici non poſſunt iu- 2
dicari à laicis prinicipibus, ſi ita diſponente iure
diuino, an eſt de iure poſitiuo tantùm? Et vide-
tur quòd ſit de iure diuino, per text. in c. ſi Impe-
rator, xcvj. diſtin. & in c. ita dominus, xix. diſtin.
& ita eſt cõmunis opinio, vt p Felin. poſt Card.
& alios in c. ij. de maior. & obed.† vnde Papa nõ 3
poſſet ſe ſubmittere iudicio principis ſæcularis,
ſecundum aliquos moder. in d. c. Eccleſ. de quo
etiã habetur in l. receptum. ff. de iuriſd. om. iud.
D Sed tu aduerte, q̃a iſta concluſio eſt dubia pro-
pter epiſtolã Petri primã, vbi ad ſacerdotes ſcri-
bẽs inquit: Subditi eſtote dominis veſtris, ſiue re-
gi, tanq̃ præcellẽti, ſiue ducibus ab eo miſsis. Et
tranſumptiuè adducit per Ambroſiũ in canone,
magnũ. xj. q. j. vnde videtur q̃, imò iſtud ſit de iu-
re poſitiuo, & ꝓpterea in Eccleſia primitiua Prin
cipes iudicabãt clericos, vt apparet in dictis legi
bus Codicis, & in l. j. ij. & iij. C. de epiſ. & cler.
quę ſunt leges Conſtãtini, cuius habet mẽtio in
E dicto c. ſacerdotib⁹. licet iſtud deinde fuerit im-
mutatũ, & bene. †Fallit iſta cõcluſio in feudali- 4
bus: q̃a dominus laicus cognoſcit de cauſa feudi
inter vaſallos ſuos, quamuis clericos. c. cæterũ. ſ̃.
eod. †Et propterea videt q̃, ex cauſa poſſit prin- 5
ceps cõpellere Prælatos, qui habẽt feudũ à ſe, vt
ſoluãt talliã pro cõparãdo exercitu, vel q̃a natus
ſit ſibi filius, vel ſimili cauſa, ꝓut poteſt cõpelle-
re cæteros vaſallos, vt notat in l. placet vbi Aret.
C. de ſacroſan. eccleſ. Et eſt ratio, q̃a vaſalli cleri-
F ci eodẽ modo tenent verſus dominũ, ſicut laici,
vt per Bald. in l. fin. ad fin. C. ſine cẽſu vel reliq.
†Secundò fallit in clerico hæretico vel ſchiſma- 6
tico, quia talis non habet priuilegia clericorum,
vt notãt Bal. & Paul. de Caſt. in l. omnes. §. j. per
illũ tex. C. de epiſ. & cler. †Et ꝓpterea ſi ſtatuto
cõcedat aliq̃d priuilegiũ clerico habẽdo in foro 7
ciuili, nõ trahit ad eum qui ſit ſchiſmaticus: & de
hoc eſt dicendũ prout habet in c. cùm ſecundũ.
& in c. vt inquiſitioni. ĩ. de hæret. in vj.
NOTA ſecũdò,† q̃d clerici etiã in minoribus 8

gaudent priuilegio fori,ſecundum Hoſtieñ.in c.
cùm contingat. de ætat. & qualit. Sed Abb. hîc
dicit,quòd licet iſtud dictum ſit in ſeuerum,non
tamen eſt de mente text. dum dicit, quod ſunt
deponendi:nam iſta qualitas depoſitionis, non
conuenit huiuſmodi clericis. Decius tamen cō-
tra Abb.tenet:quia cùm text.in prin.generaliter
loquatur, non debet reſtringi, ex eo quòd qua-
litas inferius arctatur, quæ non conuenit, per
text.in l.regula.§.licet.ff.de iuris & fact. ignor. A
& per Imol. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb.
obli. Adde q́ opinio Abb.videtur verior, quia ex
qualitate in lege poſita conijcimus mentē legis,
vt non habeat locū extra illam qualitatem, vt eſt
gl.notab.in l.mancipia. in verb. vocandū. C. de
ſer.fugit.vbi Iac.Butrig.Fulg.& Paul.de Caſt.in-
9 ferunt ad ſtatutū diſponēs, † quòd dans damnū,
ſeu turbans in poſſeſsione,puniatur in centū, &
ablata reſtituat, quòd non habeat locū in eo qui
turbauit tantū,& nihil abſtulit, ex quo tali caſui B
illud verbū,reſtituat,nō cōuenit.Refert & ſequit
Soci.cōſ.lv.in ij.colu.& in l.j.§.ſi quis C C C C.
ff.ad Trebell.& latè exornat Feli.in c.nōnulli.in
prin.in pen. chart.ſ. de reſcrip. Ego idē teneo in
c.accedētes.col. ij. j. de præſcrip. Ad idem facit
q̄d not.Aret.conſil.clviij.copioſe.in vlt. col. vbi
10 notabiliter cōcludit, † valere teſtamentū Iudæi
vſurarij manifeſti, qa talis nō videtur cōpræhē-
di in c.quanq̄.de vſur.in vj.ex quo pœna eccleſi-
aſticæ ſepulturæ impoſita manifeſto vſurario p C
illum text. non conuenit Iudæo.Idē etiā conſu-
luit Socin.conſil.cxix.in iiij.Nec obſtat tex.in §.
& debet.quia ibi regula erat generalis, ex qua in
ferebantur deinde ad quoddam exemplū,q́ me-
ritò nō debuit reſtringere regulā.l.j.§.q́ vulgo.ff.
q́ui aut clàm. Sed in caſu noſtro illa qualitas nō
eſt in exēplo, ſed in ipſa regula, ſeu in narratio-
ne facti principalis.Et iſtud nota, quia in practi-
11 ca eſt vtile pro interpretatione ſtatutorū.† Limi-
tat iſtud notabile, vt nō procedat in clerico ne- D
gotiatore admonito.c.fi.de uita & honeſt. Et i-
dem in clerico non portante habitū, qui ter fuit
monitus,vt per Alexan.conſil.viij.in j.vol.& cō-
ſil.lxj.in iiij.per totum.& per moder.hîc.
12 NOTA tertiò,† quòd pro crimine furti, cleri-
cus deponit: nā furtū & rapina ſunt de grauio-
ribus delictis.§. nunc aūt.xxv.diſt.& per Abb.in
c. cùm cōtingat.in vij.col.j.de foro compet.Sed
tu cogita quomodo iſte text. poſsit procedere:
nam de iure ciuili pro furto non imponitur niſi E
pœna dupli,vel quadrupli.Si uerò agatur crimi-
naliter,imponitur alia pœna pecuniaria,quę ap-
plicatur fiſco, prout declarat Bart. in l. fin. ff. de
priuat. delict. vel etiā fuſtigatio. auth. ſed nouo
iure.C.de fur. De iure verò canonico,in foro cō-
ſcientiæ non habet locū neq; iſta pœna dupli uel
quadrupli,ſecūdum gl.xij.quæſt.ij.c. fraternita-
tis.Bar. in l. poſt deciſionem. C. de furtis. cum
concord.per Iaſ.in §.ſed iſte.Inſtit.de actio.& ſic
text. hîc vult quem poſſe degradari pro delicto, F
quòd tamen aliàs non habet pœnam corporalē:
quòd videtur contra Innoc. in c.qualiter.el ij. j.
de accuſ.& Abb.in c.quod ſedem.ſ.de offic.ord.
vbi volunt degradationē æquiparari morti. Au-
13 getur difficultas,† quia iſta degradatio fit in ſub-
ſidium, quando eccleſia ipſa non poteſt inferre
condecētem pœnam. c. j. j. de pœn. in vj. Sed in
furto videtur, quòd poſsit, ex quo ius fuſtigan-
di competit etiam eccleſię.c.in archiepiſcopatu.
de rapt. Potes reſpondere, quòd text. procedit

in clerico, qui propter potentiam ſuam non po-
teſt corrigi ab Eccleſia, vnde meritò remittitur,
vt ſubeat pœnas iuris ciuilis. & iſte intellectus
ad hunc tex. eſt de mente Doct. & firmatur per
Abb. j. Sed iſtam ſolutionē nōn tenebo,quia ni-
mis reſtringit tex. ſicut etiam ſi diceretur, quòd
tex.poteſt intelligi in fure famoſo,quia tales pu-
niūtur etiā corporaliter iure ciuili, vt per Barto.
in l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis. Idem ſe-
cundum ius nouiſsimum feudorum,in quo quis
pro furto quinque ſolidorum ſuſpenditur. §. ſi
quis quinque. in ca. j. de pace tenen. ſecundum
vnam opinionem. Sed tamen iſta reſponſio nō
tollit difficultatem, quoad ius canonicū.Quare
dic, † quod ius canonicū habet furtum pro gra- 14
uiori delicto,quàm ius ciuile, quia cōſiderat de-
licta ſingulorum vt corrigantur,& pœniteant ad
finem ſaluationis animæ ſuæ. d. §. nunc autem.
xxv.diſt.Vnde cùm cætera delicta ex pœnitentia
animi quoad Deum tollantur, furtum verò non,
quia requiritur quòd fiat reſtitutio rei ablatæ.
regula, peccatum.de reg.iur. in vj, ſequitur fur-
tum etiam eſſe graue delictum, quia difficulter
remittitur. Sed ius ciuile conſiderat principa-
liter rigorē publicæ diſciplinæ.l.licitatio. §. q̄d
illicitè. ff.de public.vnde punit adulterum gra-
ui pœna. l. Claudius. ff. de his quibus vt indig.
quia tale delictum eſt contra bonos mores: fur-
tum verò leuius, quia eſt contra pecuniā:& plus
curauit de bonis moribus,quàm de pecunia, p-
ut etiam dicunt aliqui Theologi.quod nota cō-
tra ſtatuta imponentia pœnam capitis furibus,
& pœnam pecuniariam adulteris.
NOTA quartò, † quòd pro crimine periurij 15
quis deponitur, ſecundum Abb.& Doct. hîc. &
tali etiam aufertur beneficium.c.querelam. j. de
iureiur. Fortius tenet Siculus hîc, quòd illud
perdit ipſo iure.argu.d.c.querelā.ibi, à præſcrip-
ta Eccleſia remouentes.quę verba reſpiciūt exe-
cutionem facti, vnde præſupponunt remotionē
ipſo iure factam. c. fin. vbi Butri.ſ.de poſtul. per
moder.in c.ij. de reſcrip.Adde quòd imò nō per-
dit ipſo iure, ſed requiritur ſententia: quia iſtud
eſt regulare in omnibus delictis, vt per Felinum
in d.c.querelam. Non obſtat text.in illis verbis,
remouentis,&c. quia vltrà reſponſiones Decij,
quæ de facili impugnari poſſunt, dicitur, quòd
illa verba poſſunt etiam referri ad executionem
iuris: & iſta interpretatio eſt accipienda tanquā
conueniens regulæ.fa.text. in l. cùm poſteaquā.
vbi moder.C.de pactis. & poſſunt illa verba im-
portare canonē ferendæ ſententię, non autē la
tæ, de quo per gl. xj.quæſt.iij. irritum. & in l. in
criminali.C.de iuriſd.om. iud. cum cōcor.aliàs,
ſi uera eſſet opinio And. Siculi,ſequeretur quòd
etiam homicida ipſo iure perderet beneficium,
per text.in c.miror.50.diſtin.ibi, ſacerdotio pri-
uatus. quæ verba reſpiciunt executionem facti,
& tamē iſtud non eſt verum, quia requiritur ſen-
tentia. c. clericis. j. ne cler.vel mona.& eſt com-
munis concluſio in c. inquiſitionis.in prin. j. de
accuſ. Et ſic apparet, quòd illa regula de qua hîc
per Barba.non eſt ſemper vera.
NOTA quintò,† quòd depoſitus pro crimi- 16
ne graui,non perdit ipſo iure priuilegiū fori,niſi
interuenerit actualis degradatio. lxxxj. diſt. c.
dictū.c.ij.de pœnis.in vj.per Abb.& cæteros hîc.
Quæ autē ſint crimina grauia, Abb.in c.at ſi cle-
rici. ſ. eo. dicit eſſe in arbitrio iudicis, & conſe-
quenter erit in arbitrio eius,quando velit depo-
nere.



nere aliquem, attentis tamen qualitatib. aggra-
uantibus,de quibus ibi per eum, ex quo depoſi-
tio non fit niſi pro crimine graui.c.tuæ.vbi Abb.
17 j.de pœn. Adde † quòd omnia crimina, quæ im-
pediunt ordinis executionem poſt peractam pœ-
nitentiam,dicuntur grauia, vt dicit Butrius in c.
niſi.in ſine princ. ſ. de renunt. vbi enumerat illa
crimina:& etiam referuntur per Specul.in tit.de
diſpenſatione.§. iuxta.verſ.ſunt quoque irregu-
18 lares. de quo hîc per Aret. † Et propterea infe- A
runt, quòd in iſtis caſibus clericus incarceratus
nō erit relaxādus etiā cum fideiuſſore, ſecundū
text.in c.ſi clericos. j. de ſent. excōm. lib.vj. vbi
clericus nō relaxat quādo exceſſus eſt enormis,
vel quando alia rationabilis cauſa ſuadet.Et pu-
to quòd ſit rationabilis cauſa, interim dū diſpu-
tatur,an indicia ſint ſufficiētia ad torturā: nā:eſt
veriſimile quòd clericus fugeret, vt euitaret tor-
turā:quia eſt veriſimile q́ qs fugiat metu torturę,
vt per Aret.in ij.col.fa.quòd not.Bartol.in l. j. ff. B
de cuſtod.reor.Felin.in c.legebatur.ſ. de maior.
& obed. Ang.in tract.malef. in verb.fama publi-
19 ca.in x.& xj.quæſt.& facit,† quia quotieſcūq; cle
ricus eſt ſuſpectus de fuga, nō ſimpliciter ſtandū
eſt fragilitati cautionis,ſed debet detineri,ſecun
dū Cald.cōſil.xxj.de regularibus & Gemin.in d.
20 c.ſi clericos.† Et idem puto vbi veniret imponē-
da magna pœna,puta detētionis in monaſterio:
nam tunc delictum dicitur graue,vt per Bar.in l.
leuia. ff. de accuſ. Salic. in l. j. C. de requir. reis. C
Guido Pap.in deciſ.Delphin.quæſt.ccccxxix.&
infrà etiā dicetur aliq̄d & tali caſu ſatis dicet cle
ricus ſuſpectus de fuga.arg.c.vt famæ. j. de ſent.
excōm.Nam talis detētio in monaſterio,eſt ma-
gna pœna de iure canonico,vnde æquiparat dā-
nationi in metallum,ſecundū Abb. in c. quod ſe
dem,de offic.ordi.
21 NOTA ſexto,ibi,† cū Eccleſia nō habeat vltrà
quid faciat.q́ vbi Eccleſia nō habet pœnā corres
pondentē delicto, tūc clericus debet degradari, D
& tradi iudici ſeculari. nam tūc Eccleſia dicitur
22 non habere vlterius quid faciat. † Ex hoc infer-
tur ad quæſt. diſputatā per Abb. an iſte ordo hîc
traditus,ſit ſeruādus in clerico qui valde enorme
delictū commiſit:puta, qa per proditionē inter-
fecit aliquē aliū ſacerdotē, vt ei auferret pecunias:
nā nō videt quòd Eccleſia habeat pœnā cōdecē-
tem huic delicto,& propterea nō debet expecta-
ri vt pœniteat,ſed debet degradari,& tradi curię
ſeculari. & ita tenuerunt Abb. in c. aut ſi clerici. E
in prin.in penult.colum.ſ.eod.Anchar.hîc, & in
regula,ea quę.in xix. quęſt. de reg.iur.in vj.& in
cōſil.clvij.ex narratis in facto cū cōcord.Pro qua
opinone adducit text.in c.j.j.de homicid. indu-
cendo vt per Abb. ibi. Ad idem facit c.nouimus.
j.de verb.ſignif. vbi clericus degradat, nō q̄ ſit
incorrigibilis, ſed quia cōmiſit dānoſum & dā-
23 nabile delictum. Ad idem facit ratio:† quia nos
videmus,quod falſarius literarum Papę degrada
tur non ſeruata formula iſtius tex.ergo idem in F
24 delictis maiorib.& valde ſcandaloſis:† vnde etiā
in odioſis & pœnalibus fit extēſio,propter maio
ritatem rationis. ſecundum not. per Alexan. in
auth.non licet. C. de liber.præter. Contrarium
tenuerunt plerique moder.in d.c.at ſi clerici pro
qua opinione inducitur per eos iſte text.ponde-
rando quòd loquatur per verba generalia, ſiue
quibuſcunque criminibus: & ſic debet intelligi
etiam de delictis valde enormibus. Eodem mo-
do dicit Aret.hîc,quòd text.noſter requirit duo,

videlicet quòd incorrigibilis ſit, & quòd Eccle- C.10.
ſia non habeat vlterius quid faciat, ergo non ſuf- Cùm non
ficit alterum. Puto in puncto iuris eſſe veriorem ab homi
opin.Anchar. & Abb.quæ ſeruantur in pluribus ne.
locis de facto. Et moueor, qa nō credo q̄ iſtud
capitulū poſsit trahi ad iſtos exceſſu valde enor-
mes,vnde alia opinio nō bene remaneret proba-
ta.Nō obſtat inductio moder. dum dicūt, primū
& ſecūdum dictum textus verificari etiam in de-
A licto enormi, ergo etiam vltimum,& ſic, quòd
vltra enormitatem delicti requiratur incorrigi-
bilitas: quia negatur iſtud.Nam ſi bene conſide-
retur reſponſio poſita in text.quæ eſt attēdenda,
non autem verba interrogationis, iuxta gloſſ. in
l.j. C. quando nō peten.par.tex.loquitur in fur-
to periurio,ſeu alio crimine.Certè illa verba alio
crimine, non poſſunt intelligi de enormi. Iſtud
probatur tribus ratiūculis, Prima,† quia dictio, 25
alius, refertur regulariter ad ſimilia tantùm. c.
B fin.vbi Archid.infrà de pact.in vj.Bal. in l. fin. C.
de his qui à non domino.gloſſ.in l. ſi fugitiui. C.
de ſer.fugit. Secunda,quia non includit maiora
expreſsis.c.ſedes.ſ.de reſcript.Tertia, quia tex.
dicit in ſingulari de crimine:ſed iſta delicto enor
mia habent in ſe plura crimina,vnde dicūt qua-
lificata,vt not.in c. virginib. xxvij. q. j. per Paul.
de Leaz.in Clem.j.de offic.ord. fa. l. ſi adulteriū
cū inceſtu.ff.de adult. Nō obſtat etiam inductio
Aretin. quia reſpondeo,quòd in caſu noſtri text.
C bene verum erat, ex quo clericus erat incorrigi-
bilis,& Eccleſia non habebat quid vltrà faceret:
ſed caſus noſter nō attingitur in hoc text.ſed p-
bat per alia iura:& ita teneo.Fortius dicit Anch.
in d.cōſil. clvij. † quòd vbicunq; de iure ciuili in 26
aliquo delicto reperitur impoſita pœna mortis
naturalis,de iure canonico ſuccedit degradatio,
& traditio iudici ſeculari,per tex.in auth. vt cle-
rici. apud prop. §.illud palā.& ita refert.tenuiſſe
Io.And.& Innoc.in c.qualiter & quando. ij. j. de
D accuſ.Sed iſta regula Anchar.eſt multū periculo-
ſa clericis,ſecundū Io. de Ana.in d. c. qualiter.§.
ad corrigendos.in vj.col. & non eſt vera, & eam
ibi reprobat Feli. Primò per iſtū tex. iuncta l. iij.
ff.de ſicar.& l.quāuis.C.de adult.Et iſtud fundā-
mentum fuit Abb. in d.c.at ſi clerici. de quo per
Andr.Sicul.hîc in vlt.colū.Sed poteſt reſpōderi,
q́ ſicarius vel adulter nobilis, de iure ciuili non
punit morte, ſed deportat. l. Claudius.ff.de his
quib.vt indig.& clerici habent p nobilibus, vn-
E de ceſſat ratio iſta. Secundo mouet Feli. per tex.
in l.cùm uir.C.ad l.Iul.de adult.iuncto c.clerici.
j.de exceſſ.prælat.Sed poteſt reſpōderi, q̄ imò
pro crimine cōtra naturā, clericus poteſt degra-
dari, vt probat in d.c.clerici.ibi, deijciatur à cle-
ro.Tertiò mouetur per text.in c.tuæ.j.de pœnis.
iuncta l.capitaliū.§.famoſos.ff.eo.Sed poteſt, vt
dixi,reſponderi primæ rationi. Quare tu fortiùs
contra hanc regulam vltra eum inducas: Primò, 27
† quia reiterans Baptiſma, de iure ciuili ſummo
F ſupplicio affligitur. l. ij. C. ne ſacrum Baptiſma
reiteret.& tamē de iure canōico clericus ſolū de
ponitur,laicus excōmunicat.c.ij.vbi Io. de An.j.
de apoſta. Secūdò facit, quia malefici & incāta-
tores de iure ciuili gladio feriuntur.l. ij.l. nemo.
C.de malef.& tamē iure canonico licet degradē
tur verbaliter,nō tamē tradunt curię ſeculari. x-
xvj.qō.vij.c.admoueant.Abb.in d.c. at ſi clerici.
in pen.colū. Tertiò facit, † quia familiares prin- 28
cipis iniuriā prouincialibus faciētes, morte pu-
niuntur ſecundum leges, vt eſt text.in l.vniuerſi.
C.vbi

C.vbi cauſ. fiſc.& tamen de iure canonico pœna
29 videtur arbitraria.c.j.j̃.de exceſ. prælat. Quartò
facit† quia de iure ciuili, falſificans literas prin-
cipis morte punitur:quia tale crimen dicitur gra
ue.l.vbi.C.de fal.&tamen ſecus eſt de iure cano-
nico.c.ad audientiam.j̃.de crim.fal. pręterquam
in literis Papæ, vt ſuprà dixi.
Vltimò videtur q; iſta regula ſit contra mentẽ
Doct.communiter, dum tenent, quod quæ cri-
mina dicanť grauia, multũ reſidet in arbitrio iu-
dicis, ſecundum Abb. & Doct. in d. c. at ſi cleri-
ci.& cõſequenter pœna etiã erũt arbitrariæ, quę
regulantur ſecundũ grauitatẽ criminũ, per Bart.
in d.l.leuia.ff.de accuſ. Non eſt igitur verũ, quod
pręciſè debeat iudex imponere pœnã degrada-
tionis, vbi leges imponunt pœnã mortis. Et ex
hoc etiã confunditur opinio Butrij in c. cũ dile-
ctus.in vj.col.j̃.de purg.vulg.vbi dicit, loco mor
tis impoſitæ per legem, ſubrogari depoſitionẽ p
Canones.vnde teneas quòd iſtę pœnæ ſunt mul-
tũ arbitrariæ reſpectu criminũ, quæ aggrauantur
ſecundum qualitates poſitas per Abb.in d.c.at ſi
clerici. Et hoc tenendo nõ obſtat ratio Anchar.p
tex.in d. §. illud palàm. quia hodie ille §. eſt cor-
rectus, per text.in auth.ſtatuimus.vbi Bart.C.de
30 epiſ.& cler.
NOTA ſeptimò, † q; quãdo quis depoſitus &
excõmunicat⁹ adhuc eſt incorrigibilis, Eccleſia
nõ habet vltra quid faciat. Iſtud intelligũt Doct.
vt nõ procedat reſpectu pœnarũ, quia eccleſia ha
beat alias pœnas, puta perpetuę carceris, & de-
tentionis in monaſterio, & ſimiles: ſed quia iſte
clericus propter potentiã ſuam nõ poterat capi:
vel de carcerib. euaſerat. Sed iſte intellectus cõ
tinet maximam diuinationẽ, & nõ poteſt proce-
dere:qa potuiſſet Eccleſia implorare brachiũ ſę-
culare & eũ captũ ponere in firmiſsimis carceri-
bus.c.vt famæ.j̃.de ſent.excõmu. & aliter etiam
reprobať per moder. hîc. Quare aliter intelligit
iſtum tex. Decius hîc, q; iſta verba, eccleſia nõ ha-
bet vltrà quid faciat, intelligant reſpectu cenſu-
rarũ, de quib.ſ̃.dixerat. Sed certè etiã iſte intelle-
ctus reſtringit tex.&ſ̃.dictum erat, nedum de cẽ-
ſuris, ſed etiã de pœna depoſitionis. Prętereà ver
ba ſequentia in tex. non conueniunt, dũ dicitur,
ne poſsit eſſe vltra perditio plurimorũ: & tamen
ſi detruſus eſſet clericus ad perpetuos carceres,
habet iſtud periculum. Vnde tu dicas, ad hærẽdo
opinioni, quã tenui in c. quòd ſedem. ſ̃. de offic.
ord. quòd omnis detruſio ad carceres, in mona-
ſteriũ, & cæteræ pœnæ iuris canonici, quæ irro-
ganť clericis, nõ imponunť principaliter in vin-
dictã delictorum, ſed ad agendam pœnitentiã. c.
nouimus.j̃.verb.ſig.c.tuæ.j̃.de pœnis. Vnde cùm
ſeruata forma iſtius capituli, ſit præſumptio le-
gis, quòd iſte nunquã pœnitebit, meritò Eccleſia
non habet vlterius quid faciat. vnde eũ nõ dam-
nat ad carceres vel ad monaſteriũ, ex quo ſcit q̃d
non pœnitebit. Si verò nõ ſeruetur forma iſtius
text. licet de præſenti credatur incorrigibilis, ta-
mẽ nõ tolliť ſpes, quin in futurũ poſsit corrigi:
& ꝓpterea tunc nõ ceſſant alia remedia Eccleſię,
c. vt famæ. j̃. de ſent. excõ. Et iſte intellectus eſt
31 planiſsimus.
NOTA vltimò ex text.in verb.legitima.ſecũ-
dum Aret.hîc, † quòd ſi quis ſemel deliquerit, &
ſit punit⁹ pœna cõdigna, & iterũ delinquat. pri-
mũ maleficiũ punitũ ſemel, nõ aggrauat ſequẽs,
ſed debet iſtud ſequẽs pœna ſolũ legitima puni-
ri: ſecùs ſi pœna nõ ſit cõdigna. & ita dicit debere
intelligi quod not.Bartol in l. ſi is cui.§.fin.ff. de
accuſ.& pro iſta opin.facit text.in c.hi qui altar.
diſtin.lxviij.Sed tu aduerte, quia iſte tex.videtur
probare intentionẽ Aret.quia etiã ſi ſequens cri-
men aggrauaretur per primum, tamen erit verũ
dicere, quòd puniatur pœna legitima, ex quo ſe-
cundum leges, tali delicto iterato, debet imponi
grauior pœna.l.iij.C.de epiſc.audiẽ.l.ſeruos. C.
ad legem Iul.de vi.notat Abb.in c. graue.j̃.de p̃-
A bend. Gemin. in c. hoc veſtræ.xj.diſt. Et contra 32
Aretin.facit, † quia ſi ex forma ſtatuti aliquis pro
tribus furtis debeat mori, quãuis ſoluerit pœnã
primi & ſecundi furti, tamen pro tertio ſuſpen-
deť, quia priora aggrauant iſtud vltimũ. ita tenẽt
Paul.de Caſt.& Cep.in authen.ſed nouo iure.C.
de ſeru.fugiti.vbi allegant concor. Et idem eſt ſi
illa priora duo furta ſint cõmiſſa in alieno terri-
torio, vel ſublata præſcriptiõe vel ſatisfactione,
ſecundũ Bar.in l.ſi is cui.§. fin. ff. de accuſ. Bald.
B in auth.qui ſemel.in v. col. C. quo. & quan. iud.
Alber.de Roſa.in iij.parte ſtatutorum, quæſt.x-
xxvij.Imol.in Clem.paſtoralis.de re iud. Angel.
de Aret.in tract. malef.in verb.& veſtem cœleſtẽ
abſtulit.Cataldinus in tractatu ſyndic.quęſt.cx-
lix.Andr.Sicul.conſil.xj.colũ. xij. in ij. vol. Feli.
in c.cùm cõtingat.in j.col.j̃. de foro comp. & in
c.ſicut.colũ.ij.j̃.de teſti.Iaſ.in l.ſi idẽ.ff.de iuriſd.
om.iud.Et ratio eſt, vt conſuetudo iſta delinquẽ
di puniatur, ſecundũ Bald.& Cep.in d. auth. ſed
C nouo iure.& Bal.in l.ſi familia. in fin. ff. de iuriſ.
om.iud.vbi infert, † quòd ſi quis fecerit duo deli- 33
cta ſimul, nõ habebuntur niſi pro vno, quia tũc
ceſſat ratio ſtatuti fundata ſuper cõſuetudine de
linquendi. Et pro hoc facit q̃d cõſuluit Barthol.
Veroneñ.conſi.lxxvij.† vbi ſi q̃s ex interuallo bis 34
blaſphemauerit, in cõtinuatione tamen ſermo-
nis, non punietur niſi pro vna blaſphemia. Et ſic
habes primã limitationẽ, quam etiã tenuit Bart. 35
in l.eum qui.§.idem dicitur.ff.de fur. Secũdo vi-
D detur † quòd poſsit limitari, quãdo ſtatutũ punit
prima delicta pœna pecuniaria: quia facta ſolu-
tione videtur q; delictũ ſit extinctũ, vnde nõ de-
bet ampliùs aggrauare: quia qui ſoluit, habetur
pro abſoluto.l.ſi q̃s cũ totũ.§.planè.ff.de except.
rei iud.& q̃d not.Bald.poſt Iac. Butrig. in l. & ſi
ſeruerior. in iiij. col. C. ex quib. cau. infa. irrog.
Contrarium tenuit Bald.in d.authen.qui ſemel.
& in l.certũ.ff.ſi cer.pet. vbi dicit, quòd licet de-
lictũ per ſolutionem pœnæ ſit ſublatum, tamẽ re
E manet infamia.l.indulgẽtia.C.de abolit.quę in-
fami aggrauat. Poſſet fortè in iſto caſu defendi
opinio Are.hîc, vt ſi iſta pœna pecuniaria ſit pro-
portionabilis exceſſui, procedat limitatio. Nec
obſtaret ratio Baldi: quia dato quòd infamia nõ
tolleretur tamen omnis effectus qui inde poſſet
reſultare, videtur tolli per ſolutionem. Eſt ve-
rũ quòd cõmunis intẽtio Doct. etiã in hoc pun-
cto videtur eſſe contra Aret. Tertio limitatur per
Bald. valde notabiliter in l. j. in col.C. de ædil.
F actio.vbi dicit, † quod ſi ſtatutũ reſpicit factum, 36
puta quia dicat, ſi quis fecerit tria furta, moriať,
tunc procedit cõmunis concluſio: quia licet ſit
ſatisfactum pro primo furto, vel ſit alibi com-
miſſum, tamen verificatur verba ſtatuti: quia ve-
rum erit dicere, quòd iſte fecit tertium furtum.
Si verò ſtatutum nõ reſpicit factum, ſed pœnam,
puta, ſi dicat, pro duobus furtis quis decapiteť,
tunc primum non grauabit ſequens, ſecundum
eum. Puto dictum Bald. eſſe verum: quia in iſto
caſu ſtatutum dat pœnam iſtis duobus furtis ſi-
mul,



mul, non alteri tantum: nec in iſto caſu verba im
portant, quòd ſtatutum voluerit punire con-
ſuetudinem & infamiam quæ ſupereſſet ex pri-
37 mo furto. Quarto limitatur, † quando iſte reus
poſt vltimum delictum ſtetiſſet longo tempore
vir ꝓbus, & mutaſſet mores malos: nam priora
non aggrauabunt illud vltimum, ex quo tunc
ceſſat ratio legis. Nam tale ſtatutum factum eſt
ad puniendam conſuetudinem, ne quis de facili
38 reiteraret delicta. † Sed ſi quis per triennium ſal-
tem fuerit bonus, non pręſumitur quòd velit re-
uerti ad delictũ priùs factum, vt eſt text.in auth.
de mona.§. nam & ſi vitium. & ita limitatur re-
gula c.ſemel malus.de reg.iuris.in vj. & ita con-
ſuluit Rom.cõſ.ccxxvj.vt pręmiſſa.in ij.col.Sed
iſta limitatio non videtur quòd ſit vera. Primò,
quia ſtatutum voluit punire illam cõſuetudinẽ,
eò quòd inducta fuerit per tres actus: ergo nõ ha
bemus curare, vbi ſemel incidit in pœnã, quòd
deinde fiat bonus, vt not.in l.qui ea mente.ff.de
fur. Eſt verũ, q; ſi poſt longum tempus iſtud deli-
ctum veniſſet in cognitionẽ, eſſet delinquens le
uiori pœna afficiendus.l.diutina vbi Bar. de pœ
nis.Anchar.& And.Sicul.in c.fi.j̃. de conſuet.Et
39 propterea inferunt ibi moder. † q; ſi quis olim
cõmiſiſſet homicidium, ſi deinde detegatur talis
homicida, non erit morte afficiendus, ſed leuio-
ri pœna: verũ iſtud non procederet tã breui ter-
mino, ſicut trium annorum, ſed requirerẽtur ſal-
tem decem anni, vt per gloſſ.in d.l.diutina. Præ-
terea contra Romanum etiam facit, quia text.in
d.§.nam & ſi vitium.loquitur in monacho, ad fi
nem ne extrahať extra monaſterium: nec videť
generaliter trahẽdus extra illum caſum. Et iſtud
tanto magis procederet, quando illud trienniũ
interceſsiſſet inter primum & ſecundum ſeu ter
tium delictum, vt per Bald. in dicta authen. qui
ſemel. dum loquitur quando priora delicta ſunt
ſublata præſcriptione: & propterea in ſuo caſu
ſine dubio credo q; Roma. malè loquať. Quin-
40 tò limitatur, † quando condemnationes priorũ
delictorum fuiſſent nulliter factæ: & circa iſtam
nullitatem ſeu etiam iniquitatem poſſet iudex
vltimi delicti incidenter cognoſcere, ad finem
vt videat nunquid iſtud vltimum aggrauetur. i-
ta dicit Rom.in d.conſil. ccxxxvj. & iſtud puto
verum. Aduerte tamen, quia ſi iſte reus ſoluit
condemnationem, non videtur quòd poſsit al-
legare ſe iniuſtè condemnatũ. l. ad ſolutionem.
C.de re iudic. niſi prætenderet aliquam iuſtam
cauſam timoris, vel ſimilem cur ſoluerit. Sex-
41 tò limitatur ſecundum Rom.in d. conſil. † quan
do pro prioribus delictis fuiſſet quis abſolutus:
tunc enim dicitur feciſſe delictũ, & ſententia fa
cit ius.l.ingenium.ff.de ſtat hom. Nec per hoc q;
aliquis fuerit pluriès accuſatus, remanet aduer-
ſus eũ aliqua infamia, quæ poſsit aggrauare de-
lictũ, vt dicit And.Sicul.cõſ.xj.col.xij.vol.j.nam
& M.Cato fuit quater & quadrageſies accuſat⁹,
vt dicit Plinius, & ſemper abſolutus. Eſt verum
quòd iſta limitatio non procederet, quando q̃s
fuiſſet abſolutus per colluſionem, vel per ſolu-
tionẽ pœnæ ante ſententiã: quia adhuc militant
42 verba ſtatuti. Septimo limitatur, † vt non pro-
cedat quoad priora furta: quia prius furtum nõ
aggrauatur per ſequẽs, ſed econtrà. vnde ſi quis
commiſerit primò hîc furtum. deinde alibi duo,
ſi hîc depręhendatur, non punitur niſi pœna ſim
plici. ita fuit conſultum, & bene, inter conſilia
Bal.conſi.cclviij. viſo themate. in v. vol. atten-
ditur enim tempus cõmiſsi delicti, quoad pœnã C.10.
inferendam, vnde non aggrauatur ex pòſt facto. Cum non
l.j.ff.de pœnis. l. iniuriarum æſtimatio. ff.de in- ab homi-
iur. † & quia præcedentia magis influunt in ſe-
quentia, quàm contrà, vt not.in l.ſi quis ex argẽ- ne.
tariis.§.ſi initium.ff.de eden. Tu circa iſtud no 43
tabile teneas menti deciſionem Guliel.de Cun.
quam ibi ſequitur Bald.in l.iij per illũ tex.C.de
epiſ.audien.vbi dicit, † quòd ſi quis cõmiſerit a-
A liquod delictũ, de quo habuerit gratiam: ſi dein 44
de reiteret, gratia ſecũda nõ valet, niſi princeps
fuerit certificatus de priori delicto: imò reſcri-
ptum præſumitur ſubreptitiũ. ſequiť Ioã.de A-
na.in c.ad abolendã.in ij.col. j̃. de hæret.Sicul⁹
in c.ſuper literis.in xxiiij.colũ.ſ̃.de reſcriptis.Io
an.Crotus.in c.fin.in §. fin.col.pen.de conſtit.in
vj.Moder.repet.in c.fi. in j.notab. infrà, de con-
ſuet. Iſte caſus frequenter contingit, & pro-
B prerea aduerte ad duo. Primum eſt, quia cũ hîc
vertatur in dubium de ſubreptione reſcripti, tã-
quã non præſumať fuiſſe de mente principis fa-
cere gratiam tali, videtur q; antequã iſte conde-
mnetur, debeat conſuli princeps, vt declaret mẽ
tem ſuam.l.Neratius.ff. de reg.iu. vnde parte pe
tente ſtatueť ſibi terminus, vt eum cõſulat. Se-
cundò aduertendũ eſt, nunquid iſta deciſio pro-
cedat, quando ille deliquiſſet in eodem genere
delicti, an etiam ſi feciſſet diuerſum delictum. Et
videtur procedere, etiamſi feciſſet diuerſum de-
C lictũ, arg.tex.noſtri hîc, ſecundũ communẽ intel
lectum, vbi clericus piurus aggrauať nedũ ſi no-
uum periurium cõmittat, ſed etiam ſi aliquod a-
liud crimen diuerſum. Puto contrarium, quia
tex.in d.l.iij.ꝓpriè loquiť de delicto eiuſdẽ ſpe-
ciei reiterato.& ita loquitur Guliel. de Cun.vn-
de iſta aggrauatio oriť ex reiteratiõe. & facit do
ctrina Bartol.in l.de pupillo.§. ſi pluribus. ff. de
oper.noui nunt.& etiam confirmatur per regu-
lam, ſemel malus. de reg. iur. in vj. quæ proce-
D dit in eodem genere mali, vt ibi notatur, non au
tem in diuerſo: & text. noſter procedit quando
pœna impoſita, puta depoſitio, non plenè pur-
gabat delictum, ſed requirebatur pœnitentia, vt
hîc per Anch.
GLOSS. PRIMA. Pro declaratione huius
gl.videndum eſt primò, † nunquid liceat laico 45
capere clericũ, & captura teneat. Et gl. hîc dicit
quòd nõ: & pro hoc eſt tex. in c.ſi verò.j̃.de ſent.
excomm.& in c.ij. in verb. diſtinguere. j̃.de for.
E comp.facit gl.in c.ſi quis ſuadente. xiij. q̃. iiij.
vbi ſi laicus hoc faciat, incidit in illum canonẽ.
Dicit tamen Abb.hîc, quòd ſi laicus non eſſet in
dolo, puta quia non caperet eum ſuadente dia-
bolo, tũc non eſſet excõmunicatus. Et propter-
ea dicunt moder. † quòd quælibet cauſa excuſa-
ret laicũ, ex quo quęlibet cauſa etiã iniuſta excu
ſat à dolo.l.igitur.ff.de lib.cau.not. in l.ſi plagij.
C.ad leg.falc.de plagia. pro quo facit, quia excõ
municatio non infligitur niſi exiſtenti in dolo,
F ſecundum Ioan.And.in c.quantæ.in fi.j̃.de ſent.
& habetur in Summa angelica in verb. excom-
munica. Vnde mediator ſimoniæ non eſſet ex- 46
cõmunicatus, ſi neſciret, vel aliter nõ eſſet in do
lo.& ita limitatur extrauagans Pauli II. quã dete
ſtabile.in tit.de ſimonia. Sed tu aduerte, qa iſta
poſſent procedere in foro animæ: ſed in foro ca
nonico videtur quòd ſufficiat dolus præſum-
ptus, vt probatur in d. cap. quantæ. in verb.in-
terpretamur, & ſatis eſt de mente Feli. pro quo
etiam facit glo.in d. c.ſi clericos. in ver. iniuria.

de ſent.excõmu.in vj. vbi licet quis nõ ſit in do-
lo,tñ ſi indebitè aufert equũ clerico,eſt ex cõmu
nicatus,& lex videt̃ præſumere dolũ. Nec videt̃
ꝙ dicta Modernorũ ſint vera,dum dicũt,ꝙ quæ-
47 libet cauſa iſto caſu excuſaret:† nam vbi aliquis
delinquit contra ea, quæ ſint prohibita iure di-
uino,tunc non excuſatur à dolo, niſi probauerit
iuſtam cauſam,vt per Sali.in l.ſenatus.C.de his,
qui ſibi in teſta, Imol.& Raph. in l.ex conſenſu.
§.fi.ff.de appell.Alexand. conſ. ciij. videtur.col. A
pen.in j.Sed laicus videtur prohibitus etiã iure
diuino.per illud, Nolite tangere Chriſtos meos:
& quia immunitas eccleſiaſtica eſt de iure diui-
no,vt not. per Felin.in c.ij. ſ.de maior.& obed.
& eſt cõmunis opinio,vt ſ.dixi. Et confirmatur
iſta opinio aduerſus moder.ex tex.in d.c.ſi quis
ſuadente.§.committunt.ibi, aut neſciendo com
mittũt,aut negligendo violãt. & ſic ignorantia
48 punitur,in quam non cadit dolus. † Et propter-
ea videtur, ꝙ laicus in ſuprà dicto caſu eſſet ex-
cõmunicatus, tanquã ſit in dolo præſumpto. ꝙ
etiam confirmatur tribus rationibus. Prima,
quia qui ſe ingerit,præſumitur in dolo l.ſpado-
nẽ §.fi.ff.de excuſ.tut.quia videtur hoc in contẽ
ptum facere,vt per Abb.in c.intelleximus.in pe
49 nul.col.ſ.eo. Secunda,†quia quando aliquis fa
cit illud,quod eſt de genere prohibitorum,licet
aliquo ſingulari caſu permittatur, tamen præſu-
mitur in dolo,& ſic eſt excommunicatus, niſi i-
pſe probet cõtrarium.l.ſi non conuicij.C. de in-
50 iur.Bald.in l.dolum.C.de dolo. Tertia,†quia q
facit quod nõ debet, præſumitur in dolo. l.ſi ꝓ-
uocatorem.§.fi.l.dolus.ff mand.Paul.de Caſt.in
l.vbi exigitur.in prin.ff.de eden.Et ſic cõcludo,
ꝙ ſi laicus capiat clericum,præſumatur in dolo,
& conſequenter ſit excõmunicatus: niſi capiat
ex iuſtis cauſis,quis infrà ponam.In foro verò a-
nimæ iſte præſumptus dolus non attenderetur,
ſi verè non interueniſſet,pro quo facit quod no.
Ioan.And.in c.is qui ſedem.ſ.de ſponſ.vbi dicit,
quòd iura,quæ ſe fundant ſuper præſumptioni-
51 bus,non habent locum in foro animæ. † Limi-
tatur primò iſta concluſio,niſi laicus caperet cle
ricũ de licentia epiſcopi ſui.c.vt famæ.ſ.de ſent.
52 excõm.c.ſi clericos.eo.tit.lib.vj. †Sed quid ſi e-
piſcopus dat generalem licentiam iudici ſecula
ri,vt poſsit capere quoſcunq; clericos facinoro-
ſos,& ſibi præſentare? Ant.de But.hîc dicit,ꝙ ta
li caſu laicus, qui caperet clericũ, nõ eſſet excõ-
municatus.Anch.in dicta regula iuris,ea quę. in
xxiij.q.&.Aret.hîc dicunt iſtud non eſſe verũ, niſi
in caſu,quo clericus reperiatur in flagranti cri-
mine,ex quo tunc poteſt capi ſine aliqua cogni-
53 tione,aliàs verò non.Et eſt ratio,†quia ad hoc vt
aliquis capiatur,debet p̄cedere aliqua cognitio
circa præſumptiones & indicia.vt not.in l. ij.C.
de exhib.re.& p gl.in Clẽ. paſtoralis.in verb.de
more.de re iud.Sed iſta cognitio non poteſt de-
mandari per epiſcopum laico.c.ij.ſ.eod. Poſſet
fortè teneri opinio Butr.quia text. in d.c.ſi cleri
cos.& in d.c.vt famæ.habet locũ etiam in tali ca
ſu,per rationẽ ibi poſitã.Nec videtur, ꝙ in ordi-
nario,qui velit capere clericũ, ſit neceſſaria iſta
cognitio, vt per gl.in c.fi.de accuſ.in vj.ſed ſuffi
cit quædam leuis præſumptio,quæ potius vide
tur eſſe facti,& poteſt cõpetere laico, vt no.in c.
j.ſ.de procurat.Prętérea licet iudex nõ adhibue
rit hãc cognitionem,captura tñ de ſe tenet, nec
eſt ipſo iure nulla,ergo laicus nõ erit excõmuni
54 catus. † Secundò limitatur in caſibus in quib.

poteſt clericus verberari,iuxta c.3.ſ. de ſent. ex-
cõm:quia à fortiori poterit capi vt ducat̃ ad ſuũ
iudicem.ita tenent Io. And. Abb. & moder. hîc,
arg.l.nec in ea.ff.de adul. Sed tu aduerte,†quia 55
verberare & capere aliquẽ in iſto caſu, videnť eſ
ſe diuerſæ ſpeciei: vnde tũc nõ p̄cedit regula. ꝙ
cui licet plus,liceat quod eſt minus,ſecundũ Io.
And.in c.in pœnis.de reg.iur.in vj.quem allegat
Aretin.in l.ij.in fin.ff.de legat.j.& probatur in l.
A ſolemus.§.fin.ff.de iudi.ſa.c.cui de non ſacerdo
tali.de præbend.in vj.Quòd autem ſint diuerſæ
ſpecies,probatur:quia verberare,reſpicit actum
priuatum:ducere in carcerem,reſpicit actum pu
blicum.l.j.C.de priua.carcerib.Poteſt reſponde
ri,tenẽdo quòd dictum Ioan.And. nõ ſit verum,
prout etiã tenuit Decius hîc, & ſic quòd valeat
regula generaliter,quòd cui licet plus,liceat q̃d
minus,quãuis ſint diuerſæ ſpeciei.l.in ſuis. in fi.
ff.de lib.& poſth.vbi lex,quòd quis poſsit occi-
B dere,extendit̃ tantò fortius, vt poſsit exhæreda
re.Moderniores reſpondent, ꝙ ibi eſt lex ipſa q̃
extendit.Sed iſtud nihil eſt:quia ratio habet lo-
cum,vt etiã poſsit fieri extenſio ab homine & ꝓ
iſta opi.eſt caſus in l. ex eo. C. de agẽt.in rebus.
lib.xij.vbi dicitur,ꝙ abſurdum eſt in eum poſſe
criminaliter ferre ſententiam, cuius de nulla re
pecuniaria poſsit iudicare.Ecce ergo tex.arguit
ad diuerſam ſpeciem. Nec obſtat d. l.ſolemus.
§.ſi quia ibi latrunculator videtur accipi pro iu-
C dice,ad cuius officium ſpectet inquirere & iudi
care latrones,nõ aũt generaliter ꝓ quolibet iu-
dice criminali:vnde cũ habeat iuriſdictionẽ di-
ſtinctã,meritò nõ cognoſcit in cauſa pecuniaria.
Et ex iſta limitatione infert̃,†ꝙ liceat mihi ne- 56
dum me defẽdere ab inſidiatore,iuxta l.vt vim.
de iuſtit.& iur. ſed etiã eum capere ꝓpria auto-
ritate,& ad iudicẽ ducere, & captura tenebit. I-
ſtud probat̃ ex mente Dd.hîc,dum allegant tex.
in d.c.iij.& fa.ꝙ not.Bald. in repe.l.j.in iij. q.C.
D vnde vi.vbi dicit,†ꝙ licet mihi ꝓ defenſione re- 57
rũ mearũ capere aggreſſorẽ,ne fugiat, & ducere
ad iudicẽ.ſequit̃ Iaſ.in d.l.vt vim.in vij.col. Ter
tiò limitat̃,†vt clericus poſsit capi per laicũ.ad ſi 58
nẽ vt cõmittendũ delictũ ꝓhibeat̃,ſecũdũ Abb.
hîc,& ſequũt̃ alij. Nã ſpectat ad publicã vtilita-
tẽ,vt delictis obuiet̃.c.fortitudo.c. nõ inferẽda.
23. q. 3.Facit, †qa vbi agit̃ de publica vtilitate qs 59
incarcerat̃,etiam non expectato præcepto iudi-
cis.l.generali.C. de decu.lib. x. imò in iſto caſu
E delinqueret laicus, niſi ꝓhiberet.xxiij. q.v.c.nõ
eſt innocẽtię fa.gl.in c.ij.ſ.de hęret.cũ ſimil.hîc
per Mod.& in tali caſu, ſi ſocius interficiat cleri
cum ſe præparantem ad mortem ſui ſocij,nõ e-
rit excommunicatus, ſecũdum Innoc.& Anch.
in d.c.iij.de ſentent.excõmm. †Et iſtam conclu 60
ſionem intellige, quando aliàs commodè deli-
ctum non poſſet impediri:nam ratio Doct. aliàs
non militaret.Item intellige†vt prædicta cõclu 61
ſio procedat etiã in delicto præſumpto, puta ꝙ
F qs reperiat̃ de nocte: qa q malè agit,odit lucẽ.c.
cõſuluit.ſ.de off.deleg.ſecũdũ Abb.hîc & mod.
ꝙ puto eſſe verũ, vbi ſubeſſet veriſimilis conie-
ctura,ꝙ iſte clericus iret ad faciendũ aliq̃d deli-
ctũ:puta qa reperiretur armatus, vel indutꝰ,ve-
ſtib. laicorum: eſt enim præſumendum contra
tales,qui prohibita faciunt,vt not.in l. ſi non cõ
uicij.C.dę iniur.in l.ſi qua.C.de epiſ.& cler. †Et 62
q portat arma, præſumitur habere malũ animũ,
ſecundũ Bal.in c.j.§.ſi qs ruſticus.de pac. ten. in
vſib.feud. † Sed pone ꝙ clericus repugnet ca- 63
pientib.



pientib eſt ne laico licitũ eũ verberare,quando
aliter nõ ꝑmittit ſe duci? Videt̃ ꝙ ſic,ꝑ tex.in d.c.
ſi clericos.dũ tñ modus nõ excedat̃: & in c.vt fa
mę.in vltimis verbis. & ita videt̃ de mente Ioã.
And.in d.c.ſi clericos.Sed tu aduerte,qa in con-
trariũ obſtat tex.in c.vniuerſitatis.ſ.de ſentẽ.ex-
cõm.vbi clericus qui põt capi per laicũ de con-
ſenſu epiſcopi,nõ tñ põt,etiã eo cõſentiẽte ver-
berari,niſi reſpondeas,ꝙ ille tex.procedit quan
do quis verberaret̃ principaliter ad correctionẽ A
vel vindictam:ſecùs in caſu noſtro,in quo verbe
ra veniunt in cõſequentiã rei licitę, quia ꝓhibet
64 ſe capi. †Quartò limitat̃,quãdo eſſet veriſimilis
ſuſpicio quòd clericus fugeret, & ſic delictũ re-
maneret impunitũ:nã & tũc publicè intereſt, vt
talis delinquẽs capiat̃.ita Abb.hîc, & eſt cõmu-
nis opi.vt hîc ꝑ Feli.& ꝑ Bar.in l. ſi qs in ſeruitu
te.ff.de fur.cũ cõcor.Cõtrariũ tenet Aret.Sicul.
& Dec.hîc,& Ale.in d.l.ſi quis in ſeruitute. in a-
poſtillis ad Bar.& pro eorũ opinione videt̃ ſtrin B
gere tex.in d.c.iij.ſ.de ſent.excõm.ad quẽ reſpõ
det Decius:quæ ſolutiones ſatis reſtringũt text.
vnde ſ.ego aliter reſpondebo. Secundò videt̃ vr
gere tex.aliter inducẽdo q̃ alij faciũt in d.c. vt fa
mę.Nã ille text.in prin.loquit̃ etiã quãdo ſuſpi-
cio eſt ꝙ clericus fugiat:vnde cũ ꝓſequat̃ in tex.
laici verò,&c. debet intelligi etiã in caſu,quo ſit
65 clericus ſuſpectus de fuga: qa †iſta aduerſatiua,
verò,repetit eandẽ qualitatẽ,ſecũdũ Bal. in l. o-
mnes populi.ff.de iuſt.& iure. Alex. in l. filius à
patre.in x.colũ.ff.de lib.& poſth.& facit ꝙ not.
Bar.in l.in repetendis.de legat.iij. Tertiò cõtra
iſtã opi.videtur facere, quia quãuis clericus de-
prehendatur,non tamen eſt veriſimilis præſum
ptio quòd fugiat,ex quo laici nõ poterũt perhi-
bere teſtimoniũ contra illum,imò reiiciuntur.c.
de cætero.ſ.de teſt. Contra eandem opi. etiam
inducit Alex.tex. in d.c. vniuerſitatis. vbi etiam
in caſu neceſsitatis Abbas non poteſt facere ver
berari clericũ à laico:ergo nõ debet licere laico D
capere ſine licentia. Item mouetur, quia nõ eſt
verum,quòd delicta fugiente clerico remaneãt
impunita,ex quo poterit procedi aduerſus eius
bona. Item fiet remiſsio ad petitionem iudicis.
Clem.paſtoralis.de re iud. Et hæc fundamenta
etiam fecit Aretinus hîc.Pro eadem parte etiam
mouet̃ ratio hîc,quia ratio Abb.non videt̃ vera:
quia licet laicus in tali caſu non incidat in cano
nem,Si quis ſuadente.ex quo ceſſat dolus,tamẽ
nõ ſequit̃ ꝙ captura teneat.Puto cõmunem opi. E
eſſe veriorẽ:pro qua ſentẽtia defendẽda cõſide-
randum eſt,ꝙ tex.in d.c.vt famæ.& in d.c.ſi cle-
ricos. ſine dubio concedũt,fieri talẽ capturã de
mãdato epiſcopi ſui,prout ſuprà latiùs vidimꝰ:
vnde infert̃,ꝙ etiã poſsit fieri ſine mandato, dũ-
modo epiſcopus ſuus ratificet.c. ratihabitionẽ.
cũ ibi not.ſ.de reg.iuris.in vj.& ꝙ not.Abb.in c.
ꝙ ſicut.de elect.Vnde quãdo laicus videt clericũ
ſuſpectum de fuga, põt veriſimiliter cogitare ꝙ
epiſcopi eſt, vt talis capiat̃, ne fugiat:& ꝙ ſi ſci- F
uiſſet,dediſſet ſibi licentiã: vnde meritò ſufficit
66 ratihabitio.Iſtud probat̃ aliquib.ſimilib. †Pri-
mò per id ꝙ not.Bal.in c.cùm omnes.ſ.de cõſti.
vbi per illũ tex.dicit,ꝙ põt Capitulũ facere ali-
quam vtilẽ cõſtitutionẽ,etiam epiſcopo abſen-
te,de rebus eccleſiæ: quia in tali caſu veriſimi-
le eſt ꝙ conſenſiſſet,cũ iuſtam cauſam diſſentiẽ-
di non haberet. Secundò facit ꝙ not. in l. tale
67 pactũ.§.fi.ff.de pactis.vbi Bal.notat,†ꝙ in quacũ
que materia ſit talis extenſio, vt habeat̃ pro fa-



cto illud quod quis veriſimiliter facturus, ſi de C.10.
eo caſu cogitaſſet. Idẽ notãt moder. in l. Barba- Cum non
rius.ff.de offi.præſidis. †Tertiò facit,quia quã- ab homi-
do vtiliter agit̃, præſumitur,vel eſt,acſi præceſ-
ſiſſet mandatum,ſecundũ Abb. in c.cùm pro cau ne.
ſa.in fin.ſ.de procur. Quartò facit tex.& ibi gl. 68
in c.fi.ſ.de pœnit.& remiſſ. vbi †quando dilatio 69
eſſet periculum allatura, ꝓut in caſu noſtro, nõ
eſt expectanda licentia ſuperioris.facit qd̃ not.
A gl.in l.nullus. C. de Iudæis. Quintò adduco ꝙ
voluit Bar.in l.de pupillo.§. ipſi prætori.in vlti.
col.ff.de ope.no.nunt.vbi per illũ text.dicit,† ꝙ 70
ſi fiat iniuria ruſtico,& ipſe proteſtetur ex parte
prætoris, & ad eum iter arripiat, habetur acſi à
principio feciſſet proteſtationem cum autorita
te iudicis. Et idem eſt in nuntiante nouum o-
pus,vt ibi per eum:& faciũt notata in eadẽ l. de
pupillo.§.ſi quis riuos. Et hoc tenendo nõ ob-
ſtant allegata in contrariũ. Et primò nõ obſt. d.
B c.iij.quia ibi dum dicit̃, quòd non licet clericũ
deprẽhẽſum in adulterio mulieris extraneę ver
berare vel capere, ſatis fateor eſſe verum de ſe:
ſed ſi ceperit & duxerit ad epiſcopũ, & epiſco-
pus ratificauerit expreſsè vel tacitè,retinendo
eum in carceribus,ceſſat ratio tex.quia non ipſe
deprẽhenſor,ſed epiſcopus ipſe videt̃ cepiſſe. c.
penult.ſ.de ſent.excõm.in vj.quãuis etiã tex.in
d.c.iij. non videatur loqui quando clericus ca-
ptus fuit vt duceret̃ ad iudicẽ:quid eñ ſi eũ ce-
C piſſet,ſolũ vt infamaret eũ corã populo? Nõ ob-
ſtat tex.in d.c.vt famæ.quia ſumus in caſu exce
ptionis,dũ ibi dicit̃,dum tñ id de mandato &c.
ratificatio eñ æquiparatur mandato, per regulã
iuris antiqui,vt ſuprà dixi:vnde diſpoſitio de v-
no loquens, habet locũ etiã in alio, in qualibet
materia,vt ꝑ Bar.in l.ij.de leg.j.& Doct. in auth
quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.Et facit, †qa 71
etiam vbi lex requirit ſpeciale mandatũ, tamen
ſufficit ratihabitio.l. quòd ſi ſpeciale mandatũ.
D ff.de minor.per Bal.in l.ſi maritus.C.de procur.
& in l.multum intereſt.in iij.colũ.C.ſi quis alte
ri vel ſibi.per Iaſ.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.
ff.de acquir.hæred. & facit tex. notab. in c.j.in-
frà de homicid.lib.vj. Non obſtat quòd non ſit
veriſimilis ſuſpicio fugę,ex quo laici non admit
tuntur ad teſtimoniũ contra eos in criminalib.
quia iſtud argumentum non eſt generale, & nõ
procederet in notoriis. Item quando aliter deli
ctum probari non poſſet, quia veriſimiliter non
E adfuiſſet aliquis clericus,vt per Abb.& per Are.
in d.c. de cætero.Prętérea laici ſaltem faciũt in-
dicium ad torturam,prout ibi dicitur. Huius ti-
more,eſt veriſimile quòd clericus fugeret,vt per
Bar.in l.fi.in prin.ff.de bon.eo. qui ſibi mortem
conſci.& facit tex.in d.c. vniuerſitatis. quia faci
lius permittitur carceratio, quàm verberatio, vt
hîc ꝑ moder.Item ille tex.debet intelligi,quan-
do Abbas poteſt facere verberari clericum per
alium,ne aliàs impunita remaneant delicta. for
F tè ille tex.non procederet. Non obſtat quòd i-
ſte clericus poterit puniri aliis modis:quia re-
ſpondeo,quòd eo fugiente non cõſiderãtur illa
remedia,vt probatur in d.c.vt famæ.in prin. Nõ
obſt.reſponſio Decij ad rationem Abbatis:quia
dato quòd laicus non ſit excommunicatus,tan-
tò faciliꝰ poterit captura ratificari ꝑ Prælatũ,ex
quo laicus non affligitur pœna dicti canonis: &
ſic actus non eſt funditus nullus, iuxta not. per
Innoc.in c.prudentia. ſ.de offi.deleg.Et ſic reſi-
deo cum communi opinione, quæ clariùs pro-

72 cedit in ciuilibus, veluti † ſi clericus fugiat pro-
pter debita, nam tunc licet laico creditori eum
capere, quia tunc agitur de eius intereſſe, vt te-
nuerunt Ioan. Andr. Ioan. de Ligna. Abbas & cę
teri hîc, arg. tex. in l. prætor. §. ſi debitorem. ff. de
his quæ in fraudem cred. Et facit ratio, quia iſte
clericus fugiens ne ſatisfaciat, eſt in delicto, vn-
de poteſt capi, ad finem, vt obuietur delicto cō-
mittendo, per ſuprà dicta, ſecundum Siculum
hîc. Confirmatur iſta opin. Nam valet argumē A
tum de tempore & loco ad perſonas. l. vinum. ff.
ſi cert. pet. l. ſi quis exhæredato. §. ex quo. ff de
iniuſt. rupt. & irrito teſt. Sed poteſt quis fugiti-
uus capi tempore feriato in honorem Dei, vt eſt
gl. communiter approbata in l. fi. C. de feriis. vel
etiam in loco ſacro, ſecundū quandam opi. Iaſ.
73 in d. l. vinum. ergo idem in perſona. † Facit, quia
fugitiuus nō poteſt opponere exceptionē incō-
petentiæ iudicis, ſecūdū Anch. cōſ. 192. in auxiliū
veritatis. Rō. cōſ. 242. vnū eſt q; ſubtiliter. Ale. in B
l. de pupil. §. ſi qs riuos. de no. oper. nū. Rō. Iaſ. &
mod. in l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. Et ampliat† hæc
74 cōcluſio, vt ꝓcedat nedū in ipſo creditore, ſed
etiā in ſociis & agentib. ipſi⁹ creditoris. c. olim.
ſ. de reſtit. ſpol. ſecūdū Abb. & Are. hîc. Item etiā
in procuratorib. quamuis creditor non adeſſet,
vt eſt gl. in l. j. in verb. ab his. C. vbi quis de curia.
Sed tu aduerte, quia iſta concluſio ſecūdum Si-
cul. eſt dubia: quia tex. in d. §. ſi debitorem. nō lo
quitur de captura perſonæ, ſed de captura rerū C
tantùm. & ita etiam notabiliter dicit Cōmen.
75 conſi. clvij. in vlt. col. & fuit de mente Cyni, In-
ſtit. de act. in prin. pro qua † opin. facit, quia diffi
ciliùs cōceditur captura perſonę, quā rerū: vnde
non valet pactū, q; liceat creditori capere debi-
torē ꝓpria autoritate: ſecus de rebus, ſecundum
Alex. poſt alios, in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr.
Aretin. in l. nemo poteſt. in prin. ff. de leg. j. Præ-
76 terea & fortiùs videt̃ obſtare alia ratio: † nā cleri
cus nō poteſt regulariter capi & detineri in car- D
ceribus pro debito pecuniario. c. lator. c. de pig.
c. Odoardus. de ſolut. Ioan. Andr. in c. ſi clericos.
de ſent. excōm. in vj. Moder. in l. miles. in princ.
ff. de re iu. Vnde ſi prædicta limitatio eſſet vera,
ſequeret̃ quòd capi clericū à laico, ſit vnum ſpe-
ciale: & vt capiatur pro debito ciuili, eſt aliud: &
tamen plura ſpecialia ſimul non concurrunt. l. ſi
quis rem. vbi Bart. ff. de pollicit. & Bar. & Doct.
in l. ſi is qui pro empt. in vlt. q. ff. de vſucap. Te-
nendo cōmunem opinionem hîc, adhærendum E
eſt ſuprà dictæ rationi, quòd iſte fugiēs ſit in de-
licto, vnde licitum eſt laico eum capere: quia in
effectu dicit̃ obuiare delicto, quòd ſua intereſt,
ne committatur. Et ex hoc infertur reſponſio
ad aliam rationem. Nam licet regulariter cleri-
cus non debeat incarcerari pro debito ciuili, tñ
iſtud non procedit in caſu noſtro, in quo vltra
debitum agitur de euitando delicto: & ſic nō eſt
aliquod ſpeciale, quòd clericus incarceretur ꝓ
debito ciuili, cui ſit annexus dolus. arg. c. graui. F
77 ſ. de depoſit. † Et ex hoc videtur quòd poſsit li-
mitari text. in d. c. Odoardus. ſ. de ſolut. vt non
procedat quādo talis clericus eſſet in dolo: & ꝓ-
pterea in illo tex. conſiderat̃ illa qualitas, quòd
clericus de plano recognouerat debitum. Nam
ſi ſcienter negaſſet, & deinde fuiſſet conuictus,
non videtur quòd ille text. ꝓcederet, ex quo lex
præſumit aduerſus talē. l. ſed hoc ita. ff. de re iud.
ſi dubitet. §. j. ff. de fideiuſſ. l. rem alienam. in vlt.
reſpon. ff de pignor. act. vnde talis non gaudet

beneficio ceſsionis, vt eſt magis communis con
cluſio. in §. fi. Inſtit. de act. per Ang. Iaſ. & Doct. in
l. j. C. qui bon. cedere poſſ. † Et præſumitur do-
lus in eo, qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo, con- 78
trahit multa debita, & allicit creditores ad ſibi
credendum. l. penult. ff. de iure dot. per Paul. de
Caſt. in l. etiam. §. j. in fi. ff. ſol. mat. vnde † ſi poſt 79
debita contracta clericus dolo feciſſet, ne poſſet
ſoluere integrum debitum, nō poſſet vti benefi
A cio d. c. Odoardus. ſecūdum And. Sicul. ibi. arg.
d. l. etiam. §. licet. & facit quod not. Dyn. in regu
la, peccatum. in fin. de regul. iur. in vj. Poteſt etiā
ad prædictas rationes aliter reſponderi: & pri-
mò ad §. ſi debitorem. quòd ille tex. probat à for
tiori: quia ſi licet capere debitorem quantitatis
fugitiuum, & ab eo auferre pecuniam debitam,
quo caſu videtur creditor ſibi ius dicere propria
autoritate, contra l. extat. ff. quod met. cauſ. mul
tò fortiùs licebit capere perſonam, & trahere eā
B ad iudicem, quo caſu creditor non dicitur ſibi di
cere ius propria autoritate. Et credo quod Doct.
voluerit inducere illum tex. hoc modo. Ad ſecū-
dam rationem poteſt reſpōderi, quòd laicus ca-
pit clericum fugientem, & ducit ad carceres, ſeu
ad iudicem, qui eum incarcerat, nō ad eum finē,
vt ibi remaneat pro debito pecuniario: ſed ad ef
fectum vt ſaltem ſatiſdet de parendo iuri, ſecun
dum Io. And. in d. c. ſi clericos. vel caueat de ſa-
tisfaciendo, cùm ad pinguiorem fortunam per-
C uenerit, in caſu, quo non ſit ſoluendo, ſecūdum
d. c. Odoardus. Et iſta reſponſio eſt verior, quan-
do clericus ex iuſta cauſa fugiſſet, ita q; nō eſſet
in dolo. Et ſic remanet defenſata iſta cōmunis
opinio, quā ſanè intellige, videlicet † quando cle 80
ricus eſſet in ipſo inſtanti actu fugæ: aliàs ſi ſolū
eſſet circa præparamenta, & ſupereſſet tempus
cōpetens, teneretur laicus adire epiſcopū, q de-
bēret adhibere aliqualē cognitionē, an clericus
eſſet debitor, & an ſuſpectus de fuga, de quo per
D Dd. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & ita i-
ſtā concluſionē intellexit Io. Bapt. de S. Seueri.
in tract. de debitore fugitiuo. in v. parte princi-
pali. in vj. quæſt. & mihi placet. Et ex hac decla-
ratione tollūt̃ quædā rationes. And. Sicul. hîc. † 81
Sed circa iſtam limitatiōem occurrit dubitatio.
Quid ſi aliquis capiat fugitiuum & detineat per
aliquod horas, deinde relaxet, nec præſentet iu
dici, an incidat in crimen priuati carceris? Et vi-
det̃ q; in criminalibus incidat in tale delictum,
E per not. per Decium conſ. c. in iij. col. verſ. ſepti-
mò opponitur. Et facit ratio, quia hæc facultas
cōpetit capienti ad finem, vt ducat reū ad iudi-
cem: ergo non ſecuto fine, capiens eſt in pœna,
per ea, quæ latè poſuit Felin. in c. quoniam con-
tra. in vlt. not. per illum tex. in v. col. ſ. de probat.
† Et ex iſta ratione infert̃ prima limitatio, vt non 82
procedat in eo, qui eſt depræhēſus in adulterio,
ſecundum formam legis, l. j. ff. de adult. quia ta-
lis captura ſit cauſa rei atteſtandæ tantùm: vnde
F cùm nemo inuitus teneatur accuſare, l. j. C. vt ne
mo inuitus age. ſolū videtur ille depræhēſus re-
tineri, vt quando ſibi placuerit accuſare, poſsit
habere probationes. † Secundò credo poſſe li- 83
mitari, vt nō procedat in ciuilibus: quia lex per-
mittit iſtam facultatem non tam ad finem quòd
reus ducat̃ ad ſuum iudicem, quā ad finem vt cre
ditor non incurrat in damnū. d. §. ſi debitorē. Et
propterea, † abſque eo q; debitor ducatur ad iu- 84
dicem, ſi creditor conſequitur pecunias ſuas, po
teſt eas accipere, & debitorē dimittere, nec te-
netur



netur eas conſignare iudici, ſecundū Alex. conſ.
64. in 3. & eſt de mēte Abb. hîc, dū alleg. c. olim.
ſ. de reſtit. ſpol. Et iſtud videtur verius, licet alij
85 non diſtinguant. † Secūda declaratio hîc infert̃,
an ſuprà dicta regula procedat clerico conſen-
tiente. Et dicendum eſt q; ſic, quia iſtud priuile-
giū cōpetit clericis, habito reſpectu ad totum or
dinem, vnde non poſſunt illi renuntiare. c. ſi dili
genti. ſ. tit. j. not. in c. lator. de pign. Fallit in caſu
c. ex reſcripto. ſ. de iureiur. vbi licet laico retinē
re monachos in obſides, declarādo vt ibi per Io.
86 And. † Tertiò ex prædictis infertur ad notabi-
lem quęſt. Pone, eſt ſtatutū q; villę teneat̃ male-
factores iudici cōſignare in agro ſuo, vel ſoluere
ęſtimationē dāni: aliqs clericus ſpoliauit quen
dam viatorē, an villa tenebit̃? Et videt̃ q; non: qa
tale ſtatutum nō pōt regulariter intelligi de cle
ricis, ex quo laici non poſſunt capere clericos,
ſecundū ſuprà dicta. & ita firmant Bal. hîc & mo
87 der. pro quo facit q; notat idē Bal. in rub. decret.
in iiij. col. vbi dicit, † q; quāuis ſtatutū ſit, q; ſcho-
laris teneatur iurare rectori ſuo, nō tñ clerici te-
nebunt̃, cùm caſus eueniſſet in facto. Iſta deciſio
Bal. fuit reuocata in dubiū, quia ſtatutū poterat
verificari in clerico, in caſibus permiſsis: Nam ra
tio tali ſtatuti erat, vt ipſi villici eſſent diligētes
ad prohibitionē delictorū: quę ratio habet locū
etiā clericis delinquentib. qa poſſunt laici ꝓhi
bere clericos à delictis perpetrādis. Itē poſſunt
eos capere, qñ ſunt depræhēſi in flagranti crimi
ne, vt ſ. viſum eſt: vnde ex hoc capite villa nō po
tuiſſet obtinere, ſed ex eo qa viator erat forēſis,
& nō poterat vti beneficio ſtatutorū, vt per Pau.
Caſt. in l. omnes populi. in fi. ff. de iuſt. & iur. cū
88 concor. Circa ſecundam partē glo. † an & quā-
do ex depræhēſione ſurgat notorietas, ita q; de-
præhenſus abſque alio dicat̃ cōuictus: colligen
do dicta Abb. diſtingue tres caſus, & præmitte
pro cognitiōe terminorū, quid ſit infamia, quid
indiciū, quid manifeſtū, quid notoriū: de quo p
Bar. in l. ſcriptus. ff. de religioſis & ſumpt. fune.
Ioan. Fab. in §. fi. in proœ. Inſtit. cum concord. p
Alex. in l. ſi verò. §. j. ff. qui ſatiſd. cogan. & de in-
dicio habetur per Bar. in l. fi. ff. de quęſtionibus.
& iſta omnia clariſsimè explicant̃ per Abb. in c.
89 veſtra. ſ. de cohab. cler. & mulie. Primus † caſus
eſt, quando quis capit̃ in ipſo actu delicti: quia ſi
paucis aſtantib. erit manifeſtū delictum: ſi mul-
tis, erit notoriū. ita tenet Abb. & ſequuntur cæ-
teri. Intellige primò iſtum caſum, vt dicat̃ noto
rium crimē nō ſimpliciter quādo ſit multis præ
ſentib. ſed quādo adeſt maior pars viciniç, ſi eſt
crimē q; veriſimiliter nō perueniat ad cognitio-
nem totius ciuitatis, ſeu maioris partis, iuxta c.
cùm dilectus. in fi. ſ. de purgat. canon. vel quan-
do adeſt maior pars ciuitatis, ſi negotiū eſt hu-
ius naturę, vt eius cognitio ad totā ciuitatē per-
90 tineat, puta q; quis factus ſit prætor: ita tamen, †
q; ſi ſit aliqua vniuerſitas modica, nō poterit qd
in ea eſſe notoriū, niſi ad minus hoc ſciat̃ p decē
homines, ſecundū Abb. & Dd. in d. c. veſtra. Se-
cundò aduerte, quia dum Abb. dicit, † q; in noto
91 rio dicitur reus abſq; alia probatione cōuictus,
iſta cōcluſio mihi nō videtur vera. Primò per
tex. noſtrū, in quo vltra depræhenſionem requi
ritur q; quis ſit conuictus: & intelligere eum ꝓ-
ut facit Abbas de reo, qui nō eſt depręhenſus in
crimine vel in actu propinquo, ſed poſt actum,
eſt magna reſtrictio, & contra verba tex. qui di-
cit depręhenſum in crimine, nō poſt crimē per-

petratū. Secundò obſtat text. in c. ſciſcitātib. xv. C. 10.
q. viij. vbi clericus depræhenſus in adulterio, ni Cum non
hilominus poteſt celebrare, quoad audiētes: & ab homi-
tamen ſecùs eſt in notoriè depręhenſo, c. nullus. ne.
xxij. diſtinc. niſi reſtringas iſtos tex. quādo de-
pręhenſio fuit facta paucis aſtantibus, ita q; non
reſultauit notorium. Tertiò facit l. defenſoris.
iij. C. de defen. ciuit. vbi depręhenſi in ſtupro vel
homicidio, vel ſimili delicto, mittunt̃ vnà cum
A actis & accuſatore ipſo ad iudiciū: & ſic in eorū
cōdemnatiōe ſeruat̃ etiā ordo iudiciari⁹, nec ſta
ſtim habēt̃ ꝓ cōuictis. Et ꝓpterea dicit ibi Albe-
ri. de Roſ. q; cōmuniter tenet̃, ex ſola depręhen-
ſione neminē conuinci, ſed ſolū inde oriri indi-
cium ſufficiens ad torturam. Quartò & fortius
me mouet, quia iſtud, depræhēdere quem in de-
licto, eſt notoriū facti tranſeuntis, ergo in eo de-
bet requiri plena probatio, non autē ſtatim di-
citur cōuictus. ita dicit Abb. in d. c. veſtra. in fin.
B Nec obſtat, ſi dicas q; imò ſatis erat ſi duo teſtes
atteſtēt̃ notoriū eſſe, talē fuiſſe depręhenſū, licet
non dicant de eſſentia delicti: q; non eſt in aliis
caſibus, in quibus debet teſtis dicere de veritate
facti. l. iuriſiurādi. C. de teſti. qa reſpōdeo, q; imò
in notorio facti tranſeūtis requirit̃ q; teſtes dicāt
& verificent ipſum factū, vt dicit Bar. in l. ciues.
C. de appell. vbi dicit, q; tale notorium appellat̃
manifeſtum: & licet in hoc vltimo quidam reꝓ-
bent Bar. vt per Alex. in d. l. ſi verò. aliud tamen
C dictū videt̃ verū, & maximè debet procedere in
criminalibus, in quibus non poteſt dici, q; ſola
diſpoſitio notorietatis faciat ꝓbationem aper
tiſsimam, prout requirit̃ in l. fi. C. de probat. & p
iſtā rationē & quaſdā alias ita tenuit Salic. poſt
Per. & Cyn. in l. ea qdē. col. 14. C. de accu. Et ꝓ-
pterea cōcludo cōtra Abb. q; imò tale notoriū
facti trāſeūtis, nō faciat aliquē cōuictū, niſi ꝓbet̃
p teſtes deponētes de veritate facti. Et hoc mo-
do intelligit̃ noſter tex. Generaliter tamen do-
D ctri. Abb. pōt ſaluari in vno caſu, videlicet † quan 92
do quis reperiret̃ à iudice ſuū officiū exequēte:
nam talis depręhenſio ſufficit ad cōdemnatio-
nem: & ita ſeruat̃ de facto, quando quis reperit̃
per iudicem portare arma, vel res prohibitas, vt
dicit Gandi. in tract. ſuo malefic. quē refert & ſe-
quit̃ Alber. de Roſ. in d. l. defenſores. Si verò offi
ciū iudicis nō eſſet ad hoc, tunc eſſet ſecùs, ꝓut
not. ij. q. j. §. quādo aūt. per Sali. in d. l. ea quidē.
col. xij. Ampliat † iſtā cōcluſionē Abbas, vt ꝓ- 93
E cedat etiā in clericis depręhēſis à laicis, quia in-
duceretur crimē notoriū, ſicut ſi laicus eſſet deprę
henſus: & ita tenuerūt But. & moder. ceſſat eñ
in iſto caſu ratio c. de cætero. ſ. de teſti. Nā laici
repellūtur à teſtimonio cōtra clericos, quia præ
ſumuntur illis infeſti. ij. q. vij. c. laici. Quæ ratio
ceſſat in notorio: qa nō pſumit̃ q; oēs in tanta
multitudine ſint infeſti. & ꝓ hoc facit text. in c.
cū dilectus. circa fi. ſ. de purg. inducēdo vt hîc p
Abb. Sed tu circa hoc etiā aduerte, quia iſtud ita
F ſimpliciter intellectū nō eſt verū. Et primò obſt.
qa iſti laici retinētes ſimpliciter clericū depræ-
henſum, puta vſq; ad xx. horas, ſecundū d. l. capi
te. videtur excōmunicati. c. 3. ſ. de ſent. excō. nō
enim loquimur, quādo capitur ad finē eū dedu-
cēdi ad epiſcopū, ſed ſimpliciter retinetur vt fiat
notoriū, deinde permittat̃ abire: ergo in tali ca-
ſu, cū iſti laici ſint excōmunicati, nō debēt eū cō
uincere, nec facere notoriū c. decernimus. ſ. de
ſent. excō. in vj. Secundò & fortiùs obſtat, qa nō
eſt verū q; ceſſet ratio d. c. de cætero. nam, vt ſ.

dixi,tale notoriũ debebit ꝓbari ſaltẽ ꝑ duos te-
ſtes: ꝙ teſtes cũ ſint laici,meritò ſunt ſuſpecti.Et
ratio Abbatis non procederet, niſi quando om-
nes laici adfuerãt,vel ad minꝰ eſſent decẽ, iuxta
not.per Bald.in auth.ꝙ locum.in fi.C. de collat.
Idẽ ſi eſſent laici optimæ conuerſationis, ſecun
dũ And.Sicul.hîc:nã in illis ceſſaret iſta præſum
94 pta ſuſpicio.quod eſt diligenter notandum pro
limit. d. c.de cętero.† Secũdus caſus eſt,quando
quis depręhenditur in actu propinquo ad deli- A
ctum:nam tũc videtur idẽ quod ſ. vt ſi corã pau
cis,ſit manifeſtũ:ſi coram maiori parte viciniæ,
ſit notoriũ.ita tenent Abb.Dec.et cęteri hîc.Sed
tu aduerte, quia iſta cõcluſio videtur dubitabi-
lis,per tex.in c.dilectus.j. de purg. cano.vbi no-
toriũ eſt,quando nullus inficiationi penitus lo-
cus exiſtit.Certè quãuis aliquis ſit depręhenſus
in actu propinquo à maiori parte viciniæ, tamẽ
poteſt eſſe locus inficiationi.iſtud patet,qa poſ-
ſet probari cõtrariũ per teſtes qui fuiſſent ad ri- B
mulam.vt eſt gl.iij.q.ix.c.nihilominus.& iſtam
opinionẽ tenuit Andr.Sicul. per aliam rationẽ.
Nã notoriũ dicitur ꝙ eſt factum multis præſen-
tibus.c.j.de poſtulat.pręlat.ij.q.j.§. quando aũt.
Sed adulterium in iſto caſu nõ dicitur factũ præ
ſẽte aliq̃,licet clericus ſit depręhẽſus in actu ꝓ-
pinquo. Sed tñ puto ꝙ cõmunis opinio ſit ve-
rior:qa notoriũ dicit̃ etiã illud ꝙ reſultat ex præ
ſumptione iuris,videlicet quando ius vehemen
ter aliqd præſumit,prout in filiatione,iuxta no. C
per Abb.in d.c. veſtra.in penult.col.j. de cohab.
cler.vnde in adulterio,propter difficultatẽ pro-
bationis,lex habet iſtas præſumptiones pro ple
na probatione.c.literis.c.tertio loco.de pręſum
pti.& per Bar. in d.l.capite.& in prædicto caſu
delictum erit notoriũ : nam quoad actũ propin-
quum,erit notoriũ facti:q̃ad adulteriũ,erit noto
rium iuris.Et in iſto ſecundo caſu nõ eſt etiã ali-
qua differentia inter clericos & laicos. ſecundũ
Dd.hîc.In cõtrariũ eſt gl.xj.q.iij.c.abſit.Sed dic, D
quòd imò ex qualitate perſonarũ & actus, iudi-
cabitur intentio huius clerici, vt per Abb.in c.
quanto.j.de pręſumpt.& per moder.hîc,de quo
etiã ponit Ang.in tract. malefic. in verb. che me
hay adulterato.& Picus in repet.l.Titia.§.Titia.
95 col.cxxvj.de legat.ij. Tertius caſus eſt† in deprę-
henſo poſt actũ, nõ aũt in actu ꝓpinquo : & tũc,
ſi depræhenſio ſit facta paucis adſtantibus, orit̃
indiciũ:ſi multis,inducit̃ infamia. & ita tenent
Anto.Butr. Abb. & moder. Et propterea infert E
96 Abbas, †ꝙ iuuenis depręhẽſus ſimpliciter in do
mo pulchræ mulieris, nõ per hoc dicitur mani-
feſtus adulter,quicquid tenuerit Bar.in l.fur eſt.
ff.de furtis.ex q̃ potuiſſet eſſe ingreſſus domum
etiam neſciente muliere. Sed tu primò conſide-
ra,ꝙ dictũ Bar.poteſt eſſe verum, ſi rectè intelli-
gatur:nam Bar.loquit̃ in eo,qui verè eſt adulter:
vnde quãdo agitur de probanda qualitate , ꝙ ſit
manifeſtus,iſta qualitas ꝓbabit̃ ex pręſumptio-
ne oriente:qa depræhenſus in domo : ſicut dici- F
mus in fure,in quo illa qualitas, ꝙ ſit manifeſtꝰ,
probatur ex depræhenſione. Et idẽ in vſurario:
licet enim debeat probari ꝙ ſit vſurarius,ſecun-
dum latè tradita per Alex.conſ. clxxv. inſpecto
diligenter.in ij.vol.tñ illa qualitas ,ꝙ ſit manife
ſtus,probabit̃ etiã per cõiecturas.c. cùm in diœ-
ceſi.cùm ibi not.j.de vſu.per Bal.in l. cũ propo-
neretur.ff.de leg.ij.facit ꝙ no.Abb. cõſ.lxxxj.in
ij.vol.vnde tali caſu ſufficerẽt teſtes ſingulares :
& ita conſului ſuperioribus diebus, ꝙ nota. Et

ad illud dictũ Bar.adde gl.in l.ſi verò nõ remune
randi.§.ſi tibi.ff.de mand. & ꝙ not.Bal. in l.neq;
natales.C.de proba. & Iaſ.in l.nõ hoc. in vj.col.
C.vnde leg.vbi pręſumitur meretrix illa,ad quã
ſolet ſcholaris frequenter accedere. Secũdò ad-
uerte,† qa opi.iſta Dd. non videt̃ poſſe defendi, 97
dũ dicũt,ꝙ depræhenſio paucis adſtantibus,fa-
cit iudiciũ ad torturã:ſed multis adſtantibus , fa
cit infamiã:quia imò potius eſſet dicendũ oppo
A ſitũ,ex quo plus eſt indiciũ ,q̃ infamia, vnde † ex 98
infamia in criminalibus nemo regulariter puni
tur ad torturã,vt eſt gl. & ibi not.in l.3.§. eiuſdẽ.
ff.de teſti.per Dd.in l.ij.ff.de excuſ.tut.cum con
cord.per Ang.in tract.malef.in verb.fama publi
ca.in xiij.col.& tñ ex iudicio punit̃. Non video
qõ poſsit ſaluari Abb.niſi dicas ꝙ in iſto ſecũdo
caſu,quando depręhenſio ſit multis adſtantibꝰ,
nõ ſolũ orit̃ indiciũ, ſed etiã infamia. & ita cre-
do fuiſſe de mente Abb. Aduerte etiã,quia licet
B fama regulariter non faciat indiciũ ad torturã,
tñ videtur eſſe ſecùs in caſu noſtro,quãdo proba
tur aliquis depræhenſus in domo. Nam cùm i-
ſtud ſit difficili probationis, fama debet face-
re indiciũ:ſicut videmus ꝙ in ſimilib. caſibus fa-
ma iuncta cum adminiculis plenè probat, vt di-
cit Butr.in c.veniens,j.j.de teſt.& per Alex.con.
xxiiij.in vj.col,in ij.vol. Tertiò aduerte,qa quic
quid dicant Dd. hîc,videt̃ valde dubia iſta opi-
nio,ꝙ talis depræhenſio faciat indiciũ. & in cõ
C trariũ eſt gl.ord.in d.l.capite.vbi glo.dicit,ꝙ ex
tali depręhẽſione oritur indiciũ,quãdo reus de-
ꝓhẽſus cõfeſſus erat extraiudicialiter,illis ꝑſẽti-
bus ſe fuiſſe depręhẽſum in tali delicto, vnde il-
la confeſsio extraiudicialis facit indiciũ ad tor-
turam:& cõſequẽter ceſſante cõfeſsione, ex illa
depręhenſiõe nõ reſultaret indiciũ.Vnde Abb.
hîc ita ſimpliciter intelligendo videtur malè lo-
qui:niſi eũ ſalues ſecundũ dictam gl. qñ depræ-
hẽſus cõfeſſus eſſet ſe veniſſe in illã domũ cauſa
D cõmittendi delicti.Sed tñ diligentius conſiderã
do,mihi magis placet opinio Doct.hîc,ꝙ imò ſo
la depræhenſio in domo faciat indicium,& oria
tur ꝑſumptio ſufficiens ad torturã cõtra taliter
depręhenſũ.& iſtud ꝓbatur in d.l.capite v.eam
non cauillando:nam ibi retinetur depręhenſus
teſtandæ eius rei cauſa , nõ aũt cauſa atteſtandi
de confeſsione extraiudiciali, prout dicit glo.
Præterea † confeſsio extraiudicialis etiam facta 99
à nõ depræhenſo facit indiciũ,vt eſt communis
E concluſio in d.l.capite.& per Abb. conſi. xxv.in
fi.in j.Rom.conſil.vij.& ſeq.& conſi.clxvij. in ij.
col.& latè per Fel.in c.olim.in ij.col.& ſeq.ſ.de
reſcrip.& Iaſ.in l.magiſtratib.ff.de iuriſdict.om.
iud.& ſic depræhenſio eſſet nullius effectus, q̃d
tñ eſt contra mentẽ illius text.nec eſt veriſimile
quòd aliquis depræhenſus ita ſimpliciter fatea-
tur delictũ,imò potius fingeret aliam cauſam.&
propterea mihi magis placet iſta opin.Abb.hîc,
quæ eſt etiã de mente Bar. in l. fur eſt. quicquid
F dixerit illa gl.dũ tamen iudex ex qualitate per-
ſonarũ diiudicet vtri magis credat,an accuſatori
dicenti ſe eũ depræhendiſſe in tali facinore , an
verò reo dicenti quòd imò ingreſſus erat domũ
ſuã ex alia probabili cauſa:iſta eñ indicia multũ
reſident in arbitrio iudicis,ſecundũ Bar.in l.fin.
ff.de quæſt. Et iſta procedunt in eo, qui depræ-
henſus eſt poſt actũ. Sed quid † in eo, qui depræ 100
henſus eſt ante actũ ? puta qñ vadit ad delictum
cõmittendum. Bal.in c.propoſuit.in fi.j. de ap-
pel.dicit,ꝙ talis punit̃ media pœna arbitrio iu-
dicis.



dicis.Puto reſpiciẽda verba legis,an etiã puniãt
conatũ,ſicut facit lex Cornel.de ſicariis. l.is qui
cũ telo.C.de ſicar.l.Cornelia.ff.eo. quicquid di-
cat gl.in l.quiſquis. C.ad legem Iul.maieſt. quæ
vult,ꝙ pari pœna puniat̃ q attẽtauit delictũ,ac ſi
perfeciſſet.Sed illa gl.intelligit̃ in atrocioribus.
& ita ꝓcedit l.ſi quis nõ dicam rapere. vbi Cyn.
Bald.& Alberi. de Roſ.C.de epiſ.& cler.ꝑ Dyn.
& Bar.in l.j.ff.de extraord.crim. & latius per Fe
li.in tract. ſuo, qñ conatus puniatur. & facit ſu-
prà dicta deciſio Baldi, in c.nam cõcupiſcentiã.
101 ſ.de conſtit. † vbi ſtatutũ puniẽs aliquid in ter-
mino,cenſet̃ etiã puniuiſſe in via : vnde prohibi
tus ferre frumentũ extra territoriũ ſub certa pœ
na,ſi reperiatur in via,poterit eodem modo pu-
niri. Sed iſtam deciſionem reprobat Iaſon in l.
ij.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.& in l. quo minus. in
102 ix.notab.ff. de fluminib. nam † licet prohibitio
conſequenti,cenſeatur prohibitũ antecedẽs ad
illud ordinatum.l. oratio. ff.de ritu nupt. nõ tñ
iſtud ꝓcedit quoad incurrendam pœnam, vt eſt
gl.in Clem. j. in verb. cõtrahere. de conſangui.
& affinit. Cyn.Bal.& Salic.in l.j.C.ſi rector pro-
uin.Bal.in l.penult.§.docere. in vlt. quæſt. ff.ne
quis eum qui.per Alexan.conſi.cxciiij.conſide-
ratis verbis in ſecũdo.Poteſt ſaluari deciſio Bal-
di reſpõdendo ad cõtraria,vt non ꝓcedant quã-
do quis erat in actu totum faciendi, & veriſimi-
liter feciſſet,niſi fuiſſet depræhenſus & prohibi
tus:& eſt ratio, quia aliàs iſta depræhenſio adiu
uaret delinquentem: quod non eſt dicendum.
103 †Et ex hoc infertur, quòd mulier depræhenſa in
oſculo,debeat perdere dotem , ſicut ſi eſſet in i-
pſo adulterio:quia niſi fuiſſet depræhenſa,veri-
ſimiliter eſt etiã fuiſſet cætera conceſſura. Et ita
ſaluo deciſionem Baldi in c.tuæ.ſ.de procur.li-
cet Deci.eum generaliter reprobet in rubr.ſ.eo.
104 †Sed quid iuris eſt de eo, qui fuit depræhẽſus,
ſed deinde elapſus eſt & fugit , an habebitur ꝓ
notorio delinquente?Dubiũ facit tex. in l.ſi Bar
ſatoram.C.de fideiuſſ.& quod latè not. Iaſ. poſt
alios in l.j.col.xxiij.ff.de acquir.poſſ.& Alex. in
105 l.iij.§.Neratius.ff.eod.tit. † vbi ſtatutum vel diſ-
poſitio legis loquẽs de inuento in tali delicto,
habet locum ita demum ſi capiatur. Sed quicqd
ſit de hoc,quantum ſit ad caſum noſtrum,captu
ra non eſt neceſſaria,& ſatis eſt depræhenſio, li-
cet reus euadat,vt ſatis oſtendit Abb. hîc in fine
ſecundi puncti,& bene:rationes enim iſtius cõ-
cluſionis procedũt reſpectu probationis,nõ ca-
pturę.& facit q̃d notat Alex.in d.cõſ.xxiiij.in ij.
IN GLOS. in verb.excõmunicari. Abb.hîc ꝓ
declaratione gl.opponit,tanquam textus ſit ſu-
perfluus,& ſoluit referendo tres ſolutiones , vt
vt hîc per eum:cum quo tranſeunt communiter
cæteri.Reprobata ſolutione iſtius gl.tu aduerte
primò,quia poteſt dici quòd non ſit aliqua ſup-
fluitas : quia ſiue intelligamus de excõmunica-
tione minori,ſiue maiori,vtraq; poteſt ferri cõ-
tra eundem,vt eſt gl.in c. ita quorundam.de Iu-
dæis.Et ſecunda nõ per hoc erit ſuperflua. imò
operabitur iſtum effectum : quia excõmunicatꝰ
retinebitur extra cõmunionem,donec etiam ab
ea fuerit abſolutus,ſecundũ Hoſtieñ. Ioannem
de Ana.& cæteros ibi.Vnde infertur ad id ꝙ no-
tat Bar.in l.de pupillo.§.ſi pluribus. ff. de no. o-
106 per.nunt.cũ concord. vbi vult, †ꝙ ſemel banni-
tus poſsit pluries de nouo banniri : de quo etiã
per moder.in l.qui bis idem.ff.de verb. obl. Se-
cundò aduerte,quia intellectus Goffre. & Inno.

hîc videtur verus,quicquid dixerit Abbas,vt pri
mò quis feriatur ſimplici excommunicatione,
deinde anathemate. Nec obſtat quòd appella-
tione excõmunicationis, in dubio venit maior.
c.pen.l.j.de ſent.excõmu.quia reſpondeo quòd
iſtud eſt verũ abſolutè loquendo , ſed ex quo in
tex.noſtro priùs requiritur excõmunicatio, de-
inde creſcente contumacia,anathema datur,di-
cas,quòd priùs intelligitur de minori, quia vna
A pars legis per aliam declaratur.l.Titia. §. j. ff. de
verb.oblig. †Et præcedentia recipiunt interpre 107
tationem ſecundum ſequentia.l.ſi ſeruus.§.fi.ff.
de legat.j.ſicut vna alternatiua declarat aliam.l.
j.ff. de reb.dub.& maior clauſula non compræ-
hendit minorem,de qua priùs dictum ſit. l. doli
clauſula. ff.de verb.oblig.Et ſecundum hunc in-
tellectum poteſt ſaluari gl. dum dicit ſuſpendi,
intellige in perceptione ſacramentorũ , donec
pœniteat, & abſoluatur. Tertiò aduerte circa
B intellectũ Abb.dum intelligit excõmunicatio-
nem dici eam,quæ ſine ſolennitate fertur : ſicut
anathema,vbi interuenit ſolẽnitas, de qua in c.
debent.xj.q.iij. Tu adde, quòd iſte intellectus
eſt periculoſus,quia tex.præſupponit,ꝙ anathe
ma ſit grauior pœna,ex quo infert̃ creſcente con
tumacia,& tñ iſtæ ſolennitates nihil vident̃ ag-
grauare:vnde verior videtur præcedens intelle-
ctus.Præterea iſta differentia nõ probat̃ in iure,
imò potius contrariũ,in d.c.debẽt.vbi tex.ſim-
C pliciter appellat excõmunicationẽ illã, q̃ ſit cũ
tali ſolẽnitate. Quare tu omiſſa etymologia ana
thematis poſita hîc per Io. And. Anch.& Abb.q̃
nõ eſt vera, †dicas anathema in caſu noſtro non 108
eſſe dictionẽ græcã , ſed hebræã, qua ſolẽt He-
bræi extremã deteſtationẽ ſignificare, vt dicit
Hierõ.interpretãs illud verbũ,ꝙ eſt in epiſt.Pau
li ad Galat.cap. I. alioqui anathema, ſi à Græcis
deriuet̃,poteſt accipi ꝓ re idolis dedicata, & al-
taribus ſuperimpoſita.Sed vt dixi,interpretatio
D Hieronymi eſt verior. † In propoſito ergo ana- 109
thema ex hoc differt ab excõmunicatione, quia
infertur aduerſus eos,qui ex grauiſsimo aliquo
delicto deteſtabiles ſunt & maledicti, & de qbꝰ
non eſt ſpes quòd reducantur ad pœnitentiam:
& ſic meritò infligit̃,tanquã qd extremũ. Excõ-
municatio verò fit aduerſus eũ , de quo eſt ſpes
ꝙ pœniteat & corrigatur. c. j. de ſent.excõm.in
vj.Et anathema habet in ſe aliquã deteſtationẽ,
ſed excõmunicatio ſimpliciter eiicit extra com
E munioẽm fidelium.& ita intelligo tex.iij.quęſt.
iiij.c.fi. Circa gl. ſimilem, dic vt per Doct.in c.
at ſi clerici.ſ.eod.vbi alij tangũt. Expeditis gll.
Abbas format duas oppoſitiones. Circa primã,
dum opponit quòd imò Eccleſia habet aliud ꝙ
faciat , quia habet alias pœnas numeratas hîc ꝑ
eum:adde ad iſtum intellectum Abb.hîc, quem
ſuprà reprobaui in penul.notab.& dic vt ibi. Et
in quantum Abbas dicit, † quòd Eccleſia habet 110
etiam pœnam exilij,iuxta tex.in c.j.j. de calum-
F niat.& lxiij. diſtinct.c. in ſynodo.cum ſimil. vi-
detur contraria opinio eſſe verior,per hunc tex.
nam hîc Eccleſia tradit clericum ſæculari, vt
mittatur in exilium : certè ſi iſta habuiſſet iſtud
remedium,non debuiſſet tradere ſæculari, cùm
Eccleſia iſtud non faciat niſi in ſubſidium , vt
per Butr.ſuprà in notabilibus. Et ſolutio mo-
der.hîc non eſt bona,dum dicunt,quòd iſtud eſt
dictum,quia Eccleſia debet intendere pro cleri
co degradato,vt ſęcularis alleuiet pœnam. c.no
uimus.de verb.ſig. Nam non debuiſſet eccleſia

C.10. Cum non ab homine.

impetrare pœnã exilij pro clerico, cùm ipſa tra-
dendo eum iudici ſæculari, tacitè pronuntiaret
talem pœnam non eſſe ſufficientem, nec infligẽ
dam, ex quo eam potuiſſet irrogare, & nõ fecit,
iuxta not. in c. ij. j̃. de ordine cognit. per Bar. in l.
à præcedente. C. de dilat. Præterea tex. in d. c. no
uimus. ꝓcedit in eo qui degradatus traditur per
iudicem eccleſiaſticum ſæculari: ſed nos ſumus
extra iſtum caſum, quia ſeruata ſolẽnitate iſtius
tex. nõ requiret aliqua traditio, ſecundum com
munem opin. de qua dicetur in ſeq. oppoſ. Et ꝓ-
pterea videtur verior communis cõcluſio, quòd
imò Eccleſia non inferat pœnam exilij propriè
loquendo, de qua in l. ij. ff. de publ. iudi. Et ad cõ
traria reſpondetur, quòd intelliguntur impro-
priè & largè, prout ponitur pro relegatione vel
pro iuſsione, ne quis recedat de certo loco, de q̃
per Archid. xlv. diſtin. c. cùm beat⁹. Potes etiam
dicere, quòd illa pœna exilij licet inferatur iubẽ
te eccleſiaſtico, tamen imponitur per iudicem
ſęcularem, arg. c. ij. j̃. de cler. excõm. eum non cã
uillando, ꝓut facit Abb. ibi, quia reſtringit, quã-
do de facto epiſcopus non poterat talem pœnã
imponere: quod caret ratione, ex quo ſi ipſe im-
poſuiſſet, ſęcularis obligatus fuiſſet pręſtare bra
chium. c. j. ſ̃. de offi. ord. Et pro hoc facit, quia cã
non aliquando oſtendit, qua pœna ſæcularis pu
nire reum poſsit, vt per gloſ. in c. delatori. v. q. vj.
& Archid. in d. c. cũ cõcord. per Feli. hîc. Vltimò
puto bene notandã deciſionẽ Abb. hîc, dũ intel
111 ligit tex. q̃ ſimpliciter dixerat, † ꝓ homicidio im
poni debere pœnã depoſitiõis, q̃ tñ talis pœna
nõ purget in totũ delictũ: imò poſt depoſitionẽ
debebit adhuc recludi in monaſterio, vel in ar-
ctũ carcerẽ, vt hîc p eũ. & idẽ etiã tenuit Per. de
112 Anch. hîc. Et ex hoc infert, † q̃ ꝓ grauib. delictis,
ꝓ q̃bus lex imponit depoſitionẽ, adhuc ſit detru
ſio in monaſteriũ: et ſecũdũ iſtã declarationẽ põt
ſaluari q̃ dicit But. in c. cũ dilectus. in vj. col. j̃. de
de purg. vulg. de quo ſ̃. dixi in vj. notab. ita tamẽ,
vt ex qualitate delicti iudex arbitretur circa qua
litatem detruſionis, & tempus quo meritam pœ
nitentiam fecerit. In ſecunda oppoſ. Abbatis fac
113 concluſionem, † q̃ incorrigibilis ſimpliciter qui
eſt depoſit⁹, ſiue recitet eadem delicta, ſiue alia,
non per hoc efficitur de foro ſęculari, niſi ſerue-
tur forma iſtius tex. vt ſit excõmunicatus, dein-
de anathematizatus, & pręceſſerint debitæ mo
nitiones, iuxta tex. in c. de illicita. xxiiij. quæſt.
iij. & notata in c. ſacro. j̃. de ſent. excõmu. ita te-
net Abbas hîc, reprobata ſententia Butrij, & ſe-
quuntur cæteri. Aduerte, quia opin. Antonij eſt
ſuſtentabilis, ſi tamẽ intelligatur. Nam cũ Doct.
intelligant iſtum tex. in clerico qui erat incorri-
gibilis, & de facto non permittebat ſe capi, vide
tur contra talem non eſſe neceſſariam aliam mo
nitionem: tũ quia cùm ſit depoſitus, ſatis eſt cer-
tus quòd debet pœnitere, & ſe corrigere: quia
depoſitio ſola non euacuat pœnam delicti, vnde
non videtur vlterius monendus. c. eum, qui cer-
tus. j̃. de reg. iuris, in vj. tum etiam quia iſte vide-
tur contumax manifeſtus, ex quo nedum tunc
peccat in nõ cõparendo, ſed etiam in faciendo,
q̃ eſt grauius, per gloſſ. in l. ſi mora. ff. ſolut. matr.
quia propter potentiam ſuam prohibet ſe capi:
vnde contra talem non requiritur aliqua moni-
tio. c. j. vbi Abb. & omnes ponunt, ſ̃. eod. Amplia
114 ſuprà dicta, † vt talis clericus incorrigibilis ſecũ-
dũ formam iſtius tex. ſit de foro ſęculari, etiam
nõ ſecuta alia declaratoria, quòd ſit incorrigi-
bilis. ita Abbas hîc intelligit iſtum textum, &
probatur in c. de Liguribus. xxiij. quæſt. v. &
per Aretin. hîc. Et facit ratio: nam cùm latis iſtis
ſententiis, ſit notorium iſtum eſſe incorrigibilẽ,
contra talem non requiritur alia ſententia ſeu
declaratio. arg. c. euidentia. j̃. de accuſ. per Abba
tem in Clem. præſenti. de cenſi. cum concord.
hîc per Felin. Contrarium in hoc tenet Andr. 115
Sicul. Primò, † quia vbicunque iuriſdictio non
A competit alicui regulariter, ſed in caſu certo
qualitatis tantùm, illa qualitas eſt priùs verifi-
canda, & de eã cõſtare debet. c. j. de foro comp.
in vj. c. conqueſt. j̃. tit. j. Sed reſponde, quòd ſa-
tis conſtat, ex quo eſt notorium. d. c. veſtra. de co
hab. cler. Secundò adducit iſtum tex. qui non
videtur ſimpliciter requirere, quòd interuene-
rint illi tres gradus pœnæ, ſed quòd venerit in
profundum malorum, & quòd poſsit eſſe perdi
tio plurimorum, & quòd Eccleſia non habeat
B vltrà quod faciat: ergo debet priùs conſtare de
hoc. Sed tu reſponde, quòd licet Doct. ponde
rent ſimpliciter iſtas rationes, tamen ſi bene cõ
ſideretur text. vbi ſit ſeruata iſta forma hîc poſi-
ta, oritur hæc præſumptio iuris & de iure, quòd
iſtæ qualitates interuenerint: nam hîc tex. ſuper
iſtis qualitatibus præſumptis cum certitudine
ſtatuit, quo caſu reſultat talis præſumptio, iuxta
notata in l. poſsidetis. C. de probat per Salic. in
rub. ff. de ꝓbat. Tertiò cõtra iſtam opinionẽ ſic
C arguas. Nam quamuis in foro epiſcopi ſit noto-
rium iſtũ eſſe incorrigibilem, tamen quoad iudi
cem ſæcularem non eſt notorium: † quia noto- 116
rium in vno iudicio, non eſt notorium in alio,
ſecundum Bartol. in auth. at qui ſemel. in vlt. co
lum. C. de probat. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil cõ-
mune. in prima combin. Bartol. ff. de acqui. poſ.
† vnde teſtes examinati contra aliquem in vno 117
iudicio, licet faciant notorium in illo, iuxta no-
tata per Abb. in c. cùm olim. in ij. notab. j̃. de
D verb. ſignif. non tamen faciunt notorium in a-
lio. vt ibi per Bartol. Potes dicere, illud proce
dere in probationibus, ſecùs in ſententia: quia
videtur vbique facere notorium, vt habetur in
d. c. veſtra. & ſic opinio Abb. videtur verior: pro
qua facit q̃ not. Bald. in c. j. in prin. de feud. ſine
culpa non amitt. dum dicit, † quòd vbi aliquis ip- 118
ſo iure incidit in pœnam, licet requiratur ſen-
tentia declaratoria, c. cùm ſecundum. de hæret.
in vj. ſi tamen ſine aliqua declaratione fiat exe-
E cutio, nõ per hoc erit iu i contraria: quia in me-
ra executione, nulla eſt neceſſaria dilatio & co-
gnitio, ſecundum Innoc. in c. ex tenore. j̃. de ap-
pellat. Q̃d dictũ puto intelligendũ ſanè, vbi de
mera executione agitur, prout in caſu noſtro,
quando notorium eſt iſtum eſſe incorrigibilem,
aliàs illud dictum ita ſimpliciter intellectum,
confunderet totam regulam, de qua in d. c. cùm
ſecundum. & per Docto. in l. ſi quis maior. C. de
tranſact. Felin. hîc, & in c. ij. infrà de ſponſal. &
F & in c. Rodulphus. in xxiiij. col. cum ſeq. ſuprà
de reſcript. per Iaſonem in l. iij. §. quod autem.
ff. quod quiſque iur. † Secundò amplia, vt in iſto 119
caſu non requiratur alia admonitio vel citatio,
cũ ſimus in notoriis. c. peruenit. j. j̃. de appell. &
præſertim in iſto caſu, in q̃ veriſimile eſt, q̃ ſi iſte
clericus citaretur, acciperet fugã: vnde vbi aliàs
eſſet citandus, ſi adeſſet præſumptio fugæ, ſuffi-
ceret examinatio teſtium, etiam parte nõ citata,
prout in ſimili dicitur de debitore fugitiuo in ci
uilibus, vt per Doct. in l. ſi fideiuſſ. §. ſi. ff. qui ſa-
tiſd.



tiſd. cog. Et facit quod not. Io. And. in c. j. de ho-
micid. in vj. Salic. in l. abſentem. in iij. col. C. de
120 accuſ. cũ ſimilib. vt hîc per Felin. Adde tamen, †
quòd vt ſuprà dictæ ampliationes procedãt, re-
quiritur quòd pręceſſerit ſententia declarans fa
ctum eſſe notorium, vt per Decium hîc allegan-
tem. Bal. & Salic. in l. ea quidem. C. de accuſ. Are
tin. conſ. clxv. col. vij. Sed iſtud eſt de directo cõ
trã mentem Abbatis hîc. Quare tu dic, q̃ quan
do iudex procedit tanq̃ ſuper notorio, verũ eſt
q̃ regulariter debet pri⁹ declarare crimẽ eſſe no
toriũ: & ratio eſt, quia vix datur crimen ita no-
torium, vt non poſsit competere re aliqua excu
ſatio, ſecundum Abb. in d. c. veſtra. Bart. & Aret.
121 in l. in illa. in vij. col. ff. de verb. oblig. † Quòd ſi
certum ſit nullam excuſationem cõpetere, tunc
non requiritur talis declaratio, vt not. in d. c. ve-
ſtra. & in conſi. Franciſ. de Curt. conſi. xx. in vj.
& quod not. Abb. & Imol. in c. ſæpe. j̃. de appell.
Et iſte eſt caſus noſter: quia cùm clericus tot re-
media contempſerit, & eſt notorium nullam il-
li competere excuſationem, & eſt præſumptio
122 iuris & de iure. † Sed hîc inſurgit dubitatio, an
laicus debebit abſque alio proceſſu condemna
re iſtum clericum; an verò requiratur nouus ꝓ-
ceſſus. Et videretur non requiri alium proceſsũ,
ex quo crimen eſt notorium, & ſumus in noto-
riis, prout vult Abb. hîc, vnde fit condemnatio
abſque alio proceſſu. d. c. veſtra. In contrariũ eſt
tex. in §. ſi verò crimen. in auth. de ſanct. epiſ. ibi,
litem examinans, &c. & videtur eſſe de mente
Abb. in c. j. in pen. col. ſ̃. de offic. ordina. Et iſtud
mihi placet magis, quia cùm ſeparatæ ſint iuriſ-
dictiones, non debet ſęcularis ſtari iudicio ec-
cleſiaſtici. cùm in tali caſu non ſit executor, vn-
de poterit clericus vti nouis defenſionibus. Et
propterea iſta conſideratio, quòd delictũ ſit no-
torium, eſt vera, quoad hoc, q̃ iſte clericus nõ ſit
ampluis de iuriſdictione eccleſiaſtica: non autẽ
quoad hoc, vt ſæcularis ita ſimpliciter eum con
demnet, quia nõ tenet probare proceſſum iudi-
cis eccleſiaſtici, vt notatur in d. c. j. Et ex his ha-
bes expeditum primum caſum, in quo clericus
ſit de iuriſdictione ſęcularis. Secũdus caſus po
123 ſitus per Abb. eſt, † quando clericus ex delicto
degradatur realiter: nam licet non ſit incorrigi-
bilis, nõ tñ efficitur incontinẽti de foro ſęculari.
c. nouimus. de verb. ſig. & in iſto caſu ex ſola de-
gradatione in cõſequentiã videt tradi ius ſęcula
ri. ita Aret. hîc, allegans alios. Tu aduerte ſecũdũ
mod. hîc, q̃a iſtud eſt videt eſſe cõtra tex. in d. c.
nouimus. vbi non eſt approbata opi. iſtud tenẽ-
124 tiũ. Sed tu aduerte, † quia verũ eſt q̃ nõ requirit
manualis traditio, ꝓut declaret ibi Io. And. ſed
tñ debet degradatio fieri præſente ſæculari, &
relinqui illis reus, nec eſt verũ q̃ Io. And. vel alij
Doct. hîc teneant contrariũ. Nec obſt. ratio Are.
hîc, dum arguit de milite, qui eo ipſo quòd pri-
uatur inſignibus militaribus, perdit priuilegiũ.
l. ij. §. miles. ff. de his qui not. infa. quia in odio-
ſis non tenet argumentũ de milite ad clericũ, vt
not. in l. ſtipendia. C. de execut. rei iudic. & in l.
miles. ff. de re iud. Et licet tex. in c. ij. de pœn. in
vj. eos ęquiparet quoad detractionẽ inſigniũ, nõ
tñ cenſet ęquipatari q̃ad priuationẽ fori, qua re-
liquiæ clericatus fortiùs adhærent, nec ita de fa
cili tollunt, vt per And. Sicul. & Feli. hîc ad aliud
propoſitũ, & facit textus in c. dictũ. lxxxj. diſtin.
Ad idẽ, quia licet miles per detractionẽ inſigniũ
amittat priuilegia, in clerico tamen ius fori ec-
cleſiaſtici non cõpetit, propriè loquẽdo, tanquã C. 10.
priuilegiũ, ſed tanquã ius cõmune: ne & publi- Cum non
cũ. c. ſi diligenti. j̃. tit. j. & probat in extrauag. v- ab homi-
nam ſanctã. quæ eſt Bonifacij viij. maior. & obe. ne.
quod difficiliùs tollitur per regulam l. eius mi-
litis. §. militia. ff. de teſtam. milit.
In quæſt. Abb. † quis dicitur incorrigibilis, dic 125
vt hîc per moder. & aduerte eius doctrina, quòd
delictum etiam diuerſæ ſpeciei, aggrauat præce
A dentia, & facit quòd quis dicatur incorrigibilis:
quod intellige, quando quis de pręcedentib. nõ
habuit abſolutionem, quia aliàs obſtarent quæ
dixi ſuprà in vlt. not. Sed hîc oritur pulchra du 126
bitatio. † Pone q̃ iſte clericus delinquens dicat
ſe nolle vnquam pœnitere; an nõ ſeruata forma
iſtius tex. erit incorrigibilis, & incontinenti re-
linquendus ſęculari? Videretur quòd ſic, ſicut di
cimus de eo, qui dicit ſe nolle cõparere, vt am-
pli⁹ nõ expectet, ſed dicat manifeſtus cõtumax,
B de quo in c. j. ſ̃. eo. & per Doct. in l. cõtumacia. ff.
de re iud. Puto contrariũ, q̃ imò debet expecta
ri, & ſeruari forma iſtius tex. interpoſito cõpetẽ
ti termino dierum: quia fortè iſte clericus muta-
bit ſententiã. Et facit quod not. † Bald. hîc de ſta
tuto, ſi quis vulnerauerit aliquem, puniat in cen 127
tum: quam ſummam ſi intra menſem nõ ſolue-
rit, amputatur ei manus: nunquid ſi reus dicat ſe
nolle aliq̃ modo vnquã ſoluere; debeat ſibi ſta-
tim amputari manus? & dicit quòd non, quia de
C bet expectari, ex quo fortè mutabit volũtatem,
vt notatur in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulat⁹. ff. de
dam infect. Nec poteſt renũtiari huic defenſio-
ni, quia concernit ius publicum, vt per gl. in l. pa
ctum inter hæredem. ff. de pactis. Facit, † quia po 128
teſt extraneus inter illum terminum ſoluere pe
cuniã pro reo, eo etiam inuito, vt abſoluatur, &
tenebitur reus recompenſare, ſecundum Bar. in
l. Stichus. ff. de pecul. leg. Petr. de Ancha. in c. cũ
laicus. C. de foro compet. & Angel. in tract. ma-
D lefic. in verb. quas ſi non ſoluerit. ij. Felin. in c. ſi-
gnificauit. de Iudæis. in c. cõtingit. col. ij. de ſent.
excom. vnde idem videtur in caſu noſtro. Vlti-
mò aduerte circa doctrinam Abb. † quòd nõ de- 129
bent prælati habere carceres ita arctos, quòd ve
riſimiliter excluſi id eis morerentur, aliàs eſſent
irregulares, vt hîc per eum: cũ quo omnes tranſ
eunt. Eſt verum q̃ conſuetudo pro iſto carcere
interpretata eſt caueas ferreas, in quibus reclu-
duntur cõmuniter per Italiam: & credo conſue
E tudinem valere, dummodo habeat reſpectus ad
qualitatem temporis, & victus, & etiam ætatis
hominis. Sed pone, † clericus ꝓ furto, quia erat 130
contumax, & nolebat parêre ſententiæ, fuit da-
mnatus ad talem carcerem vſque ad certũ tem-
pus, deinde fuit relaxatus, nunquid tenebitur ſa
tisfacere creditori, cuius rem furatus fuerat? Et
videtur quòd non, ex quo ſuſtinendo talem pœ
nã, dicitur ſatisfeciſſe. xiiij. q. v. c. j. q̃ poteſt pro-
cedere, ſi dum eſſet in carcere, erat ſatisfacturus
F ſi habuiſſet facultatem: pro quo eſt gl. notab. in
c. ſicut dignum. §. eos inſuper. j̃. de homicid. & q̃
ſingulariter dicit Guido Papæ in deciſ. Delphi.
quæſt. 343. † q̃ ſi fiat ceſsiõ bonorũ ex forma ſta- 131
tuti vituperoſe, puta quia percutiatur lapis, ſi ta
lis cedẽs perueniat ad pinguiorẽ fortunã, nõ tñ te
netur. & ita limitat l. qui bonis. C. q̃ bon. cedere
poſſ. Et ratio eſt, q̃a illud vituperiũ habet pro ſa-
tisfactione: q̃ nota, quia in practica vidi ſeruari
contrariũ. Nã illud vituperiũ & percuſsio nõ ſi-
ũt ad ſatisfactionẽ, ſed ne ſic de facili debitores
cedant

cedãt bonis timore infamiæ de facto, quæ inde
oritur, vt Per Odofred. loquentem in caſu ſtatu-
ti Mediolani, in l. debitores. C. ex quibus cauſ.
infam. irrog.

## CAPITVLVM XI. Quia G.

*1 Succeſſor ſingularis quomodo interdictis conueniatur.*
*2 Succeſſorum tria genera.*
*3 Subrogati non ſemper eadem, quæ eius cui ſubrogatur, natura. 5, 7.*
*6 Vice rectoris non eadem, quæ rectoris, dignitas.*
*19 Duumuiri loco tabellionum ſubrogati.*
*21 Quarta arrogatorum cui ſubrogata.*

Notab. I. QVIA G. ¶ Not. primò, q̃ † q̃n ſuc-
1 ceſſor ſingularis non ſolùm ſucce-
dit in re, ſed etiam in vitio, poteſt
conueniri interdicto recuperan-
dæ, ſicut eius prædeceſſor: & hoc
eſt verũ in interdicto in genere: ſecùs in ſpecie,
ex quo vni competit Vnde vi, alteri competit cõ
dictio ex canone c. ſæpe. j. de reſt. ſpol. ſecundũ
2 Abb. Aret. & alios hîc. Et aduerte, quia † ſucceſ-
ſor dicitur trib⁹ modis, ſcilicet ſucceſſor vniuer
ſalis, & particularis in iure, & particularis in fa
cto: & iſtud c. loquit̃ de particulari in facto, vt de
clarat Bal. hîc, & ex hoc c. habes declarationẽ ad
l. j. §. ſi. ff. de vi, & vi arm. nam ibi dicitur q̃ hęres
& cæteri ſucceſſores tenentur perpetuò de eo,
quod ad eos peruenit occaſione illius dictionis
Succeſſores: intellige, vt hoc procedant in hære
de. nam ſucceſſori ſingularis in viuo tenetur ad
reſtitutionem rei ipſius non ex interdicto, ſed
ex dicto c. ſæpe. Et propterea nota ex illo text.
iuncto d. c. ſępe. q̃ appellatione cęterorum ſuc-
ceſſorum non compræenditur ſingularis ſucceſ-
ſor facti: quod facit ad ea, quæ habent̃ per Doct.
in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſth. & Lud.
Rom. in l. ad tempus. §. j. ff. de vſuc Barto. in l. vt
Notab. II. iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. ¶ Nota ſe-
3 cundò, quòd † ſubrogatum nõ ſapit naturã eius,
in cuius locum ſubrogatur. nam aliàs in caſu no
ſtro competeret interdictum Vnde vi, non con-
ditio ex lege. Pro clariori expeditione facit re-
gula in contrarium, quòd ſubrogatum ſapit na-
turam eius, in cuius locum ſubrogatur: text. eſt
in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & tex
tus in § fuerat. Inſti. de act. Amplia primò, vt iſta
regula procedat etiam in odioſis, vt eſt text. in
auth. de hæred. quæ ab inteſt. §. reliquum. verſi.
vnde conſequens, vbi in materia correctiuá, &
ſic odioſa, filius ſubrogatus loco fratris excludit
fratrem conſanguineum, ſicut frater: & hanc cõ
cluſionem firmat Aretinus in rubrica. ff. de ac-
quir. poſſ. in ſi. Secundò amplia, vt procedat e-
tiam in ſtatutis. & propterea ſtatutum loquens
de creditore, habebit etiam locum in ceſſiona-
rio: qui non eſt propriè creditor: & hoc virtute
ſubrogationis: ita tenet Bald. in l. per diuerſas.
C. mand. allegat Iac. Butr. in quadam ſua diſpu-
tatione. Bald. in l. fin. C. vnde legit. & Bald. in d.
§. qui iniuriarum. facit, quod not. Bartol. in l. j. ff.
de act. & obli. vbi tenet, quòd ſi ſtatutum loqua-
tur de inſtrumento, vt habeat executionem pa-
ratam, licet in dubio compræendat eum, qui po-
teſt agere directè, tamen compræendit etiam a-
gẽtem vtiliter ex quo vtilis ſubrogatur directè:
& hoc tenet Aretin. in d. rub. ff. de acqui poſſ. fa
cit, quod not. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. ſi-
gnif. Tertiò amplia, vt procedat, etiam ſi ſubro
gatum non procedat ſecundum veritatem, ſed
ſecundum fictionem tantùm, nam etiam tũc lex
cẽſetur attribuere actui ficto omnes qualitates,
quæ erant in vera virtute ſubrogatiõis, l. j. §. hæc
actio. vbi plenè Bartol. ff. ſi quis teſt. liber. eſſe
ius fue. l. lege Cornelia. vbi Aretin. in j. not. ff. de
teſt. Abb. in c. ij. vt lit. pend. Quartò amplia, vt
procedat etiam reſpectu conſuetudinis, arguen
do dupliciter: primò, quia habet locum in ſtatu-
A tis. vt ſ. dixi. ergo etiam in conſuetudine, quia
valet argumentum de vno ad aliud, l. de quibus.
ff. de legib. Secũdò per tex. vbi Bal. in c. j. de vaſ.
de crep. ætat. nam certum eſt, quòd † feuda non 4
procedunt, niſi de iure cõſuetudinario, vt tenet
Bar. Alex. Aret. Iaſ. Soci. in l. moribus. ff. de vulg.
& pup. & tamẽ in feudis procedit dicta regula,
ſecundum Bald. in d. c. j. Quintò amplia, vt hæc
regula habeat locum, etiam ſi ſubrogatum in a-
liquo diſcreparet ab eo, in cuius locum ſubroga
B tur: ita tenet notabiliter Paul. de Caſt. in conſil.
cxxxj. licet iſta domina Biſa. & hanc ſolam am-
pliationẽ refert Iaſ. in d. §. q iniuriarũ. quã tñ ſa-
nè intellige, ſcilicet q̃n diſcreparet parũ: aliàs re
gula nõ ꝓcedit. vt notabiliter tenet Bal. in l. pa-
rabolani. C de epiſ. & cler. Sextò amplia, vt prę
dicta regula ꝓcedat etiã in æſtimo: tñ ſi ſemel fa
ctũ ſit ęſtimũ alicui⁹ cõmunis, à quo aliqs ſit exẽ
ptus, & poſtea poſt aliqđ tẽpus fiat illud, ille cẽ-
ſebitur etiam exẽptus ab hoc ſecundo: quia ſub
C rogatũ ſapit naturam primi, &c. ita tenet nota-
biliter Bal. in conſ. vij. in c. quidã dominus Paſe-
tus. in j. vol. Septimò amplia. vt procedat nõ ſo-
lùm in vniuerſalibus, vel in particularibus ſub-
rogatis à lege, ſed etiam in ſubrogatis particula
riter à principe, vel ex conſenſu partis. arg. c. j. ſ.
de pact. ita not. do. Abb. in c. cũ eccleſia. el j. j vt
lit. pend. & ita tenet Bald. ibi. Facit iſta regula
primò, quando † ſubrogatio non fieret circa idẽ, 5
ſed circa diuerſa, vel ad diuerſum ius, per text. in
D l. cùm in fundo § q̃ ſi fundus. ff. de iur. dot. Bart.
in l pater filium. ff. de inoffic. teſt. Are. in l. vnica,
C. quando non pet. part. vbi decidunt, q̃ quam-
uis ius petẽdi ſupplementum ſit ſubrogatum lo
co querelæ, in eo tamen nõ habet locum ius ac-
creſcendi, ſicut in querela. Ratio eſt, quia quere-
la reſpicit vniuerſitatem, ius petendi ſupplemẽ
tum reſpicit particularia iura: & ſic ſubrogatio
reſpicit diuerſum ius. Secundò limita, vt iſta re
gula non habeat locũ in iuriſdictione: vnde de-
E legatus nõ ſapit naturam ordinarij: ita tenet do.
Alex. in l. j. ff. de offi. eius, cui. Socin. in rep. l. j, ff.
quis, & à quo. Philip. Dec. in c. ſi ꝓ debilitate. ſ.
de offic. deleg. in antiquis: & hoc videtur proba
re tex. in d. c. ſi pro debilitate. ibi, liberum tibi ſit
perſonis diſcretis, & idoneis vices tuas commit
tere. & illum tex. nota ad alios effectus. Tertiò li
mita, vt non procedat, quando electa eſſet indu-
ſtria perſonæ, quia tunc ſubſtitutus non ſapit na
turam eius, in cuius locum ſubſtituitur. niſi eſſet
F ſubſtitutus à lege, vel principe: ita tenet do. A-
lex. in d. l. & Deci. in d. c. ſi pro debilitate. & de
hoc eſt tex. in l. nemo. ff. de duob. reis, in c. ſi. ſ. de
off. deleg. Et propterea nos videmus, quòd † vice 6
rector non habet dignitatem rectoris, ſecundũ
Bar. in l. ſi filius. ff. de leg. & dixi in rub. ff. de offi.
eius, cui. Similiter doctor, vel ſcholaris legens ꝓ
alio lectore, vt eſt gl. vbi Bar in l. null⁹ C. de de-
cur. lib. x. Doct. in d. l. nemo Portius Inſt. de vſu.
Iaſ. in §. fuerat. Inſtit. de actio. In re autẽ, in qua
non requireretur induſtria magna, puta, q̃ pro-
cedat



cedat regula per id, quod not. in c. Eleutherius.
xij. diſt. vbi Gem. & Bal. in proœmio huius libri,
vbi notabiliter tenet, quòd ſcholaris clericus, q
eſt in ſtudio, non tenetur dicere horas, ſi dimiſit
idoneum ſubſtitũtum: quæ deciſio eſt memoria
7 tenenda. Quartò limita, vt † regula procedit in
materia primordiali: ſecùs in accidẽtali, qa ſub-
rogatum nõ ſapit naturam accidentalem: gl. eſt,
quam ibi ſequuntur Bar. Bal. Aug. Alex. Iaſ. & cę
teri, in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cert. pet. idẽ
tenet Iaſ. in d. §. qui iniuriarum. Mod. in d. c. ſi ꝓ
8 debilitate. Quintò † limita, quando res non eſ
ſet ſubrogata, ſed inducta æquè principaliter: qa
tunc non ſaperet eius naturam, l. item illa. §. qđ
adiicitur. ff. de conſtit. pec. Bart. in d. l. j. ff. ſi quis
teſt. Alex. in d. §. qui iniuriarum. Quod tamen di
ctum intellige, niſi alterum æquipararetur alteri,
9 per ea, quę not. Bar. in l. j. ff. de legat. j. Sextò † li
mita, quãdo aliquid ſpecialiter eſſet à lege intro
ductum in ſubrogato: Soci. in rep. l. j. ff quis, & à
quo. pro qua limitatione ſatis facit text. in l. mo
re. ff. de iur. om. iud. iuncta l. j. ff. de off. eius, cui.
10 Septimò † limita, quãdo quis ſubrogatur in actu
competente ſibi priùs habito: quia ſi eueniat a-
ctus vigore ſubrogationis, ſua poteſtas regulat̃,
vt ꝓpria, nõ vt deuoluta: Ita tenet Fel. in c. licet
ex ſuſcepto. verſ. ex qua ſigna. j. de foro compet.
11 Octauò † limita in transfuſione alicuius iuris, q̃d
transfunditur in aliud, quod iam eſt. nam tũc aſ
ſumit naturam eius, in quod transfunditur, l. di-
uortio. ff. de neg. geſt. no. Are. in l. ex ea. §. ſi. ff. de
teſta. in l. cùm filio. ff. de leg. j. vbi tenet, q̃ quam-
uis propter clauſulam codicillarem virtus teſta
menti transfundatur in codicillos, l. quæreba-
tur. ff. de teſt. mil. tamẽ talis virtus aſſumit natu-
ram codicillorũ, & propterea reprobat opi. Bar.
12 vt ibi per eum, quem ſecuti ſunt Mod. Nonò † li
mita, quando eſt aliquod ius, in cuius locum eſt
ſubrogatum aliud potentialiter. nam ſi vnũ reii
citur, aliud non ſapit eius naturam, ſed remanet.
caſus eſt in l. quę ſub conditione. verſ. ſi quis ſub
13 iuriſiurandi. ff. de conſt. inſtit. Decimò † limita
ſingulariter, quando illa res, in cuius locum ali-
quid ſubrogatur, habet in ſe aliquid nõ ex ſe, ſed
vigore interpretatiõis. nam res ſubrogata nõ ſa
pit illam interpretationẽ, ſi ſimus in materia pœ
nali: ita tenet notabiliter Bald. in c. j. in verſ. ſed
nunquid cõditio ſubrogata. ſ. quod metus cauſ.
vbi decidit, q̃ condictio ex c. redintegranda. iij.
q. j. ſi eſt ſubrogata in locum condictionis ex le-
ge, ſi quis in tantam. C. vnde vi, non ſapit eius na
14 turam, quoad pœnam. Vndecimò † generaliter
limita, vt ſemper fallat hæc regula, quãdo diuer
ſa ratio eſſet de vno ad aliud: putà, quia in ſubro
gato eſſet aliqua ratio, quę ſuaderet, vt ſaperet
naturã primi. nam iniquũ eſt, quoties ratio & æ-
quitas ſuadet, non limitare regulam, vt eſt gl. in
auth. vt ſine prohib. mat. in princ. & not. Abb. in
c. intelleximus. ſ. eo. facit l. adigere. §. quamuis.
ff. de iur. patro. Et pro hac limitatione eſt caſus
in hoc c. vbi contra ſpoliatorẽ datur interdictũ
Vnde vi: ſed contra eum, qui ſurrogatus eſt in e-
ius locum, datur tantùm cõdictio ex canone, ſæ
pe. j. de reſtit. ſpol. Ratio eſt, quia eſt diuerſa ra-
tio in ſubrogato, ex quo nõ tantũ deliquit, ſicut
primus, qui vi expulit: iſte verò ſucceſsit ſolùm
in vitio: facit etiam, nam in contractibus non ha
bet locum ius accreſcendi, l. ſi mihi & Titio. vbi
Scrib. ff. de verb. oblig. Et tamen in bonorũ poſ
ſeſsione, quę datur patrono in bonis liberti, quę
eſt ſurrogata in locũ contractus ſocietatis, vt eſt C. 11.
text. in l. j. ff de bo. lib. habet locum ius accreſcẽ Quia G.
di, l. ex tribus. ff de bo. lib. l. ſiue. §. ex duobus. ff.
de iur. patro. Vnde hoc, niſi q̃ in ſubrogato eſt di
uerſa ratio, ne qs decedat pro parte tantũ teſta-
tus, cõtra l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur. quę ratio ceſ
ſat in contractu. Duodecimò † limita, vt quãdo 15
in aliqua re eſt aliquod beneficiũ, ſiue ius perſo-
nale, ſi illi rei quicquã ſurrogetur, non ſapit eius
A naturã, quoad illud ius pſonale: & propterea ſi
quis excõmunicet canonicos, ſubrogati illis nõ
cẽſentur excõmunicati, ex quo excõmunicatio
reſpicit perſonas: ita concludit do. Alex. cum cõ
cor. ibi allegatis in l. inter ſtipulãtem. §. ſacrã. in
ſi. ff. de verb. oblig. Terriodecimò † limita in in- 16
terpretatione priuilegiorũ. nam quamuis ad ſta
tuẽtes pertineat declarare ſtatuta, l. ex facto. in
princ. ff. de vulg. l. Neratius. ff. de reg. iur. tñ iſtud
non ꝓcedit in ſurrogatis in eorũ locũ: ita tenet
B Angel. & Are. in d. l. ex facto. vbi infert ad ancia-
nos. ff. de vulg. & pupil. Adde nunc ad iſtã regu-
lam id, q̃ notat Bal. in c. j. ſ. de his, quæ met. cau. 17
vbi dicit, q̃ † cõdictio ex canone redintegranda.
iij. q. j. nõ creſcit in quadruplũ, licet ſurrogata ſit
actioni, Qđ metus cauſa, quæ creſcit. Ratio eſt,
quia illud quadruplum creſcit accidentaliter: et
ſurrogatum non ſapit naturam accidentalẽ, ſed
originalem, vt dixi ſ. in iiij. limit. etiã quod no-
tat Areti. in l. ſi totam. ff. de acquir. hæred. Iaſon
C in repet. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. & in l. j. vbi
etiam Moderniores. C. q̃n non pet. part. vbi di- 18
cunt, q̃ † quamuis regula ſit, q̃ inter ſuccedentes
diuerſo iure non habet locum ius accreſcendi, l.
ſed cum patrono. ff. de bo. poſſ. tñ fallit, quando
aliquis eſt ſubrogatus in locum eius, qui venie-
bat eodem iure. nam quamuis ſubrogat⁹ veniat
diuerſo iure, tñ habet locum dicta regula, & pro
pterea inter fiſcum ſuccedentem ex delicto co-
hæredis & alterum cohæredem, habet locũ ius
D accreſcendi. Tertiò adde, quod notat Bal. in c.
quoniam contra falſam. j. de probat. vbi eſt tex.
quòd † duumuiri ſunt ſubrogati loco tabellionũ. 19
quærit Bald. an teneãtur iurare ſuum officium
legaliter exercere? tenet, quòd ſic, quia tabellio-
nes tenentur, l. eos. C. de offic. mag. mil. ergo
etiam duumuiri virtute ſubrogationis. Sub-
dit tamen ibi Bald. q̃ ſtatutum loquẽs de tabel-
lionibus, nõ cõpræenderet iſtos duumuiros: quę
deciſio videtur cõtra ea, quæ dixi ſ. in ij. amplia-
E tione, niſi dicas, q̃ Bald. ibi loquitur, quando illi
duumuiri erant ſurrogati niſi in vnico actu, ſci-
licet in ſcribendis actis: quo caſu non compræn
duntur, arg. l. mercis. ff. de verb. ſig. ſed prędicta
ampliatio loquitur, q̃n aliquis eſt ſubrogatus ge
neraliter in aliqua re, puta in exigendo toto cre
dito. Vnde ſi iſti duumuiri eſſent ſurrogati per
omnia tabellionibus, puto, q̃ compræenderetur
in ſtatuto loquente de tabellione: vide tamen e-
tiam Aret. in l. lege Cor. in j. & ij. not. ff. de teſta.
F Adde etiam, quod no. tenet Rota in deciſ. lxvij.
vbi cõcludit, q̃ ſi aliquis ſurrogatus ſit in iure a-
licuius, ille cenſetur etiam ſurrogatus reſpectu
poſſeſsionis, quamuis poſſeſsio nedum ſit iuris,
ſed etiam facti, vt declarat Bart. in l. ſi is, qui pro
emptore. ff. de vſuca. Barto. in auth. vt iud. ſine q̃
quo ſuffrag. §. j. & Scrib. in l. j. ff. de acqui. poſſ. I-
tem adde, quod not. Are. in l. binos. C. de aduo.
diu. iudic. & in l. reſtituendæ. C. de aduoc. diuer.
iudic. vbi tenet, quòd q̃n aliqui plures ſurrogan
tur loco vnius, illi debent habere niſi ſalarium
illius

illius & diuiderein ter ſe: & ſic fit ſurrogatio vt
vniuerſis, nõ vt ſingulis. Idẽ dicit Bald. in d. l. bi-
nos. ſi vnus ſurrogaretur pluribus: qa ille vnus de-
bet habere ſalariũ omniũ, quib⁹ ſurrogatus eſt.
pro qua opi. optimè facit. d. l. binos. Addas quo-
que ſuprà dictis, qđ not. Bal. in rubr. C. vbi dicit,
ꝙ ſicut populus Roman⁹ potuiſſet trãsferrę im-
periũ in Eccleſiã Romanã, l. j ff. de cõſt. prin. ita
etiã imperator qui eſt ſurrogatus loco populi, d.
l. j. & l. j. ff. de of. præf. præt. potuit donare quaſ-
dam ciuitates Papę Siluestro. Item adde, ꝙ qñ a-
liqs eſt in aliquo officio de facto, vel fingit ſe eſ-
ſe, & non eſt verè, ſi alius ponatur verè, talis non
dicitur illi ſurrogatus: qđ eſt notatu dignum: ita
tenet Bal. in l. qui ſub prætextu. in ij. intellectu,
C. de ſacroſan. eccleſ. Adde etiã, qđ no. do. Abb.
in c. nouit. eo. vbi tenet, ꝙ qñ Papa ſurrogatur lo
co Imperatoris, puta vacante imperio, ſecũdum
c. licet. j. de foro compet. tunc non habet maiorẽ
poteſtatẽ circa ſubditos imperatori, quàm habe
at imperator: quia ſurrogatũ, &c. Adde etiam, ꝙ
not. do. Abb. in c. nuper per illũ tex. de don. poſt
diuor. reſtit. vbi vſufructuarius ſi donat vxori, ta
lis vxor nõ ſuccedit niſi reſpectu vſufruct⁹, & eſt
ſurrogata eodẽ iure, quo vir: facit l. lex vectigali.
de pig. Item adde, qđ not. Bald. in c. ex literis. in
20 fi. de conſuet. vbi clarum eſt, ꝙ † in teſtamẽto pò
teſt fieri contractus, l. hæredes. §. fi. ff. de teſta. Po
ne, ꝙ teſtamentũ ſit nullũ: certè etiam contract⁹
ſurrogatus eius loco, vt ibi per Bald. de quo etiã
per Mod. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Item adde,
quod no. Lud. Rom. in l. in ꝓuinciali. §. itẽ ſi pu-
blico. ff. de op. no. nunt vbi cõtra ſocium ædifi-
cãtem in loco cõmuni, competũt duo remedia,
actio cõmuni diuidundo, & officium iudicis. mo
dò qñ negatur ſoci⁹, actio cõmuni diuidũdo nõ
competit. Idem ergo etiam de officio iudicis, qa
eſt ſurrogatum loco actiõis: & ſurrogatum ſapit
naturam, licet non accidentalẽ, vt ibi per eum. I-
tem adde, qđ not. do Iaſ. in l. nemo poteſt. ff. de
leg. j. in ij. lect. vbi dicit, ꝙ quãuis præſcriptio x.
annorũ cum titulo, non ſit odioſa, tñ ſi per ſtatu-
tum ſurrogata ſit pręſcriptioni odioſę, puta xxx.
annorũ, etiam ipſa dicetur odioſa virtute ſurro-
gationis: facit, quod not. Bal. in l. in contractib⁹.
in prin. in j. not. C. de non num. pec. Bal. in c. vni-
co, §. ſi quis per xxx. ſi de feud. defunc. cõtẽ. fuer.
inter dom. & ag. Idem adde, quod not. Lancel.
in rep. l. filiũ. quem habentẽ. famil. erciſc. vbi te-
21 net, ex † quo quarta, quæ debetur arrogatis ex cõ
ſtitutiõe diui Pij, eſt ſurrogata in locum quartę,
quæ debetur iure naturę, ſi detur caſus, in quo a-
liàs de per ſe vtraq; poſſet habere locum, tñ nun
quam concurrunt, quia ſurrogatũ nunquam cõ-
currit cum eo: in cuius locum ſurrogatur: & ita
intelligit tex. in l. Papinianus. §. ſi quis impubes.
ff. de inof. teſt. Item adde, quod not. Bart. in l. li-
berorum. ff. de verb. ſig. vbi in ſtatutis appellatio
ne filiorum veniunt nepotes, quia ſunt ſurroga-
ti filiis: quod eſt notabile. Item adde, quod not.
Bald. in c. tranſlato. de conſtit. vbi dicit, ꝙ tranſ-
latum aſſumit naturam eius, in quod trãsfertur,
C. de imp. lucrat. deſcrip. l. j. lib. x. & facit text. in
d. c. trãslato. vbi etiam dicit Bald. ꝙ receptum iu
dicatur ſecundum naturam rei recipientis, & in-
fert ad quęſtionem, vt ibi per eum.

CAPITVLVM XIII. *Nouit ille.*

1 *Rex Gallorum illuſtris Imperator ſuperilluſtris.* 2.
3 *Gallorum rex aliis nobilitate potior.*
4. *A Gallorum rege ſupplicatur ad Papam.* 8.
9 *Iudicibus ſe mutuò iuuare conuenit.*
10 *Requiſita Euangelicæ denuntiationis.* 11. 12.
14 *Factum requiſitum non præſumitur.*
19 *Excommunicati & infidelis æquiparatio.*
20 *Ius feudorum approbatum.*
23 *Familia generalior generatione.*
25 *Papa punit non ſubditos.*
26 *Epiſcopum qui eligant.*
A 31 *Euangelicæ denuntiationi in iudicato & Præſcriptione non eſt locus.*

NOVIT[a]. ¶ Not. primò in tex. ibi,
*illuſtris regis Francorum.* hîc eſſe text.
pro eo, quod dicit Bald. in c. cùm Notab. I.
acceſsiſſent. ſ. de cõſtit. vbi tenet, a
1 quòd † reges dignitate ſunt illu-
ſtres. Et ꝓpterea quamuis alibi Bald. in c. intel-
lecto. j. de iureiur. & Bald. in rub. quæ ſint re-
B gal. in vſib. feud. & Rim. in l. imperium. vbi mul-
ta cumulat, ff. de iur. om. iud. Modern. in rubr. ſ.
conſtit. in j. lectura, teneant, quòd hodie Im-
perator & Rex æquiparantur, & valet argumen
tum de vno ad alium. Tu tamẽ intellige, vt iſtud
non ꝓcedat ratione dignitatis. nam † impera- 2
tor ſuperilluſtris eſt, & etiã maior, qa eſt fons &
origo omnium dignitatũ, vt patet in auth. vt ab
illuſt. & qui ſuper eos. in toto tit. etc. cuncta per
mundum. ix. q. iij. & c. propoſuit de cõceſ. præb.
C & tñ Rex eſt ſolùm illuſtris, vt hoc tex. & in c. no
uit. iuncta ſuprascriptione ſ. de of. leg. & hoc te-
nent omnes in l. j. vbi Iaſ. de off. eius, cui. & hoc
procedit in Rege Francorum, qui † eſt nobilior a- 3
liis Regibus, & eſt ſuper alios, vt dicit Bald. in c.
j. §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. & Mod.
hîc. Item ſuper regem Francorum nemo præſu-
mat honorem: ita dicit Bal. in conſ. cccxcvij. in c.
ego puto. lib. j. vbi notabiliter tenet, ꝙ † nõ ſub- 4
ditus eius poſsit ab iniuſta ſentẽtia Regis Fran-
D corum appellare ad Papam, ſeu meliùs ſupplica
re: & allegat hunc tex. & ꝓpterea dicit, ꝙ ſi ſibi
ſunt vires, poteſt reſiſtere de facto, vt no. in l. nul
lus. C. de Iudæ. & hoc præſertim, ſi peccet contra
naturalem * errorem: quia talis habet auxilian- * rationem, *melius.*
tem Deum, qui exaudit preces iuſtorũ, cùm iniu
ſtus Rex ſederit, vt eſt tex. in epiſt. inter claras. C.
de ſum. tri. & fid. cathol. & fortiùs dicit Bal. in fi
ne d. conſ. ꝙ dicitur Rex Francorũ, quia eſt fran-
cus à iure Romano, vt ibi per eum. ¶ Not. ſecun- Notab. II.
E dò, ꝙ † Papa ſe non intromittit de iuriſdictione 5
aliorum, niſi in caſu peccati. Quod notab. ita ꝓ-
cedit, quando iudex iudicaret eum, qui ſibi eſ-
ſet ſubditus, ſicut eũ, qui nõ eſſet. nam † Rex An-
gliæ non eſt ſubditus Regi Francorũ, niſi fortaſ- 6
ſe reſpectu feudi, ſcilicet comitatus Pictauien-
ſis, arg. c. cæterùm. ſ. eo. Atqui Mod. in c. cauſam,
quę. el ij. j. qui fil. ſint leg. per illum tex. tenent, ꝙ
talis Rex Angliæ non ſit etiam ſubditus Impera-
tori. de qua opi. ponit quædã Iaſ. in l. ex hoc iure
F ff. de iuſt. & iur. Et iſtud no. generaliter intellige,
vt † quotieſcunq; Rex iudicet contra ius natura- 7
le poſsit ſupplicari ad Papam. Vnde ſi auferat ti-
bi actionem fundatam in iure naturali, poteris
implorare officium ſuperioris, vt manu regia ti-
bi faciat iuſtitiam: ita tenet Innoc. in c. quæ in ec
cleſiarum. ſ. de conſtit. prout eum inferunt Mod.
Inſt. de act. in prin. licet non reperiam. Si tamen
peccaret Rex, clarum eſt, ꝙ poſſet Papa ꝓcedere
contra eum, vt hoc text. & firmat clariùs Innoc.
hîc. Aduerte etiam, quia Bal. in d. conſ. cccxvij.
non



8 non ſolum videtur velle, ꝙ † Rex Frãcorum indi-
rectè poſsit compelli ad ſtandum iudicio papæ,
ſed etiam directè. dum cõcludit, ꝙ ab iniuſta ſen
tentia Regis poſsit eius ſubditus ſupplicare ad
papam. Ego in hoc dubito, & veritas videtur in
cõtrarium, per hunc tex. & ea, quæ not. Abb. hîc
in iiij. not. præſertim quia iſte tex. non procedit,
niſi qñ princeps peccaret: quod nõ ꝓcedit in in-
ſcio, Abb. in c. j. ſ. de off. ordin. & in caſu Bal. nõ
A eſt præſumendum, ꝙ peccauerit, l. meritò. ff. pro
ſoc. ſed potiùs credẽdũ eſt, ꝙ nõ fuerit nec in cul
pa, nec in dolo: quia pro eo præſumitur, vt not.
per Mod. in l. accuſationis. C. de his, q̃ met. cauſ.
& xv. q. vj. vbi Arch. in c. ſacerdotum. & vij. q. j. c.
præſentium. facit l. ſi filiusfamiliàs. ff. de iud. nã
iſte tex. loquitur, qñ probatur peccatum: & dictũ
Bald. poteſt intelligi in ſimili caſu, aliàs non eſ-
Notab. III. ſet verum in ſe. ¶ Not. tertiò, ꝙ † iuriſdictio ec-
9 cleſiaſtica & ſęcularis debẽt ſe inuicem adiuua-
B re: circa quod adde ad not. hîc per Mod. ea, quæ
habentur per Bart. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re
iud. Bar. Bal. Paul. de Caſt. in l. epiſcopale. per il-
lum text. C. de epiſc. aud. vbi tenent, ꝙ qñ ſenten
tia eſt lata à iudice eccleſiaſtico, qui caret fami-
lia, tenetur iudex ſęcularis imperare ſuę familię,
vt exequatur ſententiam eccleſiaſtici. Secundò
adde, quod not. Bal. vbi Abb. & alij, ſ. de off. or-
din. in rubrica, ꝙ ſicut excõmunicatũ ab epiſco-
po non tenetur iudex ſęcularis fori bannire, ita
C nec bannitum à iudice tenetur epiſcopus excõ-
municare. Et propterea ad iſtud not. infer pri-
mam declarationem, vt ꝓcedat tantùm, qñ non
poteſt quis aliter puniri, & iam omnia remedia
conſumpta ſunt, vt eſt tex. vbi Scrib. in c. cùm nõ
ab homine. ſ. eo. & tangit Dec. hîc, & facit ſuprà
dicta deciſio. Secundò declarã, vt eccleſiaſticus
poſsit cogere laicum, vt ſe adiuuet, puta ſi excõ-
municet poteſtatem, niſi exequatur: ſęculari au-
tem non tenetur eccleſiaſticus inuitus ferre ad-
D iumentum: ita tenet Innoc. Bal. & Abb. in c. j. ſ.
de off. ordin. Tertiò intellige iſtud, vt etiam qui
libet epiſcopus poſsit imperare Regi Francorũ,
vt præſtet opem iuriſdictioni eccleſiaſticæ: ita te
net Bal. poſt Innoc. in d. c. j. & eſt caſus hîc. Quar
tò adde, quod not. Bald. in l. ij. C. de his, qui latr.
vbi tenet, ꝙ ſi laicus imploratus ab eccleſiaſtico,
non præſtet illi opem, ꝙ ipſe tenetur; per illum
tex. Quod dictũ eſt not. & aduerte, qa ſi ſit aliqđ
delictum factum ab laico in eccleſia, licet iuriſdi
E ctio puniendi ſpectet ad eccleſiaſticũ ratione lo-
ci, tñ poteſt laicus præuenire, & eum punire, vt
eſt tex. in l. ſi qs in hoc genus. C. de epiſc. & cler.
vbi Bal. & Paul. de Caſt facit, quod not. Io. Bap.
de Sancto Seuerino in repet. l. cunctos populos.
C. de ſum. trin. & fid. cat. quæ videntur eſſe cõtra
ea, q̃ dixi in j. declaratione. Sed dic, ꝙ laicus ꝓce
dit ex ſeipſo, non tanquàm adiutor. ¶ Not. quar-
Notab. IIII. tò ibi, *ſi peccauerit*, etc. formam Euangelicæ denũ-
tiationis: & pro clariori intelligentia circa hanc
F denuntiationem vide Bar. in extrauag. ad repri-
mendum. in verb. per denuntiationem. & dicit
10 Bar. ꝙ † quinq; requirũtur ad hoc, vt habeat locũ
iſta denuntiatio, vt etiam tenet do. Abb. hîc: Pri-
mum eſt, ꝙ infidelis denũtiari non poſsit: adde,
ꝙ nec infans: Bal. in l. quæritur. in iij. lectura, ff.
de ſtat. hom. quòd limitat Abb. niſi peccaret cõ-
tra legem naturæ. Sed in hoc in contrarium vi-
detur verior opi. quàm tenet And. Sic. Phil. Dec.
& ſecuti ſunt Mod. per hunc text. pro qua vltra
eos facit, quia iſta denuntiatio fuit introducta

contra regulas cõmunes, vt dicit Bar. in d. verbo,
per denũtiationẽ. & ꝓpterea eſt reſtringẽda, arg.
l. pręcipimus. C. de appel. Item quia eſt introdu-
cta ex verbis Chriſti, & ex Euangelio, quod non
cõpræhendit ethnicos, qui ſunt omnino extra
protectionem Eccleſiæ, de pœnit. diſt. j. c. nemo.
Secundum requiſitum eſt, ꝙ denuntietur primò
peccanti, vt vterq; ſit ſolus: quæ qualitas, ſeu qđ
requiſitum debebit probari per denuntiantẽ ſo-
A lo iuramento, vt tenet hîc Abb. ex quo aliter ꝓ-
bari nõ poteſt. Vnde videmus, ꝙ etiam ſtatur ſo-
lo iuramento in caſibus, qui dependent ex ſolo
animo iurantis, ſecundũ gl. in §. alię. vbi Iaſ. mul
ta cumulat, Inſtit. de act. & not. do. Abb. in c. ij. ſ.
de conſtit. vbi allegat multa iura. ſed aduerte, qa
imò videtur, ꝙ debeat ꝓbari etiam aliis modis,
ſaltem præſumptiuè. nam probatio per ſolũ iu-
ramentũ non habet locũ, qñ præſumptio eſt cõ-
tra iurantem, vt tenet Bar. in l. inter omnes. §. re-
B ctè. ff. de furt. & Iaſ. in §. ſed iſtę. Inſt. de act. modò
iſte denuntians habeat præſumptionẽ contra ſe,
quia præſumitur, ꝙ ille, qui denuntiatur, ſit bo-
nus, l. meritò. ff. pro ſocio, & hoc. c. ergo, etc. Po-
tes primò reſpondere, ꝙ ideo hîc admittitur hęc
probatio, quia agitur de modico præiudicio, vt
innuit hîc do. Abb. in iij. requiſ. & hæc eſt quædã
ſublimitatio ad prædictã gl. in d. §. aliæ. Vel & ſe
cundò dic, ꝙ dictum Bart. ſic generaliter intelle-
ctum non eſt verum. nam eo poſito nunquã ad-
C mitteretur probatio per ſolum iuramentum, ex
quo aut lex p̃ſumit ꝓ actore, & nõ eſt opus, vt iu
ret, ex quo habet præſumptionẽ iuris, q̃ facit, vt
alius ꝓbet, l. verius. ff. de ꝓbat. aut lex præſumit
pro reo, & tũc nec actor poſſet iurare, ꝑ dictũ Bar
toli: & ſi nil conſtat, lex ſemper p̃ſumit pro reo,
l. qui accuſare. C. de eden. l. Arrian. ff. de oblig. &
act. Secundò cõtra dictũ Bar. videtur caſus in c. ſi.
j. de his, qui mat. accuſ. poſ. vbi qñ ſit publicè de-
nuntiatio, præſumitur, ꝙ quilibet ſciat: & tñ ad-
D mittitur contra hãc pręſumptionẽ probatio per
ſolum iuramentũ, vt eſt ibi text. ſingularis: & ꝓ-
pterea puto, ꝙ deciſio Bald. in l. ij. §. pen. in fi. ff. ſi
quis caut. optimè poſsit ſuſtineri, licet Iaſ. eã re-
probet in d. §. ſed iſtæ. nã vult Bal. ꝙ ſi † quis cita- 11
tus ſit abſens, ꝙ ſtetur eius iuramento an citatio
peruenerit ad eius notitiam: iſtud dictũ ꝓbatur
in d. c. ſi. Bene fateor, ſi eſſet validiſsima pręſum-
ptio cõtra iurantẽ, tũc fortaſſe non ſtaretur eius
dicto, quia † vna pręſumptio aliã tollit, l. diuus. 12
E ff. de in integ. reſtit. & ita procedãt allegata in cõ
trariũ. Sed circa iſtud ſecundũ requiſitum viden-
dum eſt, vtrùm ſatis ſit, ꝙ denuntians monuerit
eum per epiſtolã? videtur, ꝙ non, quia tex. dicit,
inter te & ipſum ſolum. quæ dictiones videntur
ꝙ excludant omnẽ actum, qui poteſt fieri pera-
liũ, Bart. in l. iubemus. C. de erog. mil. an. lib. xij.
ſed epiſtola fertur per aliũ. In contrariũ facit, qa
quamuis lex dicat proprio iuramento, tñ poteſt
expediri per nuntiũ, vt eſt tex. iuncta gl. in verb.
F proprio. in c. ij. de iureiur. lib. vj. Itẽ facit tex. in l.
diuus. ff. ad l. Corn. de falſ. vbi punitur, ſi ſcripſe-
rit propriis manibus: punitur etiã, ſi ſcribat ꝑ a-
lium. Eſt verũ, ꝙ ad hunc tex. potes reſpõdere, vt
patet ex not. per Modern. in repet. l. ſi is, qui pro
emptore. ff. de vſucap. Breuiter iſta vltima pars
eſt verior, & eam tenet Bar. in d. extravag. ad re-
primendũ. in verbo, denuntiationẽ. in fi. vbi in-
ducit iſtũ tex. non enim veriſimile eſt, ꝙ Rex An-
gliæ ſolus locutus ſit cum Rege Franciæ, ſed po-
tiùs per epiſtolã: facit ad ſuprà dictũ tex. in l. qui

autē.in fi. cum l.ſeq.ff.de conſtit.pec.Et hæc no-
tanda ſunt ad reſcriptum Papæ,vbi ſi Papa dicit,
Facias tu ipſe.etc. ſatis eſt, ſi fiat per nunciū me-
diante epiſtola, de quo vide not.in c. fi. de offic.
delegat. Tertiò requiritur, ſecundū Abb.q̃ fiat
ſecunda monitio, quæ probatur per denūtiantē
& alium teſtē,de quo Abb.in c.in omni. ſ. de te-
ſtib.& Abb. præſupponit, q̃ ſufficiant duæ mo-
nitiones, & clariùs ſ.vbi dicit,cōmunē eſſe,quæ
ſatis probatur in hoc tex.facit tex.in c.quemad-
modū in fi.de iureiur. Alibi videtur tenere Abb.
q̃ requirantur tres,in c.qualiter.&quādo.el ij.in
gl.magna,de accuſ.& videtur pro hoc eſſe tex.in
c.ij.de purg.canon.Sed tene cōmunem:quia tex.
in d.c.ij.procedit,qn̄ iudex vult ꝓcedere ad cor-
rigendum abſq; alia denunciatione: quia hoc eſt
regulare ad ferendā ſententiā, l.peremptoriū. ff.
de iudic.vt hîc per mod.Pap. Quartò dic Eccle-
ſiæ de crimine occulto,de peccato veniali Eccle
ſia excōmunicabit priuans beneficiis, nō de prę-
cepto. Quintò requiritur,vt probet ſe ſeruaſſe
ordinē traditum ab Eccleſia:quod probat ex illis
verbis, cùm Rex ſit paratus oſtēdere,etc.Ex quo
13 nota,q̃ † non ſufficit probare actum, niſi probe-
tur factus cū forma debita:quod facit ad ea, quæ
ponit Inn.in c.innotuit.ſ. de eo, qui furt. ordin.
& in c.innotuit.ſ. de elect.Mod.in l. ſciendū. de
verb.oblig.& hoc tenent Abb.& Aretin.Ant. de
14 But.And.Sic.Dec.hîc.Pro hoc facit,quia † vbicū
que ad validitatem alicuius actus requiritur ali-
quod factū,illud nō ꝑſumitur,l.ſi fortè.ff.de caſt.
pec.l.ſi donatione.C.de collat.vbi gl.not. In cō-
trariū tn̄ facit,quia ad hoc, vt quis agat pro alio,
requiritur, q̃ ſit procurator, & ſic requiritur iſta
qualitas,quę tn̄ præſumitur,l.ij.C.de neg.geſt.l.
exigendi. C. de proc.ſed q̃ non præſumatur,fir-
mat Bal. in c.alia.de procurat. & propterea non
obſtat d.l.ij.quia loquitur in defenſore, quæ de-
fenſio permittitur vnicuiq;.Adde etiā,quod not.
Bald.in c.cùm cōtingat. in fi.ſ. de of.deleg.nam
ad hoc vt ſententia excōmunicationis valeat,ne
ceſſe eſt, q̃ ſit lata ante appellationē legitimam.
Sed nunquid iſtud præſumatur? Bal.ibi tenet,q̃
ſic, quia in dubio res præſumitur legitimè facta,
l.cùm pater.§.ergo filia. ff. de leg.3. Item facit,qa
ordinarius nō poteſt delegare cauſas meri impe
rij, niſi ex cauſa:an iſta cauſa ꝑſumetur,ita q̃ ſtet
eius dicto? dic, quòd ſic. gl. eſt in c.paſtoralis. de
offi.deleg.& refert cum concor. Alex. in l.j.ff.de
of.eius,cui. Iſtæ deciſiones multum faciūt cōtra
15 cōmunem. quare † tu diſtingue,aut loquimur, qn̄
requiritur forma,aut qn̄ requiritur factum.Circa
primum dic,q̃ non præſumitur,l. ſciendū. ff. de
verb. oblig. & c. ſignificauerunt. vbi Abb. in vij.
not.de teſtib.l.prętor ait.§.docere.ff.vi bon.rap.
16 Felin.in c.ij.de reſcrip.Fallit † iſta concluſio, niſi
alia præſumptio faciat præſumi formā: tex. in c.
in præſentia.de probat.vbi adhoc,vt quis ingre-
diatur monaſteriū,requiritur,q̃ ſit legitimæ ętā-
tis quod præſumitur.vnde Imo.& Fel.dicunt, q̃
quis poteſt ſe fundare in teſtamento puplli, &
aduerſario incumbet onus probādi,quia identi-
tas præſumitur,c.fi.de præſum.Bald.in l.cùm te
minorē.circa med.C. de probat.In contrariū fa-
cit,quod not.Bal.in l.ſi quis,non dicā rapere. C.
de epiſ.& cler. vbi allegat Io. And. & vide Iaſ. in
l.vt vim.ff.de iuſt. & iu.Secūdò fallit, vbi agere-
tur de modico præiudicio,per tex.in c. veniens.
el ij.ſ.de teſti. Tertiò fallit,vbi forma eſſet leuis.
quia ex quo omiſſa non vitiat,non eſt vis,q̃ prę-
ſumatur,l.j.§.fi.ff.de ven.inſp.& hoc tenēt Mod.
hîc.Adde,q̃ forma leuis dicitur,quę cōuenit plu
ribus:forma verò ſubſtātialis eſt illa,quæ conue-
nit ſpecialiter actui,q fit.Et † ꝓpterea ad hoc, q̃ 17
aliquis ſit doctor,requirūtur tria ſubſtātialia,ſci-
licet cathedra, quæ eſt inueſtitura poſſeſsiua: li-
ber, qui ſignificat virtutē & ſcientiā: & biretum
in capite,quòd ſignificat ſplēdorē,qa omnis per-
fectio debet eſſe in capite.Anulus verò, & oſcu-
A lū, & bendictio eſt quædā forma leuis: qa multi
portant annulū,& oſculātur,& benedicūtur: ita
dicit notabiliter Bal.& nō reperies alibi,in procœ
mio Dec.vbi dat vnā ſingularē limitationē ad no
ſtram regulam. nō dicit, q̃ ſi qs probat ſe cathe-
dratū fuiſſe,q̃ prēſumitur doctor,quia cathedra-
rio eſt principalis:& ſatis eſt probare actū non ꝑ
ſingula,ſed per potiora,vt ibi per eū.Ex quo not.
q̃ hæc regula quartò fallit,qn̄ principalis ſolēni-
tas eſt probata.nā aliæ præſumūtur.Quintò † fal- 18
B lit hæc regula in magiſtratib. habentib. dignita-
tē,quia pro eis præſumitur: & ita intelligēda eſt
gl.in d. c. paſtoralis.de offic.deleg. & quod not.
Bal.in c.cùm cōtingat.eo.tit.facit,quod not.Iaſ.
in d.l.ſi donatione.C.de collat.Sed aduerte,quia
in cōtrariū eſt tex.hîc,vbi non ꝑſumitur pro Re-
ge Anglię:imò debet probare ſeruatā ſolēnitatē.
Quare dic,q̃ gl.in d.c. paſtoralis. cùm ſimilibus
loquūtur,non qn̄ requiritur forma,ſed qn̄ requi-
ritur factum,& ſic in ſecundo membro huius di-
C uiſionis.Vel dic,q̃ iſtud fallit iſto caſu,vbi indica
tur ſecūdum Euangeliū, quia apud Deum nō eſt
acceptio perſonarum,etc.vt ſ.dicitur: vel q̃ pri-
uilegiatus non vtitur priuilegio contra priuile-
giatū, l.amiciſsimos.ff.de exc.tut. l. j. C. de pri-
uil.fiſc.Circa ſecundū, qn̄ requiritur factum, ſeu
aliqua qualitas,vide latè Iaſ.in d. l.ſi donatione.
vbi facit regulā cum quatuor fallentiis:dic,vt ibi
per eum,qa non eſt noſtra materia. ¶ Not. quin Notab. V.
tò,q̃ † excōmunicatus habetur ſicut infidelis, vt 19
D hîc per Mod.Aduerte tn̄,quia poſſumus cum in-
fideli loqui,& etiā ſtare ad menſam,& tn̄ cum Iu
dæo, vel excōmunicato non poſſumus ſtare ad
menſam:ita eſt text.in c. ad menſam.xj.q. iij. re-
ferunt hîc Mod.Sed q̃ eſt ratio?gl.in d.c. ad men
ſam.dicit,q̃ iſtud eſt quia propter diuerſitatē ci-
borum.Quæ ratio eſt ineptiſsima, quia ego ne-
ſcio, cur infidelis nō comedat noſtros cibos: fa-
cit Iudæus præter quoſdā paucos.quod enim, ſi
illi non apponerentur? & certè eſſet leuis ratio,
E quæ mouiſſet legislatorē. Sed dic, q̃ iſtud iā eſt,
quia Iudęi ſunt peiores gētilibus,& ꝓpterea lex
faciliùs ꝑmittit cum gentilibus cōuerſari. ita eſt
tex.not.j.q.j.nonne Sodomitæ.In excōmunica-
to verò eſt alia ratio, de qua gl. d. c.ad menſam, Notab. VI.
¶ Not.ſextò ſingulariter,q̃ † conſuetudines feu-
dorum ſunt ius cōmune: & ſic ſunt approbatæ à 20
iure, ita eſt text.hîc in verbo, iuri cōmuni.quem
ad hoc hîc not. Aret.In contrariū tenent omnes,
Bar.Bal.Alex.Aret. Iaſ.in l. ij. ff. de vulg. & pup.
F quorum opinio videtur contra hunc text. & eſt
multa vtilitas, ꝑ ea quæ ponit Iaſ.in dicto loco.
Tamen ſuſtinēdo cōmunem poteſt dici, q̃ dum
tex.dicit iuri cōmuni,voluit intelligere ius con-
ſuetudinariū,quia eſt cōmune,eò q̃ omnes com
muniter vtuntur.Et ſic habes ex hoc tex.q̃ ius cō
ſuetudinariū poteſt dici ius cōmune:& hoc facit
ad illā quæſtionē, an conſuetudines feudorum
nos ligēt? de quo per Bal.& Iaſ. in procem. feud.
facit è conuerſo,quia † appellatione conſuetudi- 21
nis venit ius cōmune;& propterea ſi quis in ſup-
plicatione,



plicatione,vel libello faciat mentionē de cōſue-
tudine,intelligitur etiam de iure cōmuni,Bal.in
l.præſcriptione.C.ſi contra ius,vel vtil. pub. vbi
etiam vide Paul.de Caſt.& vide Iaſ.in rep.l.de q-
Notab. VII. bus.ff.de legib. ¶ Not.ſeptimò,q̃ † deſcendens
22 per lineam fœmininam dicitur de genere deſcē-
diſſe: declarando,q̃ iſte tex. deſcenderit de filia
Caroli Magni, vt hîc per Mod. pro quo adducit
Paul.de Caſt.tex.l.j.C.de cond.inſer. Tex. Euā-
gelij,Liber generationis Ieſu, qui tn̄ deſcendit ꝑ
fœminā.Tertiò facit tex. in c.j. verſ. cōtra natos.
de ſchiſmat. lib.vj.quē tex.adhoc allegauit Cor.
in conſ.ccxxiij.in hac cōſulatione.lib.iiij.Quar-
tò ego allego tibi text. expreſſum in auth. quib.
mod.natur.eff. ſui.§.ergo.vbi gl.& Bar.expreſsè
notant,& hanc opi.tenent hîc omnes. Sed ego
allego tibi Bal.quem ibi ſequitur Corn. tenentē
contrariū in l.cùm acutiſsimi.circa med.C.de fi-
deiuſ.vbi dicit,q̃ tantum eſt dicere,relinquo ge-
nerationi, ſicut conſanguineis, vt eſt gl.in auth.
de inceſt.nup.in prin. ergo tale legatum nō per-
tinebit niſi ad agnatos, & non extēdetur niſi ad
decimū gradum.Adde tu,q̃ pro Bal.etiā facit gl.
not. in auth.de mād.prin.in §.oportet.el ij.quæ
per verbum Generi,intelligit agnatos:per verbū
Legi,intelligit cognatos. Item pro Bal. ego ad-
duco gloſ.not.quam ibi ſequitur Bart.in l.j.ff.de
probat.quæ vult, quòd appellatione generis nō
veniat cognatio, ſed agnatio tantùm. Item pro
hac opin.adduco, quia generalior eſt appellatio
deſcendētium,quàm generationis, vt tenet Bar.
in auth.de reſt.fideicom. in fi.ſed appellatio de-
ſcendentium non cōprendit deſcendētes ex fœ-
minis:caſus eſt in l.immunitates.iūcta l.j. ff. de
iur.imm.ergo, etc.Item pro hac parte facit,quia
ſi quis capit emphyteuſim pro ſe & filiis ſuis de-
ſcēdentibus maſculis, nō ſuccedet maſculus de-
ſcendens ex fœmina:ita tenet Bal.Paul. de Caſt.
Alex.& Iaſ.& eſt cōmunis concluſio in l.Gallus.
§.nūc de lege.ff.de lib.& poſth. ergo idē in verb.
generatione.Itē facit, quia quamuis appellatio-
ne generis generaliter & largiſsimè ſumpti, ve-
niant etiā deſcēdentes ex fœminis, tn̄ in volun-
tate teſtatoris eſt ſecus. quia verba debent capi
per prius,&non per poſterius,l.qui liberis,§.hęc
verba.ff.de vulg.& pup.not.Doct.ꝑſertim Mod.
23 in l.j.C.de ſucc.edict.Item facit,quia † familia eſt
nomen magis generale, quàm generatio: caſus
eſt in auth.de reſt.fideicom. verſ. nos igitur. vbi
familia comprændit quatuor generationes. Sed
deſcendentes ex fœminis non dicuntur de fami-
lia,vt per Bar. in l.quoties.C. de priuil. ſcho. lib.
xij.not.Mod.in l.cùm quędam.ff.de iur.om.iud.
ergo idem de genere facit ad ſuprà dicta,qđ not.
Iaſ.in l.j.C.de iur.emphyt.Vnde puto, q̃ ſi exiſte
rent agnati, illi excluderent deſcēdentes ex fœ-
minis,arg.not.in l. Gallus.§.quidam rectè.de li-
ber.& poſth. non exiſtentibus verò, dubito per
prædicta. In quantū.Mod.hîc inferunt duo.pri-
mum,an nobilitas inducatur ex perſona matris?
tene,q̃ pōt induci,vt eſt caſus in l.j.in fi.ff.ad mu
nicip.l.neque Dorotheum.C.de decur.lib.x.ſed
regulariter non inducit,l.j.vbi Bal.ff.de ſenat.&
vide Cottam in Memorab.in verbo, epiſcopalis
dignitas.Circa ſecundū dic,vt dixi in d.l.cùm q̃-
dam.ff.de iur.om.iud.nō inſiſto, qa nō eſt noſtra
materia.Aduerte etiam,quod no.And.de Iſer.in
24 c.j. de ſuc.feud. q̃ † appellatio generis regulatur
ſecundū ſubiectā materiā,c.j.§. hæc aūt.de his,q
feud. dare poſ.itē vſum loquēdi, gl. in l.librorū,



ff.de leg.iij.c.ex literis.de ſponſ.& circa illā quę C.13.
ſtionē vide Barb. in d. l. cùm acutiſsimi ingenij. Nouit.
¶ Not.octauò ex tex.ibi,*criminali*.q̃ † Papa,vbi a- Notab. VIII.
gitur de peccato mortali, poteſt punire etiam a-
liter ſibi nō ſubditos.& videtur iſtē tex. ꝓbare,q̃ 25
non poſſet hoc pro veniali: pro quo videtur tex.
in c.fi.de præſcrip.pro quo facit,quòd not.Arch.
& Bal.in c.fi.ſ.de pact.vbi dicunt, q̃ nō valet pa-
ctum,quod nutriat peccatum veniale, qn̄ venia-
A le efficeretur mortale per cōtemptūm:verbi gra-
tia,pactū de nō alendo parentes,vel de non eun-
do ad aliā Eccleſiam,puta fratrū minorū, quàm
parochialem.Secūdò adduco,quod not.Alex.in
l.alia.§.eleganter.ff.ſol.mat.vbi tenet,q̃ pactum
inducens peccatum veniale cōfirmatur iuramē-
to,per tex.in c.quamuis. de pact. lib. vj. vbi non
valet,qn̄ eſt mortis æternæ inductiuum:iſtud nō
eſt ſic:ergo,etc.&propterea reprobat Archidiac.
qui in d.c.quamuis.tenuit contrarium.In cōtra-
B rium facit, quod not.do Ant.& Imo.in c. fi.de ꝑ-
ſcrip.vbi dicunt,q̃ regulā,quæ vult, q̃ vbi agitur
de peccato,etiā in foro ciuili ſeruamus ius cano-
nicum,de qua in l.priuilegia.C.de ſacr.eccleſ.ꝓ-
cedit etiam, vbi ageretur de peccato veniali: fa-
cit,quod not.Abb.ibi,qui vult,q̃ lex fouens pec-
catum veniale,eſt ipſo iure nulla,qa eſt iniqua,&
æquitas eſt de ſubſtantia legis,c.erit lex.iiij.diſt.
Sed iſtas duas deciſiones puto falſas, per ſuprà
dicta:& q̃ imò,vbi agitur tantùm de peccato ve-
C niali,ſeruetur ius ciuile,videtur innuere Io.And.
in regula,poſſeſ.de reg.iur.lib.vj.in gl.vbi vult,q̃
papa non habet ius in legē ciuilem,niſi vbi verti
tur periculū animæ.Idem videtur velle Bal.in d.
c.fi.de præſcrip.vbi concludit,q̃ quis poſsit im-
punè interfici, quia homicidiū eſt peccatū mor-
tale,etc.Idem etiam tenet Paul.Caſt.in l. priuile
gia.C. de ſacro. eccleſ. dum allegat Io.And.in d.
reg. poſſeſ. nec deciſio do.Abb.in d.c.fi.eſt vera,
quia imò lex fouens peccatum veniale,valet,nec
D per hoc dicitur iniqua,ea iniquitate,vt mereatur
rumpi,ſed bene eſt rigida, quæ tn̄ valet, l. ꝓſpe-
xit.ff.qui,& à quib.Nec eſt verū q̃ æquitas ſit de
ſubſtātia legis, vt cōmuniter cōcludunt Doct. in
c.cùm oēs.ſ. de cōſtit. vbi firmat, q̃ etiā lex ini-
qua valet: pro quo ſoleo allegare tex.in l. vnica,
C.de ſent.quæ ꝓ eo,quod inter.circa med.& idē
tenent Scrib.in l.j.ff.de iur.om.iud. ¶ Not. nonò Notab. IX.
ex tex.ibi,*talē in pōtificali*. q̃ † ſuffraganei debēt e- 26
ligere archiepiſcopum.Sed Inn.& Hoſti.dicunt,
E q̃ iſtud nō eſt de iure, vt not.in c. j. de poſtul. ꝑ-
lat.ſed cōſuetudine:& hoc tenent.Aret.& Mod.
Aduerte, q̃ dicere,q̃ iſtud ſit de cōſuetudine, eſt
maxima violatio, præſertim qa hoc relatum fuit
ab Imperatore & Pontifice, qui ſi fuiſſet cōſuetu
do,habebant poteſtatē vertēdi eam in legem, vt
not.Bal.in procem.feud.Itē intelligere, ſede pō-
tificali, id eſt arhiepiſcopali.nō eſt bene dictum:
quare ego puto,q̃ loquitur de electione pontifi-
cis Romani.nā (vt dicūt Blondus & Sabellicus,
F & alij Hiſtorici) tēpore Alexandri IIII.Pont.Ro-
mani Archiepiſc.Mediolanenſ.cum ſuis epiſco-
pis elegerunt quendā Papam Cadolum, vnde ſu
ſcitatum fuit ſchiſma:& dicebant dicti archiepi-
ſcopus & epiſcopi, q̃ ipſi habebāt ex priuilegio
vetuſtiſsimo Imperatorū,q̃ electio pōtificis ſpe-
ctaret ad eos: & fortaſsè fundabant ſe ſuper hoc
capitulo:ſed vtcunq; ſit, derogatum eſt hodie illi
priuilegio,per ea,quæ notatur per Bar. in l. fi. ff.
de nundin.Bene verū eſt, q̃ archiepiſcopus Me-
diolanenſis habet multa priuilegia, veluti q̃ in

conciliis habeat ſatis prærogatiuã, & pręferatur
omnib.aliis epiſcopis,etiã Rauennati, vt eſt tex.
in c.concilia.in fi.xvj.diſt.& gl. in c. bene quidẽ.
in verbo,Mediolanenſis.xcvj.diſt.Aliud priuile-
gium refert Bal.in c.j.de cler. qui inueſtit. fac. in
vſib.feud.& alibi Papa approbat ſentẽtiã archie-
piſcopi Mediolanenſis,in c.in his.j̃.de verb. ſig.
alibi reprobat,c.j.j̃.vt eccleſ.benef.ſine dim. con
fer.ſed alibi damnat clericos Mediolanenſes,c.ſi
qs ſacerdotũ.c.eos.xcj.diſt. Et cùm Mediolanũ A
habeat archiepiſcopũ,infertur,ꝙ ſit metropolis,
& regia ciuitas, vt dicit Bal.in conc.xxvj. incip.
factum ſic ſe habet.lib.j.Vbi conſuluit, ꝙ impe-
trans reſcriptum à Papa, & faciens mentionẽ, ꝙ
ſtudet in iure ciuili,ſi ſtudet Mediolani,reſcriptũ
non eſt ſubreptitium, quia ibi eſt ſtudiũ genera-
Notab. X. le,& eius iuriſperiti poſſũt doctorari, etc. ¶ Not.
27 decimò, ꝙ † partes regulatiter nõ debeãt cõpel-
li ad concordiã à iudice,l.j.§.& poſt operis. ff. de
op.no.nunt.& gl.in l.furti. §.qui iuſſu. ff. de his, B
q no.inf.vbi Bar.infert ad quæſtionẽ. Fallit, pri-
mò,qñ aliqui diu litigaſſent,in c.placuit.xc.diſt.
Fallit ſecundò in his, quæ ſpectãt ad plenã pote-
ſtatem principis,c. cùm inter R. de elect. vbi do.
Abb.Tertiò,qñ ex diſcordia duorum magnatum
turbaretur omnis reſpublica, Felin.in rubr.j̃. de
treug.& pace. Et nũquid iudex peccet in com-
ponẽdo,vide Abb.in c.fi.de trãſac.& adde,quod
notabiliter tenet Bal. in c. j. de treug. & pac. vbi
28 tenet,ꝙ ſi † ſtatutũ cogat aliquos ad pacẽ, intel- C
ligitur, dũmodò eam offendens humiliter petat
flexis genibus, & det fideiuſſores de vlteriùs nõ
offendendo.Primum dictum tenet Bar. in l. fur-
ti.§.pactus.ff.de his, qui not. infa.ſecundũ ꝓba-
Notab. XI. tur in c.ex parte in Chriſto.j̃. de verb. ſig. ¶ Not.
29 vndecimò, ꝙ † non eſt fienda acceptio pſonarũ
in iudiciis:quod intellige in iudicando, ſecùs in
puniendo: quia minor pœna infligi poterit no-
biliori,vt patet ex c. qui contra.xxiiij.q.j. & hoc
tenent Dec.& Abb. hîc, & cæteri:facit, qa vide- D
30 mus,ꝙ † nobiliores nõ poſſunt de iure torqueri,
nec fuſtigari,& tñ priuari ſic, l. capitaliũ.§.nõ o-
mnes.ff.de pœnis.Itẽ facit, quia plebeius portãs
inſignia Imperatoris ſine licentia, punitur capi-
te, nobilis verò exulat tantùm, vt eſt tex.vbi A-
ret.in l.fin.C.vt nemo priua.vela reg. facit, quòd
not.in l.decuriones.per illum tex.C.in quib.cau
ſis infa.irrog.Itẽ facit,ꝙ ſi nobilis accuſaret igno
bilẽ,nec ꝓbaret,nõ deberet puniri ea pœna, qua
puniretur ignobilis:de quo ꝑ Fel.in c.ij.j̃. de ca- E
lum.& vide not.tex.in l.Pedius. ff. de incen. rui.
naufrag.Adde etiã vnũ not.verbum Bal.in l.pen.
per illum tex.C. de quæſt. vbi nõ ſolùm nobiles
non poſſunt torqueri, ſed nec qui fuerunt nobi-
les, in memoriã priſtinæ nobilitatis.& circa ſu-
prà dicta vide not.doctri.Bar.in l.quædã delicta.
in prin.ff.de pœnis.Aduerte etiã, quia nõ ſolùm
nobilior debet puniri leuius, ſed etiã poteſt illi
in totũ pœna abrogari: ita videtur text. in c. niſi.
de auct.& vſu pal.iũcto c.niſi.de of.leg.per quos F
tex. ita tenuere Mod. Pap. hîc. Sed ad illos text.
poteſt reſpõderi, ꝙ ꝓcedunt de gratia, nõ de iu-
re. Adde etiã illud, quòd not.Bal in c.quòd trãs-
latione in iure.j̃.de of.leg.vbi ſtante ſtatuto,ſi qs
nõ ſoluerit cõdemnationẽ pecuniariã, puniatur
capite:ſi quis non ſoluerit etiã ꝓpter paupertã-
tem,tenebitur ſtatuto, quia qui nõ habet in ære,
luat in corpore:vide etiã, qđ not.in c. cùm qdã.
vbi Abb.j̃.de iureiur.Bal. Bart.Iaſ.in l.properan-
dum.§.ſi aũt vtraque.C.de iudi.Et qñ nobilitas
habeatur in cõſideratione.vide per Fel.in c. cùm
adeò de reſcrip.& Catel. in Memorab. in verbo,
nobilitas.Cætera circa hoc notabile vide hîc per
Dec.& vide tex.in l.fi.C.de cau.frum.vrb. Rom.
lib.xj.& l.j.C.vt nemo ad ſuũm patrocin. lib. xj.

In gl.*Iuriſdictionẽ.*Tractatur hîc magna quęſtio,
an imperiũ ſit à Papa?quã quęſtionem vide hîc ꝑ
Mod.noſtrũ non eſt ponere os in cęlũ: quia ſi te-
neas partẽ Papæ,incidis in extrauag. Ludouici
relatam per Alb. de Roſ. in l. bene à Zenone. C.
de quadr.pſcrip. ſi teneas partẽ Imperatoris, in-
cidis in extrauag. Bonifacii,vnam ſanctã.quare
iſtud eſt lupũ auribus tenere,vt eſt in prouerbio.
¶ In gl.*iudicare.* Quærunt hîc Abb.& alij:an † ſi a- 31
liquis iniuſtè habuerit ſententiam, quæ tranſit
in rem iudicatã pro ſe,an poſsit per eum, qui ſuc
cubuit,denuntiari per euangelicam denũtiatio-
nem?Bar.in extrauag.ad reprimẽdũ. in verb. per
denuntiationẽ.tenuit, ꝙ non, qñ de huiuſmodi
ſententia non cõſtat notoriè, ꝙ ſit iniqua:& opi.
Bart.eſt cõmunis, & videtur verior, quia nos vi-
demus etiam, ꝙ ſi quis præſcribat, & deinde ſu-
perueniat mala fides,tñ poteſt tenere rẽ cum bo-
na cõſcientia,nec poteſt illi auferri per denũtia-
tionẽ euangelicam,vt not.Innoc.in c.cura. de iu
re patron. cum ſimilib. ergo idem in acquiſito ꝑ
ſententiam.Nec reſpõſio Decij hîc valet, dum di
cit, ꝙ † præſcriptio eſt iuſtus modus acquirendi 32
dominium:ſecus eſt in re iudicata,quæ nõ eſt or
dinata ad acquiſitionem dominij,ſed ad iuſtitiã.
Iſta non eſt bona ſolutio,tum quia etiam res iudi
cata ordinatur ad acquiſitionẽ dominij, vt not.
in l.Põponius.§.ſi iuſſu.ff.de acq.poſ.in l.ex hoc
iure.vbi Bar.ff.de iuſt.et iur.gl.in rub.ff.de re iud.
tum etiam,quia ſolutio Decij non concluderet,
quando iſte, qui habuit ſententiam pro ſe,fuiſſet
in bona fide,ſed poſt ſententiã ſuperueniſſet po-
ſtea mala: & quis ſit effectus huius denuntiatio-
nis,vide Ferra.caut.xix.

## C. nouit poſterior expoſitio.

### ARGVMENTA.


1 *Denuntiationum varias ſpecies eſſe.*
2 *Ad formam euangelicæ denuntiationis quinque princi-
paliter requiri.*
3 *Infidelis denũtiare non poteſt.Diſtingue tamẽ vt nũ.5.6.*
4 *Lex & natura fruſtrà operantur.*
7 *Vbi verba legis non poſſunt verificari ex toto, ſaltem
diſpoſitio habet locum quatenus poſſunt verificari.
Fall.vt num.8.*
9 *Pecator charitatiuè moneri debet, vt ſe eximat de pecca-
to,& quòd vterq; ſit ſolus.*
10 *In rebus quæ pendent ab animo, ex quo aliter probari
non poſſunt,ſtatur iuramento dicentis.*
11 *An ſatis ſit,ſi denuntians moneat per epiſtolam.*
12 *Monitio ſecunda ſi fiat, probetur per vnum teſtem cum
iuramento in ſupplementum dato ipſi denũcianti,vel
per duos teſtes. & num.13.14.15.*
16 *An qui mutuauit filiofamil. poſsit vti denuntiatione ad
conſequendam pecuniam ſuam.*
17 *Denuntians dicere debet Eccleſiæ, id eſt, prælato ſuo.*
18 *Quæ crimina ſint denuntianda Eccleſiæ.*
19 *An propter crimen veniale poſsit fieri denuntiatio.
& nu.20.*
21 *Eccleſia quibus remedijs vtatur,vbi denuntiatũ & pro-
batum ſit crimen.*
22.23. *Cùm peccator ratione denuntiantis habetur pro
ethnico,poterit denuntians etiã propria autoritate
ius ſibi dicere.*
24.26.27.28. *Ordinem traditũ in denuntiatione eſſe ſer-
uatum,probetur.*
25 *Vbi principalis ſolẽnitas eſt probata, videtur quòd præ-
ſumatur cæteras interueniſſe.*
29 *Si lex vel ſtatutum mandat actum fieri cum certa for-
ma,& ea non ſeruata procedit annullando,an ſaltem
conſulatur creditori per viã denũtiationis euãgelicæ.*
30 *Quamuis in codicilis non interuenerit omnis numerus
teſtium,qui requirebatur ex forma ſtatuti, hæres ta-
mẽ debet, etiamſi eſſent loca pia, cõpelli per denun-
tiationem.*
31 *Si ſtatutum dictet quòd nõ liceat relinquere vxori vltrà
vigintiquinq; libras,& teſtator plus reliquerit,tene-
buntur monachi inſtituti amplecti conſcientiam.*
32 *Si quis alteri ſtipuletur,licet de iure ciuili ſtipulatio non
teneat,poterit tamen promiſſor cõpelli ad ſatisfaciẽ-
dum per denuntiationem.*
33 *Creditor licet ius ſuum perdat in pœnam, ſi uocauerit
debitorem in caſibus probibitis, debitor tamẽ adhuc
tenetur in foro conſcientiæ.*
34 *Hæres non conficiens inuentarium,nõ tenetur vltra vi
res hæreditarias in foro conſcientiæ.*
35 *Si ſtatuto cauetur quòd irritum ſit teſtamentũ non regi-
ſtratum intra tertium diem,an inſtitutus hæres in te-
ſtamento quod non fuerat regiſtratum,poſsit in foro
conſcientiæ retinere hæreditatem.*
36 *Leges per ora principum diuinitùs ſunt promulgatæ.*
37 *Vbicunq; lex eſt cõcepta per verba præceptiua an per-
ſonam,tenetur quilibet obedire.*
38 *Quãdo lex eſt fundata ſuper veritate,& aliquid diſpo-
nit ex aliqua cauſa iuſta,& cui ratio naturalis aßiſtit,
tunc legat in foro conſcientiæ.*
39 *Præſcripta cum bona fide, poſſunt retineri cum bona
conſcientia,licet deinde mala fides ſuperueniat.*
40 *Mulier tuta Velleiano ſenatuſconſul.non poterit com-
pelli per denuntiationem euangelicam.*
41 *Cùm ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludat matrem,
etiam à legitima iure naturæ debita, an ſuccurratur
matri ſaltem per denuntiationem euangelicam. &
num.42.*
43 *Si in codicilis factis ſine debita ſolennitate aliquis petat
legatũ,poterit hæres dicere,* Ego credo *codicillos eſſe
falſos,& non tenebitur. & num.44.*
45 *In ſtatuto,quòd inſtrumẽtum de quo alius notarius quã
certæ qualitatis ſit rogatus,nõ faciat fidem in iudicio
nec extrà, nõ videtur quòd faciat fidem contra ipſum
principalem debitorem. & num.46.47.48.*


1 NOVIT.†Pro declaratione materię
præmitto varias ſpecies denun-
tiationum, de quibus per Docto-
res in l. ea quidem. C. de accuſ. &
per Bar.in extrauag.ad reprimen-
dum.in verb.denũtiationem. & aliqua per Abb.
hîc in fin.Summa & diuide text. vt hîc per alios.
2 NOTA primò ex tex. ibi, ſi peccauerit. † for-
mam euangelicæ denuntiationis, in qua quin-
que principaliter requiruntur, de quibus ſigil-
latim eſt videndum.
Primum requiſitum eſt,quòd ille, qui denun-
tiat, ſit Chriſtianus: quia illud importat illa di-
ctio,frater. xj. q. iij. c.ad menſam.Ex quo primò
3 infertur per Doct.hîc,†quòd infidelis denuncia-
re non poteſt: quod tamen limitat hîc Abbas,
dummodo nõ peccet contra legem naturæ:quia
in tali caſu Papa habet iuriſdictionem contra il-
los, vt per Innoc.in c.quod ſuper his.j̃. de voto.
Cõtrarium tenent omnes modern. quia iſta de-
nuntiatio fit ad finem,quòd quis corrigatur pro
ſalute animæ: quæ ratio non poteſt habere locũ
in infideli.fa.tex.ij.q.j.c.multi.Confirmatur iſta
opi. quia in caſu,quo cõtemnatur tota denũtia-
tio, reſultat ſimpliciter pœna; quia contemnẽs
habetur ſicut ethnicus: ſed abſq; hoc, tales iam
ſunt ethnici & gentiles; ergo ſuperflua eſſet de-
nuntiatio; † lex autẽ & natura nihil fruſtra ope- 4
rantur.l.iij.§.fin.ff.vt in poſſeſſ.leg.vel fideicõm.
& c.Secundò confirmatur,quia hęc denuntiatio
fuit introducta ex verbis euangelij, quod non
comprehendit ethnicos, quia ſunt omnio extra
protectionem Eccleſiæ.de pœn.diſtin.j.c.nemo.
& facit text.in d.c.multi. Tertiò facit, quia hęc
denuntiatio eſt introducta contra regulas com-
munes, vt dicit Bartol. in d. extrauag. ad repri-
mendum. ergo debet reſtringi,non autem trahi
ad caſus non expreſſos. arg. l. præcipimus. C.
de appell. Sed tu conſidera,quòd pro Abb. fa-
cit efficax ratio: nam ſequeretur quòd melioris
conditionis eſſet infidelis quàm Chriſtianus,
quod eſt abſurdum. l. die ſabbati. C. de Iudæ.
cum ſimil. Nam ſi Chriſtianus deberet aliquid
Iudæo tanquam naturaliter, poſſet ab eo per
iſtam denuntiationem conueniri, & tamen Iu-
dæus debitor non poſſet hac via cõpelli à Chri-
ſtiano,quod eſt abſurdum. Vnde diſtinguas, † 5
quòd aut loquimur in denuntiatione, quæ fit
ſimpliciter ad correctionem peccati,ab eo,cuius
nihil intereſt pecuniariter,& eſt vera opinio mo
dernorum, quæ eſt communis. Aut loquimur
in ea,quæ fit ad correctionem, vt in conſequen-
tiam denuntians conſequatur quod ſuum eſt, &
tunc mihi placet opinio Abb. Non obſt. ratio
Doct.quòd qualitates hîc requiſitæ non habeant
locũ in infideli, quia earũ loco lex ſubrogat ali-
as, prout hîc dicit Abbas per text. in c. poſt mi-
ſerabilem. vbi idem Abb. j̃. de vſur. Non obſt.
quòd infidelis non poteſt corrigi pro ſalute ani-
mę:quia quamuis verum ſit quod iſta denuntia-
tio fuerit inuenta ad talem finem, tamen habet
locum etiam vbi ille finis non adeſt. Pone enim
quòd aliquis ſit omnino contumax, & velit ſtare
in peccato, certè nihilominus compelletur ad
ſatisfactionem, licet per illam non liberetur à
peccato, quia durat voluntas malèfaciendi, ex
quo coactus reſtituit, vt not. per Anch.in regula,
peccatum.de reg.iur.in vj. Secundò poteſt in- 6
ferri, † quòd iſta denuntiatio habeat locũ etiã in
ipſo Papa:quia ipſe etiã dicitur frater,propter re
generationẽ Baptiſmi.d. c.ad menſam.& ita no-
tat Card.poſt alios in c.ſi Papa. xl. diſt. Circa qđ
dicit hîc Abb. in xij.col.quòd iſtud eſt verum re-
ſpectu monitionis,nõ autem eo reſpectu,quòd ſi
nõ audiuerit,dicatur Eccleſiæ. Et eſt ratio, quia
ipſe nõ habet ſuperiorem,& à nemine iudicatur,
iuxtà text. in extrauagã. vnam ſanctam. in fi. de
maior.& obed.Et ita tranſeunt Doct. hîc,& in c.
propoſui.j̃.de cõceſſ.præb.Ex quo infertur,† qđ 7
vbi verba legis non poſſunt verificari, de quo eſt
gl.in c.j.in verb.primitiæ.j̃. de deci.& gl.in Clẽ.
j.in verb.cenſura.de vſur. Rom. conſil. cccccxxx-
iiij.in quo dic vt per moder.hîc. Sed huic regu-
læ videtur obſtare gl.in l.ſi mãcipia.C.de ſer. fu-
git. vnde dic vt per Felin. in c. nonulli. in princ.
in penult.charta. ſuprà,de reſcript. Sed tu cir-
ca prædictam opinionem diligentius conſidera:
quia cùm iſtud ſit præceptum euangelicum, eo
ligatur etiam ipſe Papa, ſicut Rex Francorum &
cæteri Chriſtiani.xxv. quæſt. cap. ſunt quidam.
& not.in cap.quanto.infrà, de iureiur.&per om-

C.13. Nouit.

nes in c.j.§.de conſtit. & in d.c. propoſui. nec in
hoc erit acceptio perſonarum, prout dicit text.
hîc: vnde videtur verius, quòd indiſtinctè to-
ta regula habeat locum in eo. Non obſtat ra-
tio Doct. quia illa verba, quòd dicatur Eccleſiæ,
habent duplicem intellectum, & duplicem effe-
ctum. Primus eſt, quem tenent hîc Doct. vide-
licet quòd dicatur ſuperiori, qui compellat de-
linquentem ad correctionem: & in iſto caſu pro-
A cedit communis ſententia, quę etiam mihi pla-
cet. Secundus effectus eſt, quòd dicatur Eccle-
ſię, vt delictum ſuum multis notificetur, qui de-
teſtationi eum habeant, vt ille propter pudo-
rem & metum opprobriorum pœniteat & ſalue-
tur. quem intellectum diuus Hieronymus & pa-
tres antiqui tenent in interpretatione Matthæi
XVIII. cap. Et iſtud propriè ſignificat iſta di-
ctio. Eccleſia, quæ eſt congregatio fidelium,
Quamuis ergo primus effectus non verificetur
B in pōtifice, iſte ſecundus poterit: vnde eſt diſtin-
guendum: aut enim loquimur quoad finem, vt
corrigatur per viam iudicandi, & procedit com-
8 munis opinio. † Fallit in crimine hæreſis, vel
vbi agatur de crimine ſcandaloſo, vt eſt gl. com-
muniter approbata in d. c. ſi Papa. de qua latè
per Decium conſil. clj. in vj. col. & conſil. ſeq. &
per Rom. conſil. dxxiij. quæſtio diſcutienda.
Aut loquimur quoad finem, quòd corrigat ſe-
ipſum metu pudoris & opprobriorum, & regu-
C la generaliter procedit per ſuprà dicta. Vnde
in iſto ſecundo caſu poteſt oriri tantum ſcanda-
lum, quòd adhuc eccleſia, quæ repræſentatur
per Conſilium, poſſet eum iudicare. & ita po-
teſt intelligi gl. in d. c. ſi Papa. Et iſta arbitror
eatenus vera, quatenus per eccleſiam approbā-
tur. Quo verò ad alios prælatos, non eſt dubi-
um quin generaliter regula procedat, dum iſta
monitio fiat per ſubditos cum modeſtia & cha-
ritate. facit quod notat gl. in Clem. j. §. notarij. de
D hæret. & per Abb. hîc.
9 Secundum requiſitum eſt, † quod charitatiuè
moneatur peccator, vt eximat ſe de peccato, &
quòd vterque ſit ſolus: & ſi iſte neget ſe fuiſſe
monitum, ſtabitur iuramento ipſius denunti-
antis, ex quo aliter probari non poteſt, ſecun-
10 dum Abb. hîc & alios. Facit in ſimili, † quia in
rebus quæ pendent ab animo, ex quo aliter pro-
bari non poſſunt, ſtatur iuramento dicentis. ſe-
cundum gl. not. vbi Iaſ. & alij, in §. aliæ Inſtit. de
E actio. per Abb. in c. ij. in vlt. col. ſ. de conſtitut.
Et ex hoc infertur, quòd ſi denuntiatus habet
aliquam iuſtam cauſam, per quam probabiliter
credat ſe non eſſe in peccato, quòd veniet abſol-
uendus: & cum hîc agatur de ſecreto conſcien-
tiæ, ſtabitur dicto ipſius. c. ſi verò ij. de ſent. ex-
com. gl. & Dd. in c. ſignificaſti. j. ꝭ de homicid. &
ita firmat hîc Abbas poſt Innoc. Bar. & alios, vt
hîc per moder. Et conſequenter, ſi tu petas à me
talem rem & probes de domino, ſi ego habeo ali
F quam cauſam, fortè quia emi ab aliquo, & hoc
probem: deinde iurem me non habere conſci-
entiam læſam, non potero condemnari, & ſtabi-
tur iuramento meo. Hoſtieñ. & And. Sicul. tenēt
contrarium: quia non ſtatur dicto atteſtantis de
animo ſuo, quando habet præſumptionem con-
tra ſe, vt per Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de
furt. Sed reſponde, quòd cùm actori incumbat
onus probandi reum eſſe in peccato, iſta proba-
tio non erit ſufficiens: quia non ſequitur, res eſt
tua; ergo eam teneo cum peccato: quia poteſt
eſſe quòd ego ſim in bona fide, quo caſu ceſſat
peccatum. Iſta autem bona fides colligitᷣ ex cau-
ſa per me probata, & ex iuramento. Præterea il-
lud dictum Bart. non videtur procedere in foro
conſcientię, in quo nō attēduntur præſumptio-
nes: vnde q̄ ad exonerationē ipſius debet credi,
per gl. in Clem. j. in verb. non habita. de priuileg.
Vbi verò nō allegarem aliquam cauſam ex parte
mea, ſed ſimpliciter iurarē me credere quòd te-
A ſtes tui eſſent falſi, in tali caſu Abbas hîc adhuc te
net quod iſtud ſufficiat. Sed ego non arbitror ita
ſimpliciter verum: quare intellige melius ſecun-
dum Bar. quādo ego iurārem me credere eſſe fal
ſos ex aliquibus probabilibus indicijs: aliter ha-
berem conſciētiam erroneam, quam cogerer de-
ponere. c. inquiſitionis. ꝭ. de ſentē. excōm. Quòd
ſi denuntians nō haberet alias probationes quā
confeſsionem meā, tunc ſtādum eſt cuilibet cau-
ſæ per me appoſitæ in excuſationem conſcien-
B tiæ meæ. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. l. eum, qui.
in prin. ff. de iureiur. & ita tenet Bar. Et poteſt eſ-
ſe ratio, quia cùm egomet confeſſus fuerim, lex
præſumit pro conſcientia mea, & credit pro
veritate excuſationis appoſitæ. Sed tu adver-
te, quia in cōtrarium vrget tex. in c. ſignificaſti. ij.
de homici. vbi in foro conſcientiæ ſtatur cōfeſ-
ſioni dicentis, quādo nō eſt accuſatus vel denū-
tiatus, prout eſt caſus noſter. Niſi ſaluando Bart.
intelligas iſtum text. de alia denuntiatione, quā
C euangelica: & dictū Bar. ſine dubio nō procede-
ret, quādo confeſsio fieret metu probationū. pro
quo facit quod not. Abb. in c. fi. de celebrat. miſſ.
& moder. in c. at ſit clerici. in iiij. not. ſ. eo. † Sed 11
circa hoc requiſitum contigit dubitari, an ſatis
ſit, ſi denuntians moneat per epiſtolam. Et ui-
detur quòd non, quia tex. dicit, vade & corripe.
Item dicit, inter te & ipſum ſolū: quæ verba vi-
dentur requirere pręſentiam, iuxta not. per Bart.
in l. iubemus. C. de erog. mil. anno. lib. xij. Et fa-
D cit, quia ſcribens non dicitur ire vel loqui. l. mi-
les ſororē. ff. de leg. ij. per moder. in l. j. in prin. ff.
de verb. obli. Sed cōtraria opinio eſt verior, quā
tenet Bar. in dicto verbo, ad denuntiationem. &
Doct. hîc per iſtū text. nō eſt eñ veriſimile ꝙ rex
Anglorū præſentialiter admonuerit regē Fran-
corū. Nō obſtat prædicta ratio, quia iſta monitio
fit ad finē correctionis: vnde cū reſultet idē effe-
ctus, non attenditur an quis corrigat corā, vel
per epiſtolam. argu. gl. in c. ij. de iureiur. in vj. in
E verb. proprio. vbi licet text. dicat, proprio iura-
mento: tamē ſatis eſt ſi præſtetur per nuntiū. ad
idem facit l. diuus. ff. de falc. & l. qui aurē. in fin.
ff. de conſtit. pecun.
Tertiū requiſitū eſt, † quod fiat ſecunda moni- 12
tio, quæ probetur per vnum teſtem cū iuramēto
in ſupplementū dato ipſi denūtianti, vel per du
os teſtes, ſecundū Abb. hîc, & eſt tex. in c. omni. ꝭ.
de teſtib. Et ſic in iſta denūtiatione ſatis eſt ſi in-
teruenīāt duæ monitiones. & ita firmat hîc Abb.
F in penult. col. & eſt communis opinio, & facit
text. in c. quemadmodū. in fin. de iureiu. & eſt ex
preſſum in epiſt. Pauli ad Titum, cap. III. In con-
trarium facit text. in c. ij. de purgat. cano. & qđ
not. Abb. in c. qualiter. ij. in gl. magna. ꝭ. de ac-
cuſ. vbi tenuit quod requirūtur tres monitio-
nes. Sed reſpōde, quod tex. in d. c. ij. debet intel-
ligi quando iudex vult procedere ad corrigendū
abſque alia denuntiatione euangelica: nā tunc
regulare eſt, vt ad ſententiam ferendam quis ter
moneatᷣ. l. ad peremptoriū. de iudi. Sed circa hoc
requiſitum



13 requiſitum contingit primò dubitari: † nā iſta ſe-
cunda monitio non fit, niſi vbi primò monitus
non audit, ſed perſeuerat in peccato. Et conſe-
quenter videtur, quòd infans & furioſus non
poſsint denuntiari, quia in eis ceſſat iſta ratio. &
ita in terminis dicit Bald. in l. quæritur in tertia
lectura. ff. de ſtatu ho. Si verò quis perueniſſet ad
annos diſcretionis, vel eſſet impubes, doli tñ ca-
pax, tūc eſſet ſatis: qa ceſſat ratio c. omnis vtriuſ-
A que. ꝭ. de pœnit. Aduerte tamen, quia dictū Baldi
videtur dubium: nam ſicut tales cōſtituuntur in
mora ſi interpellentᷣ cum tutore, vt per Bar. &
Doct. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. ita vi
deretur quòd deberet poſſe fieri iſta denūtiatio.
ſed tamen nō eſt recedendum ab opin. Baldi,
præſertim in infante, in quo poteſt expectari ꝙ
fiat adultus, put in ſimili dicimus in l. j. de Carb.
14 edict. Secundò hîc dubitatur: † nam cùm iſta
monitio fiat cum vno teſte vel duobus, & ſic per
B viam iudicij, non videtur quòd debeat ad illam
admitti aliqs criminoſus: & ita tenuit gl. fin. hîc:
quia non eſt veriſimile quòd bono zelo moueatᷣ
ad alterius correctionē, qui ipſe ſit corrigēdus.
Et trāſeunt cōmuniter Doct. cū illa limitatione,
vt non procedat, quando quis denuntiaret pro
ſuo intereſſe particulari. iiij. q. vj. c. omnibus. c. i-
15 tem cùm quis. de reſtit. ſpol. † Et propterea tali
caſu ſuprà tenui quòd Iudæus admittatur, quia
licet non verificetur quòd ſit frater, verificantur
C tamen cætera, vt eſt de mente Abb. & probabit
primam monitionem iurando per legem Moſis,
vt not. in l. non erit. §. j. ff. de iureiur. & per Spec.
in tit. de iuram. cal. §. reſtat. in fin. Sed quòd imò
generaliter criminoſus admittatur, tenuit Andr.
Sicul. hîc per multas rationes, quibus reſpondēt
omnes mod. vt hîc per eos. Sed tu vltra eum cō-
ſidera, quòd rationes gl. & Doct. non videntur ef
ficaces. Nam argumentum in caſu noſtro de ac-
cuſatore ad iſtum denuntiatorem, non eſt bonū:
D quia qui accuſat, præſumitur illud facere in odiū
& contumeliam accuſati. c. ſi omnia. vj. quæſt. j.
meritò ſi eſt criminoſus, reijcitur per magnam
ſuſpitionem. Sed denuntiator præſumitur iſtud
facere ad bonum finem, & zelo ſalutis iſtius de-
nuntiati: quod apparet, ex quo prius eum ſolus
admonuit, & ſeruauit formam hîc traditam. nec
pia opera criminoſis debent prohiberi. ca. quod
quidam. ꝭ. de pœnitent. Non obſtat quòd non ſit
veriſimile talem bono zelo moueri: quia imò ſu
E mus in caſu claro, ex q̄ ſecretè admonuit, & ad-
ducit teſtes probos viros, qui etiam ipſi admo-
nuerunt: vnde propter iſtos ceſſat ſuſpicio, quæ
poſſet oriri aduerſus denuntiantem, iuxta not. ꝑ
Bald. & latiùs per Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §.
j. ff. de edendo. Non enim ſolus denuntiator ad-
monet iſtum reum vt corrigat ſe, ſed etiam ipſi q
ſunt adhibiti. quod probatur ex verbis ipſius re-
gulæ poſitæ in euangelio, vbi dicitur, Si eos non
16 audierit, &c. Et ex hoc infertur, † an poſsit q mu-
F tuauit filiofam. vti hac denuntiatione, ad conſe-
quendam pecuniā ſuam. Et Abb. hîc poſt Bar. di-
cit quòd non: quia iſte eſt criminoſus, quia mu-
tuauit contra ſenatuſconſ. Macedonianum &
nō debet audiri. In contrariū facit quod not Bar.
in l. ſi pœnę. ff. de condict. indeb. vbi voluit, quòd
pœna quæ imponitur huic creditori, non habeat
locum in foro animæ. Et iſtud confirmatur, ex
quo hîc criminoſus agit de intereſſe ſuo, quo ca-
ſu eſſet audiendus, vt ſuprà dictum eſt. Et pro
iſta opinione facit, quia non poteſt negari quin
iſte filiusfam. ſit in peccato, cùm teneatur ciuili- C.13.
ter & naturaliter, & ſolùm ſit tutus exceptione Nouit.
introducta in odiū ipſius creditoris. l. qui exce-
ptionē. ff. de cōd. indeb. Vnde dic, ꝙ aut ipſemet
creditor denuntiat, & eſt repellendus: quia ſena
tuſc. Maced. cùm ſit factum ex rationabili cauſa,
vt prouideatur delictis, q̄ deinde ſequebantᷣ, eſt
ſeruandū etiam in foro conſcientię, vt per Inn. &
Io. And. in c. quia pleriq;. de immu. eccl. & Dd. in
A c. j. ſ. de cōſt. Si verò non eſſet ſequutum aliquod
malum præſumptū, tunc creditor admitteretur,
& poſſet procedere, ꝙ not. Bar. in d. l. ſi pœnę. Nā
in foro conſcientiæ attenditur veritas rei, non
præſumptio, vt ꝭ. diceᷣ: & in tali caſu incumberet
onus probandi ipſi creditori, ex quo filiusfamil.
habet rationem legis pro ſe. Aut ſit denuntiatio
ab alio, quàm à creditore, & iſte videtur admit-
tendus, quia militant omnia verba regulæ in i-
ſto caſu: nec poteſt negari quin iſte ſit in pecca-
B to, quia retinet rem alienam: regula, peccatum.
de reg. iuris, in vj. vnde in caſu quo creditor ipſe
non admitteretur, debebit compelli erogare
pauperibus, ex quo ipſe nō poteſt cum conſcien
tia retinere tanquam rem alienam: nec creditor,
ex quo lex eum punit, quia præſtitit occaſionem
delinquendi: vnde cùm nō habeat cui det, debet
dare pauperibus. arg. c. ſicut dignum. §. eos inſu-
per. ꝭ. de homicid. & not. in c. cum tu. ꝭ. de vſur. 17
Quartum † requiſitū eſt, ꝙ iſte denuntians di-
C cat Eccleſiæ, id eſt, prælato ſuo. Eccleſia enim eſt
congregatio fidelium quæ repræſentatur per ca
put ſuum, & ſic per epiſcopum, ſicut vniuerſalis
repræſentatur per Papam, vt dicunt Theologi,
& per Card. Alex. xv. diſtinct. in ſumma. Sed hîc
videndū † eſt primò, quæ crimina ſint denuntian 18
da eccleſiæ. Et de criminibus omnino occultis,
communis opinio eſt poſt Abb. hîc, quod non
debent denuntiari, ex quo non poſſunt probari:
& regula loquitur in his, quæ probari poſſunt:
D de quo dic vt per eum. Sed † nunquid propter 19
crimen veniale poteſt fieri denuntiatio? & vide-
retur ꝙ ſic, iuxta not. per Ant. de But. & Im. in c.
ſi. ꝭ. de præſcr. vbi dicunt, ꝙ quando agitur nedū
de peccato mortali, ſed etiam veniali, lex cano-
nica remanet ciuilis etiā in foro ciuili, ita decla-
rantes notata in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl.
Sed puto contrarium per iſtum tex. in verſ. cùm
enim. & in verſ. licet. vbi Papa ſemper ponderat
quod peccatum ſit mortale, niſi dicas ꝙ veniale
E per contēptum, qui probatur per iſtas duas mo-
nitiones, efficitur mortale. gl. in §. nomine. xxv.
diſtin. Archidia. & Bal. in c. j. ꝭ. de pact. quod ſatis
placet. † Secundò videndum eſt, an iſta denun- 20
tiatio ſit de præcepto. Et in prælatis communis
opin. eſt ꝙ ſic, etiā quòd quis credat iſtum denū-
tiatum fieri deteriorem, ex quo talis denuntia-
tio ſit etiam vt cæteri metum habeāt. c. ſed illud.
xlv. diſt. In priuatis verò eſt etiam de præcepto.
c. cùm ex iniuncto. §. fi. ꝭ. de hær. niſi veriſimiliter
F crederetur eum fore deteriorem. Et ratio diffe-
rentiæ eſt, quia prælati tenentur denuntiare etiā
propter iuſtitiam conſeruandam, ſed priuati ſo-
lummodo propter charitatē: quæ charitas nō mi
litat vbi quis eſſet futurus deterior. facit ꝙ not.
Io. And. in c. j. de ſent. excōm. in vj. vbi nō debet
excōmunicari, qui veriſimiliter illam non time-
bit, nec abſtinebit à peccato. Et propterea valēt
ſtatuta, quòd in cauſis non iuretur de calumnia,
quando rari timore iſtius iuramenti abſtine-
rent à calumnia, vt per Abbatem & Socinum

in c. cæterùm.j.de iuram.calũ.& facit tex. in l.ij.
vbi Doct.C.de indic.viduit.tollen.Tertiò viden
21 dum eſt,† vbi ſit denuntiatũ & probatum crimẽ,
quibus remedijs vtatur eccleſia.Et dicit hîcAbb.
quòd ſi iſte nõ ſe corrigit, excõmunicabitᷣ, vt ꝓ-
batur in hoc tex.ibi,diſtrictione eccleſiaſtica co-
ercere.Et probatur ratione, quia cùm iſte debeat
euitari, ſequitur ꝗ ſit excõmunicatus , ex quo ali
ter non euitaretur.xj.q.iij.c.ad menſam. Fortiùs
tenuit Andr.Sicul.ꝗ imò ſit ipſo iure excommu-
nicatus,per illa verba,ſit tibi ſicut ethnicus, quæ
important canonem latæ ſententiæ.l.j. C.de ſe-
cun.nuptijs.& gl.in c.quicunque.de hęret.in vj.
Contrarium tenet Decius,ꝗ imò non ſit excom
municatus, nec excommunicandus , ex quo lex
non dicit quòd debeat euitari , ſed ſimpliciter ꝗ
ſit ipſi denuntianti ſicut ethnicus : & diſtrictio
eccleſiaſtica intelligetur ſecundum ſubiectam
materiam de tali pœna,non autem de excõmmu
nicatione.Breuiter , non eſt recedendum à com-
muni opinione : quia imò diſtrictiò eccleſiaſtica
propriè refertur ad excommunicationem.c.j. v-
bi Archid.& cæteri , j. de offic. vicar. in vj. per
Card. in c.perpendimus.j.de ſent. excom. Et li-
cet in euangelio non dicatur quòd debeat euita-
ri,tamen dicitur in epiſt. Pauli ad Titum cap. iij.
& eſt textus apertus in c.quemadmodum. §. fin.
j.de iureiuran.Non obſtat ratio And.Sic.quia fa-
teor quòd quoad denuntiantem debet haberi
pro ethnico, ſtatim quòd contẽnit etiam eccle-
ſiam,vt declarat Innoc. hîc : & ita intelligo Abb.
hîc in iiij.not. Sed Eccleſia ipſà irrogabit etiam
pœnam excommunicationis, vt eſt tex.hîc: & di
22 cit Pet.de Anch. hîc, † quòd cùm ratione denun-
tiantis habeatur iſte peccator pro ethnicò,pote-
rit denuntians etiam propria autoritate ius ſibi
dicere. Quod intellige, quãdo iſte contemneret
excommunicationem. quia cùm talis per iudi-
cem non poſsit conſequi ius ſuum, licet propria
autoritate vti.arg.notatorum per Inn. in c. ſicut.
de iureiur.& in c.dilectis.de appel.per Bart. in l.
ait prætor.§.ſi debitorem.ff. de his quæ in frau.
Dicit tamen Card.hîc in fine,quòd ſi iſte denun-
tiatus excommunicatur ab eccleſia,& non curet
de cenſura , quòd per hoc creditor non conſe-
quetur rem ſuam : vnde in tali caſu ego admitte-
rem dictum Pet.de Anch.Et etiam ſi quis ſteterit
per longum tempus excommunicatus, credo ꝗ
poterit cogi etiam alijs remedijs,iuxta not. in c.
fin.j.de pœnis. Fortius tenuit Bald.in authen.ad
hæc.in iij.col. C. de vſur. quòd imò debitor po-
terit compelli etiam per alia remedia , puta per
miſsionem in poſſeſsionem:& ſequitur Fel. hîc,
& mihi placet in denuntiatione iudiciali, in alia
verò ſequor dictum Card.Et ex iſto text.infert e-
23 tiã Abb.quod† talis ſi nõ corrigat ſe, poterit pri-
uari beneficio : quia cùm habeatur pro ethnico,
& ſic gentili,nõ poteſt retinere beneficium. viij.
diſtinct.c.quo iure. Et ex hoc dicto Abb. confir-
matur opinio,quam ſuprà tenui , declarando gl.
in d.c.ſi Papa.xl.diſtin.dum dicit, quòd pro cri-
mine ſcandaloſo,Papa iudicatur à ſynodo. Nam
probatur hoc iſto modo: Papa admonitus ſecun
dum regulam euangelicam,ſi ſe non corrigit,ha-
betur pro ethnico:ſed ethnicus deuiat à fide,Pa-
pa autem deuians à fide,iudicatur.d.c.ſi Papa.Et
ſic tollitur ratio quorundam theologorum di-
centium opinionem illius gloſſ. non bene pro-
bari in tex.de quibus per Decium d.conſil.clj.
24 † Quintum requiſitum eſt,quòd probetur or-
dinem hîc traditũ eſſe ſeruatum.Ex quo nota, ꝗ
non ſufficit probare actum , niſi probetur factus
cum debita forma,de quo per Inn.in c.innotuit.
j.de elect.per D.in l.ſciendum.ff. de verb.oblig.
cum concord.& facit quod notant gl.& Moder.
in l.ſi donatione.C.de collat. & latè hîc per mo- 25
dernos : vltra quos adde , quòd vbi † principalis
ſolennitas eſt probata , videtur quòd præſuma-
tur cæteras interueniſſe , quando à communiter
A accidentibus ſolent ſimul interuenire, ſecũdum
Bal.in prooem.decret.in v.col. vbi dicit ꝗ ſi quis
aſſerens ſe fuiſſe doctoratum propter aſsignati-
onem cathedræ,ex quo iſta eſt principalis ſolen
nitas , præſumuntur etiam cætera interueniſſe,
ſcilicet traditio libri & birreti:vnde ſecũdum eũ
ſatis eſt probare actum non per ſingula , ſed per
potiora.†Sed hîc primò quæritur: Quid ſi ſit ad- 26
ditum formæ, puta, quia tres monitiones inter-
uenerunt? Dico quòd iſte denuntians eſt magis
B cõmẽdandus,ex quo oſtẽdit maiorẽ charitatẽ,
vt eſt de mente Hoſt.hîc,& propter hoc actus nõ
vitiatur.gl.in l.non ſunt liberi.de ſtat.hom. & te
tigi in l.j.§.ſed ſi mihi.ff.de verb.obl. †Secundò 27
quæritur,an iſta forma ſit neceſſaria,quando de-
lictum eſt notorium.Et Abb.poſt Archidia. con-
cludit quòd non , quia non debet priuatim ad-
moneri,ſed publicè:quia publica delicta, publi-
ca correctione indigent.d.c.ſed illud.xlv.diſt. &
C confirmant moder. quia in notorio forma iuris
non attenditur.c.bonæ.j.de poſtul.prælat.Con-
trarium tenet Areti.hîc,cuius rationibus reſpon
dent moder.vt per eos.Mihi placet opinio Aret.
quia cùm iſta denũtiatio fiat charitatiuè vt quis
ſe corrigat,niſi delinquens admoneatur,non vi-
detur ſeruata charitas , prout dicimus in ciuilib.
vbi interpellatio extraiudicialis de vrbanitate
requiritur.l.quidã Hyberus. ff. de ſeruit.vrb. pd.
Et licet in notorio non ſeruetur forma iuris q̃ad
D iudicia,iſta forma reſpicit actus extraiudiciales. 28
Tertiò ſucceſsiuè† quærit,an in iſta cauſa debeat
ſeruari ordo iudiciarius.Et Abbas diſtinguit : q̃a
aut loquimur in denuntiatione euangelica,quæ
fit ab eo,cuius nihil intereſt pecuniariter,& non
eſt neceſſarius ordo iuris. aut loquimur in iudi-
ciali,qui ita dicitur quando fit ab eo cuius inter-
eſt pecuniariter,& tũc eſt neceſſarius ordo , licet
nõ in totum,quia procedetur de plano,per text.
hîc.Sed tu aduerte, quia iſta denuntiatio iudici-
E alis eſt eadem cum euangelica, nec differt niſi in
modo,ſecundũ Card.Flo.hîc.Et propterea Inn.
hîc,& Bar.in d.verb.ad denuntiationẽ. & Bal. in
d.auth.ad hæc.ſimpliciter appellant euangelicã
etiam ꝗ agatur de intereſſe priuato.Nec eſt verũ
quòd in iudiciali principaliter agatur ad conſe-
cutionem rei,quia reſtitutio rei ſemper fit in cõ-
ſequentiam,ex quo vtroq; caſu denũciatio prin-
cipaliter fit,vt euitetur peccatũ : & etiã ad iſtum
finem requiritur,ꝗ ſecunda monitio fiat adiun-
cto vno vel duobus teſtibus,vt coram illis erube
F ſcat.Nec probatur iure,quòd admittatur aliquis
ad conſecutionẽ iuris ſui pro exonerãda conſciẽ
tia,niſi per viam iſtius denuntiationis euangeli-
cæ:& differentiæ poſitæ hîc per Abb.non ꝓban-
tur aliquo iure.Solùm remanet vnum obiectum:
quia hoc admiſſo,ſequeretur quòd denuntiatio
euangelica, ſeruata forma ſuprà ſcripta,indiſtin-
ctè admittatur, iuriſdictio iudicum ſecularium
tota abſorberetur per eccleſiaſticam. Sed ad hoc
communiter reſpondetur , quòd eccleſiaſticus
non admittet hanc denuntiationem, quando
fit pro



fit pro intereſſe pecuniario,niſi in certis caſibus,
puta in ſubſidiũ,quando aliter de iure ciuili non
prouideretur:vel in cauſa pacis & iuramenti,vel
miſerabilium perſonarum. Sed ego puto ꝗ imò
indiſtinctè admittetur.Primò, quia regula euan-
gelica generaliter ligat in pręiudiciũ cuiuſcunq;
fori,vt not.in d.c.j.de conſt. Secundò per iſtum
tex.in prin.qui generaliter loquitur,&eius ratio
eſt generalis,ibi,non. n. intendimus iudicare de
feudo,ſed decernere de peccato. Tertiò per iſtũ
tex.in verſ. licet autẽ hoc modo. vbi etiam ſi non
ageretᷣ de pace vel iuramento,tamen poteſt pro-
cedere:&iſta opinio eſt veriſsima.Nõ obſtat arg.
quia non eſt verum ꝗ euacuetur iuriſdictio ſęcu-
laris:quia vbi prouideatur in foro ciuili, fatuum
eſſet intentare iſtam denuntiationem, in qua nõ
ſufficeret actori probare , quòd foueret iuſtam
cauſam , ſed requireretur etiam quòd probaret,
quòd aduerſarius habeat conſcientiam læſam:
& de hoc ſtaretur dicto ipſius aduerſarij , con-
currentibus aliquibus veriſimilibus cõiecturis,
vt ſuprà vidimus.
Expeditis iſtis quinq; requiſitis,venio ad effe-
ctus iſtius denũtiationis, & formo quæſtionem.
29 Pone,†lex vel ſtatutũ mandat actũ fieri cum cer-
ta forma,&ea non ſeruata procedit annullando:
nunquid ſaltẽ conſuletur creditori per viam de-
nuntiationis euangelicæ, & conſequenter debi-
tor ſaltem tenetur in foro conſcientiæ?Iſta quæ-
ſtio eſt ſatis intricata,licet ſummè vtilis in practi
ca.Et prima eſt opinio affirmatiua quòd ſic , quã
tenuit Ang.in l.quidã.§.illo. C. de neceſ.ſer.hæ-
red.inſt.per illũ tex.vbi dicit,ꝗ peccat hęres qui
non ſeruat voluntatem teſtatoris , licet inualidã
propter defectum ſolennitatum , & poteſt cogi
per denuntiationem euangelicam. Ad idem eſt
tex.in §.ſi verò expreſsim. vbi idem Ang. notat,
in auth.de hære. & falc.Et propterea in terminis
conſuluit Corn.conſ. cxix.in antepen. col. in ij.
30 vol. †quòd quamuis in codicillis non interuene
rit omnis numerus teſtium qui requirebatur ex
forma ſtatuti,quòd tamen debet hæres , etiam ſi
eſſent loca pia,compelli per talem denuntiatio-
nem.Et pro iſta opinione adduco text. in c. cùm
eſſes.j.de teſtamen.vbi eſt text.clarus , quòd iſta
regula, In ore duorum vel trium, &c. accepta ex
euangelio,attendenda eſt , non obſtãte qualibet
conſuetudine vel diſpoſitione legali cõtrarium
diſponẽte.Et propterea poſſet generaliter intel-
ligi,quòd cùm ex minus ſolenni volũtate hæres
obligetur ſaltem naturaliter,l.ij. vbi Doct. C. de
fideic.& eſt cõmunis opin.vt per Iaſ.in l.hac con
ſultiſsima.§.ex imperfecto.in v.col.C.de teſtam.
ſemper talis hæres poſſet cõpelli per denuntia-
tionem euangelicam.Et facit ꝗ not.Bar.in tract.
minoric.in primo lib.c.iij.vbi intelligit iſtud ꝓ-
cedere etiam ſi teſtamentum ſit nullũ , nõ reſpe-
ctu ſolennitatum,ſed propter incapacitatem hæ
redis.Et propterea infert,ꝗ ſi in teſtamento ſint
inſtituti fratres minores , in dubio non poterit
in foro conſcientiæ proximior ab inteſtato reti-
nere illa bona,niſi eſſemus in caſu,quo conſtaret
teſtatorem voluiſſe illud relictum valere tantum
modò iure teſtamenti. Eſt verùm quòd iſto caſu
non crederem competere his fratribus hanc de-
nuntiationem.Ad ſupradicta etiam facit quod e-
31 gregiè videtur voluiſſe Bal.conſ.ccccxix.in v.vo
lum.vbi ſi ſtatutum dictet , † quòd non liceat re-
linquere vxori vltra xxv. libras , & teſtator plus
reliquerit,tenebuntur monachi inſtituti ample-
cti conſcientiam , vt dicitur in legenda S. Sylue- C.15.
ſtri , & permittere quòd iſta vxor plenè fruatur Nouit.
voluntate teſtatoris . Et iſta quæ dixi in vltimis
voluntatibus,videntur etiam procedere in con-
tractib.Et propterea† ſi quis alteri ſtipuletur , li- 32
cet de iure ciuili ſtipulatio non teneat, l.ſtipula-
tio iſta.§.alteri. ff. de verb.oblig. tñ poterit pro-
miſſor compelli ad ſatisfaciendum per iſtam de-
nuntiationem,vt latè dicit Felinus poſt alios, ſu
A prà in prooem.Gregoriano,in vj.col.verſ. ſecun-
dum remediũ eſt. Ad idem facit, quia ſi quis ſit
electus ad aliquod beneficium , licet non ſit ſer-
uata debita ſolennitas, dummodo habeat volun
tatem eligentium,eſt tutus in foro conſcientiæ,
ſecundũ Inn.in c.innotuit.j.de eo ꝗ furtiuè ord.
ſuſce.per Anch.in regula,beneficiũ.de reg.iur.in
vj.Confirmatur etiã per notata per Bar.in l.ſi pœ
næ.ff.de cond.indeb.vbi licet†creditor ꝑdat ius 33
ſuum in pœnã,puta ſi vocauerit debitorem in ca
B ſibus ꝓhibitis , iuxta l.in criminali. C. de iuriſd.
om.iudic.& auth.habita.C.ne filius pro patr. &
idem in caſu l.extat.ff.quod met.cauſ.tamen de-
bitor adhuc tenetur in foro conſcientiæ : & ſe-
quuntur ibi Ang. & moder. Ad idem facit quod
not. Bal. in c.j.j.de pactis. vbi dicit,quòd quan-
tum ad conſcientiam,pactum nudum non diſtat
à ſolenni.& melius in authen.ad hæc. C. de vſu-
ris.vbi dicit, quòd ſi loquatur ſtatutum per quę-
cunq; verba ſiue diſponẽdo ſiue fingẽdo , nũquã
poteſt verã iuſtitiã aboIere,in qua fundatur euã-
C gelica denuntiatio.Ad idem fa. q̃d notãt Docto.
in rub.ff.de acquir.hæred. vbi † communis con- 34
cluſio eſt. quòd hæres non cõficiens inuentariũ,
nõ tenetur vltra vires hæreditarias in foro cõſci-
entię:& conſequẽter cõpeteret ſibi iſta denũtia-
tio aduerſus creditorem,qui ſciens hæredem nõ
eſſe ſoluendo,peteret totum. Secunda fuit opi-
nio Ioan. de Cald. qui diſputauit talem quęſtio-
nem.†Statuto cauetᷣ, ꝗ irritum ſit teſtamentum 35
nõ regiſtratum intra tertium diem:modò Titius
D fuit inſtitutus hæres in teſtamẽto quod non fue-
rat regiſtratum,nunquid in foro conſcientiæ po
teſt retinere hæreditatem? Et cõcludit quòd ſic,
dummodo non ſit in mala fide, reſpectu venien-
tis ab inteſtato,puta quia ab eo ſit interpellatus.
Et hanc opin.videtur tenere etiam Pet.de Anch.
in regula,poſſeſſor.de regul.iur.in vj. ita allegãs
etiam decidiſſe Bal.in quadam ſua diſputatione
quæ incipit, Statuto ciuitatis cauetur.Sed iſta di
E ſtinctio non videtur rationabilis , quòd quis re-
ſpectu aliquorũ poſsit tenere rẽ cũ bona cõſcien
tia,reſpectu aliorũ non.Nã aut res ad eũ de bona
conſciẽtia pertinet, & debet eſſe tutus quoad o-
mnes:aut nõ pertinet,& nõ debet eſſe tutus q̃ad
aliquem:nã in hoc foro non conſideratᷣ intereſſe
denuntiantis:imò quilibet poteſt denũtiare fra-
trẽ,vt ſe eximat à peccato,vt hîc ꝓbatur.Et ſi de-
mus conſenſum proximi hæredis venientis ab
inteſtato,tunc iſta opinio reincidit cum ſequẽti.
F Tertia fuit principalis opinio , qđ imò talia ſta-
tuta ſint ſeruanda etiã in foro conſcientiæ: vnde
ſequeretur,quòd non cõpeteret aliqua denunti-
atio euangelica.In quam partẽ videtur inclinaſ-
ſe Fed.de Sen.conſ.xxj.nunquid hæres extrane-
us.Bal.& Paul.de Caſt.in d.l.quidã. §. illo. Paul.
de Caſt.in d.l.ſi pœna.& Benedict.Capra hîc: &
ita videtᷣ conſuluiſſe Corſet.cõſ.cxxxvij.in ij.vo
lu.Pro qua opinione primò facit,quia aliàs con-
funderetur totũ ius,& reperta eſſet via euadendi
diſpoſitionem ſtatutorum , quæ tamen fundan-
tur ra-

tur rationabili cauſa: vnde non eſt dicēdum. Sed
reſpondo, quòd cùm agenti incumbat onus pro-
bādi reum habere conſcientiam lęſam, iſtud dif-
ficulter fieri poterit: & conſequenter, non ita de
facili euitabuntur prouiſiones ſtatutorum. Secū
36 dò adducitur, † quia leges ſunt per ora principū
diuinitus promulgatæ. xvj. q. iij. c. vlt. xcvij. di-
ſtin. Imperator: ergo debent litigare etiam in fō-
ro conſcientiæ. Et iſtud videntur tenuiſſe Theo-
logi, vt per beatum Thomam xxij. q. xcvj. art. vj.
& q̃ notāt Innoc. & Ioan. Andr. in c. qa plerique.
37 de immunit. eccleſ. Tertiò cōfirmatur, † quia vbi-
cunque lex eſt concepta per verba præceptiua
in perſonam, tenet quilibet obedire, & actus ali-
ter factus eſt nullus, quia nō obediēs peccat mor
taliter. c. ij. ſuprà de maior. & obed. vnde etiā iu-
ramentū nō corroboraret talē actum, vt per Bar-
to. in l. ſi qs pro reo. ff. de fideiuſſ. ergo in tali caſu
impoſsibile eſt q̃ cōpetat denūtiatio. Sed reſpō-
de, q̃ imò cōtraueniens nō incidit in peccatum,
niſi contraueniat legi in pręceptis, quorum trāſ-
greſsio ſecundum naturam ſuam inducit pecca-
tum mortale, ſecundum Imol. & Felin. in d. c.
ij. Et hæc eſt communis opinio, & etiam deciſio
Bart. in d. l. ſi quis pro reo. communiter nō tene-
tur, vt per Alexandrum conſil. c. in fin. in quarto
vol. Quid tenendum? Tu pro reſolutione fa-
38 cias duos caſus. Primus eſt, † quando lex eſt
fundata ſuper veritate, & aliquid diſponit ex
aliqua cauſa iuſta, & cui ratio naturalis aſsiſtit,
tunc ligat in foro cōſcientię, & cōſequenter con
tra eam nō ſuccurritur per denunciationē euāge
licam. & ita procedunt s̃. allegata in ſecundo fun
39 damento. Et propterea † præſcripta cum bona
fide, poſſunt retineri cum bona conſcientia, li-
cet deinde mala fides ſuperueniat, ſecundum
Innocen. in c. plura. de iur. patron. cum concor.
40 hìc per moder. Et eadem ratione, † mulier tuta
Velleiano ſenatuſconſ. non poterit compelli
per iſtam denunciationē. arg. c. fin. j. de ſolut Et
pupillus quamuis teneatur naturaliter, quia ta-
men lex illi ſuccurrit ex ęquitate naturali, ꝓpter
imbecillitatē nō poterit cōpelli ad ſolutionē rei
promiſſæ. & ita firmat Bart. in d. verb. ad denun-
tiationem. Limitatur iſte caſus, quando præter
legis diſpoſitionem eſſet ęquitas naturalis: quia
tūc, non obſtante lege, conſuletur creditori per
iſtā denunciationē. Et ꝓpterea ſtipulatio alteri
facta, iſto modo demandabitur executioni, ſecū-
dum Felinum in d. procem. Gregorian. Idem de
pacto nudo, ſecundum eundem Felin. in c. quæ
in eccleſiarum. in xxj. col. de conſtit. Et eodem
modo poſſent repeti per hanc denunciationem
pœnæ exactæ in foro ciuili, quando eſſent nimis
exceſsiuæ reſpectu delicti. & ita intelligo Bart.
41 in d. l. ſi pœnæ. Et ex hoc infertur ad quæſtionē: †
Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem
etiam à legitima iure naturæ debita. c. ſi pater. in
fin. infrà de teſtam. in ſexto. nūquid ſuccurretur
matri, ſaltem per denunciationem euāgelicam?
Archidiaco. in d. c. ſi pater. tenuit quòd ſic, quia
talis diſpoſitio eſt rigoroſa, & habet contra ſe na
turalem ęquitatem. c. fin. xvij. quęſt. iiij. nam & ſi
parētibus. ff. de inoffic. ſequūtur Corneus & De-
cius in l. precibus. C. de impuber. vbi eā defendit
ab impugnationibus moder. Idem etiam tenue-
rūt alij modern. ſubdentes quòd opiniones Ar-
chidiaco. ſuper ſexto, præualent omnibus alijs
ſuis opinionibus, ſecundum Rotam de ciſ. ccc-
xlvij. in antiquis. Contrarium tenuit Philip-
pus de Peruſ. in d. c. ſi pater. col. final. Socinus in
l. ij. colum. xx. ff. de vulg. & pupill. latè Decius in
d. l. precibus. quorum argumentis reſpondet
Deci. vbi ſuprà. Mihi placet iſta ſecūda opinio,
quòd imò nō competat denūtiatio, & adhæreo
regulæ, ex quo fallentia non bene probatur. Nō
obſtat text. in d. c. final. quia quoad primum re-
ſponſum, filius ibi habebat in legitima nedum
diſpoſitionem æquitatis, ſed etiam legis pro ſe.
A authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſt. Sed in caſu
noſtro mater habet eam contra ſe. dict. c. ſi pater.
Et quoad ſecundum reſponſum textus, vbi Epi-
ſcopus habebat bona cōtra intentionem donā-
tis, qui non credebat ſibi naſcituros filios, meri-
tò in foro conſcientię tenetur. Sed in caſu noſtro
hæres ſcriptus habet voluntatē teſtatoris pro ſe.
Facit, quia iſta ſola æquitas, quando non agitur
de damno vitando, nō eſt ita generaliter ſuffici-
ens, vt competat denuntiatio cōtra diſpoſitionē
B legis, ſicut dicit Barto. in d. verbo, ad denuntia-
tionem. dum concludit, quòd hæres retinet fal-
cidiam etiam in foro conſcientię, quamuis ad 42
eam teneatur naturaliter legatarijs. † Secundus
caſus eſt, quādo lex aliquid inducit ex pręſum-
ptione, quia timet aliquam fraudem fieri, & tūc
non habet locum in foro conſcientiæ, probato
quòd reus ſit certus non ſubeſſe fraudem. c. à no-
bis. ij. c. inquiſitioni. de ſent. excomm. per Ioan.
And. in d. c. is q̃ fidē. Bal. in auth. ingreſsi. in viij.
C col. C. de ſacroſanct. eccleſ. & latius in l. cū quis,
in prima col. C. de iuriſd. om. iudic. & notatur in
c. j. s̃. de conſtit. aliter hoc non probato, reus ab-
ſolueretur, qui veriſimiliter poteſt accomodare
conſcientiam ſecundum diſpoſitionem legis, &
ita iurare. † Et propterea ſi in codicillis factis ſine 43
debita ſolennitate, aliquis petat legatum, pote-
rit hęres dicere, Ego credo codicillos eſſe falſos,
& non tenebitur: quia ſtabitur iuramento ſuo,
ex quo habet præſumptionem legis pro ſe. & ita
D intelligo Corn. in d. conſ. cxxxvij. Si verò probet
quòd hæres ſciat non eſſe falſos puta quia erat
præſens, quando teſtator illos fecit, vel aliter eſt
informatus de eius voluntate, tunc teneretur, vt
per Corn. in d. conſil. qui ita ſaluatur à contrarie-
tate. Et propterea † in caſu ſtatuti, quòd nō liceat 44
relinquere vxori vltra certam ſummā, ſi ſit plus
relictum, poterit hęres dicere, quòd non habet
conſcientiam læſum, & quòd credit, quòd blan-
ditijs ſui defraudauerit maritum ad faciēdū ſibi
E tale legatum. Caueant tamen qui ita iurant, ne
ædificent ad gehennam. xxvij. q. prim. c. omnes.
Et ex hoc infertur ad ſtatutum, † quòd inſtru- 45
mētum, de quo alius notarius quàm certæ qua-
litatis ſit rogatus, non faciat fidem in iudicio
nec extra: non videtur quòd faciat fidem con-
tra ipſum principalem debitorem, quoniam eſt
certus de veritate, in cauſa iſtius denūtiationis:
ſecùs contra hæredem, quia talis poterit iura-
re ſe non habere conſcientiam læſam, vt ſuprà
F dictum eſt. Eodem modo infertur ad quæſtionē
de eo, qui iniuſtè obtinuit ſententiam, quæ trā-
ſijt in iudicatum. Nam ſi probetur † quòd talis 46
ſcit veritatem rei, & quòd obtinuit iniuſtè,
compelletur ad reſtitutionem rei obtentæ vi-
gore iudicati, ſecundum Abb. & Dd. hìc. Proba-
bitur autem iſtud ex confeſsione ipſius vel ſi
ſit notoriū ſecundum Doct. & ita eſt communis
opi. Idem dicit Abb. hic, etiamſi aliter poteſt
probari, quòd & mihi placet. Et licet in hoc
communis opinio videatur in contrarium, ſecū-
dum



dum moder. hìc, poteſt tamē vtrūq; dictum ſal-
uari, vt non admittatē vlterior inueſtigatio circa
probationē negotij, ſed ſolùm circa iuſtificatio-
nē læſionis conſcientiæ ipſius denuntiati. vnde
ſi reperirentē iuſtrumenta de nouo, quorū victor
habuiſſet notitiam, poſſet cōtra eum obtineri in
hoc foro. & ita limitatur regula l. Imperatores. ff.
de re iud. Et ex hoc etiam infertur ad tex. in d. c.
cùm eſſēs. de teſtament. qui videtur confundere
totam machinā teſtamētorum de iure ciuili: vn- A
47 de ego † puto quòd debeat intelligi ſolū in foro
conſciētiæ, vt cōfundatur per uiam iſtius denū-
tiationis. Iſtud ꝓbatur ex dictione penitus, poſi-
ta in princip. illius text. quia iſta teſtamenta ſine
ſolennitate legali penitus reſcinduntur: quod
erat iniquum, quia debebant ſaltem poſſe ſuſti-
neri per iſtam denuntiationem, quando veniens
ab inteſtato haberet conſcientiam lęſam. Secun-
dò probatur ex ratione: quia in ore duorum, &c.
quæ ratio ſecundum legem diuinam fuit intro- B
ducta quoad forum conſcientiæ, vt apparet in
Euangelio, & eſt tex. hìc. aliàs eſſet dicendum,
quòd omnia iura requirentia plures quàm tres
teſtes, eſſent contra legem diuinam, quod eſt
falſum. ij. q. v. c. præſul. c. licet vniuerſis. j̃ de te-
ſtibus. Et iſtud eſt quòd ille text. ſe fundat in ge-
nerali eccleſiæ conſuetudine, quæ eſt, vt ſerua-
ta forma, ſi ſibi dicatur, compellat iſtum delin-
quentem ad ſe corrigendum, vt probatur hìc.
Tertiò confirmatur, quia vt pręſupponit tex. illa C
teſtamenta annullabantur propter conſuetudi-
nem: certè niſi intelligeremus in alio foro, quàm
contentioſo, fuiſſent annullata non per conſue-
tudinem, ſed per ius commune. l. ſi vnus. C. de
teſtament. Nec obſtat quòd in fine dicitur, talia
48 teſtamenta firma permanere: † quia illa verba re-
feruntur ad conſuetudinem, de qua ſuprà dixe-
rat, quæ penitus ea improbabat.

22 # De cauſa poſſeſsionis & proprietatis

*Rubrica* †.

*† Dd. lib. 2. tit. 12.*

CAPITVLVM. I. *Suſceptis.*

1 *Proprietatis varia acceptio.*
3 *Cauſæ connexæ coram eodem tractandæ.*
5 *Delegatā iuriſdictio derogat ordinariæ.*
6 *Princeps non citatum condemnat.*
7 *Clauſulæ iuſtificatoriæ effectus.*
9 *Rerum denominandarum forma.*

*Notab. I.* SVSCEPTIS[a]. ¶ Not. poſt Abb.
a q̃ † proprietas, capitur pro do-
1 minio. Iſtud an ſit verum, vide
Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil cō-
mune. ff. de acq. poſſ. dixi in l. j.
§. j. ff. de off. eius, cui. Et ex hoc
not. infert. do. Abb. ad ſtatutū,
vt hìc per eum. Aduerte: quia ſi in ſtatuto ſcripta
ſit ratio, vel poſsit aſsignari niſi vna, tunc vide-
2 tur etiam, quòd † ſtatutum loquens de proprie-
tate comprændat poſſeſsionem. probo, quia in
tali ſtatuto licet argumētari ab identitate ratio-
nis, l. quamuis. vbi Mod. Peruſ. C. de fideicōmiſ.
Alex. in l. conſtante. ff. ſolut. mat. & licitum eſt ar
gumentum de ſtricta ſignificatione vocabuli ad
latam, gl. in verb. eligatur. in clem. j. de elect. quæ *Rubrica.*
gl. loquitur, quando eſt expreſſa ratio in l. licet.
Iaſ. vbiq; eam alleget aliter. nam aliàs puto, q̃ nō
procederet, per glo. in cle. diſpēdioſam. in verb.
decimis. de iudic. ad idem tex. iuncta gl. in auth.
hi, qui oblig. in princ. Sed illa gl. loquitur in ex-
orbitantibus: appellatione autem proprietatis
largo modo venit poſſeſsio, l. iubemus. §. fi. C. de
ſac. ſan. eccleſ. ergo, etc. Licet iſta opin. ſit ſatis
A tolerabilis, tamen puto contrarium eſſe verius,
quia contraria loquuntur in legibus, in quibus
verba plerunque accipiuntur impropriè, vt per
Bald. in c. vnico, §. & quia videmus qui feu. dare
poſ. faciunt, quæ notat Corſ. in rep. c. generali de
ſup. negl. plat lib. vij. ſecus in ſtatutis. vt p Mod.
in l. morem. ff. de feriis. ¶ Not. ſecundò, q̃ † cau- *Notab. II.*
ſæ habentes aliquam connexitatem, debent co- 3
ram eodem tractari. Quid autem dicatur conne-
xum, & alia facientia ad hoc. not. vide per Mod.
B in c. quantò. ſuprà, de iudic. & in c. translato.
de conſtit. & iſtud mihi videtur facere pro illa o-
pin. quod mandata cognitione cauſæ, venit etiā
executio. nam † maior connexitas eſt in cogni- 4
tione, & executione, & definitione, quàm ſit in
petitorio & poſſeſſorio. facit l. j. C. ſi contra ius,
vel vtilit. & tractatur per Bart. in l. à diuo Pio. in
prin. vbi do. Per. de Beſ. tenet hanc opin. & do.
Iaſ. ff. de re iud. Nec obſtat, ſi diceres non eſſe bo
num argumentum, ex quo iuriſdictio delegata
C eſt odioſa, gl. in c. j. de reſcrip. lib. vj. quod non eſt
in petitorio & poſſeſſorio: nam reſpondeo pri-
mò, quòd iſtud non procederet in delegato prin-
cipis. nam delegatio eſt odioſa, quia † derogat 5
ordinariæ. Sed in tali delegatione non deroga-
tur illi, ex quo res ampliùs non ſpectat ad ordi-
narium, cùm reuocata ſit ad curam principis, vt
not. c. vt noſtrum. de appel. nam tunc delega-
tio eſt fauorabilis, vt concludunt Mod. in c. pru-
dentiam. §. j. in princ. ſuprà, de offic. deleg. Item
D & generaliùs, quamuis delegati iuriſdictio ſit o-
dioſa & ſtricta, non tamen excluduntur conne-
xa, ſicut in ea veniunt etiam ea, quæ faciunt rem
commodiùs fieri, vt not. Mod. in c. præterea. in
ij. not. de offic. deleg. & in l. ij. ff. de iur. om. iud. et
probatur in c. de prudētia. de donat. inter vir. &
vxor. & vide text. in c. j. de ſequeſt. ¶ Not. quòd *Notab. III.*
papa, vel princeps non poteſt parte non citata
cauſam definire: iſtud probatur ex verbo, nō po-
teſt. quod abnegat omnimodo potētiam, vt not.
E in c. j. lib. vj. de reg. iur. latè Aret. & Iaſ. in l. Gal-
lus. in princ. ff. de lib. & poſthum. Iſtud intelligit
Ioan. And. de poteſtate ordinaria: ſecus de abſo-
luta, vt hìc per Abb. Aduerte: qui illa gl. in c. j. de
regul. iur. lib. vj. non videtur vera, per c. quantò.
vbi Abb. j̃. de præſum. quem text. ibi ponderat
Abb. ad idem adduco text. in l. iij. iuncta gl. C. de
dolo malo, & c. non poteſt. ij. q. vij. & c. non po-
teſt. xxiij. q. iiij. & eſt text. & gl. in c. literas. in gl.
in verbo, non poteſt. infrà, de reſtit ſpol. Et per
F hæc iura ego teneo, quòd illa gl. & opin. Abb. hìc
non ſit vera, & propterea concludo, quòd † imò 6
poterit princeps condemnare aliquem parte nō
citata. Non obſtat text. cum gl. in l. fin. C. de legi.
quia loquitur de ea ſententia, quæ tranſit in vim
legis, in qua requiritur maior ſolennitas. Non
obſtat tex. in clem. paſtoralis. in verſ. nunc præ-
dicta ſuppletio. quia loquitur de ordinaria pote-
ſtate: nos de abſoluta, vel etiā de ordinaria: dic,
quòd quādo princeps aliquem condemnat hoc
modo, præſumitur in eo caſu, & ſic, q̃ ipſe ſcie-
bat con-

bat condemnatum deligere, & ſic illi erat noto-
rium:facit text.in c.cùm olim. de re iud. & Abb.
hîc.Sed in d.cle.paſtoralis.non potuit eſſe noto
rium:ergo, etc. Vel dic, quòd princeps poteſt
condemnare, ſed Papa poterit retractare illam
ſententiam,arg.c.nouit. de iudic. & eorum,quæ
not.Inno.in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. vbi
vult,quòd ſi princeps ibi abſtulerit actioné fun-
datam in iure naturali, poterit implorare offici-
um ſuperioris, vt manu regia tibi faciat iuſtitiá, A
l. ij.in princ.ff. de origin. iur.& ita limitatur gl.
in l.quoties.C.de prec.Imp.offer. Et ex hoc ha-
bes aliam declarationem ad tex. in verbo, non
poſſumus.intellige, irreuocabiliter: quia pote-
rit ſucceſſor reuocare, arg. eorum, quæ ponit
Bald.in c.j.in fin.in verſic.extra not.qui feud.da
re poſ. Et ad ſuprà dicta, an valeat ſententia ſine
citatione facta per principem? vide Iaſ. vbi ali-
quando dixi, in l.Gallus. §. & quid ſi tantùm.ff.
de lib.& poſthum.Iaſ.in l.fin.C.vnde leg.qui vi- B
detur tenere opin.Abb.hîc.Poſſet hîc quæri, an
intruſus debeat citari? de quo Ludouic.Rom.&
Card. conſuluerunt contraria, vt hîc per Mod.
7 ¶In quantum Abb.hîc concludit,quod †præ-
ceptum iuſtificatum, *Si ſenſeris te grauatum*, etc. ſi
pars compareat, operatur vim ſimplicis citatio-
nis:aliàs contra: hæc eſt communis opin.vt latè
per Alexan.& Iaſ.in d.l.de pupillo.l. meminiſſe.
ff.de oper.noui nun. Sed aduerte,quia ille text.
probat contrarium, vbi quamuis compareat, C
tamen non poteſt perſequi ædificationem: ergo
non eſt ſimplex citatio. Sed ad hoc reſpondet
ibi do. Iaſ. poſt Raphel. quòd illud ibi eſt, quia
præceptum nunciationis, ſiue iuſtum,ſiue iniu-
ſtum tenet, l. j. ff. de op. no. nunt. Sed aduerte,
quia iſta ſolutio non eſt bona. nam bene verum
eſt, quod nuntiatio fit, ſiue quis iuſtè ædificet:
ſiue non:ita loquitur d.l.j. ſed quod præceptum
iniuſtum teneat, lex non dicit,& eſſet iniquum:
quare poteſt contra Abb.& communem conclu- D
8 di, quod † tale præceptum operatur plus, quàm
citatio, quando illud plus non eſſet magni præ-
præiudicij:facit, quia ratio Doctorum, cur nun-
tiatio debet fieri, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, non mi-
litat in caſu noſtro,ſcilicet in præcepto, quando
quis comparet. nam ratio eſt in odium contu-
macis, vt veniat parére iudici, prout dicit Lud.
Rom.in l.j.§.j.& Iaſon in princ.d.l.j.ff.de op.no.
nunt.iſta ceſſat in noſtro caſu. Cætera circa hoc
præceptum vide per Lud.& Mod.in d.§.memi- E
niſſe.in §.curare.Inſt.de act.vbi And. & Iaſ. ¶In
gloſ.j. cur cauſa poſſeſsionis dicatur momenta-
nea,ratio aſsignata hîc per gl. & Abb. non vide-
tur bona,per fundamenta Bald.hîc qui dicit, di-
ci momentaneam non propter potentiam, ſed
reſpectu proprietatis,vt hîc per eum.Nota tamé
ex hac gl.& gl.in l.momẽtaneę.C.qui legit. per-
ſon.ſtan.& l.vnica.C.ſi de moment.poſ.fuer.ap.
9 quòd † res denominatur ab habitu, nõ ab actu:i-
dem colligitur ex doctrina Abb.hîc.In contrariũ F
facit,quia imò conſideratur actus, non habitus,
ſecundum Bal.Paul.Caſt.Alex.Are.Iaſ.in l. Gal-
lus. §. videndum.ff.de liber.& poſth.vbi dicunt,
10 q † qñ eſſentialiter aliquid non pendet.licet po-
tentialiter ſic, dicitur non pendere. Sed in hoc
contrarium tenet ibi Bart.eſt longa quæſtio, ibi
dixi latè in iij.not. & facit, quæ ponit Iaſ. in l. ij.
C.de inoff. teſt. in prin. & facit etiam in contra-
rium, quòd not. Socin. in l.Stichum, qui meus.
ff.de leg.j.

# De iureiurando.

## *Rubrica*†.

1 *Probandi modus varius.& num.2.*
3 *Iuramentum releuat ab onere probandi.& num. 4.*
5 *Iuramentum quid ſit.*
6 *Qui promittit ſub fide ſua,minus affirmat quàm per religionem vel Deum,& tamen talis dicitur iuraſſe.*
7 *Licet quoad Deum nõ ſit differentia inter promiſsionem iuratam,& eam,quæ fit per præſtationem fidei, & eodem modo promiſſor ſit aſtrictus, tamen grauius punitur qui iurauit.& num.8.*
9 *Fides quid ſit.*
10 *Si quis promiſerit per fidẽ Chriſti,non eſt dubium quin iſtud ſit iuramentum.*
11 *Ipſum credere hominis verſus Deũ non eſt aliquid ſacrum,licet fides in ſe ſit res ſacra.*
B 12 *Verba debent intelligi ſecundum declarationem eius, qui protulit.*
13 *Iuramenti ſpeciem eſſe,ſi quis dicat, Aſſero per fidẽ meã, & in verbo veritatis.*
14 *Qui affirmat ſub periculo animæ ſuæ,dicitur iurare.*
15 *Idem eſt dicere, Promitto ſub periculo animæ,ac ſi dicatur, ita Deus perdat vel ſeruet animam meam.*
16 *Qui per ſalutem propriam vel filiorum vel principis affirmat, dicitur iurare.*
17 *Si ex aliqua regula quorundã monachorũ conſtitutum ſit quòd non iurent niſi dicendo, Crede mihi, iam talia verba inter ipſos monachos habent vim iuramenti.*
18 *Aſſertio iurata poteſt dirigi etiam aduerſus partem, & tamen iuramentum ſemper dirigitur verſus Deum.*
19 *Verba iuramenti licet dirigantur verſus partem, tamen intentio & effectus ſunt verſus Deum.*
20 *Verba non ſunt de neceſsitate iuramenti.*
21 *Mutus poteſt probare teſtimonium.*
22 *Quando ſemel iuratũ eſt non eſt in facultate iurantis extendere primum iuramentum ad aliquid aliud, quod prius non compræhenderetur. & num.23.*
24 *In matrimonio lex requirit verba.*
25 *Iuramentum & ſacramentum eſſe ſynonima.*
26 *Sacramentum videtur eſſe quod ſupra ſacrum fiat, puta altare, reliquias & libros euangeliorum.*
27 *Iuſiurandum quid ſit.*
28 *In iuramento an ſit neceſſaria tactura ſcripturarum. & nu.29.*
30 *Lex vbi requirit corporale iuramẽtum, tunc debent tangi ſcripturæ. Diſtingue ut nu.34.*
E 31 *Solennitas leuis omiſſa, actum non uitiat.*
32 *Periurium tantò grauius eſt, quanto illud, per quod iuratur eſt magis ſanctum.*
33 *Iuramentorum formam conſuetam attendi ſatis eſt.*
35 *Clerici nunquam tenentur iurare tactis ſcripturis.*
36 *Iuramentum non dici niſi ſcripturæ tactus interueniat, non eſt ſecundum veritatem, ſed ſecundum vulgum.*
37 *Propter iudicis præſentiam, & taciturnitatem partis, omnia præſumũtur ſolenniter acta.*
38 *Dictio, Et cætera, includit ea, quæ ſunt de natura & ſubſtantia actus.*
*Ibid. Stante conſuetudine quod notarij ſcribant, Titius iuratus, &c. per locum à conſuetudine generali præſumuntur ſeruata ſeruanda.*

CONTINVATVR rubrica ſecun-
dum omnes hîc: quia ſuprà tracta-
tur † modo probandi, qui eſt vari- 1
us, & quandoq; fit per teſtes, quã-
doque per inſtrumenta, aliquando
etiam ex præſumptione legis: ſequitur vt de eo



videamus, qui fit per iuramenti delationem, in-
frà, eod.c. fin. & meritò ſubiicitur hîc rubrica.
2 Sed tu aduerte:† qa iſte titulus principaliter tra-
ctat de iuramento quod interuenit in contracti-
bus,non autem de eo, quod ſuccedit loco pro-
bationis,vt dicũt Paul.de Caſt. & Iaſon in rubri.
ff.eodem. vnde continuatio non eſt bona, quia
debet referri ad naturam tituli principaliter,nõ
ad incidentia. arg. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert. A
pet.& quod habetur in c.quamuis.in glo.de pa-
ctis.in ſexto. & in ſimili hoc tenet Abbas in con
tinuatione rubricæ,infrà tit.j. Potes aliter conti
nuare: quia ſ. viſum eſt de prẹſumptiõibus,quẹ
releuant ab onere probandi.l.ſi tutor petitus.v-
3 bi gl.C.de peric.tutorum.& † iuramentum etiã
reſeruat ab onere probandi.l.eũ qui.ff.eod. Qui
enim probat aliquem per iuramentum affirmaſ
ſe,non compellitur veritatem facti aliàs proba-
4 re,† quia pro iuramento præſumitur.l.v.§. dato. B
& ibi omnes notãt. ff.eodẽ.gl.in c. ex reſcripto.
infrà eod.meritò ergo fuit ſubiecta hæc rubrica.
Quærit Abbas,quomodo definitur iuramen-
tum?& refert varias definitiones,de quibus per
eum,& ſunt ſuſtentabiles:& in effectu hoc con-
5 cludunt,† quòd iuramentum eſt dictum Deo au
tore,vel pro religionis atteſtationem affirmatũ.
& ita etiam ſentit Bald.in l.ij.ff.eod.quem refe-
runt hîc moder. Sed contra hanc definitionem
oriuntur plures difficultates. Prima eſt,in qua
6 vidi pluries in practica dubitari:nam † qui pro- C
mittit in fide ſua,minus affirmat,quàm per reli-
giõem vel Deum,& tñ talis dicitur iuraſſe, quia
proteſtatio fidei,eſt ſpecies iuramẽti, prout de-
clarat Abbas in c.ad aures.per illum text. ſuprà
quod met.cauſ.& probat in c. peruenit. ij.ſ.eo.
infrà de fideiuſſ.Idẽ tenet Archidiac.xxij.quẹſt.
in ſumma.glo. in c. querelam. ne prælat.vic. in
c.ij.de ſponſal.in c.ex literis.de conſtit.in glo.j.
& alibi ſæpe.Et idem videntur tenuiſſe Io.And.
& Ant.de Butr.in c.ex tempore. de arbit.Alexã. D
& Iaſ.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.Ang.Alex.
& Iaſ.in l.iij.§.iurari.ff.eod. Sed in contrariũ vi-
detur eſſe gl.in c. penult. in gl.final.infrà eod. q
7 licet velit,† quòd quoad Deum non ſit differen-
tia inter promiſsionem iuratam, & eã quæ fit p
præſtationem fidei, & eodem modo promiſſor
ſit aſtrictus,per tex.in c.iuramenti.xxij.quẹſt.v.
ſubdit tamen,quòd grauius punitur qui iurauit.
Et ſic manifeſtè vult,quòd qui fidem ſimpliciter
præſtitit,non dicatur iuraſſe. & idem etiam ſen E
tit gl.in c.conſtitutus.de tranſact. & iſtud etiam
voluit Imol. in d.c.ex tempore.& Bur.in d.c.ad
aures.qui poſt antiquos dicit, quòd præſtatio fi
8 dei ſit iuramentum,& † quod æquiparantur, &
poſſunt intelligi ſecundum gl.in d.c.penult. Et
probatur hæc opinio etiam in c. commiſſum.in
frà de ſponſalib.& tenuerunt Cynus & Bal.in l.
nec non.§.item ſi quis.ff.ex quibus cauſ. maior.
vbi inferunt ad quæſtionem de milite, qui pro-
conſenſum: imò adeſt conſenſus, licet per dolũ:
vt declarat Bart. in l. & elegãter. in prin. ff. de dolo. Baldus in §. item ſacramenta. de pace tenen.
in vſib. feud. Sed tamen cõmunis opi. eſt verior:
quia licet ad cognoſcendum, an contractus cui
dolus dedit cauſam, ſit ipſo iure nullus, attendamus an ſit ſtricti iuris vel non, ſecundum com-
F munem opin. tamen quoad iuramentum videtur quòd illud ſit ſemper bonæ fidei, † quę in eo 14
debet exuberare, cùm principaliter ſiat Deo. c.
debitores. ſuprà eod. & hoc ſuadet reuerentia
iuramenti, vt in ſimili dicit Bald. in d. §. item ſacramenta. in vlt. colum. in ij. q. Communis eſt 15
concluſio, † ꝙ metus ipſo iure non annullat iuramentum: vnde non tolleretur, niſi petita abſolutione. c. j. & c. verum. ſ. eod. Nec obſtat quòd
iſte tex. æquiparet dolum & metũ, ſicut textus in
c. quamuis. de pact. in vj. quia ſatis eſt æquiparatio



ratio procedat, quoad quid, & reſpectu effectus:
16 vnde verbum, † non obſeruari, poſitum in textu
noſtro, reſpectu doli intelligitur ipſo iure, reſpectu metus intelligitur petita abſolutione. argu.
gl. in l. ij. ff. de offic. proconſul. & ſecundum opinionem antiquorum. Nec etiam obſtat text. in
auth. ſacramenta puberum. dum dicit eſſe nullius momenti: quæ verba videntur importare, ipſo iure: quia omiſſa reſponſione Ioan. Imol. hîc,
conſtituentis differentiam inter ius ciuile & ca- A
nonicum, prout etiam fecit Paul. Caſt. & aliqui
moder. in d. auth. reſpõdet Abb. poſt Vincẽ. per
illum tex. limitari hanc concluſionem, vt nõ ꝓcedat quando lex expreſsè reſiſtit cõtractui, ꝓut in caſu iſtius tex. & d. c. quamuis. Sed tu aduerte, quia non eſt verum quòd in caſu d. authẽ.
ſacramenta. lex reſiſtat contractui, quia loquitur
etiam in metu adhibito maiori iuranti, vt ibi pa
17 ter: vnde melius eſt dicere ꝙ illa verba, † nullius
momenti, quoad maiorem intelligantur ſecun- B
dum diſpoſitionem legis, & ſic in effectu, prout
fit in l. quæ in carcerem. ff. quod met. cau. Aliqui
tamen moder. tenent contra prædictam rationẽ
18 Abbatis, etiam quoad text. noſtrũ: † qa qualitas
quæ non conſideratur à iure, non immutat naturam diſpoſitiõis. l. j. C. de legit. hæred. Bald. in c.
j. de gradi. ſucceſſ. in feud. quæ ratio eſt leuiſsima, quia imò ius canonicũ etiã conſiderat hanc
qualitatẽ: quia etiã talis videtur fundus dotalis, vnde non põt alienari: & licet alienetur cum iuramẽ C
19 to, ſi † tamen iuramentum metu interueniat, illa
reſiſtentia, quam lex faciebat coniuncta metui,
annullat ipſo iure iuramentum. & iſtud eſt qđ
20 voluit Abbas. Nota quartò, † iuramentũ in præiudicium tertij non cõfirmat alienationem fundi dotalis. Sed dubium eſt de quo tertio veriſimiliter textus intelligat. Et glo. primò intelligit
de præiudicio creditorum ipſius mulieris: & ſi
intelligamus reſpectu hypothecæ, caſus non habet difficultatem: quia res trãſit cum honore & D
onere ſuo. ca. ex literis. infrà de pign. Si verò intelligamus, quòd mulier cum iuramento, anteq̃
fundus eſſet dotalis, prius promiſiſſet alteri vendere, adhuc iſta alienatio non confirmaretur: quia
21 prior creditor † poſſet cõpellere mulierem ad
vendendum, quæ propter iuramentum præcisè
tenetur, ſecundum Abbat. Imol. & Doct. in c. veniens. ſuprà eod. ſequuntur Butr. & Imol. hîc.
Secundò gl. intelligit de præiudicio filiorũ: ꝙ
præiudicium eſt conſiderabile quibuſdam caſi- E
bus. Primus eſt, quando maritus vergit ad inopiam, ita quòd periculum eſt, ne filij ali non poſ
22 ſint. Nã † cum aliunde non habeant, debent ali
de re dotali. l. alimenta. C. de neg. geſt. & habetur in l. Neſennius. ff. eod. Nec obſtat ꝙ propter
iſta alimenta non habeant filij hypothecã, vt habetur in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in nouiſsimo. ff. ſolut. matr. Rom. cõſi. cccclxiiij. in re præſenti. & ideo non videtur, cùm poſsint agere cũ
tertio qui emit: quia cùm lex iſto caſu non cõfir- F
met contractum, remanet quoad eos nullus, vnde ratiõe ſui intereſſe dicunt de nullitate. & intelligitur ꝙ not. Ioan. Fab. Inſtit. quibus alienare licet vel non. in prin. & latius hîc per Imol. in
vj. col. Secundus caſus, quando mulier nõ haberet vnde aliter legitimã filiis relinqueret: nã
cùm eis legitima in bonis maternis debetur, ſi †
23 alienetur, ſit eius præiudiciũ. & hoc ſentit Butri.
hîc in vlt. col. In quo rñ Imo. dicit eſſe diſtinguẽdũ, an alienatio facta ſit titulo lucratiuo, & ꝓcedat dicta cõcluſio, tanq̃ donatio ſit inofficioſa. l. C. Cùm contingat.
j. C. de inoff. don. & iſto caſu donatio erit nulla
ipſo iure: qa cũ ꝓpter præiudiciũ filiorũ collatur effectus iuramenti, remanemus in terminis legis
Iuliæ, † ꝙ ipſo iure annullat alienationẽ fũdi do- 24
talis. Aut alienatio fit ex cauſa oneroſa, & tunc
videretur ſecus, vt habetur in l. j. C. ſi quid in fraudẽ
patro. & j. de teſta. c. Raynutius. per Bar. in l. hæreditariarum. ff. de bon. auc. iud. poſſ. Sed tu aduerte, quia Io. And. & Ioan. Cald. ſatis admittũt,
quòd in caſibus in quibus filij habent ſpem ꝓbabilẽ, per talẽ alienationẽ non fiat eis præiudicium: ſed filij in hæreditate matris videntur habere ſpem probabilẽ. l. ſcripto. ff. vnde. lib. l. fi. C. de
iu. codi. l. nec ei. §. præterea. ff. de adopt. l. iij. ſed
vtrum. ff. de iniur. & eſt verior opinio, vt per Riminal. in l. fi. C. de pact. & hoc ſaltẽ † reſpectu le- 25
gitimæ, in qua habetur pro creditoribus, vt per
mod. in l. filiusfamil. §. diui. in prima char. ff. de
leg. j. vnde videretur ſatis agi indiſtinctè de præiudicio ſuo, ne minuatur legitima. d. §. præterea.
Nec obſtat ſi diceret, ꝙ eſt eis cõſultũ in pretio,
vt in eo poſsint habere legitimã: quia reſpõdeo,
ꝙ niſi conſtaret de vera numeratione, † ſola con- 26
cõfeſsio matris nõ præiudicaret, vt latè per Iaſ.
in l. ſi arrogator. col. xij. ff. de adopt. & in l. j. col.
ij. ff. de eo per quem fac. erit. Præterea ſi accidat
quòd mulier diſsipet pretiũ, apparet manifeſtũ
præiudicium filiorum, qui cùm prius ſecuri eſ-
C ſent in fundo dotali, & ſic in re quæ ſui natura
non poterat alienari, amplius ſecuri non ſunt.
Facit etiam in arg. l. qui tuto. C. de adminiſt. tut.
& l. prædia. C. de præd. minor. Vnde puto generaliter quoad filios, ex † tali alienatione nõ fieri 27
præiudicium filiis: quod eſt de mente text. qui
generaliter loquitur, & gloſſæ. Tertius caſus
eſt, quando filii haberent ius in tali fundo principaliter: puta, quia ſubſtituti eſſent ab auo per
fideicommiſſum, vel alio modo. Caſus non ha-
D bet difficultatem. Subdit tamẽ Imol. quòd hoc
non ꝓcederet quoad legitimã debitam ipſi matri, in qua † ſubſtitutio ab auo facta non extẽdit. 28
l. fi. §. filiæ. vbi Bar. ff. de leg. ij. Sed quid ſi mater,
vt prodeſſet filiis ſuis aduerſus emptorem, renũtiaret legitimæ? licet enim ipſo iure de legitima
onus deducatur, tamen procedit ita demũ, ſi filius velit. l. ſcimus. vbi Bar. l. omni modo. C. de
inoff. teſtamen. Sed puto quod vẽdendo videatur
agnoſcere legitimam, nec poſsit amplius nocere emptori, qui aliter deciperetur, per tex. in l. ſi qs E
domum. §. penu. ff. loca. Barr. in l. gerit. in v. col.
ſiue vj. ver. ſi verò nõ poterat facere vt dominus.
ff. de acqui. hæred. Alex. conſi. xciiij. in penu. col.
in ij. & quod not. Deci. in conſi. lxxxj. in primo
dubio. Tertiò principaliter poteſt intelligi iſte tex. de præiudicio mariti: & quando fundus
eſt ipſi traditus, non eſt dubium ꝙ eſt dominus,
& competet ſibi rei vendicatio aduerſus emptorẽ. † Sed pone vxorem promiſiſſe, ꝙ daret talem 29
F fundũ marito ſuo in dotẽ, deinde nõ dedit, ſed
vendidit cum iuramẽto, &c. Puto ꝙ maritus ratiõe ſui intereſſe poterit dicere de nullitate. Nã
prohibitio alienationis fundi dotalis nõ fit ſimpliciter propter vxorem, ſed etiam propter fauorem mariti, vt dicit Bar. in l. ſi quis in tantam. C.
vnde vi. in iij. col. ſequitur Ale. cõſi. lxxxviij. in iij.
col. in iij. volũ. Et videtur quòd hoc caſu ſuccurratur marito contra emptorem, per actionem in
factum ſubſidiariam, ex quo contra eum aliud
effectuale remediũ nõ competit. l. ſancimus. C.
de ſacro-

de ſacroſan. eccleſ. per gl. in §. fi. Inſtit. de inter-
dict. Bar. in l. j. ff. de cõdict. ex lege. Iaſ. in §. actio-
num. Inſtit. de act. Quo verò ad filios, Imol. dubi
tat hîc, & dicit videri quòd mater ipſa poſsit cõ
30 ueniri, ex quo† propter præiudicium filiorũ ni-
hil operatur iuramẽtum. vnde cùm actus ſit nul
lus, poteſt quis contrauenire cõtra pactum ꝓ-
prium. c. cùm laici. ĩ. de iure patro. Bart. in l. poſt
mortem. ff. de adopt. Abb. in c. noſtri. s̃. de elect.
Felin. in c. ij. col. iij. de except. Alex. conſ. cxxiij.
diſcuſsis in iij. col. in primo. Sed tamen non vi-
detur hoc de mente tex. qui vult, quòd cùm poſ
ſit mulier, debet iuramentum ſeruare: vnde ve-
rius eſt ipſam non eſſe admittendam, ſed filios,
quibus ſicut in aliis alienationibus competeret
querela, per quam cõtractus redimeretur, l. j. C.
de inoffic. donat. ita in iſta alienatione petent
declarari nullã, ſicut s̃. vidimus, & eſt de mente
But. hîc in fi. Et idem dicendum eſt in creditori-
31 bus, ſiue agant hypothecaria, ſiue reuocatoria,†
tanquam ſi fundum mulier alienauerit in frau-
dem creditorum, alienaſſe videatur, §. item ſi qs
in fraudem. Inſtit. de actio. quæ reuocatoria fa-
ciet declarari actum ipſo iure nullũ, vt hîc per I-
mol. Non obſtat ratio, quòd quis poſsit veni-
re contra actum ſuum, quando eſt nullus: quia
iſtud ꝓcederet, ſi nullitas eſſet introducta fauo-
re ipſius, vel publico. Sed in caſu noſtro iuramẽ
tum non annullatur fauore mulieris, ſed tertij,
vnde ſoli illi admittendi ſunt. l. Creditoribus. C.
de ſer. pign. da. Et ſic conſiderabimus, cuius fa-
uore iuramentũ non operet̃, non aũt ſimplicem
32 contractum. quare videtur† quòd etiam poſsit
intelligi quando ſtatutum eſſet, q̃ mulieres etiã
cum iuramento non alienarent fundum dota-
lem. Nam vt intelligamus ſtatutum in caſu lici-
to, videt̃ faciẽda interpretatio, q̃ ſicut alienatio
erat prohibita ſolũ in conſequentiam fauore pu
blico, ſtatutũ fauorẽ ſuũ principaliter cõſidera-
uerit, & annullet contractũ tanquã in præiudi-
ciũ ſui geſtũ. l. j. ff. ſol. matr. Et verũ eſt q̃ mẽs ſcri
bentiũ eſt in contrariũ, vt ĩ. videbimus.

NOTA quintò aliquot caſus, in quibus iurã-
33 mentum non operatur effectum. Primus eſt, †in
præiudiciũ tertij quãuis. de pactis in vj. & facit
c. veniens. s̃. eo. Adde, q̃ licet iuramentũ debeat
ſeruari in forma ſpecifica, c. ad noſtram. ). s̃. eod.
ſi tñ nõ agat de prẹiudicio alicuius, põt adimple
ri etiã fictè. vt eſt caſus, quẽ ibi not. Abbas & de-
clarat, in ca. ex parte. ij. ĩ. de cler. non reſid. Item
adde q̃ notat Bal. in c. veniens. s̃. eod. vbi ſi quis
generaliter nemine acceptante nec in manu ali
cuius iuret aliquid, cõtrauenire poterit, † qa nõ
34 tendit in præiudiciũ cuiuſquã, ex q̃ per tale iura
mentũ nullũ ius q̃ſitũ eſt, q̃ eſt notatu dignũ, &
ĩ. attingemus. Et facit, quia quælibet diſpoſitio
intelligit̃ ſine præiudicio tertij. c. veniens. s̃. de
trãſact. & q̃ not. Bal. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr.
& Felin. in c. ſicut. de ſen. excõm. vbi neq;† Car-
35 dinali creditur in alicuius præiudiciũ. Et intelli
ge de præiudicio tertij principaliter, non autẽ
ſecundariò, vt dicit gl. in d. c. quamuis. vnde cũ
hæc alienatio prohibeatur ſecundariò fauore
reipubl. l. j. ff. ſolut. matrimo. eius tamen præiu-
dicium non conſiderabitur, aliàs iſte textus nũ-
quam procederet, & poſuiſſet fallentiam, quæ
euacuaret totam regulam. Et adde text. in l. iij.
§. ſed verum. verſ. nec eo mouemur. ff. de minor.
Et facit quod notat Gemin. in d. c. quamuis. vbi
36 infert† ad ſtatutum, quo cauetur, vt illi in quorũ

præiudicium actus vergit, citentur: vt non de-
beant citari quorum ſecundariò intereſt. de q̊
per Alexand. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic.
& conſil. clvj. incip. ſtantibus. in ſecundo. Secũ 37
dus caſus eſt,† quando iuramentum non poſſet
adimpleri ſine diſpendio ſalutis æternæ, vt hîc.
& in d. c. quamuis. nam tunc non eſſet ſeruan-
dum. Et iſte caſus comprælendit iuramentum
contra bonos mores naturales, & etiam alioqui
A eſt valde generalis, de quo videbimus in diſcur
ſu materiæ. Et procedit etiam ſi de veniali pec
cato tãtùm ageretur, quia ſatis eſt quòd vergeat
in peiorem exitum, vt eſt tex. xxij. q. iiij. c. ſi ali-
quid. & videbimus ĩ. in vlt. notab. Tertius ca-
ſus eſt, †quãdo aliqua cauſa noua ſuperueniret: 38
nam tunc licitum eſt contrauenire iuramento.
c. cùm inter. s̃. de renunt. c. ad noſtram. s̃. l. fin. vbi
moderni. ff. qui ſatiſd. cogan. Quartus caſus eſt†
in actu voluntario, in quo prætor non habet red 39
B dere ius: nam in tali caſu licebit contrauenire,
& act⁹ tenebit, licet incurrat periurium. c. ſicut.
ĩ. de ſponſalib. c. mulieri. infrà eod. Ioan. Andr.
in regula, quod ſemel. de reg. iur. in vj. vbi tenet,
quòd quamuis aliquis iurauerit non reuocare
teſtamẽtum, nihilominus poterit reuocare. Se-
quuntur Doct. in l. ſi quis in princ. teſtam. ff. de
leg. iij. Quintus caſus eſt,† quando aliquid im- 40
moderatè præcipitur. c. quintauallis. s̃. eo. Sex-
tus caſus eſt, quando ei qui iurauit, non ſeruatur
C fides, vt in c. ſeq. in fi. & in c. iij. ſuprà eod. de quo
per Ioan. Andr. & Imol. hîc in gl.

NOTA ſextò, quòd alienatio fundi dotalis
propter iuramentum ſuſtinetur,† quæ aliàs iure 41
communi eſſet nulla. c. licet mulieres. eod. titul.
lib. vj. Limito hanc concluſionem,† quãdo mu 42
lier prius iuraſſet non alienare: nam ſecundum
iuramentum deinde non tenebit, ſed ſeruabitur
primum, vt dicit gl. in d. c. licet mulieres. & vide
tur ꝓbari in c. intellecto. ĩ. eo. Et facit ratio iſtius
D tex. nam aliàs mulier peccaret, vel veniret con-
tra primum iuramentum: vnde actus inducens
peccatum non debet habere tale priuilegium,
vt contractum à lege prohibitum confirmet. &
illam gl. ſequuntur ibi Doct. & latè attingit Imo
la hîc in nono membro principali, cum concor.
in l. duob. §. fi. ff. eo. & mod. in l. pacta nouiſsima.
C. de pactis. Aduertendum tñ eſt, quia tex. in d.
c. intellecto. non probat hanc concluſionem, ex
quo loquitur, quando primum iuramentum re-
E ſpiciebat publicam vtilitatem principaliter, vi-
delicet ne fierent alienationes in præiudicium
rei. Sed caſus noſter eſt, quando iuramentum
principaliter reſpicit priuatã vtilitatem: & ideo
facilius deberet tolli. Sed quia ratio videtur in
vtroq;† caſu militare, nõ eſt recedẽdum à com- 43
muni opinione. Habet tamen hęc cõcluſio tres
notabiles reſtrictiones. Prima eſt, vt habeat lo-
cum in terminis noſtris, videlicet quando in iu-
ramento habet conſenſus diſpoſitionis iuris cõ-
F munis: aliàs ſi † prius iuramentum ſit contra ius 44
commune, valebit actus factus contra eum. c. di
lecto, de præbend. c. ſicut. infrà de ſponſ. gl. in c.
fin. in verb. reuocamus. de procur. in vj. Ioan. An
dr. in d. regula, quod ſemel. Bartol. in l. omnes
populi. in iij. quæſt. princip. ff. de iuſtit. & iur.
verſ. circa tertium. & ita declarat Ioann. de Imo.
hîc, & in l. cùm vir. ff. de vſucap. & Alexand. con
ſil. lx. ponderatis. in iij. Quam reſtrictionem tu
ſic declara. Quñ mulier alienat fundũ cũ iuramen
to; clarum eſt quòd alienatio de ſe non tene-
ret,



45 ret, propter prohibitionem legis: † ſed quia ac-
ceſsit iuramentũ, iſte tex. eam confirmat: tenet
ergo cõtractus ille, propter vim iuramenti: ſed ſi
prius cõtrarium iuratum fuerit, iſtud ſecundum
iuramentum offuſcatur & eliditur à primo: vn-
de remanemus in terminis iuris, & ſic vt cõtra-
ctus ſequens non teneat, ex quo cõſequutus eſt,
46 quòd ſi† aliquis iurat non cõtrahere contractum
à lege permiſſum, deinde cõntrahat, contractus
reſoluitur ad terminos iuris, & ſic tenet, licet il-
le incidat in periurium. & ita procedunt notata
in d. c. dilecto. & c. ſicut. cum ſimil. Secunda re-
ſtrictio eſt, & ponitur per Bal. in l. duobus. §. fi. ff.
eod. & in c. veniens. in fi. s̃. eod. vt non procedat
quando primum iuramentum nõ fuit præſtitũ
alteri, ſed ſibiipſi: nam tunc ſeruabitur ſecundũ,
ex quo per primum nemini fuit quæſitum ius.
arg. l. ſi repetẽdi. C. de condict. ob cau. & l. filius-
famil. §. diui. ff. de leg. j. ſequitur Alex. in d. conſi:
xvj. Sed idem Alex. in d. l. duobus. §. fin. dubitat
de hoc dicto: quia gl. in d. c. licet mulieres. fun-
dat ſe illa ratione: quia primũ iuramentũ eſt lici
tum, ſequens illicitum, ergo primum debet at-
tendi. facit c. tua nos. ſuprà eo. Confirmo hãc o-
47 pinionem: nam † iuramentum etiam ſibiipſi fa-
ctum prnicipaliter videtur directum Deo. c. de-
bitores. s̃. eo. & per Bar. in l. ſi quis pro eo. per il-
lum tex. ff. de fideiuſſ. vnde debet poſſe accepta-
ri quandocunque à quolibet abſente cuius in-
tereſt, gl. in c. quoties. j. q. vij. per Felin. in c. ſi cau
tio. col. vij. de fide inſtru. vnde poſſet fortè pro-
cedere opinio Bal. quando nemo eſſet cuius in-
tereſſet, præter ipſam mulierem. Tertia reſtri-
ctio eſt valde notabilis: quando ille in quem fa-
cta eſt alienatio, ignorabat de priore iuramento
contrario: nam non videtur illud primum mu-
lierem obligaſſe in præiudicium tertij probabi-
liter ignorantis. arg. iſtius text. & c. veniens. de
tranſact. & l. ſi vnus. §. ante omnia. §. de pactis. Et
ita tenet Ioan. de Imol. in l. cùm vir. in pen. char.
ff. de vſucap. Ioã. Fab. in §. j. quibus alie. nõ licet.
Alex. in d. conſil. Sed tu aduerte; quia contraria
opinio videtur verior: nam ſi conſideremus ra-
48 tionem iſtius tex. † alienatio cum iuramento te-
net, non fauore ipſius in quem alienatur, ſed qa
iuramentum ſine peccato ſeruari poteſt: vnde
ſi non poſſet, ceſſat ratio iſtius tex. Hæc ignoran
tia contrahentis conſideratur in hoc contractu,
cuius naturę lex reſiſtit. l. quemadmodum. C. de
agric. & cẽſ. libr. xj. vnde ſibi imputet emptor, q̃
diligenter non requiſiuerit, an ſecundum iura-
mẽtum eſſet tale, quod ſine peccato ſeruari poſ-
ſet, an verò aliud præceſsiſſet. & iſtud mihi vide
tur verius, & ſentit Imol. hîc col. lxxxvij. Bene fa
teor, quòd ſi mulier illud primum iuramentum
præſtitiſſet animo circumueniendi emptorem,
tunc eſſet ſecus: quia tali caſu diceretur peccaſſe
in primo iuramento, q̃ doloſe fecit, vt aliũ deci-
peret. Et in iſto caſu procedit prædicta reſtri-
49 ctio: † in dubio autem dolus nõ præſumitur, ſed
ex coniecturis prudens iudex eum deprẹhẽdet.
l. dolũ. C. de dolo. Nota vltimò differentiã in-
ter ius canonicum & ciuile. Nam de iure ciui-
li alienatio fundi dotalis quãuis iuramento val
lata, non valet: quia iuramentum contra legem
eo iure eſt inefficax. l. nõ dubiũ. C. de legi. qđ ĩ.
declarabit̃. & hoc tenet gl. in auth. ſi qua mulier.
C. ad Velleia. Sed etiã in foro ciuili hodie ſerua-
bitur ius canonicum. d. c. licet mulieres: eod. tit.
50 in vj. Et ratio eſt, quia in† materia iuramẽti, ſem-

per ius canonicũ attẽdimus. Et hinc infert Io. C. Cùm con tingat.
de Imol. hîc, vbi inter ſe iura diſcrepant, qd ob-
ſeruandũ ſit. In quo articulo regula eſt, q̃ in ſuo
foro quodlibet ſeruatur, vt eſt gl. in c. ij. de arbit.
in vj. Fallit primò in terris ſubditis tẽporaliter
Romano pontifici, quia in illis ſeruatur ſemper
ius canonicũ c. ſi duobus. §. fi. ĩ. de appel. vbi om
nes notant, & ideo in eis appellabitur ab inter-
locutoria. c. ſup eo. de appel. l. ij. ff. de appel. reci
A pien. Non habebit locũ inſtãtia principalis, de
qua in l. properandũ. C. de iudi. & habet̃ in c. pe
nu. s̃. de iudi. nec poterũt ſubditi cõdere ſtatuta
aduerſus ciuitatẽ, ſecũdũ opinionẽ Abb. de qua
in d. c. ſi duobus. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. s̃.
de cõſtit. Sed tu aduerte: qa iſtud procederet, ni
ſi eſſet aliter expreſſum fœderibus, quæ ciuitas
cũ pontifice haberet. l. non dubito. ff. de capti. et
poſtlim. reuer. l. j. ff. de pact. Item, niſi ciuitas eſ-
ſet à pontifice acquiſita; nã tũc trãſit cũ legibus
B qbus prius regebat̃, vt per Bar. in l. ſi cõuenerit.
§. nuda. ff. de pig. act. Alex. cõſ. clj. in ij. vol. Andr.
Sicul. cõſ. iiij. col. vj. & vij. in ij. vol. Fel. in c. tranſ
lato. de cõſtit. Fallit ſecũdò in† materia ſpiritua 51
li, quia tũc in foro ciuili etiã ius canonicum attẽ
dimus, vt in d. c. licet. & habetur in l. priuilegia.
C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ideo vbi agitur de pec
cato, ſemper illud ius attendimus, vt eſt regula,
poſſeſſor. de reg. iur. in vj. quia intelligitur, etiam
ſi de peccato veniali tantùm agatur, ſecundum
C Imol. in c. ſi. poſt Butr. in j. col. ĩ. de præſcript. v-
bi adducit ſimile de iuramento, quòd † non ſolũ 52
ligat quando nutrit peccatum mortale, ſed etiã
quando veniale. quia ſatis eſt q̃ in deteriorẽ ex-
itum animæ conuerti poſsit. xxij. quæſt. iiij. c. ſi
aliquid. gl. & Doct. in d. c. quamuis. de pact. in vj.
Butri. & Imol. in c. verò. ſuprà eod. & ſuprà teti-
gimus. Sed quicquid ſit de hoc dubio ſimili, prę
dicta cõcluſio eſt dubia, vt per Alex. in l. in alia.
§. eleganter. in prima colũ. ff. ſolut. matrim. de q̊
D dixi in Paradoxis lib. v. cap. iij. Hæc inferebat Ia
cob. Butrig. in quadam diſputatione, quam po-
nit Ioan. And. in addit. Specul. tit. de ſucceſſ. ab
inteſtat. §. j. col. iiij. verſ. & quia de gradib. quòd 53
† ſtatutum imponens pœnã contrahentibus nu-
ptias in quarto gradu, intelligitur de gradu ſe-
cundum ius canonicum, non autem ſecundum
ius ciuile: quia tale ſtatutum cùm loquitur de
cauſa ſpirituali, id eſt, matrimonij, deberet de-
clarare ſecundum ius ciuile. ſequitur Alexan. in
E l. ſi auię, in fi. C. de ſucceſſ. edict. per quam de-
ciſionem conſuluit Decius conſ. clviij. quòd au-
thent. inceſtas. C. de inceſt. nupt. habebit locum
quoad pœnas in ea poſitas, etiam in eo qui con-
trahit inceſtas nuptias, ſecundum ius canoni-
cum, licet ſecundum † ius ciuile non ſint ince- 54
ſtæ, vt etiam tenuerunt Cardinal. Abbas & Præ-
poſit. in c. & ſi neceſſe. circa fin. infrà de dona-
tion. inter vir. & vxor. Signor. de Homod. conſi.
xxx. incip. factum. Sed tamen contrarium mi-
F hi videtur verius, vt pro hoc tenuit Anchara. cõ
ſil. cccxcij. in primo. Cald. conſilio vlt. de con-
ſang. & affinit. Gemin. conſilio lxxj. incip. Ti-
tius. colum. fin. Nec obſtat prædicta deciſio:
quia ſtatutum loquens de matrimonio, bene po
tuit habere reſpectum ad ius canonicum, † quod 55
vigebat ante ſtatutum: ſed d. authẽtic. inceſtas.
nõ, quia tẽpore illius auth. nõ erat adhuc con-
ditum ius canonicum, vnde Imperator non po-
tuit habere reſpectum ad canones: imò tunc
vendicabat ſibi iuriſdictionẽ, etiam ſuper ſpiri-
tualibus,

tualibus,vt patet in titu.de ſacroſanct. eccleſ. &
tit.de epiſc.& de hæret. cum ſimilibus. Expe-
ditis notabilibus,antequam deueniamus ad gl.
Abbas format oppoſitum contra literam. Nam
reſpectu donationis propter nuptias, videtur q̨
fruſtra quæratur de validitate iuramenti,quoad
56 mulierem,†cùm ſoluto matrimonio, ipſa agere
non poſsit: imò dominium rerum donatarum
reuertitur ad virum.c.final.j̄.de donat. inter vir.
& vxor. Soluit Abbas duobus modis. Primò,
quia poſſumus intelligere text.quando illa do-
natio perpetuò pertineret ad vxorem, puta vi-
gore pacti vel conſuetudinis. quæ ſolutio in ſe
eſt vera,ſed diuinare videtur,& extrinſecus præ
ſupponit iſta quæ ſunt facti, nec præſumuntur.
l.in libello.§.factæ.ff.de captiuis. Secundò ſol-
uit,quòd agebat hypothecaria, tanquã illæ res
donatę eſſent hypothecatę pro dote.Et quia ex-
cipiebatur quòd vendiderat, replicabat vendi-
tionem non valere. Ex qua ſolutione infertur,
57 quòd † mulier conſentiens marito alienãti rem
donatam propter nuptias, non ſolùm præiudi-
cat ſibi quoad dominium, quod quidem cõſtan
te matrimonio ipſa habet,authen.donationem.
C.de iure dot.ſed etiam quoad hypothecã, quæ
extincto dominio in ea re ſibi orta fuiſſet, iuxta
auth.ſiue à me.C.ad Velleia. & declarat Bald. in
auth.præmiſſa.in ſecunda ſolutione. C. de don.
ante nupt. Quod quidem dictum eſt valde no-
tabile,& prima fronte videbatur oppoſitum, tũ
quia ſatis erat ſi iuramentum præiudicaſſet ſibi
quoad dominiũ quod ipſa in eis bonis donatis
habebat argum.l.mater.C.de rei vend. tum etiã
quia iuramentum non debet trahi ad ius ſuper-
ueniens,ſicut eſt hypotheca, quæ poſt ſolutum
matrimonium incipit oriri, vt videatur verior.
facit c.ad noſtram.j.s̄.eo.c.cùm inter.s̄.de renũt.
58 & videmus in ſimili:quia†ſi filia renuntiat hære
ditati paternæ cum iuramento, tale iuramentũ
non per hoc facit quòd cenſeatur renuntiatum
legitimæ.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de in-
offi.teſtamen.Aretin.in l.j.§.ſi quis ita. colum.v.
ff.de verb.oblig.& ibi plura ſimilia adduxi, per
59 quæ probaui †ſatis eſſe ſi iuramẽtum aliquid o-
peretur,abſque eó quòd ampliet contractum.c.
penult.j̄.eod.Paul.de Caſtr.conſil.ccxlij. in vlti-
mis verbis. Confirmatur,quia ſi mulier iurauit
non contrauenire contractui agendo hypothe-
caria,non videtur contrauenire:quia contractus
tenet,licet poſſeſſor pignus liberare teneatur.l.
ſi.C.de luit.pignor. Sed tamen deciſio Abbatis
60 eſt verior:quia†mulier conſentiendo alienatio-
ni extinguit etiam ius ſuũ,vt habetur in l.ſi fun-
dum per fideicommiſſum.ff. de legat.j. Et licet
hypotheca dominij ſuperuenerit,tamen quia e-
rat in ſpe certa tempore contractus, videtur de
ea quoque actum,vt habetur in l.j.per Bartol.C.
de pact. Quod fortiùs procedit, ſi teneamus opi
nionem quorundam, qui dixerunt hypothecã
durare etiam conſtante matrimonio,& concur-
rere cum dominio,de quo per Bald.in d. authẽ.
præmiſſa.& in d.auth.ſiue à me. per moder. in l.
neque pignus.ff.de reg. iuris.& facit ad ſupradi
cta l.vendicantem.ff.de euict.

IN GLOS. magna formantur multa contra-
ria,in quibus apparet,iuramentum non firmare
contractus,quib. lex reſiſtit,vt in l.ſi quis inqui-
linos.in fin. ff.de legat.j. in l.adigere.de iure pa-
tronat.in l.non dubium.C.de legib.& ſoluit gl.
triplicitcr. Primò, quòd aliud eſt de iure ciuili,
aliud de iure canonico:quòd †canonicũ eſt ſer- 61
uandum propter periculum animæ. Quæ ſolu-
tio ſecundum Abbat. eſt in ſe vera, ſed non om-
nino euacuat contrarium. Sed tu aduerte: quia
ſi lex ciuilis reprobat iuramentũ ex rationabili
cauſa,videtur quòd non obſeruando illud non
peccet,ex quo lex quoad† remiſsionem iuramẽ 62
ti,habet vim apoſtolici, vt dicit gl. in d.l. adige-
re.cum concord.per moder.in l.fin.ff.qui ſatiſd.
A cog.ſed de hoc infrà dicetur. Secunda ſolutio
gl.eſt,q̨ iſte text. debeat intelligi, qñ mulier nõ
poteſt aliunde ſibi conſulere:nam tunc iuramẽ-
tum non teneret. Quæ ſolutio ſecundum Dd.di
uinat ad iſtum tex. & confunditur per d. c. licet
mulieres.& d.c.quamuis.vbi dicitur, quòd om-
nino iuramentum debeat obſeruari. Suſtinẽdo
hanc ſolutionem, poſſet dici quòd imò non di-
uinat,ex quo tex. excipit caſum,†quando alteri 63
oriretur præiudicium. Sed quando mulier aliũ-
B de non habet dotem, oritur præiudicium iuri
publico.l.j.ff.ſol.matr. Et licet iſtud ſit in conſe
quentiam,tamen vbicunque fauor publicus ve
niens in conſequentiam non poteſt ſeparari à
priuato, iudicamus de eo tanquam principali-
ter de publico.l. pen. C. de pact.vbi Bar.ita de-
clarat per l.de die.& l.Attilicinus. de pactis do-
talib.Et facit, quia lex Iulia eſt fundata ſup præ-
ſumptione quam habet in fragilitate muliebri:
vnde licet text.conſcientiæ non curet præſum-
C ptiõem legum,vt dicit Io. And. in c. qui fidem.
de ſponſal.& dixi in c. nouit.s̄. de iudi. † tamen 64
debet curare veritatem quãdo apparet, vt quia
cõſtat mulierẽ alibi nõ habere vnde nubat. Nec
obſtat c.licet.quia remittit ſe ad iſtũ text. & lex
quæ procedit relatiuè ad aliam, recipit omnes
modificationes,quas alia habet,vt per Bartol.in
l. nihil.ff.de coniũg.cum emancip.lib.in l. præ-
tor.§. erit.ff.vi bon.rapt. Et quãuis in c. quãuis.
ſit dictio præciſa,tamen refertur ad terminos iu
D ris.l.penult.vbi moder.C.de pact.Aret.in c.qua-
liter.ij.in vij.col.j̄.de accuſ.Et ſic iſta ſolutio te-
neri poteſt,quæ eſt valde rationabilis,licet com
muniter Doct.hîc eam non teneant. Tertia ſo
lutio eſt,quòd lex ciuilis in caſib. contrariis eſt
prohibitiua ex cauſa perpetua,ſed in caſu noſtri
tex.non:quia †donatio propter nuptias, cõſen- 65
tiente muliere,iterum poſt bienniũ poteſt ſim-
pliciter alienari.d.auth.ſiue à me.Ideo nõ eſt ir-
rationabile, q̨ iuramentum operetur effectũ ſe-
E cundi conſenſus,& moræ temporis. Sed iſta ſo-
lutio ab omnibus reprobatur, quia non poteſt
procedere quoad exemplum de dote:in ea eñ
eſt perpetua cauſa prohibitionis,vt not.in d.au-
then.ſiue à me.& probatur l. etiam. ff. de fund.
dot.Item confutatur per tex.in d.c.ſignificante.
de pigno.vbi quamuis ſubſit perpetua cauſa ꝓ-
hibitionis, iuramentum tamen ſeruandum eſt.
Ex iſta tamen ſolutione infertur,quòd†iuramẽ- 66
tum operatur vim geminati conſenſus: vnde
F ſicut iuramentum geminatum parit actionem,
l.j.§.debitum.ff.de conſtit.pec.ita pactum iura-
tum,vt dicit Matheſ.not.ſuo xxxvj. de quo me-
minit Rom.in l.j.in prin.ff. de verb.obli.& Bar.
in l.ſi quis pro eo. in vj. caſu. ff. de fideiuſſ.& vi-
debimus poſitum j̄.in vltima col. Quarta ſo-
lutio ponitur hîc per Abb. conſiderantem qua-
tuor caſus principales, & imitãtem doctrinam
Barto.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſor. qui po-
ſuit iſtos quatuor caſus, deinde ſex alios, quos
etiam Abb. infrà proſequitur, licet confuſe: &
eoſdem



eoſdem caſus ſequuntur Ioañ. de Ligna. Ant. de
But. & Imol.hîc:& ideo nos etiam eũ ſequemur
ampliando dicta Abb.per ordinẽ,et in locis ſuis.
Primus caſus eſt, quando prohibet aliquid pro-
67 pter bonos mores conſeruandos, & † tunc iura-
mentum in contrarium nõ confirmat actum,imò
etiam iuramentum corruit,& eſt ipſo iure nullũ;
68 c.non eſt obligatorium.de reg.iur.in vj.Et ideo†
iuramentum tollens liberam voluntatem teſtã-
di,non valet. l. ſtipul. hoc modo. de verb. oblig.
69 Item † pactum de hæreditate viuentis propter
votum captandæ mortis.l.fin.C.de pactis. Item
70 † pactum per quod libertas matrimonij tollere-
tur.l.Titia.ff.de verb.oblig.in prin. c.gemma.de
71 ſponſalibus.Item † pactũ de re turpi vel inhone-
ſta.l.generaliter.& l.ſi plagij.in Pãd.Flor.incipit
ſi flagitij.ff.de verb.oblig.Addit gl. & Bar. in ad-
dit.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.matr. quo maritus
renũtiaret beneficio legis, vt poſsit inſolidum
ab vxore conueniri: eſt enim contra bonos mo-
res,vt dicitur in illo text.Cuius argumẽto infer-
72 tur,idem eſſe in†pacto quo debitor ſe obligat ad
carceres,& renuntiat ceſsioni bonorũ, vt tenet
ibi Bart.& videtur magis cõmunis opinio, tan-
quam iſtud ſit contra naturalem libertatem ho-
minum, ex quo obligare ſe ad carceres, eſt quæ-
dã ſpecies ſeruitutis.l.j.& ij.ff. de hõ. lib. exhib.
l.Titio cẽtum.ff.de cond. & demon. Sed hoc vl-
timum exemplum ego non puto verũ, nec text.
in d.§. eleganter.probat hoc:quia loquitur inter
illas perſonas,quæ iure naturali debent ſibi mu-
tuum amorem& reuerentiam: & hoc etiam con-
trarium tenent hîc Imol.& Alex.in d.§.elegãter.
Sed dubium eſt,quomodo intelligamus pactum
eſſe cõtra bonos mores.Et Abbas hîc dicit intel-
73 ligi de† bonis moribus naturalibus,qui ſunt im-
mutabiles.Põtes exemplificare ſecundum Bald.
74 in l. pactum. quæſt. xviij. C.de collat. quando †
quis paciſceretur non alere parentes vel liberos,
75 vt in c.cùm quidam.s̄.eod.in fin.Idem † in pacto
inducente delictum, vel per quod aliquis inui-
taretur ad delinquendum. l. conuenire.ff.de pa-
76 ctis dotalib. Et ex hoc conſequens eſt, q̨† ſi iu-
ramentum ſit cõtra bonos mores iuris artificio,
quod tunc erit ſeruandum per iura canonica.ita
procedit c.quãuis.de pactis in vj.& melius text.
in c. ſignificante.de teſtib. & tradit Alex. conſil.
clvij.incip.viſo inſtrumento.in vlt. colum. in ij.
niſi aliter per cãones ſit reprobatũ, vt per Ioann.
And. Hoſtieñ. & Imol. in c. quemadmodum. in
gl.in verbo,vel oculos.s̄. eod.Ioã.tamẽ de Imol.
hîc videtur velle, quòd quando lex dicit aliquid
etiam contra bonos mores, tamẽ niſi reperiatur
idem eſſe diſpoſitum iure canonico, quòd iura-
mentum contractum confirmat, & præciſe in-
fert ad l.ſtipulatio hoc modo. Sed mihi videtur
77 ſatis quòd † lex canonica approbet,ciuilẽ,quan-
do eã nõ reprobat,iuxta notata in c.j.j̄.de nõ.op.
nun.Nõ eſt ergo diſtinguendũ inter legem ciui-
lem & canonicã, ſed an boni mores ſint fundati
ſuper ęquitate naturali,per viam cauſæ proximę
& immediatæ: quia ſecus eſſet ſi per cauſam re-
motam, vt apparet ex d. c.ſignificante. & tradit
Abbas conſil.xcv.quędam. in ij. col.in ij. vol. &
78 in hoc primo caſu concludunt Doct. quod † iu-
ramentum eſt ipſo iure nullum,ita quòd non eſt
opus abſolutione. d. c. nõ eſt obligatoriũ. & ita
tradunt hîc omnes.Sed aduerte,quia in cõtrariũ
79 vrget text.in d.c.cùm quidam.in fin.s̄. eod. vbi †
qui iurauit non colloqui cum patre, nec illi ſub-
ſidiũ ferre, debet petere abſolutionẽ. Et intelli- C. Cùm con tingat.
gere ad cautelam,vel de abſolutione facti, prout
faciũt vbi Doct.nõ videtur realis intellectus, put
in ſimili dicit Abb.in c.ij.verſ.xiiij.verſ.item ad-
uerte.s̄. de ordi. cognit. Secundò in contrarium
facit, quia quando quis iurat nõ reuocare iura-
mentum,tale iuramentũ eſt cõtra bonos mores,
ſecundum quos ambulatoria eſt hominis volũ-
tas vſq; ad mortem.d.l.ſtipulatio hoc modo.& † 80
A tamen contraueniens dicitur periurus, & debet
petere abſolutionẽ, licet actus cõtrarius teneat.
ſecundum Io.And.in reg.iur.quod ſemel.de reg.
iuris.in vj.& hæc opinio eſt verior & cõmunior,
vt per Imol.hîc, &per Alexandr. in d.l. ſtipula-
tio.in iij.col.quicquid dixerit Bart.in l.ſi quis in
principio teſtamenti. in vlt. col. s̄. de legat. iij.
Tertiò facit, quia eſt contra bonos mores quòd
matrimonia non ſint libera.d.l.Titia. & tamen† 81
iuramentum de contrahendo matrimonio cum
B aliqua, niſi ſeruetur, reddit contrauenientem
periurum, & opus eſt abſolutoria. dict. c. ſicut.
& c.ex literis Syluani.j̄.de ſpõſal. Vnde ego pu-
tarem diſtinguendum: quia aut illi boni mores,
contra quos interponitur iuramentum,ſunt fun-
dati ea ratione naturali, quòd aliter agens eſt in
manifeſto peccato, vt ſi quis iuraret hominem
occidere vel aliter delinquere,& procedat com-
munis concluſio, & iuramentũ ſit ipſo iure nul-
lum.d.c.non eſt.& xxij.quęſt. iiij.c.inter cætera.
C & c. ſi aliquid. j. in fin. Aut & ſecundò ſunt fun-
dati ea ratione,non quòd tunc cõtrafaciens pec-
cet,ſed quia dubitatur de futuro peccato, & tũc
videtur quòd iuramẽtum teneat, licet abſolutio
præſtanda ſit. Cùm enim prohibitio ſit propter
præſumptum peccatum, quod de facili poſſet
euenire,iſta pręſumptio in foro animę quam ſer-
uamus in iuramento, non eſt attendenda: quia
† in foro conſcientię non curamus præſumptio- 82
nes, ſecundum Ioan. And. in c. is qui fidem. de
D ſponſal.& ponunt moder.in c.nouit.s̄. de iudic.
& ideo iuramentum ipſo iure tenet. Sed quia e-
tiam lex canonica approbat eas prohibitiones,
per quas peccata quę fieri poſſent,euitentur,cõ-
cedenda eſt abſolutio. & ita intelligo exemplũ
d.l.fin.C.de pact.& l. conuenire. ff. de pact. dot.
Aut & tertiò,†iuramentum non inducit pecca- 83
tum manifeſtum, ſed peccatum aliquo caſu ex-
cuſabile, &tunc abſolutio petenda eſt. d. c. cùm
quidam. in fi. Ille enim qui iurat non loqui cum
E patre, nec ſubſidium illi exhibere, non iurat rẽ
omnino iure naturali enormem:quid enim ſi nõ
indigeret? nec peccat mortaliter, ex quo poteſt
eſſe aliquis caſus ſeu cauſa, in qua ita iurans ex-
cuſaretur, vt declarat Bal.poſt Archid.in c.fin.s̄.
de pact. Nec obſtat tex. in c. inter cætera. quia
ibi erant verba apertiora in malam partem. Aut,
& quartò, † boni mores non ſunt fundati pro- 84
pter euitãdum peccatum,ſed propter aliam vti-
litatem, & putarem requiri abſolutionem per
F not.in l.ſtipulatio hoc modo.&ita intelligo etiã
tex. in d.c.ſicut.& in d.c.ex literis Sylu. Sed Im.
dicit hîc, quod quamuis cõtra bonos mores ſit,
vt matrimonia non ſint libera, iſtud intelligitur
reſpectu pœnæ additæ promiſsioni.d.l.Titia. &
d.c.gemma.nõ autem ſimpliciter.Sed quicquid
dicat Imol. opinio Bart. quam ſequitur Butr.
hîc, eſt verior, per c.requiſiuit. de ſponſ. decla-
rando vt ibi. Et ex s̄.dictis infertur, quod † licet 85
pactum Muſicorum de eundo de nocte ad cantã
dũ ſub feneſtra amaſiarũ,ſit cõtra bonos mores,

ſeruandum moder.in l.pacta. §. meminiſſe per il-
lum tex.ff.de iureiur.tamen quia directè non ſo-
nat in delictum, ſi iuramentum acceſſerit,debet
peti abſolutio: quod nota. In aliquibus tamen
partibus ex conſuetudine non eſt contra bonos
86 mores. Secundus caſus eſt, † quando lex pro-
hibet aliquid ꝓpter fauorem publicum princi-
paliter, & tunc actus non firmatur iuramento.c.
ſi diligenti.circa fi.ſ.de for.comp.l. ij.& l.quem-
admodum.C.de agric.& cenſit. lib. xj. Et ratio
eſt, quia ius canonicum remitti nõ poteſt.l. ius
publicum.ff.de pact. Et iuri quod pro ſe intro-
ductum eſt, quis renunciare non poteſt. c. ad
apoſtolicam.ſ.de regularibus,ſecũdum Abb.hîc.
& cum iſta cõcluſione tranſeunt omnes.in d.l.ſi
quis pro eo. & Io. de Ligna. Butri.& Abb. hîc.
Cald.conſil. ix. ſub tit. de iureiur. & videtur in-
dubitata concluſio. Solus Io. de Imol. hîc di-
cit, quòd cùm in iuramento attendatur ius cano-
nicum, ſeu forum, licet lex ciuilis prohibeat ali-
quid principaliter fauore publico, non ſequitur
quòd lex canonica idem faciat.arg.notatorum
per Io.And. & Hoſtieñ. in c. quemadmodum.in
87 gl. ſuprà eod. Vnde concludit, † quòd imò iura-
mẽtum erit ſeruandum etiam hoc caſu, dummo
do non vergat in diſpendium ſalutis æternæ.
88 Et hinc infert, quòd † iuramentum per quod
prorogatur inſtantia, valebit, licet fauore publi-
co ſit prohibitum.l. properandum. C. de iudic.
Item iuramentũ quod quis interponit in aliena-
tione ſerui adſcriptitij, licet talis contractus ſit
fauore publico prohibitus.d. l. ij. C. de agric. &
cenſ. Item in exemplo Bar. quando ſtatutũ fauo
re publico introduxit, quod debens frumentũ li-
beretur, certam pecuniȩ ſummam ſoluendo pro
corbe. & ſic de ſimilib. Sed ego non cenſeo re-
cedendum à communi opin. quia ratio Doct.vi-
89 detur cõcludẽs. † Cũ enim aliquid ſit interdictũ
fauore publico, non eſt in poteſtate priuatorũ il-
li derogare, etiã cũ iuramẽto. nec lex canonica
diſpoſitioni ciuili in hoc aduerſatur, imò cõſen-
tit, vt patet in hoc textu, dũ negat iuramentũ te-
nere in prȩiudiciũ tertij: vnde ſequiť vt nõ tene-
at in præiudiciũ iuris publici, quando illud eſt
principaliter in cõſideratione: & in tali caſu non
requiri abſolutionẽ, firmat Abb.hîc in pen. char.
Sed dubium eſt, quãdo dicatur lex principaliter
prohibere in fauorẽ publicum. In quo dic, quòd
90 quando agitur de † commoditate pecuniaria
patrimoniali, in dubio videtur reſpicere fauo-
rem priuatũ, & in conſequentiam publicum.l.ij.
in fin.& ibi Bart.ff.ad municip.& idẽ ſentit Bart.
in l.j.pen.col.ff.ſol.matr.& fa.l.iij.§.fin.ff. de lib.
lega.& ibi Bar.quam ad hoc ponderat Aret.con-
ſil.ij.in vlt. col. Fallit quando coniectura aliqua
eſſet quòd potius publicam vtilitatẽ conſidera-
ret, vt in ſtatutis concedentibus immunitatẽ fo-
renſibus, qui venirẽt in ciuitatem ad habitandũ:
91 non enim eſt veriſimile, † voluiſſe ſtatuẽtes con-
ſulere forenſibus, tanquã forenſibus & priuatis,
ſed potius propter vtilitatẽ ciuitatis. & ita pro-
cedit quod not.Alex.in l.j. in ij. col. ff. ſol. matr.
Fall.ſecundò, quando ſtatutum expreſſe diceret
ſe facere propter vtilitatẽ publicã, vt in caſu ſta-
tuti cuius meminit Bar.in d.l.ſi qs pro eo.in quo
erat præfatio, vt ciuitas abundaret ciuibus ſeu
92 agricolis, & c. Putarem tamen, † quòd ſi iſte fauor
publicus in veritate non ſubeſſet, licet ſtatuẽtes
ita dicerent, quòd eſſet ſeruandũ iuramentum:
aliàs eſſet aperta uia ad reducẽdum iuramẽtum
ad modicum effectum, quod an ſtatuentes face
re poſsint, ĩ.videbimus: & in iſto caſu procede-
ret opin. Io. de Imol. Fall. tertiò, quando lex
quoad vniuerſum principaliter reſpicit vtilita-
tem publicam, licet etiam particulariter poſsit,
vt in caſu poſito per Bart. in l. ambitioſa. in iiij.
col.ff.de decret.ab ord.fa. veluti quando ſtatutũ
fit ideo, vt rixæ & iniuriȩ ceſſent: nam licet ini-
micitiæ tendant principaliter ad damnũ priua-
A torum, inſpecto ordine naturæ: inſpecto tamen
iuris intellectu, videtur etiam principaliter per-
tinere ad rempub. Idẽ in quibuſdam alijs exem-
plis ibi relatis: & in iſto caſu videtur etiam quòd
iuramẽtũ nõ cõfirmet: quia militat dicta ratio,
ne prȩiudicet iuri publico. Et ex hoc ſequitur, † 93
q̊d in caſibus in quibus de vtilitate priuata prin-
cipaliter tractatur, & in conſequentiã de publi-
ca, poteſt lex interpretari ſuam vtilitatẽ princi-
palem eſſe, & iuramentũ in cõtrarium nõ tene-
B ret. Sed tamen in iſto caſu fortè eſt verior opinio
Imolȩ, quia † in iuramẽto attendimus forum ue 94
ritatis & conſcientiæ, non autem interpretatio-
nem legis, vt per Io. Andr. in d. c. is qui fidem.
Niſi dicas iuramentum tenere, ſed abſolutionẽ
debere concedi, ex quo lex canonica non vult
prȩiudicare, tertiò, vt ſuprà dixi dum reſpõdi ad
l.penult.C.de pact. Tertius caſus eſt principalis,
quãdo lex prohibet contractum fieri principali-
ter fauore priuato, licet in conſequentiam reſul-
C tet fauor publicus: & tunc † iuramentum tenebit, 95
& firmabit contractũ. & ita intelligitur hic tex.
in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduerſ. vend. & c.
quamuis.de pactis.in vj.& ita tenent communi-
ter Doct.Ratio iſtius doctrinȩ eſt ſecundũ Abba.
quia iuramentũ quæriť principaliter Deo, & lex
humana vel canonica non vult neque poteſt in
fauorem priuatum impedire talem obligationẽ.
c. debitores.ſ.eo.c.ad apoſtolicam. ĩ. de regula-
ribus. c.qui poſt uotum.eod.tit.lib.vj.
D Sed iſtã ratio ita ſimpliciter intellecta non eſt
vera: quia eã attenta, idem eſſet quando prohi-
bitio fieret principaliter fauore publico: nam &
tunc non poteſt impediri obligatio quærenda
Deo. Item infert aliquid ad confirmationem cõ-
tractus, vnde ſecundum hanc rationẽ ſatis eſſet
ſeruare iuramẽtum, iuxta c.debitores.ſ. eo. licet
contractus non conualidaretur, quod eſt contra
cõmuuem opin. Vnde verior eſt ratio, quod iura-
mentũ cõfirmat † cõtractum, dummodo nõ ſit in 96
E præiudicium tertij; vt in hoc text. vnde non cõ-
firmat quando eſt contra publicam vtilitatem
principaliter, quia illi tanquam tertio præiudi-
caret. Sed quando eſt ſolùm fauor publicus in
conſequentiam, tunc lex canonica de eo non cu-
rat, cùm is cuius principaliter intereſt, renuntia-
uerit, & in conſequentiam non oriatur magnum
præiudicium iuri publico. & ita eſt de mente gl.
& Doct.in d.c.quãuis. & quod dixi ſ.in v.notab.
& quod tradit Abb.conſil.xcv.in ſecundo.
F Limitatur hæc concluſio, vt procedat quan-
do contractus eſt prohibitus, & lex verba prohi-
bitionis concedit in rem: ſecus ſi præciſe reſiſtat
perſonæ, ne contrahat: nam tunc † ſi contrahe- 97
rent, peccarent, quia non obedirent legi: & om-
nis anima quæ non paruerit principi ſuo, morte
morietur.c.ij.ſ.de maior. & obed. Vnde iuramẽ-
tum in actu inducente peccatum, non debet va-
lere, prout in ſimili per gl. in dict. c. licet mulie-
res. de quo ſ. dixi in pen.notab. ita dicit elegãter
Bar.in d.l.ſi quis pro eo. & in d.authen. ſacramẽ-
ta. & auth.



ta. & auth. decernimus. C. de arb. quã ſequiť Io.
Cald.hîc, & conſil.ix.ſub hoc tit.& Anch.hîc: &
idem tenuit Butr.hîc, licet mutauerit opin.ſecũ-
dũ Imol. Idem tenuit Angel.in d.l.ſi quis pro eo,
& in cõſil.clx.incip.domina Catharina. & vide-
tur ſequi Butr.in c.ij.de maior.& obed.& ibi Fe-
lin.in l. cùm aliqua declaratio eſt. & idem etiam
And.Sicul.conſil.xj.in vj.col.in j. vol. Decius in
c.nam concupiſcẽtiam, de conſtit. & dicit Imol.
hîc, & Butri. & Alex. in d. authen. ſacramenta
pub. q̃d iſta opinio cõmuniter approbatur per
Legiſtas, per prædictam opin. ſiue rationẽ. Con-
trariũ diſputant latè Abbas & Ioan.de Imol.poſt
antiquos hîc, & eſt cõmunis opin. concludens,
ſecundum quam cõſuluit diffuſe Alex.vbi addu-
cit decẽ fundamenta pro iſtã parte in conſil. xx-
vij.in j.& in alijs locis relatis per Iaſ.in d.auth.ſa
cramẽta. & ad rationẽ Bart. reſpondent Doct.va-
rijs modis. Primò reſpondet Butri. quòd quãuis
verba ſint prohibitiua perſonæ, tamen ex quo
98 principaliter actus tendit in eius fauorẽ, † lex vi-
detur potius præcipere, cõſulendo ipſi: vnde cõ
traueniẽs peccat. l.cùm pater.§.ij.ff.de leg. ij. cũ
ſimil. Et hanc reſponſionẽ ſequũtur omnes hîc,
& Paul.de Caſtr. & moder. in d.auth.ſacramẽta.
& in d.l.ſi quis pro eo.& etiã Alex.in d.conſil. &
eſt reſpõſio canonizata à Doctorib. Sed mihi vi-
detur valde abuſiua: quia ſi eſſet lex conſilij, etiã
abſq; iuramento poſſet illi renuntiari: vnde cum
videamus legem præciſe reſiſtere, ridiculũ eſt di
cere, quòd fecerit hoc conſulendo. facit q̃d no-
tat Bart.in l.legis metus,ff.de legibus. Secundò
reſpondet Abb. quòd non eſt verum quòd con-
traueniens tali caſu peccet: quia cùm lex illud in
troduxerit ad eius cõmodum, non videtur fuiſ-
ſe ſuȩ intentionis eum illaqueare peccato. l. q̃d
fauore.ff.de legib. Quæ ſolutio eadẽ ratione cõ-
funditur: quia nõ ſimpliciter lex hoc introduxit
in commodum iurantis, ſed etiam in cõmodum
iuris publici, licet in conſequentiam: nec reli-
quit actum in arbitrio ipſius, quod ſatis oſtẽdit,
99 ei præcipiendo. Nec ipſa † lex prohibitiua eum
illaqueat peccato, ſed lex diuina, quæ mandauit
vniuicuiq; ſubdito, vt pareret principi etiã ſȩcula-
ri, vt dicũt Card.Butr.& cȩteri in d.c.ij. Et ſic tol-
luntũ multa verba, quȩ hîc effundit Ioan.de Imol.
Tertiò reſpondet Abb. quòd dato quòd contra-
ueniens peccaret, non debet permitti vt contra-
ueniat, quia iterũ peccaret cõtraueniendo ſacra-
mento.c.etſi Chriſtus.ſ.eod. xxij. q. j. c. monet.
Quæ reſponſio confunditur per doctrinam gl.in
d.c.licet. allegatã, & per Bart. Nec obſtat d.tex-
tus, quia ibi iuramentũ nõ continebat rẽ illicitã,
licet facta eſſet modo illicito videlicet per dȩmo
nes. Sed in caſu noſtro cõtinet rem illicitã, vnde
nõ debet obſeruari, quia eius obſeruatio eſt ꝓ-
100 hibita à lege, † & vltra prohibitionem legis adeſt
peccatũ, per quod effectus iuramẽti offuſcatur,
prout dixi ſuprà in pen.notab. Quartò reſpon-
det Ioan.de Imol. quòd contraueniens legi, ita
demum peccat mortaliter, ſi ſit lex diuina ponti
101 ficis, nõ autẽ ciuilis: † quia illa nõ poteſt alligare
animam alicuius. c. decernimus. ſ. de iudi. & e-
tiam requiritur quòd ſit tale præceptũ, quòd ſui
natura obliget ad peccatum, quia in contem-
ptum non obediat, vt idem tenet Imol.in d.cap.
ij.vbi Feli.refert. Sed hæc reſponſio & ipſa non
102 eſt bona, quia cõmunis opinio eſt, q. † cõtraueni-
ens ꝓhibitioni legis etiã ciuilis, mortaliter pec
cat.d.c.ij. & probatur in c.ſolitæ.eo.tit. & xj. q.
iij. c.qui reſiſtit.& c.Iulianus.& ita dicunt Card. C.
Abb.& cȩteri in d.c.ij.& c.nam concupiſcentiã. Cùm con-
de conſtit.& non poteſt negari, quin cõtraueni- tingat.
ens dicatur contemnere, quando lex præciſe
eius perſonam prohibet.l.non dubium.C. de le-
gi. l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ.lib.xj.
Quintò reſpondet Alex.in d. conſil. xxvij. quòd
licet lex prohibeat perſonam, tamen talis pro-
hibitio † non trahitur ad caſum iuratum: quia 103
A non videtur de mente legis eſſe, vt comprȩhen-
deret talem caſum.arg.gl.in c.cùm nõ deceat. in
gl.fin.de elect.in vj.& quia lex ciuilis non poteſt
diſponere ſuper actu iurato, vt per Bart.in l. om-
nes populi.in iiij.quæſt.princi.ff.de iuſtit.& iur.
cum multis concord. Sed etiam hoc non pla-
cet, quia ſtatutum generaliter prohibet perſonã
ratione certi effectus, vnde videtur prohibita
quælibet via, quia militat vt verba & ratio legis,
iuxta l.adigere.ff.de iur.patro.hoc eſt quod not.
B Paul.de Leaz.& Domin.in d.c.cùm non deceat.
vbi Papa reuocando ſtatuta: cenſetur etiam iu-
rata reuocare, quia non exigitur mentio modo-
rum, per quos ſtatuta conualidentur: ſed ſatis eſt
ex generalitate ſermonis ea quoque poſſe conti-
neri: & ſatis fateor, quòd ſtatuta non debent in-
telligi in caſu licito.arg. c. ad noſtram. ij. ſ. eod.
Sed in caſu noſtro non eſt ſtatutum quod annul-
let iuramentum, † ſed lex canonica, imò potius 104
diuina, quæ vult, quòd ſubditi obediant legi a-
C liàs peccent. d. c.ij. Et quòd iuramentum intro-
ducens peccatum non ſeruetur, eſt communis
opinio, ſecũdum tex.in c.intellecto.ĩ.eod.& gl.
in d.c.licet. & ſ. vidimus, quicq̃d tenuerit Abb.
hîc. Sextò reſpondet Corn.in repet.d.authen.
ſacramẽta. quòd quamuis lex prohibeat, & ver-
bis vtatur imperatiuis in perſonam, † nõ tamen 105
per hoc dicitur vim habere præcepti, ita q̊d con-
traueniens peccaret: niſi ſubiecta materia hoc
ſuaderet.per textum in Clemen. exiui de paradi
D ſo.uerſ.item quia præter.de verb.ſig. Sed reſpon
de quòd ſubiecta materia ſatis hoc importat, ex
quo lex præciſe prohibet, non autem ſimpliciter
conſulit: vnde contraueniens ſatis dicitur con-
temnere, vt.ſ.oſtendi. Et ſic apparet, rationem
Bart.veram eſſe, & eius fundamẽtum inconcuſ-
ſum. Non obſtant muta quæ in contrarium ad
ducuntur, tanquam in effectu iſta videatur ver-
balis differentia: quia ſtatutum annullando vel
prohibendo contractum, ſatis dicitur prohibere
E contrahentes.c.qui contra.de reg.iur.in vj. Nec
videtur referre, an verba ad perſonam ſint dire-
cta, ſed ſatis eſt ad quem diſpoſitionis diriga-
tur effectus. l.cum pater.§.donationis.ff. de leg.
ij.facit l.j.C.de cupreſsis.libr.xj. Nam ad hoc re-
ſpondetur ex mente Butrig.& Imol.hîc, † quòd 106
licet lex prohibens alienationem, videatur pro-
hibere etiam perſonas contrahere quoad finem
nullitatis, ſecundum d.l.non dubiũ. non tamen
intelligitur prohibere quoad finem, perſonam
F ipſam præciſe iuſſui alligando, vt contraueniẽs
dicatur peccare, niſi verba ad eam expreſſe diri-
gat.arg. notatorum in c. nam concupiſcentiam.
de conſtit.vbi an lex alliget peccato, conſidera-
mus verba, ſi dicatur præcipimus, vel ſancimus
& ſimilia. Sanè plus delinquit in ſpecie, qui per-
ſonaliter prohibitus eſt arg. auth.ſi quãdo. verſ.
ſin autem dixerit. C.de cõſtit.pec.& l. j.ff. de lib.
& poſth. & quia contumax aduerſus citationem
generalem, non dicitur ita contemnere, ſicut
qui ſpecialiter & in perſonam citatus eſt, vt per

Inn.in c. humilis.de maior.& obed. Bal.in auth.
ſi omnes. C. ſi vt ab hæredi. in l. fin. in iiij. q. C.
de edict. diui Adri. toll. & quod in ſimili dicitur
in l.his verbis.§.j.ff.de hæred.inſtit. Sed tu hanc
reſponſionem clarius ex mente Bart. in l. cùm
lex.ff.de fideiuſſ.declara: nam ibi apparet, quod
107 imò talis differentia non eſt verbalis: quia† quã-
do lex prohibet, dirigendo verba in perſonam,
expreſſe eam alligat, vt faciat, ſed quando loqui-
tur in rem, tunc reſiſtit tantummodo obligatio-
ni, vel actioni executionis contractus, non au-
tem reſiſtit perſonæ: vnde meritò in primo caſu
perſona delinquit, non in ſecundo. Et licet in
conſequentiam videatur prohibita perſona cõ-
trahere tamẽ iſtud nõ arguit, q lex ideo velit ino-
108 bedientiæ crimine notare: quę† inobediẽtia per-
ſonã reſpicit nõ rem: & ideo argumenta Imol.&
Doct.nõ ſtringũt contra Bar.dũ adducunt, quòd
minor alienans facit cõtra præceptũ legis. l. nõ
ſolũ.C.de pręd.minor. Item mulier fideiubẽs. l.
j. ff. ad Velleia.Item maritus vendens rem dota-
lem. l.lex Iulia.ff. de fund.dot.& tamen non di-
citur quòd tales contractus iuramento firmetur.
Nam in iſtis caſibus nõ reſiſtit perſonæ, ſed exe-
cutioni contractus, ſicut in Velleiano petitioni
tãtùm, vt apparet ex verbis Sonatuſcõ. poſitis in
l.ij.C.ad Velleia. & declarat Bar.in d. l. cùm lex.
cuius doctrina ibi eſt cõmuniter approbata. Et
licet aliquãdo legatur tales perſonas prohiberi à
109 cõtractu, prout in dictis iuribus, † tamen intelli-
gitur illa prohibitio reſpectu executionis, vel
actionis: quia lex ita deinde ſe declarat, nõ ſim-
pliciter ſeu principaliter reſpectu perſonæ. Et
hoc modo tolluntur omnia, quæ poſſent adduci
in contrariũ, & apparet opinio Bart. defenſata,
quæ iudicio meo uera eſt. Non recedendo ta-
men à communibus, poſſunt conſiderari aliqui
caſus, in quibus ſaltem procederet etiam de mẽ-
110 te Doctor. Primus eſt, † quando lex dirigit ver-
ba in perſonas, & cõſtat quòd prohibitus in con-
temptum legis contraxit: nam tunc non poteſt
negari quin peccet mortaliter, & ideo iuramen-
tum non tenet. & eſt de mente Imol. hîc. Sed ego
teneo quod in dubio præſumatur contẽnere: qa
cùm contrahat aduerſus legem pręciſe cõtractui
reſiſtẽtem, dicitur in mala fide. l. quemadmodũ.
C.de agric.lib.xj. Quæ præſumptio etiã in ma-
teria iuramenti attenditur. xxij.q. iiij. §. illicitũ.
Secundus caſus eſt quando lex vltra prohibitio-
nem mandaret, contractus retractaretur: clarum
enim eſt, quod tũc nõ retractando ex cõtumacia
portarẽt. & ita tenent Raph.Fulg.Paul. & Corn.
in d.auth.ſacramenta pub. Ex quorũ verbis ſatis
111 adparet de mente Doct. eſſe, † quòd vbicunque
peccatum induceretur iuramentum nõ teneret:
licet Abb. allegando c.etſi Chriſtus.hîc velit cõ-
trarium: ſed illi textui reſponde vt.ſ. dixi. Ter-
tius caſus eſt quando tale ſtatutum eſſe confir-
112 matum à Pontifice: † nam tunc petinde eſt ac ſi
ſummus Pontifex feciſſet. l. j. §. omnia. C. de
uet.iur. enul. c. apoſtolicæ. in fin. de donat. per
Alex.conſil.lix.in j.& aliquid tangit Bal.hîc. Et
ideo nõ eſt dubiũ, q̃d cõtraueniens diſpoſitioni
põtificali peccat. & ita ex mẽte Imol. hîc inferũt
aliqui moder. Quartus caſus eſt, quando ſtatutũ
dirigit verba ꝓhibentia ad cõtrahentẽ cũ mino-
re vel muliere: vt qa dicit, nullus audeat cõtrahe
113 re cum minore, &c. nam † cùm tale pręceptũ nõ
fiat fauore minoris vel mulieris, non poteſt dici
quod cenſeatur quoddam conſilium: vnde ceſſat
ratio Butrij, & conſequenter in tali caſu proce-
det opinio Bart. & ita tenet Imol. hîc. Contrariũ
tenet Paul. de Caſtr. in d. auth. ſacramenta pub.
per tex. in c. debitores. ſ. eod. & c. ſignificante.
de pignorib. & not. per eundem Bart. in d. l. ſi qa
pro eo. in quarto mẽbro principali, vbi quando
contractus prohibetur in odiũ creditoris, † iura- 114
mentum ſeruandum eſt. Sed reſponde, quòd ille
caſus eſt valde differens à noſtro. Nam hîc prohi
A bitio eſt muta, licet verba dirigatur in perſonã
creditoris: in illo ſolus creditor prohibet, nõ de-
bitor. Itẽ in noſtro caſu prohibitio eſt in pſonã:
quia lex reſiſtit perſonæ, ne cõtrahat: nõ enim in
illo caſu verba prohibitionis erant, Mutuum da-
te, nihil inde ſperantes: in quo caſu quis peccat
nõ ſimpliciter, quia contraueniat legi: ſed ex na-
tura actus, quæ eſt, vt ſit prohibitus ex parte mu-
tuantis tantum. Quintus caſus eſt, quando vltra
prohibitionem ſtatutũ mouetur ex aliqua æqui-
B tate naturali, & rationabili cauſa: † tunc enim 115
ſine dubio contraueniens peccaret: vnde iura-
mentum non eſſet ſeruandum. ita dicit ſe ſaluare
Bar.Andr.Sicul.conſil. xxj.in ij. colum. in j. vol.
quæ. ſaluatio in effectu generaliter ſuſtinet Bar-
to. quia eſt cauſa valde rationabilis, quòd mulie-
res & minores non illaqueentur iuramentis: &
multi ſunt damnati propter illam auth. ſacramẽ
ta vt dicunt ibi Cynus & Bald.

Succeſsiuè dubitat Abbas, an iſto caſu prin-
C cipali, iuramentum firmet contractum: referet
opinionem, & tandem concludit cum Bartolo
in d.l.ſi quis pro eo. quod ſic. Primò per tex. in c.
quamuis. de pact. in vj. vbi probatur † quòd pa- 116
ctum ſeruandum eſt: & ſic non ſimpliciter de iu-
ramento dicitur. Secundò per auth. ſacramenta.
in verbo, inuiolabiliter. quia iuramentum extra-
iudiciale de iure ciuili non producit actionem.
d.l.ſi quis pro eo. vnde cùm ibi oriatur actio, ſe-
quitur quod oriatur ex contractu: ergo cõtractus
D tenet. Tertiò, quia iura dicunt iuramentum eſſe
ſeruandum, vt in iſto tex. ſed niſi contractus te-
neret, poſſet ſolutum repeti. c. debitores. ſ. eod.
& ſic in effectu non ſeruaretur: alioqui uana eſſet
diſpoſitio iſtius text. & videretur lex impoſita
verbis magis quàm rebus, contra l.ij. C. cõm. de
lega. Et cũ iſta opin. tranſeũt Card. Abbas, Imol.
Anchar. hic, & Feder. conſ. cclxxi. & eſt commu-
nis concluſio etiam apud Legiſtas, in d. authent.
ſacramenta pub. Contrariã opin. tenent Raph.
E Com. in d. l. ſi quis pro eo. Io. Fab. Inſtit. quib.
alien. nõ licet. in princ. Porcus in §. extranei. In-
ſtit. de hęred. quæ ab inteſt. defer. Ioan. de Ligna.
& Butr. hîc, Iaſon in d. auth. ſacramẽta. Et pro
eis videtur hoc fundamentũ vrgere. Nã clarũ eſt,
† qđ ſi iuramẽtum nõ interueniat, cõtractus eſt 117
ipſo iure nullus: ſed quando interuenit ſimpli-
citer, iura dicunt iuramentum eſſe ſeruandũ: &
ſic ſolùm diſponunt de iuramento non autem
de cõtractu, vt apparet in iſto tex. & in dict. au-
F thent. ſacramenta. Secundò, † cùm non reperia-
tur præciſe firmare contractus, debemus ſtare 118
iuri antiquo: & hoc tenendo facilè eſſet reſpon-
dere contrarijs rationibus. Non obſtat d. cap.
quamuis. quia dum dicitur eſſe ſeruandum, de-
bemus facere, † relationem ad iuramentum, non 119
autem ad pactum, vt relatio fiat ad proximiora,
ſecundum not. in l. ſi idem. ff. de iuriſdictio-
ne omnium iudicum. In fine tamen, quia ſequẽs
ratio dicti textus ſubdit, cùm non vergat in di-
raendiũ ſalutis æternę: hoc ſuadet argumentũ c.
& tex.



& tex. ſubſequẽtis, q̃ declarant p̃cedẽtia. l. ſi ſer-
uus pluriũ. de leg. j. Nec obſt. d. auth. ſacramen-
ta. in verb. inuiolabiliter. quia ſolùm loquitur de
ſeruando iuramẽto. Et ratio Abb. non concludit,
dum dicit iure ciuili non oriri actionem ex iura-
mento: quia iſtud non videtur procedere de iure
ciuili nouiſsimè facto ab ipſo Federic. de quo in
d. authen. & Aret. in iiij. notab. Item cùm cõtra-
ctus licet nullus, inducat conſenſum, l. fin. ff. de
rebus eor. & iuramentum illi accedens inducat
120 alium conſenſum, non eſt inconueniens † ex tali
geminato cõſenſu oriri actionem, prout. ſ. dixi-
mus in gloſ. Et dum Doct. dicunt, ex iuramento
extraiudiciali nõ oriri actionem, loquũtur quan-
dò quis diceret, iuro me tibi daturum centum:
vt per Bart. in d.l. ſi qs pro eo. Secus ſi qs promit-
teret, & ꝓmiſsioni adderet iuramentũ. Nõ obſt.
q hoc modo iuramentũ nõ ſeruaret, & lex impo
ſita verbis eſſet: quia iſta obiectio tollit per text.
in d.c. debitores. & d.c. ſignificante. & ſatis eſt ſi
iuramentũ ſeruetur rationibus ſic ſtantibus: ſe-
cus ſi ſuperueniat abſolutio: non enim trahitur
ad caſum ſuperuenientẽ. c. quemadmodũ. ſ. eod.
l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. Et ſic diſputãdo, hæc opinio
poſſet optimè defendi. Et ſi dicas, quę vtilitas eſt
iſtius quęſtionis? Reſpondeo, q ex hac reſultant
121 plures effectus. Primus eſt, † qa vbi mulier obſer-
uauerit contractum, & ſic adimpleuerit iuramẽ-
tum, poterit repetere fundum ab emptore, apud
quem fundus eſſet ſine valida cauſa: quod face-
re non poſſet, ſi contractus firmaretur. Sed iſte
effectus, licet Doct. non aduertant, eſt impoſsi-
bilis in terminis iſtorum iurium, in quibus quis
iurat non contrauenire: quod quidem iuramen-
tum cùm reſpiciat futurum, nunquam habet
implementum: vnde ſi ageret, ſemper poſſet
ſibi opponi de periurio. quod non eſt in caſu d.
122 c. debitores. in quo † iuramentum per ſolutio-
nem ſtatim adimpletur, vt declarat Bar. in d.l. ſi
quis pro eo. Secundus effectus eſt probabili-
or: nam ſi contractus non comfirmetur, poterit
hæres mulieris contrauenire, cùm iuramentum
ſit perſonale. c. veritatis. ſ. eod. Et idem in ceſsio
nario qui fit ex cauſa oneroſa. l. apud Celſum. §. ſi
cũ legitima. ff. de exceptio. doli. Sed Ant. & Abb.
123 in vtroq; tenẽt oppoſitũ in hæredẽ: qa † tenetur
hęres ad exonerationẽ conſcientię defuncti, c. ſi.
de ſepul. c. in literis. de rapt. in ceſsionario: quia
ex iuramento ſurgit obligatio, licet nõ reſpectu
periurij, tamen reſpectu obſeruantiæ, quæ de-
bet tenere quẽcũq; habentẽ cauſam ab ipſo iurã
te. arg. l. q ipſis. ff. de reg. iur. Sed tu aduerte, quia
iſtę rationes Ant. nõ vident verę: quia licet hęres
teneat releuare cõſcientiam defuncti, tamẽ iſtud
nõ poteſt intelligi ratiõe iuramẽti, quod eſt per-
ſonale, ſed ſolùm tenebitur ad reſtitutionẽ pre-
tij accepti ab emptore, iuxta text. in l. ſi prædiũ.
& quod ibi not. Bald. C. de præd. minõ. ne locu-
pletetur cũ aliena iactura, & ſic releuabit animã
defuncti: aliàs attenta iſta ratione, ſemper iura-
mentum obligaret hæredem, quod eſt contra
not. in d.c. veritatis. Quo verò ad ceſsionarium,
dictum Butr. etiam non videtur verum, & con-
funditur ſecundum Imol. per regulam d. l. j. §.
124 ſi hæres. ad Trebelli. † obligationes enim perſo-
nales nõ ſequũtur ſucceſſorem particularem. &
probatur in d. l. apud Celſum. §. de autoris. vbi
exceptio competens contra principalem, regu-
lariter nõ competit contra ceſsionarium ex cau-
ſa oneroſa, niſi ſit cohæres actioni. Sed iſta, ſi ex



iuramento ponamus non firmari contractũ, co- C. Cùm contingat.
hæret perſonæ; ergò debet poſſe opponi. fa. l.
emptorem. C. locati.

Tertius effectus eſt, quia poterit ipſamet mu-
lier quæ conſenſit, petere abſolutionem à iura-
mento. arg. c. j. ſuprà eod. & ita firmauerunt mul-
ti Doct. quos infrà referam. Sed in hoc contrari-
um tenent Ant. & Abb. † quia tunc conceditur 125
abſolutio, quando in odium creditoris contra-
A ctus non tenet, vt quia creditor peccauit paci-
ſcẽdo de recipiẽdis vſuris. Sed in caſu noſtro nõ
videtur quod emptor peccauerit. Sed cõtra hoc
obſtat q̃d not. Bart. in d.l. ſi quis. & in d. l. Seius.
vbi poteſt filiusfamil. qui mutuum accepit cum
iuramento, abſolutionem petere, & tamen † cre- 126
ditor non dicitur peccare, ex quo in illo caſu lex
nõ reſiſtit pſonę, ſed petitioni tantũ. l. j. ff. ad Ma
ced. per Bart. in l. cùm lex. ff. de fideiuſſ. Aliquid
forſan, dicemus in ſequenti membro. Sed dubiũ
B eſt: dato quòd iuramentum in caſu noſtro firma-
ret contractum, an ſi mulier ex cauſa legitima
impetraret abſolutionẽ, contractus remaneat va
lidus? Et Ang. in d. conſil. clx. quẽ refert hîc Abb.
dicit quòd ſic. Pro quo facit ratio quia cùm con-
tractus habuerit ſuã firmitatẽ, licet eſſet ex poſt
facto eum cõfirmans, nõ tamen debet corruere,
regula l. factum legitimè. in vj. & quod not. Bar.
in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & per iſtã rationẽ
idem etiam tenet Abb. in c. j. in pen. col. ſ. eo. Cõ-
C trarium tenet Cald. & Butr. in c. debitores. ſuprà
eod. & Paul. de Leaz. in quodam conſilio alle-
gato hîc per Abb. vbi dicũt † requiri citationẽ par 127
tis, quando petitur huiuſmodi abſolutio, ex quo
per eã læditur pars, quia cõtractus remanet re-
ſciſſus. Et idẽ etiã tenet Fel. in d.c. j. & in effectu
videt reſidere Abb. hîc: qa inutilis eſſet huiuſmo
di abſolutio, ſi cõtractus remaneret valid9 & irre
uocabilis, quod eſt contra c. ſi uerò. ſ. eod. Potes
diſtinguere: aut enim loquimur de abſolutione
D quæ inducit ſolam habilitatem agendi, per eam
contractus non reſcinditur, & ideo pars non eſ-
ſet citanda, ſecundum Oldr. conſil. cxx. in cip. ad
duplicẽ. Ancha. cõſil. xviij. in quæſtione quę ver-
titur. & eſt cõmunis opinio in dict. c. j. & ita in-
telligitur prima opinio. Aut loquimur de plena-
ria abſolutione & tũc procedit alia opinio, quæ
videtur magis cõmunis. Nõ † enim debet iudex 128
hanc abſolutionẽ concedere, niſi ſibi conſtet cõ-
tractum non eſſe ſeruandum: aliàs eſſet in pote-
E ſtate iudicis eccleſiaſtici, tollere obligationem
temporalem ſemel alicui acquiſitam, quod eſt
inconueniens, vt etiam dicit Corn. in d. au-
thent. ſacramenta. in antepenul. char. Nec obſt.
quod not. Paul. conſil. cclix. circa primum. in ſe-
cundo volu. vbi † illa prior relaxatio iuramenti 129
ad effectum & finem agendi, intelligitur etiam
ad finem perficiendi. ita, quòd vbi probatũ erit
non eſſe neceſſariam aliam abſolutionem. argu.
c. per tuas. j. de ſent. excom. & l. ij. §. ſi ſub cõdi-
F tione. ff. de bõ. poſſ. ſecũdum tab. & ſic in effectu
habilitatio operatur reſolutionẽ cõtractus. Sed
reſponde, q illud nõ eſt in vim abſolutionis ſim-
pliciter, ſed propter vim cauſæ reſcindentis, quę
coram iudice probata fuerit: † vbi enim contra- 130
ctus firmat iuramento, nõ eſt opus abſolutione,
prout declarat Paulus in dicto loco: quamuis
etiam dici poſsit, quòd imò requiritur alia ab-
ſolutio, vt voluit Bald. in l. hæc ſcriptura. ff. de
cond. & demonſt. & alij relati per Felin. in d. c.
debitores. in penult. col. Quartus & vltimus

effectus refertur hîc per Imol. colum. ix. nam ſi
fundus dotalis perueniſſet ad extraneum nõ ha-
bentem cauſam ab emptore, ſi contractus non eſ
131 eſſet iuramento firmatus, poſſet mulier † ab eo
vendicare: nec obſtat ſibi exceptio iuramenti,
ex quo reſpectu tertij. nihil iurauit, & ita tenuit
Ioan. Fab. Inſtit. quib. alien. licet vel nõ. in princ.
arg. l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. xxx. ann.
& l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. uend. & q̃d
A habetur in l. ait prætor. §. fin. cum l. ſeq. ff. eo. &
per Bart. in l. ij. ff. de except. rei iud. His ſic decla-
ratis, ne de iſtis effectibus fruſtra diſputatum eſſe
videatur, ſciendum eſt, quòd fortè quicquid
dixerit Abb. illa opinio q̃ cõtractus confirmetur,
in practica ita de facili non obtineret: quia ultra
autoritates ſuprà relatas in contrarium, reperio
quòd idẽ tenet Vincen. atiquus Doct. cũ quo vi-
det̃ trãſire Ioann. Andr. hîc & per Anchara. in re-
pet. c. canonũ ſtatuta. in xj. char. vbi firmat, quòd
B imò à tali iuramento omnino erit conceden-
da plena abſolutio. Quod nõ procederet, ſi iura-
mentum firmaret contractum. & iſtud eſt magis
de mẽte Fed. de Senis in dict. cõſilio clxxij. & eã-
dem ſententiam firmauit Paul. de Leaz. in d. c. li-
cet. eo. tit. in ſexto. quem referunt Archidiac. &
Domin. qui licet ambiguè loquãtur, vidẽtur ta-
men in effectu ſentire pro hac parte. Nec autori-
tates Doct. in d. c. quamuis. obſtãt, quia ibi actus
non erat prohibitus, neque in conſequentiam
C fauore publico, prout in caſu noſtro: quòd enim
132 † mulier ſit indotata, in conſequentiã eſt damnũ
publicum. d. l. j. ff. ſolut. matrim. Sed cùm pro re
modica renuntietur magnæ hæreditati, nihil in-
tereſt reipublicę, cũ omnino illa hęreditas rema
neat in ſubditis. l. ſed ſi lege. §. cõſuluit. ff. de pe-
tit. hæred. per quẽ textum declaratur text. in §. ſi.
vbi gl. in verbo, vtaẽ. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel
alien. iur. Sed dato quòd dicta opinio eſſet com-
munis, aduertendæ ſunt aliquæ limitationes, in
D quibus clarum eſt in terminis noſtris, quòd iura-
mentum non firmat contractum.

Primò non procedit, quando vltra probatio-
nem legis ſubeſſet etiam aliud impedimentum:
133 vt quia † mulier conſentiens alienationi fundi
dotalis, eſſet minor: nam tunc videtur quòd cõ-
tractus nõ teneret, propter concurſum vtriuſq;
impedimenti, per id q̃ uoluit Bart. in d. authen.
ſacramenta. col. ij. & in l. ij. col. ij. C. de reſcind.
vend. & quod in ſimili notat Bald. in c. j. §. itẽ ſa-
E cramẽta. ver. ſed pone adultis, de pace iura. firm.
& quædam ſuprà tetigi: & in l. j. §. ſi quis ita. de
verb. oblig. Et facit, quia vna diſpoſitio, cõfirmã-
do alteram, non debet intelligi quando interue-
niret duplex defectus, vt per Bal. in l. j. col. pe-
nultim. C. de furtis. vbi clauſula, Non obſtante,
non iuuat quando obſtant plures defectus. Item
iſte text. uenit ad correctionem iuris commu-
nis, vnde conſequẽter debet intelligi in termi-
nis, in quibus ius ciuile loquebatur, vt per Bart.
F in l. nihil. ff. de coiungen. cum emancip. liber.
Ius autem ciuile prohibebat maiores, quia alia
ratione minores erant prohibiti. l. j. ff. de rebus
eorum. Poſſent tamen verba iuramenti eſſe tã
generalia, vt fortè aliud eſſet dicendum, per id
quod not. Ioan. Andr. in d. c. quamuis. & Paul.
de Caſt. in reper. d. authen. ſacramẽta. Dicemus
aliquid infrà, poſt Abbatem. Secundò limita-
tur per Butri. hîc, quando ex parte emptoris
verſaretur turpitudo, quia ſciret vendentem
veriſimliter diſsipaturum pretium. arg. d. c. de-
bitores. ſequitur Imol. hîc, & eſt etiam de men-
te Abb. hîc, verſ. nouꝰ caſus. Et ideo ſi quis eme-
ret ab adoleſcẽte luxurioſo vel prodigo, quãuis
interueniret iuramentum, non tamen † firmare- 134
tur cõtractus: quia lex odio proſequitur eos, q à
talibus emunt. l. ſi quis cũ ſciret. ff. pro emptore,
l. ſi verò nõ remunerandi. §. adoleſcẽs. ff. manda.
l. ij. ff. quarũ rerũ, actio non da. & hoc etiã ſequi-
tur Corn. in d. authen. ſacramẽta. in xij. quæſt. Et
idẽ inferunt Doct. in eo, qui dat pecuniam præ-
parata vel corrupto in ludo notoriè. Et licet
Imol. hîc pangat in contrarium, vt nõ procedant
niſi in caſibus in quibus cõtrahens cum ſimilib.
perſonis, ipſo iure nulliter contrahat, de quibus
in d. l. ſi quis cum. tamen Ant. & Abb. generaliter
loquuntur, &, vt puto, melius: quia ſatis eſt q̃ lex 135
contrahentẽ odio proſequatur: &, † quæ ſingula
non proſunt, multa iuuant. l. ſpadonem. §. qui iu
ra. ff. de excuſ. tut. Tertiò limitatur, quãdo prius
factus eſſet contractus, & deinde ex interuallo
iuramentum interueniſſet Nam cùm contra-
ctus ſit ipſo iure nullus, ſi deinde iuramentum
interueniat, non confirmat: quia † quòd nullum 136
eſt confirmari non poteſt. l. quod innoxio. ff. de
reg. iur. & in terminis tenuit Paul. de Caſt. in d.
auth. ſacramenta. Contrarium voluit ibi Corn.
in pen. char. & eſt de mente Abb. conſil. lxxij.
in c. colum. in j. Et mouetur Corn. quia illa auth.
procedit etiam quando iuramentum interuenit
ante vel poſt contractum, vt dicit ibi gl. & hoc in
verbo, ſuper. & tamen communis concluſio eſt
ibi, quòd confirmetur contractus. Nec videtur
iſto modo diſtinguendum, ne idem verbum di-
uerſimodè determinetur. l. iam hoc iure. ff. de
vulg. & pupil. Confirmo hãc opin. quia † vbi cau- 137
ſa confirmãs ſuperuenit, etiã actus qui aliàs erat
nullus, cõfirmatur. l. qui fundũ. ff. de ſeruit. ruſt.
præd. & ibi Barto. Bal. & Ang. facit l. ſi rem alie-
nam. §. fin. ff. de pig. act. l. ſi. C. ſi maior fact. & q̃d
notat Din. in regula, non firmatur. de reg. iuris.
in vj. Et facit, quia iuramentum videtur induce
re nouum cõſenſum: vnde debet eſſe efficacior
iſta geminatio, dato quod ex interuallo inter-
ueniat, vt in ſimili in l. ad perẽptoriũ. ff. de iudi.
& quæ notant Aret. & Alex. in l. j. in prin. ff. de
verb. obl. Et ita reſideo, licet opinio Pauli poſsit
diſputatiuè ſuſtineri. Quartò limitatur, quando
ſtaret ſtatutum, quod annullaret contractum &
iuramentũ interpoſitũ: nam licet dubium ſit an
ſtatuentes potuerint hoc facere, vt j. videbimus,
tamen nõ eſt dubium quin poſsint facere vt cõ-
tractus non confirmetur, ex † quo validitas cõtra 813
ctus non eſt à iure diuino, ſed gentium vel ci-
uili. l. iuris gentium. ff. de pact. ſuper quo ſtatuẽ-
tes habent plenam poteſtatem. & ita intelligo q̃
not. Fede. de Senis d. conſil. cclxxij, quem refert
& ſequitur Anchar. in repet. c. canonum. in xj.
char. de conſtit. Et licet opinionem eius antè
variauerit, tãdem approbat Imol. hîc, col. xlviij.
verſ. ſed illud potiſsimè. & etiam illud videtur
uoluiſſe Iacob. de Belui. in diſputat. incipien.
lege Peruſina. allegata hîc per omnes ſcribẽtes.
Et ſi intelligatur hęc opinio in iſtis terminis, e ſt
veriſsima, per iſtud dictũ fundamentũ. Nec ob-
ſtat quòd Butr. & Abbas non approbant hîc di-
ctum Fed. quia loquuntur quoad hunc tex. & de
authen. ſacramẽta. quæ nimis difficilè euacuarẽ-
tur, ſi poſſet concedi abſolutio, & conſequenter
nõ cõfirmaretur. Sed ſtante † ſtatuto annullante 139
etiam iuramentum ſatis apparet de mente ſta-
tuentis



tuentis eſſe, vt contractas per illud non confir-
metur: & ſtatuentes potuerunt hoc facere, quic-
quid tenuerit Alexand. conſil. lix. in j. volu. vbi
videtur conſulere contra Fede. ex quo in caſu
ſuo recipiens iuramentum, neſciebat ſe recipe-
re contra diſpoſitionem ſtatuti: vt quia contra-
hens neſciebat eum cum quo contrahebat eſſe
minorem: nam etiam in iſto caſu non puto opi-
ni. Alexandri eſſe veram: ergo ſibi imputet, qui
A diligenter non perquiſiuit de conditione eius,
cum quo contrahebat. l. qui cum alio. ff. de reg.
iur. Et dato quod † tempore contractus neſciret,
140 tñ lex eſt ſemper certa, & ipſa eſt quæ annullat. l.
cùm quidam. §. ij. et §. fin. ff. de acquir. hær. & ha-
betur per Soci. & moder. in rub. ff. de reb. dub.
Et iſtam limitationem approbat Paul. de Caſt.
in rept. d. auth. ſacramẽta. & dicit ibi Corn. in pe-
nult. chart. verſ. fallit tertiò. quòd ſecundum hãc
declarationẽ poſſunt ſaluari opiniones tenẽtiũ,
B q̃ ſtatutũ habeat viam apoſtolici: & licet ipſa ar-
guat in cõtrariũ, magis tamẽ inclinat in hãc par-
tẽ, quæ eſt ſecurior pro iudice in ſyndicatu, ꝓut
ipſe dicit. & ſatis hoc vult Io. de Imol. dũ dicit in
iſto caſu non eſſe aliquo modo prouiſum in foro
ciuili. Nec tex. in d. c. licet. aliquid obſtat: quia in
illo caſu iuramentũ firmabat contractũ: vnde ra-
tione cõtractus firmati poterat in foro ciuili agi:
quod non eſt in caſu noſtro. facit quod dicã in ſe
141 quenti articulo. Conſequẽter ergo infertur q̃d †
C ſtatutũ poſsit irritare iuramentũ: verbi gratia, ſta
tutũ: requirit in aliquo cõtractu certã ſolẽnitatẽ,
& ſine ea vult q̃d actus ſit nullus, etiam ſi iuratus
eſſet. Et de iure ciuili caſus nõ habet difficultatẽ,
quia ſecundũ illud ius lex habet vim apoſtolici,
vt dicit gloſ. per illum text. in l. adigere. in ſin. ff.
de iure patr. & habetur in l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. &
ſequutus eſt Bal. in varijs locis relatis per moder.
in d. l. ſi. Sed dubiũ eſt de iure canonico, q̃ ius in
hac materia attendit̃. Et difficultatẽ facit, qa de
D hoc iure poteſt pars remittere iuramentũ. c. j. s̃.
142 eo. ergo etiam ſtatutum: † quia quicquid poteſt
ſieri per pactum, poteſt etiam fieri per ſtatutum.
l. fin. in ſin. vbi Bald. C. de fideiuſſ. gl. in rubr. C.
de decre. decur. lib. x. Sed tamen in contra-
rium eſt communis opin. quia iuramentum red-
ditur Deo. c. debitores. s̃. eo. & ſtatutum non po-
143 teſt auferre obligationem Deo quęſitam. † Item
quia iuramentum eſt quid ſpirituale, vnde non
ſpectat ad iuriſdictionem laicorum aliquid de eo
E diſponere, vt per Io. Andr. in c. tua nobis. j. de
decim. & probatur in iſto tex. Non obſtat prędi
cta ratio, quia in rebus ſpiritualib. non procedit
gl. in d. rub. in iuramento enim attẽditur veritas,
144 non autẽ diſpoſitio legis. † Item quoties aliquid
introducitur fauore alicuius plus poteſt eius re-
miſsio, quàm ſtatutũ. Iſtud probatur quatuor ſi-
145 milibus. Primò, † ſtatutum non poteſt generali-
ter prohibere appellationem, & ſi prohibeat, eſt
inualidũ. c. veniẽtes. s̃. eod. & tamẽ pars poteſt re
F nũtiare appellationi per pactũ, & generaliter q̃-
ad ſe tenet. l. j. ff. à quib. appel. nõ licet. l. ſi. §. ſi. C.
146 de temp. appel. Secundò, † lex nõ poteſt ſtatuere
vt credatur dicto vnius in præiudiciũ alterius. c.
indicas. iij. q. ix. per Abb. et moder. in c. nuper. s̃.
de teſti. & tamẽ valet pactũ quòd credatur dicto
vnius in præiudiciũ alterius. l. Theopõpus. s̃. de
dot. pręleg. & latè per moder. in l. j. §. fin. vbi dixi.
147 ff. de verb. obli. † Tertiò nõ poteſt remitti per ſta-
tutum iuramentum in teſte, quia eſt de iure di-
vino, vt habetur Geneſ. cap. XXXV. iuncto
c. ſunt quidam. xxv. q. j. & tamen per partem po- C.
teſt. c. tuis. s̃. de teſti. vt hîc firmat Felin. & habet̃ Cùm con
in tract. de pot. eccleſ. quęſt. lv. circa fin. & ad hoc tingat.
faciunt quæ dixi in l. iiij. §. Cato. in iij. q. Bar. ff. de
verb. obligat. probaui q̃ per pactum quo quis re
nuntiat omnibus exceptionibus, cenſetur etiã
renuntiare exceptioni inhabilitatis perſonæ: &
tamẽ ſtatutũ generale tollens omnes exceptio-
nes, de iſta nõ intelligitur in propoſito: † ergo ap 148
A paret, quòd ſi pars verè iuramentum nõ remiſit,
conueniens efficitur periurus, licet ſtatutum re-
mittat: vnde tanquã inducens peccatũ, nõ debet
valere. & iſtam partem tenet Ant. Abb. & Imol.
hîc, Paul. de Caſtr. Corn. & alij. in d. authent. ſa-
cramenta. pub. cũ cõcord. per Iaſ. d. l. ſi. ff. qui ſa-
tiſd. cog. Alex. conſil. lix. in j. Recipit iſta conclu-
ſio aliquam declarationem, de qua per Barto. in
l. omnes populi. in ij. quęſt. iij. q. princip. ff. de iu-
ſtit. & iur. vt nõ ꝓcedat quãdo ſtatutũ indirectè
B de iuramento diſponeret, vt quia non interue-
niente certa ſolennitate præſumẽret dolum, vel
metum, vel ſimulationẽ: poteſt enim lex ciuilis
hoc facere. arg. l. ſi. j. de nõ nume. pec. & cũ Bart.
tranſeũt cõmuniter Doct. in d. l. omnes populi.
& idem tenet Floſ. Butrig. Abb. & Imol. hîc, &
Paul. de Caſtr. in d. l. fin. & ibi Iaſ. allegat aliquos
cõcord. facit q̃d notat Paul. de Caſtr. cõſil. lxj. no-
tandũ eſt. in ij. vol. vbi dicit, † quòd valet ſtatutũ 149
diſponens ne inſtrumento cotinenti iuramentũ
C detur aliqua fides, niſi certa ſolennitas interue-
nerit: non enim diſponitur ſuper iuramento, ſed
ſuper inſtrumento contractus, licet in conſequẽ
tiam effectus iuramenti extinguatur, ex quo iu-
ramento non probatur, quod eſt notabile. Intel-
ligitur tamẽ iſta declaratio, quando præſumptio
iſta eſſet fundata in aliqua veriſimili cauſa, vt qa
cõmuniter minores in eo loco decipiũtur, & ſta
tutum per præſumptionem, quæ oritur à com-
muniter accidentibus, ita induxit, ſecundum
D Abb. & Bur. hîc: alioquin per indirectum ſtatu-
tum daret occaſionem periurijs. Sed iſta dicta
habent aliquas difficultates. Prima eſt aut requi-
rimus quòd pręſumptio fraudis vel metus ſit ta-
lis, quæ à iure approbata ſit, vt eſt ea quæ proue-
nit à cõmuniter accidentibus, & in iſto caſu ſta-
tutum nihil operaretur, quia etiam ſine eo ſtare-
tur tali præſumptioni. gloſ. l. neq; natales. C. de
ꝓbat. aut requirimus de alia pręſumptione quæ
nõ trãsferat onus probãdi ex ſui natura, ſed ſit le
E vior, ſed tamẽ veriſimilis, & tũc ſtatutũ multum
operatur. & ita videt̃ intelligendus Bart. q̃ etiã
apparet ex exẽplo relato per Paul. de Caſt. in d.
auth. ſacramẽta. dum poſuit exemplũ in ſtatuto
dicẽte q̃ vbi de facili poſſet haberi curator, ſi nõ
eſſet adhibitus, q̃ contrahens cum minore præ-
ſumat̃ d lo eũ induxiſſe: iſta enim præſumptio
doli circunſcripto ſtatuto de iure cõmuni nõ eſ-
ſet ſufficiens. Puto itaq; ſufficere quãcunq; con-
iecturam habentem aliquem colorem, ad hoc
F vt ſtatutum procedat. Secunda eſt, nunquid ſi
ſtatutum ſpecialiter & præciſe non dicat q̃ præ-
ſumat̃ fraus, ſed tantũmodo generaliter annul-
let iuramentum, valeat, dato quod ratio ſtatuti
alia nõ ſit q̃ præſumptio fraudis. Et cõmunis cõ-
cluſio eſt, q̃ idem operatur ratio non expreſſa in
ſtatuto, quæ tamen ſola poteſt aſsignari, ac ſi ex-
preſſa eſſet, ſecundum gl. in l. quamuis. vbi Doct.
C. de fideicom. & ideo videretur quòd ſtatuta
annullantia contractus iuratos cum minoribus
& ſimilibus initos, debeant valere, tanquam

habeant iſtam tacitam rationem, quòd præſu-
mant per fraudem celebratos. Et facit ſimile q̃d
adducit hîc Abb. de contrahente cum eo cui bo-
nis per iudicem fuit interdictum: quamuis enim
iuramentum accedat, non tenet contractus, vt
eſt cõmunis opin. in l. is cui bonis. ff. de ver. obli.
Et ratio eſt; quia iudex interdicendo admini-
ſtrationem bonorum prodigo, videtur ex iuſta
cauſa præſumere fraudem cum eo contrahen-
tium, vt hîc per Abb. cuius verba non ſunt re-
ſtringenda, quando iudex præciſe in interdicto
feciſſet mentionem huius præſumptionis, ſeu
aſsignaſſet ſimilem rationem. & ſic poſſet ſalua-
ri opinio Bald. Salic. Raph. in d. auth. ſacramẽta
quam etiam ſequitur Flor. hîc, & Ancha. in re-
pet. d. cap. canonum. & in alijs locis, quos re-
ferunt hîc Doct. & etiam moder. in d. leg. ſi. Sed
tamen iſta ſolutio non eſt de mente communi
150 ſcribentium: vnde dic, † q̃d quando ſtatuta de di-
recto tollunt iuramentum, nihil præſumendum
eſt pro ſtatuentibus, ex quo verba de directo
oſtendunt qđ voluerunt conſtituere ſuper eo, in
quo non habent facultatẽ. Sed qñ per indirectũ
loquuntur, inducendo præſumptionem fraudis
vel metus, ſi coniectura ſit veriſimilis, pro ſtatu-
entibus præſumendum eſt, & ſtatutum tenebit.
Et per hoc tollitur argumentum quorundã tenẽ
tium contra Bart. quia ſi ſtatuentes directè non
poſſunt de iuramento diſponere, neque per indi
rectum deberent poſſe. c. quanto. de priuil. Nam
reſpondeo, quod cùm præſumptio ſit q̃ ſtatuen-
tes fuerint viri probi & honeſti, præſumitur eos
in caſu licito conſtituiſſe, dato q̃d directè nõ po-
tuiſſent. cap. niſi eſſent. vbi Abb. not. j. de præb.
Et ideo infero ad ſtatutum diſponens auth. ſacra
mẽta puberũ. C. ſi aduer. vendi. non vendicare ſi-
bi locũ quò minus ſi minor ſit læſus, reſtituatẽ in
integrum, quod iſtud ſtatutum de iure valeat, cũ
de directo non tollat iuramentum. Sed limitate,
vt videlicet non habeat locum quãtum ſit reſpe-
ctu reſtitutionis in integrum: & eſt fundatũ veri-
ſimili ratione, quia non eſt credendũ quod iſte
pubes contrahens cogitauerit q̃ beneficiũ reſti-
tutionis ſibi competeret, nõ debet ergo intelligi
illi beneficio renunciatũ. l. fin. in prin. ad muni-
cip. & ſic per tale ſtatutũ videẽ approbata opin.
Dyni in quodam conſil. quam etiam ſequiẽ Ant.
de Butr. cũ multis alijs cõcord. quos referũt mo-
der. in d. auth. ſacramenta. Et licet contra Dyn.
videatur magis communis opinio, tamen ſtante
tali ſtatuto indubitanter eſſet ſeruanda. Ter-
tia difficultas eſt, quia Anto. & Abb. hîc volunt
quod ad hoc vt ſtatutũ præſumens dolum in iu-
ramento valeat, neceſſaria ſit aliqua probabilis
cõiectura, vt quia in eo locõ ſoluerẽt minores cõ
muniter decipi: an ei qui diceẽ iuramentũ nullũ,
incũbet onus probãdi iſtã cõſuetudinẽ q̃ mino-
res deciperentẽ? Et videtur q̃ ſic, qa fundamentũ
intẽtionis iſtius eſt ſtatutũ, quod nõ tenet niſi il-
152 la qualitas ſi vera: † ergo fundãti ſe ex ſtatuto, in-
cũbet onus probandi, vt habeẽ in c. j. de homic.
in vj. per Matheſ. in ſing. xix. Felin. in c. j. in pen.
col. j. de re iud. & iſtud in terminis tenet Abb. cõ-
ſil. lxxj. in pen. col. in j. vbi cùm diſponere circa
iuramentũ non ſit in mera facultatẽ ſtatuentiũ,
nõ crediẽ verbis eorũ enũciatiuis, ſed debẽt pro-
153 bari extrinſecus cauſa ſtatuti. † Sed mihi videtur
durũ, q̃ ciuilibet iuuãti ſe ex hoc ſtatuto, incũbat
onus probandi: vnde potius putarẽ contrarium,
ex quo etiam lex canonica debet prẹſumere pro
ſtatuentibus. arg. d. cap. niſi eſſent. vbi caſus eſt
contra Abb. ſi bene conſideretur: vnde eius di-
ctum poteſt procedere in caſu ſuo, in quo ſta-
tuentes dixerunt, q̃ in tali cõtractu fingatur do-
lus: cùm enim fictio ſit in his quẹ ſunt contra ve-
ritatem, ex eo verbo apparuit q̃ voluerunt diſpo
nere in caſu illicito, vnde tunc pro eis non eſt
præſumendum. Quarta difficultas eſt, dato
quòd ſtatutum præſumat fraudem ex legitima
A cauſa, & conſequẽter annullet iuramentũ, quid
ſi conſtet in eo contractu nullam fraudẽ interue
niſſe? Et Abb. dicit, † quod ſi conſtet per cõfeſsio 154
nem partis legitimè factam non eſſe fraudem, q̃
tunc iuramentum ſeruabitur: quamuis eñ ſtatu-
tum præſumat fraudem, & ſi talis præſumptio
iuris & de iure, tamẽ admittit probationẽ in cõ-
trarium, per cõfeſsionẽ, vt per Inno. in c. pleriq;.
j. de immu. eccleſ. Idem poſſet dici quando noto
riè conſtaret de nulla fraude, vt habetur in ſimili
B per Innoc. & Abb. in cap. fraternitatis. de frigi.
& malef. Sed dubium cõſiſtit, an idem ſit quãdo
aliter poſsit probari non ſubeſſe fraudem. Et
Abb. ſentit quod tũc in foro cõtentioſo, & ſic ci-
uili eſſet ſeruandum ſtatutũ, & attẽderetur talis
præſumptio. Credo tamen qđ poſsit conſuli ei
qui recepit iuramentum, per viam denuntiatio-
nis euangelicæ, ſi poſſet probare nullam fraudẽ
interueniſſe, & iurantem habere ex hoc conſci-
entiam læſam, ſecundum not. per Bar. in extra-
C uag. ad reprimendum. in verbo, ad denuntiatio-
nem. & dixi poſt alios in c. nouit. ſuprà de iudi.

Quinta difficultas eſt, quid ſi ſtatutum nihil
dicat de iuramento, ſed ſimpliciter dicat, quòd
cõtractus factus ſine tali ſolennitate, prẹſumatur
per dolum factus, & ſit nullus: an ſi iuramentum
accedat, contractus, valebit? Et aliqui morderni
hîc tenẽt quòd valebit: quia quamuis cõtractus
per dolum factus nõ cõfirmetur iuramento, vt in
hoc tex. tamen iſtud debet intelligi in dolo ve-
D ro, non aũt in dolo præſumpto, prout in termi
nis iſtius quẹſtionis: quia in materia iuramen-
ti tanquã ſpirituali non attẽdimus iſtas prẹſum-
ptiones legum vel ſtatutorum, ſecundũ Io. And.
in c. is qui fidem. de ſponſ. Sed ſi iſta ratio eſſet
vera, confunderetur tota hæc prima declaratio
poſita per Bart. in d. l. omnes populi. quæ eſt
communiter approbata. Vnde reſpondẽ, † quòd 155
imò in foro tam canonico quã ciuili, debet atten
di iſta præſumptio legis, quando eſt veriſimilis,
E vt ſuprà declarauimus: quia præſumptio legis
habetur pro veritate. l. fin. ff. de prob. Eſt bene
verùm quòd per denuntiationẽ euangelicã poſ-
ſet ſuccurri huic qui recepit iuramentum, & de-
beret recipiens probare quod nõ ſubeſſet fraus,
aliàs non obtineret, ex quo reus qui ſequitur prẹ
ſumptionem legis, non videẽ habere conſcientiã
læſam, niſi aliter probetur, per ſupradicta, & di-
xi in c. nouit. ſ. de iudi. & ita declaraẽ quod not.
Io. And. in d. c. is qui fidem. Sed fortius, quòd
F imò contractus valeat, facit, quia cùm ſtatutum
non loquatur de iuramento, non videtur q̃ de-
beat intelligi in tali caſu. arg. gl. d. auth. ſacramẽ
ta pub. † vbi diſpoſitio legis generaliter prohi- 156
bens minores ſine certa ſolennitate alienare, de
qua in l. j. ff. de reb. eo. non habet locum in alie
natione iurata. Et ideo dicit hîc Ioan. de Imola,
quòd ſi ſtatutum generaliter aliquid prohibeat,
non trahetur ad caſum iuratũ, † quia ſtatutũ gene 157
rale debet declarari ſecundum ius commune. l. ſi
ſerui. C. de noxal. & idem tenet Alexan. in varijs
conſilijs



conſilijs, & maximè in cõſ. cxxv. in pen. col. in j.
vbi adducit rationem: quia cùm de iure commu-
ni fortior ſit actus iuratus quàm non iuratus, vt
probatur in hoc tex. & in l. cùm patrem. §. filius
matrem. ff. de leg. ij. lex ſimpliciter prohibens a-
ctum, non debet intelligi de iurato. adducit etiã
gl. in c. cùm non deceat. de elect. in vj. quæ pro-
batur per tex. in c. conſtitutus. de reſcript. et idẽ
etiam tenet conſ. xxxviij. in iij. Sed tamẽ aduer-
tendum e t ad hoc fundamentum q̃d nõ eſt verũ,
neq; communiter approbatum in terminis no-
ſtris. Nam in primis Iacob. de Beluiſ. in d. q.
& Io. And. in d. addit. ad Spec. tit. de ſent. §. vt
autẽ nõ conſideraẽ quòd ſtatutum prẹciſe fece-
rit mentionem de iuramento, ſed loquitur in ca-
ſu quo ſtatutum generaliter prohibebat. Idem
etiam voluit Bald. hîc in iij. col. vbi ponit exem
plum quãdo ſtatutum diceret, ne fragilitate na-
turæ mulieres decipiantur, mandamus ne con-
tractus earum valeant ſine conſilio propinquo
rum, quamuis enim iuramentum intercedat, nõ
valebit: quod intellige, quãdo ſtatutum vltrà ꝓ-
cedit præſumendo fraudem, aliter dictum Bal.
non procederet, per text. in d. auth. ſacramenta.
vbi pubes cõtrahens ſine curatore nihilominus
obligatur: & tangit Fel. in c. ij de maior. & obed.
Sed ex hoc exẽplo ſatis apparet, q̃ Bal. nõ cõſide
rauit q̃ fieret expreſſa mentio iuramẽti: q̃ appa-
ret etiã ex quibuſdã alijs exemplis, ad hanc de-
clarationẽ per eũ relatis. Idẽ etiã tenet Abb. hîc
in ſua doctri. poſt But. vbi diſtinguit non habito
reſpectu an ſtatutũ prohibeat iuramẽtũ, vt patet
in verſ. primo caſu: ſed ſolũ an ſit iuſta cauſa iſti-
us præſumptionis. Et idẽ eſt etiã de mẽte cæte-
rorũ ſcribentiũ hîc maximè dũ cõfutãt opi. Bar.
diſtinguentis an lex dirigat verba in perſonam:
cuius opinio ſtante hoc fundamento Alex. pro-
culdubio eſſet falſa, & tamen Dd. nõ reprobant
eam per id fundamentum, imò ſcribentium ne-
mo illo facit præter Alex. Et ratio Imol. non fa-
cit in contrarium: nam imò loquitur in caſu quo
ſtatuentes non præſumunt dolũ, ſed generaliter
diſponunt, & diſpoſitio non teneret ſi intellige-
retur de iuramento. Vt ergo ſtatutum declaretur
ſecundum ius commune, interpretabimur q̃ de
actu iurato non intellexerit, arg. d. l. ſi ſerui. ſe-
cus ergo tacitè innuit eſſe, quando de iure ſta-
tutũ poſſet etiam de caſu iurato intelligi, prout
eſt quando præſumit fraudem. Et iſta proculdu-
bio fuit mens Imol. quẹ colligitur ex eius argu-
mento. facto per d. auth. ſacramenta. licet Alex.
fideliter eum non retulerit in d. conſilio. Non
obſtat ratio Alexã. dum dicit, quod actus iuratus
tanquã fortior in dubio non debet intelligi pro-
hibitus. quia iſtud procederet quando ratio pro-
hibitionis eſſet, quia actus eſſet debilis: nam tũc
ceſſaret in actu potentiori, ſicut eſt in iurato. Sed
in caſu noſtro ratio ſtatuti eſt præſumpta fraus,
quæ ẹqualiter habet locum ſiue actus ſit iuratus,
ſiue nõ. Nec obſt. gl. in d. c. cùm nõ deceat. quia
158 reſponde. ſ. dixi in alio articulo. Præterea † quã-
do ad ſtipulationẽ patris aliqd cõcediẽ, tũc verũ
eſt q̃ nõ cenſetur derogari actu iurato. Ratio eſt,
qa tacẽdo pars iuramentũ, dicitur ſubrepſiſſe, ex
quo debet omnia exponere quæ difficiliorẽ cõ-
ceſsionẽ faciant. c. cæterũ. c. ad aures. de reſcript.
Sed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo verba
ſtatuti ſunt generalia: & ratio ſtatuti etiam veri-
ficatur quamuis actus ſi iuratus, & iſtud ſatis pro
batur ex not. per Lab. & Domin. in c. j. in penul.
col. de fil. presbyt. in vj. & in c. ei cui de præb. eo. C. Cum contingat.
tit. Et ex his dictis ad prẹdictam principalem re-
gulam infertur ſecunda declaratio, vt quamuis
ſtatuentes nihil dixerint de iuramento, ſi tamen
ſtatutum ſit prohibitorium ratione bonorũ mo-
rum fundatorum ſuper colorata & ineuitabili
ratione naturali. vel ſit prohibitorium ratione
publicẹ vtilitatis principaliter, quod cenſebũtur
etiam iuramentũ annullaſſe, & valebit ſtatutum:
A quia in hac parte videtur à lõge canonica appro-
batum, iuxta d. c. nõ eſt obligatorium. & c. ſi dili-
genti. de for. comp. quod intellige quando illa
publica vtilitas eſt probabilis & veriſimilis, pro-
vt declaraui. ſ. in ij. caſu principali, dum feci mẽ-
tionem de ſtatutis, in quib. aſsignatur expreſſa
ratio vtilitatis publicæ. Idem quando ſtatutum
reſiſteret perſonæ ne contraheret, quia iurando
peccat, vt. ſ. dixi poſt Bart. & fatetur iſtud etiam
Ant. quando peccat, & ad hoc cognoſcendum re
B mittit ſe ad not. in c. nam cõcupiſcentiam. ſuprà
de conſtit. & iſtud etiam tenet Franc. de Curt. cõ
ſil. lxvj. in v. col. Tertia ſit declaratio ad prædictã
regulam, vt ſi ſtatutum imponat pœnam recipi-
enti iuramentum, talis pœna ſit exigibilis: quia
iſtud de directo non infringit iuramentum, nec
per hoc quis reddiẽ periurus, ſed potius facit q̃d
quilibet abſtineat à iuramẽto. & iſtud eſt cõfor-
me legi euãgelicẹ, quẹ mãdat vt nemo iuret. c. et
ſi Chriſtus. ſ. eo. Nec obſt. q̃ not. Io. Andr. in c. ſta-
C tutũ. de hẹret. in vj. vbi dicit nõ valere ſtatutũ im
ponẽs pœnã cõtrahenti matrimoniũ, qa de iure
diuino eſt vt matrimonia ſint libera. † Sed lex di- 159
uina nõ permittit liberè iuramentũ imò abhor-
ret, & mãdat ne iureẽ. & ita tenet Imol. hîc, col.
xlviij. & ſequiẽ Cor. in d. auth. ſacramenta. pen.
char. verſ. quartò fallit. licet cõtrariũ tenuerit An
to. de But. Sed prædicta opi. mihi magis placet,
niſi qñ ſtatutum imponeret pœnã vtenti tali in-
ſtrumento: nã ſi quis eo vteretur propter contra
D ctum, incideret in pœnam, per ſ. dicta: ſed ſi vte-
retur propter iuramentũ videretur q̃ nõ incide-
ret, qa bene hoc infringeret iuramentũ q̃ ſemel
emanauit, & prẹſtaret anſã periurandi: vnde tali
caſu ſecundũ Imol. opi. d. auth. poſſet ꝓcedere.
Et ex hac diſtinctione inferẽ, † q̃ nõ valet ſtatutũ 160
annullãs iuramẽtũ, & imponẽs pœnã aduocato
allegãti dictũ ſtatutũ nõ valere, vel iudici ſecun-
dũ dictũ ſtatutũ nõ iudicãti, prout eſt in aliquib.
locis: nã iſtud eſt dare cauſã periurijs. Secus ſi im
E poneret pœnã à principio ne iuramẽtũ prẹſtareẽ:
hîc enim nõ ſubeſt tale periculũ, vt dixi, & etiam
aliquid tanquã. j. in vj. declaratione. Et pro præ-
dicta opin. fa. q̃ not. Raph. Fulg. in d. auth. ſacra-
menta. vbi concludit, q̃ ſi ſtatutũ diceret, nullus
contrahat cum minore, etiam ſi iurauerit, & ſi qs
cõtrafecerit, omne ius deuoluatur in fiſcũ, q̃ va-
let tale ſtatutũ, & pœna habebit locũ: & puto q̃d
dicat veritatẽ, ex quo ſtatutũ à principio prohi-
bet ne iureẽ. Secus ſi poſtquã eſſet iuratũ, indu-
F ceret aliquid, per q̃ nõ obſeruareẽ. & hãc opi. etiã
tenet Bal. hîc, per tex. in §. quia verò veriſimile. in
auth. de nõ aliẽ. vbi etiã tenet ſtatutũ, quo impo-
nitur certa groſſ. gabella, qua non ſoluta contra-
ctus ſit nullus: nam per indirectum euacuabitur
uis iuramenti. Quarta declaratio eſt, quod ſi ſta-
tutum tollit vires obligationis quæ ex iuramen-
to cauſatur, in partem valeat: † quia ratio cur lex 161
ciuilis non poſsit diſponere ſuper iuramento,
eſt, quia ex eo quæritur obligatio principaliter
Deo. c. debitores. ſ. eo. ſecundum Hoſti. c. quẽ-
admodũ.

admodũ.ſ.e.& p Ant.de But.Abb.& Im.hîc.Sed
dato q, ſtatutũ non poſsit eam tollere, tñ debet
poſſe auferre eam obligationẽ quę in conſequẽ-
tiam quærit̃ parti:& iſtud intelligit Ant. de But.
procedere, quando lex in perſonã prohibiti ver-
ba dirigit: nã tunc in dubio videtur voluiſſe au-
ferre vires iuramẽti, quatenus ipſe verſus partẽ
obligetur, & ideo non orit̃ obligatio ſecundaria
quęrenda parti. & iſtud q, poſsit lex auferre vires
iuramenti q̃ad partẽ, vltra Ant. & Abb. tenuit e- A
tiam Ben.Capr.hîc, quem refert & ſequit̃ Maria.
Soc.conſ.lxvj.col.pen.in j.lib. Et ex hoc ſequit̃
hîc effectus, q, in foro ciuili iſte qui recepit iura-
mentum, nõ habebit aliquã actionẽ, & exclude-
tur, licet ſibi poſsit cõſuli coram iudice eccleſia-
ſtico, ad cuius cognitionẽ pertinet executio pro
miſsionis factæ Deo, ſecundum Paul.Caſt.in re-
pet.d.auth.& ibi Corn.in verſ.tertiò fallit. & di-
cit Paul. q, ſi ſtatutum ſimpliciter annullet con-
tractum & iuramẽtum, cenſebitur annullaſſe q̃- B
ad dictam obligationem quærendam parti. Et ſe
cundum hæc poſſunt etiam ſaluari opiniones te
nentium q, lex habeat vim apoſtolici, & faciunt
quæ dixi in pręcedenti quæſt.princ.in vlt. limit.
& ſic Paul.intelligit generalius quàm faciat Ant.
de But. Contra hanc opin.tamen facit motiuum
Abb.hîc, dum dixit quòd iuſiurandum eſt de fo-
ro eccleſiaſtico, vnde laici de eo non poſſunt co-
gnoſcere.c.tuam.de ord. cog.c. ſi iudex laicus.j.
de ſent.excomm.in vj. igitur nec ſtatuere. l. nul- C
li.C.de ſent. Et ideo concludit, quòd vbi de va-
liditate iuramenti dubium eſt probabile, quòd
ſolus iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere. In
propoſito ergo videtur, quòd quoad validitatem
obligationis ſecundariæ quærendæ parti, ſtatu-
tum laicorum non ſit attendendum. Sed ego pu-
to quòd imò etiam laici poſsint cognoſcere, per
tex.in d.c.licet.vbi Paul. Per.de Anch. & Domi.
not.eod.tit.in vj. & habetur in c.fin.de for.com-
pet.eod.tit. Et hoc quantum ſit reſpectu obliga- D
tionis quæ quæritur. Si verò dubitaremus an iu-
ramentum eſſet licitũ vel illicitum reſpectu Dei,
vel quoad forũ pœnitentiale, tunc fateor q, talis
cognitio ſpectat ſolũ ad eccleſiaſticũ. habet̃ etiã
in c.cum ſit generale.ſ.de fo.cõp. Et ex hac decla
ratione infert̃, q, valeret ſtatutũ mandans recipi-
enti iuramentũ à minore vel vidua, q, illud rela-
xaret parti, iuxta c.j.ſ.e.& valeret impoſitio pœ-
næ ſi id nõ faceret, per ſ. dicta: nã tunc nõ contra-
uenitur p hoc iuramẽto, vt dixit Fed. de Senis d. E
conſ.cclxxij. Nec obſt. ſi diceret̃, q, iſto modo poſ
ſent ſtatuentes reducere effectus iuramenti ad ni
162 hilum: qa reſpondeo, † q, dummodo non induca
tur peccatũ, nõ habet lex canonica de hoc ſe im-
pedire: vnde facta relaxatione per iuſſum ſtatuti,
non inducitur peccatũ, & ſic debet ſtatutũ vale-
re. Et iſto modo etiã poſſunt ſaluari cõtrariæ opi
163 niones: & ex hoc etiã infert̃, † q, poteſt ſtatutũ tol
lere pœnas inductas propter periuriũ, in l. ſi quis
maior. C. de tranſ. Et ideo ſupplicans Principi, & F
faciens mentionẽ de iuramento, non incideret
in pœnã illius legis, ex quo princeps poteſt eas
pœnas remittere, & ſupplicans videt̃ voluiſſe cõ
trauenire modo licito, ſecundũ Card.cõſ.xxv. in
cauſa & quæſt. excellentiſſ. & ibi per moder. re-
per. in vij. not. Bene fateor quòd per hoc non ſe-
quitur quin contrauenieus ſit periurus, ſed ta-
men non incidet in illas pœnas: & iſtud ſeruat
practica, in qua videmus quòd ex æquitate ſena-
tus principum eas pœnas plerunque remittunt.

Quinta declaratio eſt, † vt licet ſtatuentes non 164
poſsint tollere iuramentum, poſſunt tamen ali-
quo modo limitare, puta differendo executio-
nem: differens enim, per hoc non videtur tranſ-
gredi.c.non eſt.de voto. Domin.c. ij. de renunt.
Et ideo ſi aliquis promiſerit tibi centum, & iura-
uerit, poteſt princeps, & conſequenter etiam
ſtatuentes, concedere illi dilationem, & valet
conceſsio dilationis, dato q, non ſit facta mentio
aliqua iuramenti, ex quo per hoc non frangitur
promiſsio ipſa iurata, ſecus ſi tolleret̃. arg. eorũ
quæ not. Imol.& Dom. in c. ſi. §.fin. de conſuet.
in vj. & ita in terminis tenet Feli. in c. conſtitu-
tus.in iiij.col. de reſcript. Sed ſi promiſerit da-
re intra certum diem, tunc non valeret ſaluus cõ-
ductu principis, quia iſtud non moderaret̃ iura-
mentum, ſed induceret periurium. & ita ſaluatur
quod dixit Alex.con.ccv. viſis his quæ narrãtur.
in fi.in ij.vol.& conſil.xxxviij.in ij.col.in iij. Sed
tamen ego in practica vidi quòd ſenatus cõcedit
ſaluos conductus etiã reſpectu debitorũ iurato-
rũ: quæ conceſsio ſi expreſſe de iuramẽto dicat,
tenet, vt arbitror, ratione executionis, qa poteſt
princeps ſuſpẽdere executionẽ ad tẽpus, ſecun-
dũ l.vniuerſa.l.quoties.C.de prec. Imp. offer. &
q, ibi habet̃ per modern. & per Guid.Papę quęſt.
cix. & quæſt. ccccxx. & per Bal. nouel. in tract.
dot.in xij.priuileg.viij.partis, in fi. & ſic nõ pote
rit creditor hanc executionem habere, licet de-
bitor ſit periurus. Puto tamen quòd ſi epiſco-
pus videat ſubeſſe iſtam cauſam dilationis, de-
beat etiam ipſe abſoluere & imitari factum prin-
cipis, ex quo nõ tollitur iuramentum, vt ſ. dixi,
ſed differtur. pro quo in ſimili fa. q̃d not. Ioã. de
Imol.& Dom.in d.c.quamuis.in vlt.col. & Imo-
la c. quæ in eccleſiarum. ſ. de conſtit. Et ſic tol-
luntur quædam caut.moder.Brix.caut.lv. Sexta
declaratio eſt, † vt poſsit ſtatutum remittere iu- 165
ramentum præſtandũ, licet non pręſtitum. per l.
quæ. ſub conditione. §. ſi quis ſub iuſiurandi. ff.
de cond.inſtit. Et ratio eſt, quia antequam præ-
ſtetur, nulla obligatio eſt adhuc quæſita Deo,
nec aliquod ius ſpeciale in eſſe deductum, meri
tò lex ciuilis poteſt in tali caſu diſponere. & fa-
cit quod not.Dom.de S. Gemin. in c. quamuis.
in pen.col.in verſ.ſed quæritur.de pact.in vj.vbi
etiam Io. de Imol. & moder. Idem tenet Iaſ. in
d.auth.ſacramenta. in pen.col.quia facilius tol-
luntur concedenda quàm conceſſa.l.patre. ff.de
his qui ſunt ſui vel alieni iur. Septima decla ra-
tiõ eſt, † vt non procedat communis concluſio 166
quando ſtatutum eſſet confirmatum à Romano
Pontifice: tunc enim haberet vim apoſtolici, ex
quo Rom. Pontifex tollit iuramentum. c. vene-
rabilem. ſuprà de elect. Contra hoc tamen facit
ratio Abb.dum in iiij.col.hîc dicit, quod non po
teſt lex canonica in fauorem priuatum impedire
obligationem quęrendam Deo, per c.ad apoſto-
licam. de regular. & c. qui poſt votum. de regul.
in vj. & melius in gl.in c. non eſt. j. de uoto. Feli.
c. j. de conſtit. Niſi reſpondeas, quod non poteſt
ſine cauſa: ſecus ſi ſubſit iuſta cauſa, veluti in
caſu iſtorum ſtatutorum quæ conſuluerunt fra-
gilitati iurantium. Et fortè ratio Abb.nõ eſt vera,
qa cõtra amplitudinẽ poteſtatis Petro & ſucceſ-
ſorib. traditę per Chriſtũ. Nõ eſt igit̃ recedendũ
ab iſta declaratiõe, quę tamẽ intelligi debet quã
do Põtifex ex certa ſciẽtia tale ſtatutũ ap pbaſſet,
ſecus ſi ſimpliciter, ſecundũ Alex cõſil.lix.in j.de
quo etiam per Card.conſ. xliiij.in fi.& dicit Bal.
hîc



hîc q, non ſufficeret approbatio quæ fit inter cæ-
tera ſecundũ aliquos. Mouetur Alex.per doctri-
nam Bart. in l. priuilegia. C.de ſacroſ.eccleſ. vbi
generalis cõfirmatio non trahitur ad priuilegia
inualida. & quod not. Bald. in l. j. ff. de his qui
ſunt ſui. in l. j. C. de metr. Bery. vbi generalis
confirmatio priuilegiorum non trahitur ad in-
iuſta & illicita. Sed eſt aduertendum: quia ſi Põ-
tifex atteſtetur ſe vidiſſe dicta ſtatuta, vel feciſſe
ea videri, tunc tanquam cõfirmatio ſit facta cum A
cauſæ cognitione, cenſebitur actus factus ex cer-
ta ſcientia, vt habetur in l. ex verbis. in fi. C. de
don. int. vir. & vx. per Bal. & moder. in l. legata
generaliter. ff. de leg. j. Feli. in c. nõnulli. col. xx.
verſ.confirmatur.de reſcrip. Nec dicuntur iſta
ſtatuta eſſe iniuſta, imò habent magnam æqui-
tatem, licet non teneant ex defectu poteſtatis,
quia laici non poſſunt diſponere de iuramento:
& ideo cùm habeant magnam ęquitatẽ & nemi-
ni præiudicet̃, videt̃ q, debeat fieri fauorabilis in B
terpretatio, per quã tribuit̃ facultas ſtatuẽtibus,
& cõtrahentes liberant̃ à pœna periurij: hoc enĩ
eſt merũ beneficiũ principis.l.ſi.ff.de mãd.princ.
Et ſic nõ obſt. q̃d not.Spec.tit.de legato. §. nunc
oſtendendũ.verſ.xviij.vbi confirmatio beneficij
facta p eũ ex plenitudine poteſtatis, nõ cõfirmat
nullitatẽ ſurgentẽ ex inhabilitate perſonę. ſequi
tur Abb.c.j.de tranſac.& Aret. d. cõſil. viij. qa ibi
veriſimiliter Papa ignorauit illũ defectũ, q̃d non
eſt in caſu noſtro, p ſ. dict. Idẽ etiã poſſet attenta C
ri quãdo ſimpliciter Papa ea ſtatuta cõfirmaſſet:
quia non apponendo illas clauſulas, ſic & perin-
de, &c. ſatis videtur ex certa ſcientia approbaſſe,
prout not. Abb. antiq. Ioan. And. & Anton. in c.
venerabili. de confirm. vtil. vel inutil. & pbatur
in c.quia diuerſitatem.in princ. de conceſſ.preb.
Et facit, quia non videtur alia cauſa petita cõfir-
matio, quàm vt confirmarentur ea quæ ſunt in-
ualida ex defectu poteſtatis ſtatuentium, cùm
A in iij. & in aliis conſiliis, vbi refert ita etiam cõ-
ſuluiſſe Io. Petrutium & Bened. Capram pręce-
ptores ſuos. & idem refert in d. auth. ſacramen-
ta. in verbo, inuiolabiliter. vbi latiſsimè attin-
git Alex. in l. ſtipulatio hoc modo. in col. v. de
verb. oblig. & conſil. lxxxix. viſo puncto. col. fi.
in ij. & nouiſsimè ſecundum hanc opi. conſuluit
Decius conſil. clxxx. per totum. Contrariam
opin. tenet Ioan. de Imol. hîc, & in d. c. quam-
uis. per illum tex. quem ibi ſequitur Domin. de
B S. Gemin. nam ibi tex. loquitur in minore, & in
filia renuntiante paternam hæreditatem, & pro
cedit ille tex. etiam modico vel nullo accepto,
ſecundum Rom. & Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de
acquir. hæred. & iſtud videmus quotidie in pra-
ctica: quia quando fiunt iſtæ renũtiationes, ſem-
per interuenit maxima læſio: vnde cùm tex. ge-
neraliter loquatur, & experientia doceat inter-
uenire læſionem, nihilominus ibi dicitur iura-
mentum eſſe ſeruandum, ex quo ſine interitu ſa-
C lutis æternæ poteſt ſeruari: quæ ratio habet lo-
cum etiam data enormi læſione, † quia magis cu 211
randum eſt de ſalute animæ, quàm de rebus. xij.
q. ij. ca. præcipimus. & licet tex. excipiat dolũ,
tamen debet intelligi de dolo vero, qui ex pro-
poſito inducitur, non de dolo præſumpto, aliàs
ille tex. eſſet potius impoſitus verbis quàm effe-
ctui. Vnde meritò dicit Imol. quod multi no-
luerunt ſubſcribere conſilio Anch. & per illum
tex. ita tenet Alexan. in conſ. cxxv. in j. vol. vbi
D atteſtatur iſtam eſſe communem opin. & conſil.
liij. viſis. in iij. Franc. de Curt. conſil. xliiij. ſuper
contingentia. conſil. lxvj. in vlt. dub. & in hanc
partem videtur inclinare Corn. in reper. d. auth.
ſacramenta. cum aliqua tamen modificatione.
pro hac etiam facit gl. in l. ij. C. de reſcind. vẽd.
& in c. pen. de empt. & vend. & ibi communiter
Docto. concludunt, quod quando minor contra
hit, & iurat non contrauenire contractui, neque
ex cauſa ætatis, neque alia, quod tunc non po-
E terit allegare ſe læſum enormiter, & ſic vltra di-
midiam iuſti pretij. Et ſic videtur mihi eſſe com-
munis concluſio, contra hanc opi. Adducuntur
etiam pro hac parte quædam alia fundamenta,
ſed leuia, quibus reſpondet Corn. in d. conſil.
ccxiiij. vnde tota vis iſtius puncti reſtringitur ad
hæc duo fundamenta. quare tu tenendo opini.
Ant. de But. & Abb. reſponde ad d. c. quamuis.
quod ibi non cadit enormis læſio, etiam ſi filia
nihil habuerit: nam loquitur in renuntiatione
F facta patri de eius hęreditate, & ſic de iure quod
erat in ſpe, & potuiſſet accidere quod nihil ha-
buiſſet: vt ſi pater facultatib. lapſus eſſet, vel i-
pſa ante eũ turbato ordine deceſsiſſet, iuxta tex.
in l. nam ſi parentib. ff. de inoff. teſta. † Enormis 212
igitur læſio dicitur, quæ iuri quęſito pręiudicat,
non autem quærendo: † facilius enim remitti- 213
tur ius quæſitum, quàm quærendum. argu. l. ſi
ſponſus. §. ſi maritus. §. fi. ff. de don. int. vir. &
licet minor reſtituatur etiam propter lucrũ de-
perdi-



perditum, l. ait prætor. §. fi. l. verum. §. ſi locu-
pleti. ff. de mino. & declarat Raph. Com. conſ.
cxiiij. Ant. in iij. dubio. tamen quando iuramẽ-
tum interuenit, non eſt de eo quærendum. dict.
ca. quamuis. & habetur in dict. authentic. ſacra-
menta. Ad not. in dict. l. ij. reſpondeo, quod do-
ctrina doctorum non contradicit huic conclu-
ſioni: nam fateor quod per talia verba genera-
lia cenſetur renuntiatum etiam diſpoſitioni il-
lius legis: & ideo ſi is qui iurauit ageret ſecun-
dum illam legem, & peteret fundum reſtituen-
do pretium, vel peteret ſibi ſuppleri, malè age-
ret. Si verò ſimpliciter allegaret ſe fuiſſe dece-
ptum, & propter dolum diceret iuramentũ non
tenere, poſſet vendicare rem venditam, tanquã
venditio eſſet nulla: quia ſine debita ſolutione,
quæ per iuramentum doloſum non potuit ſup-
pleri & ita declarat Raph. Com. in dict. conſil.
clxxx. in fin. Vis ergo ſtat in modo agendi: licet
enim per illa verba generalia cenſeatur renun-
tiatum. dict. l. ij. non tamen cenſetur renuntia-
tum vbi dolus ſubeſſet. l. actione. C. de tranſact.
l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & cùm in enor-
miter læſo præſumatur ignorantia, dict. l. quiſ-
quis. ſequitur deceptionem præſumi. Procede-
ret igitur opin. gloſſ. Bartol. & Doct. in eo qui
ſciret verum valorem, & nihilominus præſtaret
tale iuramentum: quę ſcientia colligitur ex cõ-
iecturis, ſecundum Nicol. Math. & Bald. in dict.
l. ij. & per Imol. hîc: vt ſi diligens agricola ven-
dit agrum ſuum: veriſimile enim eſt eum ſcire
valorem illius agri quem colit vel inhabitat.
Amplia hanc communem concluſionem, vt
procedat etiam in maiore, ſecundum Anto. de
But. & Abb. hîc, qui loquitur, quando maior
ſimpliciter iurauit non contrauenire cõtractui,
vt poſsit adhuc contrauenire quando interue-
niſſet enormis læſio: quia de tali non videtur a-
ctum. Idemque ſi iuramentum eſſet conceptum
per verba valde generalia, vt quia maior iuraſ-
ſet non contrauenire aliqua de cauſa: cùm enim
hîc propter enormitatem damni præſumatur
dolus, non debet cenſeri ſub iſta generalitate
de eo actum. dict. l. omnes. §. Lucius. cum ſi-
mil. Sed contrarium in hoc eſt de mente ſcribẽ-
tium in dict. l. ij. & etiam firmat Ioan. de Imol.
hîc: quia hoc modo iuramentum nihil operare-
tur, quod tamen dicendum non eſt. argum. l. ſi
214 quando. de leg. j. Item † quia diſpoſitio affirma-
tiuè concepta includit omnia remedia, vt eſt gl.
in l. j. §. ſed videndum. ff. de ſucceſſ. edict. quan-
to magis negatiua, ſecundum gl. in l. hoc genus.
ff. de cond. & demon. Vnde cùm in caſu noſtro
promittat quis non contrauenire quacũque de
cauſa, perinde debet eſſe ac ſi ſpecialiter de iſta
enormi læſione eſſet actum. Sed hæc argumen-
ta parum vrgent: quia ad primum reſpondetur,
215 † quod iuramentum ſatis operatur ex quo addit
forum foro. ca. fi. de for. com. in vj. Ad ſecun-
216 dum dicitur, † dato quod generalitas ſermonis
poſsit comprehendere etiam læſionem magnã,
tamen de ea non cenſetur actum propter dolum
re ipſa. argum. l. actione. C. de tranſact. l. credi-
tor. §. Lucius. ff. mand. Fortiùs igitur ego ar-
guo contra hanc opin. Nam ſi læſio eſſet etiam
in minimo citra dimidiam iuſti pretij, non com
peteret remedium dict. l. ij. vt ibi omnes faten-
tur: vnde ſi facta ſit talis renuntiatio, debet ſal-
tem operari vt illud minimum per quod exce-
ditur dimidia iuſti pretij, quoad læſionem nihil
operetur, quia talis non eſſet enormis læſio. Si- C. Cùm contingat.
cut dicimus in ſimili, quòd quando quis vendit,
& ſubdit, quòd ſi res aliquid plus valet, illud
donat: illud modicum donatum impedit re-
medium dicta l. ij. ex quo fit computatio, eo
quod donatum eſt computato in ipſo pretio, vt
dicit Alexand. & moder. in dicta l. ſi quis cùm a-
liter. Vnde concordando opiniones poſſet di-
ci, quòd ſi læſio eſt ſimpliciter enormis, ſtante
A tali renuntiatione non ſuccurratur maiori. ita
loquuntur Doct. in dicta l. ij. Secus ſi ſit enor-
miſsima, vt quia non ſit conſecutus niſi quar-
tam partem valoris ipſius rei. & ita loquitur Ab-
ba. hîc. Facit, † quia qui renuntiat enormi læ- 217
ſioni, non cenſetur per hoc renuntiaſſe enor-
miſsimæ, vt per Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbi-
trorum. col. iiij. ff. pro ſoc. & quod not. Angel. in
quæſt. ſua, incip. duo litigantes. & Imol. hîc. ver-
ſic. ſed iuxta prædicta poteſt.
B Secundò ampliatur prædicta concluſio, vt
procedat etiam ſi præcisè quis iuraſſet non con-
trauenire propter enormem læſionem vel enor-
miſsimam: adhuc enim ſi ſit minor, ſecundum
dict. authentic. poterit contrauenire, propter
dolum præſumptum contrahentis cùm eodem
argum. dict. l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucapio.
pro empto. & quia, qua facilitate contraxit, ea-
dem præſumitur dicta verba appoſuiſſe. argu. l.
doli. §. diuerſum. ff. de nouat. & quod not. Bart.
C in l. fin. §. idem quæſiit. ff. de cond. indeb. & Ale-
xan. conſil. clxxviij. viſa ſcriptura. colum. ij. lib.
ij. Et pro hac ampliatione facit quod notat Bal.
in rubr. C. de rer. permut. circa fin. vbi dicit, † 218
quòd in contractu damnoſo facto etiam cum
iuramento, ſimplicitas præſumitur in minore,
muliere, & ruſtico: & tale iuramentum per epi-
ſcopum relaxari debet. Idem tenet in ca. j. §. i-
tem ſacramenta. in iiij. col. de pac. iur. firm. Et
licet Imol. hîc dicat, hanc opinionem videri cõ-
D tra Doctores in dicta l. ij. tamen vltra prædicta
poteſt dici quòd non: quia dato quod ipſi ve-
lint iuramentum tenere, tamen non loquuntur
quando abſolutio conceſſa eſt, quæ conceden-
da eſt, ex quo præſumitur dolus in recipiente
tale iuramentum, vt ſuprà diximus. Fortiùs
ſentit hîc Abb. quòd imò etiam in maiore erit
concedenda abſolutio: quia renuntiatio talis
videtur appoſita potius ex verborum exube-
rantia, quam ſolent notarij apponere procon-
E ualidatione contractus, quàm quòd ita eſſet de
mente contrahentium. argum. ca. cùm veniſ-
ſent. infrà de inſtit. & quod not. in cap. quinta-
uallis. ſuprà eodem. & in ſimili per Specul. in ti-
tul. de empt. & vend. §. nunc videndum. verſic.
quid ſi vendas equũ. Melius facit quod not. Bar.
in l. j. in vj. quæſt. ff. de iure codicill. vbi dicit, q;
clauſulæ ſolitæ apponi de conſuetudine nota-
riorum, nihil operantur: cum multis ſimilib. per
F Franc. de Curt. conſil. 50. colum. xij. & conſilio
lxxvj. in vj. col. Andr. Sicul. conſil. xlij. colũ. viij.
conſil. xlviij. col. vij. item conſil. lviij. col. v. in j.
conſil. xvj. col. ij. conſil. xxxiiij. colum. x. conſil.
xliij. colum. viij. conſil. lx. col. j. in ij. Socin. conſ.
ccl. colum. fin. Sed ad hanc rationem Abb. re-
ſpondet Alex. d. conſil. cxxv. in antepen. colum.
quòd imò notarius in dubio non præſumitur ap
poſuiſſe dictam clauſulam ex ſeipſo, imò pręſu-
mitur quòd partes ipſę ita ſibi mandauerint, ex
quo pręſumitur pro veritate inſtrumenti. l. cum
precib. C. de probat. & facit quod not. Bar. in l. q;

ſi nepotes. ff. de teſta. tutel. Suſtinendo Abb. poſſes reſpondere, quòd dictum Alexand. procederet, niſi ex alia parte inſtrumenti aliud appareret: cùm enim ille qui vendit, eo ipſo quòd facit contractum venditionis, oſtendit quòd non vult donare: generalitas verò iſtius clauſulæ importat in effectu donationem: ne aduerſus mentem contrahentis aliquid inducatur, potius præſumimus ea eſſe verba notarij, non autem partium: & hoc quando conſtat ea de conſuetudine ſolita eſſe apponi. Præterea ſi in tali inſtrumento notarius appoſuerit alias renuntiationes & clauſulas impertinentes, videtur ratione conſuetudinis ſuæ hanc quoque appoſuiſſe. argum. l. qui filiabus. ff. de leg. j. & eius, quod notat Specul. in dicto tit. de emption. & vendition. §. nunc videndum. allegato hîc per Abb. & quod notat in l. Iulianus. §. idem Iulia. & l. j. in fin. de actio. empt. & ad horum declarationem adde ea quæ dixi in l. prima. §. ſi quis ita. in iij. not. ff. de verborum obligatio. Et ſic poteſt defendi opinio Abb. quæ mihi placet, quando enormiſſima læſio ſequeretur, prout etiam ipſe videtur intelligere: aliàs ex ſola enormi, ſtante tali clauſula, non putarem eſſe maiori cõſulendum. & ita intelligo not. in dicta l. ij. Tertiò ampliatur vt procedat prædicta concluſio etiam ſi quis in inſtrumento renuntiaſſet exceptioni doli mali, & in factum, & generaliter cuicunque alij exceptioni, defenſioni, & legum auxilio: quo enim errore fuit quis inductus ad faciendum talem renuntiationem, eodem etiam ponit tales clauſulas, vt per Bart. in l. fin. §. idem quæſiit. ff. de condic. indeb. per Alexand. conſilio lxxxix. viſo puncto. col. v. lib. ij. & in terminis ita conſuluit Decius in dicto conſil. clxxx. & quod not. Corn. d. conſilio ccxiiij. in iij. Et idem videtur etiam ſi decretum iudicis interueniſſet: quia dato quòd præſumatur pro decreto, l. j. C. de præd. curia. tamen iſta præſumptio ceſſat ſi de enormi læſione appareat. & ita conſuluit Paul. de Caſt. conſilio ſuprà alleg. quod eſt in nouiſſimis. Corn. dicto conſilio ccxiiij. clxxiiij. in j. volu. ſequuntur moder. in reper. d. c. quamuis. & idem ſentit Fulg. etiam ſi interueniſſet autoritas tutoris, in conſilio ccxxxvij. Dynus. in fin. Limitatur hæc concluſio, vt non procedat quando appoſita eſſet clauſula, quod omne quod plus valet, donat: & ex aliquibus circunſtantiis appareret maiorem renuntiantem velle donare. l. ſi quis donationis. ff. de contrah. empt. & ita intelligit Abbas, ſed non declarat quæ circunſtantiæ: & putarem, quòd ſi ex forma ſtatuti requireretur certa ſolennitas in donationibus, & illa eſſet ſeruata in tali contractu, accedente illa clauſula, quòd ſi plus valeat intendit donare, quòd ſatis dicatur conſtare de animo donandi, ex quo forma contractus arguit mentem contrahentium, dicta l. j. §. ſi quis ita. vbi Areti. ff. de verborum oblig. arg. l. inſulam. ff. de præſcript. verbo. Idem putarem quando aliquis contraheret cum valde coniuncto, quia ex maximo amore de facili præſumitur donatio: nam ſtante tali clauſula, ſatis debet præſumi quòd mens concordet cum verbis: & tali caſu vinculum ſanguinis tollit ſuſpicionem fraudis, ſecundum Alber. de Roſ. & Iac. de Put. in l. patrem. in fi. ff. de his quæ in frau. cred. Cyn. & Salic. in l. j. C. ad l. Iul.
219 reper. † in quo tamen multum operabitur arbitrium iudicis, qui ex qualitate contrahentium conſiderabit, an error vel dolus interuenerit, vel timor reuerentialis. Idem etiam ſi conſtaret quòd renuntians haberet certam ſcientiam valoris ipſarum rerum: nec ſufficeret illa clauſula quam Notarij ſolent apponere, quod ſciens non per errorem iuris vel facti renuntiat, &c. argu. not. par Bartol. in d. §. idem quæſiit. Sed ſi renuntians habebat cognitionem rei, vt quia incoleret agrum cui renuntiauit: nam tunc non poteſt
A capi alia præſumptio quàm donationis. & ita intelligitur quod not. Franc. de Curt. conſilio lxvj. ſuper præmiſſa. in pen. col. Limitatur ſecundò, ſi renũtiatio fuiſſet geminata: nam cùm reiteratur ex interuallo contractus, ceſſat præſumptio fraudis vel erroris, ſecundum Decium, qui ita conſuluit conſilio clxxxj. in iij. col. & hoc propter virtutem geminationis, de qua per gloſſ. ij. quæſt. iij. ſi quis iratus. & in c. ex literis. in verb. admonita. j. de diuor. per Bart. in l. cùm
B ſcimus. C. de agric. & cenſ. libro xj. Bald. in cõſilio ſchiſmatis, poſito in rubr. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. chart. pen. Abb. in c. ſi cautio. in fi. ſ. de fid. inſtr. Sed aduerte, quia poſſet intelligi hæc limitatio, quando reiteratio interueniſſet poſt longum tempus, id eſt, biennium, ſecundum l. ſi mulier. C. ad Velleia. aliàs illa lex obſtaret, & d. l. doli. §. diuerſum. ff. de nouat. & facit l. j. §. ſi onerandæ. verſicu. ſed ſi poſt interuallum. ff. quarum rer. act. & quod not. Paul.
C de Caſtr. conſilio cccv. notandum eſt. in ij. vol. in nouiſſi. Quintus caſus principalis Bartol. eſt, † quando contractus prohibetur in fauorem 220 alicuius, & tunc concludit quòd iuramentum confirmat contractum. d. c. quamuis. in verbo, firmatum. & ideo non poterit concedi abſolutio, neque repetitio. †Fallit quando lex reſi- 221 ſtit perſonæ iurantis, quia tunc peccaret. ca. ij. de maior. & obed. & ideo iuramentum eſſet i-
D pſo iure nullum. Si verò lex ſolùm reſiſteret perſonæ recipientis iuramentum, tunc eſſet concedenda abſolutio, propter odium eius qui contra legem illud recipit. argu. d. c. debitores. de quo dic vt ſuprà in iij. caſu. Eſt verum quòd ad text. in d. c. quamuis. poteſt reſponderi, quòd illud verbum, firmatum, intelligitur, id eſt affirmatum, vt referatur ad conſenſum, non ad validitatem contractus: quia tex. loquitur conditionaliter: aliàs ſequeretur, quòd vbi contra-
E ctus non firmaretur, id eſt, validaretur, iuramentum non eſſet ſeruandum, quod eſt falſum, & contra tex. in d. c. debitores. Sed tamẽ quicquid ſit, in hoc caſu mihi placet opin. Bart. quæ communiter approbata eſt circa hunc caſum. Abbas nihil ſcribit, quia eum tractat vnà cum tertio. Eſt tamen aliqua differentia, quia in tertio prohibitio erat etiam fauore publico in cõſequentiam: in iſto non videtur fieri aliqua conſideratio fauoris publici: & ſic ſentit Bartolus, quòd ſenatuſ-
F conſultum Velleianum, & oratio diui Seueri, ne minores alienent, & interdictio prodigi, neque in conſequentiam reſpiciant fauorem publicũ: quod nota, quia Abbas hîc videtur ſentire oppoſitum in octauo membro. Sed opinio Bartoli mihi placet, † quia ex quo omnia bona rema- 222 nant in homines de iuriſdictione, non videtur quicquam intereſſe publicè. argu. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de per. hæredit. & §. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & ſuprà dixi.

Ex hoc infertur primò, † an mulier fideiu- 223 bens



bens cum iuramento, poſſit compelli, an verò obſtet exceptio Velleiani. Et Bartol. concludit eſſe compellendam, ex quo tale ſenatuſconſultum eſt factum in ſui fauorem, nec prohibet perſonas. l. ij. ff. ad Velleia. & ita tenent ſcribentes in dicta l. ſi quis pro eo. Anton. & Ioan. de Imol. hîc, & probatur à fortiori per iſtum textum, quia ſi iuramentum confirmat contractum, iſto caſu in quo agitur etiam de fauore publico ſaltem in conſequentiam, quantò magis confirmabit vbi fauor publicus nihil impedit? Et iſtam concluſionem intelligunt Doctores procedere etiam ſi mulier certiorata non ſit de dicto beneficio: quia iurans cenſetur cogitaſſe ſaltem in genere, quòd nullo beneficio vtetur quod ſibi competere poſſit. & ita probatur in ca. ex reſcripto. in ſui generalitate. ſuprà eodem, vbi Felin. poſt alios: & Ant. & Abba. in ca. ſi diligenti. de for. compet. Archid. & Ioan. Andr. in dicto ca. ij. de pac. in vj. Paul. de Caſtr. in l. fin. ff. ad Velleian. Roma. in l. ſciendum. in x. col. de verborum obligat. Sed contra ſupradicta obſtat gloſſ. in authentic. ſi qua mulier. C. ad Velleian. vbi mulier non poteſt intercedere pro marito etiam ſi iuret, quia tale iuramentum eſt nullum. l. non dubium. C. de legibus. & illam gloſſ. ſequitur ibi Iacob. Butr. & dicit Salici. quòd Doctores cum ea tranſeunt. Potes dicere quòd illa gloſſ. non procedit de iure Canon. per iſtum text. & ita tenet Albericus de Roſa. Angel. & Paul. de Caſtra. ibi. Sed tu potes illam gloſſ. ſuſtinere in caſu quo ageretur de magno præiudicio ipſius mulieris: nam tunc propter enormem læſionem præſumeretur metus reuerentialis mariti, & iuramentum eſſet relaxandum, per ea quæ dixi in præcedenti membro. & ita ſaluaui iſtam gloſſ. ſuprà in ij. notat. & facit, quia vbi agitur de tali læſione, non præſumitur mulier certiorata, & iuramentum eam non obligat, argum. not. per Bald. in l. ij. in ix. quæſt. C. de reſcind. vend. & ita conſuluit Decius d. conſil. clxxx. in fin. & iſta opinio mihi placet.

224 Secundò infertur, † an ſtante ſtatuto quòd mulier nullo modo poſſit obligari ſine conſenſu agnati, ſi acceſſerit iuramentum, obligetur, dato quòd dicta ſolennitas non interuenerit? Et Bartol. in dicta l. ſi quis pro eo. videtur tenere quòd ſic, ex quo hæc ſolennitas fuit introducta in fauorem ipſius, argu. iſtius textus. & dict. auth. ſacramenta. & hoc niſi lex reſiſtat perſonis contrahentium, vt per eum, & ſuprà dixi, & ſequitur Angel. Paul. & ſcriben. in dicta l. ſi quis pro eo. & videtur de mente Cano. hîc: & indiſtinctè hanc concluſionem firmauit Chriſtophor. de Caſtil. in diſput. ſua incip. ſtatuto ciuitatis Papiæ. & facit, quia vbi ſola æquitas iuris canonici attenditur, tale ſtatutum non eſt obſeruandum: vnde poteſt mulier ſine dicta ſolennitate donare piæ cauſæ, vt dicit Abb. in ca. relatum. per illum text. j. de teſta. & conſuluit Bald. in conſilio cclx. in ij. & per repet. in dicta l. nemo poteſt. in ij. quæſt. Bartol. ff. de leg. j. quantò magis in iuramento, in quo legem diuinam ſeruamus. facit quod notat Alexã. conſilio xciij. in ij. Contrariam opinionem, quòd imò indiſtinctè iuramentum tali caſu non obliget, tenuit Bald. in dicta l. ij. in ix. quæſt. & hîc
225 in iij. col. Mouetur, † quia mulieres & minores facilè decipiuntur minis, blanditiis, pollicitationibus, vt habetur in authentic. vt immobi. ante nupt. §. & ſi conſentiat. Et ideo valet ſtatutum, ne ſine conſanguineis conſentiant, quia poteſt lex ciuilis ex cauſa limitare ius diuinum. l. fina. C. ſi contrà ius vel vtilit. public. & eandem opinio. etiam ſequi videtur Pet. de Anchar. in repet. dict. ca. canonum. in xj. quæſti. circa fin. & Anto. & modern. in dict. ca. ij. ſuprà de maior. & obedi. qui iſtud intelligunt, quan-
A do lex reſiſtit perſonis, ne ſine dicta ſolennitate contrahant, de quo ſuprà vidimus in iij. caſu. Puto opinio. Bartol. eſſe communiorem & & veriorem, ex quo ſtatuentes non poſſunt inducere ſolennitates in præiudicium iuramenti, niſi in caſu declarationum quas ſuprà tradidi: vnde hæc quæſtio deciditur ex ibi notatis. Putarem tamen quòd in foro ciuili talis contractus ſine illa ſolennitate factus, quamuis iuratus, non habet executionem, quando iudices ex for-
B ma ſtatutorum haberent iuriſdictionem, & exequerentur ſtatuta, & eis deficientibus ius commune: nam non cenſerentur habere iuriſdictionem contra ſtatuta, & ideo non poſſent cognoſcere & facere quòd talis contractus ſeruaretur. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. per Bartol. in l. ambitioſa. in iiij. & v. regula. ff. de decret. ab ordi. facit quod notat Baldus in l. obſeruare. §. proficiſci. in xxvij. quæſt. ff. de offic. proconſ. Iacob. Butr. & Bald. in au-
C thentic. ſtatuimus. C. de epiſc. & cleric. Nec obſtat ca. ij. de iureiuran. in vj. quia non poteſt intelligi in hoc caſu, cùm quoad eius contractus executionem non ſit iudex, ſed perſona priuata: & text. in dict. ca. ij. loquitur in habentibus iuriſdictionem: imò in quacunque generali commiſsione intelligitur, ſi iuriſdictio ſubſit: quia exceptio iuriſdictionis nũquam cenſetur reiecta, vt eſt gloſſ. in Clem. j. in fin. de ſequeſt. poſſ. de qua per Doct. in l. de pupillo. §.
D qui opus. ff. de oper. noui. & vide Bald. in reper. l. ij. col. lj. ff. eod. Tertiò infertur, † an contra- 226 ctus prodigi firmetur iuramẽto. Et videtur quòd ſic: quia prohibitio cenſetur facta in eius fauorem, per iſtum text. nam prodigus æquiparatur adulto habenti curatorem. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſt. min. ſed adultus obligatur iuramento. dict. auth. ſacramenta. & ita tenent Anton. & Imol. hîc, Rom. & Aret. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. In contrarium eſt commu-
E nis concluſio, quam tenent Bartol. Bald. Ang. Anchara. Paul. Alexand. & modern. in dicta l. is cui. Nam tale iuramentum caret iudicio & ratione, vnde non tenet. c. etſi Chriſtus. ſuprà eo. & contrahens cum eo ſatis eſt in præſumpta fraude, ſecundum Abbatem hîc, quem ſuprà retuli. Nec obſtat ratio contraria: quia vltra dicta per Iaſ. in dicta l. is cui. poteſt reſponderi quod imò prodigus † non ita indiſtinctè æquiparatur 227 adulto: imò quoad alienationem bonorum, æ-
F quiparatur furioſo. dicta l. is cui. & l. Fulcinius. §. adeò. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. quo verò acquiſitionem, æquiparatur pupillo. l. obligari. vbi notatur. de autor. tut. Quando verò cum autoritate curatoris contrahit, æquiparatur adulto. d. l. ſi curatorem. Ex qua diſtinctione apparet, † quòd quoad alienandum cùm æ- 228 quiparatur furioſo, deficit iuramentum tanquam indiſcretum, & cui legitimus conſenſus non acceſſerit. Et iſtud maximè procederet in eo qui non ſolùm eſſet prodigus bonorum, ſed etiam

C. Cùm contingat.

etiam morum, vt in luxurioſo argum. l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucap. pro empt. & in tali puto quòd neque Anton. neque Imol. contradixiſſent, vt apparet ex notatis per eos, dum allegant dicta l. ſi quis cùm ſciret. & per Abb. hîc in nono caſu. Cætera dicenda ſunt vt latius per moder. in dicta l. is cui. Quartò infertur ad impuberem ſeu pupillum capacem doli, an ſi contrahat contra prohibitionem legis, contractus firmetur. Et videtur quòd ſic: cùm enim A talis ſit decem annorum cum dimidio, & proximus pubertati, ſecundum gloſſ. in l. pupillum. vbi moder. ff. de reg. iur. & obligetur naturaliter, vt eſt text. in l. j. vbi Bartol. & Doct. ff. de
229 nouat. ſequitur † vt iuramentum confirmet contractum, prout in aliis ſuprà dictis caſibus.

Et pro hoc videtur textus in ca. ex literis. ij. infrà de ſponſalibus. vbi talis impubes poteſt cenſura eccleſiaſtica compelli ad contrahendas nuptias, quas ſe contracturum iurauerat. B Et facit, quia licet pueri non obligentur periuriis. xxij. quæſtione v. ca. paruuli. tamen ſi ſint proximi pubertati, obligantur. ca. j. de delict. puero. l. fin. ff. de liber. cauſ. l. qui iuraſſe. vbi not. ff. eod. ſicut per gloſſ. & Doctores in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ſic limitat ratio euitandi peccati, per quam rationem fundatur iſte textus, & ſimilia iura. Et hanc partem tenent Hoſtien. & Ioan. Andr. & Imol. hîc, Archid. in ca. quamuis. de pact. in vj. Abb. in conC ſilio xxxix. duo ſunt. in primo. conſilio cviij. incip. illud. in ij. Bartol. Salic. Paul. de Caſt. Alexand. in d. l. qui iuraſſe. Rom. in dicta l. is cui. Iac. de Beluiſ. & And. de Iſer. in ca. j. §. item ſacramenta. de pac. iura. firm. Salic. Paul. de Caſtr. Aret. & Corn. in d. auth. ſacramenta. & eſt de mente Cald. in conſilio viij. ſub eodem titul. Et ſecundum hanc opinionem latè conſuluit Corn. conſilio ccxl. in j. vol. & dicit Decius in dicta l. pupillum. quòd hæc opinio eſt commuD niter approbata. Et iſtud procedit ſaltem apud Canoniſtas, ſecundum Corn. vnde cùm ſimus in materia peccati, in iudicando eorum ſententia debet attendi, iuxta ea quæ dixi ſuprà in vlt. notab. & quod not. Anchar. in diſput. ſua incip. antiquis & modernis temporibus. Contrariam partem tenuerunt alij ſcribentes in dicto auth. ſacramenta. gloſſ. Accurſ. Guill. de Cun. Pet. Cynus, Odofred. Iacob. Butr. Bal. Ang. Alber. Fulgoſ. Ant. de Alex. & Iaſon. Idem tenuit E gloſſ. eorum ibi. Bald. Iacob. Alber. & Præpoſ. in dicto §. item ſacramenta. Paul. de Caſtr. conſilio ccxv. incip. ſi non intereſſet. Raph. Fulg. conſilio ccxxxvij. incip. Dynus inquit ſe de re. de feudis, conſilio xxxj. & moder. in dicta l. is cui. Et ſine dubio iſta eſt magis communis concluſio, pro qua adde primò textum in d. authẽ. ſacramenta. quæ cùm de pubere loquitur, non videtur ad impuberes extendenda, ex quo in eis non eſt tanta ratio. l. fi. vbi Bal. C. de interd. F matrim. præſertim cùm dicto auth. ſit correctoria iuris communis, vt eſt magis communis opin. Et dato quod ſit fauorabilis fauore animę, non tamen eſt extendenda ad caſum noſtrum, in quo non videtur agi de periculo animæ, ex quo propter ætatem pupilli deeſt iudicium, & ſic conſenſus, vnde concedenda eſſet ſemper abſolutio, vt infrà dicam. Et quòd non ſit tanta ra-
230 tio apparet: † quia licet in quibuſdam impuberes doli capaces, & puberes æquiparentur, videmus tamen in actibus grauioribus ponderis, eſſe conſtitutam differentiam. l. qua ætate. ff. de teſtamen. Inſtit. quibus modis tutel. fin. §. j. cum ſimilib. Secundo pro hac parte ſtringit, quia † iuramentum debet habere comitem, iu- 231
dicium & diſcretionem, c. etſi Chriſtus. ſ. eod. aliàs non tenet: ſed in pupillo non adeſt iudicium, l. pupillus. ff. de acquir. hæred. & eſt caſus in l. videamus. ff. de in litem iuran. & in ca. pueri. xxij. quæſtio. v. Tertio facit, quia talis impubes non obligatur voto. ca. j. de regularib. in ſexto. ca. ſignificatum. eod. tit. & quod not. Innoc. in c. ſcripturæ. ſ. de voto. vbi dicit, quòd in votis impuberum faciliter diſpenſatur.

Non obſtat quòd obligetur naturaliter: quia iſta naturalis obligatio eſt modici præiudicij: ſed in iuramento, ex quo inde magnum oriatur præiudicium, maximè propter reſtitutionem in integrum ſublatam, lex non habet † iu- 232
ris conſenſum pro vero conſenſu, niſi ſit pubes. dicto authen. ſacramenta. Et cùm iſta lex ſit fundata in bona & naturali ratione, debet attendi etiam in materia iuramenti, vt ſuprà poſt Anton. & Abb. concluſum fuit. Non obſtat textum in ca. ex literis. qui poteſt tolli eadem reſponſione: † quamuis enim teneatur ſeruare 233
iuramentum ſub pœna excommunicationis, tamen ſi ea non obſtante nolit obſeruare, debet iudex etiam ex ſeipſo abſolutionem concedere, vt ibi notant Ioan. And. & moder. & habetur in ca. ſi iudicauit. ſ. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. vnde cùm tale iuramentum in illo caſu non ſit æquè præiudiciale, ſatis poteſt pupillus ligari: ſicut videmus etiam de iure ciuili, quo iure in ſui damnum pupilli iuramentum eam non obligat. dicta l. qui iuraſſe. Et ita propter fauorem libertatis quam inde conſequitur, procedit dicta l. fin. ff. de liber. cauſ. Nec aliquid probatur in dicto ca. ex literis. quòd contractus per tale iuramentum firmetur, imò potius oppoſitum, tenendo opinionem Ioannis And. quòd ibi remittenda eſſet cenſura. Potes etiam reſpondere ad illum textum, vt infrà dicam. Non obſtat quòd ex periurio peccent: quia non ſequitur quòd per hoc contractus ſit obſeruandus, ſicut etiam prodigus ex periurio obligatur ſicut ex cæteris delictis, vt habetur in dicta l. ſi quis in tantam. & tamen † alienatio cum iuramento per 234
eum facta non valet, vt eſt communis opinio, & ſuprà dixi. Ex qualicunque enim iuramento ſi quis contraueniat, peccat, vel ſaltem quia nomen Dei in vanum aſſumit, vt notatur in ca. tua nos. ſuprà eod. & xxij. quæſt. iiij. ca. qui ſacramento. & tamen vt per illud quis contrauenire non poſsit requiritur † quòd habeat tres 235
comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. dicto ca. etſi Chriſtus. qui comites non interuenerunt in noſtro caſu. Et facit, quia licet talis impubes ex delicto obligetur, ſi tamen delinquat negligendo, excuſatur. authent. ſi captiui. C. de epiſc. & cler. & per Bart. in dicta l. ſi quis in tantam. Non obſtant autoritates in contrarium allegatæ Hoſtien. Ioan. Andr. Archid. Bartol. & cæterorum antiquorum: quia licet dicant iuramentum debere obſeruari, non tamen nolunt quòd contractus confirmetur: imò quidam dicunt contractum non confirmari, vt Iacob. Butr. & Salic. ſi bene intelligantur: † & 236
ideo petita abſolutione, debet impubes poſſe contrauenire. argumen. not. per Innocentium in dicto cap. ſcripturæ. vbi dicit, quòd in votis & iuramentis ab impulſib. præſtitis facilius diſpenſatur, & ſit commutatio propter qualitatem talis. cap. j. & ij. de delict. puerorum. Iſtud dicit Imola hîc etiam ſibi placere, ſaltem quando daretur enormis læſio: quod etiam tenet Aret. in dicta lege, qui iuraſſe. & ante eum Cald. in dicto conſilio viij. & volunt Ant. & Abb. hîc in nono caſu. argu. dicta lege ſi quis cùm ſciret. A ff. de vſucap. pro empt. & ſuprà dixi in caſu fortiori eſſe communem opinionem. Et ideo ſi impubes faceret donationem omnium bonorum
237 valde ſibi præiudicialem, putarem † iuramentũ hoc caſu non obligare: & ita nuper in facto conſultus reſpondi: licet Corn. in dicto conſilio aliud loquatur in impubere cum tutoris conſenſu iurante. Nam cùm talis naturaliter obligetur & ciuiliter, vt per Bartol. in lege j. ff. de nouat. videtur quòd etiam iuramentum teneat, tãquam conſenſus, & diſcretio ſibi per tutorem B ſuppleatur. Et iſtud etiam tenet Paul. de Caſtr. in dicto conſi. cclv. qui tamen hoc intelligit procedere in his, in quibus tutor poteſt autorari: vnde in alienatione rerum immobilium non ſuppleret, cùm in eis autorari non poſsit, niſi ex cauſa neceſſaria, vt habetur in lege j. ff. de rebus eor. quod mihi placet. Et ideo ſi pupillus ſit in patris poteſtate, cùm in his quæ poſſunt ſibi eſſe ad vtilitatem vel damnum, cum conſenC ſu patris obligetur, lege ſi infanti. C. de iure deliber. per Bartol. in lege fin. §. j. ff. de verbo. obliga. eodem modo videretur quòd iuramento obligaretur. Et ita intelligo text. in d. cap. ex
238 literis. in quo ſecundum hunc intellectũ, † quòd pater interuenerit in ſponſalibus filij, eſt de neceſsitate iuris: & dicta ſponſalia poſſunt eſſe vtilia vel inutilia pupillis: licet alij ibi dicant ex contingentia facti ita accidiſſe: quæ reſponſio non eſt realis. Non obſtat quòd canoniſtæ ita D teneant, quorum ſententia eſſet ſeruanda in materia iuramenti: quia iſtud procederet, ſi tenentes oppoſitum, non fuiſſent Doctores vtriuſque iuris: & etiam in veritate, dicta Canoniſtarum non ſunt contraria legi ciuili, ſi bene intelligantur, vt ſuprà deduxi.

Quid autem ſi talis pupillus aſſereret ſe adultum, & iuraret? tunc dic vt per Alexan. in dicta lege qui iuraſſet. & moder. in d. authen. ſacra-
239 menta. Sextus caſus principalis eſt, † quando E lex improbat contractum ratione ſolennitatis probatoriæ quæ deficiat: & tunc concludunt Bart. & Abb. quòd iuramentum non ſupplet illum defectum, quia talis ſolennitas reſpicit fauorem publicum, cui non poteſt renuntiari. dicta lege ius publicum. ff. de pactis. & lege conuenire. ff. de pactis dotalib. Et ideo † cùm teſta-
240 mentum debeat habere ſeptem teſtes, ſi is numerus non interuenerit, quamuis teſtator iurauerit, non tamen valebit vt teſtamentum. Et F cum iſta opinione tranſeunt Doct. communiter.

Limitat eam Ant. vt non procedat quando talis ſolennitas non omnino reſpiceret fauorem publicum, ſed principaliter priuatum fauorem: ſicut in ſimili dicimus de ſtatuto requirente aliã ſolennitatem in fauorem priuatum, de quo vidimus in præcedenti membro. Et ex hoc dicto
241 infertur, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd † inſtrumentum continens obligationem mulieris nõ faciat aliquam fidem, nec credatur notario, niſi in eo conſenſus agnati interuenerit, non valeret quoad hunc effectum, vt contractus iuratus non poſſet probari. Secundò limitatur, quando poſſet lædi anima, niſi diſpoſitio impleretur, vt in legatis ad pias cauſas, iuncto text. in cap. cùm eſſes. & cap. relatum. de teſta. Confirmatur hæc limitatio per Imol. † quia cum de 242
iure diuino ſit ſtatutus certus modus probationibus, de quo in dictis iuribus, non debet eſſe in A facultate ſtatuentium, reſtringere dictum modum, & requirere plures teſtes, vel maiorem ſolennitatem quoad iuramentum, quod non eſt de foro ipſorum. arg. cap. tuam. de ord. cog. Et hanc rationem approbat Imol. & etiam Corn. in repet. d. authen. ſacramenta. q. xiiij. quando ſtatutum reprobaret probationem, quæ de iure gentium ſimpliciter eſſet approbata: vel etiam ex iure Pontificio, vt quia inſtrumentum eſſet factum à notario apoſtolico: ſecus ſi imperiali. B Sed tu pro opinione Imolæ adducas quod notat Salic. in auth. caſſa. col. iiij. verſ. quæro ſecundò. de ſtatutis concernentib. modum probandi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed tamen iſtæ limitationes non videntur communiter approbatæ, imò Doct. indiſtinctè tranſeunt cum Bartol. & Abb. quem etiam ſequitur Bald. in repet. lege ij. col. ij. ff. eod. Paul. de Caſtren. conſilio lxj. incip. notandum eſt. Alex. conſil. xcv. in fin. in j. lib. Soc. conſ. xcvj. abundè. in vlt. dubio.

C Nec obſtat, quòd quando ſolennitas eſt introducta in fauorem priuatum, quòd iuramentum confirmet, vt ſuprà vidimus. Nam iſtud non procedit in ſolennitate probatoria: quia iuramentum non confirmat probationes contractus, ſed ipſum contractum. Quòd enim aliquid poſsit probari, vel non poſsit probari, eſt quid differens ab eo, quod in iuramento deductum eſt. arg. l. fin. ff. de rebus eor. Et ideo dicit Bal. hîc, quòd Bart. malè concepit verba: quia conD tractus ipſe non prohibetur, prout firmauit verba Bartol. quæſt. j. incip. ius non deficit, ſed ſolùm probatio: & † iuramentum eſt inefficax, 243
non ex ſe, ſed propter defectum probationes.

Non obſtat quòd non deberet procedere prædicta concluſio, quando quis peccaret: quia reſpondetur, quòd ſemper non ſeruando iuramentum licitum, quis peccat, vt in hoc textu apparet: ſed dicimus, ſtante tali prohibitione, non probari quod iuratum fuerit. Et E ideo in caſu cap. cùm eſſes. & cap. relatum. aliud eſſet: quia ibi probatur iuramentum, ex quo lex ciuilis non poteſt arctare probationem teſtamentariam, quando præiudicaretur his cauſis, vt ibi Doctores declarant: ſecus ergo eſſet, vbi lex poſſet coarctare. & ita præciſè loquitur Abbas. Non obſtat ratio Imolæ, quæ videtur fortior: quia † licet lex ciuilis non 244
poſsit diſponere circa actum ſpiritualem, ſicut eſt iuramentum: iſtud tamen procedit, ſi F principaliter capitulum iſtud diſponeret, non ſi per indirectum, vt per Bartolum in dicta lege omnes populi. & ſuprà latius vidimus.

Vnde cùm in caſu noſtro non diſponatur de ipſo actu, ſed de modo probandi, debet ſtatutum obſeruari, vt declarat Paulus de Caſtro, in dicto conſi. lxj. Et licet ſecundum communem opinionem non poſsint ſtatuentes etiam in foro ſuo arctare modum probationis, reſpectu clerici agentis, quia eſſet contra libertatem eccleſiaſticã, tamen quoad laicos deberet poſſe

C. Cùm contingat.

poſſe arctare, ex quo nō tollitur remedium quo
conſulatur animæ deinde in foro eccleſiaſtico,
vel per viam denuntiationis euangelicæ, in di-
245 cto cap. nouit. de iud.† Poteſt enim ſtatutum li-
mitare fidem probationū quo ad ſubditos ſuos,
vt declarat Salic. in d. authen. caſſa.

Nec obſtat, quòd vbi verteretur peccatum,
non habent ſe intromittere laici: quia hoc at-
tento, nunquam valerent ſtatuta arctantia mo-
dum probationum, ex quo ſi non poſſet ſecun-
dum modum à ſtatuto inductum probari, rema-
nere ſemper debitor in peccato, iuxta cap. pec-
catum. de regul. iur. in vj. Debet igitur illud in-
telligi, quando conſtat de peccato, non autem
quando adhuc non conſtat, ſed agimus quem-
admodum debeat probari. Poſſent tamen o-
piniones But. & Imol. ſaluari tribus caſibus.

Primò, in clerico qui recepiſſet iuramentum
246 à laico: nam† ſi agat contra laicum in foro ciui-
li, iuxta not. in cap. ſi clericus laicum. ſ. de fo-
ro comper. non eſſet ſeruandum tale ſtatutum
arctans ſibi probationes: cùm enim reſpiciat de-
ciſoria, non ligat clericum, vt habetur in cap.
quod clericis. de foro compe. & in cap. eccleſia.
de conſtitutio. per Salic. in loco ſuprà allegato.

247 Secundò,† quando cōueniſſent partes, quòd
contractus poſſet probari etiam ſine ſolennitate
ſtatuti, & ita iuraſſent: valet enim talis conuen-
tio, & eſt mittenda executioni, vt habetur in l.
Theopompus. ff. de dote præleg. in lege j. §. fi-
nali, vbi dixi. de verb. oblig. Tertiò, quando
aliter per legitimum modum probaretur de iu-
248 ramento præſtito: † poteſt enim veritas rei, quę
ex inſtrumento non probatur, quia deficit in ſo-
lennitate, per teſtes inſtrumentarios, vel etiam
alios examinatos in iudicio, probari, vt per
Abb. hîc, & quod habetur in lege teſtium. C. de
teſti. Et hoc intellige procedere, quando actus
eſt nullus ex defectu ſolennitatis probatoriæ:
ſed ſi eſſet nullus ex defectu intrinſecæ, aliud
eſſet, vt videbimus in ſequenti caſu. Et ita poſ-
ſunt ſuſtineri duæ priores limitationes. Ter-
tia limitatio ad prædictam concluſionem eſt, vt
tali caſu ſaltem iuramentum operetur quòd a-
ctus valeat omni meliori modo, per text. in le-
ge cum patre. §. filius matrem. ff. de legat. ij. Et
ideo ſi teſtamentum deficiat in numero teſtium,
vt quia quinque ſolùm adſint, iuramentum il-
lud ſuſtinebit in vim codicillorum. & iſtud te-
net etiam Bartol. in lege j. §. ſi quis ita. vbi dixi.
ff. de verb. obligat. cum multis concord. Sed
contra hanc limitationem indifferenter ab om-
nibus approbatam, poteſt ſic argui. Primò,
non videtur quòd iuramētum habeat maiorem
efficaciam, quàm iudicium, imò illi æquipara-
tur. lege, qui iuraſſe. §. fina. ff. eod. ſed actus in
iudicio factus non cenſetur habere vim huius
clauſulæ, vt valeat omni meliori modo, &c. le-
249 ge iij. C. de repud. hæred. vbi † tranſactio facta
in iudicio, nullo dato termino, non ſuſtinetur
neque in vim pacti. Secundò, promiſsio facti
alieni non valet. lege, ſtipulatio iſta. §. alteri. ff.
de verborum obligat. Pone quòd accedat iura-
mentum, nunquid valebit? certè ſic: ſed non vt
iurans teneatur præciſè, ſed ſic, omni meliori
250 modo: † valebit enim ſolùm vt iurans teneatur
iurare. cap. ex reſcripto. ſ. eod. cum ſimilib. &
cap. gemma. de ſponſal.

Tertiò, promittens ſub iuramento ſeruare
ſtatuta eccleſiæ, ſi nulla ſint condita, non tene-
bitur: † nunquid vt actus valeat omni meliori 251
modo, intelligetur de ſtatutis condendis? caſus
eſt quòd non, cap. pen. ſ. eod. Quartò, minor
alienās cum iuramento, & promittens non cō-
trauenire, intelligitur tantummodo ratione mi-
noris ætatis, non ex alio capite. vt per Barto. in
lege ij. C. de reſcind. vend. & in d. authen. ſa-
cramenta. & eſt communis concluſio, & quaſ-
dam ſimiles deciſiones adduxi in d. §. ſi quis ita.
A Et hoc tenendo poſſet reſponderi ad §. filius ma
trem. quòd ibi ipſe teſtator non iurauerat, ſed
exegerat iuramentum ab ipſo hærede, quod po
tuit facere. lege final. C. de fideicommiſſ. per
Bartol. in lege nemo poteſt. de legat. j. quem
intellectum etiam ſentit ibi gloſſ. & ſic ibi † non 252
curamus teſtamentum non ſolenne, ſed pro-
miſsionem ipſius hæredis. Sed aduertendum
eſt: quia text. ibi non poteſt intelligi, quando
ipſe teſtator recepiſſet iuramentum ab hærede
B quia verba hoc non important: bene poteſt in-
telligi, quando teſtator mandaſſet hæredi quòd
iuraret, vt etiam declarat ibi Bartol. Vnde ſi ſo-
lùm mandatum teſtatoris factum hæredi de iu-
rando, habet hanc efficaciam, quanto magis iu-
ramentum ipſius teſtatoris debet eam habere?
Et ſic ille text. ſecundum quemcunque intelle-
ctum probat intentionem Bart. & communem:
vnde ſequendo eā, firmanda eſt concluſio, quòd
† iuramentum habet vim clauſulæ, vt actus va- 253
C leat, quemadmodum valere poteſt: & regula
habet aliquas declarationes. Prima, vt non va-
leat in meliorem modum, ſed ſufficiat ſi aliquo
modo ſuſtineatur, licet non melius. per not. in
d. l. ij. C. de reſcinden. vend. De qua declaratio
ne quia Bart. & Doct. ſentiunt oppoſitum, dic
vt habetur in d. §. ſi quis ita. vbi dixi. Secun-
da declaratio, vt procedat, dummodo verba pro
lata ad illam formam poſsint quoquo modo ad-
aptari, ſecundum Bald. in repet. lege ij. col. 50.
D ff. eod. aliàs ſecundum eum non procedit dicta
concluſio, quia non videtur ex mente actum,
quod ex verbis colligi non poteſt. lege, Labeo.
ff. de ſupel. leg. lege, librorum. §. quod tamen
Caſsius. ff. de leg. iij. & ita intelligo text. in d. c.
penul. ſ. eod. ibi enim verba non poterant bene
accommodari ad ſtatuta futura. Et facit, quia † 254
per iuramentum nunquam quis cenſetur aliud
promittere, quàm quod ex verbis eum promi-
ſiſſe apparet, vt in noſtro caſu dicit Cor. conſil.
E cxcij. in vlt. colum. in j. vol. de quo dixi in d. §.
ſi quis ita. Tertia declaratio eſt, vt regula pro-
cedat, quando actus redderetur nullus in ea for-
ma, in qua agitur: ſed ſi valeret aliquo modo,
tunc non eſſet illa validitas vlterius extenden-
da, ſecundum Andr. Sicul. conſil. xliij. col. vlt.
in ij. vol. arg. d. cap. ex reſcripto. ſuprà, eodem.

Quarta declaratio, vt non procedat, quando
actus eſſet nullus ratione deficientis conſenſus:
nam † iuramentum nunquam operatur, eo de- 255
F ficiente. arg. d. l. fin. C. de non num. pec. & eſt
caſus in d. c. penult. ſ. eod. vbi Abb. in j. oppoſ.
& tangunt Barto. & Abb. in ſeq. caſu: & per A-
ret. conſil. xxiiij. incipien. quatuor dubia. in ij.
colum. Iaſon in l. eam quam. in xj. col. C. de fi-
deicommiſſ. & in l. ſed & ſi. §. quæſitum. in vlt.
col. ff. ſi quis caut. & melius in l. ſancimus. in ij.
col. C. de teſta. & declarabo infrà in viij. caſu.

Quinta declaratio eſt, quando actus eſt nul-
lus ex defectu ſubſtantiæ in perſona agentis: de
quo per Rom. conſil. dxvij. col. x. in fi. vel etiam
defectu



defectum materię, de quo ſ. dicemus in viij. caſu.

Sexta declaratio, vt non procedat in caſibus,
in quibus clauſula, omni meliori modo, &c. ni-
hil operatur, poſui in d. §. ſi quis ita. videntur e-
nim aliqualiter iſtæ clauſulæ operari. Septi-
ma & vltima declaratio eſt, vt text. in d. §. filius
matrem. procedat in iuramento teſtatoris: ſecus
in iuramento delato hæredi per teſtatorem, qa
illud non habebit hanc efficaciam, per text. in l.
ij. vbi Bar. C. commu. de leg. refert Iaſ. in d. l. eā
quam. Sed hoc non videtur verum: quia ſi hæres
iuret, puta quòd teneatur etiam ex minus ſolen
ni voluntate, l. fin. C. de fideicōmiſſ. Non obſt.
d. l. ij. quia non negat ſubeſſe differentiam, an le
gata cum iuramento ſint pręſtita, vel non: ſed di
256 cit † non differre, quibus verbis præſtetur iura-
mentum vel legatum, dummodo de intentione
conſtet, vt declarat ibi Corn. Septimus caſus
principalis eſt, quando aliquid prohibetur ra-
tione defectus ſolennitatis formalis, & tunc iu-
ramentum non facit quòd actus teneat in forma
in qua agitur. †Cùm enim forma deſit, actus nō
257 habeat ſuam ſubſtantiam: quia forma dat eſſe
rei. l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhib. valebit ta
men eo modo, quo valere poteſt. arg. d. §. filius
matrem. Et propter hoc concluditur, quòd
ſtipulatio peccans in forma, licet non valeat,
vt ſtipulatio, dicto §. ſi quis ita. valebit tamen
in vim pacti, ſi iuramentum acceſſerit. Et fideiuſ
ſor obligans ſe in plus, vel in alio quàm princi-
palis, licet non obligetur vt fideiuſſor, l. græcè.
258 §. illud, & §. fin. ff. de fideiuſſ. † ſi tamen iuret, te-
nebitur tanquam principalis. & hoc procedit,
niſi deficiat conſenſus, vel limitatè accedat. arg.
d. l. fin. C. de non num. pec. cum ſimil. & ita tenet
Barr. & Abb. cum quibus cæteris tranſeunt. Cō-
firmo iſtam opi. quia quamuis forma cenſeatur
introducta de iure publico, & conſequenter illi
non poſsit renuntiare, vt eſt gl. in l. à diuo Pio. ff.
de ritu nupt. cum multis concord. per Iaſ. in l. pe
nult. ff. de libe. & poſthu. tamen actus qui fit,
videtur quòd ſaltem poſsit valere in vim pa-
cti, ſicut dicimus in ſententia nulla ex defectu
formali, de quo in l. prolatam. C. de ſenten. quæ
tamen in vim pacti per conſenſum partium ap-
probari poteſt. l. ij. C. cōmu. præd. Bart. in l. j. C.
qui pro ſua iuriſdict. Felin. in c. ſignificaſti. de fo
ro compet. Et facit quod notat Maria. Soci. quē
ibi ſequitur Felin. in c. fraternitatis. in iij. colū.
259 ſ. de hæret. vbi † ſi partes ſcientes adeunt nota-
rium damnatum falſi, & ideo prohibitum con-
ficere inſtrumenta, licet actus valere non poſsit
in vim inſtrumenti, c. cùm P. de fid. inſtru. l. ne-
mo poteſt. de leg. j. tamen valebit in vim confeſ
ſionis. arg. d. l. ij. & quod not. Bald. in l. ſatis aper
tè. C. de Falc. & quod dicitur de reproducente
inſtrumentum falſum vel nullum. in c. cùm ve-
nerabilis. ſ. de except. Contra hanc concluſio-
nem communiter approbatam arguunt moder.
aliquibus mediis. Primò, quia inſinuatio eſt de
forma denuntiationis vltra quinquaginta aure-
os. l. ſancimus. C. de donat. & tamen iuramentū
confirmat donationem nullam ex defectu illius
formæ, vt eſt communis concluſio, & ſ. dixi. de
quo etiam per Curtium conſil. lxvj. & ſequen.

Secundò, quia conſenſus agnatorum, ſtāte ſta
tuto, eſt de forma contractuum mulieris, vt ha-
betur in l. vniuerſ. C. de precibus Imper. offer. &
tamen ſi iuramentum accedat, Tertiò videmus
illam formam non eſſe neceſſariam. Quartò de
forma tranſactionis ſuper teſtamento eſt, vt fiat C.
cognitis verbis teſtamenti. l. de his. ff. de traſact. Cùm con
& tamen iuramentum ſupplet illam formam, vt tingat.
per Imo. hîc in x. membro, vbi videbimus. Alex.
conſi xj. in ij. lib. moder. in d. l. de his. Quintò
adducitur, quia directum eſt de forma in cōtra-
ctu minorum in rei immobilis alienatione. l. j. ff.
de reb. eor. & tamē iuramentum ſupplet talem
formam. d. auth. ſacramenta pub. ſecundum cō-
A munem intellectum. Sed tu ſuſtinendo opinio-
nem Barto. & communem, dic quòd imò in iſtis
caſibus non eſt forma, ſed ſolennitatis, quæ ſi-
mul differunt, vt declarat Bald. C. de execut. rei
iud. Alexand. in l. de pupillo. §. qui nūtiat. in vlt.
colū. ff. de noui oper. nunt. & per Bald. in c. j. vbi
definit quid ſit forma, de noua for. fidel. †Solen 260
nitas enim eſt quid extrinſecum, per quod actus
ſit ſolennis. Forma eſt quid intrinſecum, à quo
actus ſumit eſſentiam, vt latius declaraui in rub.
B ff. de verb. oblig. in vij. colū. & in l. j. in prin. in j.
not. eod. tit. Dic vt ibi. Et ex hac concluſione
intulit primò Bart. quòd † ſtipulatio peccans in 261
forma, ſi acceſſerit iuramētum, valebit vt pactū.
Sed difficultas eſt: Pone quòd ego dixi, promit
to tibi per ſtipulationem, & ita iuro me daturū
centum, & tu acceptas, nunquid hæc ſtipulatio
nulla ex defectu formæ, valebit in vim pacti nu-
di, an pacti veſtiti? & ſic dabitur actio creditori.
Bart. in d. l. ſi quis pro eo. non explicat: ſed Abb.
C hîc, quòd pactum erit veſtitum. Contrarium te-
nuit Alex. conſi. xij. in vlt. col. in j. lib. vbi allegā-
do hæc dicta appellat tale pactum nudum. Et i-
ſtam opin. ego fui ſecutus in d. §. ſi quis ita. quia
ſatis eſt ſi iuramentū operatur, vt ſtipulatio nul-
la teneat in vim pacti, abſq; eo quòd etiam illud
veſtiat. arg. not. per Barto. in d. l. ij. C. de reſcind.
vēd. cum aliquibus ſimilib. Et puto q̧ illa opin.
ſit verior de iure ciuili ſecundum quod ius ex † 262
iuramento promiſſorio in futurum non oritur
D aliqua actio, vt per Bart. in d. l. ſi quis pro eo. per
illum tex. & habetur per Ale. in l. iuſiurandum.
ff. eod. Sed de iure canonico puto veriorem eſſe
opin. Abb. ex quo ex hoc iure oritur actio, ex tali
iuramento, vt eſt magis communis opin. vt per
Doct. in c. cùm veniſſent. ſ. de inſtit. Abb. in c. p
tuas. in v. colum. de arbit. Abb. & Ant. in c. quin-
tauallis. in viij. col. ſ. eo. & latè per Ant. Corſet.
in repet. vlt. quomodo. ſ. eod. & facit quod habe
tur in c. j ſ. de pact. Secundò ex prædictis infer
E tur, an fideiuſſor in duriorem cauſam iurans, ob-
ligetur tanquam principalis. Et Bart. Abb. & cæ
teri tenēt quod ſic, arg. d. §. filius matrem. ſequi-
tur Angel. in l. hi qui acceſsiones. ff. de fideiuſſ.
Rom. in d. §. ſi quis ita. Alex. in conſi. xxxj. in iiij.
Contrarium firmat Bald. hîc in vj. col. quia licet
iuramentū tum faciat ſuſtineri actū, tamē debet
intelligi, conſenſu non mutato, vt ſ. diximus, &
eſt ſatis de mente Bart. in hoc membro. arg. d. l.
fin. C. de non num. pecu. Sed hîc mutaretur cō-
F ſenſus, quia voluit fideiubere, non autem princi
paliter contrahere: nec voluit de acceſſorio fieri
principalis, quia iſta valde differūt. l. eleganter.
§. ſeruus pactionis. ff. de dolo. aliàs ſequeretur q̧,
fideiubens citra ſtipulationem cum iuramento,
non haberet beneficium epiſtolæ, nec excuſsio-
nis. Et ideo concludit, quòd † ex inſtrumento o- 263
riatur obligatio fideiuſſoria propter iuramentū,
ſed ea quę habet omnes qualitates & beneficia,
quæ habent aliæ obligationes fideiuſſoriæ. Et
ſic apparet, quòd Bald. tenet beneficium excuſ-

ſionis non auferri fideiuſſori propter iuramen-
tum: cuius contrarium tenuit idem Bald.in c.ex
reſcripto.ſ.eo d.per illum tex. vbi non fit aliqua
mentio de excuſsione. Et idem etiam conſulen
do ſequutus eſt Alexan.in d. cōſi.xxxj. in vlt.co
lū. Sed in hoc mihi magis placet opinio Baldi
hîc: quia cùm lex concedat fideiuſſori iſtud be-
neficium, de quo in authen.præſente.C.de fide-
iuſſ.iuramentum debet intelligi ſecundum na-
A turam iſtius obligationis.arg.d.l.fi.& c.ex parte
tua.j.de cleric.non reſid.Et iſtud etiā eſt de men
te Bart.Butr.& Abb.dum limitant dictum ſuum
non procedere, quando conſenſus eſt certo mo
do limitatus: fideiuſſor enim videtur conſentire
limitatè, videlicet quatenus principalis ſoluen-
do non ſit.d.auth.præſente. & ita intelligit Fel.
in d.c.ex reſcripto.col.fi.vbi etiā allegat ꝑ ipſa
parte Angel. in d.l. hi qui acceſſoris. qui hoc
non dicit: vnde tū allega Andr. Sicul. in d.c.ex
B reſcripto.& diffuſius in conſi.xliij.in penult.&
vlt.col.in ij.vol.& hoc bene nota, quia quotidia
num. Et ſic, quātum ſit ad excuſsionem, reſideo
cum Bal.hîc: ſed quoad principalem deciſiōem,
verior eſt cōmunis opinio: cū enim principalis
in minus teneatur, non pōt fideiuſſor reſpectu
pluris quod promiſit, dicere ſe acceſſorium, vn-
de tollitur eius ratio. Tertiò infertur ad con-
tractus ſimulatos, an ſuſtineantur in vim appa-
rentem propter iuramentum. Et latè hoc attin-
C gunt Ant.& Imol.hîc. Tu dic vt ſ. dixi, ſequēdo
264 ordinem Abb.vbi tenuit †non ſuſtineri, quia defi
cit conſenſus: ſed nunc eſt limitatus in tali caſu,
vnde militat ratio Bart.& Abb.hîc, arg.d.l.fi.C.
de non num.pec. Et eadem ratione infertur e-
tiam ad renuntiationem non num. pecuniæ iu-
ratam, nunquid valeat. In quo ſciendum eſt, ꝙ
niſi iuramentum interueniſſet, caſus non habe-
ret dubium, quòd non valeret: imò ea non obſtā
te, poſſet adhuc opponi, vt dicit Bartol.in l.ſi ex
D cautione.C.de non num. pec. quia qua facilita-
te quis ſimpliciter confitetur ſe recepiſſe quod
non recepit, eadē ratione & facilitate exceptio-
ni renuntiat, vt eſt communis opinio ſecundū
Ang.de Aret.Inſtit.de lit. oblig. in prin. Alexan.
conſi.clxxxiiij.incip.viſa ſcriptura.in ij.Felin.in
c.ſi cautio.in xv. colum. ſ. de fid. inſtru. Sed
difficultas eſt: quid ſit huic exceptioni renuntia
tum eſt cum iuramento? Et Bar. in d.l. fin.tenet
quòd iuramentum ſit ſeruandum: ſed vbi ſolue-
E rit, poterit repetere.arg.c.debitores.ſ.eo.Imol.
hîc tenet contrarium, quòd imò non competat
neque repetitio neque abſolutio. Ad rationem
præallegatam reſponde, quod non militat in i-
ſto caſu: † quamuis enim eadem facilitate quis
265 renuntiet huic exceptioni cui confitetur, nō ta-
men propter hoc tollitur virtus iuramenti, ſicut
videmus in iſto tex, qua qua facilitate mulier in-
ducitur ad alienandum, eadem inducitur & ad
iurandum. Et idem probatur in authen.ſacramē
F ta. Corn.in repet.d.authent.ſacramenta. quæſt.
xv.diſtinguit, & quoad abſolutiōem approbat
opin. Imol. Sed quoad repetitionem approbat
opin.Bart. Qui enim repetit, non cōtrauenit iu
ramento, ex quo iuramentum erat de non oppō
nendo exceptionem, quam nō oppoſuit, ſed ſol
uit.Feli.in d.c.ſi cautio. tenet de directo oppoſi-
tum: quia quando iurauit non opponere dictā
exceptionē, & cōfeſſus eſt ſe habuiſſe, ſtandum
eſt tali confeſsioni iuratæ: quia lex præſumit
propter iuramentum, quòd conſenſus purus,

non autem confeſsionalis acceſſerit: & ideo ſi
repeteret, obſtaret ſibi exceptio, quòd imò ve
rè recepit. & in hoc concordat cum Imol. Be-
ne ſubdit, quòd poſſet petere abſolutionem:
ſicut in ſimili, † ille qui confeſſus eſt iuramento 266
ſe verè recepiſſe, nihilominus poteſt petere ab-
ſolutionem, vt dicunt Bald. & Salic. in d.l. fin.
Butri. in c.fin.in iij. colum. de ſolut.& quod no
tat Dynus in regul. iuris, locupletari. in ſexto.
A Quid tenendum? In puncto iuris videtur verior
opinio, quòd imò non obſtāte tali renuntiatio-
ne & iuramento, poſsit excipi de non numera-
ta pecunia, per d.l.fin. quæ licet loquatur in eo,
qui ſimpliciter confeſſus eſt ſe recepiſſe, tamen
videt̃ procedere etiam in eo qui renuntiauit ta-
li exceptioni. Nec poteſt aſsignari bona ratio
differentiæ inter iſtos caſus: nā ſicut qui confi-
tetur ſe recepiſſe cum iuramēto, quia ſubeſt ea-
dem præſumptio: item ſicut qui confitetur ſe re-
B cepiſſe, nihilominus lex ei ꝑmittit vt poſsit ex-
cipere, ex quo remaneret deceptus à creditore:
† & iuramentum hanc habet naturā, vt non ſer- 267
uanti fidem non ſit ſeruāda, vt dicit ibi Bal. arg.
l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca. & probat̃ in
c.ſeq.in fi.j.eo.ita quando promittit non oppo-
nere talem exceptionem. Nec eſt bona ratio dif
ferētiæ, quam refert Felin.in d.c.ſi cautio.dū di-
cit, quòd qui confitetur ſe recepiſſe, iurat de eo
quod non eſt in poteſtate ſua: ſed qui iurat non
C opponere exceptionem, de eo iurat quod eſt in
ſua facultate. Nam d.l.fin. nō eſt fundata in hoc,
ſed quia debitor indigens pecuniis, vt eas habe-
at, iurat de facili ſub ſpe habendi, vt dicit Bar.in
d.l.ſi ex cautione. Quæ ratio militat in vtroque
caſu. Non obſtat fundamentum Imol. quia qñ
conſtat de veritate contractus, iuramentum be-
ne facit præſumi, quòd cū maiori deliberatione
celebratus fuerit. Et ita procedant tex.noſter, &
d.auth.ſacramenta.& ꝙ habet̃ in c. ex reſcripto.
D ſ.eo. Sed in caſu noſtro non conſtat ꝙ verè fue-
rit celebratus, ſeu quòd pecunia fuerit nume-
rata, ex quo in tali confeſsione lex ſubaudit
conditionem. In practica tamen non eſſet rece-
dendum ab opin.Barto. vt facta ſolutione com-
petat repetitio, per ea quæ ſ. dixi in quarto caſu
principali. Putarem etiam poſſe ante ſolutionē
impetrari habilitationem, & oſtendi quòd imò
pecunia non fuit verè numerata. & ita procedit
opin.Feli. Perfectam verò abſolutionem nō pu-
E to concedendam. & de hac intelligendus eſt 268
Corneus. Octauus caſus principalis eſt, † quā-
do contractus prohibetur ratione rei ſeu mate-
riæ, vt quia ea non ſit commercio, & tunc iura-
mentum non cōualidat contractum, quia con-
cernit impoſsibile: vt ſi quis rem ſacram vendit.
l.apud Iulianū.§.fi.ff.de leg.j. c.ſemel. vbi Dyn.
de reg.iuris.in vj.cum concord. Et cum hac opi.
tranſeunt omnes. Ex hoc infertur primò, an ſi
de aliqua re non alienanda ſit præſtitum iura-
F mentum, & deinde alienetur cum ſecundo iu-
ramento, valeat contractus. Et videretur ꝙ non
valeret, tanquam res propter primum iuramen-
tum facta eſſet nō alienabilis: & ſic obſtaret de-
fectus in materia. Sed tamen veritas eſt in con-
trarium, quia imò talis defectus nō obſtat, & cō
tractus tenet: ſicut videmꝰ regulariter, quòd † a- 269
ctus contra iuramentum tenet, licet contraue-
niens ſit periurus.c.ſicut ex literis.j.de ſponſ.gl.
in c.fi.de procur. in vj. Ioan. Andr. in regula, ꝙd
ſemel.de reg.iur.in vj. Fallit quando primum
iura-



iuramentum haberet concurſum iuris commu-
nis.c.intellecto.j.eod.gl.in c.licet.eo.tit.in vj.&
declaraui ſ.in vj.notab. Fallit ſecundò, in actio-
nibus merè ſpiritualibus: quia tunc actus ſequēs
aduerſus iuramentum non tenet.c. dilecto.verſ.
niſi fortè.j.de præb.quem ita intelligit Inno.ibi,
& ſequitur Hoſtieñ.& idem tenet Archid.in c.ſi
à ſede.de præb.in vj.& Oldra.conſi.cxxvij. Ro-
ta deciſ.viij.de procur.in antiq.But.in c.cum M.
in ij.col.de conſtit.& latè diſputat Fulgo. conſi.
ccx.incip.pro euidentia.Io.de Imol.hîc. & in d.
c.dilecto.Alex.conſi.cxvj. col.iij.in iij.Et dicunt
moder.in c.cùm acceſsiſſent.ſ.de conſtit.ꝙ non
pōt realiter reſpondere ad tex.in d.c.dilecto. In
contrarium videtur eſſe communis opin. prout
dicit Abb.in d.c. dilecto.Ale. in l. ſtipulatio hoc
modo.col.iij.ff.de verb.oblig.per Feli. & Deci.
in d.c.cùm acceſsiſſent.Nō enim eſt recedendū
à regula, niſi fallentia expreſsè probetur.gloſ.in
l.omnis definitio.de reg.iur. in vj. Non obſtat
tex.in d.c.dilecto.quia vltra reſponſiones ibi tra
ditas per Abb.& alios, dico quòd tex.non loqui
tur quādo Canonici ſimpliciter contraueniant
actui iurato, ſed quando faciunt id quod de iure
facere non poſſunt: quia amplius non habēt po
teſtatem à lege condēdi ſtatuta.l.fi. C. de iuriſd.
om.iud.& per Bar.in l.omnes populi.in ij.colū.
ff.de iuſtit.& iur.cui non poſſunt renuntiare, ni-
ſi in manibus ſuperioris, ad cuius vtilitatem re-
270 nuntiatio pertinet: quia † aliàs indiſtinctè nō te-
neret, tanquam parte abſente facta. argu. l. cen-
tum. §. ſi quis abſente.ff. de confeſsis. Si tamen
iuramentum acceſſerit, tenere debet renuntia-
tio, quia ſupplet abſentiam partis. glo.in c.quo-
ties cordis.j.q.vij. Et iſtud fortius procederet, ſi
teneremus quòd huic poteſtati eſſet renuntian-
dum in manibus ſuperioris. argumen.l. penult.
ff.de offic.præſi.& quod habetur in c.quod in du
biis.de renunt.ibi ergo † actus non eſt nullus. qa
271 cōtra iuramentum factꝰ, ſed quia factus eſt à nō
habentibus poteſtatem, ex quo eām à ſe per ſta
tutum iuratum abdicauerant. Et ideo in d.c. di-
lecto. æquiparatur vel iuramentum, vel confir-
matio ſedis apoſtolicæ, quæ in effectu operatur
acceptationem renuntiationis: cogita tamen.
Secundò infertur, † an valeat alienatio rei fiſca-
272 lis quæ non eſt in vſu publico, ſi ſit iurata. & Bar
tol.& Abb.præſupponunt quòd non, dum alle-
gant d.l.apud Iulianum. & ita etiam firmat An-
to.hîc.in viij.membro. Contrarium tenet Imol.
hîc: quia ſi vendo rem fiſcalem quam ego poſ-
ſiderem, teneo ad contractus obſeruationē, etiā
ſine iuramento: quia res aliena vendi nō poteſt.
l.rem alienam.ff.de actio. empti. quanto magis
ſi iuramentum acceſſerit. Non enim videtur hu-
iuſmodi res omnino eſſe exempta de commer-
cio hominum, licet præſcriptio non ita faciliter
in ea locum habeat.l.ſicut.& l.omnes.C. de pr
ſcript.xxx.ann. Breuiter concordando opinio-
nes dic, Aut ego promitto vel vendo tibi rem fi-
ſcalem, quam tu ſis eſſe fiſcalem, & procedit pri-
ma opin. † quia cùm de facto reputetur impoſsi
273 bile quòd eius rei dominium in te transferam,
promiſsio non tenet.l.pe.§.fi.ff.de cōtrah.empt.
Aut realiter tibi trado rē fiſcalem penes me ex-
iſtentem, & procedit opi.Imo. Ex quo enim poſ
ſeſsio eſt apud me, non videtur contractus eſſe
impoſsibilis, ſaltem in vim pacti. Et iſtud etiam
videtur ſentire Corn.in d. authent. ſacramenta.
quæſt.xvj. Tertiò infertur, an tranſactio facta

poſt rem iudicatam, accedente iuramēto in vim C.
pacti valeat. Et videretur quòd non, quia tranſa Cùm con
ctio peccat in materia: † debet enim materia ſu- tingat.
per qua fit tranſactio, eſſe dubia.l.j. ff. de tranſa-
ctio. Sed poſt rem iudicatam amplius nō eſt du- 274
bium.l.ſi cauſa cognita.C. de tranſact.l. elegan-
ter.ff.de cond.indeb.& ideo videretur iuramen
tum non operari, per not. in iſto caſu. In con-
trarium eſt communis opinio, per text.in d.§.fi-
A lium matrem, quam tenuit Bartolus. in l.ſi quis
maior.C.de tranſactionib.Modern.in d.l.ſi cau-
ſa.& d.l.elegāter. Et ſic habes vnam declaratio-
nem ad hunc caſum, vt procedat quando defe-
ctus eſt in materia, vt quia res nō ſit commercij
noſtri, vel reſultet impoſsibilitas iuris vel facti.
Secus ſi defectu materiæ aliud eſſet: nam tunc ſu
ſtinetur ſaltem in eum modum, in quem valere
poteſt, dummodo cōſenſus accedat. Sed dubiū
eſt, quomodo cognoſceremus conſenſum acce
B dere? Et fac duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ ſi ge
neralitas verbi poſsit etiam comprælendere ta
lem actum, dicemus de eo quoque eſſe conſen-
ſum: videt̃ enim ſaltem in genere fuiſſe de eo co
gitatū.l.qui iure.ff.de teſta.mili.& habetur in d.
auth.ſacramenta.per Bar.& alios. Et iſtud eſt in
caſu noſtro. † tranſactio enim generaliter acce- 275
pta, poteſt comprælendere quodcunq; pactū,
per quod à lite recedatur, dato quòd non ſimus
in cauſa dubia. l.ij.ff. eo. gl.in l.j.§.j.in ver.trāſi-
C gendi.ff.de pactis. Declarat Ant. & Alex. in d.l.
ſi cauſa cognita.& ante eum Lud. Roma.conſil.
dxvij.in antepenult.col.ſ.per me allegato. Et i-
ta etiam tenet Aret.conſi.xxxiij.incip. conſulta
tio.in vlti.dubio. Et ita procedit quod not. Bal.
in l.ſancimus.C.de teſta. vbi iuramentum ope-
ratur vim expreſsi conſenſus, ad reuocationem
præcedentis teſtamēti, de quo ibi per Iaſ. Fallit
quartò, quando iuramentum accederet alicui
renuntiationi generali: nam tunc non intelligit̃,
D niſi quatenus illa renuntiatio circumſcripto iu-
ramento intelligeretur.l.ſed & ſi quis. §. quæſi-
tū vbi Bar.in fin.& Doct.ff.ſi quis caut. † Et ſicut 276
generalitas renuntiationis reſtringitur, ita etiā
generalitas iuramenti quod illi accedit. Et ita
intelliguntur multi caſus allegati per glo. in c.
quintauallis.in verb.conditum.ſ.eod.in quibus
iuramentum recipit aliquam tacitam conditio-
nem ex natura rei, ſuper qua interponitur. Et fa
cit regula, quòd iuramentum regulatur ſecun-
E dum natura actus, cui accedit. dict. l. fina. ad
quam regulam vide ſeptem declarationes, quas
poſui ſ.in hoc tit.num.253. Fallit quintò, † quā- 277
do actus ſatis poſſet cōprælendi ex gñalitate
iuramenti, ſed tamen eſt veriſimile quòd partes
de eo non intellexerint. Iſtud ex variis cōiectu-
ris accipitur: veluti quando reſultaret enormis
læſio, vt habetur per omnes in d.c.quintauallis.
& ſ.vidimus poſt Abb. Item quando aliàs ſeque
retur aliquod inconueniens, vt quia pater ex-
F traneos ſanguini ſuo proponeret, contra l. cùm
acutiſsimi.C.de fideicommiſſ.& ita intelligitur
quod notat Ang.in authen. ex cauſa.in j.col. C.
de liber. præter. vbi notat Iaſ. in illa quæſtione,
† an clauſula codicillaris quæ æquiparatur iurā- 278
mento, ſuſtineat teſtamentum nullum prœteri-
tione poſthumi.& latè Socin.conſi. xciij. in iiij.
volu. Item quando caſus ſuperueniret, qui eſ-
ſet valde inſolitus.l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de cō
trah.empt.Alexand.conſil.xxxj.penult.colum.
in ij. Item quando non eſt veriſimile quòd co-

gitatum eſſet de tali caſu qui ſuperuenit: vt de
eo qui iurat nunquam accipere feudum, vel nũ-
quam exercere talem artem: nam ſi eueniat ca-
ſus quòd ſine eo viuere commodè nõ poſsit, po
terit, non obſtante iuramẽto, accipere vel exer-
cere: quia non videtur de hoc fuiſſe cogitatum,
ſecundum Archid. xxij. q. ij. animaduertendum
& Abb. ſ. in penult. chart. verſ. ſextus caſus. &
Henric. Boic. in c. ſi verò. ſ. eo. Vnde infert Gui
279 do Papæ, quæſt. xcvj. in iij. col. quòd ille† qui iu-
rauit non alienare certos fundos, poterit tamen
alienare in cauſam dotis, ſi nõ habeat vnde eam
aliunde præſtet, per ſuprà dicta, & arg. auth. res
280 quæ. C. ad l. falc. Secunda regula eſt, † quòd vbi
generalitas verborum in iuramento poſitorum,
non patitur, non cenſetur conſenſus acceſsiſſe,
& iuramentum non operatur. c. pen. ſ. eo. ſecun-
dum Bald. in reper. d. l. ij. colũ. 50. ff. eo. Vnde in-
ferunt Bal. Salic. & moder. in d. l. ſi cauſa cogni-
ta, quòd vbi verba non inferunt, contractus fa-
ctus in vnam formam ſi ſit nullus, tamen per iu-
ramentum non ſuſtinetur in formam alterius.
arg. l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. & idem Corn. in d. cõſ.
cxcij. in j. & ſuprà tetigi in ſexto caſu, in fin. Et
probatur iſta regula ex notatis per Docto. hîc,
281 † quando natura contractus eſt nullus ratiõe ma
teriæ, vt quia non ſit in commercio, dato quòd
acceſſerit iuramentum, non tamen ſuſtinetur vt
ſaltem debeatur æſtimatio. ita ſentiunt Doct. al
legando. d. l. apud Iulianum. §. fin. Et licet iuris
cenſura æſtimatio ſubrogetur ipſi rei. l. prope-
modum. ff. de verbor. ſignificat. l. non amplius.
§. fin. vbi Aretin. & Iaſ. ff. de legat. j. tamen iura-
mentum de re non obligat ſimpliciter ad æſti-
mationem. Fallit hæc concluſio, quando con
ſtat de conſenſu, vel lex non præſumit: quia a-
ctus in cuius formam iuramentum ſuſtineri po-
teſt, non multum diſtaret ab eo quod agebatur.
& ita procedunt notata per Bart. & Abb. in ſe-
282 primo caſu principali. † Non enim pactum mul
tùm diſtat à ſtipulatione, ſicut nec promiſſor à fi
deiuſſore. Et ita etiam poteſt intelligi quod no-
tat Bart. & Doct. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg.
& pupil. vbi ſubſtitutio verbis directis puberi fa
cta, valet in vim fideicommiſsi. Nonus caſus
283 eſt ſecũdum Abb. † quando contractus prohibe-
tur propter varias ſubditorum vtilitates: & tũc
concludit, quòd iuramentum confirmat contra-
ctum. c. quamuis. de pactis. in vj. & cum hac opi-
nione tranſeunt cæteri. Ex hoc caſu infertur pri
284 mò, † an tranſactio ſuper alimentis de futuro de-
bitis ex teſtamento, valeat, ſi iuramentum acceſ
ſerit. & Bart. in l. cùm hi. in prin. & Fulgo. ibi te-
nent quòd non: quia prohibita eſt per legem, vn
de iuramentum non tenet. l. non dubium. C. de
legib. & idem Fulg. in l. qui fidem. ff. eo. tit. Quę
opi. de re ciuili poteſt procedere, ſed de iure ca-
nonico dicendum eſt contrarium, prout tenuit
idem Bar. in d. l. ſi quis pro eo. & cæteri hîc: quia
ſolùm eſt prohibita propter vtilitatem ſubdito-
rum, qui pro modico de præſenti, renuntiarent
ſpei magnæ de futuro, iuxta gl. in d. l. cùm hi. &
ita etiam tenet ibi Iaſ. & tangitur per Doct. in l.
de alimentis. C. de tranſact. Sed in hoc etiam cõ
trarium tenet Bal. in l. pactum. in vlt. q. C. de col
lat. † quia iuramentum per quod quis incidit in
285 periculum famę, tanquam contra bonos mores,
non debet valere: deficit enim iſto caſu diſcre-
tio. c. etſi. Chriſtus. ſ. eod. allegat etiam Spec. tit.
qui fil. ſint legit. verſic. ſed pone, quidam, facit l.
necare. ff. de lib. agnoſ. Puto diſtinguẽdum: Aut
quærimus an tranſactio iurata teneat, & dico
quòd ſic, vt eſt communis opinio. Aut deinde
apparet quòd iſte renuntiauit, quia indiget ali-
mentis, & famæ perit: † & tanquam iſte caſus ſu 286
perueniens non fuerit in conſideratione, vide-
tur concedendam eſſe abſolutionem. per not.
per Archidiac. xxij. q. ij. incip. animaduertendũ.
& ſ. dixi. Et in hanc opinionem videtur etiam
A inclinare Ioann. de Imol. hîc, dum dicit, quòd ſi
notoriè apparet paupertas, vel veriſimilis fa-
mes, tranſactio etiam à principio non firmare-
tur iuramento. argum. c. paſce. lxxxvj. diſtinc. &
quod notat Fed. de Senis, conſil. lx. incip. quod
pactum. in fin. vbi dicit, quòd in tali caſu iura-
mentum videtur eſſe contra ius naturale: vnde
non valet pactum, quòd filius non petat alimen
ta à patre. allegat Specul. in præallegato loco.

Secundò infertur, † an tranſactio ſuper teſta- 287
B mento, non cognitis verbis teſtamenti, iuramen
to accedente valeat. Et videtur dicendum quòd
non: quia l. de his. ff. de tranſact. prohibens hu-
iuſmodi tranſactionem, eſt facta principaliter
in odium occultantium teſtamenta, vt declarãt
ibi Bartol. & Docto. & eſt tex. in l. j. ff. quemad.
teſta. aper. vnde iuramentum ſaltem in effectu
non debet obligare, ex quo poteſt peti abſolu-
tio. c. debitores. ſ. eod. & ita tenet Alexand. in l.
qui Romæ. §. duo fratres. colum. lviij. in v. q. Bar
C tol. ff. de verb. oblig. Fortiùs dicit ꝙ Ang. conſil.
lxxxiiij. incip. cùm lis & quæſt. in vlt. colum.
quòd imò iuramentum ipſo iure non tenet, tan
quam contra legem, iuxta text. in l. non du-
bium. C. de legib. In contrarium, quòd imò trãſ-
actio teneat, nec concedenda ſit abſolutio, vide-
tur communis opinio, quam tenent Ant. Abb. et
Imol. hîc in vlt. chart. & Cõmen. in d. l. ſi quis ꝓ
eo. Corn. in d. auth. ſacramenta. q. xvij. verſ. iiij.
& Alex. in conſi. xj. & ij. quia iſta eſt ſolennitas
D poſitiua. quæ per iuramentum tollitur. Sequi-
tur Iaſ. in d. l. de his. Non obſt. quòd prohibi-
tio ſit in odium occultantium teſtamenta, & i-
deo deberet concedi abſolutio. d. c. debitores.
quis ad hoc aliqui reſpondent, quòd non eſt illa
ſimplex ratio, ſed etiam alia, videlicet fauor te-
ſtamentorum. l. vel negare. ff. quemad. teſta. ape.
Alioquin ſi eſſet illa ſimplex ratio, diſpoſitio d.
l. de his. non procederet quando teſtamentum
non occultaretur, vt dicit Fulg. ibi. Sed hoc non
E tollit difficultatem, imò potius auget. Vnde
reſponde ſecundò & melius, quòd argumentũ
procederet quando prohibitio eſſet præcisè fa-
cta in odium delinquentis: ſed in caſu noſtro
non eſt ita: videtur enim potius facta non ob o-
dium, ſed vt prouideretur ne teſtamenta occul-
tarentur: vnde cùm hîc non ſemper & directè
reſultet, videretur iuramentum eſſe ſeruandum,
per ea quæ ſ. vidimus in iij. caſu poſt Abb. Puto
tamen pro concordia poſſe diſtingui, quòd aut
F ſimpliciter eſt facta tranſactio non viſis ver-
bis teſtamenti, & iuramentum acceſsit, & con-
ſtat quòd tranſigens non habebat notitiam te-
ſtamenti, & verior ſit opin. Ange. quia vltra ꝓ-
hibitionem legis accedit etiam ignorantia eius
ſuper quo tranſigitur, vnde † iuramentum non 288
debet tenere, deeſt enim æquitas. dict. l. non du
bium. Aut partes præcisè renuntiant d. l. de his.
cum iuramento, & iſto caſu ſi is cum quo facta
eſt tranſactio, occultabant teſtamentum, ſerua-
bitur opi. Alex. d. §. duo fratres. quia contractus
non



non confirmabitur iuramento, ſed concedenda
erit abſolutio. d. c. debitores. Aut ipſe non occul
tabat teſtamentum, & tunc confirmabitur, ſecũ-
289 dum communem opin. Tertiò infertur, † an
donatio inter virum & vxorem, confirmatur iu-
ramento. In quo puncto Bart. in l. Seius & Auge
rius. ff. ad leg. falcid. & in d. l. ſi quis pro eo. in fi-
ne, vbi & Raph. Cõmen. tenuit quòd ſic: quia eſt
tantummodo prohibita iure poſitiuo, propter
A vtilitatem coniugum, vnde iuramentum debet
confirmare talem contractum. arg. dict. c. quam-
uis. Et idem etiam tenent Guliel. de Cun. & Al-
ber. de Roſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iura-
uero. ff. eod. quia talis donatio ſi fiat propter re-
ligionẽ, valet. l. ſi ſponſus. §. ſi cõceſſa. ff. de don.
inter vir. & vx. igiť debet valere etiã propter iu
ramentum. Et idem conſuluit Fed. de Sen. conſ.
clx. incip. punctus quæſtionis. ex quo iſta prohi
bitio non eſt perpetua, arg. gloſſ. hîc. Sequun-
B tur Anchar. Abb. & Ioann. de Imol. in effectu
Anto. hîc, dum vult iuramentum eſſe ſeruandũ,
quia ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt,
290 per iſtum text. † Et licet ſecundum eum non
firmetur contractus, tamen quilibet ſucceſſor
tenebitur ad obſeruationem eius, quod autor
ſuus fecerit. Prædictam opinionem etiam cõ-
ſulendo ſecutus eſt Abb. conſilio xcv. incip. fa-
ctum. & in c. fin. vbi etiam Præpoſ. ſ. de donat.
inter vir. & vxor. Bald. in reper. d. l. ij. colum. xix.
C ff. eod. Ioann. de Ligna. Imol. & Andr. Sicul. in
Clem. Romani. de iureiurand. Imol. & modern.
in l. ſi quis inquilinos. in §. fin. ff. de legat. j. Paul.
de Caſtr. & Iaſ. in l. pacta quæ contra. C. de pact.
Paul. conſil. xcviij. in fin. Roma. conſil. xliiij. &
conſilio ccxcv. Barthol. Veronenſ. caut. cxij. vbi
adducit quoſdam, qui pro hac opinion. conſu-
luerunt. Corn. in dict. authentic. ſacramenta. q.
xix. Felin. c. cùm M. colum. xxvj. de conſtit. Ant.
Corſ. in reper. huius rub. Corn. conſil. cxviij. in
D j. vbi dicit eſſe indubitatam concluſionem: &
idem tenet conſi. xlj. in iij. conſ. ccxxiiij. in iiij.
Decius conſi. ccij. vbi latè attingit, & videtur ma
gis communis concluſio: vnde propter autori-
tatem tot illuſtrium Doctorum, difficile eſſet in
practica obtinere contrarium. Et omnis difficul
tas huius quæſtionis dependet ab hoc funda-
291 mento: † quia licet videatur eſſe hæc donatio cõ
tra bonos mores ciuiles, qui ſunt fundati ea ra-
tione, ne mutuò ſe coniuges ſpolient, & matri-
E monia fiant venalia: & quia magis conuenit vt
educandis liberis operam dent, quàm vt blandi
tiis inuicem ſe captent, vnde etiam tandem o-
riuntur inimicitiæ: quæ omnia probantur in l.
j. & ij. & l. iij. §. interdum. ff. de donat. inter vir. &
vxor. iſtæ tamen ſunt remotæ rationes, & mala
præallegata non directè, ſed occaſionaliter ꝓ-
ueniunt, & ideo eis non obſtantibus, contractus
firmatur iuramento. arg. iſtius tex. & d. authent.
ſacramenta. & quæ ſuprà vidimus in iij. caſu.
F Contrariam opin. tenuit Bartol. in d. l. j. ff. de
donat. inter vir. & vxor. quod etiam ſequuntur
Bald. Salic. & Fulg. Idem etiam ſentit Bartol. in
l. cùm quis decedens. §. Titia. vbi etiam Angel.
ff. de legat. iij. Cyn. in l. j. in fin. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & tenuit Anto. & Ioann. Andr. in addit.
Specul. in rub. de dote poſt diuor. reſtit. in fi. An-
gel. in d. l. ſi quis pro eo. Bal. in conſi. xxix. incip.
caſus, vir donauit, &c. in j. vol. vbi latè diſputat:
& idem tenet in d. l. ſi quis inquilinos. §. fin. & in
l. cùm multa. vbi etiam Salicet. C. de donat. an-
te nupt. in l. ij. in v. quæſt. C. de reſcind. vend. C. Cùm contingat.
& idem etiam hîc in xv. colum. Guliel. de mon-
tẽ Laud. & Card. in d. Clem. j. ne iureiur. Pau. de
Caſtr. conſi. lxiiij. incip. ſuper iſto. & conſi. cccl-
xxxiiij. incip. circa primum. in ij. vol. in nouiſsi-
mis. Henric. Boic. in c. fin. de donat. inter vir. &
vxor. Lud. Rom. in repet. rubr. ff. de iureiurand.
conſuluit Socin. conſil. lxv. in antepenult. colu.
in j. et in conſil. ſeq. Franciſc. de Curt. conſi. lxvj.
A incip ſapienter. Corn. conſi. ciiij. circa primum,
in fine, & dicit Cepoll. in d. caut. cxij. quòd Ioã.
de monte Ferr. et Rayn. de Peruſio, idem conſu-
luerunt. Et idem etiam tenuit Anto. de Canar.
in diſputat. incipien. maritus debitis inuolutus.
Et ſic apparet pro hac parte eſſe quamplures au
toritates. Et licet variæ rationes adducantur,
tamen ad vtranque reſpondet Imol. Franciſc. de
Curte, Rom. et Socin. in præalleg. locis. Iſta ſe-
cunda opinio mihi magis placet: † quia dato 292
B quòd rationes prohibitiuæ iſtius donationis
ſint, vt remoueatur delictum, quòd occaſionali-
ter imminere poterat, non autem directè immi-
nebat, nihilominus nõ põt negari, quin lex ciui
lis ſit fundata optima ratione, vt naturali, vnde
debet ſeruari non obſtante iuramento, prout in
ſimili dicit Abb. ſuprà in illa quæſtion. an iura-
mentum ſuppleat defectum inſinuationis: cu-
ius opinio eſt veriſsima, quando illa ratio non
eſt multum remota, per ea quæ notat Bartol. in
C l. vxori. ff. de aur. et argent. leg. Secundò, quia
lex interpretatur donationem blanditiis & ni-
mia importunitate donatarij extortam: & ideo
in eius odium videtur concedenda abſolutio,
iuxta c. debitores. ſ. eod. & quæ ſuprà diffuſius
vidimus in iiij. caſu. † Lex enim odio proſe- 293
quitur accipientem, non autem fauet danti, vt
probatur in l. ſi ſponſus. in vltim. verbis. ff. de
donat. inter vir. & vxor. Et iſtud fundamentum
quod ego facio, videtur inconcuſſum: & ſic po-
D teſt limitari communis concluſio, vt non pro-
cedat, quando iuramenti abſolutio eſſet con-
ceſſa. Et ita intelligit Bald. hîc, allegando Ar-
chidiac. in d. c. quamuis. & ſic loquitur Card. in
d. Clem. j. Paul. Caſt. & Franciſc. de Curte in prę
dictis conſiliis. Et ſic habes primam limitatio-
nem, quę tamẽ difficulter in practica obtinetur,
licet, vt arbitror, ſit de iure vera.

Secundò limitatur, vt procedat communis
concluſio in donatione ſimpliciter facta: ſecus
E in confeſsione: vt quia maritus in teſtamento
confiteretur aliquid recepiſſe ab vxore, & appo
neret iuramentum aſſertorium: nam talis† con- 294
feſsio tanquam facta in fraudem legis prohiben
tis donationem, non ſuſtineretur per iuramen-
tum. Ita præciſe loquuntur Bartol. & Angel. in
d. l. cùm quis decedens. §. Titia. Cyn. in d. l. j. C.
de ſacroſanct. eccleſ. & Ioan. And. in præallega-
to loco, & ita etiam tenent & declarant Ludo.
Rom. in d. conſi. xliiij. & conſ. ccxciij. Aret. conſ.
F lxxiiij. Deci. conſi. ccij. And. Sicul. conſi. lix. in
vlti. colũ. in ij. in quibus locis prædicti Doct. per
hanc limitationem quærunt euadere autorita-
tes Cyni. & Ioan. And. quæ in actu practico ſunt
maximæ. Sed tu aduerte, quia non video, ſtan
te communi concluſione, quomodo hæc limi-
tatio ſuſtineri poſsit: † non enim poteſt videri 295
confeſsio facta in fraudem legis, cùm acceden-
te iuramento lex nihil prohibeat: vnde debet
tali iuramento credi. authent. quod obtinet. C.
de probat. Niſi reſpondeas, quòd quando facta

eſt donatio, & iuratum non contraueniret, non
debet audiri contraueniens, ne incidat in periu
rium: ſed quando confeſſus eſt cum iuramento
ſe recepiſſe, iam incipit eſſe dubium, ſit periu-
rus, vel non: vnde contrauentio facilius tolera-
tur, ex quo poteſt eſſe quòd iam fuit periurus, et
ſic ipſa contrauentio veritatem adiuuaret, non
periurium. Et ita reſpondet Signor. de Homo-
de. conſilio cvj. incip. in quæſtione. in vlti. colũ.
Imol. hîc, & Aretin. in dicto conſi. lxxiiij. & Ale-
xand. in l. ſi donatione. in iiij. colum. C. de col-
latio. Quæ tamen reſponſio non eneruat om-
nino argumentum: quia non eſt verum, quòd
per talem confeſsionem ſit dubium, an ſit per-
iurus: imò debet credi oppoſitum, ex quo acce-
296 dente iuramento actus non eſt prohibitus: †
quia præſumimus magis & ſuſtinemus iura-
mentum aſſertorium, quàm promiſſorium, vt
habetur per Imol. & modern. in l. nemo poteſt.
in ij. quæſt. Bartol. de legat. j. Butrig. & Imol. hîc
in vij. caſu, vt ſuprà vidimus poſt Abb. in quæſt.
de contractu ſimulato. vnde Guliel. de Cun. &
Alberic. de Roſat. in d. l. ſed ſi poſſeſſori. non cõ-
ſtituunt hanc differentiam, imò præciſe loquun
tur in confeſsione iurata, vt inter maritum et
vxorem teneat, dato quòd donatio inducatur.
Tertiò limitatur, vt non procedat quando do-
natarius prædecederet donanti: quia † donatio
297 inter virum & vxorem habet tacitam conditio-
nem, ſi donans prædeceſſerit. l. à marito. C. de
donation. inter virum & vxo. l. ſi inter. ff. de reb.
dub. vnde ſi iuramentum illi accedat, recipit eã-
dem conditionem. l. final. C. de non num. pecu.
Et ita tenuit Bal. in d. cõſ. xxix. in j. vbi dicit, q̃ i-
ſto caſu donatio conuertitur in cauſam caduci.
& ita etiam nouiſsimè conſuluit Decius conſil.
ccxl. Puto iſtam limitationem, ſtante communi
limitatione, non eſſe veram: nam in caſu d. l. à
marito ſubintelligitur illa conditio ex diui An-
tonini oratione, de qua in l. cum hic ſtatus. ff. de
donat. inter vir. & vxor. qui, cùm donatio eſſet à
lege prohibita, & ideo nulla, ſi donans præcede
ret, pura voluntate induxit vt cõfirmaretur. Sed
ſtante communi concluſione, donatio à princi-
pio valet per rationes prohibitiuas, quæ per iu-
ramentum tolluntur: vnde tunc non ſubauditur
aliqua conditio, quia oratio Antonini in tali ca-
ſu non loquitur. Et ideo Bald. in d. conſi. ſciens
quòd iſta conditio non ſubaudiretur, ſi iuramen
tum eam confirmaret donationem, tenuit con-
tra communem: & expreſsius in conſil. ccxciiij.
in iij. vbi repræhendit Fed. de Sen. in d. conſilio
cxl. Sed tamen opinio Fed. eſt magis commu-
niter approbata, vt ſuprà vidimus. Et idem ſen
tit Paulus Caſtrenſ. conſi. lxxxij. incip. in iſta do
natione. in ij. in nouiſsimis. vbi ipſe ponit ca-
ſum, quãdo talis conditio fuerat expreſſa: & cla-
rius conſil. cccxlv. incip. circa bona. in primo,
298 in nouiſsimis. vbi concludit, quòd in † donatio-
ne facta à patre filio, ideo ſubauditur dicta con-
ditio, quia iuramentum eam non confirmat, ſe-
cundum eum, de quo infrà dicemus. Et etiam
Socin. in conſi. lxvj. in j. col. verſic. ſecunda con-
cluſio. cùm feciſſet prædictum fundamentum,
quia propter mortem donatarij præcedentem
non confirmatur donatio, ſtante communi opi-
nione, habet pro concludenti, quòd imò confir-
metur: & ideo ponit tres reſponſiones, quæ nõ
fuiſſent neceſſariæ, ſi vera eſſet hæc opinio De-
299 cij. vnde concludo † hanc limitationem eſſe ve-
ram, & communem ſcribentium mentem, quæ
dubio tũc procul non procederet, qñ in contra-
ctu eſſet dictum, quòd fieret donatio irreuocabi-
lis, per ea quæ not. Paul. de Caſtr. conſi. cccxxx.
incip. ſuper primo quæſito dicendum. in pri-
mo volũ. in nouiſsimis. Quartò limitatur per
Paul. Caſt. conſil. lxj. incip. notandum eſt. in ſe-
cundo volum. in nouiſsimis. de quo fuit dictum
in præcedentibus, & vide Socinum in dicto cõ
A ſil. lxvj. Quartò infertur, † an donatio facta per 300
patrẽ filio exiſtenti in poteſtate, & ideo inuali-
da, l. ij. C. de inoffic. donat. confirmetur iuramen
to. In qua quæſt. Abb. tenet quòd ſic: & idem
antè tenuit Bald. in d. l. ij. colum. lx. verſic. & idẽ
credo. ff. eod. & eſt communis opin. cum qua
tranſit Alexand. Socin. in variis locis, vt per De-
cium in conſi. ccxxxix. in princ. & idem tenent
Ioan. Baptiſta. de S. Seuerino, Iaſon, & modern.
in l. fratre à fratre. in fin. ff. de cond. indeb. & A-
B lexan. in d. l. ſi donatione. C. de collat. Pro qua
opi. adducitur primò: quia ex tali contractu cir-
cunſcunſcripto iuramento oritur obligatio ſal-
tem naturalis. l. frater à fratre. & ibi Bart. in vlt.
col. ff. de condict. indeb. vnde iuramentum eam
debet corroborare, vt ſ. vidim9 in vj. caſu. Item,
quia † dato quòd patria poteſtas eam impediat, 301
non debemus eam curare in materia iuramenti,
quod eſt ſpirituale. c. ſi annum, de iudiciis. in vj.
Item debemus in hoc ius canonicum attende-
C re, ſecundum quod oritur obligatio ex iuramen
to inter patrem & filium. d. c. quamuis. de pact.
in vj. & qđ not. in c. cum iuramento. de homi-
ci. & facit in ſimili, quia † donatio facta mona- 302
cho per Abbatem, confirmatur iuramento, vt di
cit Ioan. And. in regula, non eſt obligatorium. in
fin. de reg. iur. in vj. Contrarium conſuluit Paul.
Caſt. in præallegato conſi. cccxlv. circa donatio-
nem. Fulg. conſi. cxcix. incip. viſis. Corn. conſi l.
ccxxxviij. in primo. & conſi. ix. in ij. conſil. ccl-
D xxxix. col. x. in iiij. & idem ſentit in repet. d. au-
thent. ſacramenta. quæſtion. xvij. Mouentur for
ti ratione: † iurans enim facere nõ poteſt, quòd
incapax propter hoc fieret capax: alioquin ſe- 303
queretur quòd fratrib. ſancti Franciſci poſsit do
nari cum iuramento, quod eſt abſurdum, & con
tra Clementin. exiui de paradiſo. de verb. ſignif.
ſed filius eſt incapax, vnde profectitia acquirit
patri etiam inuito. l. etiam. ff. de acquir. rer. dom.
l. ſeruus vetante. ff. de verbor. obligat. Confir-
E matur, quia iſtud quòd filius acquirat profecti-
tia, videtur impoſsibile ſaltem de iure, vnde iu-
ramentum tali caſu non obligat, vt vidimus ſu-
prà in præcedenti caſu. Et hanc partem tenen-
do, poſſet reſponderi ad contraria: nam licet in
iuramento debeamus attẽdere ius canonicum,
non tamen propter hoc ſequitur, quòd in his in
quibus iuramentum non obſtat, etiam ius ciui-
le non attendimus, quod canonibus non aduer
ſatur. vnde † dato quòd donatio teneret, quia ex 304
F ea transferretur dominium, non ſequitur quin
facta donatione, ius patriæ poteſtatis retro ac-
quiratur patri. l. placet. ff. de acquirend. hæred.
Iſta enim non ſunt inuicem contraria, & iſtud
ius patriæ poteſtatis eſt etiam à lege canonica
approbatum, vt habetur in c. quia nos. infrà de
teſtament. & in c. ſi voluntate. in fin. infrà de te-
ſtament. & in c. ſi voluntate. in fin. infrà de ſent.
excommu. Non obſtat tex. in c. quamuis. quia
ex tali renuntiatione non quæritur aliquod ius
filiæ, quod iure patriæ poteſtatis poſsit retro in
patrem



patrem transferri, imò potius perditur: vnde
plus facit ille textus ad ſeq. quæſt. filia enim
per d. renuntiationem ſe ſimpliciter excludit,
non autem ius in alium transfert. l. fuit quæſtio-
nis. ff. de acquir. hær. & Bald. in l. pactum quod
dotali. in viij. q. C. de collat. per Areti. conſ. xcj.
incip. viſo themate. Poſſet igitur opinio com-
munis procedere, quando pater donaſſet, & iu-
raſſet ſe iure patriæ poteſtatis dicta bona nõ re-
cepturum, ſed libera filio relicturum: nam tunc
obligaretur pater ex verbis iuramenti, vt iure cu
iuſdam facultatis fineret filium ea habere. arg. l.
iiij. ff. de manumiſ. & per mortem patris dona-
tio ſumeret deinde plenum robur. l. donationes
quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. Et
poſſet iuramentum operari effectum traditio-
305 nis, vt donatio confirmaretur morte, cùm † aliàs
confirmatio non habeat locum niſi re tradita. l.
ij. vbi Bald. C. ſi quis alteri vel ſibi. Et ſufficit e-
tiam ficta traditio, vt eſt gl. in l. ij. vbi Bald. C. de
dote cau. non num. & per Decium in d. conſ. cc-
xxxix. Et ideo cùm morte donantis confirme-
tur donatio iſta, quamuis iurata, eſſet in legiti-
mam computanda. l. etiam. §. ſed ſi mortis. ff. de
bonis liber. per Bar. in l. in quartam. ff. ad leg. fal
cid. & quòd fratribus non eſſet conferenda. l. ea
demum. C. de collat. quorum contrarium eſſet,
ſi plenum effectum ſumeret viuente patre: nam
in legitimam non computaretur. l. ſi quando. §.
fi. C. de inoff. teſtam. & fratribus eſſet conferen-
da, vt notatur in auth. ex teſtamento. C. de colla
tionibus. & per moder. in d. l. ſi frater à fratre. Et
306 hanc opinionem, quòd † donatio non confirme-
tur iuramento, tenet etiam Bald. hîc in vlt. colũ.
vbi ampliat, etiam ſi pater iuraſſet ſe recepiſſe
certam pecuniam à mercatore ei dãdam quem
mercator ipſe deſignauerit, & mercator deinde
patre mortuo, deſignet illius filium: iſta eñ de-
claratio retro trahitur per fictionem ad tempus
contractus, quo tempore non valuiſſet donatio
propter patriam poteſtatem, & confeſsio fuiſſet
ſuſpecta. l. qui teſtamentum. ff. de proba. de quo
hîc per eum. Quartò infertur ad caſum cõtra-
rium, nunquid valeat donatio filiifamil. collata
in patrem ſi ſit iurata. Et caſus eſt quòd ſic, in d.
307 c. quamuis. illa enim renuntiatio æquiparat do-
nationi. Et idem tenet Ioan. And. in addit. Spec.
titu. de teſtam. §. j. verſ. pone filius. & dicit Cor-
neus in d. authen. ſacramenta. quæſt. xvij. quòd
nihil obſtat, quin filius circa aduentitia poſsit
ei donare, ſicut poſſet extraneo cum patris con-
ſenſu. l. fi. §. filiis autem. C. de bonis quæ liberis.
facit l. j. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. x. Imò
fortius tenet, quòd cùm talis conſenſus non re-
quiratur per viam autoritatis, quòd etiã ſine iu-
ramento talis donatio facta patri conſentienti,
valeret, & idem ſentiunt Bal. in l. ſi quando. §. j.
C. de inoff. teſtam. Ang. Raph. Com. Alex. in l. j.
§. quæſitum fuit. ff. ad Trebell. Cyn. Fulgo. Paul.
de Caſt. & moder. in l. ſenium. C. qui teſtamen.
facere poſ. Secùs eſſet ſi iſte conſenſus eſſet re-
quiſitus ad integrandam domini perſonam, vt
per Bartol. in l. fi. §. neceſsitate. C. de bon. quæ
lib. nam tunc eſſet adhibendus in modum auto
308 ritatis: † & nemo in ſuam vtilitatem autorari po
teſt. l. fin. ff. de autor. tut. vbi Bartol. & quod no-
tat Butri. in c. cùm conſuetudinis. ſ. de conſuet.
Alex. conſil. cvj. in primo. & conſil. xxix. col. pe-
nult. in iij. & melius per Socin. conſ. xxiij. in iiij.
& iſtud etiam eſt de mente Ioann. Andr. in præ-
dicto loco, dum reſpondet ad l. ij. ff. de contra- C.
hen. empt. quòd † licet illa lex dicat nullum cõ- Cùm con
tractum inter patrem & filium tenere, debet in- tingat.
telligi quoad ciuilem obligationem: oritur eñ
naturalis, vt probatur in d. l. frater à fratre. & e- 309
tiam quoad aduentitia oriretur ciuilis, ſecundũ
ſuprà dicta. Bald. tamen conſi. cxiij. in ij. ſentit
quòd imò lex requirens conſenſum ſeu para-
bolam patris, intelligatur de autoritate. Sed pu
A to eum non bene dixiſſe: quia, vt etiam dicit Ra-
pha. in d. c. quæſitum. cùm filius, cuius ætatis &
prudentiæ ſit, debeat habere talem conſenſum
patris, non poteſt dici illum requiri ad integran
dam eius perſonam. quod etiam ſatis voluerũt
Bartol. & Docto. in l. fin. §. de neceſsitate. C. de
bonis quæ liberis. Et iſta ſunt vtilia in actu pra
ctico, quando pater vendit aliquid, & emptor
dubitans ne filius venditoris iure hypothecæ
maternæ eum moleſtet, vult etiam quòd filius
B in contractu interueniat cum conſenſu patris.
Nam † cùm pecunia numeretur patri, & ſic in e- 310
ius vtilitatem contractus tendat: ſi requirere-
tur conſenſus in vim autoritatis, nihil valeret. d.
l. j. de auto. tut. quod nota. Sextò infertur † an 311
poſsint dari fideiuſſores pro dote conſeruanda
vel reſtituenda. Et abſque iuramento clarum
eſt quòd nõ. l. j. & ij. C. ne fideiuſſ. dot. den. Cum
iuramento verò Bartol. in d. l. ſi quis pro eo. te-
nuit idem: quia lex reſiſtit perſonæ: vnde qui
C contrauenit, dicitur peccare, & iuramentum in-
ducens peccatum non tenet, vt ſuprà vidimus
in iij. caſu. Eandem opinionem tenet Ant. quia
ex tali fideiuſsione generatur cauſa perfidiæ in-
ter coniuges. d. l. ij. & ideo iuramentum tanquã
contra bonos mores non tenet. Et idem eſt de
mente Baldi in repet. l. ij. col. xlviij. verſ. ſed con
tra. ff. eod. Contrarium tenent Abb. & Ioann. de
Imol. hîc, & Corneus in d. authentic. ſacramen-
ta. quæſt. xvij. verſi. iij. quia iſta prohibitio vide-
D tur eſſe iuris poſitiui, vnde iuramento tollitur.
Non enim directè propter hoc perfidia inter
coniuges inducitur, ſed occaſionaliter. facit c.
per veſtras. de donatio. inter virum & vxorem.
Nec obſtat ratio Bart. quia non eſt verum quòd
contraueniens dictæ prohibitioni peccet, vt ſu-
prà vidimus in tertio caſu, ſecundum commu-
nem opinionem. Item lex non eſt prohibitiua
in perſonam fideiuſſoris, ſed in perſonam con-
iugis. Et ideo tenet Paul. de Caſtro in d. l. ſi quis
E pro eod. colũ. penult. † quòd fideiuſſor obliga- 312
tur, licet poſsit petere abſolutionem, in odium
vxoris, quæ contra præceptum legis fideiuſsio-
nem recepit. arg. c. debitores. ſ. eod. Puto opi-
nionem Bartol. eſſe veriorem: quia ratio cur ma
ritus non poſsit compelli ad præſtandum fide-
iuſſorem pro dote, videtur reſpicere bonos mo
res, ne cauſa perfidiæ in matrimonio generetur:
quæ verba variè poſſunt exemplificari. Et for-
tè vt maritus reſpiceret fideiuſſorem, & ne ab
F eo dos auferretur, aliqua diſsimularet contra fi-
dem coniugij, iuxta illud, Doctus ſpectare lacu-
nar, &c. illud notandum eſt, Doctores illum tex
tum intelligere, vt vxor non poſsit fideiuſſorem
à marito accipere, ſed bene maritus poſsit ab
vxore accipere. l. cùm dotis. ff. de iure dot. Sed
contra hanc opinionem eſt generalitas illius
rubricæ. Item in C. Theodoſia. ſub illo titu. eſt
lex expreſſe etiam prohibens marito accipe-
re. Nec obſtat dict. l. cum dotis. quia fideiuſ-
ſor ibi non præſtabatur ab vxore, ſed ab ex-

promiſſore. Et hæc opinio mihi placet, propter
identitatem rationis. & propter regulam cor-
relatiuorum, de quo in d.l.j. de vindicta viduit
toll. Cogita tamen, quia in practica non eſſet
re cedendum à communi. Septimò infertur,
313 †an valeat pactum iuramento firmatum de non
edendo bonis: & conſequenter, vt poſsit capi
perſonaliter pro debito. Et verior videtur opi-
nio quod valeat, prout tenuit Bet. hîc in iij. caſu,
Imol. in primo. Corn. in d. authent. ſacramenta.
q.xvij. verſi. ſeptimo. & habetur in l. alia. §. ele-
ganter. ff. ſol. matrim. & tetigi ſuprà in vij. caſu.
Quod intelligunt Doctores non procedere in
iiij. caſu, vbi ſit notoria paupertas, & impoſsibi-
litas ſoluendi. argum. c. cùm quidam, ſuprà eod.
& quod ſcribit Specul. in tit. qui filij ſint legit.
verſ. ſed pone. quod nota. Decimus caſus &
314 vlti. Abb. eſt, vt †quando lex non adſiſtit neque
reſiſtit contractui, iuramentum illi accedens cõ
firmet contractum, & facit ex eo oriri actionem.
& idem tenet Bartol. in dict. l. ſi quis pro eo. in
vj. caſu. & eſt communis opinio ſcribentium,
declarando vt per Bartol. in l. cùm lex. ff. de fi-
deiuſſ. & diffusè per Ioan. de Imol. hîc in ſexto
caſu. Ex hoc infertur primò ad ſtipulationem
alteri factam, quæ de iure ciuili non tenet. l. ſti-
pulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. oblig. huic ſi iu
ramentum acceſſerit, debet valere, vt eſt gloſſ.
j. quæſt. vij. c. quoties cordis. Et iſta eſt commu
nis opinio quam tenent Butr. Abb. & Imol. hîc.
Baldus in l. nam & poſtea. §. iuſiurandum. ff. eo.
Doctor. communiter in d. l. ſi quis pro eo. & in
d. authe. ſacramenta. & in d. §. alteri. Pro qua o-
315 pinione adducitur per Barto. prima ratio: †quia
ſtipulatio alteri facta conualidatur per pœnam
d. §. alteri. ergo etiam debet validari per iuramẽ
tum. Quod dictum non eſt verum: non enim
validatur iſta ſtipulatio: nam nõ poſſet agi ad id
quod eſt deductum in ſtipulatione: ſed ſolum-
modo debet agi ad pœnam. Secunda ratio
adducitur: quia ex tali ſtipulatione oritur ſal-
tẽ obligatio naturalis, vt ibi not. & in d. l. cũ lex.
ergo illa obligatio debet firmari per iuramen-
tum. l. vt iuriſiurandi. ff. de oper. lib. Ex qua ra-
316 ratione infertur, †quòd vbi obligatio naturalis
non oriretur, vt quia verba promiſsionis nullo
modo reſpicerent præſentem, ſed alterum, vt
quia ſtipulatio eſt facta non concipiendo verba
promiſsionis verſus contrahentem, iuxt. gloſſ.
in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam. & quæ po-
nunt Bartol. Angel. & Doctores in l. j. ff. de pa-
ctis. tunc iuramentum non confirmaret. Se-
cundò infertur, quòd confirmatur obligatio
317 quoad ipſum ſtipulantem: quia † reſpectu ipſi-
us oritur obligatio naturalis: non autem quo-
ad tertium, qui fuit abſens, vt habetur in d. §. al-
teri. & ita expreſſe ſentit Abb. hîc. Tertia ra-
tio adducitur: quia iuramentum præſtatur Deo.
c. debitores. ſuprà eod. ſed Deus ſupplet abſen-
tium præſentiam. l. properandum. §. cùm autem.
318 C. de iudiciis. ergo † nihil refert, quòd quis ſit
tertius vel abſens. Et iſta ratio videtur obſtare
prædictis illationibus: niſi dixeris, quòd pote-
rit ille tertius agere, ſeu implorare officium iu-
dicis, vt iuramentum obſeruetur, tanquam à
Deo ſit receptum, iuxta c. debitores. ſuprà eod.
Sed quia non ſubeſt obligatio aliqua naturalis,
fortè poterit concedi repetitio, vt ibi habetur,
& in l. j. ff. de condict. indeb. Nec obſtat quòd
ſubſit ſaltem reſpectu ſtipulatoris, quia ille

poſſet exceptione repelli, quia ſua non intereſt,
l. non ignoras. C. qui accuſ. non poſſ. c. cùm in-
ter. j. ſuprà de elect. In quo cogita: quia iſto mo
do communis opin. per indirectum ſubuerte-
retur. & ſic ſaluabitur opi. Bal. hîc. & Rom. con-
ſil. ccccxlj. incip. præſens inſtrumentum. in vlti.
col. Ioan. Fab. in §. ſi quia alij. Inſtit. de inutilib.
ſtipulat. in iij. col. Quarta ratio eſt, † quia in 319
materia iuramenti attendimus ius canonicum,
A vt eſt text. in c. ij. eod. tit. in vj. ſed de iure cano-
nico valet ſtipulatio abſenti facta, & illi quæri-
tur ius, vt eſt gloſſ. in d. cap. quoties cordis. cum
concord. per Felin. in c. ſi cautio. in viij. colum.
verſic. fallit ſecundò. ſuprà de fid. inſtrum. & plu
ries conſuluit Corn. vt in conſil. cxiij. in primo.
conſ. ccxv. in ij. conſi. ccxj. in iij. Sed tu aduerte,
quia iſtud dictum ſic generaliter non eſt verum:
nam regula d. §. alteri. procedit etiam ſecundũ
canones, vt eſt caſus in c. quanquam. de vſur. in
B vj. dum exigitur publica perſona: &† obligatio 320
debet ſumere initium à perſona cum qua con-
trahit. l. quacunque. ff. de act. & obligat. & fir-
mans Anchar. & moder. in prooem. Gregor. vn-
de conſidera tres caſus.

Primus eſt, quando quis confitetur abſente
parte: & putarem iure canonico talem con-
feſsionem probare per gloſſ. in d. c. quoties
cordis. & ita procedunt allegata per Felinum
in d. c. ſi cautio. †Confeſsio enim ius nullum tri 321
C buit, ſed iam inductum proba. l. publia. vbi Pau.
de Caſt. ff. depoſiti. Et ideo talis probatio debet
tenere ex æquitate canonica, licet ſecus ſit de
iure ciuili. l. certum. §. ſi quis abſentem. ff. de cõ-
feſſ. & hoc intellige, iuramento accedente. Se-
cundus caſus eſt, quando verba non reſpiciunt
confeſsionem, ſed acquiſitionem: & tunc abſen
ti non quæritur ſeu extraneo, d. c. quanquam. ex
quo talis acquiſitio in eius perſona non eſt fun-
data. d. l. quæcunque. Et ratione iſtius text. ca-
D ſus eſt: quia quoad abſentem qui tunc non in-
teruenit, non adfuit conſenſus. Vnde † videtur
eſſe ſimplex pollicitatio, ex qua non oritur ob- 322
ligatio naturalis, ſecundum Abbat. in c. cùm in-
ter vniuerſas. de elect. & eſt communis opinio,
de qua per moder. in rubric. ff. de verbor. oblig.

Fallit in donationibus & relictis factis ad pi-
as cauſas, ſecundum Bald. in l. illud, in j. colum.
C. de ſacroſanct. eccleſ. & per Abbatem & Feli.
in præalleg. locis. Quo verò ad iuramentum,
E tali caſu non obligaret verſus tertium, ſecundũ
diſtinctionem de qua in tertia ratione. Ter-
tius caſus eſt reſpectu præſentis, cui facta fuit
promiſsio, quòd daretur tertiò: & † tunc quia 323
oritur naturalis obligatio, competet ſibi reme-
dium denuntiationis euangelicæ, vt firmat Bu-
trig. & Abb. & modern. in d. prooem. Nec ob-
ſtat quòd imò deberet competere actio, per c. j.
s̃. de pact. quia ex quo ſua non intereſt, nulla ra-
tio ſuadet, quòd competat ſibi actio, vt per Ang.
F & Alex. in d. §. alteri. Secus eſt in denuntiatione
euangelica, quia ſaltem ſua intereſt vt frater ex-
imatur à peccato, in quod incidit propter natu-
ralem obligationem. c. nouit. s̃. de iudi. Vnde in
caſu quo naturalis obligatio non oriretur, de q̃
in d. §. ſi quis inſulam. nullum remediũ penitus
competeret: quod nota, quia Feli. in d. c. ſi cau-
tio. ſeipſum confundit. Secundò ex prædictis
infero ad quęſt. quotidianã: an donatio facta ab-
ſenti, & ſtipulata per notariũ nomine abſentis
cum iuramento, valeat, dato q̃ nõ conſtet dona-
tarium



tarium eam vnquam ratificaſſe. ita quòd hære-
des donatarij poſsint eam ratificare. Et primò vi
debimus, quid quãdo eſt ſimpliciter facta dona-
tio. Secũdò quid, ſi iuramentum acceſſerit. Cir-
ca primũ, videt̃ donationẽ valere, & acquiri ius
324 abſenti etiam ante acceptationem. Primò, †quia
ſeruus acquirit domino abſenti & ignoranti. l. q
abſenti. ff. de donat. ergo etiam notarius, qui æ-
quiparatur ſeruo. l. ij. ff. rem pupill. ſal. fore. Bar.
A in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iur. Secundò,
quia acquiſitiones quę fiũt per legem, conferũt̃
etiã in abſentes & ignorantes. l. certi condictio.
§. ſi numos. ff. ſi cert. pet. & l. à Titio. ff. de furt.
Bal. in l. j. col. pen. C. per quas perſ. nobis acquir.
ſed acquiſitio quæ fit mediante notario, qui ſti-
pulatur abſenti, dicitur per legem fieri. gl. Bald.
Ang. & Alex. in l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alien.
iuris. vnde notarius dicitur tanq̃ pica & organũ,
vt ibi declarat Bal. in l. nec enim. ff. de adoptio.

B Tertiò facit doctrina Bart. & Doct. in l. qui Ro
mæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi concludunt,
325 quòd † quando in cõtractu eſt ſtipulatum aliq̃d
tertiò per notarium, non eſt licita pœnitẽtia, vt
declarant Bald. in l. cùm à ſocero. C. de iur. dot.
Aret. conſi. lxxiij. in tertio dubio. ergo ſequitur
quòd illi ſit ſtatim quęſitum ius, aliàs liceret pœ
nitere. l. iij. ff. de ſeruis expor. l. ſi pater filio. ff. de
manumiſſ. vin. Quartò facit, quia etiam ſi non
quæreret̃ abſenti, niſi cõſtet de ratihabitione, ta
C men tale ius acceptandi vel ratificandi, debet in
hæredes tranſire. l. ſi ſine. §. ſi procuratori. ff. rem
rat. hab. & declarat Bar. in l. bonorũ. eo. tit. Sign.
de homod. conſi. xlviij. & fa. l. quoties. C. de do-
326 nat. quæ ſub modo. vbi † ſi donauerim tibi cen-
tum, & poſt mortem tuam donem Seio: mortuo
Seio ante acceptationẽ, poſſunt hęredes ipſi ac-
ceptare. Et fa. q̃ not. Com. in l. ij. §. ſi pecuniã.
ff. de dona. vbi ſi tradatur aliqua res cauſa dona-
tionis conditionalis, & conditio eueniat poſt
D mortem donatarij, perficitur donatio in perſo-
nam hæredum. arg. §. ex conditionali. Inſtit. de
verb. oblig. & dicit eſſe ſingulare dictũ. Ergo idẽ
dicendum in pura: q̃a non refert, an contractus
fuerit conditionalis, & euenerit conditio, an à
principio purus. l. fi. vbi moder. ff. de vulg. & pu
pill. Et quòd ſtatim quæratur abſenti, eſt no-
tabilis deciſio Guid. Papæ in q. ſua xlix & q. cc-
xxij. vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ in cõſilio regio:
q̃uis nihil alleget q̃ faciat ad propoſitũ. & ante
E eum idem videtur voluiſſe Bal. in l. ſi quis eman
cipatũ. C. de don. & Soci. conſ. xc. in vj. col. verſ.
ſecundò reſpondetur in iij. vol. & in conſi. cxxv.
in ij. col. Sed tamẽ contraria opinio eſt verior:
327 †quia quicquid ſit in ſeruo, notarius cùm ſit libe
ra perſona, non acquirit directas dño, ſed tantũ-
modo vtiles, vt eſt magis communis opinio in
l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verb. obli. quæ
probatur in l. iiij. ff. rem pupill. ſal. fo. vbi per no
tarium non quæritur ipſo iure pupillo. Et dato
F quod conſuetudine acquireret directas, non ta-
mẽ ſequitur quòd acquirat alicui ante illius ac-
ceptationẽ, per regulã l. in omnib. rebus. vbi eſt
caſus. ff. de act. & oblig. l. ea quæ ciuiliter: in ver.
volentibus. ff. de acquir. rer. dom. & l. ſi ego. ff. de
neg. geſtis. & l. ſi cõmunis. in fi. de acquir. poſſ.
328 per Sali. in l. j. C. eod. ſicut videmus, † quòd licet
etiam princeps ſit publica perſona, tamen eius
beneficium non quæritur ante acceptationem.
l. Labeo. vbi Doct. ff. de iureiur. & per Areti. in l.
ſi abſenti. ff. de acquir. poſſ. Curt. conſi. iiij. in fin.

conſi. lxv. incip. ſerioſa. col. iiij. Idem in benefi- C. Cùm contingat.
cio collato ab epiſcopo. c. ſi tibi abſenti. & ibi
Anchar. in ij. notab. de præbend. in vj. Idem vi-
demus †in presbytero, qui tanq̃ publica perſo-
na poteſt ſtipulari epiſcopo: ſed tamen illi non 329
acquiritur ante acceptationem, vt not. Hoſt. in
c. dudum. de conuerſ. coniug. & quod not. Old.
conſi. xxx. incip. factum tale eſt, quædam, &c. Et
hanc opin. tenet Andr. de Piſis, Guliel. de Cun.
A & alij quos refert Albe. de Roſ. in l. non enim.
in j. col. ff. de adopt. vbi dicit, quòd ſecundũ eos,
†notarius acquirit abſenti, ſi deinde ſuppleatur 330
conſenſus per ratihabitionem. Et iſtud etiam
voluit Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de ceſſ.
act. §. conſequenter. in ij. col. in addit. incip. Pe-
trus de Cerialis. in fin. vbi propriè figurat quæ-
ſtionem in notario ſtipulante pro abſente. Et i-
dem ſentit Bal. conſi. cc. incip. verba. in j. col. ij.
verſ. vel melius dicendum. & etiam in l. nec ei.
B §. ſatiſdatio. in vj. q. ff. de adopt. vbi † ſi notarius
ſtipulet̃ pacẽ pro abſente. nõ quæritur ius abſen 331
ti, niſi ratum habeat intra tempus ſtatutũ. Idem
tenet Ang. conſi. lxxiij. incip. quòd dicta. Paul.
Caſt. conſ. cxcv. incip. viſis his q̃ narrãt. in iiij. col.
in ſecundo, in nouiſsimis. Socin. in l. j. §. ſi iuſſe-
rim. ff. de acq. poſſ. vbi refert quoſdã modern. in
fortiori caſu ita cõſuluiſſe. & idem tenet etiam
conſi. liij. in pen. col. in iiij. conſuluit Deci. conſ.
ccxxvj. incip. magiſter Ioannes. vbi ſimpliciter
C allegat Paul. de Caſt. & idem ſequitur in l. con-
tractus. in iiij. col. ff. de reg. iur. Ex quibus appa-
ret hanc etiam eſſe communem opi. & allegata
in cõtrariũ debet intelligi, quando ſecuta eſt ra
tihabitio. Non obſtat q̃ deberet poſſe fieri acce-
ptatio per hęredes, quia iſtud eſt falſum, ex quo
res non dicitur amplius integra. argu. l. bonorũ.
ff. rẽ rat. hab. & pbat̃ in l. ſi ego. §. ſi res alicui. ff.
de iur. dot. & ita reſpondent Paul. Caſt. & Deci.
in loco s̃. allegato. Sed tu dic, q̃ † cõtractus pu̾t 332
D ſunt in fieri, & ſic ante acceptationẽ, dicũt̃ facti
legis cõſil. ff. de cura. furio. & not. in l. j. in princ.
ff. de verb. oblig. Et ea quæ ſunt facti, non tranſ-
eunt ad hæredes. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. li-
ber. in l. j. in ij. q. C. de his qui ante aper. tab. Bal.
Salic. & Alex. in l. emancipata. C. qui admit. vn-
de hæres ratum habere non poteſt. l. iij. §. acqui-
rere. ff. de bo. poſſ. per Dyn. in regula, ratũ. in pę.
q. de reg. iur. lib. vj. & ita intelligit̃ Bar. in d. l. bo
norũ. Et facit q̃ not. idem Bar. in l. ſi decem cùm
E petiero. in fi. ff. de verb. obli. vbi cõditiones po-
teſtatiuæ reſpectu implementi ad hæredes non
tranſeunt: q̃ eſt in caſu noſtro: ineſt enim tacita
cõditio, ſi acceptauerit, quæ eſt poteſtatiua. vn-
de Cicero in Topic. ad Trebat. nullã inquit do-
nationẽ ſine acceſsione debet intelligi poſſe. Et
in d. l. quoties. ponitur caſus ſpecialis in ſecũdo
donatario, cui q̃rit̃ per legẽ ſtatim: q̃ nõ eſt in ca
ſu noſtro, licet etiã poſsit ibi donãs pœnitere, &
actio nõ cõpetat niſi cõtra primũ donatariũ, vt
F habet̃ in d. §. Flauius. & dicit Guido Papæ in q.
dxij. q̃ † quęrit̃ ſolũ ius perſonale, nõ aũt in rem:
q̃ puto verum, & notandũ ad materiã l. quoties. 333
C. de rei vendic. & ita procederent, etiam ſi no-
tarius ſtipulatus eſſet donatario & eius hæredi-
bus: intelligitur enim hæredib. ſtipulatus, qua-
tenus à donatario prius acceptata eſſet. l. eũ qui
ita. §. te & Titiũ. ff. de verb. oblig. per Barto. in l.
ſtipulatio iſta, habere licere. §. ſi quis ita. in fin.
eo. tit. & fa. q̃ not. Bald. in l. iij. C. quib. ad liber.
proclam. vbi per illũ tex. dicit, q̃ † quæ alicui do- 334
nata

nata ſunt, eius contemplatione donata præſu-
munt̃,non aũt alterius, cui ex diſpoſitione legis
eſſet acquirendum. Et iſta etiã videt̃ fuiſſe veri-
ſimilis mens donantis, qui hæredes non agno-
ſcebat, ſed ipſum donatariũ, propter cuius be-
nemerita donauit.arg.l.& ideo.ff.pro ſoc. Cir-
ca ſecundum,quid iuris quando iuramentũ ac-
ceſsit? Videt̃ q, debeat tunc quæri abſenti, iux-
ta gl.præalleg.j.q.vij.c.quoties cordis.vel etiam
q, poſsit ratificari per hæredes. Et facit q, notãt
Iac.Butr.Salic.& moder.in d.auth. ſacramenta.
vbi videntur velle,† q, quãdo notarius recipit iu
335 ramentum vice & nomine illorum quorũ inter-
eſt,tale iuramentum p̃iudicat,& quærit̃ ius om-
nibus. Et facit ratio:cùm em̃ iuramentũ pr̨ſtet̃
Deo.d.c.debitores.videtur Deus recepiſſe ad v-
tilitatem donatarij:vnde debet trãſmitti ius e-
tiam in hæredes. In contrariũ fac.tex. in l. certũ.
§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.vbi iuramentũ par
te abſente & nemine acceptante,pacto non præ
336 iudicat. Et in caſu noſtro iſta opinio eſt verior, †
quia etiam q, iuramentũ præſtetur Deo, tamen
ſicut donatio tacitam habet cõditionem, ſi pars
acceptauerit,vt s̃.vidimus,ita etiã eam iuramen
tum habere intelligitur.d.l.fi.C.de non nũ.pec.
Nec reperit̃ q, recipiat̃ à Deo in vtilitatem hære
dum,niſi quatenus à principali fuiſſet accepta-
337 tum. Tertiò infert̃,† nunquid pactum nudũ iu-
ramento cõfirmet̃. Et Abb.hîc dicit, q, nõ ꝑſt du
bium,per c.j.s̃. de pact. Sed de iure ciuili videt̃
eſſe contrarium.per tex.in d.l.ſi quis pro eo. vbi
Bart.& idem tenet Bald.in l.j.C.de oper.libert.
Ang.in l. iuriſgentium.§. quinimò.C. de pact.&
videt̃ cõmunior opi.vt per Iaſ.in l.ſi quis maior.
colũ.pe.C.de tranſact.licet Ant.hîc tenuerit op
poſitũ, per l.iuriſiurandi. ff.de oper.liber.vbi po
nitur caſus ſpecialis, & ideo non trahendus ad
conſequentias,licet eandem l. ad hoc allegaue-
rit gl.Inſtit. quib. mod.re contrah.oblig.in gl.j.
in fi.Eandem opi.tenuerunt Comen.& Rom.in
l.j.in prin.ff.de verb oblig. Raph. conſi.clxxxij.
incip.viſa copia. ad fi. Mathel.notab.xxxvj.not.
regulam Iaſ. in l.iuriſgentium. §. ſed cùm nulla.
verſ.vndecimo fallit. ff.de pactis. Mouent̃ omes
338 per tex.in d.l.ſi quis maior.vbi probatur, q,† ve-
niens contra pacta iurata,priuat̃ actione,& cogi
tur ſoluere pœnam:ergo talia pacta tam princi-
palia q̃ pœnalia fouebantur iuramento, quia a-
liàs non fuiſſet orta actio. d. §. ſed cùm nulla. Et
per iſtud fundamentum idem etiam tenent mo
der.in repet.d.l.ſi quis maior.in xxj.notab. Sed
ille tex.nihil facit,quia quoad ipſa pacta, nõ in-
ducitur priuatio actionis orientis ex eis,ſed eius
actionis ſuper qua tranſactũ pacto eſt,vt ſatis in-
nuunt verba d.legis,& declarat ibi Alex. Quo ve
339 rò ad pœnam , quicquid dicant ibi moder.† im-
poſsibile eſt intelligere q, fomentetur iuramen
to,ex quo tex.non loquitur quando ſuper pœna
iuratum eſt,ſed quando ſuper principali: vnde
neceſſariò intelligendus eſt,quãdo aliàs ex pœ-
na agi poſſet,vt quia interueniſſet ſtipulatio. Vn
de cõcludo,quòd de iure ciuili iuramentum re-
gulariter nõ veſtit pactũ nudum: de iure verò ca
nonico,licet Abb.dicat eſſe indubitatum,cõtra-
ria tamen opin.poſſet teneri. Non obſt.quòd ſi
ex ſimplici pacto hoc iure oritur actio,d.c.j.quã-
tò magis ex iurato? quia reſpondeo,quòd h̨ęc ra
tio concludit ſolùm in foro canonico, vnde in
eo ſatis fateor agi poſſe:ſed in foro ciuili nõ poſ
ſe,in quo non habet locum regula primi, vt eſt
tex.in d.§.ſed cùm nulla.& iſtud ſentit Corn. in
d.auth.ſacramenta.quæſt.xiiij.Iaſ.in l.iuſiuran-
dum.q, ex conuent.in fi.prin.ff.eo. Non obſt.
alia ratio, quòd ex ſimplici iuramẽto de iure ca-
nonico oriatur actio,vt habetur in c. cùm veniſ-
ſent.& ꝓbatur in hoc tex.in d.c. quamuis. dum
mandatur iuramentum ſeruari: quæ verba im-
portant actionẽ.l. ſtatuas. ff. de acq.rer. dom.qa
reſpondet Iaſ.in d.l. iuſiurandum. quòd imò ex
A quo verba diriguntur ad iudicem, qui compel-
lat ſubditos ad obſeruationem iuramenti, orie-
tur actio, niſi iudicis accedat officium,iuxta gl.
& Doct.in l.ſi ſoror.C.de collat. & ideo ſolũ po-
terit agi in foro canonico per denunciationem
euangelicam,ſecundum eum,& malè, quia con
tra tex.in c.ij.eod.tit. in vj. Vnde quicquid di-
cat Iaſ.contra communem opin. quam etiã ſequi-
tur Fel.in c.j.in ij.col.de pact. quæ fundatur ra-
tione concludenti.† Nã iuramentum confirmat 340
B contractum,cui lex reſiſtit, & facit vt etiã in fo-
ro ciuili ſeruetur,vt in hoc tex.& in d.c.ij.quan-
tò magis confirmabit contractum vbi lex nõ re-
ſiſtit, & ex quo naturalis oritur obligatio, ſicut
eſt pactum? Quartò infertur ad contractus inno
minatos,† nunquid accedente iuramento ita cõ 341
firmentur,vt ex eis ſtatim oriatur actio. Et ſcien
dum eſt,quòd in eis nõ oritur regulariter actio,
niſi ei,qui ex parte ſua prius adimpleuit: nec ſuf
ficeret oblatio, vt eſt tex. vbi gl.in verbo, facio.
C in l.iuriſgentium,in prin. ff. de pact. Et ratio eſt,
ꝓpter eorum frigiditatẽ,ex quo lex eſt non ad-
ſiſtit:& ideo ex ſolo pacto nõ agit̃,& ei q imple-
uit,ante implementum alterius licitum eſt pœ-
nitere,vt declarat Bar.in l.ſi pecuniam.in ij.col.
ff.de cond.ob cauſ. Videndũ eſt ergo, ſi iuramen
tũ acceſſerit,an ante implementũ oriat̃ actio, &
quæ,& an licita ſit pœnitentia. Et circa primũ
Corn.in d.auth.ſacramenta.q.xiiij. in fi. cõclu-
dit q, oriat̃ actio:† quia licet contractus innomi- 342
D nati ſint magis debiles q̃ pacta nuda, vt eſt gl. in
l. petẽs. & habet̃ in l. ſiue apud acta.C.de tranſ-
act.tñ illa debilitas fortificat̃ per iuramentũ, cu-
ius natura eſt confirmare actus quibus lex non
adſiſtit,vt s̃. vidimus. Iſta opinio videtur mihi
dubia,quia aut ille qui vult agere,nõdum imple
uit,& iuramentum non debet operari,q,ſibi de-
tur actio,ex quo talis contractus tacitam habet
conditionem,ſi ex parte tua adimpleueris. c.iij.
s̃.eo.c.ſeq.§.fi.declarat Bal.in l.fi.C.de nõ num.
E pec.aut iam adimpleuit ex parte ſua, & tũc etiã
circunſcripto iuramento poſſet agere : vnde vi-
demus quòd etiam de iure canonico, in tali cõ-
tractu non oritur actio ante implemẽtum,vt di-
cit Bal.in l.cũ quis.in x.col.C.de iur.& fact.ign.
& in d.l.ſiue apud acta.vbi moder. & per Socin.
in repet.rub.ff.de verb.oblig.in iij.col. Circa ſe-
cundum.gl.in d.l.ſi pecuniam. in verb. neceſſe.
videtur velle, q,† accedẽte iuramento in tali cõ- 343
tractu nõ eſt licitũ pœnitere: & tranſeũt ibi mo-
F der.Pro quo facit, quia quamuis in pacto,per q,
prorogat̃ iuriſdictio iudicis,non ſui,ſit licita pœ
nitentia, l.ſi cõuenerit. ff. de iuriſd.om.iud.ſi tñ
accedat iuramentũ, ſecus eſt, vt notãt omnes in
c.j.s̃.de iudi.Vnde infert̃,† q, licet iuramentũ nõ 344
faciat quẽ teneri in plus,facit tñ obligari effica-
cius,vt ibi dicit̃ in ſimili per Ale.in l.j.ff.de pact.
Intellige hanc concluſionem, qñ ille qui adim-
pleuit, iuraſſet & vellet pœnitere : poteſt enim
alius ex parte ſua adimplere, & agenti ex capi-
te pœnitentiæ excipere de iuramento,aliàs ſi il-
le qui



le qui recepit iuramentum,nõ adimpleuiſſet ex
parte ſua, iuramentum non operaretur, ex quo
deficeret conſenſus.d.l.fi. & d.c. ſeq.§.fi.Idem ſi
alter contrahentium qui adhuc nõ adimpleuit,
345 ſolũ iuraſſet: † ille enim qui adimpleuit,nihilo-
minus poterit pœnitere, & repetendo cenſebit̃
remittere iuramentum,prout in ſui fauorem eſt
præſtitum.c.j.s̃.eod.& c.ij.de ſponſ.per Doct.in
l.Labeo.ff.eod. Et ita tolluntur quædam argu-
menta.Io.de Imol. quæ facit contra hanc opin.
in l.ij.§.ſed & ſi quis.in vlt.col.ff.de don.

# De præſcriptionibus;

## commentaria.

IN RVB. ARGVMENTA.

1 *Præſcriptio quid ſit. & num.2.4.5.*
3 *Vſucapio quid.& num.16.18.*
6 *Præſcriptionis exceptio multis caſibus non impedit litis ingreſſum.*
7 *Non debet aliquis cum alterius iniuria locupletari.*
8 *An præſcriptio ſit contra ius naturale,ſeu æquitatem naturalem.*
9 *Arbiter habens iudicare ſecundum æquitatem, non admittet exceptionem præſcriptionis.*
10 *Licet quòd quis ſit in bona fide,non tamen eſt æquũ prælatorum negligentiam eccleſiæ nocere.*
11 *In cauſa dotis proceditur de bono & æquo.*
12 *Ius canonicum innititur æquitati,& tamẽ approbat exceptionem præſcriptionis.*
13 *Forum conſcientiæ,eſt forum æquitatis & bonitatis, & tamẽ qui bona fide præſcripſit,in eo foro eſt tutus.*
14 *Stante ſtatuto quòd poßidens rem pro ſua per triginta annos,præſcribat, debet fieri interpretatio vt nihil addatur iuri communi.*
15 *In ſtatutis iniquis fit interpretatio,quòd nihil operentur, ne aliquis locupletetur cum aliena iactura.*
17 *Effectus debet diſtare à ſua cauſa,ſicut mater à filia.*
19 *Titulus & bona fides nõ ſunt propriè de ſubſtantia, nec eam immediatè inducunt,ſed ſolùm poſſeßio.*
20 *Dominium directum oßibus inhæret prioris domini ex ratione naturali.*
21 *Sicut traditionibus directum acquiritur dominium,ita etiam vſucapionibus.*
22 *In præſcriptione longi temporis vel etiam longißimi,accedente bona fide,quæritur vtile dominium.*
23 *Si quis in præſcriptione XXX. annorum vel etiã XL. eſt in mala fide,non acquirit aliquod dominium,ſed ſolùm exceptionem.*
24 *Vbi lex contra regulas iuris, vel citra voluntatem domini transfert dominiũ,intelligitur ſemper de vtili,non de directo.*
25 *Verbum adiectionis, non refertur ad translationem quæ fit à domino, ſed ad acquiſitionem extraordinariam.*
26 *Fundum per autoritatem vſucaptum,antiqui ſimpliciter appellabant poſſeßionem.*
27 *Quia tempus non eſt modus tollendi dominij, ſicut nec obligationis,ideo præſcriptio ex tali tempore oriens non debet auferre directum dominium.*
28 *Poſſeßio ciuilis quid.*
29 *Qui patitur rem ſuam poßideri & præſcribi, cenſetur illam alienare.*
30 *Si præſcribens acquirit ſolùm vtile dominium, ſequitur quòd prior dominus retineat directum.*
31 *Cùm duo non poßint eſſe domini directi eiuſdem rei,ſequitur quòd prior dominus ſuum directum amiſit.*
32 *Dominium ex ſola legis autoritate quæſitum, & hypotheca,etiam in perſona eiuſdem concurrunt.*
33 *Lex propter dominium naturale , quod non eſt omnino extinctum,quandoq; ei,qui præſcripſit dicit actionẽ vtilem,quandoq; exceptionẽ contra dominium dari.* Rubrica.
34 *In rebus immobilib. neceſſariò præſupponimus,poſſeſſionem propter quam vſucaptum eſt , habuiſſe initium ex voluntate domini.*
35 *Dominium quid ſit. & num.36.*
37 *Adiectio ad actum ciuilem refertur.*
38 *Dominium quod à lege transfertur, eſt verum & directum dominium.*
A 39 *Stat ſimul quòd quis ſit dominus autoritate legis, alter verò ex æquitate naturali.*
40 *Statuta debent declarari ſecundum ius commune.*
41 *Licet ſtatuta declarentur ſecundum ius commune, ſi tamen ſtatutum facit aliquas exceptiones à regula,non habebit locum ius commune, vt aliæ exceptiones vltra expreſſas admittantur.*
42 *Statutum prouinciale admittit nepotes in hæreditate aui materni quoad legitimam , niſi quando eius hæreditati renuntiatum eſt.*
B 43 *Quo iure poſſeſſor malæ fidei non præſcribat.*
44 *An mediante præſcriptione debiti tollatur naturalis obligatio.*
45 *Ex quo aliquis præſcripſit cum bona fide,habet exceptionem fauorabilem,& ideo quocunque errore ſoluat,repetit.*
46 *Obligationi præſcriptæ nõ poteſt accedere fideiuſſor.*
47.48 *Contra præſcribentem non competit denuntiatio euangelica.*
49 *Obligatio naturalis in perſonalib.non operatur,veluti*
C *actionibus quæ ſui natura ſunt temporales.*
50 *An ſtatutum valeat non admittens creditorem ad agendum poſt certum tempus, quia debitor cùm eſt in mala fide,non ſoluendo non poteſt præſcribere.Fallit tamen vt num:51.52.54.*
53 *Non eſt veriſimile quòd quis de facili peieret.*
55 *Cùm debitor eſt in mala fide, eſt in peccato, nec propter negligentiam creditoris poteſt ſine peccato lucrari. & num.56.*
57 *Si præſumptio alia eſt in contrarium , ſtatutum non te-*
D *net,quia vna præſumptio aliam tollit.*
58 *Filius tenetur exonerare conſcientiam patris, & ſatisfacere creditoribus,qui aliàs rem remanerent decepti.*
59 *Vſucapio & præſcriptio decem vel viginti annorum, eſt introducta propter bonum publicum , nec dominia rerum ſit in incerto.*
60 *Præſcriptio lõgißimi tẽporis,uidelicet triginta vel quadraginta annorũ,eſt introducta in odium negligẽtis.*
61 *Quia lex dicit vſucapionem eſſe introductam pro bono publico,non ſequitur,ergo illi renuntiari nõ poteſt.*
E 62 *Nõ videtur lædi aliquo modo publicũ bonũ,qa dominiũ non remanet incertum.*
63 *Præſcriptio currens cũ bona fide, videtur principaliter inducta in fauorẽ partis,nõ aũt in fauorem publicum.*
64 *Non obſtante pacto habebit locum præſcriptio triginta annorum. & num.65.66.*
67 *Dictio quandocunq;,non excludit præſcriptionem. Cõtrarium vide num.68.*
69 *Quando renuntiaretur præſcriptioni triginta annorũ, & accederet iuramentum, tunc faceret valere renun-*
F *tiationem.*
70 *Si circunſcripto pacto potuiſſet præſcribi per triginta annos,videtur quòd vt pactum ſuſtineatur, capienda ſit interpretatio, vt tempus ſit prorogatum, puta vſq; ad quadraginta annos,vel etiam longius.*
71 *Quando actus non valet prout agitur,fit interpretatio vt ſuſtineatur in eum modum, in quem veriſimile eſt valuiſſe voluntatem contrahentium.*
72 *Si præſcriptio fuiſſet inuenta fauore publico ſimpliciter, ſicut per pactum non poſſet tolli, ita nec eius virtus diminui prorogando tempus.*

73 Præ-

73 Præſcriptio currit contra epiſcopum catholicū & præſentem ſpacio triennij, etiam cum mala fide.

74 Duo ſpecialia circa idem ſubiectum concurrunt.

75. Verbum, promitto, in inſtrumento poſitum, intelligitur per ſtipulationem.

76 Promiſſio dotis propter incertitudinem ſimpliciter nō valet, niſi ſit dictum, Promitto dotem arbitratu talis.

77 Cùm lex finalis ſit exorbitans, & loquatur in contractu non debet trahi ad pollicitationem.

78 Licet in fauorem fidei poſſunt admitti participes, non tamen videtur admittendum aliud ſpeciale, vt interrogentur mulieres.

79 Mulieres non ſufficiunt ad definitionem, licet fortè ſufficerent ad torturam.

80 Præſcriptio poteſt induci etiam cum mala fide, dummodo ſubſit cauſa iuſta.

81 Si princeps poteſt ex cauſa ſtatim priuare dominum re ſua, ergo multò magis poterit ſtatuendo ex cauſa, vt poſt certum tempus aliquis priuetur re ſua per præſcriptionem.

82 Licet princeps poſſit ex cauſa aliquem priuare dominio rei ſuæ, non tamen poteſt facere quòd acquiratur alicui exiſtenti in mala fide.

83 Statutum, quòd qui ſuum ius non præſentauerit in termino ſex menſium à tempore proclamationum, excludatur, & amplius non audiatur: non habebit locum, quando poſſet probari, quòd ille in cuius fauorem alius excluderetur, eſſet in mala fide.

84 Princeps non poteſt inducere præſcriptionem cum mala fide ex iure gentium, ſed aliquo iure ſpeciali.

85 Faciens aliquid cum autoritate legis nihil peccat.

86 Comedēs carnes tempore quadrageſimali incidit in peccatum, etiam ſi comedat ex licentia Papæ.

87 Cùm quadrageſimæ obſeruatio ſit iuris poſitiui, videtur quòd Papa habeat plenariam facultatem diſpenſandi, etiam ſine cauſa.

88 Paria ſunt, vel quòd eccleſia careat rectore, vel illum habeat inhabilem, ſeu inutilem agendum.

89 Verba in dubio ſimpliciter accipiuntur, non aūt quoad quid.

90 An venditio ſi ſit inutilis vel nulla, dicatur venditio. & num. 91.

92 Eccleſia vacante, præſcriptio contra eam non currit.

93 Dictio, vſucaptum, non poteſt ſalua ratione recti ſermonis intelligi de re quæ potuit vſucapi.

94 Deterior eſt conditio epiſcopi catholici delinquentis q̄ hæretici non ex odio perſonæ, ſed ex negligentia.

95 Belligerās bello illicito, captos in bello ſeruos ſuos facit, licet delinquat.

96 Concubina non debet eſſe melioris conditionis, quàm vxor.

97 Donatio inter virum & vxorem prohibetur etiam fauore matrimonij & ſobolis legitimæ.

98 Epiſcopus hæreticus vbi reuertitur ad vnitatem Eccleſiæ, recuperat eccleſiam ſuam diſpēſatiuè. & nu. 99.

100 An epiſcopo hæretico reuerſo ad catholicam vnitatem, fructus interim percepti reſtituendi ſint. & nu. 101.

102 Vbi lex vult rem reſtitui, ſemper intelligit cum fructibus. & num. 103.

CONTINVATVR hæc rubrica vt
per Abbat. Cùm enim s̄. de exce-
ptione ſit dictum, & quandoque
de iure pręſcriptionis excipiatur,
meritò de ea videndum fuit. Quæ
continuatio eſt ſatis dubia, quia nimis genera-
lis: hoc enim attento, potuiſſent de pactis, de cō
feſsis, de reſtitutione ſpol. de re iudicata, tituli
ſubiici, ex quo plerunq; de talib. excipitur. Sed
tamen ſaluari poteſt hæc continuatio, ſic intelli-
gendo, q̄ cùm ſuprà de exceptionib. dictum ſit,
& præſcriptio nihil aliud ſit, † quàm exceptio, 1
quæ actioni in rem vel in perſonam propter poſ
ſeſsionem temporis à lege definiti obiicitur, de
ea videndum fuit. Et ideo in ff. & C. rubrica po-
nitur de exceptionibus & præſcriptionibus, q̄a
præſcriptio omnem exceptionem perpetuam
ſignificat, vt declaraui in c. vlt. incip. diſpunctio.
A quæ tn̄ magis in ſpecie de ea intelligit̄, quę pro-
pter tempus obiicitur, vt infrà videbimus. Pri-
mò quærit Abb. quid ſit præſcriptio: & refert † 2
eſſe quoddam ius, ex tempore congruam auto-
ritatem legum, & earum vim capiens, pœna ne-
gligens, & finem litibus imponens. Quę defini-
tio fuit Ioan. Andr. in regula, poſſeſſor. in Mercu
rial. cum qua tranſeunt hîc cæteri ſcribētes. Sed
aduertendum eſt, quia ego puto, propriè loquē-
do, quòd præſcriptio non dicatur de ipſo iure
B acqſititio, p̄ poſſeſsionē, ſed de ipſa exceptio-
ne ex eo oriente. Et ideo Iuriſconſulti qui ele-
ganter locuti ſunt, ita ſolent accipere, vt appa-
ret in l. j. & in l. creditor. & in rub. ff. de diuerſ. &
temporal. præſcriptionibus, & in rub. C. quibus
non obiicitur longi temp. præſcript. licet ex Ro
manis pontificibus aliqui hoc non obſeruaue-
rint de poſſeſſore: vnde conſequēs eſt, † vt vſuca 3
pio propriè de ipſo iure acquiſitio dicatur, etiā
in rebus immobilibus. l. iij. l. ſi fur. in fi. & l. eum
qui ędes. ff. de vſucap. Sed exceptio oriēs ex ta-
C li vſucapione immobilium vel iurium, dicitur
præſcriptio, nec text. in l. ij. C. in quibus cauſis
ceſſ. longi temp. præſcri. quicquam vrget in op-
poſitum: quia ibi dubitatio non erat in vi verbo
rum, ſed in tempore: nam aliqui volebant ſeruū
non pręſcribi, niſi longo tempore: tex. dicit op-
poſitum, q̄ imò vſucapio biennalis in eo locum
habet: & credo quòd ſecundum hanc opin. e-
tiam ſenſerint antiqui, definientes † pręſcriptio- 4
nem eſſe exceptionem, quæ ex tempore ſubſtan
D tiam capit, & actioni obiicitur, vt not. glo. xvj.
q. iij. in ſumma. & ſequit̄ Gofred. in ſumma hu-
ius tit. & licet Io. Andr. & Abb. hîc eā reprobēt,
tamen eorum fundamenta non vrgent. Cùm e-
nim dicitur eſſe exceptionem ex tempore ſub-
ſtantiam capientem, debet intelligi, q̄ licita & à
lege approbata ſit, & ſic autoritas legis illi adſit.
arg. l. iiij. §. condemnatum. de re iud. l. non puta-
tauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſeſſ. con-
tratab. Et dum dicitur non poni in ea cauſam fi-
E nalem, quæ eſt vt lites finiantur, & dominia non
ſint in incerto. l. j. ff. de vſecap. l. fin. ff. pro ſuo. re-
ſpondetur non eſſe hoc neceſſarium ad defini-
tionem, vt probatur in l. iii. ff. de vſucapio. in l. v.
§. ſtipulatio. iuncta l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de
verb. obliga. & facit quod notat Barr. in l. j. ff. de
appel. Satis enim eſt quòd conſtet ex genere p̄-
prio, & differentiis. l. j. vbi notatur. ff. de dolo. q̄
eſt in prædicta definitione. Et ſic teneo hanc de-
definitionem, quæ eſt verior. Nam contra com- 5
F munem etiam obſtat, quia † eſt aliqua præſcri-
ptio quæ pœnam negligentibus non infert, vt
quæ currit aduerſus ignorantem. l. fina. ff. de pręſ-
crip. long. temp. & tamen in ignorante non ca-
dit negligentia. c. quia diuerſitatem. de conceſſ.
præb. Abb. in c. p̄ximo. in vlt. verbis: niſi capias
negligentiam pro qualibet ceſſatione impro-
priè, vt declarant Paul. de Caſt. conſi. ccxciij. in-
cip. viſis & ponderatis omnibus. & per Feli. hîc.
Sed tamen videtur in definitionibus quòd ver-
ba debeāt propriè & ſtrictè intelligi. l. j. ff. de te-
ſta.



ſta. de quo tamen per Deci. in rub. s̄. de probat.
6 col. iij. Item contra hanc definitionē facit, quia †
exceptio pręſcriptionis multis caſib. nō impedit
litis ingreſſum. l. emptor. C. de præſcript. long.
tēp. per Bar. in l. fin. ff. pro ſuo. quā declarat Aret.
cōſil. xcix. incip. reſpōdiſſem. ergo illa verba, li-
tibus finem imponens, non congruunt genera-
liter, quòd eſt contra naturam definitionis, d. l. j.
ff. de dolo. Secundò quærit Abb. an præſcriptio
ſit contra ius naturale, ſeu ęquitatem naturalem. A
Et concludit, quòd ſimpliciter loquendo nō eſt
contra æquitatem naturalem, licet non ex eo ca-
7 pite videatur iniquum remedium: † quia non
debet aliquis cum alterius iniuria locupletari. l.
8 nam hoc natura. ff. de cond. indeb. † Conſiderato
tamen bono publico, ne dominia in incerto ma-
neant, & vt pœna negligentibus, finis litibus im
ponatur, habet ſecum æquitatem naturalem, vt
concludit Io. And. in d. regula, poſſeſſor. & ſe-
quuntur hîc Doct. & gl. ac Doct. in l. ius generale. B
prima diſtinct.
Sed contra hanc concluſionem obſtat tex. in
§. habeat. in auth. vt eccleſia Rom. verſ. impium
remedium. & in verb. improba temporis allega-
tio. per quem tex. dicit Bal. Ang. in l. j. C. de præ-
ſcript. xxx. ann. quod † arbiter habens iudicare
9 ſecundum æquitatem, non admittet exceptio-
nem præſcriptionis. & idē tenent Ang. & Imol.
in l. ſequit̄. §. ſi viā. ff. de vſucap. Roma. in rub. ff.
de arbit. col. j. Lanfrācus in tracta. de arbit. in xx-
v. quæſt. Corn. cōſil. cxlv. in ij. & cōſil. cclj. in iij. C
Socinus cōſil. 86. in penult. col. Nec videt̄ bona
ſolutio Felini, dùm poſt Imol. in c. fin. ĵ. eod. dicit
quòd ille tex. procedit in poſſeſſore malæ fidei,
per illa verba, ne tutus peccandi locus ſcienti-
bus relinquatur: quia hoc dato, ſequeretur q̊d ſi
quis fuiſſet bonæ fidei, contra eccleſiam Roma-
nam quinquaginta annis præſcripſiſſet, quod
eſt contra mentem illius text. Item illa verba
habent dictionem implicatiuam ſeu argumen- D
tatiuam, ibi, etiam ſcientibus: ex qua apparet ra-
tionem tex. procedere, dato quòd præſcribens
neſciret, & ſic non eſſet in mala fide. & hoc pro-
batur ex natura illius implicatiuæ, de qua habe-
tur in l. j. ff. ſolut. mart. Nec etiam bona videtur
ſolutio quam ſentit gloſ. in d. §. habeat. dum in-
telligit dictum remedium eſſe impium quo ad
quid, ſcilicet habito ſolùm reſpectu ad regulā in
d. l. nam hoc natura. Nā cùm illa lex ſit iuris ciui-
lis, & dicat iniquū eſſe tale præſcriptionis reme- E
dium, debet generaliter intelligi & de iure natu-
rali & ciuili. arg. l. ius ciuile. ff. de legib. Vnde ego
putarem quòd prædicta ratio deberet intelligi
ſecundum terminos d. authen. vt ſit improbum
remedium aduerſus eccleſiā: † dato enim quod
10 quis ſit in bona fide, non tn̄ eſt æquū, prælatorū
negligentiam eccleſię nocere, vt habetur in l. iu-
bemus. C. de ſacroſ. eccl. Et ſic in eo caſu ceſ-
ſat æquitas, quæ in præſcriptione regulariter
militat, meritò igitur talis exceptio cenſetur F
iniqua. Vnde apparet, q̄ prædicta deciſio Baldi,
Angeli, & ſequaciū, poteſt ſuſtineri duobus caſi-
bus. Primus eſt in pręſcriptione quæ ab eo op-
ponitur, qui mala fide præſcripſit: qui caſus eſt in-
dubitabilis, ex quo etiam vbi ageretur de rigore,
talis tamen exceptio nō eſſet attendēda propter
peccatū. c. fin. ĵ. eo. Secūdus caſus eſt de præſcrip
tione q̄ obijceretur eccleſiæ vel cuilibet alij, qui
propter negligentiam Rectoris à re ſua fuiſſet
excluſus, & ita loquitur d. §. habeat. Et in his
caſibus poteſt ſaluari quod not. Bart. in l. ſi is qui *Rubrica.*
pro emptore. in iiij. col. ff. de vſucap. alioqui ex-
tra hos caſus putarem has dictas deciſiones non
eſſe veras, prout etiam tenuit Lud. Rom. conſil.
cxlix. circa primū. Aret. in c. dilecti. s̄. de iudi. &
Felin. hîc. Et hoc deducitur tribus rationib. Pri-
ma, † in cauſa dotis proceditur de bono & æquo. 11
l. iure ſuccurſum. ff. de iur. dot. & tamen in ea po-
teſt obijci præſcriptio. l. in rebus. §. omnis. C. de
A iure dot. Secunda, † ius canonicū innititur ęqui- 12
tati. c. dilecti. s̄. de iudi. & c. j. s̄. de pact. & tamen
approbat exceptionē præſcriptionis, vt in toto
hoc tit. Tertia, † forum conſcientiæ eſt forū æqui 13
tatis & bonitatis. c. nouit. ſuprà de iudi. Bald. in
c. cùm cauſam. s̄. de teſti. & tamen qui bona fide
præſcripſit, in eo foro eſt tutus, dato quod dein-
de ſuperuenerit mala fides. xxxiiij. q. ij. c. ſi
virgo. xiiij. q. vj. c. ſi res. per moder. hîc, & Fe-
lin. in c. ſi vigilanti. in fi. ĵ. eod. Et ex his infer-
B tur ad id quod not. Soci. in d. conſil. lxxxvj. in
penul. col. vbi concludit, quòd ſtante ſtatuto
quòd poſsidens rem pro ſua per XXX. annos,
præſcribat: debet fieri † interpretatio, vt nihil 14
addatur iuri cōmuni, ex quo tale ſtatutum indu
cens præſcriptionem, dicitur eſſe iniquum, per
d. §. habeat. & in ſtatutis iniquis ſit interpreta-
tio vt nihil † operentur, ne aliquis locupletetur 15
cum aliena iactura, vt per Bar. l. fin. §. in compu-
tatione. C. de iur. delib. & in l. omnes populi. in
C vj. q. ff. de iuſtit. & iur. Nam dico quòd imò tale
ſtatutū non eſt iniquū, niſi in prædictis duobus
caſibus. Tertiò quærit Abbas, quid ſit vſucapio:
& ſequitur definitionem Iuriſconſulti in l. ij. ff.
de vſucapio. & concludit, quòd ibi definitur vſu-
capio ſolùm in ſpecie ſumpta, prout habet locū
in rebus mobilibus tantùm. Sed iſta opinio Ab-
batis non eſt vera, & videtur ſibijpſi contradice-
re. Nam primò dicit, quòd ante Iuſtinianum
vſucapio in rebus etiam immobilibus indiffe-
D renter dicebatur: quod probatur in multis legi-
bus eius tituli, & s̄. dixi: ergo illa definitio cùm
ſit ante Iuſtinianum facta, debet intelligi etiam
de præſcriptione. & ita etiam tenet Azo in ſum-
ma eius tituli. Præterea videtur quòd etiam Iu-
ſtinianus nō conſtituerit iſtam differentiā: quia,
vt probatur in l. j. de vſucap. transfor. & Inſti. de
vſucap. in prin. p̄miſcuè vſucapionē † intelligit 16
etiā in rebus immobilib⁹. & iſtud videt̄ mihi ve-
rius. Contra prædictā definitionē arguūt moder.
E dum dicitur, vſucapio eſt acquiſitio dominij, q̊d
non ſit bona: quia acquiſitio ipſa eſt effectus vſu-
capionis, & † effectus debet diſtare à ſua cauſa, 17
ſicut mater à filia. l. licet. §. ea obligatio. ff. de pro-
cur. Et iſta ratione in ſimili Bart. repræhendit
definitionē Azonis in l. j. ff. de appell. & idē ſen- 18
tit Paul. de Caſt. in d. l. iij. Sed tu reſponde, † q̊d
vſucapio eſt dictio effectum ſignificās: quia dici-
tur vſucapio, id eſt, acquiſitio p̄ vſum, id eſt, poſ-
ſeſsionē: meritò ergo ſic fuit definienda. Secūdò
F arguit Paul. Caſt. quia dicta definitio videtur de-
fectiua, ex quo in ea non ſit mentio de titulo &
bona fide, ſine quibus non vſucapimus. Inſtit.
de vſucap. in prin. leg. quod vulgò. ff. pro emp.
Sed reſponde, quòd † titulus & bona fides non
ſunt propriè de ſubſtantia, nec eam immedia-
tè inducunt, ſed ſolum poſſeſsio: vnde videmus
quòd defectus poſſeſsionis quandocunque ſu-
perueniens eam interrumpit. l. naturaliter. ff.
de vſucap. & non defectus bonæ fidei. l. iuſto.
§. & ſi poſſeſsionis. ff. eo. tit. vnde ſatis fuit po-

nere ſubſtantiam principalem ipſius vſucapio-
nis, non autem adminicula extrinſeca, quamuis
neceſſaria. Dum enim dicitur quòd eſt acquiſi-
tio, debet intelligi ſecundum legitimum mo-
dum facta, vt diximus ſ. in prima quæſt. Quartò
quæritur, an mediante vſucapione quæratur do-
20 minium directum vel vtile. Et videtur non ac-
quiri: nam † dominium directum oſsibus inhæ-
ret prioris domini ex ratione naturali, vnde ab
eo ſine eius volũtate ſeparari non debet. l. iij. ff. A
pro ſoc: facit l. quis ergo. vbi gl. ff. de pecul. Et iſta
fuit ratio Io. And. in d. regula, poſeſſor. In cõtra-
rium fac. tex. in d. l. iij. dum dicit, quòd eſt acqui-
ſitio dominij: ergo intelligemus de directo. l. j.
§. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. pet. Itẽ text.
in l. traditionibus. C. de pact. dum dicitur, tradi-
tionibus & vſucapionib. dominia rerum acqui-
ri: nam ſicut † traditionibus directum acqui-
21 ritur dominium, ita etiã vſucapionibus; per re-
gulam l. nã hoc iure. ff. de vulg. & ita tenet Abb, B
& ſequuntur cæteri in vſucapione rerum mobi-
22 lium. Et iſta ſit prima concluſio. Secunda eſt, † q̃d
in præſcriptione longi temporis, vel etiam lon-
giſsimi, accedente bona fide, quæritur vtile do-
23 minium. Tertia concluſio eſt, quòd † in præ-
ſcriptione XXX. annorum, vel etiam XL. ſi quis
eſt in mala fide, non acquirit aliquod dominium
ſed ſolummodo exceptionem. Et iſtæ tres con-
cluſiones ſunt communiter approbatæ hîc, & in
d. l. traditionib. & in auth. niſi. C. de bonis ma- C
ter. Circa primam concluſionem videretur,
quòd imò per vſucapionem non transferatur di-
rectum dominium: quia cùm nõ accedat cõſen-
ſus veri domini, ſequitur eam translationẽ fieri
24 per legem: & nos habemus, quòd vbi lex contra
regulas iuris, veluti in caſu noſtro citra † volun-
tatem domini, transfert dominium, intelligitur
ſemper de vtili, non de directo. gl. vbi Petrus,
Cynus, Salic. in authen. donationem. C. de iure
dot. Doct. in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſijs. de- D
clarat Aretinus in l. j. in vlt. col. ff. de lega. j. per
Socin. in l. j. §. ſublata. in vltimis verbis. ff. ad
Trebell. Nec obſtaret quòd lex dicat dominium
acquiri: quia poteſt etiam verificari in vtili, ſe-
cundum ſubiectam materiam: vt in ſimili dici-
mus in libello, in quo quis agit ad dominium: de
quo per Bar. in l. ſi mater. §. eandem. in vlt. col.
ff. de except. rei iud. vnde ſi ex vſucapione non
transferatur niſi vtile, ſatis verificãtur dicta ver-
ba, vt etiam apparet Inſtit. de vſucap. in prin. vbi E
gl. in verb. dominium. Et ſuadetur hæc opinio
ex dicta definitione in d. l. iij. dum dicitur, quòd
25 eſt acquiſitio vel adiectio dominij: † illud enim
verbum adiectionis, non refertur ad translatio-
nem quæ fit à domino, ſed ad acquiſitionem ex-
traordinariam, ſicut videmus in rubr. Inſti. de eo
cui libert. cauſa bona addic. Vnde etiam vide-
mus, quòd lex Atinia, quæ de prohibita vſuca-
pione rei furtiuæ lata eſt, vſucapionem ſimpli-
citer appellat autoritatem, vt dicit Aulus Gell. F
lib. XVII. & ita etiam appellat M. Cicero in To-
picis. producens legem duodecim Tabul. quæ
de autoritate, hoc eſt vſucapione fundi loqui-
26 tur, ad ædes. † Et, fundum per autoritatem
vſucaptum, ſimpliciter antiqui appellabãt poſ-
ſeſsionem, vt dicit Feſtus Pompeius. Et ideo
in l. quæſtio. ff. de verbo. ſignif. Iuriſconſultus
dicit poſſeſsionem iuris, proprietate ab agro
differre: quia poſſeſsio eſt cuius proprietas ad
nos non pertinet: & ſic ibi capitur poſſeſsio
pro fundo vſucapto. Licet Lauren. Valla non
intellexerit, & ideo in Iuriſconſultum inueha-
tur. Circa ſecundam concluſionem, quòd ex ta-
li præſcriptione ſolummodo oriretur vtile do-
minium, ſecundum cõmunem opinionẽ, vide-
tur probari primò in l. j. §. cùm prædium. ff. de
pigno. inducendo vt ibi per Bart. Secundò in l.
ſuper longi. C. de long. temporis præſcrip. vbi
præſcribenti competit exceptio: & ſic præſup-
ponit actionem competere priori domino. Ex
quo apparet, quòd directum apud eum reſidet.
Tertio per text. in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. in
verbo, vtilem actionem. ff. de iureiur. Quartò
per text. in l. j. in fin. de aqua pluui. arc. in ver-
bo, vtilem actionem, & ibi Bart. & eſt ſimilis
text. in l. ſi quis diutino. ff. ſi ſeruit. vend. &
xvj. quæſt. iij. §. poteſt. in verbo, vtiliter ven-
dicare. Quintò, quia tempus non eſt modus
tollendi dominij, ſicut nec obligationis. l. ob-
ligationem ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig.
ergo † præſcriptio ex tali tempore oriens non 27
debet auferre directum dominium. Sextò fa-
cit autoritas Bart. in leg. j. ff. de acquir. poſſeſſ.
dum definit † poſſeſsionem ciuilem eſſe aptam 28
producere ciuiles effectus reſpectu veri domi-
nij, & ſic appellat dominium præſcribentis
verum. Contrariam opinionem, quòd imò
acquiratur directum, tenuit Mart. Flori. cum
quo tranſeunt Petrus & Iacob. in d. authen.
niſi per illum tex. Ioan. Fab. & Chriſtophorus
Porcus, Inſtit. de vſucap. in princ. per illum text.
vbi refert etiam Raph. ita tenuiſſe. & idem etiam
ſentit Innoc. in c. cæterum. ſuprà de iud. & Ioan.
gloſſa. xvj. quæſt. iij. in ſumma. Archidiac. in c. j.
de præſcript. in vj. & nouiſsimè aliqui moder. in
l. fin. per illum text. C. de edict. diui Adria. toll.
Pro qua opinione faciunt fundamẽta quæ ſuprà
adduxi in prima concluſione. Item facit, quia
ſecundum Azonem & antiquos in d. l. iii. defini-
tur vſucapio immobilium, & tamen ibi dicitur
acquiri dominium. Nec bona ratio differen-
tiæ poteſt inter iſtos caſus adduci: quamuis enĩ
Doct. dicant vſucapionem mobilium eſſe magis
fauorabilem, iſtud tamen non bene probatur,
& nihil concludenter infert ad translationem
dominij vtilis vel directi. Item probatur hæc cõ-
cluſio in d. l. eum qui ædes. in verbo, dominium
mutat. Et exponere dominium, id eſt, effectum
dominij, eſt violare text. prout facit gl. Item pro
hac parte adduco tex. xvj. quæſt. iij. c. clerici. vbi
videtur probari, quòd per præſcriptionem ac-
quiratur proprietas: vnde neceſſariò intelligi-
tur de directo dominio, ex quo vtilis proprietas
non reperitur, ſecundum Alex. poſt alios in l. ſi
quis vi. §. differentia. in penul. col. ff. de acq. poſſ.
Confirmatur hæc opinio ratione: nam † qui 29
patitur rem ſuam poſsideri & præſcribi, cenſe-
tur illã alienare. l. alienationis. ff. de verb. ſignif.
quinimò magis conſentit, quàm ille qui ſimpli-
citer alienat, ſecundum Bart. in l. filiusfamil. §.
diui. in vlt. col. ff. de leg. j. Sed alienans expreſſe,
transferret directum: ergo etiam idem in ca-
ſu noſtro. Quid dicendum? Articulus eſt di-
ſputabilis, & facilè eſſet reſpondere rationibus
hinc & inde adductis.

Sed nos pro intelligentia videamus, quæ
vtilitas inde reſultet: deinde videbimus quid
tenendum. Et licet Doctores adducant quaſ-
dam vtilitates, vna tamen ſola eſt communiter
approbata, videlicet, † quòd ſi præſcibens ac- 30
quirit



quirit ſolum vtile dominium, ſequitur quòd
prior dominus retineat directum: vnde ſi res per-
ueniret ad alias manus, quàm præſcribentis, vel
habentis cauſam ab eo, poſſet eam vendicare,
nec obtineret poſſeſſor de iure tertij, id eſt, præ-
ſcribentis obiiciens, vt declarant Dyn. in d. re-
gula, poſſeſſor. Abb. & cæteri ſcribentes hîc, A-
ret. in l. cùm ſeruum. C. de ſer. fug. Si verò præſcri
bens acquireret directum, prior dominus non
31 poſſet aliquo modo agere. † Cùm enim duo non A
poſsint eſſe domini directi eiuſdem rei, l. ſi vt cer
to. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. ſequitur,
quòd prior dominus ſuum directum amiſit, &
conſequenter funditus actione careret. Sed tu
aduerte circa hunc effectum: quia etiam ſi tenea
mus, per præſcriptionem acquiri directum, non
tamen videtur abſurdum, quòd duo habeant in
eadem re dominium, alter ex autoritate legis, al
ter ex ratione naturali. arg. l. j. C. com. de legat.
32 ſicut in ſimili videmus, † quòd dominium ex ſo- B
la legis autoritate quæſitum, & hypotheca, etiã
in perſona eiuſdem concurrunt. l. idemque. vbi
Bart. in iij. oppoſ. ff. de pig. l. ſi. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. Alexã. & Areti. in l. j. in vlti. col. ff. de legat. j.
mod. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. Et ex hoc
33 ſequitur, quòd † lex propter dominium natura
le, quod non eſt omnino extinctum, quandoq;
ei qui præſcripſit, dicat actionem vtilem, quan-
doque exceptionem contra dominium dari, vt
in præallegatis iuribus. Nec obſtat quòd in vſu- C
capione rerum mobilium, nulla penitus a-
ctio ſuperſit priori domino: quia illud non eſt
propter fauorem vſucapionis, vt dicunt Do-
34 cto. ſed alia ratione. † In rebus enim mobilib. ne-
ceſſariò præſupponimus poſſeſsionẽ, propter
quam vſucaptum eſt, habuiſſe initium ex volun-
tate domini: quia aliàs inuito domino res fuiſ-
ſet contrectata, & ſic furtum commiſſum: vnde
propter vitium reale vſucapio non potuiſſet per
fici. §. furtiuæ. Inſtit. de vſucap. Cùm ergo res mo D
biles domino volente fuerint contrectatæ, do-
minium ex vſucapione quæſitum, non eſt quæ-
ſitum ſimplici autoritate legis, ſed etiam ex ali-
qua ratione naturali, propter voluntatem domi
ni, meritò ergo omne dominium ab eo aufertur:
ſicut etiam dicunt Doct. In præſcriptione quæ
currit ſcienti & patienti, in qua non eſt contro-
uerſia, quia directum dominium transfertur, ſe-
cundum Bal. in d. authen. niſi. & quod not. Ioan.
And. in addit. Specul. in rub. huius tit. & proba- E
tur in d. l. alienationis. de verb. ſignif. & licet I-
mol. in c. fin. in antepenul. char. infrà eod. pan-
gat in contrariũ, per tex. in l. fin. C. de præſcript.
long. temp. tamen ad illum text. reſpondent Fe-
lin. & cæteri moderniores hîc, & in d. l. traditio-
nibus. Et ex his apparet, quòd quicquid teneas
in prædicto articulo, vtilitas prædicta eſt certa,
nec reuocanda in dubium. Quo verò ad deter-
minationem, quòd videatur præſcribenti verum
dominium acquiri, Bar. & Doct. in d. l. j. C. de ac- F
quir. poſſeſſ. hoc expreſſe tenent, quia definitio
veri dominij huic competit: de qua per Bart. in
l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi
35 dicit, † dominium eſſe ius perfectè de re corpo-
rali diſponendi, niſi lege prohibeatur. Poteſt e-
nim præſcriptor perfectè diſponere, nec domi-
nus prior habet aliquod ius contra habentẽ cau
ſam ab eo. l. ſi ſuperatus. vbi not. ff. de pign. pro-
batur in l. ij. per Bart. ff. de except. rei iud. & per
Docto. in ca. ſi quis in ius. j. de reg. iur. in vj.

Confirmatur hæc opinio: † dominium enim eſt C. Cùm contingat.
ius: & nos habemus, quòd in his quæ ſunt iuris,
lex diſponens agit ex veritate, non per fictionẽ,
vt per Bart. in l. ſi maritus. §. l. Iuliæ ff. de adulte-
ris. Vnde dato quòd dominium transferatur ex 36
ſola autoritate legis, eſt tamen verum dominiũ.
Et ideo text. in d. l. iij. ponens definitionem, be-
ne dicit vſucapionem eſſe acquiſitionem domi-
nij, ſeu adiectionem: † adiectio enim ad actum ci- 37
uilem refertur: & ſic ibi definitur tam vſucapio,
quàm præſcriptio. Cùm igitur verum dominiũ
inde quæratur, non eſt dubium quòd in qualibet
diſpoſitione etiam odioſa, appellatione domi-
ni, is qui præſcripſit, cõtinebitur, per regulam l.
cùm lege. vbi Aret. ff. de teſta. Et ſic concludo, q.
† dominium quod à lege transfertur, eſt verum 38
& directum dominium, licet contra dominium
naturalem lex dicat competere vtilem actionẽ:
ſed reſpectu cuiuſlibet alterius nihil differt à cæ-
teris dominis directis. Et ita ego intelligo hanc
materiam. Quid verò ſi ſtatutum diſponeret,
quòd ex præſcriptione dominium acquireretur,
an tũc ceſſaret prædictus effectus, ita quòd prior
dominus contra tertium agere non poſſet? Bart.
in d. l. iij. videtur ſentire quòd ſic, dũ dicit quòd
tunc quæritur directum, vt ſtatutum aliquid ad-
dat iuri communi. arg. l. ſi quando. ff. de leg. j. &
cum eo ibi tranſeunt Doct. & etiam hîc, & in d.
l. traditionibus. Sed tu aduerte: quia cùm Bart.
non exprimat dictum effectum ceſſare, ſed tan-
tummodo acquiri directum, ego putarem eius
opinionem veram, quòd directum acquiratur,
iuxta prædicta: non tamen ceſſare dictam vtilita
tem, quia, vt dixi, † ſtat ſimul, quòd quis ſit do- 39
minus autoritate legis, alter verò ex æquitate na
turali: quæ æquitas non impeditur à lege, niſi re-
ſpectu præſcribentis, vel habentis cauſam ab eo.

Nec obſtat quòd ſecundum hanc opi. illud ſta
tutum parum operaretur vltra ius cõmune: quia
reſpondeo, quòd imò operaretur, quia daretur
præſcribenti directæ actiones contra dominum.
Item ſtante tali ſtatuto, præſcriptio longi tem-
poris procederet ſine titulo, ſecundum Bal. in l.
ij. C. de præſcript. long. tem. quæ pro liber. ſequi
tur Rom. in d. l. iij. Rom. Alex. & moder. in l. Cel-
ſus. in j. notab. eo. tit. Vnde cùm habeat talem ef-
fectum, ſatis eſt ſi ita intelligatur, abſq; eo quòd
vlterius intelligamus, deuiando à iure commu-
ni, ſecundum doctrinam Imol. in l. ſi verò. §. de
viro. in iiij. col. ff. ſolut. mat. Et quia regula eſt ge-
neralis, quòd † ſtatuta debent declarari ſecundũ 40
ius commune. l. ij. C. de noxal. ca. cùm dilectus.
de conſuet. In quo puncto dic vt hîc per Felin. &
in c. j. col. ij. de reſcript. Doct. in l. fin. §. in compu
tatione. C. de iur. delib. Abb. in ca. cùm cauſam.
col. fin. j. de re iud. Alex. conſi. cij. incip. ſuper eo.
col. penul. conſil. cvij. incip. viſo themate. colũ.
pen. in iij. conſil. lxxxiij. incip. viſa facti. in ij. col.
in ij. Quibus adde quod not. Bal. in l. j. §. ſed ex-
cipiuntur. in fin. ff. de feriis. vbi concludit, quod
† licet ſtatuta declarentur ſecundum ius com- 41
mũne, ſi tamen ſtatutum facit aliquas exceptio-
nes à regula, non habebit locum ius commune,
vt aliæ exceptiones vltra expreſſas admittan-
tur: quia in caſibus à ſtatuto non exceptis, debe-
mus ſtare ſtatuto, non autem iuri communi, ex
quo exceptio in quibuſdam videtur regulam in
cæteris confirmare. l. tribunus. §. vlt. ff. de teſta.
milit. quod dictum videtur eſſe dubium, per
text. in ca. ad audientiam. j. de cler. non reſid.

Illud conſtat, illas exceptiones expreſſas ſecun-
dum ius commune declarari, vt conſuluit Bald.
in conſil. cclxxiij. incip. ſuppoſito ſtatuto. in ij.
Dec. conſil. cclxxxiij. & faciunt not. in l. ita no-
bis. C. de adult. Et per prædicta conſului in ſta-
42 tuto prouinciali, † quod admittit nepotes in hæ
reditate aui materni quoad legitimam, niſi quã-
do eius hæreditati renuntiatum eſt: quod debet
intelligi ſecundum ius commune, vt quãdo ma-
ter deceſsit viuente patre, eius renuntiatio illis
A non obſit, vt habetur per Alex. in l. pactum quod
dotali. C. de collat. Circa tertiam concluſio-
nem, quòd præſcribenti per xxx. vel xl. annos
cum mala fide ſolum competat exceptio, iſta cõ
cluſio eſt vera de iure ciuili, per tex. in d. l. ſi quis
emptionis. §. j. & xvj. quæſt. iij. §. poteſt. ſed de
43 iure canonico nõ procedit, ex quo † hoc iure poſ
ſeſſor malæ fidei non præſcribit. c. fin. j. eodẽ. &
ideo non poteſt neque excipere. Et tale ius etiã
in foro ciuili, propter euitandum peccatum, eſt
B ſeruandum, vt ibi not. & in d. regula poſſeſſor.
Et ex hoc infertur, † an mediante præſcriptio-
44 ne debiti, tollatur naturalis obligatio. In quo
puncto concluditur, quòd ſi præſcriptio cucur-
rit cum mala fide, tunc dubium non eſt, non tol-
li neque naturalem neque ciuilem, iuxta præ-
dictam concluſionem. Si verò cucurrit cum bo-
na fide, communis eſt opinio, quòd ciuilis pe-
rimitur, & naturalis redditur inefficax, ita quod
ſoluenti competeret repetitio: ex quo enim prę
C ſcripſit cum bona fide, habet exceptionem fa-
45 uorabilem. Et ideo † præſcribens, quocunque
errore ſoluat, repetit. l. qui exceptionem. ff. de
cond. indeb. & ita tenent Bart. & Paul. Caſt. in l.
fin. §. fin. ff. rem rat. hab. Bald. in l. ſicut. & in l.
omnes. C. de præſcript. xxx. vel xl. ann. & in l.
fi. col. v. C. de præſcript. long. temp. Angel. in
repet. l. j. C. de iud. Imol. in c. fin. j. eod. Abb. &
moder. in c. ad aures. per illum text. j. ea. & pro
D hac parte fa. text. in l. ſi quis poſtquam. ff. de fi-
deiuſſ. vbi † obligationi præſcriptæ non poteſt
46 accedere fideiuſſor. Et ſic apparet obligationem
naturalẽ, quæ alicuius vtilitatis ſit, nullã ſuper-
eſſe, aliàs fideiuſſor illi accederet. l. fideiuſ. ob-
ligari. §. fideiuſ. ff. de fideiuſſ. Et inde etiã infer-
47 tur, q. † cõtra præſcribentẽ non cõpeteret denun
tiatio euãgelica, ex quo naturalis obligatio quę
ſupereſt, eſt ineffectualis, & ille qui præſcripſit,
cùm ſit in bona fide, non peccat. & ita tenet Ab-
E bas in d. c. fin. in v. col. & Bart. in extrauag. ad
reprimendum. in verb. per denuntiationem. Et
iſta eſt communis concluſio, ſecundum quam
conſuluit Corn. in conſil. clxxvj. in penult. col.
in fin. Quam concluſionem intellige ſanè, quã-
do præſcribens eſt in bona fide: alioquin ſi ſit in
mala fide, eſt ſecus, per ſupradicta. Et ideo in prę
ſcriptione actionum perſonalium raró poſſet ha
bere locum hæc concluſio, cùm principalis de-
bitor ſit in mala fide, & hæres teneatur eius con
F ſcientiam releuare. cap. ſerui. de ſepult. & ſic †
48 perinde habetur ac ſi eſſet in mala fide, vt per
Abb. & alios in ca. ij. & in c. ſi diligenti. j. eod.
& hoc tenet Bald. in authen. ad hęc. col. iij. C. de
vſur. Et dicit Ant. in d. c. fin. prædictam conclu.
in perſonalibus ſolùm poſſe procedere in caſu,
in quo quis ignorans obligaretur alteri, vt quã-
do quis obligatur ex facto procuratoris: cùm e-
nim eſſet in bona fide, ceſſaret peccatum, & ſic
tolleretur ſaltem in effectu obligatio naturalis.
& idem tenet Imol. in l. ſequitur. §. ſi viam. in
ij. colum. ff. de vſucap. vbi reprobat opinionem
Bartol. ibi tenentis, quòd dict. ca. fin. non ha-
beat locum in actionibus: quæ opinio etiam
communiter reprobatur in dict. cap. fin. & per
Alexand. conſilio xix. incip. videtur prima. in
iiij. & conſilio lj. incip. videretur pro deciſione.
in v. & alibi ſæpe. Vnde in caſibus in quibus o-
pinio Bartol. ſuſtinetur, veluti in caſu aliqua-
rum limitationum, quæ ponuntur in dict. cap.
fin. poſſet etiam teneri, † talem obligationem 49
naturalem in perſonalibus non operari, veluti
in actionibus quæ ſui natura ſunt temporales,
ſicut eſt actio quanti minoris, & redhibitoria, de
quibus habetur Inſt. de perpet. & temp. in prin.
declarando tamen vt per Abb. in dict. ca. fin. in
iiij. colum. & hoc etiam tenet Paul. de Caſtr. in
dict. l. fin. & in d. §. ſi viam. & vide Corn. qui a-
liqualiter aduerſatur, conſil. cclj. in iij.
Quinto quærit Abb. † an valeat ſtatutum non 50
admittens creditorem ad agendum poſt certum
tempus. In quo puncto communis concluſio
eſt quòd non, quia debitor cùm ſit in mala fide,
non ſoluendo non poteſt præſcribere, quia in-
cideret in peccatum. dict. ca. fin. & ca. poſſeſ-
ſor. de reg. iur. in vj. & ita latè diſputauit Anto.
in diſput. incip. ſtante ſtatuto municipali. cum
multis concordan. per Felinum in dict. cap. fin.
vbi etiam ponit multas ſolutiones, quæ in iure
vix poſſunt ſuſtineri. Fallit, quando ſtatutum
diſponeret in caſu, in quo debitor eſſet in bona
fide, vel præſumeret ſolutionem aut accepti-
lationem ex cauſa rationabili, per quam tolle-
retur peccatum: aliàs non valeret, quibuſcun-
que verbis loqueretur, ſecundum Bald. in au-
thentic. ad hæc. colum. vj. C. de vſur. & Anto.
in dict. diſputatione. Abb. in ca. quod clericis.
in penul. colum. de foro comp. Anchar. in di-
cta regula, poſſeſſor. in vltim. charta. Angel. de
Aret. in l. nemo poteſt. in fin. ff. de legat. j. Sed
difficultas eſt in cognoſcendo, quæ ſit iuſta cau-
ſa talis ſtatuti: ſolus enim temporis lapſus non
ſufficit. dict. ca. fin. Et primò iuſta cauſa vide-
tur, † quando talis præſumptio induceretur cõ- 51
tra fœneratores, cùm non eſſet veriſimile, quòd
ipſi tandiu tacuiſſent, non petendo creditum
ſuum. Et ita not. Imol. in l. quibus diebus. §.
dominus. ff. de cond. & demonſt. cum concor.
per Felin. in dict. ca. fin. in iij. ſolut. Vnde ſi pi-
gnus eſſet ſufficiens pro vſuris temporis intro-
ducti à ſtatuto, ſecus putarem. Secunda cau-
ſa mihi videtur, † quando ſtatutum non ſim- 52
pliciter induceret præſcriptionem, ſed diceret
quòd deberet ſtari iuramento debitoris, an eſ-
ſet debitor vel non: nam tunc vltra tempus eſt
etiam præſumptio oriens ex ſacramento. † Nec 53
eſt veriſimile quod quis de facili peieret. l. j. ff.
de iureiurand. ca. ij. de ſponſalib. vnde ſi debi-
tor eſſet talis, qui veriſimiliter dictum ſtatutum
peieraret, non haberet locum: vt ſi aliàs periu-
raſſet. argum. gloſſ. in ca. paruuli. xxij. quæſtio.
v. vel eſſet vir malæ famæ, vt per gloſſ. in ca. ſi-
gnificaſti. j. verſicul. ſi ita eſt. j. de homicid. &
quod per eam not. Iaſon in l. pro hærede. in iij.
colum. ff. de acquirend. hæredit. Bald. in ſi-
mili, in l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de edend.
& in l. directas. C. de teſta. manumiſſ. Alexand.
conſil. cxiiij. in ij. colum. in iiij. Tertia cauſa
eſſet, † quando ſtatutum requireret prius fieri 54
proclamationem, & ea elapſa, intra certum tem
pus excluderet creditorem. argu. l. locorum. C.
de omni



de omni agro deſer. lib. xj. & l. ſi eo tempore. C.
de remiſſ. pig. & quod not. Bartol. in l. rem quæ
nobis in vlt. col. ff. de acquiren. poſſeſſ. Nam ta-
li caſu, tanquam res habeatur pro derelicta, prę-
ſcribens acquirit directum dominium, vt dicit
Iacob. in l. traditionibus. alleg. Bartol. in l. cùm
res. in ij. lect. C. de collat. Sed iſta concluſio ita
ſimpliciter intellecta non eſt vera, quia militat
adhuc ratio peccati euitandi: vnde non intelli-
55 gas eã procedere reſpectu veri debitoris: † quia
cùm ipſe ſit in mala fide, eſt in peccato, nec pro-
pter negligentiam creditoris poteſt ſine pecca-
to lucrari. arg. c. locupletari. de reg. iur. in vj. &
per Anchar. in d. c. poſſeſſor. Et quòd ſola pro-
clamatio non ſufficeret, etiam firmat Alex. in d.
l. rem quæ nobis. reprobata opin. Ang. in l. ſi va
cantia. in v. col. per illum text. C. de bon. vacã.
lib. x. Et quod de principali dicitur, habet locũ
etiam in eius hærede, qui tenetur autoris ſui
conſcientiam exonerare. ca. fin. de ſepul. & ha-
betur in ca. ij. j. eod. Rom. conſil. ccj. Alexand. in
d. conſil. lv. in v. licet Paul. de Caſt. in l. ſi quis ſub
conditione, in fin. ff. de cond. inſtit. aliter ſenſe-
56 rit, & malè. Intelligenda ergo eſt, † quando vltra
negligentiam accederet etiam aliqua colorata
cauſa, ex qua induceretur bona fides, vt in caſu
d. l. locorum. vbi prædium erat tributarium &
deſertum, vnde veriſimiliter nouus poſſeſſor po
tuit colere, cùm haberetur pro derelicto, & quòd
nemo vellet illud colere. Idem in caſu d. l. ſi eo
tempore. vbi quando creditor iure hypothecæ
ſuæ rem vendit, ſi alij non compârent, ſibi præ-
iudicant quoad eum qui eſt in bona fide. Et ille
caſus eſt ſingularis, vt dicit ibi Iac. Butr. quem
refert Ang. conſ. cclxxxviij. incip. viſo pacto. in
ij. colum. & habet in ſe æquitatem, tum quia
remanent ſaluæ actiones illorum creditorum
negligentium aduerſus principalem. l. diſtra-
ctis. C. de pign. tum quia per talem negligen-
tiam non quæreretur ius non habenti, vt per
Bartol. in l. fin. in vlt. col. C. de edict. diui Adria-
ni toll. tum etiam quia ius ad eos negligentes
principaliter non ſpectabat, alioquin debuiſ-
ſent in ſpecie citari, vt declarat Bart. in d. l. ſi eo.
& per Alex. in conſil. clvj. incip. ſtantibus his. in
ij. volu. And. Sicul. conſil. xviij. col. iij. in j. vol.
Et cùm tali caſu ſtatutum valeat propter pręſum
ptam bonam fidem pręſcribentis, ſequitur quòd
57 † ſi alia præſumptio ſit in contrarium, ſtatutum
non teneat, quia vna præſumptio aliam tollit.
58 l. diuus. ff. de in integ. reſtit. Et ideo † cum ſta-
tutum factis proclamationibus mandaret om-
nibus prætendentibus ius in re, vt comparerẽt,
alioquin eſſent excluſi, & filius mortuo patre fe
ciſſet eius bona proclamari, dicerem eum tene-
ri ſatisfacere creditoribus, qui aliàs remanerent
decepti, & exonerare conſcientiam patris. Et
licet negarent ſe eius hæredes, cùm tamen illa
bona ad eum nullo alio titulo pertinere poſſent
quàm hæreditario, cenſeretur hæres, vt per do-
ctrinam Barto. in l. gerit. in v. col. verſ. ad ſecun-
dum. ff. de acquir. hæred. & quod habetur per
eum in l. licitatio. ff. de public. in l. j. in ij. oppoſ.
ff. ſi quis omiſſa cau. teſtam. Et idem putarem,
etiam ſi ipſe nõ poſuiſſet ad proclama, ſed alius,
dummodo ipſe reperiretur in poſſeſsione: præ-
ſumitur enim mala fides, ſeu fraus. l. ſi is qui bo-
nis. vbi Bartol. & Docto. ff. de acquir. hæred. l.
ſi quis. verſic. & quod de ſubeunda. C. de natu-
ralib. liber. per Iac. Rebuff. in l. j. C. de colleg.
& chartopar. lib. xj. quod nota, quia hæc deci- C. Cùm contingat.
ſio eſt æquiſsima & quoad Deum, & quoad ho-
mines: licet multi improbi ſub harum proclæ-
mationum prætextu, damnent animam ſuam.
Cætera dic vt in d. c. fin. Sextò & vltimò quæ-
rit Abb. an præſcriptioni poſsit per actum re-
nuntiari. In quo puncto concludit Bartol. in l.
nemo poteſt. ff. de lega. j. quòd non: quia † vſu-
capio & prę ſcriptio decem vel viginti annorum 59
A eſt introducta propter bonum publicum, ne do-
minia rerum ſint in incerto. l. j. de vſucap. vnde
illi renuntiari non poteſt. l. ius publicum. ff. de
pactis. † Prę ſcriptio verò longiſsimi temporis, 60
videlicet triginta vel quadraginta annorum, eſt
introducta in odium negligentis. c. vigilanti. j.
eod. vnde non poteſt etiam illi renuntiari. l. ta-
men. vbi glo. ff. ad Maced. & cum hac opinione
tranſeunt communiter doct. in d. l. nemo poteſt.
vbi per Alex. & per Felin. hic. Sed iſtæ rationes
B ſunt dubiæ: non enim ſequitur, † lex dicit vſu- 61
capionem eſſe introductam pro bono publico,
ergo illi renuntiari non poteſt: nam omnes le-
ges pro bono publico introductæ ſunt. c. erit au-
tem. iij. diſtinct. l. j. & ij. de legib. & tamẽ in eis
locum habet renuntiatio. l. ſi quis in conſcribẽ-
do. C. de pact. Sed tunc renuntiatio non tenet,
quando bonum publicum læderetur principa-
liter, non autem modicè læderetur per quãdam
conſequentiam. l. ſeruum. §. publicè. de procur.
C §. etiam. §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. per Bart. in l. j. in penult. col. in iiij. caſu. ff.
ſolut. matr. Nam & in caſu noſtro non videtur
lædi aliquo modo publicum bonum, quia do-
minium non remanet incertum, ex quo per ta-
le † pactum poteſt probari cuius ſit, & ſic ceſſat 62
ratio boni publici: imò plus offenditur publica
vtilitas per læſionem fidei, quæ oritur ex non
obſeruatione pacti. iuxta l. j. ff. de pactis. & l. j.
ff. de conſtit. pecunia. quàm proſit illa certitu-
D do dominij conſiderata per Iuriſconſultum in
dicta l. prima. Et ideo iſta ratio prima non vi-
detur de iure vera, & contra eam etiam poteſt
induci quod notat Bart. dum vult poſſe renun-
tiari præſcriptioni introductæ in fauorem par-
tis. argu. l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil.
edic. Nam † præſcriptio currens cum bona fide, 63
videtur principaliter inducta in fauorem partis,
non autem in fauorem publicum, vt etiam ap-
paret ex doctrina Bartol. in d. l. j. ff. ſolu. matr. Et
E ideo Abb. hîc concludit, tali præſcriptioni poſ-
ſe renuntiari. & idem tenet Angel. in dict. l. ne-
mo. & etiam Felin. cum concord. hîc, & in ca.
ſi diligenti. in vj. col. verſic. intellige primò. j.
de foro compet. Nec etiam ſecunda ratio vi-
detur vrgere, quia æquitas naturalis ſuadet cõ-
trarium. Si enim per pactum poteſt impediri
vſucapio fauorabilis ſecundum prædicta, quan-
tò magis debet impediri illa præſcriptio quæ
F eſt odioſa. argum. ca. odia. de reg. iur. in vj. prę-
ſertim quia ceſſat ratio iſtius prę ſcriptiõis: cùm
enim ſit introducta in odium negligentis, iſte
non videtur tali odio dignus, qui non fuit ne-
gligens, ex quo ſciebat ius ſuum durare propter
pactum, & ſic ſibi prouiderat. argum. l. ſicut. §.
non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Et
ſic non obſtant not. in d. l. tamen. quia ibi cre-
ditor erat in culpa graui, & dederat cauſam de-
licto: renũtiatio filijfa. ſecũ cõtrahentis nõ debet
ſibi prodeſſe, aliàs eſſet reperta fraus ſenatuſcon-
ſulto. quæ omnia ceſſant in caſu noſtro. Et iſta

opi.in iure eſt verior, & ante Bart.erat ab omni-
bus ſcribentibus approbata, ſecundum Bald. in
d.l.nemo.& etiam poſt Bar.multi eam tenuerũt
vt hîc per Felin. Et ex his infertur ad quæſt. nũ-
quid valeat pactum, vt liceat venditori offerre
quandocunque, ſine vlla temporis præſcriptio-
ne, pretium, & retro emere rem vẽditam. In quo
puncto Angel.conſil. lv.incip. Gulielmus. vide-
tur tenere † quòd non obſtante tali pacto, habe-
64 bit locum præſcriptio triginta annorum. ſequi-
tur Iaſ. in l. petens.C.de pact.l.ſi mater.C. de in-
ſtit.& ſubſtit.Felin.in c.cùm acceſsiſſent.col.xx.
de conſtitu. & ante eos allegatur id conſuluiſſe
Bal.in conſil.ccliiij. incip. ad euidentiam. in ij.
Imò fortius dicit Pet.de Anchar.conſi. cccxxxij.
incip.viſis. quòd pręſcribatur in tali caſu, termi-
no decem annorum. Sed opinio Anchar.non eſt
65 probabilis: quia communis concluſio eſt, quod †
tali iuri non præſcribatur citius, quàm per xxx.
annos, per not.in l.cùm notiſsimi. §. j. vbi Barr.
C.de præſcript.xxx.ann. Sed difficultas ſtat, ſtã-
te prædicto pacto, per quod actum ſit, ne currat
præſcriptio: & quòd non currat, facit, quia cùm
emptor promiſerit ſemper & quandocunque re
trouendere, non debet poſſe præſcribere, quia
eſſet malæ fidei. d.c. poſſeſſor. & d.c.fin. Et iſtud
ſentit hîc in d.l.nemo.& in d.l.j.dum dicit, quòd
per tale pactum impeditur præſcriptio ſaltem
indirectè, propter malam fidem promiſſoris. Et
licet aliqui moder. velint reſpondere huic fun-
damento, tamen in veritate ego non video quo-
modo poſsit bene reſponderi: & ſecundum hãc
opin.conſuluit Raph. Fulg. in conſil. cxxiiij. in-
cip.S.& P.ciues.& Andr.Sicul.in conſil.lj.incip.
ſcripſit. in j.parte, col. x. Et idem latè tenuit Fa-
bianus de monte S.Sab.in tract.de empt. & vẽd.
in vij.quæſt. principali, verſ. tertiò quæro.& di-
cit Ioan. de monte Ferr. in d. l. nemo. quòd ipſe
ita cõſuluit: licet nihil alleget, nec diſcutiat hũc
articulum. Et eandem opinionem etiam tenue-
runt aliqui nouiſsimi d.l. petens. aliàs remane-
ret venditor deceptus, qui non contraxiſſet ab-
ſque hoc pacto.arg.l.j. §. magiſtrum. ff. de exer-
cit.& hæc opinio tanquam æquiſsima, eſt tenẽ-
da in practica, quæ confirmatur etiam ratione.
66 Nam † non eſt æquum, quòd currat præſcriptio
triginta annorum huic venditori, cùm ex negli-
gentia currat, & iſte venditor non fuerit negli-
gens, qui fortè non fecit ſibi retrouendi, quia nõ
habebat pretium, & ſic iuſto impedimento im-
peditus fuit.l.ij.§. ſi quis in iudicio. vbi Bal. A-
lex.& moder.ff.ſi quis cautio. & quod not. in c.
ex ratione.ĩ.de appellat.vbi non currit ipſo iure
tempus non appellanti propter inhabilitatem:
de quo etiam per Gulielm.de Cun.in l.præcipi-
mus.§. ſuper his. C. de appel. Matheſ. in notab.
vlti. Franc. de Crema in ſing. cxxj. incip.ſtatuto
cauetur. cum ſimil. Et ex iſta limitatione habes
primam fallentiam ad hanc regulam & commu
nem concluſionem. Et prædicta procedunt, quã
do expreſſe conuentum eſt vt nulla temporis
præſcriptio obſtet. Sed quid ſi ſimpliciter dictũ
ſit, quòd liceat ſemper vel quandocunque offer-
re, vel in perpetuum? Difficultatem facit, quia i-
ſtę dictiones reſtringuntur, vt pro hoc reſcriptio
non cenſeatur excluſa: vt de dictione, ſemper, di
cit Bald.in l.j.per illum text.ff.ſol.matr.iuncta l.
in rebus.§. omnis.C. de iur. dot. & probatur e-
tiam in l. cognitione.ff.ad S.C. Syllan. Et idem
67 videtur † in dictione, quandocunque, vt eſt gl.
in c.j. in verb. quandocunque. de feudo dato in
vicem legis commiſſ. Et de dictione, perpetuò,
quòd non excludat præſcriptionem, eſt text. in
l. prætor ait.§. hoc interdictum perpetuò. ff. de
noui oper. nunt. & gl. in l.j. ff. pro ſocio. & me-
lius Inſtit. de perpet.& temp. in rubro & nigro.
Et ita dicit Bal.ſe obtinuiſſe in d.l.quòd ſi nolit.
§.ſi quis ita.licet Barr.& Hug. eſſent in contraria
opin. ſecundum eum, quem refert & ſequitur
A Lud. Rom.in d l. j.ff. de vſucap. Et idem tenue-
runt Ang. in d. conſil. lv. & Per. de Anch. in d.
conſil. cccxxxij. Sed tamen mihi placet contra-
ria opinio, quòd imò iſta verba habeant hũc ef-
fectum, vt excludant præſcriptionem, per text.
in d.l.j.ibi, ne dominia rerum ſemper in incer-
to, &c. & in d. §. ſi quid ita. propria enim natu-
ra horum eſt. Et ideo crederem d. opinionem
Bartol.& Hug. fuiſſe veriorem: quam etiam te-
nuerunt Fulg. And.Sicul. Fabia. & Io.de monte
B Ferr. in præallegatis locis, † non conſtituentes 68
differentiam, an expreſsè ſit renuntiatum præ-
ſcriptioni, an per dicta verba. Et idem ſentit
Angel.in l.cùm ita ſtipulatus ſim mihi à Procu-
lo. ff. de verb. obligat. & Barthol. Veron. in cau
tel. lxviij. incip. ſi petens. in fin. Non obſtant
allegata in contrarium: quia non poteſt negari,
quin prædictæ dictiones recipiant interpreta-
tionem ſecundum ſubiectam materiam: ſed quã
do applicantur lapſui temporis, tunc neceſſariò
C intelliguntur de prohibitione præſcriptionis,
quia veriſimile eſt ita intellexiſſe partes. Sed in
diſpoſitione legali non eſt veriſimile, nec cen-
ſentur per talem generalitatem voluiſſe Iuriſ-
conſultos derogare regulis generalibus pręſcri-
ptionum, vnde tunc reſtringuntur. arg.l.ſi quã-
do. C.de inoff. teſt. Secundò fallit communis
concluſio, † quando renuntiaretur præſcriptio- 69
ni xxx. annorum, & accederet iuramẽtum: quia
tunc iuramentum faceret valere renuntiationẽ.
D arg. ca. cùm contingat. ĩ. de iureiuran. Et ita li-
mitauit Alexand.in d.l. nemo poteſt. & Felin.
hîc. Sed contrarium tenent aliqui moder. quia
cùm ſecundum eos renuntiatio non teneat in o-
dium negligentis, iuramentum non firmaret
contractum, licet eſſet ſeruandum. c. ſignifican-
te. de pignor. & ideo poſſet peti abſolutio, vt
habetur in c. debitores. de iureiurand. per Bart.
in l. ſi quis pro eo. in quarto caſu. de fideiuſſori.
Sed tu reſponde, quòd aut mala fides inter-
E uenit, & iſta non ſunt neceſſaria, quia præſcri-
ptio non valuit. d. c. fin. Aut bona fides aderat,
& tunc præſcriptio non eſt ſimpliciter in odium
domini negligentis, ſed etiam in fauorem præ-
ſcribentis, vt declarat Paulus in l. fin. ff. rem ra-
tam hab. Et ideo melius eſt tenere quòd firme-
tur contractus, prout fuit de mente Alexan. Ter
tiò fallit, quando ſit pactum quòd non præſcri-
batur niſi certo tempore, prorogando tempus à
iure præfixum. gloſſ. in authen. quas actiones.
F C.de ſacroſanct. eccl. Ang. in authent. vt eccleſ.
Roma. in fin. & in d.conſil. liij. & Felin. hîc. Ex
hac limitatione conſidera, † quòd dato quòd pa- 70
ctum ſimpliciter factum, vt nullo tempore præ-
ſcriberetur, non valeret, de quo ſuprà dixi, ſi ta-
men circunſcripto pacto potuiſſet præſcribi per
triginta annos, videtur quòd vt pactum ſuſtinea
tur, capienda ſit interpretatio, vt tẽpus ſit proro-
gatũ, puta vſq; ad xl. annos, vel etiam lõgius, ex
quo ſi partes voluerunt præſcriptionem omni-
no tollere, eſt veriſimile, q; fortiꝰ voluerũt tẽpus
pro-



rogare, per ea quæ not.gl.vbi Bal.in c.j. præ-
terea.in ſi.de capit.Conrad. Abb. in c. fin. in vij.
colũ.verſ.quæro quid ſi ſtatuto.ĩ.eod.arg.de ſta-
tuto ad pactũ, quod argumentũ tenet in his quæ
ex pacto licita ſunt, vt eſt prorogatio in caſu no-
ſtro.per gl.in l.ſi cum militaribus.vbi Dyn.C. de
reſtit.milit.not.in l.nõ impoſsibile. ff. de pactis.
Et pro hac opinione facit quòd notant Ioann.
71 Cald. & Abbas Sicul. & Philipp. Dec. in c. cùm
ſuper. de offic. deleg. † vbi quando actus non A
valet prout agitur, ſit interpretatio: vt ſuſtinea-
tur in eũ modum, in quem veriſimile eſt valu-
iſſe voluntatem contrahentium. leg. ſi tam an-
guſti. ff. de ſeruit. ruſt. præd. c. iij. ĩ. de conuer.
coniug. Non eſt autem dubium, quin ſi con-
trahentes volebant, ne XXX. vel XL. annis pręſ-
ſcriberetur, arg.l.ſi vnus.§. ſi cùm mihi.ff.de pa-
ctis.& ſi ſciuiſſent pactũ ratione perpetui tẽpo-
ris, prout agebatur, non valere, ſaltem appoſuiſ-
ſent quanto longiorẽ potuiſſent dilationẽ: unde B
debet pro appoſita haberi: arg. gl.in l.tale pactũ.
in fi.ff.de pact. Conſidera tamen circa hanc limi-
72 tationẽ, quòd † ſi præſcriptio fuiſſet inuenta fa-
uore publico ſimpliciter, prout tenuit Bart. ſicut
per pactum non poſſet tolli, ita nec eius virtus
diminui prorogando tempus. l. de dic. ff. de pa-
ctis dotalib. l.quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. fal-
cid. Eodem modo ſi eſſet ſimpliciter inuenta vt
lites abbreuientur, iuxta gl. in leg. properan-
dũ.in prin. in verbo, triennij.C.de iudi. Et ideo
melius eſt tenere indiſtinctè cõtra Bar. & ceſſa-
bũt cęterę limitatiões, de quibus hîc per Felinũ.

## CAPVT PLACVIT.

73 PLACVIT.) ¶ † Currit præſcri-
ptio contra epiſcopum catholi-
cum & præſentem, ſpacio trien-
nij, etiam cum mala fide. Hoc di-
cit in ſumma.
Nota primò caſum in quo in rebus eccleſiæ
currit pręſcriptio triẽnalis etiam cum mala fide:
& ſic concurrunt duo ſpecialia ad regulas poſi-
tas in cap. de quarta. & in cap.fin.ĩ.eod. Ex quo
74 poteſt inferri, quòd † duo ſpecialia circa idem
ſubiectum concurrunt, contra not.in l.j.C.de do
tis promiſſ. per Bald. in c. veniens. in iij.colum.
ĩ. eod. Et videtur confundi doctrina Bart. in l. ſi
is qui pro empto.in vij. quæſt. ff. de vſucap. vbi
videtur concludere, quòd ex eodem fonte ęqui-
tatis nõ poſsũt oriri plura ſpecialia. Certè in no-
ſtro caſu oriũtur ex eodẽ fonte, videlicet in fauo-
rẽ fidei.& declarat Abb.hîc, & Imol. Et q; fortius
eſt, oriunt etiã aduerſus Eccleſiã, cũ tamẽ aliàs e-
tiã fauore Eccleſiæ vel piæ cauſæ cõcurſus duo-
rum ſpecialiũ non admittatur.l.ſi qs rẽ.§.final.ff.
de pollicit.iuncta l.fi. C.de ſacroſanct.eccleſ. Poſ
ſet teneri cõtra cõmunem opinionem per iſtud
text. Nõ obſtat d.l.j.quia ibi non eſt verum quòd
cõcurreret duplex ſpecialitas: nam tex. ſimplici
ter dicit, quòd dos erat promiſſa in inſtrumento
vnde non poteſt intelligi per pactum nudum, vt
75 faciunt Doctor. quia † verbum, Promitto, in in-
ſtrumẽto poſitũ, intelligitur per ſtipulationem,
l.ſciendum.ff.de verbor. obligat. l. lecta. vbi Iaſ.
ff. ſi cert.pet.& per Bart.in l.j.C.de vſuris. Ratio
76 ergo illius tex.nõ eſt in duplici ſpecialitate, ſed
† quia promiſsio dotis, propter incertitudinem,
ſimpliciter non valet: niſi ſit dictum, promitto
dotem arbitratu talis, tunc enim tenet, propter
arbitrium.l.cùm poſt.§.gener.ff.de iure dotium. C.
vnde eo non arbitrante, quia à principio tenuit, Placuit.
adhuc valet, vt probatur ibi arbitrio quoque de
tracto. & per Socin. in leg. j. ff ſol. matr. Non
obſtat l. ſi quis rem. §. final. quia ibi non tranſit
dominium ipſo iure ex voto, iuxta d.leg. fi. non
quòd duo ſpecialia non concurrant, ſed quia diſ
poſitio d.l.fin. cùm fuerit per Iuſtinianum intro-
ducta, non potuit habere lucrum de iure Dige-
A ſtorum: & † cùm d. lex finalis ſit exorbitans, & 77
loquatur in contractu, non debet trahi ad polli-
citationem, vt per Abba. in c. cùm inter vniuer-
ſas.colũ.fin.ſ.de elect. Et dato quòd etiã de iure
Digeſtorũ d.l.haberet locum, tamen in caſu d. §.
fin. non potuit transferri dominium: ſicut vide-
mus quòd in legatis certa via ſine traditione
dominium transfertur. l. à Titio. ff. de furtis.&
tamen legata parte bonorum, prout in prædi-
cto caſu non transfertur. lege non amplius. §.
B finali. ff. de leg.j.
Nota ſecundo, quòd fauore fidei multa ſpe-
cialia conceduntur.ij. q. vij. ſi hæreticus. & in c.
in fidei fauorem. de hæreticis. in ſexto. Et fa. ad
quæſt. inquiſitorum, qui admittunt mulieres
participes criminis in teſtimonium contra ma-
leficos. Nam † licet in fauorem fidei poſsint ad- 78
mitti participes, non tamen videtur admitten-
dum aliud ſpeciale, vt interrogentur mulieres,
ex quo in cauſa criminali regulariter mulieres à
C teſtimonio reijciuntur.c.forus. verſic. natura.de
verb.ſignif.c.iij.vbi Doct.ſ.de teſtibus. per Ale-
xand.conſil. xxiiij.in ij. in iiij.colum. Iſte tamen
text. facit in contrarium, vbi duo ſpecialia con-
currunt fauore fidei. Sed ego in prædicta quæſt.
putarem † non ſufficere mulieres ad definitionẽ, 79
licet fortè ſufficerent ad torturam.argu. not. per
Bar.in l.maritus.ff.de quæſt. per Bart. Veronen.
conſ.xxxij.in antepen.col.
Nota tertiò, quòd † præſcriptio poteſt indu- 80
D ci etiam cum mala fide, dummodo ſubſit cauſa
iuſta, vt hîc, videlicet fauor fidei: aliàs non exi-
ſtente iuſta, eſſet ſecus, quia induceretur pec-
catum. d. cap. poſſeſſor. Nec in noſtro text. eſt
quid mirum, cùm non currat tempus, niſi pre-
cedente admonitione & expectatione ſex men-
ſium.cap.placuit.xvj.q.iij.& idem videmus in l.
locorum. C. de omni agro deſert. libro xj. & in
l.ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig. per quas leges
videtur confutari opin. Abb. hîc, dum dicit i-
E ſtud non procedere, quando præſcriptio malæ
fidei fieret autoritate legis, ſed tantummodo ſi
autoritate Canonis xxxiij. q. ij. cap. inter hæc.
nam iſtud videtur contra prædicta iura. Et con-
tra Abb.etiam ſtringit ratio: quia † poteſt prin- 81
ceps ex cauſa ſtatim priuare dominum re ſua. l.
item ſi verberatum.ff.de rei vend.l.Lucius. ff. de
euict. ergo multò magis poterit ſtatuẽdo ex cau-
ſa, vt poſt certum tempus aliquis priuetur re ſua
per præſcriptionẽ. Sed ſuſtinendo opin.Abb.re-
F ſponde, quòd d.l.locorum.& d.l.ſi eo.non indu-
cũt præſcriptionẽ, niſi reſpectu exiſtẽtis in bona
fide, declarando vt dixi ſ. in rub. Non obſtat ra-
tio, quia † licet ex cauſa poſsit princeps aliquem 82
priuare dominio rei ſuæ, non tamen poteſt face-
re q; acquiſatur alicui exiſtenti in mala fide, ex
quo talis peccaret, & in materia peccati prĩceps
nihil poteſt.xj. quæ. iij. Iulianus. Et ideo infero
ad ſtatutum, † q; qui ſuum ius non præſentauerit 83
in termino ſex mẽſium à tempore proclamatio-
num, excludatur, & amplius non audiatur: non
habebit

habebit locum, quando poſſet probari, quod ille
in cuius fauorem iſte excluderetur, eſſet in mala
fide, vt quia veriſimilem haberet rei ſcientiam
84 alienæ. † Nunquid autem poteſt princeps in-
ducere præſcriptionem cum mala fide, reſpectu
iuris quod alicui competit? Reſpondetur quod
non, ex iure gentium, ſed aliquo iure ſpeciali.
Bal. conſuluit q, ſic, conſ. ccliij. incip. ad audien-
tiam. in ij. vol. quem referunt & ſequũtur moder.
in tract. præſcrip. in quarta parte quintæ partis A
principalis. verſ. tertiò quæro. mouetur per text.
in l. fin, C. de temp. in integ. reſtit. peten. Sed hoc
dictum Baldi non eſt verum, quia ibi nõ erat ali-
qua mala fides, ex quo ius erat quæſitũ contra-
hẽti cum minore, licet reuocabiliter. facit l. j. C.
ſi maior fact. Et ex hoc notanter etiã infertur ad
85 regulam, quòd † aliquid faciens cum autoritate
legis, nihil peccat. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de
adult. Debet enim dicta regula intelligi de lege
canonica, ſecundum Felin. hîc concludentẽ poſt B
gloſ. & Doct. in d. c. inter hęc. quòd occidẽs adul-
terum, lege ciuili permittente, nihilominus pec
cat. Facit quod not. Guido Papæ in caſu fortiori,
in quęſt. ſua cxj. incip. qa de pręſenti. vbi tenet,
86 quòd † comedens carnes tempore quadrageſi-
mali, contra c. deniq;. iiij. diſtinct. incidit in pec-
catum, etiam ſi comedat de licentia Papæ: quia
non cenſetur Papa hoc ſimpliciter conceſsiſſe vt
tollat culpam, ſed tantummodo vt tolleret pœ-
nam: videtur enim hoc feciſſe, quia timeret ne C
aliquid deterius ſequeretur. xxxj. q. j. §. ſed obij-
citur. & c. veniens. ĩ. qui cler. vel vouen. Sed iſta
87 deciſio eſt dubia, † cùm enim quadrageſimę ob-
ſeruatio ſi iuris poſitiui, videtur quòd Papa ha-
beat plenariam facultatem diſpenſandi, etiã ſine
cauſa, vt per Abb. ĩ. de obſeruat. ieiu. in rub. Et
ideo non debet pręſumi, quòd fecerit ne aliquid
deterius ſequatur: ſed debet cõceſsio abſolutè
& ſimpliciter interpretari, & ſic vt tollat & pœnã
& culpam. Nota tamen dictam deciſionem ꝑ D
declaratione d. l. Gracchus. ad quam etiam vide
Bal. in c. j. §. j. in fin. de pace iura. firm. in c. nam
concupiſcentiam. de conſtit. Deci. in c. j. in xij.
col. verſ. ſed contra. ſuprà de iud. Moder. in l. fin.
ff. quod quiſque iuris.
88 Nota quartò, quòd † paria ſunt, vel quòd eccle-
ſia careat rectore, vel illum habeat inhabilem ſeu
inutilem ad agendum. Idem probatur in c. inter
corporalia. & ibi gl. in verb. inutilem. de trãſlat.
epiſ. Et alibi dicit gl. ſingul. in l. fin. C. ad legem E
Fauiam de plãg. quòd mulier dicitur orbata ma-
rito, ſiue eum non habeat, ſiue habeat, ſed inuti-
lem. & ſequitur Salic. ibi. Et iſtud notabile intel-
lige, quòd paria ſint quoad actum qui agitur: nã
alioquin ſi Eccleſia habeat rectorem licet inuti-
lem, propriè & ſimpliciter dicetur habere recto-
rem, vt probatur in dict. c. inter. vbi Papa ponde-
rat communem modũ loquendi. Et ibi Ant. di-
89 cit, quòd iſtud intelligitur quoad quid: † verba
autem in dubio ſimpliciter accipiuntur, nõ quo- F
ad quid. l. maritus. §. legis Iuliæ. vbi Bart. ff. de
adult. l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. iij. Et ideo
ſi Papa imponeret charitatiuũ ſubſidium eccle-
ſijs habentibus rectorem, de tali etiam intellige-
retur: hæc enim inutilitas non reſpicit pecuniã.
Hinc inferri poteſt, an paria ſint, actum inutiliter
eſſe factum, vel nulliter: de quo dic vt per Cyn.
in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler.
Bart. in l. vbi pactum. C. de tranſact. in vlt. colum.
Et an actus inutilis vel nullus, propriè ſeruet no-
men actus: dic quod ſic, ſi talis actus habet nomẽ
facti: ſecus ſi habeat nomen iuris, ſecundũ Bald.
in l. iij. ff. de teſta. tutel. alleg. text. in l. mulier. §.
pen. ff. de cond. inſtit. Sed quid in contractibus
iuriſgentium qui ſunt facti per l. cõſilio. ff. de cu-
rat. furioſ. puta, † venditio, an ſi ſit inutilis vel 90
nulla, dicetur venditio? Et videtur quòd ſic, per
tex. in l. Labeo. j. in verb. emerit. vbi dixi. ff. de
verb. ſignif. Item matrimoniũ quamuis nullum,
dicetur tamen matrimonium. Itemque de di-
uortio. l. quod ſeruus. ff. de cond. cau. da. Dicit
tamen Bald. in l. ij. in j. col. C. de epiſ. audi. quòd
l. fin. C. de iur. emphyt. loquens de alienatione,
non intelligetur de alienatione inutili ex defe-
ctu ſolennitatis. arg. l. iiij. §. condemnatum. ff.
de re iudi. ſequitur Prępoſ. in c. j. in prin. quid iu-
ris ſit poſt aliena. Iaſ. in d. l. fin. in antepen. col.
Feli. in c. ex tenore. ſ. de reſcrip. in iiij. col. vbi ad-
ducit doctrinam Bart. in l. filium. §. ſi quis bono.
ff. de leg. præſtant. Fabianus in tract. de empt. in
iij. parte. q. xxxv. Sed ego dubito de illa deciſio-
ne Bal. quia pœna, de qua in d. l. fin. eſt introdu-
cta ad vlciſcendum contemptum quem adhibet
emphyteuta verſus dominum, negligendo de-
nunciationem, vnde debet committi etiam ſi de
facto ſolùm contrà fiat. argu. gl. in l. ſi quis rem.
ff. de arbit. vnde tunc militat ratio d. l. fin. & cõ-
ſequenter nõ debet referre, ſi ſolùm de facto alie
netur, per doctrinam Bart. in d. l. vbi pactum. in
vlt. verbis, per illum tex. Item quia d. l. fin. lo-
quitur per verba denotantia factum, ergo veri-
ficabuntur etiã in actu nullo, per doctrinã Bald.
in d. l. iij. & quod not. Corn. conſi. xliij. in j. volu.
unde putarem † debere intelligi tantummodo, 91
quando non fuiſſet ſecuta traditio poſſeſsionis
ex tali contractu nullo: ſecus ſi fuiſſet tradita. Et
allegata per Bal & Iaſ. procedunt in ſententia &
ceſsione, & ſimilibus verbis iuris ciuilis, in qui-
bus actibus ſi abſit nullitas, verba propriè non
verificantur, vt dixi in l. j. §. ſed ſi mihi Pamphi-
lum. ff. de verb. oblig. in ij. notab. Cogita tamen,
quia difficile eſt tradere arctam doctrinam in iſta
materia, propter varietatem deciſionum, de qui-
bus per Felin. in d. c. ex tenore. per modern. in d.
l. vbi pactũ. & in l. q̊ties. in prin. ff. qui ſatiſ. cog.
Nota quintò, quòd † Eccleſia vacante, præ- 92
ſcriptio contra eam non currit: de quo dicemus
in gl. Et ſubdit Bal. hîc, quòd licet vacante eccle-
ſia non currat præſcriptio, currit tamen ipſo iure
ei qui eſt in vtero. Ita dicit caſum eſſe mirabilem
in l. etiam ei. ff. de minor. Cùm enim durante pu-
pillari ętate dormiat præſcriptio, vt l. ſicut. C. de
præſcript. xxx. ann. & tale tempus amputetur
de tela præſcriptionis: idem videtur dicendum
in prædicto caſu, ſicut etiam in text. noſtro, va-
cante eccleſia, illud tempus non cõputari. Diffi
cile eſt aſsignare bonam rationem ad illum text.
nam aliqui moder. illum intelligunt, vt velit di-
cere, quòd poſthumus deſtituitur, ex eo quòd
vſucaptum amiſit, id eſt, rem quam potuit vſu-
capere & præſcribere. Et ſic reſtituetur non ſolũ
ex damno quod paſſus eſt, ſed etiam ad lucrum
quod potuit acquirere, prout in l. præc. dicitur.
Sed iſte intellectus mihi non placet, tũ quia di-
ctio, † Vſucaptũ, non poteſt, ſalua ratione recti 93
ſermonis, intelligi de re quæ potuit vſucapi: cũ
enim ſit præteriti temporis, nõ poteſt ad futurũ
referri. l. ſi ſtipulatus. §. cùm ſtipulamur. ff. de
verb. oblig. l. verbum erit. ff. de verb. ſig. tum quia
etiam nõ videtur concedenda reſtitutio, ratione
talis



talis lucri, quod cum alterius iniuria peruenit.
gl. in l. ſi quis vxori. §. ſi ſeruus. ff. de furt. l. ſed ſi
conſtante. ff. de donat. inter vir. & vx. & quod
not. in l. qui bis idem. ff. de verb. oblig.
Noto ſextò caſum, qui prima fronte videtur
94 eſſe irrationabilis, in quo † deterior eſt conditio
ipſius catholici, quàm hæretici, & ſic delinquen-
tis: quod videtur eſſe contra regulam c. cùm cõ-
tingat. ſ. de dolo & contum. & l. non ſolùm. ff. de
noxal. Sed ratio eſt ſecundum Hoſtienſem & A
Imol. non ex odio perſonæ, ſed ex negligentia,
quæ abeſt in epiſcopo catholico, qui potuit age-
re: & non eſt in hæretico, cui denegatæ fuiſſent
actiones. Facit tex. in c. quia diuerſitatem. ĩ. de
conceſſ. præben. Et ſic habes caſum, in quo pro-
pter delictum ſuum quis lucrum conſequitur.
Alium ponit Raph. Fulg. in l. ex hoc iure. ff. de
95 iuſtit. & iur. Nam † belligerans bello illicito, ca-
ptos in bello ſeruos ſuos facit, licet delinquat. l.
apud hoſtes. ff. de capt. Regulariter tamẽ eſt con B
trarium, quia ex delicto non debet quis lucrum
conſequi. l. itaque fullo. ff. de furt. l. Seruius. ff.
quod ui aut clàm. Et per hunc text. limitatur re-
gula l. non fraudantur. §. nemo. ff. de regul. iur. &
quod habetur in l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſolut.
matr. Et poteſt hîc inferri ad quæſt. Statutum
prohibet, ne maritus relinquat vxori ſuæ vltra
quartam bonorum, nunquid poterit relinque-
re concubinæ vel ſcorto ſuo? Quintilianus in
96 quadam declamatione ſentit quòd non: † quia C
non debet eſſe melioris conditionis concubina,
quàm vxor, ex quo hæc ſine peccato retinere po-
teſt, & illa eſt magis odioſa legib. xxxij. q. iiij. c.
nemo. Facit, quia regula eſt iuris antiqui, quòd
non debet plus habere luxuria, quàm pudicitia
habeat. §. vlt. in authen. de reſtit. & ea quæ pa.
Quę regula debet obſeruari etiam in ſtatutis, per
extenſionem paſsiuam, de qua in l. ij. per Bart.
de leg. j. In contrarium fa. iſte tex. vbi plus habet
hæreticus, quàm catholicus. Item fa. l. ij. C. de D
donat. inter vir. & vx. vbi prohibetur donatio
facta à pagano in vxorem, & tamẽ non prohibe-
tur facta in concubinam. l. affectionis. ff. de do-
nat. per Iaſ. in l. miles. in prin. ff. de iud. Niſi re-
ſpondeas, quòd † donatio inter virum & vxorem
97 prohibetur etiam fauore matrimonij & ſobolis
legitimę. l. ij. ff. de don. inter vir. & vxo. ſed pro-
hibitio in caſu prædicti ſtatuti non videtur facta
ex alia cauſa, niſi ne maritus ab vxore per blan-
ditias ſpolietur, ſecundum Bart. in l. j. in vj. q. C. E
de ſum. trinit. & fid. cath. Decius conſil. cxcvj. in
j. col. Quę ratio multò magis militat in fœminis
impudicis, quæ ſolent eſſe blandiores. Cogita.
98 Noto ſeptimò & vltimò, quòd † vbi epiſco-
pus hæreticus reuertitur ad vnitatem eccleſiæ,
recuperat eccleſiam ſuam: quod intellige di-
ſpenſatiuè. c. quia diligentia. ſ. de elect. & ſi de
eccleſia alteri non fuiſſet prouiſum. c. quamuis.
de reſcript. in vj. Et ideo Bal. in c. coſtitutus. ſ.
de reſcript. & Abb. in c. ex tuæ. de cleric. non re- F
ſid. dicunt quòd clericus depoſitus, & poſtea re-
ſtitutus, non recuperat beneficium alteri colla-
tum. Similiter, priuatus collegio & poſtea reſti-
tutus, non recuperat priſtinum locum ab alio
occupatum, ſecũdum Bart. in l. ij. ff. de decur. per
illum tex. & multa ad hoc ponit Felin. in c. inter C. Placuit.
quatuor. ſ. de maior. & obed. Sed quid ſi, cæte-
ris paribus, concurrat aliquis habens eodem die
collationem beneficij, quo hæreticus reuerſus
ad fidem habet diſpenſationem; quis debeat
præferri? ſecundum Monta. c. ſi à ſede. ĩ. de præ-
ben. in vj. & c. duobus. de reſcript. eód. lib. Et
videtur quòd † præferri debeat qui fuit hæreti- 99
cus, arg. gl. in c. fidelior. l. diſtinctio. & in c. pe-
nult. in gl. magna. in fin. lxiij. diſtinct. Abb. in c.
at ſi clerici. §. ad ſi. ſ. de iudi. de quo dicendum vt
per Felin. in c. eam te. verſ. infidelitas. ſuprà de 100
reſcript. Sed † nunquid fructus interim percepti
reſtituendi ſunt, ipſo reuerſo ad catholicam vni-
tatem? Bald. concludit hîc quòd non, per tex. in
auth. idem eſt de Neſtorianis. C. de hæret.
Contrarium tenent moder. tribus rationibus.
Prima, vbi titulus eſt reuocabilis, quo reuocato,
fructus etiam reſtituentur. leg. cùm quis. ff. de
cond. ob cauſ. vbi Ang. & Alex. ſed hic tit. intra
triennium ex diſpoſitione legis eſt reuocabilis.
Secunda, vbi titulus reducitur ad non titulum,
fructus ſunt reſtituendi cum re ipſa. l. filio. §. fin.
ff. de inoffic. teſtam. Rom. conſil. ccccliiij. circa
fin. Tertia, † vbi dilatio eſt conceſſa fauore alte- 101
rius quàm poſſeſſoris, fructus percepti penden-
te dilatione, ſunt reſtituendi. l. in fideicommiſſ.
§. cùm Pollidius. ff. de vſuris. Sed in caſu noſtro
dilatio triennij datur fauore epiſcopi, vt poſsit
repetere locum, ergo fructus debent illi reſtitui.
Ad tex. in authen. idem de Neſtoria. reſpondent
eſſe ſpeciale, ex quo regula eſt, quòd vbi † lex 102
vult rem reſtitui, ſemper intelligit cum fructi-
bus. leg. videamus. §. in Flauiana. ff. de vſuris. leg.
in condemnatione. §. j. de reg. iur. l. plus eſt in re-
ſtitutione. ff. de verb. ſignif. Confirmo hanc opi-
nionem: cùm enim iſte poſſeſſor ſit in mala fide,
& res antequam præſcripſerit, ſibi auferatur,
non debet lucrari fructus, ex quo poſſeſſor malæ
fidei non facit fructus ſuos. c. grauius. ſ. de reſtit.
ſpol. l. et ex diuerſo. §. j. vbi Bart. ff. de rei vend. Et
ex iſta ratione reſpondetur melius, quàm faci-
ant moder. ad d. auth. idem de Neſtor. ibi enim
catholicus poſſeſſor erat in bona fide, quia ius
ſucceſsionis non erat per legem delatum hæreti-
cis, meritò fructus acquirit: ſed in caſu noſtro
ius erat à principio delatum eccleſię, cui hæreti-
cus epiſcopus præerat. Non arbitror tamen ab
opinione Baldi eſſe recedendum, quia licuit iſti
poſſeſſori poſt lapſum tempus monitionis, de
quo in d. cap. placuit. xvj. quæſt. iij. procurare
conuerſionem plebis, & percipere fructus, vnde 103
† quoad illorum perceptionem eſt in bona fide,
cùm eos autoritate legis habeat.
Nec obſtant allegata in contrarium, quia in il-
lis caſibus reſtituitur ex diſpoſitione iuris com-
munis propter iuſtitiam, quo caſu dubium non
eſt fructus reſtituendos. Sed in caſu noſtro fit
reſtitutio ex gratia ſeu diſpenſatione. d. cap.
quia diligentia. quę diſpenſatio non debet trahi
in præiudicium iſtius poſſeſſoris. d. cap.
quamuis. per Card. & Im. in d. c. quia
diligentia. & habetur in l. Gallus
§. & quid ſi tantum. ff. de
lib. & poſth.

# De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.

† Dd lib. 3. tit. 13.

*Rubrica* †.

1 *Prohibita per ſtatutum alienatione, cenſetur prohibita alienatio tam vtilis, quàm directi dominij.*
3 *Appellatione dominij in dubio venit directum: & vtile directo contrarians.*

QVAERIT Hîc Burg. quid ve-
niat appellatione alienationis
in materia ſtatutaria, vel pœna
li in qua verba propriè intelli-
guntur: maximè ſi ea prohibi-
ta ſit? Communis opinio eſt,
1 quod† cenſetur tantùm prohi-
bita alienatio reſpectu directi dominij, gl. l. j. C.
de fun. dot. Bal. l. voluntas. C. de fideicom. Abb. B
cap. intellecto. de iureiur. cap. ceterùm. ſ. de iud.
cap. nulli. j. eo. Contrarium tenet Barb. hîc, quòd
imò etiam cenſeatur prohibita reſpectu vtilis,
per tex. d. cap. nulli. ponderando verbum conti-
netur, quod ſignificat proprietatem, Bartol. l. cui
eorum. §. affinitatis. ff. de poſtul. Sed reſponde,
quòd illa doctrina Bartol. non eſt vera: & contra-
rium tenent Aretin. Soc. Iaſ. l. Gallus. §. inſtitu-
ens. ff. de lib. & poſth. Iaſ. l. emancipata. C. qui
admit. Lancel. Dec. l. j. ff. de iuriſdic. om. iud. Fe- C
lin. rub. de fid. inſtit. Vltra dicta per Bàrb. adde,
2 quòd eius opinio videtur verior, quòd† aliena-
tio dominij tam directi, quàm vtilis, cenſetur
vetita: pro quo facit l. ſi. & ibi Bar. C. de reb. al.
non al. Nec obſtat, ſi dicas, quòd loquitur in di-
ſpoſitione legali, non ſtatutaria: quia in diſpoſi-
tione legali verba propriè intelliguntur, l. non
aliter. ff. de leg. iij. facit gl. rub. ff. de iuriſdic. om.
3 iudic. quam tenet Riminal. Ferrar. quòd† in du-
bio appellatione dominij venit directum, gl. D
ſing. ſecundum Bald. in l. j. ff. ſi ag. vectig. Adde,
quòd etiam comprænditur dominium vtile
contrarians directo, ex quo ab eo nil diſtat in ef-
fectu: & ratio eſt quia prohibita alienatione cen-
ſetur prohibita præſcriptio, Bartol. leg. vbi lex. ff.
de vſucap. Bald. in procemio C. Alexan. conſ. j.
vol. iiij. Mod. in rub. ſ. de præſcrip. facit l. aliena-
tum. ff. de ver. ſig.

## CAPITVLVM I.

2 *Interdum priuilegiatus vtitur priuilegio ſuo contra priuilegiatum.*
3 *Speciale priuilegium præfertur.*
8 *Epiſcopus ex cauſa alienat: eáque non præſumitur.* 9.
12 *Verbi poteſtas, explanatio.*
14 *Abbas auctorizat alienationi.*
19 *Abbatis auctoritas.*
22 *Epiſcopus quandoque ſine capituli conſenſu alienat.*

NON LICET[a]. ¶ Not. quòd† pri-
uilegium, quod habet Eccleſia, ne
eius bona alienentur, procedit e-
Notab. I. tiam, quando alienantur in aliam
a eccleſiam: & ſic not. quòd† priui-
1 legiatus vtitur priuilegio ſuo contra priuilegia-
2 tum: quod eſt contra text. in §. ſed & hoc præ-
ſenti. in authen. de ſanctiſ. epiſcop. Reſponde,
quòd quamuis Eccleſia vtraque ſit priuilegiata
in genere, tamen in ſpecie reſpectu actus, de quo
tractamus, ſolùm Eccleſia alienans eſt priuile-
giata, non Eccleſia, in quam alienatur: & tunc
bene priuilegiatus vtitur ſuo priuilegio, ſecun-
dum Bartol. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.
eccleſ. Aduerte etiam, quia hîc eſt text. pro Lu-
douic. Roman. in authen ſimiliter. C. ad l. Falcid.
A vbi tenet Ludouic. quòd quando priuilegiatus
eſt aliquis priuilegio communi, alius verò priui-
legio ſpeciali, habens ſpeciale priuilegium præ-
fertur. Iſtud eſt in noſtro caſu. nam cũ regula ſit,
quòd quilibet rem ſuam poteſt alienare, l. in re
mandata. C. mand. certè Eccleſia, quæ non po-
teſt alienare, vtitur priuilegio ſpeciali, alia verò
vtitur communi, & † tamen præfertur priuilegi- 3
um ſpeciale: & hoc facit quod cauſa pia non de-
ducat Falcidiam aduerſus cauſam piam, de quo
B in d. auth. ſimiliter. quamuis contra rationem.
Rom. teneant Mod. rep. in l. filium, quem haben
tem, C. fam. erciſ. allegat. not. in l. centurio, ff. de
vul. & pup. ſed opin. Rom. ſequitur etiam Cor-
næus in d. auth. ſimiliter. & circa prædictam reg.
vide Fel. in c. in præſentia. ſ. de probat. ¶ Not. Notab. II.
ſecundò, quod† non licet epiſcopo alienare bo-
na vnius Eccleſiæ ad aliam, niſi conſentientibus
ambabus eccleſiis: & ita videtur tenere Abb. hîc
in ſumma. Sed & clariùs Io. Imo. in iiij. no. ſed
C iſte tex. videtur probare contrarium. nam primò
negat indiſtinctè, vt bona vnius Eccleſiæ vertan-
tur ad aliam: deinde aduerſando ſuperioribus,
dicit permitti permutationem, de conſenſu ta-
men partium. Ecce ergo, quod permittit ſolam
permutationem conſenſu partium, non autem
aliam venditionem, ſeu donationem, etc. Nec
ſequitur, Permittit permutare, ergò etiam aliter
alienare: quia permutans capit viciſsim rem,
quæ ſuccedit loco alterius rei datæ. non ſic in
D venditione reſpectu pretij. nam† faciliùs fit cõ- 5
penſatio de re ad rem, quam de quantitate ad
rem, l. ob negotium. ff. de compenſ. l. j. ff. de reb.
dub. iuncta l. ſi ita. §. fin. ff. de leg. ij. Item facit,
quia† prohibitus vendere, ſeu alienare, non cen- 6
ſetur prohibitus permutare, l. fin. & ibi Scrib. C.
de prædiis decur. lib. j. not. Ang. in l. cùm hi. §. ſi
cui. ff. de tranſact. Iaſ. in l. iij. C. de iur. emphy. &
eſt gl. not. in c. ad quæſtiones. j. de rer. permut.
quæ propriè loquitur in noſtris terminis. Et ſic
E habes, quod† conſenſus ambarum eccleſiarum
non eſt idonea cauſa ad venditionem: & quod 7
epiſcopus ex cauſa poſsit alienare etiam abſque
conſenſu ambarum partium, de quo tamen vi-
de gl. in c. terrulas. xij. q. ij. & c. ſine exceptione.
¶ Not. tertiò, quod† epiſcopus non poteſt aliena Notab. III.
re bona eccleſiæ ſine cauſa: ita probat tex. iun- 8
cta gloſſ. Sed† verùm in dubio iſta cauſa præſu- 9
matur? videtur, quod ſic. quia princeps non
poteſt tollere dominium quæſitum alteri ſine
F cauſa, quæ tamen præſumitur in eo, ſecundum
Scrib. in l. ſi. C. ſi contra ius, vel vtil. public. &
Canon. in c. quæ in eccleſiarum. ſ. de conſtit.
Ergo† idem in epiſcopo, qui reſpectu ſpirituali-
um poteſt imperare etiam regibus, vt not. In- 10
noc. & Bal. in c. j. ſ. de of. vicar. ad idem facit,
quod not. gl. in c. paſtoralis. in princ. ſ. de of. de-
leg. quam ſequitur Alex. cum concord. in l. j. ff.
de offic. eius, cui mand. vbi tenet, quod licet
ordinarius non poſsit delegare cauſas meri im-
perij



perij. ſine cauſa tamen ſi delegauerit, cauſa in eo
præſumitur. ad idem facit, quod pro exiſtẽtibus
in dignitate cauſa ſemper præſumitur, Bal. in l.
exemplo. in vlt. q. C. de probat. vbi tenet, quod
cardinali gerẽti ſe pro legato, de quo vide Fel. in
cap. ſicut. de ſent. excom. creditur abſque quod
oſtendam mandatum papæ: & hoc propter
auctoritatem tanti viri: allegat not. in cap. tum
ex literis. de reſtit. in integ. in nouel. Teneo con-
11 trarium, quod† imò cauſa debeat exprimi, aliàs A
non præſumatur: moueor per not. per Bal. in l.
tutores. ff. de confir. tut. vbi per illum tex. dicit,
quod cùm in confirmando tutore, vel in aliena-
tione rei immobilis pupilli requiratur cauſæ co-
gnitio, debet iudex ante quàm interponat au-
ctoritatem, pronunciare idoneam cauſam ſubeſ-
ſe: aliàs non præſumitur pro decreto: idem te-
net ibi Din. Iac. de Aret. & ſatis eſt de mente Bar.
ibi, in fi. facit, quia etiam in decreto iudicis non
præſumitur cauſa extrinſeca, ſecundum Aret. in B
conſ. lxix. incip. viſo puncto. allegat Bar. in l.
actor. ff. rem rat. hab. Et pro hoc ſatisfacit. j. eo.
tit. lib. vj. ad idem, quod not. Bart. in l. item ſi ſu-
ſpectus, ff. de procurat. vbi dicit, quod quotieſ-
cunque lex dicit aliquid debere fieri cum cauſa,
illa cauſa non præſumitur: facit etiam leg. cùm
hi. §. prætor. ff. de tranſact. & not. in l. ſciendum.
de verb. oblig. Et hoc tenendo reſponde ad con-
traria, vt dixi in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & in c.
nouit. in iiij. notab. ſ. de iud. & vide Iaſ. in l. ij. ff. C
de offi. eius, cui. & Bal. in rubrica de officio de-
leg. Abb. in cap. ea noſcitur. ſuprà. de his, quæ
fiunt à prælat. Bartol. in l. ſi fortè. ff. de caſt. pec.
Aretin. in cap. quoniam contra falſam. de pro-
Notab. IIII. bat. & ibi Fel.
12 ¶ Not. quartò, in verbo, *quamuis ambæ in eius ſint
poteſtate.* quod† verbum Poteſtas, in perſona ma-
giſtratuum non ſignificat merum nec mixtum
imperium. nam epiſcopus eſt ordinarius iudex,
c. j. ſ. de of. ord. & tamen in eius perſona hîc non D
capitur poteſtas pro imperio. nam ſi caperetur
pro imperio, papa abſurdè loqueretur: quam-
uis epiſcopus habeat iuriſdictionem, ſeu impe-
rium in terras, non tamen eas poteſt alienare:
quis dubitat? nam & præſes prouinciæ habet
imperium, & tamen non poteſt alienare. certè
iſtud non includeret aliquod priuilegium Eccle
ſiæ: quare hîc capitur. In poteſtate, j. iure ſeu do-
minio. nam epiſcopus dicitur dominus bono-
rum ſuæ eccleſiæ, ſicut parochianus dicitur do- E
minus ſaltem vtiliter bonorum ſuæ Eccleſiæ, vt
Abb. in c. cùm ſuper. ſ. de cauſa poſſeſ. & propri.
per Abb. in c. cùm eſſes. j. de teſt. & ſic hîc videtur
tex. contra l. poteſtatis. ff. de verb. ſig. Sed dic li-
mitari illam l. debere ſecundum ſubiectam ma-
teriam. Aliam limitationem habes per Iaſ. in l.
eum, qui. ff. de iuriſd. om. iudic. licet eam non
13 teneat. Soc. in rep. l. j. ff. quis, & à quo. non eſt hîc
locus ſuus. Aduerte tamen, quia† communiter
Notab. V. poteſtas in abbate & epiſcopo ponitur reſpectu F
14 obedientiæ: ita tenet gl. not. Inſt. de act. §. rurſus.
quæ gl. limitatur ex ſuprà dictis. ¶ Not. quintò,
quòd† Abbas habet poteſtatẽ interponẽdi aucto
ritatẽ in alienatione rei eccleſiaſticæ: notat Abb.
& Imo. hic. Quod dictum intelligũt præfati Do-
ctores, qñ Abbas eſſet exemptus, vel ex præſcri-
15 ptione, vel ex priuilegio, p gl. in cle. j. eo. tit. Ad-
de, † q, etiam ſi non ſit exemptus, ſed ſolùm præ-
ſcripſerit ius auctorizabile, q, poterit interpone-
re auctoritatẽ ſuã: ita hunc text. intelligit gl. in c.
abbatibus. xij. q. ij. naturale ius poteſt præſcribi, c. C. 1.
cùm non liceat. ſ. de præſcrip. Abb. hîc: aliàs ab- Non licet
bas. non poteſt interponere ſuam auctoritatem, epiſcopi.
d. c. abbatibus. & c. in venditionib. xvij. q. iiij. Ad
de etiam, quod quidam tenuere contrarium per
hunc tex. et per cap. nullam xviij. q. ij. & reſpon-
debatur ad d. cap. abbatibus. cum ſimilib. quod
erat correctum. Sed iſta reſponſio non placuit
gloſ. in d. cap. in venditionibus. Quare reſponde
A ad iura contraria, vt hîc per Imol. & per gloſ. in
d. c. nullum. Videtur, quòd poſsit teneri contra
omnes, quod imò abbas poteſt interponere
auctoritatem in alienatione, per hunc tex. gene-
raliter loquentem. & poſſet reſponderi ad con-
traria, diſtinguendo. Aut Abbas & monachi
conſentiunt alienationi, & tunc poterit Abbas
auctorizare: ita pcedit iſte text. q propriè loqui-
tur conſentientib. monachis, & eum ita intelli-
git Ioan. de Imol. hîc. in iiij. not. Aut monachi
B non conſentiunt, & Abbas ſolus non poterit,
ſed bene poterit vnà cum epiſcopo: ita proce-
dit text. in cap. in veditionibus. qui tex. propriè
loquitur monachis non conſentientibus. vt pa-
tet in verſ. mancipia. & ita debet intelligi tex. in
d. c. abbatibus. nam ibi nulla mentio eſt mona-
chorum, & in dubio in venditione abbatis non
intelligitur conſenſus monachorum, niſi appa-
reat, cap. j. extrà, eod. lib. vj. Abb. in cap. ea no-
ſcitur. ſuprà de his, quæ fiunt à prælat. quod tex.
C in d. cap. in venditionibus. non loquatur mona-
chis conſentientibus, patet: quia ratio, cur non
fiat alienatio, eſt, ne monachi ipſi ruralia opera
faciant: certè iſtud eſt introductum fauore mo-
nachorum, ipſis conſentientib. non poteſt habe-
re locum dicta ratio, quia poſſunt renuntiare fa-
uori ſuo, l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. &
cler. not. in l. pen. C. de pact. vbi Bar. & Scrib. Ad- 16
de etiam ad propoſitum huius c. quòd ſi † Abbas
vendat rem tanquam vnius conuentus ſibi ſub-
D diti, tanquam ſit alterius ſibi pariformiter ſub-
diti, tamen non poterit reuocari talis contra-
ctus: ita tenet gl. Bar. Nicol. de Neap. in l. j. C. ne
fiſcus rem quam, vend. euin. lib. x. ſequitur Bald.
in c. j. in prin. qui feu. dare poſ. in vſib. feu. Sed te-
nendo communem in ſuprà dicto articulo, quod
abbas non poſsit præſtare auctoritatem, niſi
iſtud ius præſcripſerit, vel habeat ex priuilegio:
nota, quòd iura epiſcopalia ſunt quæſibilia per
inferiorem prælatum: ita not Abb. hic, & alleg. c.
E j. de cap. mon. lib. vj. cum ſimilibus qui tex. pro-
bat per locum à ſpeciali. Intelligit tamẽ, qđ ab-
bas non poſsit præſcribere iura epiſcopalia, quæ
ſunt ordinis, vt per Bald. in cap. aditis. de præ-
ſcript. allegato hîc per Abb. & cæteros. Aduerte
etiam, quia pro mea opi. contra communem fa-
cit tex. in cle. j. eod. tit. vbi tex. præſupponit,
q, quoniam conuentus habet abbatem, ille de-
bet interponere auctoritatẽ: ſi verò non habeat,
tunc epiſcopus. Nec ad iſtud fundamentum ob-
F ſtat reponſio gl. ibi in verbo, non habeat. dum
dicit, quod ille tex. loquitur reſpectu ſolùm eua-
dendi pœnam dictæ cõſtitutionis: quia ſecundũ
Burg. ille tex. loquitur etiam reſpectu nõ annihi
landi contractum, vt patet ibi in tex. in verſ. nec
ex conceſsione ipſius recipienti ius aliquod ac-
quiratur. & iſtud fundamentum eſt multùm rea-
le: & certè in illo tex. eſt caſus pro mea opi. & ſic
euitabuntur iſta contraria, per quæ Ioan. And. in
c. nulli. j. eod. inclinat in am opi. vt cenſeat. iura
decretorũ eſſe correcta. quam opi. tenent etiam

Vincentius & Tancredus gloſſatores, & mul-
tum laborat Barb.hîc,&Laur.Rodul. in rep. cap.
ſine exceptione.xij.q.ij.facit etiam pro mea opi.
17 tex.in cap. nullam. xviij. q. ij. vbi† Abbas debet
vniuerſa curare, quæ ad diuini cultus reueren-
tiam, & quæ ad vtilitatem Eccleſiæ pertinent:
certè iſta alienatio pertinet ad vtilitatem, ex
quo aliter fieri non poteſt:ergo,etc.Sed ad illum
tex.reſpondet Im.hîc,q loquitur de vtilitate re-
ſpectu regulę, non aũt reſpectu alienationis.Sed
iſta reſpõſio nimis reſtringit text. quare tenenda
eſt ſolutio gl.ibi, ſcilicet q per hoc non excludi
tur epiſcopus. nam cùm epiſcopus interponat
auctoritatem ex ſolennitate,ſolennitas non re-
18 ſpicit aliquid intrinſecum ad actum. ſolennitas†
enim eſt quædam qualitas, quæ adeſt, vel abeſt
ſine corruptione ſubiecti reſpectu ſubſtantiæ,ſe-
cundum l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de
verb oblig.Mod.Inſt.de act. in prin.& propterea
verum erit dicere, quod omnis adminiſtratio
ſpectat ad abbatem:item omnis actus monaſte-
rij, licet non ſpectet ſolennitatem, ex quo eſt
quid extrinſecum: facit etiam, quia maior eſt a-
lienatio perſonæ, quàm rerum,ca. præcipimus.
xij.q.j.ſed ſolus abbas poteſt alienare perſonam,
c. cùm ſingula. de præbend. lib. vj. er go, etc. c.
non eſt. de regul.iur.lib.vj.& ita arguit Burg.hîc.
Sed iſtud fundamentum peccat in vtroq; dicto.
¶ Ex doctrina do.Abbat.hîc, habes colligere
tres concluſiones.Prima eſt,quam ſ.expediui in
præcedenti not.
¶ Secunda concluſio eſt, quod habens eccle-
ſias pleno iure ſubiectas, dicitur habere ius epi-
ſcopale. Iſtam concluſionem tenet vbique do.
Abbas.& probatur in c. abbates.de priuil.lib.vj.
iungendo principium.d.c.ſi.quem tex. alleg.gl.
in cle.j.eod tit.Sed potes reſpõdere,quod ſtat ſi-
mul, quod quis habeat eccleſiam pleno iure, &
habeat etiam ius epiſcopale: ſed non ſequitur,
habet pleno iure,ergo, etc.Pro hac concluſione
facit text.in c.auditis.ſ.de præſcrip.Sed reſpon-
de,quod iſtud Habere eccleſias pleno iure ſub-
iectas, poteſt intelligi multipliciter: ibi intelli-
gitur reſpectu iuris temporalis,quia tale ius fue-
rat deductum in iudicio. Vel dic quod illa erat
partis allegatio, non deciſio ponitificis. Teneo
itaque communem, per tex. in c. quoniam.j. de
priuil. niſi reſpondeas, quod plus eſt poſsidere
pleno iure, quàm vtroque iure: & contrarium
tenuit Card.in conſ.xlvij.Fel.in c.conqueſtus.ſ.
de foro compet. in d. c. auditis. de præſcript.
19 Quid † igitur habebit talis abbas? dic, quod ha-
bebit inſtitutionem & deſtitutionem:item pro-
uentus fructuum, reſeruando alimenta mona-
chis; c.cùm & plantare. j. de priuil.Item in tem-
poralibus, reſpectu rationis reddendæ, vt ibi.
20 nam† quædam ſunt,quæ ſpectant ad epiſcopum
ratione iuriſdictionis, quædam ratione dignita-
tis, vt cognoſcere de cauſis matrimonialibus,
iniungere publicas pœnitentias, c. accedenti-
bus.j.de exceſ. prælat. item abſoluere excom-
municatum ratione canonis, ſi quis ſuadente.
xvij. q. iiij. c. cùm olim. de maior. & obed. ibi
Abb.c.ſi.de re iud.lib. vj. x. q. j.quicunq;.& hæc
poſſunt præſcribi:ſecùs,quę competunt ratione
ordinis,quia non poſſunt pręſcribi,c.quantò.de
præſcript.c.præterea.de teſtib. cog. c. j. de con-
ſang.& affin. & hæc ex Burg. ¶ In gl. j. vult gl.q
21 † epiſcopus poteſt alienare ex cauſa:ſed vtrùm
quando alienat,tunc requiratur conſenſus capi-
tuli?dic,quòd ſic,c.ſi epiſ.xij.q.ij.c.ſine excepti-
one.xij.q.ij.Fallit quando†res eſſet exigua & mi 22
nùs vtilis,quia tunc poteſt ſine conſenſu, c. ter-
rulas.ea.cauſa,& quæſt. Item fallit quando alie-
natio veniret in conſequentiam neceſſariam
alîus actus, cui faciendo conſenſiſſet ſemel capi-
tulum:ita procedit tex. in c. bonæ.ea.q. et c.de-
clarat Abb.& Ioan.de Imol.in c. paſtoralis. ſ. de
A his,quæ fiunt à prælat.& in c.apoſtolicæ.j.de do
nat.vbi limitant.d.c.bonę,non procedere,quan-
do ipſe epiſcopus, qui vult dare quinquageſi-
mas,conſtruxiſſet Eccleſiam ſine conſenſu capi-
tuli, vel dicta eccleſia eſſet ab alio conſtructa.
nam tunc non poteſt dare quinquageſimam ſine
conſenſu capituli:& ita cõmuniter tenetur.Ter-
tiò limita,quando feudum, vel emphyteuſis re-
diret ad epiſcopum, quia poterit epiſcopus an-
te quàm tranſeant ad reſponſam epiſcopalem, il
B la iterum infeudare vel dare in emphyteuſi:quia
non cenſetur noua alienatio, ſed quædam exe-
cutio ordinationis antiquæ: ita tenet do. Abb.
in c. vt ſuper. j. eo. Quartò limita in re inutili
eccleſiæ: puta in agro quantumuis magno ſed
ſterili, & nullius commoditatis. nam videtur,
quod poſsit alienari ſine aliqua ſolennitate,gl.
eſt,quam ibi ſequuntur Doct.in l.ij.ff.de of.eius,
cui.de qua tamen vide Ant.de But. in d. c. vt ſu-
per.Quintò limitat quando epiſcopus daret ali-
C cui canonico ſuæ eccleſiæ indigenti, & daret de
bonis menſæ:quia poteſt tunc ſine conſenſu ca-
pituli,quia non videtur alienare, ex quo dat ca-
nonico propriæ eccleſiæ,arg. gl. in c. cùm Apo-
ſtolica. in verbo reuocare. ſ. de his, quæ fiunt à
præl.Ant.de But. & Imol. in d. c. poſtoralis. vbi
Imol. dicit eſſe idem, quando aliquid daret etiã
clerico extraneo, dum tamen det per modicum
tempus.nam iſta datio eſt neceſſaria,c.paſce lxx-
xvj.diſt.Sextò limita iure damnoſa eccleſiæ, xij.
D q.ij.non liceat. Pet. Ant. de But. in c. j. ſ. de his,
quæ fiunt à prælat. Quod tamen intelligit ibi
Imo. procede, niſi quando notorium eſſet rem
dãnoſam aliàs debet interuenire cõſenſus capi-
tuli: & propter hoc teneo, quòd ſuprà dicta in
iiij.limitatione debeant intelligi in notorio. Se-
ptimò limita in ſeruis fugitiuis eccleſiæ, & etiã
in benemeritis, qui ſine hac ſolennitate poſſunt
alienari,xij. q. ij. fugitiui.& ſeq. facit c. terrulas.
eo.c. & q. ſequitur Ioan. de Imo.in d.c.j.Aduer-
E te tamen, quia hoc caſu videtur quod requiratur
ſaltem conſenſus tacitus capituli: puta quod
non contradicat.vt in c.ij.& ibi Abb.& Scrib.eo.
tit.Octauò limita in re non pretioſa immobili,vt
in c.terrulas.xij.q.ij.mobili, vt in l. lex, quæ tu-
tores.C.de admi.tut.vel magna,ſed quę propter
reuocationem citò fiendam non cenſetur ma-
gna, vt hîc in precario infra certum tempus non
longum, cle.j.eo.tit.ita tenet Ioan.de Imol.in d.
c.j.de his,quæ fiunt à prælat. Et hoc caſu etiam
F ſi pręlatus iuraſſet non alienare, tamen poterit,
quia non videtur cogitaſſe de re vili, ſecundum
Feder.de Sen.in conſ.ccx.& ſequuntur Scrib. in
præallegatis locis declarando ſecundum Imol.
in d.cap.j. Nonò intellige hoc, vt fallat, quan-
do epiſcopus vult alienare bona eccleſiæ infe-
rioris:qa tũc non requiritur conſenſus capituli
eccleſię cathedralis,ſed ſufficit cõſenſus presby-
terorũ eccl.inferioris,vt in noſtro tex.& hoc ſer-
uat de cõſuetudine,licet de iure fortaſſe nõ ſit ve
rum,



rum,vt per Imo.in d.c.j. Decimò limita, vt epi-
ſcopus poſsit alienare, ſeu autorizare, quando
abbas alienat,etiam quod abbas alienet ſine cõ
ſenſu capitali,vt per gl.in c.in venditionib.in fi-
ne,& in c.ſeq.xvij.q.iiij.intelligendo tamen, vt
ibi:quòd tantò magis procedit in eccleſia non
collegiata.quod vltimum firmat Imol.in d. c. j.
in fin.niſi talis eccleſia haberet patronum, quia
tunc requiritur conſenſus. Vndecimò intelli-
ge,vt quamuis alienatio fieri nõn poſsit ſine cõ-
ſenſu capituli,tñ facta põt ratificari, c. cùm vos.
vbi omnes,ſ.de his,quæ fiunt à prælat.ſine con-
ſen. Duodecimò limita,vt epiſcopus poſsit bo
na pertinentia ad propriam menſam ſine cõſen
ſu c.dare,c.paſtoralis.vbi Ant.de But.& Iõ. de I-
mo.hoc tenent,ſ.de his,quæ fiunt à prælat.

CAPITVLVM II. *Qui res eccleſiæ.*


1 *Imperator non niſi in feudis, clericorum iudex eſt.* 4.
7 *Raptor quis.*
10 *Pœna impetrantis à principe res eccleſiæ.*
11 *Donatio imperatoris de rebus eccleſiæ non tenet.*


*Notab.I.* a 1 QVI RES [a]. ¶ Nota, quod† Impe-
ratores,vel Reges non habent iu-
riſdictionem reſpectu eccleſiarũ:
ad idem tex.xvj.q.j.in canonibus.
cum ſimilib.Aduerte, quia contra
iſtud notabile obſtat text. in c. quo iure. viij.
2 diſt.vbi eſt tex. q† eccleſia poſsidet bona, & res
ſuas iure,quod inductum eſt ab imperatoribus:
& ſublato illo iure,non habet locum aliqua poſ
ſeſsio. Certè Imperator poteſt auferre illud ius:
quia eius eſt tollere,cuius eſt dare:ergo Impera-
tor habet iuriſdictionem in rebus eccleſiaſticis.
Secundò contra iſtud notabile videtur tex. in c.
quia iuxta.xvj.q.j.vbi imperator ſtatuit, q bona
eccleſiæ non diuidantur,&c.Si igitur ſtatuit, ſe-
quitur, q habuit in illis iuriſdictionem,quia ne-
mo poteſt ſtatuere, ſuper quo non habet iuriſdi
ctionem,l.extra territorium.ff. de iuriſd.om.iu-
dic.Tertiò facit tex.in c. ſi tributum. xj. q. j. vbi
dicitur,q Imperatori competit rei vẽdicatio in
bonis eccleſiæ:ergo habet dominium, l.officiũ.
ff.de rei vend.& multò magis iuriſdictionem, &
ille tex.vrget contra noſtrum text. Nec obſtat, ſi
diceres,q loquitur de facto: quia rei vendicatio
eſt verbum iuris.nam agens de facto, non dicit
vendicare,ſed rapere:tex.eſt hîc.Item†verba de
3 bet intelligi de iure,non de facto,l.mora,in prin
cip.ff.de vſuris, l. eum, quẽ temere.ff.de iud. gl.
ſing.in c.conſultationi.in gl.fi.de temp.ordi.Fe-
li.in c.cùm non liceat.ſ.de pręſcri.Poteſt tamen
reſponderi,q illa iura loquuntur de iure veteri,
quo iure Papa erat ſubiectus Imperatori,& repu
tabat ſe eo minorem,arg.gl.in epiſtola,inter cla
ras.C.de ſumma trini. & fide catho. & ſic hodie
iſte tex.procedit.Et procedit iſta concluſio,quã
4 limita,vt † nõ habeat locum in cauſis feudalib9:
quã opin.tenet Abb.hîc.& in c.cæterùm.ſ.de iu
dic.vbi pleniſsimè Moder.Sed in hoc contrariũ
tenet Archid.in c.j.de cler.coniug. lib.vj. & An-
dr.Sic.in c.cæterùm.ſ.de iud.in c.verum.ſ.de fo
ro compet.ad cuius fundamenta reſpondet De-
5 cius,vt ibi per eum.Pro communi facit tex. in c.
ſolitæ.ſ.de maio.& obed.vbi dicitur, q † Impe-
rator præcellit illis duntaxat, qui habent ab eo
temporalia:qui tex.vltra dicta per Andr. Sic.nil
videtur facere, quia ille tex. loquitur de ſubie-
ctione reſpectu perſonæ, non reſpectu rei: iſtud
patet ex verſi.ſubditi.in tex.ſ. relato,qui proui- *C.2. Qui res eccleſiæ.*
ſè loquitur in ſubiectione reſpectu perſonæ: q̃d
patet ex illis verbis, ad vindictam malefactorũ,
certè ipſa ſubiectio, qua quis malefactor poteſt
puniri,reſpicit perſonam,l.fin.C.de iniur. ergo,
&c.Si ergo loquitur in ſubiectiõe reſpectu per-
ſonę:certè nõ loquitur aliquid de feudo:ex quo
ſecundum Doctores ſub ectus ratione feudi, di-
citur ſubiectus ratione rei,non ratione perſonę:
A & propterea ille tex.non concludit. Secũdò p
cõmuni adducitur text.in d.c.Romana.§.debet
de appell.vbi†in cauſa feudi poteſt appellari ad 6
laicum iudicem ab epiſcopo: qui tex.pbat iun-
cto eo,quòd cauſa appellationis & cauſa princi-
pali pari paſſu ambulant, l. j.§.fi.ff. an per alium
cauſ.appel.Sed reſpõde,q ille tex.in d.§.debet.
nõ loquitur in feudo:nam dicit, aut priuilegio,
aut iure ſpeciali.in verbo Priuilegio, non poteſt
B contineri feudum, ex quo nõ eſt priuilegiũ,ſed
beneficiũ,vt in titu.quæ ſit prima cauſa benefic.
amit.per tot.& in tit.de beneficio frat.& in mul
tis ſimilib.Differt autem priuilegiũ à beneficio,
Bar.in l.penul.ff.de conſt.princ. nec debet con-
tineri in verbo Iure ſpeciali.ex quo iſta ſpeciali-
tas poteſt exemplificari aliis modis.loquitur e-
nim tex.in epiſcopo habente vtrãq; iuriſdictio-
nem,& poteſt verificari,vt per Bar.in l.j.§.ſi quis
in appellatione.ff.de appell.q intelligit d.§. de-
bere loqui in epiſcopo,qui cognoſcit,vt comes:
C quo caſu etiam ille tex.poteſt loqui in laico ha-
bente feudum, & ideo non debet fieri fundamẽ
tum ſuper eo.Tertiò pro communi adducit De-
cius in d.c.cæterùm.quòd feudũ eſt contractus:
& iura ciuilia loquentia de contractu habent lo
cum etiam in iure canonico,c.j.de op. no.nunt.
Sed iura ciuilia dicũt,q vaſallus recognoſcit do
minum in feudis: ergo debent habere locum in
clericis.Sed reſpõde,q fundamẽtum pcederet,
niſi regula prohibitoria eſſet in cõtrariũ, c.ſi dili
D gẽti.de foro compet.ergo itẽ in diſpoſitione ge
nerali nõ debet venire clericus,arg.gl.in l.ſcien
dũ.vbi Mod.ff.q ſat.cog.ad tex.in d.c.cæterũ. &
in c.verũ.& in c.trãſmiſſa. reſpõdet Barb.& reſe *Notab.II.*
rũt Mod.dic,vt ibi per illos.¶Secundò nota, q† 7
obtinens rem alterius titulo apertè inualido, di
citur raptor.Contra hoc eſt tex.in c.ſi tributum.
xj.q.j.ſed reſpõde, vt dixi ſ. Põt dici, q talis nõ
dicit raptor pprie, nec debet puniri,vt raptor.
nam raptor dicitur, qui vi rapit, & improbior
E eſt alio,qui aliter rapit,putà clàm. vt per Bal. in
l.ſi.C.de præſcrip.xxx.vel.xl.an.Bal.Roma.An-
gel.quos refert Ale.in l.naturaliter.§.nihil com
mune.in j.lectura.Bar.ff.de acq. poſſ. & eſt tex.
in l.ſi vẽdidero. §. cùm raptor.ff.de furt.nulla.n.
videtur differentia ab hoc ad eum, qui clàm poſ
ſidet:ergo,&c.Eſt ergo hîc tex.q†quamuis quis 8
habeat rem à principe, tamen dicitur raptor: p
qua concluſione facit, quod not. Bal.in c. cauſa
matrimonij.ſ.de of.deleg.vbi not.tenet, q qui
F facit verum debitorem detineri autoritate iudi
cis incompetentis,amitti ius crediti, ſi ſcienter
hoc facit:idem tenet And.Barb. ibi,& do.Iaſ. in
l.ij. ff. de iur.om.iud. Ad idem, quod conſuluit
Per.de Ancha.in cõnſ. ccxlix.vbi cõcludit,q cle
ricus ſpoliatus dicitur per ſequeſtrum factũ au-
ctoritate iudicis ſęcularis,& ſequitur Decius in
d.c.cauſam.Et an autoritas iudicis incompeten
tis excuſet?dic,q talis iudex,ſi non habet funda
tam iuriſdictionem,putà extra territorium,non
excuſat:ſecùs,ſi habeat, licet exceptione poſsit

elidi: ita tenet Guil. de Cun. & Bal. in l. extat. in
iij. lect. ff. quod met. cau. Sed contra iſtud vltimũ
adducunt Mod. hîc. tex. in c. cùm cauſa. ſ. de off.
deleg. ſed reſponde, q, †loquitur in diuerſis ter-
9 minis, quia etiam in c. cùm cauſa. creditor non
perdit ius ſuum. Bene verum eſt, quòd reuocan-
tur ablata etiam cum fructibus, ſed per hoc non
impeditur iterum legitimè agere. Sed hoc in ca
ſu Bald. dubitat, quando creditor perdit ſuum
ius, & diſtinguit, vt dixi: in cõtrario creditor nõ
pdit ſuum ius, quia fundata erat iuriſdictio de-
legatorum, & ſic ille tex. facit pro communi con
cluſione: & ad ſuprà dicta vide gl. in cle. j. de ſeq.
poſſeſſ. in fi. tex. in c. ex inſinuatione. de procur.
& in c. ad petitionẽ. j. de accuſat. ¶ Tertiò not.
Notab. III. ſecundum alium intellectum, q,† impetrans res
10 eccleſiæ à principe, perdit etiam alias res, quæ
iuſtè obtinebat ab Eccleſia. & hanc concluſionẽ
tenet Guil. Ioã. And. Anto. de Bur. Abb. & Barb.
hîc, p quorũ opi. eſt tex. hîc, & c. ij. ſ. de foro cõ-
pet. quæ iura parum faciunt. Contrarium tenet
Innoc. & Ioan. de Imo. & ſecuti ſunt Moder. per
tex. in c. conqueſtus. & in c. conqueſti. j. de ſent.
excom. & tex. in c. conqueſtus. de foro compet.
quæ iura videntur velle, q, ſi quis rapiat rem ec-
cleſiæ, eſt ſatis, ſi ſatisfaciat de damno. Sed põt
dici, q, ibi non conſtat, q, illi raptores habent ali
quam rem ab Eccleſia. Secũdò mouetur per tex.
in c. grauem. de ſenten. excõmu. per locũ à ſpe-
ciali: ſed reſponde, q, eadem ratio, quæ eſt illic,
videtur eſſe in noſtro caſu, vt j. dicam. Tertiò ad-
ducitur tex. in c. eum qui. §. fin. de prę ben. lib. vj.
vbi talis pœna procedit ſolùm in occupantibus
beneficia: ſed reſpõde, quòd plus delinquit iſte
raptor, qui capit à rege rem eccleſiaſticam, quã
in alio caſu faciat raptor, q rem eccleſiaſticã p-
pria autoritate rapit, ex quo in noſtro caſu iſte
duo mala cõmittit: primò, q rapit: ſecundò, qa
in eccleſiaſticis recognoſcit ſęcularem iudicẽ, et
derogat iuriſdictioni papali, quæ cauſa eſt ſuffi-
ciens, vt quis puniatur etiam re, quam aliàs legi
timè habet, d. c. grauem. & propterea non valẽt
argumenta Moder. quæ arguunt ſimpliciter de
raptore ad noſtrum caſum: & ſic apparet, q, cõ-
Notab. IIII. munis opinio eſt ſuſtentabilis. ¶ Quartò not. q,
11 ſi †Imperator donet rem eccleſiaſticã alicui, ille
non eſt tutus: & propterea debet illam reſtitue-
re eccleſiæ. In contrarium eſt tex. in l. bene à Ze-
none. C. de quad. præſcrip. ſed ſoluunt cõmuni-
ter Doctores, q, illa lex non habet locum de iure
canonico: ita tenet gl. Abb. Ioan. de Imol. & alij
hîc: idem tenet Martinus de Laude in tractatu
De principibus, vbi ponit multas declarationes
ad d. l. bene à Zenone. idem tenet Bald. in pœ-
mio Gregor. & Ludouicus Rom. in conſilio cc-
xcviij. & hanc opinionem tenẽt omnes Docto-
res, & hoc, qñ Imperator donat alteri rem eccle-
ſiæ in præiudicium eccleſię. Sed quid, ſi donaret
rem alterius ipſi Eccleſiæ, an poſsit euinci dicta
res vltra quadriẽnium? Abb. hîc videtur velle, q,
illa lex bene habeat locum in fauorem eccleſiæ.
& do. And. Barbar. hîc idem tenet. Contrariũ te-
net gloſſ. in c. placuit. xvj. q. iij. & gl. in §. quas a-
ctiones. el ij. ead. cauſ. & quæſt. idem tenet Ioan-
nes de Imola hîc, & Lud. Rom. in ſingul. dcxij. v-
bi dicit omnes doctores Italiæ conſuluiſſe, & Fe
lin. in c. quæ in eccleſiarum. ſuprà, de conſtit. &
eſt gl. in c. quicunq;. allegato hîc per gl. pro opi-
A nione, contra cõmunem adducit Barb. quia qñ
priuilegium conceditur per viam legis, tunc nõ
habet locum retorcutio ex regula Quod quiſq;
iuris, vt per Bart. in auth. quas actiones. C. de ſa-
croſ. eccleſ. vnde poterit Eccleſia accipere p par
te, quatenus ad ſuam vtilitatẽ, pro parte non, vbi
agitur de damno: ſed reſponde, q, hîc eſt alius ca
ſus, ex quo non eſt veriſimile, q, Imperator vnũ
conceſſerit abſq; alio, vt infrà dicam. Pro cõmu-
ni adducit Burg. q, d. l. bene à Zenone. eſt iniu-
B ſta, vt patet ex c. filius noſter. ſecundum quem-
cunq; intellectum, j. de teſta. ergo non debet ac-
ceptari p eccleſiam vllo modo, per gl. in c. ij. de
arbit. in vj. & in regula, poſſeſſor. de regul. iur.
eod. lib. Sed iſtud argumentum eſt fatuum, dice
re, quòd lex ſit iniuſta, c. erit autem lex. iiij. diſt.
pręſertim cùm d. l. bene à Zenone. non pcedat,
niſi quando Imperator dat rem alienam, exiſti-
mans rem ſuam, vt eſt gl. notab. in l. multum in-
tereſt. C. de cõmun. rerum alien. & ibi Iacob. de
C Arena, & Baldus, & Lud. Roman. in ſingul. dcc-
xxxvij. Abbas hîc: licet gl. in d. c. placuit. in qua-
dam ſolutione teneat contrarium, & malè. Si er
go eſt bonæ ſidei poſſeſſor, cùm ſit quaſi domi-
nus, vt dicit Bal. ibi, quæ iniquitas eſt hæc? Qua-
re alia ratione adiuuanda eſt cõmunis conclu-
ſio: quare tenendo cõmunem dic, q, non ſolũ de
iure canonico, ſed nec etiam de iure ciuili hodie
d. l. bene à Zenone. nõ habet locum in eccleſiis,
quia †illa lex loquitur ſolùm qñ Imperator alie- 12
D nat in ſubditos: tex. eſt ibi. hoc enim eorum eſt,
qui nec maieſtatem Imperialem agnoſcunt: ſed
eccleſia non agnoſcit in ſuperiorem Imperato-
rem, c. ſolitæ. ſuprà, de maior. & obed. ergo illa
lex nõ procedit in illa. Nec obſtat quòd in illa le
ge propriè loquatur de bonis datis eccleſiæ, ibi
in verſi. quia igitur. nam tunc Imperator habe-
bat iuriſdictionem in clericos, vt patet toto titu
lo. C. de epiſcop. & cler. hodie non. vnde illæ le
ges ſunt omnes correctæ, ſecundum Abb. & Mo
E der. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſuprà, de conſtit.
& teneo communem. Aduerte, in quantum di-
citur. quòd d. l. bene à Zenone. non poteſt proce
dere, quia princeps tolleret dominium alterius
ſine cauſa, quod eſt cõtra not. in l. fin. C. ſi p vim,
vel vtilit. public. quia reſponde, quòd iſtud po-
teſt condendo legem vniuerſalem, Bald. in
l. omnes. C. de quad. præſcrip.
quod nota.

* * *

DE POE-



# De pœnitentiis, & remiſsionibus. *Rubrica.* †

† Dd. lib. 5. tit. 38.

## *PRAEFATIO.*

M*ALVISSEM, Præſtantiſsimi Patres, hoc in argumento auditoris potiùs quàm Doctoris perſonam ſuſtinere: quòd ſcilicet omnia, quæ aliis profeſſoribus animum augere, fiduciaquè ſtabilire ſolent, in præſenti mihi actione deeſſe videam. Quî enim verba facere de hiſce myſteriis ego auſim, quæ non ſimplicem canonici Iuris Doctorum, ſed excellentiſsimum Theologum requirerent? Quomodo item dè his ego ſtudiis in præſentia hiſcere conabor, quæ vobis exploratiſsima, & ex profeſſa tractata ſunt: mihi verò obiter tantùm, & (quod dici ſolet) per tranſennã? Quòd ſi inſtituendi tantũmodo à nobis eſſent auditores mei, quib. cum quotidie diſſero, ferendum aliquo modo id oneris erat: ſed cùm tot peritiſsimos Theologos, tot excellentes canoniſtas adſtare videam, non poſſum viribus meis non diffidere, illudq; Satyricum formidare,*

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

*Traditum in hiſtoriis eſt, tantæ grauitatis Q. Scæuolam Iuriſconſultum fuiſſe, vt à ſuo genero L. Craſſo, cũ pro candidatorũ more populo ſupplicaturus eſſet, fuerit dimiſsus, quòd is negaret tãto viro præſẽte ineptũ quicquã facere ſe poſſe. Debebatur certè & idẽ vobis honor, verecũdiæq; id meæ fuiſſet, ſi tale munus in præſẽtia corã vobis explicandũ detrectaſſe, hiſq; adminiſtrandũ reliquiſſem, qui ad hanc rem eſſent idonei: ſed maximè mihi excuſatio in neceſsitate ſita eſt. ordinis enim totius legibus parendum fuit, & cùm per vices id munus tribuatur, minimè imputandum, ſi etiã ad me, quàm vis non ſatis aptum, ſors deerrauerit: multa videmus etiam non optima, quæ tamen conſuetudine vtcunque tolerantur. Conſtat Themiſtoclem, cùm oblatum in conuiuio lyram recuſaſſet, indoctiorem habitum eſſe: conabor certè ipſe, quod in me erit, ſuſcepta hac prouincia commodè defungi, nec omnino tantam expectationem fallam. Veſtra autem humanitas, quicquid mihi deerit boni conſulet, cui ne diffidere videar, qualicunque præfationi noſtræ præcidendum, finemquè imponendum duxi.*

C. XII. *Omnis vtriuſq; ſexus.*

LECTVRA I.

1 *Quoad confeßionem, Papa tenetur canone, omnis.*
2 *Anni diſcretionis qui: & quòd puberes confiteantur.*
3 *Quæ peccata confitenda.*
4 *Miſſæ origo.*
5 *Confeßionis requiſita.*
6 *Cui confitendum.*
7 *Euchariſtiæ ἔτυμον & tempus.*
8 *Sacerdos præſtet ſilentium.*

a OMNIS[a]. ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit præceptum, & pœnam reſpectu eorum qui confeſsionem facere debent: in ſecunda præceptū, & pœnam reſpectu ſacerdotis, qui debet audire. Secunda ibi, ſacerdos autem. Summatur prima pars. Quilibet doli capax debet ſaltem in paſchate confiteri, & euchariſtiam accipere: apoſtillemus ſingula verba.

b OMNIS[b]. ¶ Intelligunt † Doctores etiam
1 in Papa, qui licet non ligetur ad obſeruanda ſpecialiter contenta in hoc canone, tamen tenetur confiteri, & ipſe peccata ſua, & quoad eum actũ ſubiiciet ſe inferiori ſacerdoti[a]. Aut enim volumus tenere opinionem Theologorum, quod confeſsio ſit iuris diuini[b], & papa ſubiicitur iuri diuino[c]: aut tenemus opinionem Canoniſtarum[d], quod ſit ex præcepto & traditione generalis eccleſiæ, & adhuc tenetur: quia papa tenet in his, quæ ſunt iuris poſitiui, & concernunt generalem ſtatum eccleſiæ, etiam ipſe tenetur[e].

a gl. c. ſanè. j. de offic. deleg. Doct. l. eſt receptũ. de iuriſd. om. iud.
b gl. de pœnit. diſt. v. in ſumma.
c xv. q. j. c. ſunt quidam.
d hic, & in d. ſumma.

c ANNOS DISCRETIONIS c. Id eſt, doli ca-
2 pax. quod † intelligit Abb. in eo, quæ ſit in ſeptennio vel decennio. quæ ſententia reſpectu Euchariſtiæ non eſt admiſſa propter reuerentiã ſacramenti, quod non niſi puberibus exhibetur: ſed cum canon vtrunque æquiparet, videtur, quod idem verbum reſpectu vtriuſque eodem modo debeat intelligi[f]. Vnde ego putarem, hoc canone non ligari non puberes: licet bonum ſit etiã ante pubertatem facere, quod pueri confiteantur, vt aſſueſcant: & quia etiam illa ætas habet ſua peccata[g]. Anni enim diſcretionis propriè dicuntur poſt pubertatem: quia pupillus quod videt, ignorat. Vnde[h] ante pubertatem non admittuntur ad profeſsionem religionis[i].

e j. q. vij. c. & ſi illa gl. e. literas. de reſtit. ſpol.
f reg. l. etiã hoc iure. ff. de uulg.
g c. j. et ij. de delict. puer.
h l. pupillus ſi fari. de acquir. hær.
i c. j. de regul. lib. vj. c. ij. de ſponſ. impub.

d OMNIA d: Scilicet † mortalia, non venialia,
3 quę tolluntur per orationem dominicam, vel aquam benedictam[k], & etiam confeſsione generali, vel aliis modis[l]. vnde poſſent etiam laico confiteri[m]. Bonum tamen eſt, ſecundum Theologos, etiam ea confiteri. maximè ſæpiùs iterata, quia fiũt mortalia[n]. Item omnia, & ſic ſimul, non autem ſeparatim, partem vni, partem alteri[o], alioquin tanquam non legitimè confeſſus teneretur iterare omnia, ſi fiat alteri ſacerdoti, qui priorum non recordetur[p]. Qui tamen adhibita diligentia vni confeſſus eſt omnia, quorum recordabatur, non tenetur eundem adire pro eo, quod deinde in memoriam ſibi venerit[q].

k ut hic in gl. et c. de quotidianis. diſt. pœn. 3.
l gl. in proœ. 6. in uerb. benedictionem.
m glo. c. unum orarium. §. criminis. xxv. diſt. & facit gloſ. de pœn. diſt. j. perfecta.
n d. §. criminis.
o de pœn. diſt. 3. c. ſunt plures.

e SVA e: non aliena, prout faciunt mulierculæ. Quando intelligunt Doctores, niſi proprium peccatum non poſsit detegi abſque participibus, vt quia ſororem quis ſtuprauit, vel filiam[r]. Ergo arbitror, ſi non poteſt circunſtantia bene exprimi per generalitatem verborum, quod teneatur exprimere in ſpecie, ſecundum Doct. ſed debeat adire confeſſorem, qui non cognoſcat eam perſonam: & quod hæc ſit iuſta cauſa impetrandi veniam à proprio ſacerdote: quo enim ad non agnoſcentem, perinde eſt, ac ſi in genere eſſet dictum.

p Archid. de pœn. diſt. iij. c. fi. in fi.
q Ang. de Clau. in uer. cõfeſsio.
r arg. de pœn. diſt. v. c. conſideret. in prin.

f SOLVS f. Ergo non vnà cum aliis. quod non faciunt ſacerdotes, niſi de pueris, qui non comprænduntur in hoc canone, vt ſuprà dixi. Item
A ſolus, ad differentiam confeſsionis generalis, quæ fit Deo in miſſa, quæ † exprimitiua Eccle- 4
ſia manauit.

g SALTEM SEMEL g. ¶ Olim ter in anno ſumebatur Euchariſtia; in feſto Pentecoſtes, in natiuitate, in Paſchate[s]. relaxatum ergo eſt, vt ad minus ſemel in Paſchate. Et ex hoc apparet, quòd ſtatim, quod quis peccauit, non tenetur confiteri, ſed ſufficit contritio cum intentione
B confitendi ſecundum formam huius canonis. Vnde etiam ſi eius tunc obliuiſcatur, tamen abſolutio ad illud quoque extenditur[t]. hîc enim ponitur præceptum affirmatiuum, quod ſatis eſt, ſi determinato tempore adimpletur, & interim adſit contritio[u]. Quod procedit etiam iã indulgentia conceſſa contritis & confeſsis. ſatis enim eſt intentio confitendi[x]. in monachis verò & religioſis aliud eſt[y].

s c. & ſi non frequentius. de cõſec. diſt. ij.
t gloſ. de pœn. diſt. j. in prin.
u c. magna. de pœ. diſt. j. & gl. ibi in ſumma. & ſuper. §. j. & hic per Abb.
x Abb hic.
y cle. non in agro. §. ſanè. de ſtat. mo.
z c. licet. & ibi Abb de ſer. & x. q. j. c. regenda.

h FIDELITER h. ¶ Quod declarant Doctor.
C quatuor verſibus:

*Sit † ſimplex, humilis confeßio, pura, fidelis,* 5
*Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda.*
*Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere parata:*

quos declara, vt per eos in locis vulgaribus. Illud tamen ſciendum, quod dicit Tho. iiij. diſt. q. xvij. Laudabile eſt tacere circunſtantias, quę notabiliter non aggrauant delictum, in his carnali-
D bus: quæ quandoque ſunt prouocatiua.

a in ſumma huius tituli. §. cui confitendum. uerſ nec in hoc. & extrauag. inter cunctas. de priuil.
b c. ad hæc. de offic. archipresbyt.

i PROPRIO SACERDOTI i. ¶ Id eſt, † preſ-
6 bytero parochiali: Item epiſcopo, cui tota diœceſis parochia eſt[z]. imò ipſe ſolus abſoluit in caſibus illi reſeruatis, de quibus per Hoſtien[a]. Itẽ archipresbyter Eccleſiæ cathedralis, qui in hoc eſt vicarius epiſcopo[b]. Item eadem ratione vicarius generalis ipſius epiſcopi: item legatus in tota prouincia: item Papa in vniuerſo[c]: item pœnitentiarij Papæ[d]. Data eſt hæc quoque pote-
E ſtas fratribus minoribus & Carmelitis, eremitariis, prædicatoribus[e]. Quod intelligendum eſt, etiam abſq; licentia proprij ſacerdotis, nõ tam per verbum Liberè, de quo per Felinum[f], quàm ex conſtitutione Eugenij Quarti, gregis nobis. confirmata per Nicolaum V. prouiſionis noſtrę. vnde ſublata eſt difficultas, de qua hîc in gl. magna[g], intellige proprio ſacerdoti, non ſolùm ſi ſemel in anno, ſed etiam ſi pluries[h]. Sed quid in mercatore, ſcholari, ſtipediario? & c. dic, quòd
F proprius ſacerdos eſt loci, vbi tunc habitant[i], & eſt magis communis opinio. Dicitur etiam proprius ſacerdos coadiutor aſſumptus ab eo propter multitudinem.

c c. autoritate. de priuileg.
d cle. ne Romani. §. eo autem. de elect. gl. c. ij. de pœ. & remiſ. in vj.
e cle. dudũ. de ſepul.
f c. j. de reſcript.
g in uerb. alieno.
h c. quod aũt. j. eo. ut hic p Abb.
i arg c. ſi. de parroch. gl. cle. j. uerb. parochialis. de priuil.
k c. quem pœnitet. de pœnit. diſt. j. no. c. paſtoralis. de offi. ordin.

k SACERDOTI k. ¶ In caſu tamen neceſsitatis etiam laico confiteri poteſt, & propter contritionem[k].

l i. j. q. j. multi.

l EVCHARISTIAE SACRAMENTVM l. ¶ Bona gratia interpretatur[l]: imò gratiarum actio cum iucunditate, ἀγάπη[m]: reperitur & alio

m c. ſi quis. c. nõ oportet. 42. diſt.



ſenſu euchariſticon[a]. ſed Euchariſtia, de qua hîc agitur, eſt ſacramentum dignius alijs[b], & ieiuno ſtomacho eſt aſſumendum[c]: licet gloſ. ibi dicat, non eſſe de ſubſtantia, & hoc niſi ex
7 neceſsitate, vt in infirmis[d]: & † ante illud à propria vxore tribus, vel quatuor diebus abſtinendum eſt,[e] & in die, quo accipitur[f], & poteſt accipi in die Iouis ſancto, vel Paſchatis: meliùs tamen in die Paſchatis, per iſtum textum, Abb. & Dec. in ca. ad audientiam. in ſin. de
A reſcrip. c. & ſi Iudæos. de Iudæ. vbi Abb. Et laici recipiunt corpus Chriſti ſine ſanguine: & ideo de neceſsitate non eſt bibendum[g]. In contrarium tamen facit text. in c. & ſi Iudæos. eod. tit.

a l. diuus. de bo. dam.
b c. nihil. de cõſec. diſt. ij.
c c. liquido. de cõſec. diſt. ij.
d c. presbyter. de cõſec. diſt. ij.
e c. omnis homo. de conſec. diſt. ij.
f Dom. xxiij. diſt. ſponſus.

¶ Circa ſecundam partem ſumma: Sacerdos prudenter gerere ſe debet, & † reuelans puni- 8
tur. magnam enim requirit prudentiam etiam iuris ciuilis & canonici, vt in exemplo mulieris, quæ ob adulterium perdit dotem[h]: & idem in vidua[i].

C. 12. Omnis vtriuſq; ſexus.

g Pet. & Archi. de cõſec. diſt. i. c. comperimus.
h l. viro & vxori. ſol. mat.
i Paulus de Caſtro conſ. cxlvij. reuocatũ in dubiũ. ij. vol. Præpoſ. c. plerunque. de donat. inter vir. & c. peccatum. de reg. iur. in vj.

# GRATIARVM ACTIO.

*VOBIS autem, clarißimi omnium ſcientiarum artiúmque Profeſſores, innumeras gratias agendas duco, qui me tam benignè audiſtis, tam hilari fronte confirmaſtis, vt non doctrinæ tantùm, ſed maximæ quoque humanitatis egregia in vobis ſita eſſe exempla appareat. Deus autem optimus Maximus, ob cuius explicanda Sacramenta lectionem hanc ſuſcepimus, ipſe vobis dignam hiſce virtutibus gratiam rependat. Dixi.*

LECTVRA II. PRÆCEDENTIS c. omnis vtriuſque ſexus.

1 *Confeßionis auctoritas.*
2 *Non prodeſt probationi confeßio.*
4 *Parochiali confitendum ſacerdoti.*
5 *Euchariſtiæ interpretatio.*
6 *Quæ ætate confitendum.*

f OMNIS f. ¶ Diuiditur in duas partes: in prima ponit præceptum, & pœnam reſpectu confitentis: in ſecunda præceptum, & pœnam reſpectu ſacerdotis. Secunda ibi, Sacerdos autem.

¶ Prima pars ſic ſummatur. Quilibet doli capax, debet ſaltem in paſchate confiteri ſuo ſacerdoti, vel alteri de eius conſenſu, & iniunctam pœnitentiã facere, & euchariſtiam accipere

¶ Nota ex hoc textu primò, confeſsionem præcipi: ſecundò, euchariſtiæ aſſumptionem. videndum de vtraque. Et quia latiſsima eſt materia, tangemus, quæ veriſimiliter ad Scholaſticos magis pertinent. Circa † confeſsionem
1 hîc apparet eam eſſe de præcepto, auctoritate
2 huius concilij generalis. Sed † quid de iure diuino? & Theologi tenent eſſe de iure diuino[k]. quę ſententia cõprobari videtur illis locis ſacrę ſcripturæ, Adam vbi es? Ad Cain, vbi eſt Abel frater tuus? Ioſue præcepit Acor confiteri, & lapidatus eſt[l]: Iacobus, Confitemini, inquit, alterutrum peccata veſtra. Alij, vt Canoniſtæ communiter, quòd tantùm de vniuerſalis eccleſiæ traditione, D ſuper tamen auctoritatibus Iuris diuini fundata. Alij, inuentione iuris diuini, ſed forma, quòd ſolus, quòd in aurem ſacerdoti, vel ex hoc canone. Ego legi etiam ante teſtamentum nouum in aliquibus locis fuiſſe hanc conſuetudinem confitendi. Vnde Plutarchus in Apophthegmat. de Lyſandro, etc. qui noluit, ne eſſet obnoxius ſacerdoti tanquam conſcio. Sed hîc prouidetur, quia lex requirit diſcretũ, & iubet, vt taceat: vnde ſi propalet, ei non creditur[m]: imò punitur, vt hîc
3 dicitur. Sed † quid, ſi duo teſtes audiſſent aliquem confiteri peccata? & non probant aliquid. Sed[n] nunquid in cauſa matrimoniali probaret cõfeſsio facta ſacerdoti in foro iudiciali? & Rom. quòd ſic[o]. ſed hæc opinio eſt falſa, & gl. dicit op-
4 poſitum, ſi rectè videatur. Sed † cui facienda eſt confeſsio? hîc dicitur proprio ſacerdoti: intellige, id eſt parochiali: item epiſcopo, cui tota diœceſis parochia eſt[p]; imò ipſe ſolus abſoluit in caſibus ſibi reſeruatis, de quibus per Hoſt.[q] item eadem ratione vicario generali eiuſdem epiſcopi: item archipresbytero eccleſiæ cathedralis, qui cenſetur vicarius[r], & data eſt poteſtas per priuilegia fratribus mendicantibus[s]. quod intelligendum eſt abſque licentia proprij ſacerdotis[t]. Sed quid in ſcholari? dic, proprius ſacerdos
B eſt loci, in quo habitat[u]. Poterit tamen & ipſe vicarios epiſcopi adire, vt ſuprà. Sed quomodo facienda confeſsio? & conſtat omnia confitenda, non ſeparatim, ſed ſimul[x]: alioquin tanquam non legitimè confeſſus, teneretur iterare, ſi fiat alteri ſacerdoti, qui nõ recordet de prioribus[y]. Qui tamen adhibita diligentia vni confeſſus eſt omnia, quorum recordetur, non tenetur iterum adire, etiam quod deinde in memoriã ſibi venerit[z]. debet tñ ſaltem alteri illud confiteri. Sed nun-
C quid ſufficiat generalis? putà feci, ſicut in ſuperiore anno? & nõ putarim, quia propter expreſſionem ſingulorum inducitur maior verecũdia, quæ ceſſat in illa generalitate[a]. Et ſic limitatur regula l. omnes. C. de pręſcrip. xxx. vel xl. annor. Sufficit tamen generalis reſpectu oblitorum: itẽ reſpectu venialium, ſecũdum Theologos, vt per Rich. & Thom. in iiij. diſtin. xxv. Sed nunquid ſufficiat afferre ſcripturam ſacerdoti, & dicere, Ego confiteor, vt in ſchedula? & ob eandem rationem non putarim[b]: & ſic limitatur regula l. j. de contr. empt. & c. ſi. de proc. lib. vj. Circa † Eu- 5
chariſtiã, Gręca vox, bona gratia interpretatur[c]: imò, Gratiarũ actio cũ iucunditate. vnde ἀγάπη[d]: & eſt ſacramentum dignius[e] alijs, & ieiuno ſtomacho eſt aſſumendum[f], licet glo. ibi dicat non eſſe de ſubſtantia: & hoc, niſi ex neceſsitate, vt in infirmis[g], & ante eam à propria vxore ſecubandum tribus, vel quatuor[h] diebus. Tibullus, *Caſta placent ſuperis*, etc. etiam in die, quo accipitur[i], &
E poteſt accipi in die Iouis ſancto, vel Paſchatis: meliùs tamen Paſchatis, per hunc text.[k] Et laici recipiũt corpus Chriſti ſine ſanguine: ideo de neceſsitate non eſt bibendum[l]. In contrarium tamen facit tex. in c. & ſi Iudæos. eo. tit. Sed qua ætate cogitur quis accedere ad hoc ſacramentũ? & hîc dicitur, cùm ad annos diſcretionis peruenerit,

k gl. de pœn. diſt. in ſumma.
l xlv. diſt. ſed & illud.
m c. ſi ſacerdos. de off. ordin.
n Io. And. in c. ſi. de temp. ord. in add. Tindarus tract. de teſt. verſ. ſequitur. alias pars. Fel. c. j. de except. & quod no. Bald. l. archigerõtes. C. de epiſc. aud.
o l. ſi ſpiritalis. C. de teſt. Iaſ. in l. j. §. huius ſtud. j. de iuſt. & iur. per gl. in c. tua nos. verb. qualiter. ẽ. de ſponſ.

p c. licet. vbi Abb. de ſer. & x. q. j. regenda.
q in ſumma huius tit. §. cui confitendum. verſ. nec in hoc. & habetur in extrauag. inter cunctas. de priuil.
r ca. ad hæc. de off. archipreſb.
s cl. dudum. de ſepul.
t per Fel. c. j. de reſcrip.
u c. ſi de paroc. gl. cl. j. verb. parochialis. de priuil.
x c. ſunt plures. de pœn. diſt. iij.
y de pœni. diſt. iij. c. ſi. in fin. vbi Archid.
z Ang. de Claua. in Summa, verb. confeſsio. j. not. xij.
a arg. l. item apud Labeonem §. ait prætor. de iniur.
b arg. ca. quem pœnit. in princ. de pœn. diſt. j.
c j. q. j. multi.
d c. ſi quis. c. nõ oportet. xlij. di.
e c. nihil de conſec. diſt. ij.
f c. liquido. de conſec. diſt. ij.
g c. presbiter. de conſec. diſt. ij.
h c. omnis homo. de conſecr. diſt. ij.
i Dom. xxiij. di. ſponſus.
k ſecũdũ Abb. hic, & Dec c. ad audientiam. de reſcr.
l Pet. & Archi. de conſec. diſt. j. c. comperimus

nerit, id eſt, vt intelligunt Doctores, cùm erit
6 doli capax, & xiiij. annum attigerit, licet †
quoad confeſsionem, citius debeat admitti,
veluti in ſeptennio, vel decennio. ſunt enim &
peccata puerorum[a]. Ad ieiunium verò tenent
Doctores non priùs obligari, quàm poſt xx. annos[b]. Ex hoc nota, quòd dictio ad annos diſcretionis, vniformiter non accipiatur[c]. Item nota, licet lex non diſtinguat, nos tamen inter pupillos diſtinguere, an ſint proximi pubertati, vel non[d]. Sed pone ſacerdotem habentem beneficia non dicere officium, an debebit accedere ad hoc ſacramentum? & certè non, quia eſt in peccato mortali[e]. vnde priùs debet ſatisfacere, id eſt, fructus reſtituere: quia qui non dicit officium, non facit fructus ſuos, ſed tenetur eos reſtituere[f]: quia non dantur ſimpliciter, vt viuat inde ſacerdos, ſed vt ſecundum cultum Dei viuat. Vnde eodem modo idem dicendum eſt de his, qui vacāt voluptatibus, vt qui tenent concubinas[g]: vnde licet deinde dimittāt, & pœniteant, tamen debent ſatisfacere, & eccleſiæ fructus reſtituere[h]. Adde etiam, quòd ſicut non dicens officium, peccat mortaliter, ita & non incedens in habitu & tonſura[i]: & tonſura intelligitur præciſis capillis vſque ad aures[k]. Sed pone: Medicus ſecundum artem ſu-
A am dicit non expedire, vt tunc detur euchariſtia infirmo, an debeat attendi? & concludendum, quod non[l]. Quod tamen ad ieiunium attinet, & Quadrageſimæ obſeruationem, excuſatur, qui de conſilio medici ea non ſeruat[m]: ſed medicus peccat, ſi ſine rationabili cauſa, vt frangat, conſulit[n]: & ita tenet Angelus de Clauaſio[o].

a c.j.& ij.de delict.puer.
b per Abbat.in rub. §. de obſer. ieiun.
c contra regulā l.iam hoc iure. de vulg.& pup.
d qua de re in l. cum filius. §. in hac. vbi dixi, de verb.oblig.
e Abb.c.j.de celeb.miſ.
f ſecundū Cald. ibi, & Dom.c.fi. de reſcrip.in vj.
g ſumma Ang. verb.hora.verſ. xj.
h c.peccatū.de reg.iur.lib.vj.
i c.ſi quis ex clericis. de vita & honeſt.cler.
k gl.cle.ij.verb. tonſurā de vit. & honeſ.& xxiij. diſt non liceat.
l c.cùm infirmitas.in fi.§. eod.
m c.non medíocriter. de conſec. diſt.v.
n arg.c.quid culpatur.xxiij.q.j.
o in ſumma. verb. ieiunium verſ.xx.in fin.

BASILEAE,

Ex Officina Guariniana, Anno

M D LXXXII.


PALMA GVAR.